



MELLIFLVÆ

DECISIONES

BO: MEM:

R.MI P. D. AMATI DVNOZETI

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECANI CELEBERRIMI.

In duas Partes distinctæ,

Ex originalibus depromptæ, suis necessarijs fulcitæ, triplicique Indice Argumentorum, Decisionum, & materiarum instructæ.

AD EMINENTISSIMVM, ET REVERENDISS. PRINCIPEM D.

D. PETRVM OTTHOBONVM
S. R. E. TIT. S. MARCI
CARDINALEM AMPLISSIMVM.


SANCTISS. DOMINI NOSTRI CLEMENTIS IX. PRODATARIVM &c.






ROMÆ,
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.
M. DC. LXVIII.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO
PRINCIPI DOMINO
D. PETRO OTTHOBONO
S. R. E. TIT. S. MARCI
CARDINALI AMPLISSIMO,

Sanctiss. D. N. Clementis IX. Prodatario &c.




Io: Scipio de Pol Santronchetus Nob. Auenionen. in Romana Curia Aduocatus. P. F.



AMatus Dunozetus iampridem S. Rotæ Decanus Decisiones suas dum viueret mihi tradidit, Eminentissime Princeps, vt eas pro bono publico, cui multum insudauerat in lucem proderem. Quia verò Tibi semper fuit in eodem Tribunali Collega amicissimus, nec ideò est cui potius debeant illius Decisiones consecrari, mei officium est, vt eas Tuæ Celsitudini offeram stylo mellifluo refertas, eiusque Tibi memoriam concitem, qui in audiendis partibus benignus, in studio assiduus, in decidendo

pru-

prudens, & in reddendo suo cuique iure constans semper extitit, hoc enim pacto ipsi Amato Dunozeto mei amantissimo morem gerens promissam fidem seruo, eas eius laudes commemoro, quas tecum meruit suo strenuo Commilitone, & Tibi meo Patrono obsequia defero, qui iam ab annis quatuor de viginti sub vtriusque auspicijs Aduocationem aggressus sum; & semper fui prosecutus. Vale. Romæ Kalendis Nouembris MDCLXVIII.



INDEX ALPHABETICVS OMNIVM DECISIONVM

Bon.Mem.R.P.D.Amati Dunozeti Sacræ Rotę Romanę Decani, quæ in duabus earum partibus continentur.

A

† Au-

Bo-

Index Causarum.

C

Index Causarum.

D

E

F

Fer-

G

H

I

L

Leo-

Index Causarum.

M

Mono-

R

Ro-

Index Causarum.

S

Vi-

Index Causarum.

FINIS.



PRIVILEGIORVM SVMMA
Pro Impressore Camerali, & Vaticano.

CLemens Papa Octauus Diplomate sanxit ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana impressoris Sacram Bibliam, Concilia generalia, Epistolas decretales, Libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina; Libros etiam cuiuscumque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi I.V.D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Idem Gregorius Papa XV. litteris expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in terris S. R. E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam Librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in literis ipsius Gregorij Papæ sub datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus sui Anno primo. Ac idem Vrbanus Octauus peculiaribus litteris datis apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus sui anno quinto in fauorem Andreæ Brogiotti Impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulsitque. Ac iterum Innoc. X. peculiaribus litteris datis apud sanctum Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impressoris Cameralis, ac Vaticani; confirmauit sub annulo piscatoris die prima Martij 1646. Et tandem omnia supradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulsit Alexander Septimus in fauorem Zenobij Masotti, præsentis Impressoris Cameralis, & Vaticani, datis litteris die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno Decimo.

Impri-

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

M. Epiſc. Arimini Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus S. Palatij Apoſt. Magiſter.

INDEX ARGVMENTORVM
HVIVS PRIMÆ PARTIS
IVXTA LIBRI SERIEM.

Ar-

Index Argumentorum.

a 2 Ar

Ar-

Index Argumentorum.

Index Argumentorum:

debet ille, qui in eo se fundat probare matrimonij consummationē. Dictio (iuxta) quando fiet similitudinariè, quando restrictiuè, quando causatiuè,& quando demonstratiuè.

Argumentum 362. Romana Deuolutionis.

Caducitas incursa ab antecessoribus ob non solutionem canonum per triennium non potest declarari contra illorum hęredes,& quid stante pacto, quod caducitas incurratur ipso facto. Canonum solutio spectat ad hæredem vsufructuarium qui bona possidet, sed istius negligentia non præiudicat hæredi proprietario si canones non soluerit.

Argumentum 363. Romana, seù Neapolitana Fideiussionis de repræsentando.

Obligationi de repræsentando quando dicatur factus locus.

Argumentum 364. Romana Pecuniaria.

Iudex nulliter, ac iniustè procedens non priuat quem sua possessione, ita quod etiam in gradu appellationis manutentio eiecto competat, & ex quibus dicatur nulliter, & sine iurisdictione processisse.

Argumentum 365. Bononien. Euictionis de Eleonoris.

Euictionis simulatio ex quibus excludatur.

Argumentum 366. Beneuentana Salium.

Præsumptio iuris quæ militat pro executione cessat quando bona de tempore executionis existebāt penes tertios possessores, quia propria, & non debitorum bona præsumuntur.

Argumentum 367. Pistorien. seù Nullius Beneficij.

Possessio Beneficij capta lite pendente, & intra terminum ad appellandum, licet non sit manutenenda tanquam vitiosa, & attentata, tamen ex superuenienti titulo subrogationis, in qua fuit narratum d. possessionem esse vitiosam & attentatam, purgatur omne vitium, & possessor potest mutare causam possessionis, vt sit manutenibilis absque alia declaratione.

Argumentum 368. Brixien. Parochialium.

In Parochialibus sæcularibus vnitis alicui dignitati, vel Monasterio, quando deputati debeant Vicarij perpetui sæculares, & non regulares.

Argumentum 369. Lauden. Pensionis.

Pensionis reseruatio quando est indubitata, & literæ reseruatoriæ emanarunt motu proprio vel dicitur, quod de obreptione, seù subreptione dari nōn possit,literæ nulla indigent iustificatione, nec intrat arbitrium pro retardatione illarum executionis.

Argumentum 370. Romana Legati, seu Dotis.

Confessio de recepta dote, an probet numerationem.

Argumentum 371. Perusina Fideicommissi de Cincijs.

Fideicommissum non censetur inductum in casum mortis ex verbis consequutiuis post prohibitionem delicti, & quando fideicommissum non censeatur inductum in casum mortis ob prohibitionem alienationis.

Argumentum 372. Cæsaraugustana Beneficij.

Manutentio non datur sine possessione,& quando testes probent possessionem.

Argumentum 373. Taurineñ registrationis bonorum.

Sententia, vt dicatur transiuisse in iudicatum, debet constare non solum de lapsu temporis de iure dati ad appellandum, & prosequendum; verum etiam de validitate,& iustitia: quę tria copulatiuè requiruntur.

Argumentum 375. Romana Dotis.

Dotis receptæ confessio facta per maritum constante matrimonio, concurrentibus adminiculis, & coniecturis probat veram numerationem non solum contra ipsum, sed etiam contra eius creditores.

Argumentum 376. Meleuitana Commendę de Mazzara.

Sententia contra sententiam lata, prima non reuocata, quando sustineatur; Equites Hierosolymitani non possunt obtinere aliquam Commendam si de tempore smutitionis sunt debitores communis ærarij,& an in hoc casu admittatur compensatio.

Argumentum 377. Ferrariensis, seu Romana Pecuniaria.

Obligans se in forma Cameræ ad dandum alicui si quid tantum impleuit, an fiat locus obligationi. Non adimplementi exceptio,quando prosit.

Argumentum 378. Colimbrien.Matrimonij.

Matrimonium dicitur validum si fuerit contractum coram Prouisore sustinente vices Vicarij, & habente facultatem alijs concedendi licentiam interessendi matrimonijs.

Argumentum 380. Elboreñ fructuum.

Excommunicatus non debet participare de distributionibus nisi esset nulliter excommunicatus, vel concurrerent requisita,de quibus in hac decisione.

Argumentum 381. Romana Casalis.

Iudicium inchoatum cum matre tutrice, & curatrice absque Iudicis confirmatione, quando sit nullum ex non legitimatione personarum.

Argumentum 382. Brixieñ Parochialium.

In Parochialibus sęcularibus vnitis alicui monasterio deputandi sunt Vicarij sęculares quorum institutio spectat ad Episcopum.

Argumentum 384. Romana vineæ.

Obligatio Cameralis, quando dicatur vulnerata, itaut sit procedendum via ordinaria,& cesset executiua.

Argumentum 385. Parmeñ Pensionis.

Metus in carcerato, quando excludatur, & ex quibus excarceratus dicatur positus in plena libertate.

Argumentum 386. Laudeñ Pensionis.

Executio pro pensione vigore litterarum Apostolicarum retardari potest contra Regulares si fructus Monasterij non percipiunt; cum de proprio soluere non possint.

Argumentum 387. Ferrarieñ Iurispatronatus.

Iuspatronatus fundans pro se, & post eius obitum pro aliquibus personis à se nominatis, cum consensu Ordinarij, an in præiudicium nominatorum possit alijs donare idem iuspatronatus.

Argu-

Index Argumentorum.

Argumentum 388. Vercelleñ Canonicatus
Manutentio debetur possessori. Vnio ex quibus excludatur Decretum irritans quando non impediat manutentionem possessoris anterioris.

Argumentum 389. Ariminen. Domus.
Clausula, si quid exequendum, apposita in rescripto Signaturæ, quid operetur.

Argumentum 390. Romana euacuationis Domus.
Locatione finita res locata locatori, est restituenda.

Argumentum 392. Vrbeuetana Census.
Census impositio facta ab aliquo contemplatione alterius personæ, secuta eius ratificatione, perinde est, ac si ab eo fuisset celebrata. Censum nulliter impositum ratificans tenetur ad damna & interesse. Census si fuerit impositus super fundo alienari prohibito, quando debeantur damna, & interesse loco fructuum.

Argumentum 393. Gerunden. Beneficij.
Prouisus à Sede Apostolica de beneficio mediante gratia non iustificata, illius possessionem obtinere non potest.

Argumentum 395. Romana Legati.
Donatio constante matrimonio, à marito vxori facta, an sit valida.

Argumentum 396. Toletana Conseruatoriæ.
Mandatum de manutenendo cui concedatur, & possessio ad dictum effectum qualiter probetur, & aliqua circa materiam conseruatoriæ.

Argumentum 397. Tudertina Parochialis.
Iuspatronatus ex quibus dicatur acquisitum ex causa onerosa resultañ ex coæquali dotatione: quomodo augmentum probetur, & an iuspatronatus licet ex priuilegio cadat sub regulis reseruatorijs.

Argumentum 398. Romana Legati cibi, & potus.
Legatum cibi, potus, & habitationis in domo Testatoris præstañ, an extra domum in pecunia peti possit.

Argumentum 399. Romana Quarti dotalis.
Lucrum dotale, vt debeatur iuxta statutum Vrbis lib. 1. cap. 132. quid requiratur. Impotentia viri, quando est temporalis, vel dubia vxor quam successiuam patientiam præstare teneatur, & quid si reclamauerit intra bimestre.

Argumentum 400. Romana Rescissionis contractus.
Qualis faciendus sit computus pretij rei emptæ ad hoc vt constet de læsione ad effectum rescindendi contractum.

Argumentum 401. Romana Pecuniaria.
Restitutio in integrum datur aduersus sententiam notorie iniustam, non obstante reiudicata.

Argumentum 402. Neapolitana Pecuniaria.
Quilibet ex socijs an teneatur pro toto debito sociali in solidum, an verò solum pro rata secundum participationem, quam habet in Societate. Et quando intelligatur clausula in solidum vbi non adest particularis obligatio pro debitis contractis tàm aduersus contrahentes, quàm ipsosmet socios. Et quid in socio nihil ponente in societate præter industriam.

Argumentum 404. Camerinen. Iuris fabricandi
Vicinus, an possit altius ædificare inuito vicino laterali, non obstante pacto de altius non tollendo.

Argumentum 407. Bononien. Beneficij.
Manutentio in possessione beneficij datur illi, qui mediante confessione, seu assertione aduersarij contenta in narratiua suæ prouisionis, dicitur intrusus in d. beneficio.

Argumentum 409. Tudertina Census seu expensarum.
Ista causa litigandi in Rota, quando excuset à solutione expensarum.

Argumentum 410. Pistorieñ Beneficij.
Possessio capta vigore mandati de immittendo concessi ab executore Apostolico pendente lite, est attentata.

Argumentum 412. Bononien. Beneficij.
Impetrans beneficium à Summo Pontifice vti vacans, certo modo, tenetur concludenter probare negatiuam tanquam fundamentum suæ gratiæ.

Argumentum 413. Romana Domus, seu supplementi.
Distracta per emphyteutam parte corporis; alias dati in emphyteusim, an si per eius mortem, vel hæredum, seu successorum illud postea deuoluatur concedendum sit Dominis directis mandatum de manutenendo, vel associando, seu immittendo super dicta parte distracta.

Argumentum 414. Romana Census.
Debitor Census tenetur ad solutionem sortis principalis, & fructuum si census resolutus fuerit ex causa necessaria hypothecarum anteriorum; & fructus exiguntur non vti fructus sed loco damnorum, & interesse vigore actionis ex stipulatu, quæ dicitur personalis.

Argumentum 415. Lauden. Pensionis.
Verba dispositiuè prolata in reseruatione pensionis qualificant omnes personas ibi nominatas adeout non simpliciter, & indistinctè, sed eatenus dicantur obligatæ quatenus bona, & fructus administrant.

Argumentum 417. Bononieñ fideicommissi
Filiatio legitima, qualiter probetur; Proximior Testatori quando quis præsumatur: Electio de digno, omisso digniori, quo casu sustineatur. Fauori suo ante, & non post acceptationem quilibet potest renunciare.

Argumentum 418. Sancti Seuerini Dotis
Fideicommissum successiuum, & perpetuum ad fauorem illorum de linea quando dicatur inductum: Lineæ appellatione, qui veniant, hæreditas quando dari possit in codicillis.

Argumentum 419. Romana prætensæ Deuolutionis
Bona concessa in emphyteusim perpetuam cum pacto, quod ob non solutionem canonum, & alienationem irrequisito Domino ipso iure & absque Iudicis sententia deuoluantur, quando cadant in commissum. An Caducitas Rei

Index Argumentorum.

Ar-

Iuspa-

Index Argumentorum.

Argumentum 655. S. Angeli Lombardorum.

Episcopus non habet intentionem fundatam de iure communi in exercitio iurisdictionis quo ad bona sua extra suam Diœcesim.

Argumentum 656. Ciuitatis Vetulæ, seu Tolentina Dotis.

Dos primo viro constituta censetur etiam secundo data, & quando ista à marito exacta præsumatur.

Argumentum 658. Panormitana Pensionis.

Pensionarius nulla declarata pensione tenetur ad restitutionem terminorum indebitorū. Quando Creditor dicatur posse agere vtili actione contra debitorem sui debitoris.

Argumentum 659. Ianueñ Pecuniaria.

Remissoria in causa profana, ex quibus detur.

Argumentum 660. Romana Census.

Manutentio quando non dicatur competere contra soluentem alieno nomine.

Argumentum 662. Meleuitana Dignitatis.

Habilitas, & benemerentia sunt duo requisita pro assequendis dignitatibus in Religione Meleuitana.

Argumentum 663. Narnien. Fideicommissi.

Identitas bonorum fideicommisso suppositorū ex quibus probetur, vt fideicommissario super illis competat immissio.

Argumentum 664. Ariminen. Fideicommissi.

Constitutio Aegidiana quibus concurrentibus intret, & an illa possit allegari in qualibet instantia.

Argumentum 666. Messanen. Archipresbyteratus.

Subrogatio gratiosa quibus concurrentibus detur, & quando dicatur lis esse super titulo, & sine calumnia.

Argumentum 668. Meleuitana Hæreditatis.

Remissoria denegatur ex calumniosa probatione facienda, ac irreleuantia articulati.

Argumentum 669. Tiburtina Administrationis seu redditionis rationis.

Peritis iudicialiter electis, ac publicis æstimatoribus alicuius Ciuitatis pleuè est deferendum.

Argumentum 671. Romana Domus.

Testamentum filij in quo fuit prætherita mater sustinetur vigore clausulæ codicillaris, itaut mater non possit nisi legitimam petere.

Argumentum 672. Auximana Fideicommissi.

Fructus post purificatum fideicommissum, an debeantur fideicommissario à die purificati fideicommissi, seu motæ litis.

Argumentum 673. Meleuitana Marescialłatus.

Appellatio ad vtrumque effectum quo casu sit admittenda etiam a collatione beneficiorum simplicium, itaut reddantur attentata omia gesta post interpositam appellationem.

Argumentum 674. Valentina Expensarum.

Expensarum refectioni, quando sit locus.

Argumentum 675. Meleuitana Dignitatis.

Dignitates Religionis Hierosolymitanæ sunt adiudicandæ habentibus maiorem habilitatem, & benemerentiam.

Argumentum 676. Romana Successionis de Comitibus.

Successio debita matri ab intestato in bonis filij, seu nepotis resoluitur ad vsumfructum tantum si transiuerit ad secunda vota cum proprietatem teneatur reseruare filiis procreatis ex primo matrimonio: Et quid quando Mater, seu Auia venit ad successionem in concursu cum Moniali. Renunciatio facta propter ingressum in Religionē, quando dicatur stipulata pro quibuscumque hæredibus etiam extraneis: Et an in huiusmodi renunciationibus requirantur solemnitates statutariæ.

Argumentum 677. Tiburtina Redditionis rationis.

Debitum quando probetur ex partitis libri Administratoris, & in qua quantitate.

Argumentum 678. Messanen. Decanatus.

Ius optandi quando dicatur competere ex consuetudine, seu aliquo indulto, itaut regulæ tertiæ, seu quartæ Cancellariæ non sit locus, & quando d. consuetudo, seu indultum dicatur vsu receptum.

Argumentum 679. Auximana Fideicommissi.

Domus de dominio probatur fideicommittentis quamuis fuerit dictum actum in domo alterius.

Argumentum 680. Ianuen. Pecuniaria.

Remissoria debetur vtrique parti illam petenti etiam si vnus articulet contrariū illius, quod alius intendit probare quoties materia est releuans.

Argumentum 681. Romana fideicommissi de Romaulis.

Detractiones ex ommissione inuentarij iunctis alienationibus præsumuntur consumptæ, itaut ex persona hæredis grauati nequeant illius creditores dd. detractiones prætendere.

Argumentum 682. Bononien. Dotis.

Maritus quæ pacta possit apponere circa solutionem dotis quæ per vxorem nequeant impugnari.

Argumentum 683. Paduana Beneficij.

Fructus ad quam summam sint liquidandi, quando constat illos fuisse perceptos à Beneficiato.

Argumentum 685. Tiburtina Administrationis seu redditionis rationis.

Quæ requirantur ad effectum taxandi alimenta.

Argumentum 686. Romana Domus.

Restitutio in integrum conceditur quoties sententia est nulla siue iniusta, & quæ iniustitia ad dictum effectum requiratur: Valor rei stabilis ex quibus non dicatur probatus ad effectum vitandæ læsionis.

Argumentum 687. Ianuen. Pecuniaria.

Remissoria in prophanis datur sine fumo concurrenti articulorum releuantia, quid in materia obiectiua, & an detur contra propriam confessionem, & aduersus rem iudicatam.

Index Argumentorum.

Argumentum 688. Panormitana Pensionis.
Solutio pensionis quomodo sit probanda in iudicio condictionis indebiti.

Argumentum 689. Viceñ Portionum.
Quando immutari possit præstatio solita fieri in vino, & reduci in panem.

Argumentum 690. Meleuitana Maresciallatus.
Appellatio ad effectum suspensiuum ex quibus denegetur in collationibus dignitatum Religionis Hierosolymitanæ, & de differentia statuti 20. tit. de Concil. & statut. 21. tit. de elect. eiusdem Religionis.

Argumentum 692. Romana Deuolutionis Vineæ.
Per errorem suo loco non reposita.
Deuolutioni dicitur factus locus quando fuit alienatum in personam in quam alienatio erat prohibita.

Argumentum 693. Romana Euacuationis.
Suo loco reponenda.
Locatione finita res locata Locatori est restituenda.

Finis Argumentorum primæ Partis.





DECISIONVM R.P.D. AMATI DV NOZETI

SACRAE ROTAE ROMANAE DECANI:

PARS PRIMA.

TOLETANA PENSIONIS.

Mercurij 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Confidentiæ crimen si non sit concludentissimè probatum, non retardat executionem litterarum Apostolicarum, & ex quibus tale delictum sit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Littera apostolica iustificata executionem merentur.*
2 *Confidentia debet plenè, & concludenter probari.*
3 *Confidentia probatio debet fieri ex præcedenti pactione, siue intentione simoniaca.*
4 *Confidentia tractatus non nocet tertio.*
5 *Scientia tractatus præsumitur ex familiaritate, & cohabitatione cum tractante.*
6 *Scientia tractatus confidentia ad effectum amittendi portionem, requiritur indubitata.*
7 *Delictum confidentia uti difficilis probationis, probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis.*
8 *Confidentiam non probant coniectura nisi illam necessario importent, & reum de confidentia conuincant.*
9 *Pensio validè potest reseruari absenti, & ignoranti.*
10 *Acceptatio præsumitur in actu fauorabili ex scientia præsumpta.*
11 *Confidentia crimen sufficienter non probant expensa facta in expeditione litterarum.*
12 *Exceptio turbida non impedit executionem litterarum Apostolicarum.*

DECISIO I.



E Anno 1613. fel. rec. Paulus V. Coadiutorem perpetuum cum futura successione in Canonicatu, & Præbenda, quos q. Cyprianus Munos in Ecclesia Toletana obtinebat deputauit Didacum Munos eius pronepotem, qui ex causa dictæ Coadiutoriæ consensit duabus pensionibus, quælibet ducatorum 220. auri de Camera, vna scilicet ad fauorem Sancij de Munos eius fratris germani, altera verò ad fauorem Ioannis Diaz de Segouia, quas pecunias, tunc demùm, & non antea soluere promisit quàm per cessum, vel decessum ipsius Cypriani coadiuti cessaret officium Coadiutoriæ, & factus fuisset locus præfatæ successioni per obitum dicti Cypriani Coadiuti, quæ euenit de mense Nouembris 1619. successit in dicto Canonicatu dictus Didacus Coadiutor, qui nō multo post acceptam possessionem dicti Canonicatus etiam obijt extra Curiam, per cuius obitum de illo fuit prouisus ab Ordinario Toletano Antonius de S. Vincentio, qui ex eo, quòd recusabat soluere pensionem vnam ex supradictis dicto Ioanni Diaz sub prætextu, quod pensio fuisset confidentialis fuit conuentus à dicto Ioanne coram Ordinario Toletano, qui sententiam absolutoriam tulit ad fauorem dicti Antonij, à qua sententia pro parte dicti Ioannis Diaz fuit appellatum ad Nuncium Hispaniarum, qui reuocauit dictam

ctam sententiam Ordinarij, & condemnauit Antonium ad soluendum duos terminos decursos, & non solutos, cui sententiæ non acquiescendo Antonius obtinuit causam appellationis in Rota committi, causamque mihi commissa. Dubitaui an sententia Nuncij esset confirmanda, vel infirmanda; & DD. vnanimiter confirmandam esse responderunt.

De validitate non erat controuersum inter 1 partes. Iustitia verò visa fuit clara, quia † cum litteræ essent iustificatæ exequutionem merebantur. *Sabinen. in compend. signat. num. 86. Rota in recent. decis. 57. n. 2. & decis. 657. sub n. 1. part. 2.*

2 Non obstat opposita confidentia, † quia cum illa debeat probari plenè, & concludenter. *Abb. in c. vnicus il 1. num. 4. de test. post gloss. ibi*, quam esse communiter acceptam, tradit *Alciat. cons. 2. num. 20. tom. 1. Card. Seraph. decis. 1359.* & fuit dictum in vna *Lunen. Sarzanen. Confidentiæ coram Card. Pamphilio post lib. 1. cons. Farinac. decis. 135. num. 1. & in Albinganen. Confidentiæ coram bon. mem. Card. Marcomontio post lib. 2. cons. Farinac. decis. 254. num. 9. & in Leodien. Canonicatus coram R. P. D. meo Pirouano decis. 418. num. 4. par. 1.*

3 *recent.* Et probatio debeat fieri non ex his, quę sequuntur, sed ex præcedenti pactione, seù intentione simoniaca. *cap. Artaldus ibi antea eligerent 8. quæst. 3. gloss. & Doct. in cap. cui nos de simon. & in d. cap. veniens. de test. Rot. in dicta Lunen. Sarzanen. num. 3. & in d. Albinganen. num. 10.* in quibus aliæ decisiones referuntur, & fuit dictum in *Lucana præten sæ confidentiæ coram fel. recor. Gregor. XV. decis. 238. num. 8. & 9.* in qua pariter aliæ decisione referuntur. Hæc tamen probatio hoc casu nò adest; Nam testes, vltra quod aliqui ex illis habent interesse in causa, & aliqui in secùdo examine se retractauerunt, nihil aliud in facto probant quam tractatum factum inter Cyprianum Coadiutum, & patrem ipsius Coadiutoris de imponenda pensione ad fauorem Ioannis, cum hoc tamen quod teneatur pensionem soluere patri d. Cypriani eius vita durante, & postea Sannesio fratri dicti Coadiutoris. Quo casu cum Ioannes non 4 interuenerit in dicto tractatu † contra ipsum tamquam tertium non procedit Bulla fa. me. Pij V. *de Confid. Benef. in ordine 84.* Sed benè contra eos procedit, qui negocium Confidentiarum tractarunt; vt respondit *Rota in Ciuitaten. prætensæ Simoniæ coram Card. Mantica deci. 211. num. 12. & in dicta Albinganen. coram Card. Marcomontio num. 5.*

5 Non obstat Ioannem fuisse familiarem, & cohabitasse cum Cypriano, † & propterea non ignorasse dictum tractatum, *cap. quanto de præsump. Cardin. Seraphin. decis. 794. num. 15.*

6 Nam † ad effectum amittendæ pensionis, non debet admitti probatio scientiæ ex præsumptionibus, & coniecturis, sed debet legitimè, & clarè probari. *Mohed. decis. 1. & alias 4. de preben. Puteus decis. 300. in fin. lib. 3. Card. Mantic. decis. 41. num. 11.*

7 Nec obstat, quod hoc delictum sit difficilis probationis, † & propterea admittantur etiam præsumptiones, & coniecturæ. *Paris. de confid. quæst. 72. num. 1. Card. Seraph. decis. 1359. num. 2. Rota in recent. decis. 358. sub num. 1. par. 2. cum aliis per Beltram. in addit. decis. 238. num. 14.* Nam illæ 8 debent † plenè probari, & esse tales, quæ non possint aliud importare, & reum de Confidentia conuincant. *Alex. de Neuo cons. 64. nu. 2. Capuaq. decis. 205. num. 2. par. 1. Card. Seraph. dicta decis. 1359. num. 2.* fuit dictum *in d. Lunen. Sarzanen. coram Card. Pamphilio sub num. 1. & coram fel. rec. Gregor. XV. d. decis. 238. & decis. 517. nu. 2.*

Hoc autem casu tales coniecturæ non adsunt, nam quod Ioannes non dederit mandatum ad acceptandam pensionem nullo iure, nec vlla ratione potest conuincere ipsum de 9 Confidentia, † quia sibi absenti, & ignoranti poterat iure reseruari pensio, *c. si tibi absenti de præben. in 6.* & licet requiratur eius acceptatio, ex tradit. post alios per *Gonzal. super regul. 8. gloss. 26. num. 1.* tamen vltra quod ex non probata acceptatione non infertur delictum Con10 fidentiæ. Fuit responsum quod † satis possit dici constare de acceptatione ex præsumpta scientia cohabitationis, & familiaritatis, cum versemur in actu merè fauorabili ex supra allegatis; & fuit visa tolli omnis difficultas ex receptione litterarum reseruationis pensionis, quas Coadiutus post obitum sui patris tradidit ipsi Ioanni de anno 1619. Et licet non egerit pro consequutione pensionis coram Ordinario Toletano nisi de anno 1623 & sic per mortem fel. rec. Pauli V. qui concessit reseruationem dictæ pensionis, tamen non sequitur, quod Ioannes eam antea non acceptasset per prædictam receptionem litterarum ante mortem Pauli V.

Non obstat pariter, quod litteræ reseruationis pensionis non fuerint expeditæ expensis 11 dicti Ioannis, nam † quando alias faceret aliquam præsumptionem Confidentiæ sola tamen non sufficeret, vt fuit dictum *in dicta Lucana confidentiæ coram Gregor. XV. decis. 238. nu. 10.* in qua fuit allegata *Cusentina Confidentiæ coram Orano.* Sed hoc casu nec aliquam præsumptionem facere visum fuit, stante quod dictus Ioannes esset famulus, & Pedagogus in domo dicti Coadiuti, cuius seruitutis intuitu potuerunt fieri dictæ expensæ.

Ex quibus cum saltem, negari non possit, 12 quin † hæc exceptio sit turbida, & requirens altiorem indaginem, non potest, nec debet retardare exequutionem litterarum Apostolicarum. *c. si capitulo, & ibi glos. in verb. exequatur de concess. preben. in 6. Sarnen. in tract. Breuium num. 4. Mohed. decis. 13. vt lit. penden. Rota decis. 45. num. 1. par. 1. recent.*

Et ita decisum vtraq; parte informante &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE DOMAIQVIA.

Mercurij 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Appellatio etiam in suspensiuo datur à prouisione Ordinarij in beneficijs simplicibus, & præcipuè in beneficijs Calaguritanæ Diœcesis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad effectum suspensiuum non datur à prouisione Ordinarij in beneficijs curatis.*
2 *Appellatio ad vtrumque effectum datur à prouisione Ordinarii in beneficijs simplicibus.*
3 *Attentata redduntur omnia gesta tàm intrà, quàm post interpositam appellationem.*
4 *Appellatio ad effectum suspensiuum datur à relatione Examinatorum in beneficijs Calaguritanæ Diœcesis:*
5 *Ordinarius quando dicatur processisse iudicialiter.*
6 *Possessio attẽtata ex stylo Rotæ ponitur sub sequestro.*

DECISIO II.

VACANTE simplici Beneficio in Ecclesia S.Bartholomæi de Domaiquia Calaguritanæ Diœcesis de anno 1624. Ordinarius iuxta statutum Ecclesiæ,& motum proprium fel. rec. Clementis VIII. apposuit edictum, cuius vigore concurrerunt Antonius de Lexalde,Franciscus Fernandez,& Martinus Martinez, & plures alij, ex quibus duos tantum admisit, nempe Franciscum Fernandez, & Martinum Martinez, quos solos declarauit habere qualitates requisitas ad obtinendum dictum beneficium,& quos præterea pro certa die monuit ad examen; tandem facto examine Vicarius die 2. Martij pronunciauit solum Franciscum habilem, & idoneum ad dictum beneficium, à quo iudicio appellarunt Antonius,& Mattinus, qua appellatione non obstante Vicarius transiuit ad vlteriora. Vnde quia instante dicto Antonio causa mihi commissa. Dubitaui an constaret de attentatis, itaut esset apponendum sequestrum dubio proposito, DD. vnanimiter responderunt affirmatiuè.

Licèt enim in Beneficijs curam animarum habentibus non detur appellatio à prouisione
1 Ordinarij,& illius examine † quoad effectum suspensiuum ex dispositione Sacri Concilij
2 Tridentini *sess. 24. cap. 18.* † A prouisione tamen beneficiorum simplicium datur appellatio quoad vtrumque effectum iuxta iuris communis dispositionem, cum in hac parte in dictis beneficijs non reperiatur aliquid specialiter dispositum. Vnde cum beneficium, de quo agitur, sit simplex,& Antonius appellauerit à sententia Ordinarij, qua solus Franciscus Fernandez vigore examinis fuit declaratus habilis, & idoneus ad dictum beneficiũ consequendum, mandatum datum ab Ordinario, Capitulo, & Beneficiatis Ecclesiæ Parochialis de Domaiquia de præsentando dictum Franciscum sub pœna excommunicationis, & institutio facta ab Ordinario ad præsentationem Capituli die 6. Martij, & omnia
3 alia gesta per Ordinarium † tàm intra terminum ad appellandum, quàm post appellationem interpositam sunt reuocanda tamquam attentata, iuxta *glos. sepius canonizatam in Rota, in cap. non solum de appell. in 6. Rota diuers. decis. 6. num. 1. & seq. par. 2.*
4 Et in specie, quod in istis beneficijs Calaguritanæ Diœcesis † detur appellatio ab huiusmodi declaratione ad effectum suspensiuum tenuit *Rota coram Greg. XV. decis. 515. nu. 4. & in alia Calaguritana Beneficij de Villa Real 31. Ianuarij 1624. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in alia Calaguritana Beneficij de Alexen 9. Februarij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Pamphilio.*
5 Nec dubitarunt DD. quin Ordinarius † processerit iudicialiter, cum per eum fuerint apposita edicta, & cõparuerint plures Oppositores,& instructus fuerit processus super eorum legitimitate,qui actus conueniunt. Iudici vti Iudici, non autem vti priuato, and tradit. per *Lancell. de attent. cap. 12. limit. 5. nu. 3.* & post alios optimè *Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. in annot. contra nullit. num. 36. 38. & seq.*
6 Ex quibus cum clarè resultent† attentata iuxta stylum huius sacri Tribunalis possessio beneficij est ponenda sub sequestro. *Cassador. decis. 3. nu. 6. de restit. spoliat. Caputaq. decis. 157. par. 3. & aliàs sepissimè.*

Et ita decisum vna tantum parte informante.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE CAMBIIS.

Lunæ 26. Februarij 1627.

ARGVMENTVM.

Substitutio vna quando est facta de aliqua parte bonorum, & postea in alijs bonis est facta altera substitutio, si in ista vltima adsit clausula, *vt supra*, operatur vt in omnibus sit obseruandum quidquid in prima substitutione est dispositum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, vt supra, *est repetitiua præcedentium, sicut etiam verbum*, similiter.
2 *Succedendi ordo est proprius vinculorum, & fideicommissorum perpetuorum. & num. 3.*
4 *Masculinitatis qualitas semper repetita in substitutionibus, suadet testatorem sub nomine filiorum, voluisse etiam comprehendere nepotes.*
5 *Ex alienation: strictissima prohibitione facta à testatore, desumitur efficacissima coniectura perpetui fideicommissi.*
6 *Positi in conditione censentur vocati, quando post eos testator substituit agnatos, & alijs deficientibus piam causam.*
7 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando eorum substitutio collata est in remotissimum tempus. & num. 15.*
8 *Coniectura plures simul iungi possunt ad hoc, vt suffragentur.*
9 *Filiorum appellatione veniunt nepotes concurrentibus adminiculis.*
Quod procedit etiam quando agitur de transuersalibus testatoris. & num. 9.
10 *Dictio*, vt suprà, *operatur, vt omnes conditiones factæ in prima dispositione, de nouo sint de verbo ad verbum expressa in secunda. & num. 11.*

 12 *In*

12 *In substitutionibus si plures sint vocati alternatiuè, intelliguntur vocati ordine successiuo. & num. 13.*
14 *Substitutiones, quando sunt vulgares, tunc sufficit in vno verificari, nam vna impleta omnes corruunt.*

DECISIO III.

DE Anno 1548. Petrus de Cambijs suum vltimum condidit testamentum, quod est bipartitum in prima parte hæredem suum vniuersalem in bonis immobilibus, & patrimonialibus, quæ habebat Florentiæ Siluestrũ de Cambijs eius fratrem germanum instituit, eidemque primo loco eius filios, & nepotes masculos in infinitum substituit, & his pariter sine filijs masculis deficientibus secundo loco substituit filios legitimos, & naturales masculos in infinitum Nicolai de Cambiis fratris consobrini, quibus etiam simili modo deficientibus filios masculos legitimos, & naturales Laurentij de Cambijs eius secundi consobrini tertio loco substituit, quibus vt supra deficientibus quarto loco substituit filios masculos legitimos, & naturales Iacobi de Cambijs pariter consobrini, & illis demum deficientibus vt supra vltimo loco substituit Hospitale Innocentium Ciuitatis Florentiæ.

In secunda verò parte in alijs bonis alibi existentibus instituit eundem Siluestrum fratrem, & Petrum Gallianum eius ex sorore nepotem æquis portionibus, quos inuicem substituit hoc modo, nempè. Siluestro sine filijs masculis decedenti Petrum quamdiu vixerit. Petro verò deficienti in dicta portione Siluestri, quæ peruenerit ad Petrum substituit filios Nicolai consobrini supradicti, & alias prout supra de bonis Florentiæ disposuit. Petro verò Galliano cohęredi in eius portione substituit eiusdem filios legitimos, & naturales in infinitum, & fœminas primi gradus; illis verò deficientibus Siluestrum, aut eius filios, aut Nicolai, vel Laurentij, vel Iacobi iuxta formam, conditiones, & qualitates supra in dispositione bonorum Florentiæ substituit.

Decessit Petrus Gallianus alter cohęres, cui successit vnica filia, decessit etiam Siluester superstite Petro filio legitimo, & naturali, cui portio Galliani per obitum eius filiæ obuenit. Qui Petrus denium decessit sine liberis institutis hęredibus Hospitale, & Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ Nationis Florentinæ de Vrbe.

Sed quia Antonius, & Petrus Ioannes fratres de Cambijs descendentes per lineam masculinam ex Laurentio tertio loco in dicto testamento Petri vocato prætendebant, se vigore supradicti testamẽti esse vocatos ad dictam portionem Galliani, ideò instantibus illis proposui dubium: An dd. fratres essent vocati ad portionem Petri Galliani ex testamento Petri senioris de Cambijs. Quo proposito DD. vnanimi consensu esse vocatos responderunt.

Et quoad fideicommissum factum de bonis in Ciuitate Florentiæ, & in eius districtu existentibus, ad quod secundum fideicommissum est relatiuum DD. non dubitarunt quin adhuc duret, & sic quod Petrus, & Antonius fratres descendentes per lineam masculinam à Laurentio sint vocati; ex quo Petrus testator fecit perpetuum fideicommissum inter omnes descendentes masculos supra vocatorum ad quod probandum concurrunt omnes coniecturæ à Doctoribus ad fideicommissum perpetuum inducendum ponderati solitæ.

Prima coniectura oritur ex quo Petrus testator in substitutione filiorum Siluestri, & Nicolai repetijt, & vsus fuit verbo, *in infinitum*, quod censetur repetitum in substitutione fi-
1 liorum Laurentij per clausulam, † *vt supra*, & per verbum, *similiter, Decian. respons. 31. nu. 137. lib. 1. Surd. cons. 336. num. 9. Ruin. cons. 139. nu. 21. in fin. lib. 3. Rota in recentior. decis. 718. num. 2. & 3.* vbi habetur quod hæc est conclusio indubitata. *p. 2.*

Secunda coniectura est, quia Testator voluit obseruare formam fideicommissorum perpetuorum digrediendo ad plures substitutionum gradus. Quia primo loco vocauit fratrem, & eius filios, deinde consobrinum, & eius filios in infinitum; tertio consobrinum, & eius filios, deinde alium consobrinum secundum, & eius filios, vt supra, & sic etiam
2 in infinitum; Qui succedendi † ordo est proprius vinculorum, & fideicommissorum perpetuorum. *Menoch. lib. 4. præsumpt. 68. num. 10. Decian. cons. 102. num. 17. lib. 2.* vbi de communi testatur *Cephal. cons. 476. num. 25. Crauett. cons. 98. in fin. Surd. cons. 347. nu. 7. & cons. 129. num. 3. Honded. cons. 54. num. 35. & 36. lib. 2.* vbi de veriori, & receptiori, & quod res est in tuto quando cõcurrit cõiectura etiam leuis. *Bellon. iun. cons. 50. num. 28. & 29.* vbi de veriori, & receptiori, &
3 quando † adiuuatur alijs coniecturis caret omni difficultate. *Rota in recent. decis. 146. nu. 8. & decis. 266. num. 14. par. 1.* & fuit dictum *in Imolen. Fideicommissi 2. Martij 1622. coram bon. mem. Vbaldo, & in Senogallien. Fideicommissi 11. Maij 1626. coram bon. mem. Remboldo.*

Tertia coniectura oritur, ex quo Testator
4 semper repetit qualitatem † masculinitatis, quæ qualitas considerata in filijs, cum concurrat etiam in nepotibus suadet Testatorem sub nomine filiorum voluisse comprehendere etiam nepotes, vt in specie deducunt *Curt. iun. cons. 111. num. 10. & seq. Becc. cons. 121. nu. 7. & 8. cum alijs per Bellon. iun. cons. 2. num. 23. fusè relatis per Ronit. cons. 50. num. 19.*

Quarta coniectura deducitur ex strictissima
5 prohibitione † alienationis facta à Testatore, ex qua desumitur efficacissima coniectura perpetui fideicommissi. *Menoch. præsumpt. 68. lib. 4. num. 15. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. cap. 5. per tot. Mant. de coniect. vltim. volunt. tit. 6. num. 2.* Quod tanto magis procedit quando Testator reddit rationem prohibitionis, ex quo quando instituit Siluestrum ei iniunxit, quod nullo modo posset alienare dicta bona, sed quod post eius mortem deuenirent ad eius filios, & nepotes in infinitum, & his sine filijs masculis deficientibus ad filios Nicolai in infinitum

succes-

ſucceſſiuè apponendo omnes ſubſtitutiones;
dequibus ſupra; quo caſu cum appareat Te-
ſtatorem voluiſſe prohibitionem realem fa-
cere extenditur ad omnes ſubſtitutiones, vt
benè in his terminis per *Decian. dicto conſ.* 102.
num. 27. *&* 29. *lib.* 2.

Quinta coniectura deſumitur, quia vltimo
loco fuit ſubſtitutum Hoſpitalè cuius fauore
6 cenſentur vocati† poſiti in conditione,ad hoc
vt bona poſſint tandem ad illud deuenire de-
ficientibus omnibus in conditione poſitis, vt
optimè deducunt *Decian.d.conſ.*102.*num.*21. *&*
*ſeq.lib.*2. *Rimin.iun.conſ.*21.*num.*50, *&* 51. *Iaſ. in*
*l. ſi quid id quod, num.*22. *poſt med. ff.de iuriſd.omni.*
*Iudic. Surd. conſ.*539. *num.*5. vbi etiam de com-
muni atteſtatur *Rota deciſ.* 437. *numer.*2. *par.*2.
recent.

Sexta, & vltima coniectura eſt, quia filii
Laurentij vocati ſunt poſt obitum omnium
deſcendentium Siluestri, & Nicolai in infini-
tum, vnde cum ſubſtitutio filiorum Lau-
rentij collata ſit in remotiſſimam tempus;
nempè poſt extinctam lineam Siluestri,& Ni-
colai quo tempore impoſſibile erat extare
filios primi gradus Laurentij, & ideò veriſi-
mile eſt Teſtatorem cogitaſſe tunc non exti-
turos filios primi gradus Laurentij. filio-
7 rum appellatione † dicendum eſt nepotes cō-
prehendere voluiſſe, iuxta receptiſſimam op-
pinionem *Imol. in l.gallus, §. inſtituens, num.*48.
verſ.vel poteſt dicere, ff de lib.& poſt. quā ſequuti
ſunt *Rub. Alex.conſ.*28.*num.*9.*circa med. verſ.item*
*ex quo ſubſtitutio, Mant.de coniect. vlt.volunt.lib.*8.
*tit.*8.*num.*22. *Peregrin.de fideicomm.art.*22.*num.*50
*Ruſt.ad l.cum auus,lib.*6.*cap.*12. *num.*4. vbi pluri-
mos refert Imolam ſequentes *Rota in Tuſcula-*
na Fideicommiſſi 15. *Aprilis* 1619. *coram R. P. D.*
meo Decano, & in Bononien. fideicommiſſi de Deſi-
derijs 20. *Martij, &* 26. *Iunij* 1626. *coram R.P.D.*
meo Merlino, quæ optimè reſpondet contrarijs.

Ex quibus omnibus coniecturis, licet ali-
quæ ſeparatim conſideratæ poſſent habere ali-
8 quas difficultates, attamen non eſſet dubium:
quin ſimul vnitæ ſuffragari videantur. *Bero.*
*conſ.*104.*num.*12.*in fin. lib.*2. *Bellon. iun.conſil.*50.
*num.*33. *Seraph.deciſ.*1229.*num.*12. *Rot.deciſ.*266.
*num.*19. *par.*1. *recent.* vbi quod coniecturæ ad
iſtum effectum ſimul iunctæ conſiderari de-
bent, non autem ſeparatim diſcuti.

Non obſtat, quod Teſtator loquutus fuerit
diſcretiuè modo de filijs, & modo de nepoti-
bus,& ideò in ſubſtitutione facta de filijs Lau-
rentij non veniant nepotes, maximè cum hic
agatur de tranſuerſalibus Teſtatoris; Quia ex
ſerie teſtamenti apparet Teſtatorem non po-
ſuiſſe nomen filiorum diſcretiuè, ſed habuiſſe
pro ſinonimis, & præſertim dum poſtquam
vocauit filios Laurentij ſubiunxit (quibus
deficientibus ſine liberis maſculis, vt ſupra
ſubſtituit filios maſculos naturales, & legiti-
mos Iacobi) vt poſt alios Rota reſpondens
fundamento diſcretiuę loquutionis *in d. Bo-*
nonien. de Deſiderijs coram R. P. D. meo Merlino,
*Bellon.iun.conſ.*2.*num.*35.*ad fin. cum duob. ſequent.*
verſ. quia reſpondeo, Rota in Vrbeuetana Caſtrorum
10. *Iunij* 1588. *coram bon.mem. Card. Platto.* Et
demum iſta difficultas ſatis tollitur ex ſupra-
9 dictis coniecturis, † quibus concurrentibus
filiorum appellatione veniunt nepotes, vt di-
xit *Rota deciſ.*667.*num.*4.*par.*2.*recent.* Quod pro-
cedit etiam quando agitur de tranſuerſalibus
Teſtatoris. *Alex.conſ.*28.*num.*9.*ante medium,verſ.*
*non obſtat id quod dixi, Simon.de Prat.conſ.*56.*nu.*9.
*Peregrin.conſ.*40.*num.*41.*cum plurib.ſeqq. lib.*6. *Ro-*
ta in præallegata deciſione Bononien. fideicommiſſi de
Deſiderijs, in qua etiam aliæ deciſiones con-
cordantes recenſentur.

Quibus ita firmatis, & ſtante exiſtentia ſu-
pradicti fideicommiſſi de bonis Florētiæ DD.
non dubitarunt, quin ſecundum fideicom-
miſſum de alijs bonis extra Ciuitatem Flo-
rentiæ, & eius diſtrictum exiſtentibus adhuc
duret. Quia Teſtator in portione Petri Gal-
liani,de qua agitur,eo decedente ſine filijs ma-
ſculis, & mortuis filiabus primi gradus, qui
fuit caſus ſequutus,fecit in dicta portione eaſ-
dem ſubſtitutiones, & iuxta eandem formam
conditiones, & qualitates, quibus ſupra di-
ſpoſuis de bonis in Ciuitate Florentiæ exiſten-
tibus: Sed ſic eſt, quod per exiſtentiam dd.
Antonij, & Petri Ioannis fratrum adhuc du-
rat vinculum in eorum fauorem in bonis
Florentiæ, vt dictum eſt ſupra, ergò pariter
dicendum eſt, quod duret etiam in portione
Petri in alijs bonis vigore dictionis repetitiuę
10 *Decian. reſponſ.*31. *num.*137.*lib.*1. Quæ † dictio
operatur perinde ac ſi omnes ſubſtitutiones
factæ in prima diſpoſitione ſuper bonis patri-
monialibus in Ciuitate Florentiæ poſitis de
nouo eſſent de verbo ad verbum ſpecialiter
expreſſæ in ſecunda diſpoſitione facta de alijs
bonis extra Ciuitatem Florentiæ. *Surd., con-*
*ſil.*352. *num* 6. *& ſeq. Pariſ.conſ.*19.*nu.*70. *&* 71.
*lib.*2. *Houded.conſ.*78.*num.*20. *&* 40. *lib.*1. *Pere-*
*grin.de fideicomm.art.*29.*num.*17. *Decian.conſil.*41.
*num.*51.*lib.*1. *Aretin.conſ.*155.*nu.*1. *Dec.conſ.*227.
11 *num.*3.*vol.*1. vbi quod ſi prima ſubſtitutio†eſt
facta pupillariter vulgariter, & per fideicom-
miſſum, & deinde fiat ſecūda ſubſtitutio ſim-
pliciter adiecto tamen hoc verbo, *vt ſupra*,
cenſetur ſecunda ſubſtitutio expreſsè eodem
modo facta quo illa prima, & ab ea nihil dif-
fert, ſed comprehendit, & extenditur ad eoſ-
dem caſus. *Menoch. conſ.*435.*num.*15. *Peregr. de*
*fideicomm.art.*16.*num.*15.

Neque obſtat, quod Teſtator alternatiuè
loquutus fuerit, ibi, *quod bona reuertantur ad*
Siluestrum, aut filios Nicolai, vel Laurentij,
vel Iacobi, quæ alternatiua eo ipſo dicitur
verificata, quo vnus ex prædictis ſucceſſit,
12 quia plures vocati alternatiuè † in ſucceſ-
ſionibus,intelliguntur vocati ordine ſucceſſi-
uo,vt vnus poſt alium ſuccedere debeat, *Ruin.*
*conſ.*163.*num.*9.*lib.*1. *Natt.conſ.*470.*num.*8. *Ceph.*
*conſ.*656. *num.*35. Et ceſſat omnis difficultas,
quia iſta alternatiua declaratur ex ſubſequen-
tibus verbis, ſecundum formam, conditiones,
& qualitates ſupra poſitas in bonis exiſtenti-
bus Florentiæ in quibus ex ſupradictis clarum
eſt fideicommiſſum.

13 Nec pariter obſtat deciſio † *in Romana fidei-*
commiſſi de Bonadies 21. *Aprilis* 1603. *coram Illu-*

strissimi Cardinali Millino, quia benè aduertemunt DD. quod alternatiua in hoc casu non est simplex, sed relatiua ad similes substitutiones factas in primo fideicommisso de bonis Florentiæ per hæc verba (iuxta formam, & conditiones ac qualitates) quę ex vi dictæ relatiuæ censentur inesse in hac postrema substitutione. *Rota decis. 36. num. 1. par. 1. recent.* sed in casu illius decisionis de Bonadies Rota di-
14 xit substitutiones esse † vulgares, vnde merito sufficiebat in vno verificari, nã prima impleta omnes corruunt. *l. si mater, §. si filius. ff. de vulgar.* non sic in præsenti casu in quo testator voluit prouidere quando defecisset linea Nicolai, & postmodum Laurentij, & deinde Iacobi, vt inde succederet Hospitale.

Ex qua Testatoris prouidentia infertur ad coniecturã digressionis ad plures gradus substitutionum, & ad vocationem loci Pij, quæ non est vnica substitutio prout dicitur in *dicta*
15 *decis.* de Bonadies, sed sunt plures † & successiuè inter se distinctæ, quæ bene veniunt ad coniecturandam voluntatem Testatoris in vocatione Petri Ioannis, & Antonij. *Honded. cons. 34. num. 34. & 35. lib. 2. Decian. d. cons. 102. num. 17. lib. 2. cum alijs supra allegatis.*

Et ita vtraque parte informante conclusum.

ROMANA DOTIS.

Lunæ 15. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in Saluiano non denegatur concurrentibus requisitis scilicet credito cum hypotheca possessione debitoris & possessione eius contra quem dirigitur Saluianum.*

2 *Iurisdictio efficitur conditionata per verba constito de paupertate, reseruatis expensis in fine litis.*

3 *Mandatum procuræ dicitur de actis si in termino citationis ad dicendum contra in terminis substantialibus, procurator compareat tanquam procurator & dicat de suo mandato constare in actis.*

DECISIO IV.

CENSVERVNT DD. sententiam R. P. D. Bolognetti reuocatoriam alterius bon. me. Marescotti esse infirmandam.

Aut enim dicta sententia fundatur super iniustitia sententiæ bo. mem. Marescotti, & ex hoc capite DD. dixerunt eam non posse sustineri. Quia iustitia dictæ sententiæ bo. mem. Marescotti visa fuit clara, ex quo Angelicæ vigore Saluiani decernebat immissionem in possessionem census de quo agebatur. Extrema enim pro illo interdicto, nempè possessio eiusdem census respectu Gasparis de tempore obligationis, & modo respectu Clericis Reæ conuentæ probantur creditum etiam Angelicæ vna cum speciali hypotheca in dicto censu donec dos integrè persolueretur iustificabatur ex instrumento publico pactorũ dotalium inito inter dictum Gasparem Angelicæ Patrem, & Augustinum eius Ge-
1 nerum † quibus stantibus non poterat Angelicæ denegari immissio vigore Saluiani. *Bolo. cons. 14. num. 13. lib. 6.* cum alijs latè cumulatis in decisionibus R. P. D. mei Merlini in hac causa factis sub die 13. Nouembris 1623. & 7. Februarij 1624. quæ optimè respondent obiectionibus, tàm facti, quàm iuris pro parte Claricis excitatis, quarum fundamenta hodie iterum examinata Dominis placuerunt.

Aut sententia R. P. D. Bolognetti fundata est super nullitate sententiæ bon. mem. Marescotti, & ex hoc capite etiam DD. dixerunt eam non subsistere, nam ex his quæ per informantes in facto pro Angelica deducuntur hæ nullitates prætensæ tolli visæ fuerunt.

2 Nam quoad primam quod † iurisdictio bon. mem. Marescotti esset conditionata per illa verba (constito de paupertate reseruatis expensis in fine litis) remanet sublata ex lectura commissionis. Quia iurisdictio cognoscendi & decidendi fuit simpliciter data, & vlterius ampliatiuè etiam reseruatis expensis in fine litis constito de paupertate, & sic iurisdictio non fuit conditionata.

Alia nullitas ex defectu mandati procuræ tollitur ex facto, quia de eo in personam Antonij Albertini facto à dicta Angelica constat ex publico instrumento in actis Notarij causæ rogato post cęptam litem.

Nec releuat quod dictum mandatum non fuerit productum, nec repetitum parte cita-
3 ta. Nam respondetur † quod in termino citationis ad dicendum contra in terminis substantialibus dictus Albertinus comparuit vti Procurator, & dixit de suo mandato procuræ constare in actis, & idem fecit in alia citatione ad dicendum contra iura, & propterea ex his apparet dictum mandatum satis esse de actis.

Et ita vna tantum Parte informante resolutum.

ASTEN. CANONICATVS.

Veneris 16. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Subcollector quis dicatur ad effectum vt regula reseruatoria beneficiorum subcollectorum vim habeat & de vi gratiæ si neutri & clausulæ parito iudicato.

SVMMARIVM.

1 *Gratia (si neutri) vt sit iustificata necesse est vt lis fuerit introducta super titulo beneficij eaque narretur, num. 1.*

2 *Lis extinguitur per rem iudicatam & executoriales relaxatas, num. 2.*

3 *Noua commissio non potest dici restaurare litem nisi facta*

facta fuerit citatio ad dicendum contra commissionem, num. 3.

4 *Clausula parito iudicato, non purificata lis non potest considerari cum deficiat iurisdictio, num. 4.*

5 *Obseruantia subsecuta est optima interpres verborũ concordiarum. num. 5.*

6 *Deputatus nudus minister ad exigendum absque iurisdictione non dicitur subcollector ad effectum vt Regula reseruans subcollectorum beneficia locum habeat, num. 6.*

7 *Subcollector vt intret reseruatio debet esse vnicus. num. 7.*

DECISIO V.

VACANTE Canonicatu in Ecclesia Cathedrali Asten. per mortem Bernardini Balagni, & iuxta eiusdem Ecclesiæ consuetudinem optata præbẽda Sanctæ Mariæ de Vialo nuncupata per Ioannem Mariam Guttuarium D. Alexander Murator eumdem Canonicatum, & Præbendam, vti Sedi Apostolicæ reseruatam impetrauit, & commissa causa iactationis, & iactationum ad instantiam dicti Guttuarij super Præbenda per ipsum optata Reuerendiss. D. meo Decano, præuijs duabus decisionibus Guttuarius sententiam fauorabilem reportauit, illaque in iudicatum transacta D. Alexander causam restitutionis in integrum bon. mem. Remboldo committi obtinuit, in quo iudicio, cum præuijs duabus decisionibus fuisset dictum nõ cõstare de causis restitutionis in integrum D. Remboldus suam moderatus fuit inhibitionem, & litteras executoriales relaxauit, quibus non acquiescens D. Alexander de nouo causam, & causas executionis suarum litterarum Apostolicarum in forma subrogationis gratiosæ expeditarum committi obtinuit bon. mem. Reuerendiss. Archiepiscopo Seleucien. patruo meo cum clausula (parito iudicato) & mortuo prædicto Guttuario obtinuit per alias litteras Apostolicas se in Ius, ac possessionem illius subrogari, & coram A.C. executore citato Christophoro Bona, qui prædictam Præbendam per obitum Guttuarij vacantẽ optauerat, succubuit. Verum quia durum, ac nimis durum eidem D. Alexandro videbatur nõ potuisse per tot prouisiones Apostolicas Canonicatũ, & Præbendam prædictam obtinere, nouam gratiam (si neutri) impetrauit. Sed proposito dubio an dicta Gratia esset iustificata, negatiuè fuit resolutum.

1 Quò enim ad litem narratam † necessariam super titulo beneficij. *Rota decis. 24. de rescript. in nou. Sarnen. de Annal. quæst. 28. vers. præterea. Verall. decis. 34. num. 2. lib. 2. fuit dictum in Oscen. Optionis coram Gypsio, quæ est decis. 604. part. 4. diuers. ante num. 1. & in Leodien. Parochialis 24. Decembris 1621. coram Illustrissimo Card. Caualerio.* Nõ potest dici Gratia iustificata, ne dum, quia per Guttuarium fuit commissa causa super Præbenda per ipsum optata, non autem super Canonicatu, & sic lis non fuit introducta super titulo Beneficij, vt fuit dictum in dicta *Oscen. Optionis decis. 605. num. 2. vers. lis vero par. 4. diuersor.* Sed quia quatenus adfuisset lis fuit
2 iam extincta † per rem iudicatam, & executoriales relaxatas. *Rot. decis. 10. vt lit. pendent. in nou.* Et licet postea fuerit obtenta alia commissio directa *bon. mem. Seleucien.* tamen non
3 potest dici restaurata † lis, tum quia non fuit facta citatio ad dicendum contra Commissionem viuente Guttuario prout requirebatur.
4 *Cassad. decis. 7. de appell.* Tum quia adest † clausula parito iudicato, qua non purificata non potest considerari lis, cum deficiat iurisdictio. *Put. decis. 16. vt lit. pendent. & decis. 429. lib. 1.*

Nec visum fuit iuuari posse D. Alexandrum antiquo illo, ac toties decanto fundamento, quod constet de reseruatione, ex eo quod Balagnus fuisset vnicus subcollector. Quia vltra quod sequeretur constare de illius antiquo iure, & sic non posset dici iustificata Gratia in eo, quod D. Alexander narrauit sibi ius non competere, quod sufficeret ad illius exclusionem ne posset obtinere ex hac vltima prouisione Apostolica, fuit responsum prædictum fundamentum per tot decisiones, per rem iudicatam reiectum, ac etiam confessionem Alexandri in hac gratia improbatum esse de nouo reijciendum ex rationibus optimè deductis in decisionibus *Reuerendiss. D. mei Decani, ac bo. me. Remboldi.*

Non obstat, quod Balagnus fuerit deputatus subcollector in vim concordiæ inter Thesaurarium, & Capitulum Asten. & in ea fuerit conuentum, quod deputaretur subcollector pro exigendis scutis centum aliquis Canonicus eiusdem Cathedralis, qui etiam esset subcollector omnium spoliorum reseruatorũ in concordia, vt ostendunt illa verba (ijdem contrahentes conuenerunt, & consenserunt, quod dicto Reuerendissimo D. Thesaurario generali, vt præfertur deputando, sit expressè reseruata cognitio omnium, & singularum causarum spoliorum &c.) Nam fuit responsum nulla legi verba in dicta concordia, quod in casu quo Thesaurarius alium subcollectorem deputasset super spolijs reseruatis talis deputatio esset nulla, & inualida, & quod non nisi ille Canonicus pro exigendis scutis centum deputatus posset esse subcollector super alijs spolijs; & propterea ante reclamationem Capituli deputatus subcollector ad illa spolia non potest dici vigore concordię nullius deputatus: de qua Capituli reclamatione nullo modo constat, nedum quòad deputationem Marlazzini, sed nec etiam Palazzola substituti ad officium subcollectoris ab ipso Marlazzino in Ciuitate Asten. quem exercuisse officiũ subcollectoris per totum annum 1606. cõstat ex litteris Nuntij ad Marlazzinum, & litteris Thesaurarij ad Palazzolium, ac ex deputatione Balagni de anno 1606.

De deputatione vero Marlazzini, quicquid dicant informantes pro D. Alexandro non potest dubitari cum verba litterarum D. Thesaurarij sint clara, vt fuit firmatum in prædictis decisionibus, & constat tam ex litteris Nuntij ad eundem Marlazzinum, quàm Thesaurarij ad Palazzolium.

Stan-

Stante igitur validitate deputationis Marlazzini non obstat Balagnum fuisse deputatũ in vim concordiæ, cuius vigore idem deberet habere iurisdictionẽ in alijs spolijs. Nam huic intellectui repugnat proxima, & imme-
5 diata obseruantia subsequuta optima † interpres verborum concordiæ. *l. si de interpretatione ff. de legibus cap.cum dilectus. de consuet. Crauett. cons.294. num.8. vers. vigesimo primo. Soccin.cons. 145.col.2.lib.1. Becc.qui alios cumulat cons.140. numer.21.tom.2.* & in materia subcollectoris fuit dictũ in *Calaguritana Beneficiorũ 2. Decemb. 1602. coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in Paduana Prioratus 5. Nouembris 1614. coram R.P.D. Pirouano*. In prima namque deputatione in continenti facta post prædictam concordiam bo. mem. Cardinalis Cæsius tunc Thesaurarius expressis verbis deputauit Amadeum Bellum Canonicum Asten. in Commissarium, & subcollectorem in locum Thesaurarij, & Cameræ Apostolicæ cum amplissimis facultatibus, & deinde fuit data eidem facultas exigendi collectam imponendam per Capitulum, & Clerum. In deputatione autem Balagni nedum non leguntur concessæ facultates, sed nec simpliciter fuit deputatus Commissarius, vt posset intrare prædictum fundamentum pro parte D. Alexandri deductum, quinimò adsunt tot verba restrictiua, ex quibus fuisse deputatum ad exactionem tantum scutorum centum clarissimè constat, prout latissimè, & rectissimè fuit firmatum in prædictis decisionibus Reuerendissimi D. mei Decani; & bo. mem. Remboldi.

Et pro maiori firmitate omnium deductorum in prædictis decisionibus fuit etiam in hac positione consideratum, quod in illa deputatione facta de Amadeo Bello, Thesaurarius voluit, vt teneretur idem Bellus dare cautionem idoneam de pecunijs, bonis, fructibus, & rebus per bellum nomine Cameræ exigen. fidele & legale computum, & rationem Thesaurario reddendi & omne reliquum soluen. instrumentumque cautionis, necnon inuentarium bonorũ, eiusdem Cameræ Apostolicæ nomine colligendorum ad Thesaurarium quanto citius transmittendi. Quam cautionem dum Thesaurarius non curauit præstari per Balagnum signum est euidens, quod nullo modo voluit illum deputare subcollectorem ad spolia, cum magis interesset Cameræ habere hanc cautionem, quam illam vigore concordiæ ad ipsius exactoris officium rectè fideliter, & legaliter exercen. & Capitulũ, & Clerum ab omnibus damnis liberandum, eisque rationem redden. per quam nullo modo erat cautum Cameræ Apostolicæ.

Ex quibus sequitur Balagnum vel non potuisse dici subcollectorem ad effectum re-
6 gulæ cum videatur † deputatus vti nudus minister ad exigendum absque iurisdictione, vt fuit resolutum in *Fereten. Parocchialis 9. Maij 1588. coram D. de Rubeis*, quam refert *Garz. de benef. part. 5. cap. 1. §. 6. num. 380.* Vel vbi habuisset iurisdictionem pro exactione dictorum scutorum centum, & sic esset subcollector iuxta primam decisionem factam ad fauorem D. Alexandri coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est in *recent. part. 1. decis. 720.* tamen
7 non esset vnicus, † & per consequens non intraret reseruatio.

Etex his vtraque parte informante fuit resolutum Gratiam si neutri non esse iustificatam.

IADREN. PENSIONIS.

Veneris 30. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Remissoria etiam secunda datur quando articuli in prima dati apparent defectuosi ex imperitia Procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria secunda regulariter non cõceditur ad probandum id quod in prima instantia actor probare nixus fuit.*

2 *Remissoria etiam secunda conceditur quando subest iusta causa & articuli dati continent aliquod plus.*

3 *Procuratoris imperitia non debet nocere principali.*

4 *Gratia quando fundatur super valore, iste nõ sufficit de tempore impetrationis, sed debet probari per aliquos annos ante & post computato anno fertili cum sterili.*

5 *Valor beneficij intelligitur deductis oneribus.*

6 *Remissoria secunda datur vt melius & magis distinctè articuletur, & sufficit quod in parte articulus sit nouus.*

7 *Interrogatoria quoad valorem beneficij patiuntur defectus si non dicant de anno fertili cum sterili.*

8 *Valor beneficij, non probatur per testes non informatos.*

9 *Testes meliores quod præsumantur examinati cessat quando remissoria petitur in loco differentiæ.*

10 *Remissoria reiterata eo magis conceditur quando cessat præsumptio, quod fuerint examinati meliores testes ex quo remissoria petitur in loco differentiæ.*

11 *Remissoria secunda eo faciliùs conceditur quando agitur de re considerabili, & ex illius denegatione resultat damnum irreparabile.*

12 *Nobiles in dominio Veneto Clarissimi.*

DECISIO VI.

1 CENSVERVNT DD. dandam esse remissoriam Stephano Celso, † nam licet non soleat dari secunda ad probandũ id quod in prima instantia actor probare nixus est, cũ præsumatur meliores, & magis informatos testes induxisse. *Aym. cons. 134. num. 3. Verall. decis. 50. num. 5. in fin. part. 3. Rota decis. 406. numer. 2. par. 2. recent.*
2 † Tamen non denegatur quando subest iusta causa, & articuli de nouo dati aliquid plus continent *Put. decis. 4. de dilat. Adden. ad decis. Gregor. XV. decis. 367. num. 4. vers. ex iusta tamen causa Rota decis. 348. nom. 8. par. 1. recent. & decis. 338. num. 5. post lib. 2. cons. Farinacc.*
3 Iusta autem causa visa fuit adesse, † quia arti-

articuli dati in prima remissoria sunt defectuosi, & facti à Procuratore, cuius imperitia non debet nocere Principali, *Aegid.dec.645. Put. decis. 4. de dilat.* maximè in omittendo. *Iasan l. si Procurator in 8. limitat. C. de Procurat. Surd. decis.181. num.16.* & sufficit fumus erroris, *Put.decis.6.de dilat.*

Defectus autem dictorum articulorum patet, quia primus articulus dicit (*l'Abbatia è solita fruttare in particolare dell'anno 1622.& 1623.*
4 *frutto de Zecchini 485.*) Vnde nō sufficit † quod percutiat tempus gratiæ, sed debet probari per aliquos annos ante, & post, computato anno fertili cum sterili. *Achil.de Graff.decis.188. seu 34. num.1.& 2.Mant.decis.178.num.1.Seraph. decis.1441.num.11.*
5 Neque † iste articulus dicit deductis oneribus prout requiretur. *Felin.in cap.ad aures n.13. vers.duodecima conclusio de rescript.Mant. dicta dec. 178.num.1.Seraph.decis.1317.nu.1.Rota decis 444.*
6 *num.4.in fin.par.2.recent.* & ideo datur † secunda remissoria, vt melius,& magis distinctè articuletur, & sufficit, quod in parte articulus sit nouus. *Aym.consf.94.num.5. Rota coram Gregor. XV.decis.497.num.2. & fuit dictum in Vigleuanen. locationis 4.Maij 1593.coram Gordnba.*

Non obstare dixerunt, quod testes fuerint examinati super interrogatorijs, quia interro-
7 gatoria etiam patiuntur defectus † cum non dicant de anno fertili cum sterili, nec de tempore ante,& post gratiā, deinde apparet quod
8 testes † super ius interrogati non sunt informati, neque de bonis, neque de redditibus Abbatiæ, sed dumtaxat audiuerunt Abbatiā fuisse locatam circiter 900. ducatis, & nullus ipsorum ad Abbatiam vmquam accessit, & ita difficilè est quod ipsi potuerint deponere de vero valore fructuum Abbatiæ *Seraph. decis.102.num.5.*
9 Nec releuare censuerunt,quod † præsumātur examinati meliores testes,nam cum petatur nunc remissoria in loco Abbatiæ, in quo sine dubio reperiuntur meliores testes, ac in eo veritas meliùs sciri potest, cessat ista præ-
10 sumptio. † Et ideò reiterata remissoria dari debet, tantoq; magis quia Stephanus est actor
11 agitur † de pensione considerabili scutor.206. & præiudicium esset irreparabile, cum denegando remissoriam Stephano causa esset finita. *Gregor.XV. decis.523.num.3.*

Pariter non obstare dixerunt, quod adsit timor subornationis, nam istud obiectum satis visum fuit cessare, ex quo maior est potentia Illustriss. D.Cardinalis Valerij, quàm Stephani, qui est homo ordinarius, maximè in do-
12 minio Veneto † in quo notum est, quid, & quantum possint Nobiles Clarissimi.

Et ita vtraque parte informante fuit conclusum.



ROMANA PECVNIARIA, seu Mutui.

Mercurij 5. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Scripturæ recognitio quando fit per testes quomodo isti deponere debeant vt dictam recognitionem concludant & præsertim si agatur de scriptura priuata. Apocha vt dicatur simulata quibus coniecturis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum contra minorem non citatis omnibus contutoribus à testatore datis est nullum.*
2 *Eoque magis est nullum si fuit potestatum quod non procederetur nisi citatis omnibus tutoribus.*
3 *Testes non probant manum alicuius si deponant de auditu.*
4 *Scriptura priuata vt recognita dicatur à testibus quid ad dictum effectum sit necessarium, & numer.5.*
6 *Scribendi forma multis ex causis quotidie mutatur.*
7 *Scripturæ recognitio in Tribunali A. C. admittitur facta per testes qui habeant notam manum.*
8 *Rota non admittit recognitionem scripturæ factam per testes qui habeant notam manum nisi concurrentibus adminiculis.*
9 *Apochæ simulatio retardat executionem obligationis Cameralis.*
10 *Mutuo quis non præsumitur dare magnam summam pecuniarum absque cautione.*
11 *Coniectura deducta ex naturali inuerisimilitudine dicitur probabilis.*
12 *Mutuo conuenit potiùs verbum restituere quam soluere.*
13 *Simulatio satis arguitur ex re facta in occulto ne ad aliorum notitiam deueniat.*
14 *Pecuniam ad societatem officij quis verisimiliter non præsumitur accipere si paulo ante cum effectu magna quantitas ei sit mutuata.*
15 *Positionibus respondere recusans præsumitur aliquid fecisse simulatè.*
16 *Simulatio adhoc vt probetur admittuntur leues coniecturæ.*

DECISIO VII.

DOMINVS Eques Franciscus Lanfreduccius prætendens ab hæreditate q. Francisci Palmerij mille sexcentas duplas auri ad rationem iuliorū viginti octo pro qualibet quas asserebat se mutuo dedisse dicto Palmerio, qui respectiuè mediante apoca obligatione Camerali vallata, & sua manu vt dicitur subscripta, eas dicto Equiti soluere promisit, egit contra filios, & hæredes dicti Palmerij coram A.C.qui ad illius fauorem relaxauit mandatum executiuum contra bona hæreditaria dicti Palmerij, à quo decreto appellarunt dicti Filii Palmerij, causamque appellationis mihi committi obtinuerūt cum

cum clausula (si quid exequendum.) Vnde proposito à me dubio an decretum A.C. esset exequendum Domini negatiuè responderũt, tàm ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ.

Nullitas autem deducebatur ex quo fuit re-
1 laxatum mandatũ † non citatis omnibus contutoribus à Testatore datis. *Gratian. discept.* 194. *num.* 26. *&* 31. Nec erat in potestate Equitis eligere quem tutorem voluerat, sed Iudex debebat super hoc procedere. *Gratian. loc. cit. num.* 35. Quòd tanto magis dicendum est in hoc casu, ex quo pro parte dictorum hæredũ fuerat protestatum, quod non procederetur
2 nisi † citatis omnibus Tutoribus.

Iniustitia autem colligebatur ex quo apoca mutui, cuius vigore D. Eques prætendit probare suũ creditum fuit recognita per duos
3 testes deponentes tantummodo † de auditu ab ipso Equite, & eius famulis, quod non sufficit, cum deberent dicere non solum se habere notam manum Palmerij, qui apocam
4 confecit, sed etiam se fuisse † præsentes, quãdo fuit scripta apoca, quod omnino requirebatur stante quod ageretur de scriptura priuata. *Felin. in c. 2. n. 14. de fid. instr. Alex. cons.* 150. *num.* 16. *lib.* 5. *Ias. cons.* 184. *nu.* 34. *lib.* 2. *Rimin. iun. cons.* 505. *num.* 13. *Gram. decis.* 84. *per tot. & decis.* 106. *numer.* 33. *&* 34. *Afflict. decis.* 181. *nnmer.* 8. *&* 9.

Non obstat quod testes dicant se habuisse litteras, & apocas subscriptas respectiuè à Palmerio, ex hoc enim apoca, de qua agitur nõ potest dici sufficienter recognita, & cum ipsi
5 testes non interfuerint subscriptioni, & † recognitionem velint facere per comparationem, tenebantur exhibere apocas, & epistolas quas dixerunt se à Palmerio recepisse cum potuerint esse scriptę ab alio quam à Palmerio. *Afflict. decis.* 181. *num.* 3. Quod non mirum est cum ipsi testes potuerint facilè decipi ob litterarum similitudinem, cum certum sit,
6 quod † scribendi forma multis ex causis quotidie mutetur ad tradita per *Vestr. in prax. cap.* 1. *& ibi annot. num.* 26. *lib.* 6.

Neque obstat quod de stylo Tribunalis
7 A.C. † soleat admitti recognitio facta per testes, qui habeant notam manum ad notata per *Vestr. in lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 8. *vers. nihilominus. Tiber. in prax. cap.* 33. *num.* 10. *lib.* 1.

8 Nam respondetur quod † Rota (quicquid sit de dicto stylo) non admittit dictas recognitiones, nisi concurrentibus adminiculis, vt fuit dictum *coram sanct. mem. Greg. XV. decis.* 589. *num.* 2. *Rota decis.* 124. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *diuers. & decis.* 303. *par.* 1. *recent. & fuit firmatum in Vlisbonen. matrimonij* 21. *Iunij* 1613. *coram bo. me. Card. Sacrato, & in alia Bononien. bonorum de Grifonibus* 24. *Maij coram bo. me. Buratto*.

Quæ adminicula tantum abest vt concurrant in hoc casu, quinimmo adsunt multæ coniecturæ, & præsumptiones, quod apoca
9 de qua agitur esset simulata, † quod sufficit ad retardandam executionem obligationis Cameralis, maximè cum simulationis præsumptiones oriantur ex ventre ipsiusmet apocæ. *Galles. de oblig. Camer. quæst.* 17. *numer.* 8. *Turr. cons.* 91. *num.* 29. *vol.* 1. *Cassad. decis.* 10. *num.* 2. *de rescript. & fuit dictum in Recanaten. transactionis* 29. *Nouembris* 1592. *coram Gipsio*.

Prima enim coniectura oritur ex quantitate duplarum 1600. quæ ad monetam redactæ ascendunt ad summam scutorum 4480. quæ cum non sit modica summa & stante paupertate dicti Palmerii inuerisimile est,
10 quod Eques dictam summam † mutuo dederit absque vlla cautione, quæ inuerisimilitudo maximè attenditur ad detegẽdam simulationem. *Card. cons.* 71. *num.* 12. *vers. & hac dico. Grat. cons.* 156. *num.* 9. *vers. confirmatur ista conclusio, Decian. cons.* 62. *num.* 72. *lib.* 5.

Secunda coniectura deducitur ex quo mutuum fuit factum cum dilatione plurium mensium cum nõ sit verisimile, quod Eques tantam pecuniarum summam infructiferam pro dicto tempore mutuo dare voluerit, quæ
11 coniectura † deducta ex hac naturali inuerisimilitudine dicitur probabilis. *Bec. cons.* 52. *num.* 62. *Decian. cons.* 62. *num.* 69. *liq.* 3.

Tertia coniectura elicitur ex verbis apocæ ibi (*quali prometto pagare al detto Cavalier Fra Francesco*) si enim Eques effectualiter numerasset, mutuoque dedisset dictas pecunias, Palmerius non promisisset soluere, sed resti-
12 tuere, cum verbum † restituere conueniat mutuo magis, quàm verbũ soluere. *Menoch. de præsumpt. præsum.* 122. *num.* 39. *&* 78. *lib.* 3.

Quarta coniectura desumitur ex quo apoca à nullo teste fuit subscripta, ex hoc enim præsumitur facta in occulto, ne ad aliorum noti-
13 tiam deueniret, vnde satis † arguitur simulatio. *Honded. cons.* 46. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 1. *Roland. cons.* 93. *num.* 29. *vers. non obstat. & num.* 30. *lib.* 3.

Quinta coniectura pariter deducitur ex debitis contractis per Palmerium à mense Ianuarij ad diem 28. Aprilis 1626. qua dicitur confecta apoca, constat enim medio illo tempore Palmerium accepisse ad societatem officij scuta quingenta, & ab hac die 28. Aprilis vsque ad primam mensis Iunij sequentis, & sic spatio 33. dierum alia scuta quingenta accepisse, vt apparet ex instrumentis datis in summ. filiorum Palmerij num. 10. quas pe-
14 cunias † verisimiliter non accepisset, si cum effectu summa duplarum 1600. ei ab Equite mutuata fuisset, maximè cum non appareat ad quos vsus fuerit conuersa.

Sexta coniectura etiam elicitur ex lectura ipsius apocæ ibi (*auertendo che della sudetta somma delle doble* 1600. *che sono debitore, mi deue per parte de vino, & altri conti che sono passati frà me, & lui circa à scudi* 80. *moneta*) quibus stantibus si pecuniæ cũ effectu interuenissent, fuisset ab initio facta compensatio, neque Palmerius constituisset se debitorem in tota summa duplarum 1600. quæ ad monetam redactæ ascẽdunt ad scuta 4480. sed demptis scutis 80. tantum se debitorem constituisset in scutis 4480.

Septima & vltima coniectura oritur, ex
15 quo Eques † recusauit respondere positionibus illi desuper datis. *l. manifestè, & ibi DD. ff. de iureiur. & fuit dictum in Nicien. Decimarum* 27. *Nouembris* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*.

Quid

Quibus omnibus coniecturis addi potest, quod dictus Palmerius solitus erat ludere, & postea facere huiusmodi apocas, vt deponunt testes in summ. hæredum Palmerii num. 13. & ita ex istis omnibus coniecturis simul
16 iunctis satis remanet probata † simulatio, cũ ad hunc effectum leues coniecturę admittantur, *Honded.conf.33.num.53.lib.2.*

Et ita vtraque &c.

BARCHINONEN. BENEFICII.

Mercurij 5. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Sequestri reuocationi quando sit locus etiam per viam manutentionis, & præcipuè quando illud non fuit appositum in vim *clem. 1. de sequestr. possess.& fruct.* sed ex officio quod facilius reuocatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessor anterior manutenendus est.*
2 *Iudex nulliter, ac iniustè procedens non priuat quem sua anteriori possessione.*
3 *Sequestrum à Iudice appositum super possessione beneficij non priuat possessorem sua possessione.*
4 *Sequestrum non appositum in vim* clementinæ 1. de sequestr. possess.& fruct. *sed ex officio non durat vsque ad finem litis, sed reuocatur detecta nullitate, & iniustitia.*
5 *Sequestrum ex defectu iurisdictionis, nec etiam in vim* clem. 1. de sequestr. possess. & fruct. apponitur.

DECISIO VIII.

CORAM bo: me: Vbaldo resolutum fuit apponendum esse sequestrum super fructibus istius Beneficii, deinde coram eodem in alia positione fuit etiam dictum intrare arbitrium ad effectum supersedendi, vt in decis. extensa per R.P.D. meum Merlinum die 21. Februarij 1625. Quo stante proposui dubium an Antonio prouiso à Vicario Barchinonen. vigore mandati de prouidendo Nuntij Hispaniarum esset dandum mandatum de manutenendo, & consequenter reuocandum sequestrum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nam de eius possessione de tempore motæ litis constat ex Instrumento captæ possessionis sub die 28. Iunii 1622. vt in eius *Summ.*
1 *num. 2.* & ideò vti anterior possessor est manutenendus, *cap. licet causam,* & ibi *DD. de probat. Rota coram Greg. XV decis.6. num. 3. & dec. 40. num. 2. & alias sæpè.*

Non obstat quod Franciscus acceperit possessionem vigore immissionis A.C. in executionem Breuis. Nam cum A.C. non solum nulliter, sed etiam iniustè processerit, ex quo antè prouisionem Nuntij fuit probatum fructus Beneficij non excedere ducatos 24. & sic prouisio Nuntij consumpserat vacationem, & ità cessabat reseruatio, vt fuit ponderatum in *dicta decis. R. P. D. mei Merlini,* consequenter Antonius non fuit priuatus sua anteriori
2 possessione, † in qua non obstante immissione nulliter, & iniustè concessa Francisco ab A.C. est manutenendus, *Rota coram Greg. XV. decis.105. num.22. & decis.307. num.6. & 7.*

Neque obstat quod Beneficium esset sub sequestro, quia sequestrum fuit appositum, vt deindè resolueretur si intraret arbitrium, & cum fuerit resolutum intrare ad effectum supersedendi ob nullitatem, & iniustitiam, ac etiam constare de bono iure Antonii anteriore ex prouisione Nuntij, ex quo fuit probatũ Beneficium non excedere ducatos 24. vtique ei est danda manutentio, & sequestrum est reuocandum, vt fuit dictum *in Bobien. Iuris op-*
3 *tandi 12. Ianuary 1590. coram Penia,* † nec dictũ sequestrum priuauit Antonium sua possessione anteriori, *Seraph. decis.773. num. 7. Mant. decis.252. num.6.*

Quod tanto magis procedit, quia sequestrum non fuit appositum in vim *Clem. 1. de*
4 *sequestr. poss.& fruct.* Sed ex officio, † & sic non debet durare vsque ad finem litis, sed potest reuocari detecta nullitate, & iniustitia immissionis. *Seraph. decis.1335. num.6.* & fuit dictum *in Leodien. Abbatiæ 14. Ianuary 1622. coram bo:me: Vbaldo.* Maximè cum concurrat nullitas ex defectu Iurisdictionis, vt dicitur *in dicta decis.*
5 *R.P.D. Merlini,* & vbi concurrit nullitas † ex defectu Iurisdictionis, nec etiam in vim *dicta Clem.* apponitur sequestrum.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 14. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Per solutionem quando non extinguatur hypotheca pro dote. Quæritur ius mulieri etiam absenti; Nec in causa dotis potest maritus præiudicare vxori.

SVMMARIVM.

1 *Socer per solutionem dotis liberatur quando genero promisit soluere sub modo, & eo casu maritus tenetur reinuestire.*
2 *Dos non potest solui per Socerum Genero in præiudicium Mulieris quando inuestimentum est faciendum in actu solutionis ad formam Instrumenti cum eo casu omnes teneantur de inuestimento, nec Socer liberetur.*
3 *Rescriptum Signaturæ est conditionatum si adsint verba, Constito de paupertate.*

DECISIO IX.

DOMINI vtraque Parte informante steterunt in decisis coram me sub die 15. Martij præteriti sub qua Angelica tantum informante Domini dixerunt sententiam R. P. D. Bolo-

Bolognetti reuocatoriam alterius bon: mem: Marescotti esse infirmandam.

Informantes enim pro Monialibus totum fundamentum faciebant in eo, quod cum Gaspar promiserit soluere dotem Genero non sub conditione, sed sub modo, vt Maritus te-
1 neretur reinuestire, † vtique Gaspar per solutionem dotis fuit liberatus, & onus inuestiendi ad Maritum spectabat, cuius fides tantum dicitur considerata *Bart. in l. sicut §. illud videamus num. 1. ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluatur*.

Sed hæc difficultas satis visa fuit Dominis tolli ex decisionibus R.P.D. mei Merlini 13. Nouembris 1623. & 7. Februarij 1624. in hac causa factis, quod nempè dictum reinuestimentum nō erat faciendum post solutionem dotis, quo casu procederent supradicta, sed in actu solutionis, quo casu tam Gaspar, quàm maritus Angelicæ debebant curare, vt in actu solutionis emerentur Montes non vacabiles, qui starent pro fundo dotali ad fauorem Angelicæ iuxtà formam Instrumenti dotalis. Quod tanto magis visum fuit procedere, ex quo pactum in Instrumento appositum tendebat principaliter ad fauorem Angelicæ,
2 quo † stante, neque Pater, neque Maritus potuerunt prætermittere dictum reinuestimentum in eius præiudicium, sed omninò requirebatur ipsius Angelicæ consensus. *Bald. in l. cum à Socero in princ.* & ibi notant *DD. C. de iure dot.* & optimè firmatur in dictis decisionibus R.P.D. mei Merlini, quæ benè respondent cœteris obiectionibus pro parte Monialium deductis.

Quo verò ad nullitates censuerunt Domini illis fuisse sufficienter responsum in dicta decisione facta coram me. Nec obstat quod hodie replicatur contra mandatum procuræ Cōparentis pro Angelica, quia respondetur adesse duo mandata, primum sub die 20. Ianuarij 1621. alterum sub die 8. Aprilis 1625. quod postremum fuit posteà repetitum, & registratum post cæptam litem in saluiano, quæ contigit die 17. Aprilis, & ideò cessat iste defectus.

Neque obstat alia prætensa nullitas, scilicet
3 quod † rescriptum cuius vigore A. C. deputauit bo: me: Marescottum erat conditionatum per illa verba (constito de paupertate). quæ paupertas dicitur non adhuc probata, nam placuit responsio, quod rescriptum Signaturæ duo contineat, nemquè quod A. C. ex integro cognoscat, ac constito de paupertate Oratricis etiam reseruatis expensis in fine litis, vndè semper conditio respicit reseruationem expensarum, non autem cognitionem causæ.

Et ità conclusum.

CVSENTINA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 17. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Possessio capta per Instrumentum est manutenibilis, ex quibus de mandato procuræ constare dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio validè acquiritur per Instrumentum.*
2 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
3 *Mandatum procuræ dari potest per Epistolam.*
4 *Ratificatio operatur quando res est integra.*
5 *Possessio dato animo illam apprehendendi, dicitur benè capta per ingressum Ecclesiæ, & osculum Altaris.*
6 *Amplia si pars de sua possessione non doceat.*
7 *Possessio in beneficialibus non potest capi nisi de manu executoris.*
8 *Manutentio, vt sit debita non requirit probationem tituli, sed nudum factum.*
9 *Decis. in Cusentina beneficij 6. Iunij 1618. coram Remboldo declaratur.*

DECISIO X.

DOMINI resoluerunt dandum esse mandatum de manutenendo Fælici de Iu-
1 so, † de cuius possessione constat per Instrumentum adeptæ possessionis mediante Procuratore, *Rota decis. 618. numer. 1. par. 1. recent.*
2 Quæ † instrumentalis possessio alio non existente in possessione est manutenibilis, *Rota dicta decis. 618. & alias sepiss.*

Non obstat, quod non constet de mandato procuræ ad capiendam possessionem, nam satis visum fuit constare de illo per epistolam dicti Felicis directam Io: Francisco Blascho
3 Procuratori, cum certum sit, † quod per epistolam mandatum dari potest, ad *text. in l. 1.* ibi (vel per epistolam) *ff. de procurat.* & vlterius mandatum præsumitur exhibitum, ex quo Notarius, qui immisit dictum Blaschū in possessionē vocauit eum Procuratorem dicti Felicis, ex qua nominatione oritur adminiculum circa mandatum datum in epistola, & eliditur præsumptio antidatæ. Et cessare visa fuit omnis difficultas, ex quo Felix ratificauit dictam possessionem captam per eius Procuratorem, *Rota coram Greg. XV. decis. 50. num. 4.*

Nec obstat, quod ratificatio non debeat suffragari Felici in præiudicium Marciantonij; Nam respondetur, quod hoc benè procederet, quoties probaretur medio tempore Marcumantonium adeptum fuisse possessio-
4 nem, † secus verò in hoc casu, in quo de dicta possessione Marciantonij non docetur ad tradita per *Bart. in l. bonorum num. 1. circa finem ff. rem ratam hab. Osasc. decis. 119. num. 24.*

Minus obstat, quod dicta possessio prætendatur

datur non benè capta per solum ingressum
5 Ecclesiæ, & osculum Altaris; † Nam dato animo per appræhendentem possessionem, (qui animus probatur ex propria confessione, de qua in dicto Instrumento apprehensionis) supradicti actus sunt sufficientes ad capiendam, & probandam possessionem, *Rota coram Card. Seraph. decis. 62. nu. 1.* Maximè cum Marcus Antonius Aduersarius de sua posses-
6 sione non doceat. † Et probata possessione Ecclesiæ (prout hic) dicitur quoque capta, & probata possessio Beneficij, & omnium bonorum ad illud spectantiũ *Natta cons. 562. n. 13. lib. 3. Greg. XV. decis. 54. num 2. Rota decis. 322. nu. 3. & decis. 462. par. 1. recent.*
7 Nec pariter obstat, † quod in Beneficialibus possessio non possit capi nisi de mandato Exequutoris; Nam hic fuit data immissio à Iosepho Cæsare Decano, qui præsumitur
8 Exequutor, & ad effectum † manutentionis attenditur nudum factum, nec requiritur probatio tituli, neque probatio super existentia Beneficij perpetui, *Greg. XV. decis. 9. num. 9. & decis. 40. num. 7. & decis. 323. num. 2. & 4.*
9 Neque obstat *decis. Cusentina beneficij 6. Iunij 1618. coram bo. me. Remboldo*, nam in casu illius decisionis aderat Communitas, quæ ostendebat possessionem super electione Cappellani amouibilis, hic vero non docetur de possessione alicuius, & Episcopus Casalen. possidebat in titulum, & iste fuit alterius status.

Denique non obstat quod fundatio probet deputationem Cappellani, nam vltra quod hoc respicit petitorium, sat est, quod nemo doceat se possidere, & quod vltimus status fuerit de perpetuo, vt supra dictum est.

Et ità vtraque parte &c.

HISPALEN. PRAEHEMINENTIARVM.

Veneris 21. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Præcedentia in Processionibus alijsque actibus publicis ex quibus dicatur probata ad effectũ obtinendi manutentionem.

SVMMARIVM.

1 *Testibus numero pluribus dignioribus, ac verisimiliora deponentibus in concursu magis credendum est.*

2 *Amplia si accedant alia adminicula.*

3 *Possessionis solum nudum factum attenditur in iudicio interdicti retinendæ.*

DECISIO XI.

Ex fundamentis, & rationibus optimè deductis in decis. bo: me: Buratti 13. Februarij 1626. in qua recedendo ab alia decisione coram bo: me: Penia fuit dictum dandum esse mandatum de manutenendo Canonicis Collegiatæ Sancti Saluatoris præcedendi Abbatẽ in Processionibus, & alijs actibus publicis Domini steterunt in vltimo loco decisis.

Nam possessio precedendi dictorum Canonicorum (vt benè ponderatur in dicta decis.) probatur ex testibus remissorialibus examinatis pro parte Canonicorum, qui dantur in *Summar. numer. 1. 3. 4. 5. & 8. par. 1. & 2.* de partibus expressè, & in indiuiduo deponentibus per spatium saltem 40. annorũ Priorem, & Canonicos Sancti Saluatoris semper præcessisse Abbatẽ, & Beneficiatos coarctãdo negatiuam exprimendo actus positiuos, & per longissimum tempus. Quibus accedit secundus testis eodem modo deponens, *vt in dicto Summ. num. 8.* Cum quibus benè tollitur fun-
1 damentum decisionis bo: me: Peniæ, † Et testes Canonicorum sunt plures; & digniores, & deponunt magis verisimilia inherendo dispositioni Iuris assistentis Priori, & Canonicis Sancti Saluatoris, prout sæpius fuit resolutum in hac causa videlicet coram Penia 15. Februarij 1610. & 24. Octobris 1611. & coram bo: me: Buratto 17. Februarij, & 13. Nouembris 1620. vndè in concursu probationum Domini magis adhæserũt probationibus Prioris, & Canonicorum quam Abbatis. Maximè quia vltra dictos testes adsunt quamplures alij, necnon adminicula, de quibus in di-
2 cta decisione; † Et quia Abbatem non esse dignitatem fuit dictum 31. Decembris 1610. 1. Iulij, & 24. Octobris 1611. & 4. Iunij 1612. coram Pænia in quarum penultima dicitur ventrosus, & in vltima intitulatus est similis Prioribus Confraternitatum, & in omnibus firmatur Beneficiatus.

Multum etiam mouit Dominos mandatũ de manutenendo præcedendi in Choro, vbi initiantur Processiones, & in Ecclesijs in quibus terminantur, concessum eisdem Canonicis, cum admodum inconueniens videatur, vt in principio, & in fine Processionis præcedant Canonici, & in progressu Processionis perturbetur ordo, & præcedat Abbas, & dum Abbas est Caput Beneficiatorum, vt deponũt testes dicti Abbatis, quod in suo ordine non consistat, sed incedat in ordine Canonicorum Cathedralis, vt benè consideratur in dicta decis. D. Buratti.

Non obstant Instrumenta super quibus nititur decisio bo: me: Peniæ in quibus Abbas primo nominatur quam Canonici, Nam ad hæc benè respondetur in decis. dicti D. Buratti, quod actus huiusmodi non possunt esse proportionati ad incessum, nec ex his inferri potest ad præcedentiam in Processionibus, deindè quod Canonici potuerunt interuenire in confectione huiusmodi Instrumentorum non vti Canonici, sed vti Beneficiati, prout declarat 12. testis remissorialis Beneficiatorum.

Minus obstant, quæ latè pro parte Abbatis deducuntur circa non Collegialitatem Ecclesiæ Sancti Saluatoris, quia quamuis sufficiat

dum de ea incidenter agitur dictam Ecclesiam ex deductis in decis. 17. Februarij 1620. coram bo: me: Buratto, & ex pluribus datis in *Summ. Canonicorum num.* 1. esse in quasi possessione Collegialitatis. Tamen hæc visa fuerunt extrà hodiernum dubium in quo non est quærendum an dicta Ecclesia sit Collegiata, sed tantum in quo loco Abbas incesserit, quod est præcipuum huius interdicti retinen-
3 dæ fundamentum, † in quo solum attenditur nudum factum.

Reliquis verò obiectionibus excitatis pro parte dicti Abbatis fuit sufficienter responsum tàm in dicta decis. D. Buratti, quàm per Informantes pro parte Canonicorum in hac vltima positione.

Et ità vtraque parte &c.

FIRMANA SANCTI ELPIDII.

Lunæ 31. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Laudum promulgatum à Religioso tamquam arbitratore sustinetur, licèt secùs esset in arbitro, & alia traduntur in ista materia, prout in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quantitatis non habens, vnde soluat potest rem dare in solutum pro æstimatione facienda.*
2 *Laudum à partibus acceptatum cum iuramento parit exceptionem litis finitæ, & exclusionis à limine iudicij.*
3 *Compromissum non potest fieri in Religiosum.*
4 *Religiosus potest esse arbitrator, non arbiter.*
5 *Religiosus si sit Superior in aliquo Monasterio, non eget licentia, vt valeat esse arbitrator.*
6 *Obseruantia subsequuta est optima interpres verborum contrahentium.*

DECISIO XII.

ALEXANDER, & fratres de Medalleis coram A. C. egerunt contra bona Antonij proaui pro recuperatione dotis Fiordalisæ eorum auiæ, & obtinuerunt mandatum de associando, à quo pro parte Francisci, & aliorum de Medalleis fuit appellatum, causaque appellationis mihi commissa cum clausula, *quatenus sit locus Aegidianæ*. Dubitaui an esset locus Aegidianæ, & Domini negatiuè responderunt.

Nam de iniustitia mandati A. C. satis visum fuit constare, quia cum antea de anno 1626. inter partes cæpta esset controuersia super restitutione dictæ dotis fuit factum compromissum in Fratrem Spiritum Massceum Augustinianum Priorem Conuentus Sancti Lupidij, qui absque aliquo actu, & ordine iudiciali laudauit, & composuit partes hoc modo, scilicet, quod Alexander, & fratres pro dotibus tàm dictæ eorum Auiæ, quàm Matris acciperent de hæreditate Horatij eorum Aui tantùm terreni iuxtà æstimationem
1 factam, quod videtur satis æquum; † Nam quando debitor quantitatis non habet aliunde, vt soluat, potest rem dare insolutum pro æstimatione facienda, iuxta *Anthen. hoc nisi, C. de solut.* Et in terminis restitutionis dotis, quando non extant pecuniæ in hæreditate, & est factum Innentarium, vt hic consuluit *Alciat. consil.* 193. *sub numer.* 2. *Surd. decis.* 318. *numer.* 4. Et vlterius quia dictum
2 laudum † fuit emologatum, & à partibus acceptatum cum iuramento ex quo resultabat exceptio litis finitæ, & exclusionis à limine iudicij, *cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. Et proptereà dicti Alexander, & Fratres de Medalleis non poterant post huiusmodi compromissum ab ipsis cum iuramento acceptatum adire A. C. ab illoque petere associationem super prædictis bonis.

Non obstant prætensæ nullitates compro-
3 missi, & laudi † ex quo fuit factum in Augustianum Religiosum, qui non debet esse forensium negociorum Disceptator, *can. Monach. il secondo*, 16. *quæst.* 1. *cap.* 2. *de postulando. Pacian. consil.* 162. *numer.* 188. quoniam verè est conclusio in arbitro, non autem in arbi-
4 tratore, † quia cum componere dissidia, & litigantium animos ad quietem redigere sit officium charitatis, hoc non repugnat statui Religiosi, qui propterea potest esse Arbitrator. *Sanchez super Decalogo super* 6. *cap.* 13. *num.* 60. qui hanc quæstionem ex professo tractat, *Rota coram Gregorio XV. decis.* 204. *numer.* 9. *Abb. in cap. Quintauallis* 23. *numer.* 14. *de iur. iuran.* Et licet requiratur licentia Superioris, hoc tamen non procedit in hoc casu, cum ille, in quem factum fuit compromissum esset
5 Superior Monasterij Sancti Lupidij, † quia si alijs Religiosis suis subditis eam licentiam impartiri poterat, multo magis sibimet. *gloss. in cap. de præsentium, in verb. defensor* 16. *quæst.* 1. *Bald. in l. pedius*, §. *in seruum num.* 5. *ff. de recept. arbitr. Pacian. d. consil.* 162. *num.* 175. & *seq. Sanchez loco citato num.* 53.

Nec obstat, quod laudum non comprehendat casum dotis, quia facto apparet, quod controuersia penderet super restitutione dotis; nam verba compromissi sunt amplissima de omnibus litibus, differentijs super diuisione bonorum, & alijs causis, & generatè dicitur omnes, & singulas lites, causas, & occasiones &c. Vlterius cum non fuerit oppositum de defectu potestatis in causa dotis. Signum est, quod causa dotis in compromisso continebatur, maximè stan-
6 te obseruantia subsequuta, † quæ est optima interpres verborum contrahentium *l. si de interpretat. ff. de leg. cap. cum dilectus de consuetudin. Cravett. consil.* 294. *num.* 8. *versic. vigesimo primo, Soccinus consil.* 145. *col.* 2. *lib.* 1. & fuit

& fuit dictum in *Paduana Prioratus* quinta *Nonembris* 1614. *coram Reu. P. D. meo Pirouano*.

Et ità vtraque &c.

CALCIATEN. DECIMARVM.

Mercurij 9. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Decimandi ius, seù possessio quando dicatur probata fauore non habentis iuris assistentiam pro se, & ex quibus dicatur probata scientia, & patientia Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Possessio longaua suffragatur etiam si ius resistat.*
2 *Probationes leuiores sufficiunt in summarijssimo possessorio.*
3 *Testibus deponentibus de negotio ab ipsis gesto plurimum deferendum est.*
4 *Scientia, & patientia Capituli quod alius exigat Decimas prasumitur ex lapsu temporis, & multiplicitate actuum.*
5 *Amplia in bis qua fiunt singulis annis.*
6 *Testes quoad fieri potest ad concordiam sunt reducendi.*
7 *Testibus in specie deponentibus, & distinguentibus magis standum est.*
8 *Testes in Hispanijs dicuntur legitimè examinati de stylo licet iurauerint in manibus Notarij.*
9 *Examen, & iuramenti receptio testium potest de iure committi Notario.*
10 *Recusatio multorum locorum ad effectum peragendi examen est calumniosa, & tanquam vaga non debet attendi.*
11 *Recusationi prafata dicitur renunciatum per subsequentem consensum.*

DECISIO XIII.

CORAM bo: me: Buratto sub die 19. Ianuarij 1624. fuit resolutum Archidiacono de Nagera esse dandum mandatum de manutenendo in possessione, vel quasi leuandi Annexum, quod est quarta pars Decimarum bonorum Patrimonialium. Hodie subrogatus in locum dicti D. Buratti iterum proposui idem dubium. Quo proposito Domini steterunt in decisis.

Nam de huiusmodi iure decimandi dicti Archidiaconi bene visum fuit constare ex depositionibus testium ponderatis in *dicta decis. D. Buratti*, & signanter 1. 2. & 2. *super* 23. *art.* Qui testes expressè dicunt, quod Archidiaconus prius accipit quartam partem, quæ vocatur annexum, & postea quod remanet diuiditur inter Capitulum, Decanum, & Beneficiatos, & deponunt de longo tempore,
1 vnde possessio † longæua suffragatur etiam si ius resistat *Rota part.* 1. *diuers. decis.* 134. *num.* 7.
2 & † in summarijssimo possessorio sufficiunt leuiores probationes, *Menoch. de retinen. rem. vlt. num.* 34. *Seraph. decis.* 1113. *num.* 1. *decis.* 1326. *num.* 1. & *decis.* 1417. *num.* 1. *Rota in recent. dec.* 287. *num.* 2. *part.* 2. Quibus accedit etiam, quod præfati testes fuerūt arrendatarii, colligeruntque
3 dictam decimam nomine Archidiaconi † vnde plurimum illis deferendum est, tamquam deponentibus de negocio ab ipsis gesto iuxtà tradita per *Castr. in l. quicumque in fine C. de seru. fugit. Gabr. de test. conclus.* 1. *num.* 18. *Fariuac. eodem tract. quaest.* 63. *num.* 207.

Non obstat, quod non probetur scientia,
4 & patientia Capituli † nàm illa ex lapsu temporis, & multiplicitate actuum præsumitur.
5 Maximè † in his, quæ singulis annis fiunt, *Seraph. decis.* 1147. *num.* 3. *Rota par.* 1. *diuers. dec.* 28. *num.* 7. Tanto magis cum exactio fiat in horreo Capituli præsentibus eius Ministris; Vndè oritur præsumptio scientiæ *Seraph. decis.* 1437. *num.* 3.

Non obstant testes examinati pro Capitulo deponentes de possessione dicti Capituli per longissimum tempus, nam facile reducuntur ad concordiam cum testibus pro parte Archidiaconi examinatis. Testes siquidem Capituli deponunt quod semper liberè, & absq; diminutione fuit recollecta quarta decimæ pro Capitulo quæ depositio non contradicit intentioni Archidiaconi, stant enim simul, quod Capitulum habeat integram, & sine diminutione suam quartam, & quod tamen prius detrahatur ex communi aceruo anne-
6 xum, seù quarta pars pro Archidiacono, † & testes ad concordiam redigi debent. *Bald. in l.* 1. *§. quibus num.* 10. *C. de nou. Cod. facien. in c. cum*
7 *contingat de off. delegat. cum similibus.* † Quin etiam testibus Archidiaconi magis standum est, tamquam in specie deponentibus, & distinguentibus, *Bald. consf.* 69. *in princ. vers. & hoc probat lib.* 5. *Alex. consf.* 148. *num.* 3. *lib.* 2. *Rota decis.* 237. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* & fuit dictum in *Hispalen. præeminentiarum* 13. *Februarij* 1626. *coram bo. me. Buratto*.

Nec obstant nullitates deductę contra examen testium Archidiaconi nam facile tolluntur. Quoad primam enim, quod Iuramentum, & examen dictorum testium fuerit receptum à Notario tamquam subdelegato à Iudicibus remissorialibus ea tollitur quia fuit delegatum nudum ministerium, & non Iuris-
8 dictio, †. & de stilo Hispaniæ potest hoc etiam quo ad Iuramentum committi Nota-
9 rio *Verall. decis.* 265. *part.* 3. Et de † iure etiam fieri potest, *Rota diuers. decis.* 630. *num.* 2. *part.* 1. & latè fuit dictum in *Toletana, seù nullitus Iurisdictionis* 8. *Martij* 1621. *coram R. P. D. meo Pirouano*, & in *Vlixbonen. Beneficij de Alambusa* 15. *Nouembris* 1619. *coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Pamphilio*. Et cessare videtur omnis difficultas ex quo in litteris remissorialibus Rotæ data fuit Iudicibus expressa facultas cōmittendi receptionem Iuramentorum, & examinis, ibi, & *testes ipsos medijs eorum Iuramentis &c. per vos, vel Notarium &c. ad hoc à vobis*

deputandum diligenter examinare curetis.

Ad aliam nullitatem pro parte Capituli allegatam ex quo primus, quartus, & feptimus ex teftibus Archidiaconi fuerunt examinati in Ciuitate Nageræ, & in loco de Canizeros, qui loci fuerunt recufati tamquam fufpecti per Procuratorem Capituli. Refpondetur quod huiufmodi recufatio non caret fufpi-
10 cione Calumniæ, † cum in dictis locis multi effent Iudices, & ideò tamquam nimis vaga non erat attendenda, *Seraph. decif.897. num. 5.* & fuit dictum in *Oxomen Canonicatus Veneris 14. Nouembris 1625. coram R.P.D. meo Merlino.* Sed tollitur omnis difficultas, quia poft dictam recufationem idem Procurator Capituli ab illa receffit confentiendo affignationi loci examinis in Ciuitate Nageræ, & fponte acce-
11 dendo ad locum de Cenizeros, † ex quo nouo confenfu benè tollitur dicta prætenfa nullitas ex allegata recufatione refultans *Seraph. decif.897. num.7. Rota decif.440. num.3. par.2. rec.* & fuit dictum in *dicta Oxomen Canonicatus coram R.P.D. meo Merlino.*

Et ità vtraque &c.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE Cambijs.

Mercurij 9. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Fideicommiffarius vt obtineat immiffionem in bonis fideicommittentis debet probare defcendentiam, & qualiter ad iftum effectum defcendentia probata dicatur, necnon obitum tenetur probare ante fe vocatorum, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiffarius vt ipfi fit danda immiffio, quæ probare teneatur.*
2 *Defcendentia quando bene probata dicatur.*
3 *Defcendentia probatur etiam ex libris publicis iunctis adminiculis.*
4 *Confeffio facta in commiffione plene probat contra confitentem.*
5 *Obitus alicuius probatur ex libro Ecclefiæ, in quo mortui defcribuntur.*
6 *Teftes deponentes de fama probant obitum.*
7 *Sine filijs de iure quis præfumitur obire.*
8 *Defcendentia probatur per duas enunciatiuas accedentibus inftrumentis in quibus fiat eadem enunciatio.*
9 *Diuifio optime probat, contra diuidentes, & eorum fucceffores tàm vniuerfales quàm particulares.*
10 *Identitas probatur fi nomina fingularia bonorum conueniunt bonis controuerfis.*
11 *Identitas facilius remanet probata ex qualitate perfonæ poffidentis.*
12 *Poffeffio probatur ex litis fuftentatione.*
13 *Hæreditas in capita, & non in ftirpes defertur quando verfamur in fideicommiffo tranfuerfali vlterioris gradus non autem afcendentium.*
14 *Cognationis vinculum, vt aliud excludat, quæ requirantur.*
15 *Filij non poffunt fuccedere ex perfona patris fi ipfe nec fuccedere poffet.*
16 *Aym. in conf.331. num.3. & 6. & Fufar. de fubftit. quæft.357. declarantur.*
17 *Cognationis vinculum iam exclufum tanquam irrelenans non attenditur.*
18 *In feudo exclufiuo fæminarum confanguinei non excluduntur ab vtrimque coniunctis ficuti in Emphyteufi num.19. & in ftatuto num.20.*
21 *Agnatio vbi non eft contemplata, appellatione mafculorum veniunt mafculi ex fæminis.*
22 *Teftatoris diftinctio eft attendenda.*

DECISIO XIV.

POSTQVAM fub die 26. Februarij proximè præteriti fuit in hac caufa refolutum contra Hofpitale, & Ecclefiam S. Ioannis Baptiftæ nationis Florentinæ de Vrbe Antonium, & Petrum Ioannem fratres de Cambijs effe vocatos ad portionem Petri Galliani ex teftamento Prioris de Cambijs. Hodie inftantibus pro immiffione dictis Antonio, & Petro Ioanne fratribus ex vna, & Bernardo de Cambijs ex altera, qui prætendit ex duplici vinculo excludere dictos fratres nempè, ex quo nō folum defcendit à Laurentio, & eft in pari, & cœquali gradu cum fupradictis fratribus, fed etiam ex quo eft filius Caffandræ, quæ fuit filia Siluestri fratris Prioris Teftatoris. Propofui dubium, an & cui danda effet immiffio, quo propofito Domini refoluerunt dandam effe immiffionem dictis Antonio, & Petro Ioanni fratribus, ac dicto Bernardo, in capita, & non in ftirpes.

Moti funt ea ratione Domini, quia dicti de
1 Cambijs bene probant omnia † requifita, ad obtinendam dictam immiffionem, nempè eorum defcendentiam à Laurentio, identitatem bonorum, & obitum vltimi grauati, & eius filiorum, ob quorum deficientiam veniunt ad fideicommiffum.

Primo quo ad defcendentiam Antonij, &
2 Petri Ioannis ea bene † probatur non folum per teftes gradatim deponentes Antonium fuiffe filium Laurentij, Thomam filium Antonij, & ipfos fratres effe filios Thomæ, omnefque fuiffe ab eorum parentibus atque ab alijs pro filijs legitimis, & naturalibus publicè, & notoriè tractatos, & nominatos, *Bart. in l. filium ff. de his qui funt fui, vel alien. Iur. Alex. conf.51. num.2. lib.1. Rota in recent. decif.472. nu.3. part.1. & decif.17. num.2. in fin. part.1.* Sed etiam
3 ex † libris publicis Cataftri Ciuitatis Florentiæ quos ad proban. defcendentiam concurrentibus alijs adminiculis admifit *Rota in Florentina habitus 19. Nouembris 1618. coram bo: mem: Buratto, & in Florentina Cappellæ 26. Aprilis 1619 coram R.P.D. meo Pirouano.*

Obitus vero vltimi grauati fcilicet Petri
4 bene probatur ex † confeffione Hofpitalis in eius

eius commiſſione, quæ contra illud plenè
probat *l. præcum C. de lib.cauſ.Pnt.deciſ.316.n.2.*
in correct.Veroll.deciſ.190.num.3.part.1.Rota in re-
cent.deciſ.436.num.1.part.1.

Obitus etiam Nicolai P.Franciſci, & Ioan-
nis eius filiorum maſculorum remanet pro-
5 batus ex † fidibus extractis ex libro Eccleſiæ
Sanctæ Trinitatis Florentiæ, in quo obitus
deſcribi ſolent, qui multum ad id probandũ
attendi ſolent, vt tenuit *Rota in recent.dec.562.*
num.1. ad fin. part.1. & deciſ.605. num. 4. part.2.
Maximè cum concurrant deſcriptiones di-
ctorum bonorum fauore filiarum in defectũ
maſculorum in libris publicis dicti Cataſtri,
6 & teſtes deponentes de fama, † quod ſufficit
ad proban. dictum obitum, *vt fuit dictam in*
Ceſarauguſtana Portionis impreſſ.per Marcheſ.par.1
fol.340.num.3.

Quod autem iſti filij Nicolai, Petrus Fran-
7 eiſcus, & Ioannes obierint † ſine filijs de Iure
præſumitur *Alex.conſ.20.num.12.lib.1.Capic.de-*
ciſ.159.num.11. & 12.Mant.deciſ.32.num.1.

Deſcendentia pariter Bernardi ex D.Lau-
rentio probatur per gradus diſtinctos ex libris
Decimarum Ciuitatis Florentiæ, qui libri ad-
miniculantur ex alijs partitis formiter extra
ctis ex alijs libris nuncupatis (delle Tratte)
Ciuitatis Florentiæ, quæ duæ enunciatiuæ
8 ſufficiunt † ad probandam deſcendentiam di-
cti Bernardi, accedentibus pluribus inſtru-
mentis, in quibus eadem pariter fit enuncia-
tio *Maſcard. de probat.concluſ.511. num.4.* cum
alijs ibi relatis, & tenuit *Rota in dicta Florenti-*
na habitus 19. *Nouembris* 1618. *coram bo: me: Bu-*
ratto, & in dicta Florentina Capella 26. Aprilis
1619. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Identitas verò bonorum probatur ex in-
ſtrumento diuiſionis inter Silueſtrum, & Pe-
trum de Gallianis factæ, in qua expreſsè faſſi
fuerunt medietatem Caſalis Zambriæ, Poz-
zagliæ, & Centocorui prò ſumma ſcutorum
22500. auri ſubiectã eſſe fideicommiſſo Prio-
9 ris de Cambijs, quæ † diuiſio optimè probat
contra diuidentes, & eorum ſucceſſores, ſiue
vniuerſales, ſiue particulares *Ruin. conſ. 128.*
lib.2. Rota deciſ.693.num.1. & 3.part.1. diuerſ. &
fuit dictum coram Reuerendiſſimo D.meo Decano de-
ciſ.120. num. 1. cum alijs congeſtis *in Bononien.*
fideicommiſſi de Deſiderijs 5. Martij præteriti coram
R.P.D. meo Merlino, & in alia Romana fideicom-
miſſi de Victorijs 9. Decembris 1626. coram eodem
R.P.D. meo Merlino. Maximè cum prædicta
10 nomina ſingularia locorum † conueniãt bo-
nis controuerſis ex quibus identitatem pro-
bari dixerunt *Franc. Aret. conſ. 103. ſub num. 3.*
poſt med.verſ. & hoc tenuit Dec.conſ.13.nu.9. verſ.
ſecus in nominibus Felin. in c. auditis num. 27. circa
med.verſ. limita ex dicto Bald.de præſcript. Rota in
recent.deciſ.131.num.6.part.1. & fuit dictam in di-
cta Romana de Victorijs 9. Decembris 1626. coram
R.P.D. meo Merlino.

Poſſeſſio etiam Petri de Cambijs vltimi
grauati vſque ad eius obitum in eiſdem bonis
probatur ex depoſitionibus teſtium, qui red-
dunt rationem eorum ſcientiæ, quia illa lo-
cauit, & fructus percepit, iuncto etiam quod
optimè deponunt de ſpecificatione continiũ,
& de denominationibus locorum, & ita cum
dictus Petrus eſſet dicto Petro de Gallianis ſi-
ne filijs maſculis defuncto ſubſtitutus, ex qua-
11 litate perſonæ † poſſidentis facilius compro-
bata remanet probatio identitatis *Natt. conſ.*
235.num 17.Peregr. de fideicommiſſo art.44.nu.22.
Rota deciſ.131.num.5.part.1.recent.

De poſſeſſione etiam Hoſpitalis, & Eccle-
ſiæ Sancti Ioannis conſtat pariter ex confeſ-
ſione ipſius in commiſſione ab eo obtenta,
cum eiſdem denominationibus dictorũ Caſa-
lium Zambriæ, Pozzagliæ, & Centocorui,
& ex expreſſione tituli hęreditarij à dicto Pe-
12 tro Cambio, nec non ex litis † ſubſtentatio-
ne, quæ ſola ſufficere ſolet. *Verall,deciſ.369.*
num.1. part. 2. Rot. inter impreſſ. per Pacif. de Sal-
uian. deciſ.20. num.16. præſertim verò concur-
rentibus alijs adminiculis *Rota coram ſan. mem:*
Greg.XV.deciſ.15. num.1. & deciſ.105. num.3. &
alias ſepiſſimè.

Quibus ita firmatis Domini conſuerunt
dictis fratribus, & Bernardo de Cambijs dan-
dam eſſe immiſſionem in capita, & non in
ſtirpes, cum verſemur in fideicommiſſo tranſ-
uerſali vlterioris gradus non autem aſcendẽ-
13 tis, quo caſu Rota ſeruat, quod † defetatur
hæreditas in capita, & non in ſtirpes, *Gabr.*
conſ.135.lib.1.num.3.Theſ.deciſ.162.num.7.in fin.
Rota deciſ. 27. per tot. part. 1. recent. & fuit di-
ctum *in Colonien. hæreditatis 7. Nouembris* 1618.
coram bon:mem: Buratto, & in Ceſenaten Hære-
ditatis 6. Nouembris 1619. *coram R.P.D. meo P-*
irouano.

Non obſtat, quod Bernardus ex duplici
vinculo (vt dictum eſt) prætendat exclude-
re dictos fratres, nam quicquid ſit de plurali-
tate vinculorum concurrentium in eadem
perſona, prout eſt de fratribus vterinis, vel
vtrinque coniunctis, in quo caſu reſpondit.
Bald.conſ.188.lib.1.per tot. vt ratione illius plu-
ralitatis frater fratri ſit præfe rendus cum quo
conueniunt *Bero.conſ.96.nu.14. & ibi alleg.lib.2*
14 Nihilominus vinculum † ſuperabundans in
perſona debet eſſe pertinens, & excluſiuum
alterius coheredis, ſiue illud deducatur ex te-
ſtamento ſiue ab inteſtato, vt declarat idem
Bald.conſ.188. Craſſ. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inte-
ſtato quæſt.31.num.2.Surd.deciſ.239.num.7. & ſeq.
Sed in præſenti caſu Caſſandra quamuis ſit
deſcendens à dicto Silueſtro illa non reperi-
tur vocata, cum non habeat qualitatem ma-
ſculinitatis, ſub qua vocati fuerunt filij Sil-
15 ueſtri vnde cum ipſa non poſſit † ſuccedere,
nec etiam filij eius ex perſona ipſius poſſunt
deducere ius ſuccedendi. *Surd.conſ.85. nu.10.*
verſ. attamen prædictis non obſtantibus lib. 1. Ruin.
conſ.18.num.5.lib.3. Tiraq. & infiniti alij per eum
citat. in tractatu de primog.quæſt.12. num.16. Curt.
Iun.conſ.117.col.penult.verſ. cauſa ſecunda, Surd.
deciſ.239.num.8. Rota deciſ.663.num.22.part.1.re-
cent.

Nec releuat, quod Bernardus proueniat ex
eadem Caſſandra matre coniuncta primo fi-

deicommitenti vti eius nepte, & ideo sit prę-
ferenda alijs in æquali gradu existeñ cum ha-
beat duplex vinculum, prout in puncto dici-
tur de matre, quæ est de familia, & nupta
fuit in eadem familia *Aym.cons.331.num.3. & 6*
Fusar. de substit. quæst.357. num. 8. & quæst. 404.
16 *num. 20.* Nam respondetur † quod supradicti
Doctores procedunt, & loquuntur quando
sunt vocati proximiores de familia, vel quan-
do vocatur familia, secus quando Testator
gradatim substituit vnam lineam alteri, &
earum descendentes masculos exclusis fæmi-
nis, nam cum masculus natus ex fæmina
etiam nupta in familia non dicatur masculus
ex masculo, in eo non verificatur ista quali-
tas, & per consequens vinculum Bernardi ex
parte Cassandræ matris exclusæ tamquam
17 irrelevans † non debet attendi. *Bellon.iun.qui*
ita distinguit, & respondet *cons.2. num.72. vsque*
ad fin. Alex.Randen. cons.3. n.25. & 26. lib.1. vbi
conciliat oppiniones Socc.Iun.cons 15. per tot.lib.4.
Curt.Iun.cons.117.col.penult. Bero cons.96.num.12
18 *& 13. lib. 2.* sicuti in feudo † exclusiuo fæmi-
narum consanguinei non excluduntur ab
vtrinque coniunctis, nam vinculum cogna-
tionis non attenditur idem *Bellon. dicto cons.2.*
num.75. Tiraq. de ret.lign.§.14.glos.2 nu.10. Cass.
19 *cons. 31. num. 3.* Prout in † Emphyteusi *Abb.*
cons.81.num.28, Mant. de tacit.lib.22.tit.18.nu.48.
20 idem est in † statuto exclusiuo fæminarum
nam vinculum maternum exclusum, & im-
pertinens non attenditur. *Abb. dicto cons.81. &*
fuit dictum in Romana de Lante 24. Ianuarij 1582.
coram san:me:Clem.VIII.

Non obstat, quod etiam si sint vocati filij
masculi attamen vbi agnatio non est cōtem-
21 plata, appellatione † masculorum veniunt
masculi ex fæminis *Surd.post. alios cons.308. nu-*
mer.14. dicens eo casu magis fuisse habitum
respectum ad qualitatem sexus, à quo non
descendunt filij masculi fæminarum, vt te-
nuit *Rota decis.150.num.2.part.2.diuers.* Quia re-
sponsio patet ex eodem testamēto fideicom-
mitentis ex quo apparet, quod Testator vo-
cauit filios masculos, & filios filiorum ma-
sculorum, itaut non versemur in indifferen-
ti vocatione, quæ possit se habere ad mascu-
22 los vtriusque sexus, cum qua † distinctione
voluntatis Testatoris respondetur ad omnes
auctoritates in contrarium adductas, & idem
Surd. hauc distinctionem amplectitur dicto cons.308.
num.14. & idem sequuntur alij ab eo allegati,
nec ab hac distinctione dissentit *Abb. dicto con-*
sil.81.num.4.

Et ita conclusum.

AESINA SALVIANI.

Veneris 18. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Saluiani requisita quæ sint, & qualiter probata dicantur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest priuare anteriorem possessorem posses-*
sione ciuili, & naturali procedendo valide, &
iuste.
2 *Citatio non requiritur respectu non possidentis.*
3 *Clausula constituti probat contrà ipsum constituen-*
tem, & habentem causam ab eo.
4 *Litis sustentatio probat possessionem.*
5 *Aegidiana excludit appellationem ad effectum su-*
spensiuum.
6 *Possessio post appellationem non dicitur attentata in*
sententia, quæ non recipit appellationem ad effe-
ctum suspensiuum.
7 *Iudex à quo admittens appellationem cum clausula*
si & in quantū de iure non videtur detulisse appel-
lationi quando de iure id non permittitur, & n.8.
9 *Crediti anterioritas non risultat ex cessione iurium*
extinctiue facta à creditore anteriori fauore credi-
toris posterioris in præiudicium illius, qui fuit sub
ingressus locum d. primi creditoris per d.cessionem.

DECISIO XV.

CENSVERVNT Domini mandatum de
manutenendo esse dandum Matthię Risio,
quia de eius possessione constar auctoritate
1 Iudicis capta, quæ † potens est priuare ante-
riorem possessorem ciuili, & naturali posses-
sione. *Ang. in l.clam. possidere §. qui ad nundinas*
num.2. in fi e, & ibi *Alex.num.2.ff. de acquir. poss.*
Mohed.decis.4.num.4. de resit.spoliat. Rota dec.802
num.6. part.1. diuers. Maximè cum sententia
cuius vigore Matthias adeptus fuit possessio-
nem sit valida, & iusta *Doctores supra citat. Se-*
raph.decis.1325.num.1.

Quo ad validitatem dictæ sententiæ ea est
patens. Nam contra eam vnum tantummo-
do obijcitur nempè quod Matthias agens in
Saluiano nō citauerit Calliopem ratione eius
dotis, & iurium dotalium, quæ habebat su-
per bonis appræhensis per Matthiam nam re-
spondetur, quod cum Calliopes non esset in
2 possessione † non erat necesse eam citare. *Glos.*
in l.de vno quoque in verbo quos causa ff.de re iudic.
Tiraq. in tract. res, inter alios acta.limit.1. Surd.de-
cis.256.num.1. Rota decis.584.num.3.par.2.recent.

Quo verò ad Iustitiam pariter visa fuit cui-
dens: Quia Matthias probat requisita Saluia-
ni, nempè eius creditum cum hypotheca ex
instrumento impositionis census, & posses-
sionem Quintini debitoris de tempore con-
tractæ hypothecæ ex assignatione facta Silue-
strinæ eius filiæ de fundo, de quo agitur cum
3 clausula † Constituti, quæ probat contra ip-
sam constituentem, & habentes causam ab
eo. *Ruin. cons. 169. num. 16. lib. 1. Rota coram*
Greg.XV.decis.491.num.10. & decis.766.num.11.
part.1.diuers.Seraph.decis.1415.nu.2. Secundum
4 extremum probatur ex litis † substentatione.
Verall.decis.369.part.2. Rota coram Greg. dicta de-
cis.491.num.11.Seraph. dicta decis.1415. num.3.

Non obstat, quod executio fuerit spoliati-
ua vti facta post appellationem interpositam
à sententia Primi Iudicis, & intra decem dies
datos ad appellandum ac cum expressa admis-

sio-

sione appellationis per Iudicem à quo. Quia appellatio non fuit admissa simpliciter, sed cum clausula si, & in quantum de Iure, & sic Iudex videtur detulisse, quatenus Iuris dispositione deferendum erat, & consequenter respectu possessionis appellationem reiecit, quia
5 agebatur de sententia vigore † Aegidianæ lata, quæ tollit effectum suspensiuum. *Bald. in l. edita in secunda lect. nu. 98. C. de eden. Gabr. conf. 35. num. 9. lib. 1. Ossasc. decis. 5. num. 9. & decis. 131. n. 1.*
6 Nec huiusmodi † possessio potest dici attentata. *Verall. decis. 49. num. 1. & seq. part. 1. Rota decis. 173. num. 3. part. 1. recent.*

Nec releuat, quod stante etiam dicta clau-
7 sula † Iudex à quo non potuerit cognoscere super dubia sua responsione, sed illa sit translata ad Iudicem ad quem *Contard. de moment. limit. 13. n. 19.* Quia idem Contard. prius se de-
8 clarat *sub num. 17. & 18.* quod Iudex † non videtur detulisse appellationi quando Iure id non permittitur.

Minus obstat exceptio retentionis bonorũ ex iuribus Calliopæ Vxoris, quia instrumentum dotationis factæ filiæ Ezzellini non est cessionis Iurium, itaut Ezzellinus sit subrogatus in locum ipsius Calliopæ, quæ tamquã prior præferenda esset Matthiæ, sed est solum renunciationis Iuriũ suorum ad effectum, vt bona hæc data pro dote remanerent libera à sua obligatione, & sic non excludunt Mat-
9 thiam, qui est † anterior Ezzellino. *ad tex. in l. Paulus ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solu. Albericus in l. Claudius Felix. num. 2. vers. item hoc intelligas ff. qui pot. in pign. habea.* Et licet in proemio instrumenti dicatur de cessione Iurium tamen, vel debet attendi conclusio eiusdem instrumenti, vel saltem debet intelligi de cessione extinctiua non autem translatiua. Quoniam ipsamet Calliopes in eodem instrumento reseruauit iura sua in ceteris bonis Quintilij, non enim se compatiuntur, quod voluerit cedere Iura sua super hoc fundo, & eadem Iura sibi reseruauerit in alijs bonis. Sed re vera non est cessio, sed extinctio Iurium, & sic benè applicatur materia *d. l. Paulus.*

Et ita resolutum vtraque parte informante.

ROMANA VINEAE.

Lunæ 21. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Creditor posterior obtinens assensum Domini directi præfertur creditoribus anterioribus assensu carentibus quando in inuestitura est strictissima alienationis prohibitio, latissimè sumpto vocabulo.

SVMMARIVM.

1 *Bona expressè alienari prohibita non veniunt in generali obligatione bonorum.*
2 *Creditor posterior obtinens assensum Domini directi præfertur priori in tempore non habenti d. assensum super re emphyteutii a alienari prohibita.*
3 *Emptor secũdus præfertur primo si agatur de feudo, vel emphyteusi, & secundus habeat assensum.*
4 *Idem procedit etiam si primus emisset reseruato assensu Domini.*
5 *Cessio facta per habentem d. assensum à Domino directo fauore creditorum priorum, vt eis ex fructibus satisfiat debet intelligi si appareant creditores Priores, & potiores cum d. assensu.*
6 *Actus cessat cessante qualitate sub qua fuit factus.*

DECISIO XVI.

VENERABILIS Societas Sanctissimi Saluatoris de Vrbe sub die 31. Maij 1603. dedit & concessit in Emphyteusim perpetuam petias 26. terreni cuiusdam sui Casalis q. Marco Menicuccio, & q. Roccho Conticello, in quorum locum de consensu dictæ Societatis successit Ioannes Raidettus, quæ concessio fuit facta cum diuersis pactis, & conuentionibus, & inter cætera, quod Emphyteotæ, & eius successores non possint dictum terrenũ, & quæcumque melioramenta in dicto terreno pro tempore facienda; ac Iura in totum, seu in partem, etiam per viam Curiæ alijs vendere, aut pati quod vendantur, aut aliter alienari, alienationis necessariæ, seu voluntariæ latissimè sumpto vocabulo, nec obligare, pignorare, permutare, in solutum dare, vel aliquam seruitutem, seu onus super eis imponere, nec in dotem dare, nisi priùs habuerit expressum consensum in scriptis à dicta Societate, & nisi soluerint debitum laudemium, & acquirentes, & successores recognouerint dictam Societatem in directã Dominam, & proprietariam, Et casu quo Emphyteotæ, seu Ius ab eis habentes in aliquo ex prædictis contrauenerint supradicta bona deuoluantur, & deuolui debeant ad præfatam Societatem, & eidem liceat propria auctoritate absque alicuius Iudicis decreto illorum possessionem capere, & retinere, & de dicto terreno, & melioramentis facere, & disponere pro libito suæ voluntatis, absque alia refectione, omni, & quacumque exceptione remota, & alias latius, vt in dicto instrumento *in Summ. num. 1.*

Cum autem dictus Raidettus cum diuersis personis varia, & diuersa debita contraxisset, absque licentia dictę Societatis plures annuos census super dicto terreno, & vinea de qua agitur imposuit, & eo non valente soluere, eius Creditores possessionem dictę Vincę acceperunt, & postmodum non habita, nec obtenta licentia dictæ Societatis, nec ei soluto laudemio de consensu dicti Raidetti eamdẽ Vineam vendiderunt Clarici Perinæ Vxori dicti Raidetti, vt ex instrumento venditionis dato *in Summ. num. 2.*

De anno 1621. die verò 27. Ianuarij eadem Clarix eandem vineam retrouendidit eisdem met Creditoribus; cum pacto quod dicta Vinea amplius vendi non possit, sed quod ex illius fructibus satisfieri debeant Creditores iux-

iuxta illorum prioritatem, & potioritatem, ac etiam ipsa Clarix adueniente suo loco, vt in instrumento *Summ. num. 3.*

Successiuè dicta Clarix agnoscens dictam Vineam deuolutam esse ob supradictas alienationes, & censuum impositiones, & alia pacta non seruata habuit recursum ad dictam Societatem, ab eaque præuia acceptatione deuolutionis ob supradictas controuentiones obtinuit nouam Inuestituram dictæ Vineæ ad eius fauorem, ad effectum vt de sua dote super fructibus, & melioramentis dictæ Vineæ satisfieri possit, & cum pacto, quod dictus consensus alicui alteræ personæ suffragari non possit, nisi dictæ Clarici ad effectum ne ipsa indotata remaneat, & alias, vt in instrumento dictæ inuestituræ *Summ. num. 4.*

Quibus ita stantibus Clarice hodie pretendente, quãuis eius creditũ dotale sit posterius in tempore nonnullis Creditoribus sui Viri, nihilominus se esse in Iure priorem & potiorem, proposui Dubium. An hypotheca dotalis dictæ Claricis sit potior, & præferenda cæteris alijs creditoribus sui Viri super Vinea de qua agitur. Quo dubio proposito Domini affirmatiuè responderunt.

Nam stante, quod in dicta concessione, (vt ex supra narrata serie facti apparet) fuerit prohibita omnis alienatio, ac omnis pignoratio, hypothecatio permutatio, & alia multa, sequitur quod dictis Creditoribus super dicta Vinea, & illius melioramentis nullum Ius nullaque actio, nec hypotheca acqui-
1 ti potuerit absque licentia dictæ † societatis, cum bona expressè prohibita alienari nonveniant in generali obligatione bonorum. *Rota decis. 426. per tot. & præcipuè sub nu. 9. par. 1. diuers. & decis. 555. num. 5. part. 1. recent. Rota apud Cenc. de Censibus decis. 73. num. 1. & decis. 74. in princ. & coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 50. num. 4.*

Et tanto magis, quia dictus Raidettus de tempore obligationis habebat, & possidebat alia bona, nempe Officium Cameræ Apostolicæ, Officium Rotæ, & alia bona super quibus potuit verificari dicta eius generalis obligatio.

Vnde cum dicta Clarix habeat assensum dictæ Societatis preferenda est cæteris Creditoribus sui Viri, quibus ante impetrationem assensus, nullum Ius quæsitum fuit, quia in dictis fructibus, & melioramentis est potior, cum super eis habeat Ius suæ hypothecæ formatum de licentia Domini, & voluntate Viri Debitoris, quo cæteri Creditores carent, vt in terminis concludit *Bursat cons. 44. num. 8. in fin. vers. ad secundum cum sequentibus vol. 1.* di-
2 cens, † quod si posterior tempore prius obtinuit assensum Domini præ ertur priori in tempore respectu cõtractus, quia iste est anterior respectu assensus obtenti, attẽditur enim tempus licentiæ præstitæ, quo hypotheca formatur in re, non autem obligationis initæ; idem dicit *cons. 45. num. 7. & seq. eod. volum. Corbul. cit. de caus. priuat. ob alienat. irrequisit. domino fact. quæst. 4. num. 8. Freccia de subfeudis lib. 2. q. 30. num. 3. & 15. Modern. Neapolitan. in tract. de cre-*
3 *dito cap. 4. quæst. 11. num. 1852. & sequen.* † Et in simili quod secundus emptor feudi, vel Emphyteosis preferatur primo emptori si habeat assensum tradunt *Cepoll. caut. 130. num. 1. Bursat.*
4 *dicto cons. 44. num. 9.* † Etiam si primus emisset reseruato assensu Domini *Afflict. decis. 286. n. 2. vers. per alios dominos Surd. decis. 189. num. 18. in fin. vers. cum enim plures & seq.*

Non obstat, quod Clarix retrocesserit dictam Vineam Creditoribus, vt eis ex fructibus satisfieret iuxta anterioritatem, & potioritatem, quia hoc debet intelligi si apparerent
5 creditores † priores, & potiores, qui haberent anteriorem assensum directi Domini, cũ ita cantet retrocessio. *Dec. cons. 495. num. 24. Aym. cons. 192. num. 1.* & cessante prioritate, &
6 potioritate cessat † retrocessio. *Roman. cons. 412 num. 1. & 2. Rota decis. 123. num. 15. part. 2. diuersorum.* Propterea cum dicta Clarix ratione dicti assensus obtenti sit anterior supradictis Creditoribus secundum *Bursat. & alios supra allegatos*, merito dicendum est quod prius satisfieri debeat de eius dote super fructibus dictæ Vineæ.

Et ita decisum vna tantum parte informante.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE Guidaccijs.

Lunæ 21. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Filiationis probatio ex quibus probetur, & an ex enunciatiuis ad effectum succedendi in fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum plenè probat contrà producentem.*
2 *Descendentia qualiter probetur.*
3 *Filiatio non probatur ex libris si sint ad alium finem confecti.*
4 *Probatio si statum concernat probat in omni iudicio, & inter alios personas.*
5 *Filiatio licet non probetur quando quis filius enunciatur propter aliud, secus tamen, quando enunciatiua sit ipso præsente.*
6 *Enunciatiua verba, quando propter aliud, & quando principaliter emissa dicantur.*
7 *Patrem alium, quam suum verum, & legitimum in publicis libris adscribere est valdè graue & contumeliosum.*
8 *Enunciatiuæ ad inuicem adminiculantur ad effectum probandi descendentiam.*
9 *Iura extracta lite pendente sunt in forma probante, quando fuerunt extracta prout iacent à notario publico successore in officio.*
10 *Notario attestanti de sui ipsius deputatione creditur.*

DECISIO XVII.

PRAETENDENTE D. Equite Ioanne Guidaccio à D. Camilla filia q. Caroli de Guidac-

daceijs restitutionem duorum fideicommissorum qq. Thomæ, & Francisci Testatorum de Guidaccijs vti compræhenso in substitututione proximiorum familiæ de Guidaccijs in vtroque Testamento facta, illaque duo fideicommissa per obitum q. Caroli patris dictæ Camillæ sine filijs masculis ad sui fauorem purificata fuisse, Proposui dubium An dictus Eques Ioannes esse Immittendus in possessione bonorum dd. fideicommissis subiectorum. Et DD. diuidendo dubium, & reseruando articulum Immissionis ad aliud tempus, se restrinxerunt pro nunc ad descendentiam, quam sufficienter esse probatam responderunt.

Nam ex arbore per dictum Equitem exhibita, quæ benè concordat cum libris Reformationum, Decimarum, Tractarum, Mortuorum, & Baptismi, quorum partitæ formiter extractæ dantur in Summario d. Equitis, apparet, quod Thomas Senior quatuor filios habuit, Zenobium, Bernardinum, Paulum, & Verium Ex Zenobio natum fuisse Ioannem, ex Ioanne Autonium, ex Antonio alium Ioannem, ex Ioaune Autonium Iuniorem Equium, & ex eo denique Equitem Ioannem Actorem. Ex Verio pariter filio dicti Thomę Senioris natum fuisse Franciscum Seniorem, ex Francisco Carolum Seniorem, ex Carolo Thomam & Franciscum Testatores fideicommittentes, & ex Thoma Carolum Iuniorem Patrem dictæ Camillæ reæ conuentæ.

Quod autem Eques Ioannes Modernus sit filius Equitis Antonij probatur ex testamento, seù Codicillo Caroli per dictam Camillam producto in quo dictus Carolus legat eidem Equiti Ioanni scur. 2000. enunciando il-
1 lum filium dicti Antonij, quod † testamentum plenè probat contra Camillam producentem. *l. cum precum C. de lib. caus. vestr. in praxi cap. 1. num. 4. lib. 6. Rota decis. 108. n. 3. par. 1. recent. & coram Greg. XV. decis. 238. num. 5. & ibi add. num. 15.*

Ascendentia verò à dicto Antonio vsque ad Zenobium, ac descendentia ex Verio altero filio Thomæ Senioris vsque ad Thomam & Franciscum Testatores fideicommittentes, & ad Carolum Iuniorem Patrem Camillæ optimè probantur ex dictis libris Mortuorũ, seù Grasciæ, & Decimarum, iunctis alijs libris Baptismi Tractarum, & Reformationum dictæ Ciuitatis Florentiæ, in quibus omnibus singuli gradus, & personę reperiuntur de-
2 scriptæ; † & sic ad Inuicem adminiculantur ad faciendam plenam probationem ad hunc effectum, vt tenuit *Rota in Florentina habiens* 19 *Nouembris* 1618. *coram bo: me: Buratto & in Florentina Cappella* 26. *Aprilis* 1619. *coram R.P.D. meo Pirouano & in alia Florentina fideicommissi de Cambijs* 9. *Iunij præteriti coram me.*

Neque obstat quod ab Informantibus pro dicta Camilla dicebatur ex dictis libris non
3 posse † probari filiationem, cum sint ad alium finem confecti *ad trad. per Soccin. cons. 208. n. 3. lib. 2. cum alijs adductis.*

Quia primò fuit responsum (quicquid sit de libris Decimarum) libros Tractarum fuisse confectos, ad hoc vt sciatur cuiusnam vnusquisq; ex descriptis sit filius, & propterea antè descriptionem in eo testes formitèr examinantur ad probandam talem filiationem, & legitimitatem qua probata posteà describuntur, Vndè sequitur, quod cum ista probatio
4 statum † concernat, probat etiam in omni Iudicio, & inter alias personas *ad Text. in l. ingenuum ff. de stat. homin. Gregorius XV. decis. 535. num. 3.*

Secundò quia licet quando quis enuncia-
5 tur filius † propter aliud non probetur filiatio tamen secus procedit quando enunciatiua emittitur ipso præsente, vt tenuit *Rota decis. 176. num. 4. par. 1. recent.* Quæ limitatio multo magis applicatur, quia in dictis libris describuntur partitæ, non ex voluntate officialis, sed ex nota firmata, & tradita ab vno quoque ex descriptis in eis, vt constat, adeò vt singulæ partitę non possint considerari vti
6 simplices enunciatiuæ emissæ † propter aliud, sed vti assertiones, & confessiones vniuscuiusque pro substantia actus scilicet ad certificandam & specificandam personam proferentis *dicta decis. 176. num. 4. in fin.* Et quidem non est verisimile, quod quis eas sic formasset nisi ita
7 veritas se haberet, cum nimis sit graue, † & contumeliosum, quem sibi in publicis libris alium Patrem adscribere quam verum, & legitimum, vt dixit *Rota dicta decis. 176. num. 3.*

Tertiò deniq; fuit responsum, quod quicquid sit de sola enunciatiua cessat in hoc ca-
8 su omnis scrupulus ex alijs enunciatiuis † quę ad Inuicem adminiculantur ad istum effectum accedente dicto Testamento, seù Codicillo Caroli per dictam Camillam exhibito in quo habetur, ibi, *hauendo portato sempre particolar affetto alla famiglia, & prosapia sua de Guidacci, & in particolare alla persona del Signor Caualier Giouanni del Sig. Caualier Antonio Guidacci &c.* & vti tali reliquit prædictum legatũ, quibus existentibus Rota in decisionibus adductis benè probari descendentiã firmauit.

Quæ autem dicebantur de fide scripturarũ ex quo fuerunt extractæ lite pendente absque compulsoria, cessant, quia ex summario di-
9 cti Equitis constat † partitas fuisse formiter extractas prout iacent per Notarium publicum Successorem in officio *Rota decis. 217. n. 1. par. 1. & decis. 706. num. 6. par. 2. recent. & coram Greg. XV. decis. 59. num. 4. & fuit dictum in Romana seù Neapolitana translationis pensionis Veneris* 10. *Martij* 1623 *corã Illustriss. D. Cardinale Caualerio.* Et fuisse sic extractas per talẽ Notarium Suc-
10 cessorem statur † assertioni ipsius Notarij Successoris in officio *Rota coram Verall. decis. 245. num. 1. par. 2. & decis. 217. num. 1. in fin. par. 1. & decis. 649. num. 7. par. 2. recentior.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA CENSVS VITALITII.

Veneris 25. Iunij 1627.

ARGVMENTVM,

Fructus Census vitalitij nulliter initi cum Ecclesia ob non adhibitum beneplacitum Apostolicum debentur ante oppositionem nullitatis, sed non post. Et hoc casu Ecclesia tenetur restituere sortem.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia volens à contractu recedere ex quo solemnitates non fuerunt adhibitæ, tenetur pretium, & quidquid ex contractu percepit restituere.*
2 *Etiam non probata versione pecuniarum in vtilitatem Ecclesiæ, quando pecunia fuerunt acceptæ, ex causa voluntaria.*
3 *Tempus contractus attendi debet ad effectum dignoscendi an ille fuerit Ecclesiæ vtilis, vel damnosus.*
4 *Periculum rei spectat ad Dominum.*
5 *Fructus Census vitalitij debentur antequam Ecclesia cum qua contractus fuit initus det de nullitate illius, quia interim Ecclesia per euentum obitus potest superlucrari sortem.*

DECISIO XVIII.

De anno 1623. sub die 5. Aprilis Procurator Generalis Religionis Eremitarum Camaldulensium de Etruria imposuit annuum censum vitalitium scutorum 132. super duabus Possessionibus Monasterij in Territorio Meldulæ Britinorien Diœces. sitis, illumque vendidit Sigismundo Laherier Pictori eius vita naturali durante prætio scutorum 1200. quod prætium in pecunia numerata recepit, & illud in continenti penes D. Hieronymum Ticcium tunc in Vrbe mercatorem deposuit, ex inde tamen non amouendum nisi secutis ratificatione Eremitarum, beneplacito Apostolico, & Domini Cardinalis Protectoris, expensis, & industria Eremitarum obtinendis, sed tamen quod interim soluerentur censuales præstationes dicto Sigismundo, prout fuerunt solutę tribus successiuis terminis, & Eremitæ solemniter ratificauerunt huiusmodi contractum, quamuis ob negligentiam dicti Procuratoris Generalis Beneplacitũ Apostolicum non fuerit expeditum. Vnde cum postea Ticcius defecisset, & Eremitæ declarauerint se amplius non consentire præfato censui, nec teneri ad illius obligationem, ex quo non interuenit Beneplacitum Apostolicum, & D. Cardinalis Protectoris, Sigismundus conuenit dictos Eremitas coram A.C. à quo obtinuit cōtra eos mandatum tam super fructibus decursis, & non solutis, quam super renouatione cedulæ bancariæ in instrumento promissæ à quo mandato Eremitæ appellarunt causamque bo:me: Remboldo cum clausula fine præiudicio legitimæ exequutionis committi obtinuerunt Ideoque subrogatus in locum dicti D. Remboldi proposui dubiũ, an Eremitæ teneantur ad restitutionem sortis principalis dicti Census scutorum 1200. vna cum fructibus. Quo dubio proposito Domini vnanimiter responderunt affirmatiuè.

Eremitæ enim, qui nituntur nullitate census ex eo quia defectus Ticcij ante implemētum contractus superuenit tenentur ad præ-
1 tij restitutionem. † Quia Ecclesia volens a contractu recedere ex quo solemnitates non fuerunt adhibitæ tenetur prætium, & quiequid ex contractu percepit restituere. *l. fin. §. emptor vbi Bald. num. 4.* & alij communiter *C. commun. de legat. Surd. conf. 183. num. 46. & 47.* & fuit latè firmatum *coram R. P. D. meo Merlino sub die* 22. *Maij* 1626. in simili causa inter dictos Eremitas, & D. Scattolam super alio censu scutorum 220. in sorte scutorum 2000. per eundem Procuratorem Generalē sub die 16. Martij eiusdem anni 1623. ad fauorem dicti Scattolæ imposito.

Non obstat, quod non probetur versio in vtilitatem Ecclesiæ itaut ipsa sit effecta locu-
2 pletior, † tum quia cum pecuniæ fuerint acceptæ ex causa voluntaria non est opus probare versionem. *Seraph. decis. 366. num. 2. & 3.* Tum etiam quia cum prętium fuerit solutum dicto Procuratori Generali eum ratificatione Conuentus, vtique non est inspiciendum damnum superueniens ob decoctionem
3 dicti mercatoris, † sed attendi debet tempus contractus. *Cald. conf. 5. de rer. permut. Surd. consil. 249. num. 23. Seraph. dicta decis. 366. num. 1. cum alijs deductis in dicta decis. R. P. D. mei Merlini.*

Nec pariter obstat, quod Ticcius Mercator depositarius defecerit pendente adimplemento conditionum. Quia respondetur ex hoc fuisse solummodo suspensum exercitiũ, & vsum dictarum pecuniarum, non autem dominium, quod erat translatum in Eremitas, vt patet ex partita Banchi dum dicit
4 *Eremo deue hauere* † vnde stante dicto dominio periculum ad Eremitas spectabat. *l. 1. & 2. C. de peric. & comm. rei vendit.* Vltra quod contractus à principio habuit statum implicitum validitatis, etiā si non interuenerit Beneplacitum Apostolicum volente Ecclesia. *Menoch. conf. 655. num. 3. & 10. cum alijs allegatis in decis. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et ex his patet etiam Eremitas teneri ad restitutionem fructuum à die contractus vsque ad declarationem factam per dictos Ere-
5 mitas de nullitate dicti contractus. † Quia cum interim census curreret ad periculum vitę dicti Sigismundi de Iure debēt solui fructus, vt inter partes seruetur equalitas, vt benè firmatur *in dicta decis. R. P. D. mei Merlini sub die 17. Martij proximè præteriti.*

Et ita resolutum.



SPO-

SPOLETANA HAEREDITATIS.

Veneris 25. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissarijs ex quibus dicatur debita.

SVMMARIVM.

1 *Sine filijs de iure quem præsumitur decessisse.*
2 *Filiatio probatur, si tamquam filij sint instituti in testamento patris.*
3 *Diuisio bonorum facta inter hæredes grauatos, probat identitatem contra causam habentes à diuidentibus.*
4 *Identitas bonorum probatur ex diuisione facta tamquam de bonis fideicommissarijs, & ex testibus, præcipuè quando sumus in descendentibus testatoris*
5 *Trebellianica est prohibita, si in testamento adsint verba*, pleno iure, & absque aliqua detractione.
6 *Legitima detractio, non retardat immissionem pro indiuiso.*

DECISIO XIX.

SVB die 4. Februarij 1626. coram bo:me: Buratto fuit resolutum constare de validitate primi testamenti q. Ludouici Ancaiani non obstante secundo testamento detecto confidentiali, in quo primo testamento dictus Ludouicus instituit sibi hæredes filios suos Franciscum, Decium, Paudulphum, & Flaminium cum substitutione reciproca inter eosdem quandocumque finc. filijs masculis legitimis, & naturalibus decederent, & cũ substitutione eorundem filiorum respectiuè, Vnde instantibus nunc pro immissione filijs dicti Decij, & cessionarijs Flaminij eorum patrui proposui dubium; An, & in quibus bonis eis danda esset immissio, & DD. dixerunt eis dandam esse immissionem in bonis Francisci pro duabus ex tribus partibus, relicta alia tertia parte pro legitima Alphonso filio naturali ipsius Francisci. Omnia enim requisita ad effectum obtinendi dictam immissionem benè iustificantur.

Nam primo quoad obitum Francisci sine
1 filijs, † vltra quod de iure præsumitur sine eis decessisse. *Put.decis.43.lib.1. Fusar.de subst quæst. 436.num1. & 3.* & fuit dictum coram me in *Florentina fideicommissi de Cambijs 9. Iunij currentis.* remanet etiam probatus ex testibus datis *in Summ. num.2.*

2 Filiatio † verò Ludouici, Petri, & aliorum remanet probata ex eorum institutione facta à Decio patre in suo testamento. *Ruin.consil.53. num.6. lib.4. Menoch. præsumpt.53. num.39. lib.6. Seraph. decis.1331. num.8. Rota decis.347. num.2. par. 1. recent. & decis.472.num.8.eod.lib.*

3 Quod † autem bona, de quibus agitur, fuerint in bonis Ludouici fideicommittentis, deinde peruenerint in portionem Francisci probatur ex instrumento diuisionis factæ inter filios dicti Ludouici, quod probat contra Alphonsum hæredem Francisci vnius ex dictis filijs. *Alex.consil.152.num.1.lib.7. Fusar.de substit. quæst.613. num.11.* cum aliis cumulatis per *Peregr.de fideicomm. art.44. num.5.* & latè fuit dictum *coram me in dicta Florentina fideicommissi de Cambijs.*

4 Identitas † verò bonorum probatur ex instrumento ipsius diuisionis, & per testes qui dantur in *Summ.num.7.* qui benè deponunt de confinibus, & alijs requisitis. Vltra quod ad hoc vt præsumantur illa eadem esse sufficit, quod sint in eodem loco, in quo Testator fideicommittens sua bona possidebat, præcipuè cum simus in descendentibus ipsius Testatoris. *Peregr.de fideicom.art.44. num.22. & consil.48. nu.8. Rota in Bononien. de S. Petro 9.Martij 1588. coram Card.Platto.*

Non obstant detractiones prætensæ per Al-
5 phonsum, nam quoad Trebellianicã † illa est prohibita ex verbis testamenti, ibi, *pleno iure, & absque aliqua diminutione. Crauett. consil.174. num.1.lib.1. Rota coram Greg.XV.decis.421.nu.13. & ibi Adden.in fine, & decis.259.num.5. par.2. recent.*
6 Quoad † legitimam verò ea pariter non potest retardare immissionem pro indiuiso, & sic pro duabus ex tribus partibus, prout Rota seruare solet, *vt in Foroliuien. Fideicommissi 10. Iunij 1614. coram bon.mem. Buratto, in Ferrarien. de Tassonis, & pluribus alijs decisionibus relat. per Adden.ad Greg.XV. decis.185.num.4.*

Et itá vna tantùm parte informante conclusum.

GERVNDEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 28. Iunij 1627.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ ex quibus dicatur constare.*
2 *Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus in eo factis.*

DECISIO XX.

PER duas sententias Rotales fuit iam firmatum constare Beneficium, de quo agitur, esse de Iurepatronatus ex fundatione, & dotatione; & præsentationem factam de Iacobo Sala fuisse canonicam, ac Ioseepho Clarasuall, nullum ius ad beneficium huiusmodi competere. Hodie in tertia instantia dubitati an dictæ sententiæ essent confirmandæ, & Domini affirmatiuè responderunt; nam constat de earum validitate, & iustitia.

Quoad validitatem ea est euidens, quia de
1 iurisdictione † DD. meorum, qui sententias tulerunt apparet ex commissionibus, & mandata Procuratorum hinc inde comparentium termini substantiales, citatio ad sententiam, & alia requisita, *decis.Caputaq.119. & 121.lib.3.* fuerunt seruata.
2 Iustitia † etiam patet ex decisionibus tàm coram

cor. Reuerendiss. D. meo Decano sub diebus 22. Aprilis 1622. & 10. Nouembris 1623. quàm coram R. P. D. meo Pironano sub die 8. Martij 1627. factis, quarum rationes, & fundamenta non repeto sed solum dico, quod hodie iterùm examinata, Dominis placuerunt, & ex illis vna parte tantum informante fuit resolutum sententias Rotales esse confirmandas.

ARIMINEN. PECVNIARIA.

Lunæ 5. Iulij 1627.

ARGVMENTVM.

Mandatum Communitatis datum certis personis, quando sit validum, & prouisio illius vigore promissa debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia sententiæ apparet ex decisionibus causæ.*
2 *Mandati instrumentum cum certo die, & anno enim præsentia Gubernatoris Ciuitatis stipulatum est validum.*
3 *Mandatum continet omnia quæ sunt necessaria pro expeditione negotij demandati.*
4 *Conditionis purificatio resultat ex effectuatione eius, quod debebat impleri.*

DECISIO XXI.

PER Sententiam in hac causa latam à Reuerendissimo D. meo Patriarcha Hierosolymitano fuit pronunciatum Ioanni Gipponi deberi prouisionem ad rationem duorum pro centenario pro starijs 20. mil. grani. Hodie in secunda instantia dubitatum, an dicta sententia esset confirmanda, & DD. affirmatiuè responderunt. Nam quoad validitatem nulla adest controuersia. Quo verò ad iusti-
1 tiam † ea est patens ex rationibus optimè deductis in decisione dicti Reuerendiss. D. mei Patriarchæ.

Non obstant, quæ hodie pro parte Communitatis dicuntur cõtra dictam decisionem, & primo non releuat, quod dicitur non constare de mandato Communitatis Arimini solemniter facto in personis Agolantis, & Secundi. Nam illud obiectum tollitur ex quo
2 datur dictum instrumentum, † quod prius in actis productum fuerat cum certa die, & anno, & cum præsentia Gubernatoris eiusdem Ciuitatis stipulatum, quod sufficit pro eius validitate. *Bart. in l. 3. num. 7. Castr. ibid. num. 6. ff. quod cuiusque vniuers.*

Nec pariter obstare dixerunt DD. quod in dicto mandato non fuerit expressè data facultas Prioribus promittendi mercedem mediatori, qui debebat tractare partitũ grani. Quia cum dictis Prioribus mandetur, vt tractent partitum grani pro ea quantitate eis beneuisa per consequens illis tacitè etiam mandatur, vt tractent cum mediatore, & illi promittant mercedem, sine qua mediator non se interpo-
3 suisset, cum mandatum contineat omnia sine quibus expedire non poterat. *Bald. consil. 383. num. 5. lib. 3.*

Minùs obstare visum fuit, quod mãdatum non sit generale, quia hoc tollitur, ex quo mandatum est ad concludendum partitum pro quantitate grani beneuisa Prioribus, non solum in Ciuitate Venetiarum, vt prætenditur, sed etiam in quocumque alio loco, vt in mandato dato in Summ. Gipponi *num. 1.*

Nec censuerunt obstare ponderationem factam in illis verbis ab informantibus pro Cõmunitate, ibi, *E così effettuandosi il partito di stara 15. mil. de rispetto*, ex quibus infertur, quod promissio mercedis sit conditionalis. Nam respondetur, quod facta fuerunt duo partita, vnum de starijs 15. mil. grani firmi, quod fuit effectuatum, aliud verò de starijs 15. mil. respecti cum conditione, quod si Communitas vellet totum hoc granum teneretur intimare intra certum tempus, si verò nollet totum deberet declarare quantitatem, quam vellet, illa enim verba, *effettuandosi*, fuerũt apposita respectu partiti grani respecti, de quo partito sequuta fuit effectuatio pro starijs 5000. respecti, quod Communitas declarauit se velle, & pro quo Ioannes Gipponus prætendit mercedem, non autem pro tota quantitate staria-
4 rum 15. mil. respecti, & sic pro d. quantitate conditio fuit purificata, *Rota decis. 428. num. 4. par. 2. recent.*

Ad alia verò, quæ replicantur contra fundamenta decisionis, cum sint eadem, quæ prius opposita fuerunt, non repeto responsiones datas in decis. quæ benè satisfacere visæ fuerunt.

Et ita conclusum vtraque.

CAMPLEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 5. Iulij 1627.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

1 *Possessio quamuis instrumentalis est manutenibilis alio non existente in possessione.*
2 *Possessio posterior præsumitur clandestina, nec est manutenibilis.*

DECISIO XXII.

CENSVERVNT DD. dandum esse mandatum de manutenendo Romulo de Nigris, de cuius possessione constat ex instrumento captæ possessionis, quæ licet sit instru-
1 mentalis tamen † est manutenibilis alio non existente in possessione. *Rota decis. 92. num. 1. decis. 106. num. 4. decis. 616. num. 1. & decis. 660. num. 1. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 268. num. 1.* & alias sæpissimè.

Non obstat possessio capta per Antonium
2 Quintilianum, quia vti posterior præsumitur clandestina, & ideò non debet attendi, nec est manu-

manutenibilis, maximè cum fuerit capta protestatione Romuli, quã capere non poterat. *cap. licet causam de probat. Menoch. de retinen. poss. remed. 3. num. 726. Rota dicta decis. 106. num. 1. & decis. 552. num. 2. par. 1. recent. Gregor. XV. dec. 6. num. 3. & decis. 171. num. 2.*

Et ita vna tantùm parte informante resolutum.

FLORENTINA EXPENSARVM DE CAMBIIS.

Lunæ 8. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Expensæ à confideicommissario factæ ad effectum obtinendi declarationem fideicommissi, quando per fideicommissarium non stat reficiendæ.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ non sunt reficiendæ per fideicommissarium, quando confideicommissarius pro obtinenda propria portione plus non expendisset.*

2 *Pro expensis datur retentio cohæredi, quas non fecisset in conseruatione proprij iuris.*

3 *Socius potest repetere expensas, quas fecit ratione rei communis.*

4 *Decisiones* Seraph. 1022. num. 4. & Romana expensarum 27. Iunij 1601. coram Lancellotto, *declarantur.*

DECISIO XXIII.

PRAETENDVNT Petrus Ioannes, & Antonius fratres de Cambiis, qui nuper sub die 26. Februarij proximè præteriti agendo contra Hospitale S. Ioannis Baptistæ Nationis Florentinæ obtinuerunt purificari ad illorum fauorem fideicommissum olim à Petro de Cambijs relictum à Bernardo de Cambijs confideicõmissario refectionem expensarũ pro illius rata. Ideò propositò à me dubio, an pro eis esset relaxatum mandatum, & pro qua summa, & DD. resoluerunt expensas non deberi.

Ratio DD. fuit, quia dd. fratres non probant, quod pro consequenda portione Bernar-
1 di confideicommissarij † plus expenderint, quam in obtinenda portione propria, iuxta dispositionem *l. ex parte, ff. famil. ercisc.* vbi dicit, quod si hæres pro parte, pro tota hæreditate egerit, & obtinuerit, cohæres autem velit partem suam vendicare, & excipiatur de
2 expensis factis in causa, † quod hoc casu dabitur retentio cohæredi qui obtinuit pro ea summa quam non fecisset in conseruatione proprij iuris, & hanc legem pro singulari, notat *Roman. sing. 647.*

Non obstant *ll. si quis ls 1. & l. qui aliena, §. fin. ff. de neg. gest. Garz. de expens. cap. 8. num. 22. Misinger. obseru. 2. in fin. Boer. decis. 210. num. 4.* qui mouentur ex dispositione *d. l. & §. fin.* ex quibus
3 præsupponitur negocium vtile gestum † à socio ratione rei communis, pro quo potest repetere expensas, quia Petrus Ioannes, & Antonius fratres de Cambijs causam non fecerunt nomine Bernardi, sed nomine proprio, quinimò Bernardus venit ad causam excluturus dd. fratres, prætendens quamuis in æquali gradu propter duplex vinculum scilicet agnationis, & cognationis in eodem gradu excludere dd. fratres, vt apparet ex *decisione coram me die 9. Iunij præteriti in §. Non obstat, quod Bernardus.*

4 Non obstant decisiones *Seraph. 1022. num. 4. & Romana expensarum 27. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto;* Nam loquuntur, quando non litigans vellet vti victoria obtenta è litigante, quo casu facienda est contributio expensarum pro rata, sed in præsenti casu dictus Bernardus non solùm noluit vti victoria obtenta a dd. fratribus, quinimò eam ex professo impugnauit, vt dixi suprà.

Atque ità cum hodie non constet dd. fratres plus expedisse in vniuersali iudicio, quàm expendissent in consecutione propriæ portionis, DD. inhærendo dispositioni *d. l. ex parte, ff. famil. ercisc.* dixerunt nullas expensas eis esse reficiendas, & per consequens pro eis mandatum non esse relaxandum.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DE MASSAINIS.

Lunæ 8. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur possidenti, & ex quibus possessio probetur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum possessionis benè probat ad effectum manutentionis, pro quo sufficit etiam vnica solutio.*

2 *Locatio probat possessionem locatoris aduersus conductores, & ab eis causam habentes.*

3 *Clausula,* constituti, *est translatiua possessionis.*

4 *Possessio per dictam clausulam,* constituti, *translata est manutenibilis.*

5 *Manutentio datur etiam pro indiuiso, quando est certa res, & quantitas quæ possidetur.*

6 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in possessorio.*

DECISIO XXIV.

CVM de anno 1615. D. Antonius Grassettus ad computum dotis q. Lucretiæ Massainæ suæ vxoris habuisset insolutum à Petro Paulo Massaino eius socero tertiam partem domus, & apothecarum, quam tunc pro indiuiso possidebat cum q. Carolo Massaino eius fratre, illiusque possessionem realem adeptus fuisset, tandem de anno 1621. prædictus Antonius eandem tertiam partem, vt suprà vendidit Rutilio Brando pro certo pretio, vt ex Instrumento cum clausula, *constituti,* & iurium

& iurium cessione in *Summ. num.*4. sed quia filij, & hæredes prædicti q. Caroli eiusdem domus conductoris se opposuerunt possessioni per dictum Rutilium adipiscendæ, ideò motum fuit iudicium coram A. C. à quo postea fuit decretum mandatum de manutenendo ad fauorem d. Rutilij; Demùm causa appellationis in Rota commissa bon. mem. Buratto, in cuius locum cum fuerim subrogatus cum facultate manutenendi quem de iure. Proposui dubium, cui dandum esset mandatum de manutendo; & DD. dandum esse Antonio Graffetto, & Rutilio Brando causam ab eo habenti, responderunt.

Nam de possessione dicti Antonij in dicta tertia parte domus, & apothecarum benè constat tàm ex publico instrumento adeptæ possessionis, vt in *Summ. num.*1. quod alio non existente in possessione ad effectum manutentionis probat iuxtà vulgatas regulas. Tùm etiam ex depositionibus testium, quæ dantur in *Summ. nu.*2. asserentium dictum Antonium pluries exegisse pensiones dictæ tertiæ partis
1 domus, & apothecarum; † Vnde benè probant ad effectum manutentionis; maximè cũ vna solutio, seù exactio sufficeret. *e. cum Ecclesia Sutrina, vbi Ripa nu.*53 *de caus. poss. & propr. Seraphin. decis.*436. *num.*1. *& decis.*1411. *num.*2. *Gregor. XV. decis.*313. *num.*1. & fuit dictum in vna *Romana manutentionis, seù pecuniaria* 12. *Ianuary* 1616. *coram bon. mem. Vbaldo*. Tùm denique ex locatione facta per eundem Graffettum prædicto q. Carolo Massaino patri, & au-
2 ctori aduersariorum, vt in *Summ. num.*3. † quę locatio plenè probat possessionem contra Carolum conductorem, & eius filios aduersarios ab eo causam habentes. *Gabr. consf.*31. *num.*9. *lib.*1. *& concl.*3. *num.*14. *&* 15. *de locat. & conduct. Menoch. de retinen. remed.*3. *num.*571. *Rota in antiq. decis.*1. *num.*1. *de fid. instrum. & decis.*766. *num.*3. *par.*2. & fuit dictum iu *Mediolanen. Decimarum* 9. *Iunij* 1610. *coram R. P. D. meo Pirouano*.

Quo verò ad Rutilium Brandum, DD. censuerunt ei pariter esse dandam manutentionem, quia prædictam tertiam partem domus, & apothecarum emit à prædicto Graffetto,
3 cum clausula, *constituti*, † per quam fuit in eum translata omnis possessio. *l. quod meo, vbi Bart. ff. de acq. possess. Rolan. cons.*79. *num.*43. *lib.*1. *Mant. decis.*33. *num.*13. *Rot. decis.*549. *num.*1. *par.*1. *diuer.*
4 *& decis.*83. *num.*1. *par.*1. *recent.* † Quæ possessio sic translata est manutenibilis. *Ofasc. decis.*133. *num.*3. *Gregor. XV. decis.*437. *num.*2. *& ibi Addent. num.*6. *Rota decis.*551. *num.*4. *par.*3. *recent.* & fuit dictum in *Clusina Postæ* 27. *Ianuary* 1603. *coram Litta, & in Romana census de Deza* 16. *Martij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo*.

Non obstat, quod Antonius possideret in communi, quia manutentio datur etiam pro
5 indiuiso, † quando est certa res, & quantitas, quæ possidetur, vt in casu de quo agitur, cum sit certa domus cum apothecis, illiusque possessio in tertia parte. *Rota decis.*59. *num.*5. *par.*2. *diuers.* & fuit dictum in *Interamnen. de Paradisis* 3. *Iulij* 1607. *coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Pamphilio*.

Neque obstant, quæ deducuntur de fidei-
6 commisso, † quia cum requirant altiorem indaginem, & concernant petitorium, non debent admitti in hoc summarijssimo iudicio manutentionis. *l.*3. *§. ibidem, ff. ad exhibendum, Rota decis.*387. *num.*3. *par.*1. *recent. & in Romana Vineæ* 14. *Ianuarij* 1611. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, & aliàs sæpissimè.

Et ita vna tantùm parte informante conclusum.

ROMANA TVTELAE.

Veneris 12. *Nouembris* 1627.

ARGVMENTVM.

Tutoribus pluribus datis in testamento sub ea lege in casum impotentiæ alterius ex tutoribus datis, quod valeant alterum contutorem sibi benè visum eligere, an secuta dicta impotentia sit locus electioni noui contutoris, latè pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Tutela munus Religiosis interdicitur.*
2 *Testator non potest dare facultatem tutoribus nuncupandi contutorem, cum ista dispositio habeatur pro captatoria, & incerta.*
3 *Testatoris enixa voluntas in materia tutorum est pro lege seruanda. & num.*9.
4 *Tutor non debet dari illum habenti.*
5 *Tutor nouus datur quando sunt duo testamentarij, & alter illorum decedit, vel est incapax.*
6 *Tutela datiua cessat quando adest legitima.*
7 *Hoc procedit quando nullus tutor testamentarius remansit.*
8 *Causa testati, facit cessare causam intestati.*

DECISIO XXV.

Q. Ioannes Antonius de Pomis in suo, sub quo obijt Testamento reliquit Tutores, & pro tempore Curatores suorum filiorum R. Franciscum Vallettam Clericum Minorem, & D. Christophorum de Pomis eius fratrem consobrinum, & in euentum, in quem dictus D. Franciscus nollet, aut non posset huiusmodi tutelæ incumbere, dedit facultatem eisdem Tutoribus alterum Contutorem ipsis beneuisum nominandi, & deputandi. Mortuo Testatore Christophorus cæpit prætendere, quod dictus Franciscus tamquam Regularis, & de iure prohibitus non posset huiusmodi tutelam exercere, & obtinuit coram R. P. D. Locumtenente Illustrissimi Vicarij ei huiusmodi administrationem interdici, deinde causa coram eodem R. P. D. Locumtenenente ventilata emanauit sententia, per quam declaratur dictum D. Franciscum non teneri, nec posse assistere huiusmodi tutelæ, & curæ, sed ipsius loco esse nominandum, deputandum, & subrogandum aliũ contutorem, siue alium adiunctum, qui cum dicto Christophoro administraret insolidum

iuxta

iuxta formam testamenti per Iudicem, seù
alium ad quem de iure &c. nominandum. A
qua sententia cum fuerit per Christophorum
appellatum, causaque in gradu appellationis
mihi commissa dubitaui. An dicta sententia
esset confirmanda, vel infirmanda, & Domi-
ni circumscriptis nullitatibus sententiam esse
confirmandam responderunt.

Iustitia sententiæ visa fuit patens, ex quo
sententia declarat dictum D. Vallettam non
teneri, nec posse dictæ curæ, seù tutelæ incum-
bere, cum de iure Religiosi, nec possint, nec
1 debeant sęcularibus negotijs se immiscere, † &
in specie eis tutelæ munus interdicatur. §. *Deo
autem amabiles, Auth. de sanctissimis Episcopis, San-
chez super Decalog. lib. 6. cap. 14. num. 22. Guttier.
de tutor. par. 1. cap. 1. num. 30. Specul. de tutor. §. ge-
neraliter, num. 10.*

Non obstat, quod Testator non potuerit
dare hanc facultatem tutoribus nominandi
2 contutorem, † ex quo ista dispositio habetur
pro captatoria, & incerta, ad *trad. per Bart. in
l. quidam, num. 4. ff. de reb. dub.* quia doctrina *Bart.*
procedit, quando datur vnicus tutor, quo
casu, ne pupillus ratione incertitudinis, &
contingentiæ remaneat cura destitutus, cor-
ruit huiusmodi datio tutoris, secùs in præsenti
casu, in quo apparet testatorem voluisse con-
sulere vtilitati pupillorum datione duorum
3 tutorum, † quæ enixa dispositio in materia tu-
torum est pro lege seruanda, *l. in conditionibus,
ff. de condit. & dem. Mont. de tutela, cap. 37. reg. 2.
num. 54.*

4 Minùs obstat, † quod habenti tutorem tu-
tor dari non possit. *l. licet, & l. propter, C. in
quib. caus. tut. & l. si sorori, C. qui dar. tut. poss. §. in-
terdum instit. de curat.* Quia hoc est verum quan
do aliquis tutorum remouetur ad tempus,
5 sed quando adsunt duo † testamentarij, & vnus
eorum decessit, aut est incapax prout hic, tunc
datur alius tutor. *l. licet de administr. tut. Guttier.
de tut. & cur. par. 1. cap. 5. num. 11. cum seq. Berous
quæst. 66. num. 7. in fin.*

6 Neque obstat, † quod stante legitima tute-
la cessat datiua. *l. si quis sub conditione, ff. de test.
tut. Corn. cons. 175. lib. 1. Rota in Romana Tutelæ
15. Aprilis 1619. coram bon. mem. Buratto.* Quia
7 hoc procedit, quando nullus penitus † tutor
testamentarius remansit, sed quando adest
vnus ex pluribus testamentarijs tutoribus, pro
8 vt hic, cessat legitima, & dum adest † causa
testati, cessat causa intestati, *ad text. in l. quandiù
39. & ibi Bald. & Albericus, ff. de acquir. hæred.*

Et cessare visa fuit omnis difficultas, ex quo
constat de enixa voluntate Testatoris volentis
9 plures adesse tutores, † & illius dispositio est
omninò attendenda, *dicta l. in conditionibus ff. de
cond. & demonstr. Mont. loco supra cit.*

Et ità Christophoro tantùm informante
fuit conclusum.

AESINA SALVIANI.

Lunæ 15. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Sume ex Summario.

1 *Possessio non probatur sufficienter ex relatione exe-
cutoris.*
2 *Limita in districtu Marchiæ.*
3 *Executori attestanti se immisisse aliquem in posses-
sionem creditur.*
4 *Fideiussionis præstatio facienda post actum non po-
test vitiare executionem præcedentem.*

DECISIO XXVI.

SVB die 18. Iunij proximè præteriti fuit
resolutum in hac causa Matthiæ Nisio
dandum esse mandatum de manutenendo,
hodię proposita causa super eisdem, DD. ste-
terunt in decisis, ex rationibus in decisione
deductis.

1 Non obstat, † quod possessio Matthiæ non
sufficiēter probetur ex relatione Liconij exe-
cutoris, & Antonij Mariæ baiuli Curię Ciui-
2 tatis Aesij. Nam ex † constitutionibus Mar-
chiæ (in cuius districtu est Ciuitas Aesij)
lib. 4. cap. 49. vers. si quis autem, relationi Exe-
cutoris, & Baiuli statur. Et quod executori
3 attestanti † se immisisse, credatur, tradit, *Tira-
quell. de retract. lignag. §. 8. glos. 9. num. 22. Greg. XV.
decis. 402. num. 2.*

Nec releuat, quod non fuerit præstita fi-
deiussio, seù obligatio de reficiendis meliora-
mentis infrà 15. dies facta illorum liquidatio-
ne iuxtà formam sententiæ; Nam cum ista
4 præstatio † fideiussionis esset præstanda post
actum non poterat vitiare executionem præ-
cedentem. *Afflict. decis. 378. num. 4.*

Et ità vna tantum &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Veneris 19. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Manutentio competit possessori.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in posses-
sione est manutenibilis.*
2 *Per permutationem amittitur titulus, & possessio
beneficij.*
3 *Et inducitur vera vacatio.*

DECISIO XXVII.

FVIT resolutum Ioanni Vuoters esse
dandum mandatum de manutenendo,
cum de illius possessione constet de tempore
motæ litis, ex quo lis fuit cæpta de mense

Aprilis 1624. & Ioannes cæpit possessionem
1 de anno 1623. *vt in Summ. num. 1.* † Quæ possessio licèt sit instrumentalis, tamen quia fuit capta alio non existente in possessione de stilo huius Sacri Tribunalis est manutenibilis *Rota decis.106.num.4. & decis.616. num.1. par.1. recentior. & apud Gregor.XV. decis.268.num.1.*

Quod autem possessio fuerit vacans satis visum fuit constare, ex quo agitur de beneficio permutato, vt patet ex litteris datis *in Sum-*
2 *mario num.1.* † cum per permutationem amittatur, titulus, & possessio *Sarnen. super reg. de Infirm.quæst.29.num.2.vers. quid tenendum, & super reg. de publicat.resignat.quæst.18.num.2.Rot.decis.8. de rer.permut. in antiquis, & decis.278. nu.4.*
3 *par.2. recent.* & per eam datur † etiam vera vacatio *c. licet de rer.permutt. in 6.* & concurrit etiam confessio Arnesti permutantis, qui declarauit ratã se habere permutationem factã cum dicto Ioanne, ac possessionem ipsi traditam, *vt in Summ.num.5.*

Et ita vna tantum parte informante fuit conclusum.

ROMANA PROPRIETATIS VINEAE.

Veneris 19. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Dominium directum si agatur ad effectum deuolutionis concludentissimè probari debet, sed ad effectum solutionis Canonis, leuiores probationes sufficiunt, & plura de probationibus identitatis.

SVMMARIVM.

1 *Res indicata est clara si infra decem dies à sententia non fuerit appellatum.*
2 *Appellatio à die habitæ notitiæ suffragatur si tamen Iudex dederit reuerentiales infra alios decem dies causa committi debet.*
3 Remedii l. Diffamari C. de ingen. manum effectus.
4 *Dominium directum ad effectum deuolutionis concludentissimè probari debet.*
5 *Sed ad effectum solutionis canonis sufficiunt leuiores probationes.*
6 *Laudemium solet solui Domino directo.*
7 *Laudemij solutio denotat rem esse emphyteuticam.*
8 *Confessio authoris nocet successoribus, prout etiam solutio.*
9 *Amplia quando d. confessioni succedunt alia consimiles.*
10 *Identitas bonorum emphyteuticorum ex quibus probatur.*

DECISIO XXVIII.

MODERNVS Rector Ecclesiæ Sancti Benedicti in Pisciuola prætendebat Vineam extra Portam Portuensem olim à q. Iulia Stagna, & Modo à D. Fabia Stagna possessam, esse sub proprietate, & directo dominio suæ Ecclesiæ, & sub annuo Canone quatuor barilium musti, quod mouit dictam Iuliam ad conueniendum dictũ Rectorem coram Illustrissimo Vrbis Vicario per viã monitorij in vim legis *diffamari C.de ing. & manumiss.* à quo ad fauorẽ Rectoris emanauit fauorabilis sententia, in qua fuit pronunciatum vineam esse sub proprietate, & directo dominio dictæ Ecclesiæ, & propterea ei esse soluenda annuatim barilia quatuor musti pro canone; quæ sententia in gradu appellationis fuit confirmata per R.P.D. Bolognettum, postea vero causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa cum clausula (constito de duabus conformibus) Dubitaui an constaret de re iudicata, quæ esset exequenda, & DD. attenta validitate, & iustitia sententiarum de ea constare resoluerunt ad effectum solutionis Canonis.

1 Res siquidem Iudicata visa fuit clara, † ex quo ab vltima sententia infra decem dies nõ fuit appellatum, *c. quoad consultationem de sent. & re iud.*

2 Non obstat,† quod fuerit appellatum à die habitæ notitiæ, quod est licitum *c. Concertationi de appellat. in 6.* Quia cum Iudex dederit reuerentiales, infra alios decem dies erat committenda causa *Cassad.decis.4.de appell.*

Quoad nullitatem dictarum sententiarum deductam, ex quo cum causa esset ordinaria Rector tenebatur facere monitorium non autem Fabia; visa fuit cessare, Quia Fabia inten-
3 tendo dictum remedium † *l.diffamari C. de ingen. & manumiss.* præsentauit monitorium Rectori, qui comparuit, & deduxit ius suum, & sic approbauit monitorium, vndè duo sequuntur, quod Fabia fuit liberata à docendo de molestiis, & quod Rector acceptauit in consequentiam, & retorsit dictum monitorium in dictam Fabiam, ex deductis per *Couar.resol.lib.1.cap.18.num.2. in fine.*

De iustitia dictarum sententiarum etiam visum fuit constare, Nam licet ea quæ deducuntur pro parte Rectoris forsan non suffi-
4 ciant ad probandum dominium † ad effectũ deuolutionis pro quo requiruntur plenæ, & concludentes probationes *Caputaq. decis. 280. par.1. quem Rota sæpius sequuta fuit in multis causis relatis in Romana deuolutionis Domus 28.Maij 1625*
5 *coram R. P. D. meo Pirouano.* Tamen visa fuerunt sufficere ad effectum solutionis Canonis pro quo requiruntur leuiores probationes ex deductis per *Bart. in l. quidam in suo num.4.vers. secundo casu ff. de cond.Instit. Socc.cons.112. lib.4. Rot.decis. 290.num.9. in fine par.2.recen.*

Siquidem ex pluribus venditionibus factis de annis 1569. 1577. 1580. & 1583. ab Authoribus Iuliæ,& Fabiæ, quæ dantur in Summario Rectoris fuit semper dictum, quod vinea erat sub proprietate dictæ Ecclesiæ, & quod erat onerata annua responsione bariliorum quatuor musti ad vaseam, & fuit semper reseruatus consensus Rectoris, ac semper
6 ei fuit reseruatum laudemium † quod solui solet directo domino *iux. tex. in l. cum dubitabatur C. de iur.Emphyt.* prout in effectu fuit so-
7 lutum, † quod bene denotat ad effectum de quo

quo agitur vineam fuisse emphyteuticam. Rot. decis. 249. num. 3. & 4. par. 1. recen. & fuit dictum in his terminis *in Romana Domus Sancti Petri Luna* 1. *Decembris* 1613. *coram bon: mem: Buratto*.

Et quod particulariter mouit DD. fuit, quod de anno 1583. quo dicta vinea fuit per Ludouicum vendita Aurelio Patri Iuliæ, dictus Aurelius fassus est dictam vineam esse prædictis oneribus grauatam, prout effectualiter soluit laudemium & successiuè Canones

8 quæ † confessio, & solutio præiudicat dictis fœminis successoribus, ad tradita *per Ruin. consil.* 161. *in princ. lib.* 1. *Surd. decis.* 10. *num.* 9. *Rota dicta decis.* 290. *num.* 2. *par.* 1. & *decis.* 193. *num.* 2.

9 *par.* 2. *recent.* Maximè concurrente etiam† confessione Fabiæ in locatione, seù affictu per eã facto Iosepho Albino de anno 1615. cũ quo stipulata fuit, quod medietas Canonis barilorum quatuor musti debiti ratione dictæ Vineæ Ecclesiæ prædictę Sancti Benedicti deberet solui ab eo alia, verò medietas à Iacobo Antonio Agente, seù Procuratore dictæ Fabiæ *Alex. cons.* 8. *num.* 1. *lib.* 7. *Mascar. de probat. conclus.* 545. *num.* 1. & *seq. lib.* 1. *Rot. dicta dec.* 193. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

Quod autem vinea ista sit eadem, quæ vsque de anno 1569. fuit vendita per Alexandrum Capocephalum Camillo Tordino sub confinibus, ab vno latere bona ipsius venditoris, ab alio Petri Pauli de Militibus, & ab altero Episcopi Aquinateñ, ante viam publicam apparet, ex quo in omnibus subsequentibus venditionibus fuerunt semper iidem fines & cohærentiæ descriptæ, & prædictis venditionibus semper accesserunt recognitiones emptorum, & solutiones laudemiorum factæ Rectoribus pro tempore in simili quantitate, quod sufficit Rectori ad probandam

10 Idemtitatem dictæ vineæ † pro qua probanda sufficerent duo confines secundum opinionem *Bart. in l. demonstratio num.* 14. *ff. de cond. & demonstr. Decia cons.* 17. *num.* 8. *lib.* 3. *Rota coram Greg. XV. decis.* 75. *num.* 5. & *fuit dictum in prædicta Romana domus Sancti Petri coram bon: mem: Buratto*. concurrente maximè idemtitate loci, quia semper fuit dictum vineam esse extra Portam Portuensem, & esse petiarum Terræ quatuor, & contiguam bonis DD. de Caualerijs.

BONONIEN. LEGATI DE Marescottis.

Mercurij 24. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Habetur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, vna cũm toto negotio principali; apposita in commissione æquipollet clausulæ, quam & quas ad effectum, vt Iudex possit pronunciare tanquam in prima.*

2 *Statutum quando est ordinatorium non extenditur extra territorium vbi viget.*

3 *Decisiones Bononien de comitibus coram Robusterio & Bononien. Successionis 27. Maij 1609. coram Sacrato declarantur.*

4 *Sententia prima, vel confirmari vel infirmari debet.*

5 *Hoc procedit, quando pars opponit de dicta prima sententia.*

DECISIO XXIX.

CVM DD. Antonius Maria, ex Bernardinus de Marescottis obtinuissent ab Auditore generali Bononiæ sententiam fauorabilem in vim Saluiani Interdicti super immissione duorum prædiorum eis à Nicolao Marescotto legatorum, deinde in gradu appellationis aliam obtinuissent *à Rota super dicta Immissione coram R. P. D. meo Merlino*, qui prout in prima sententiauit, D. Vincentius Marescotus ab ea appellauit, causaque mihi commissa cum clausula (si quid exequendum) propolui dubium an dicta sententia esset exequẽda, & DD. omissa pro nunc Iustitia (de qua particulariter videbitur) responderunt nullitates contra dictam sententiam Rotalem deductas non obstare.

Et primo non obstat, quod non potuerit ferri sententia tanquam in prima ex quo in commissione non adest clausula, *quam & quae*

1 *nam* † cum in dicta commissione adsit clausula, *vnà cum toto negotio principali*. Dominus meus Merlinus potuit bene illius vigore pronunciare prout in prima. *Mandos. in commiss. appell. in prima Instan. in verb. vnà cum toto negotio vers. insuper Mohed. decis.* 6. *de appell.*

Non obstat quod non sit locus executioni dictæ sententiæ ex quo ab ea dabatur appellatio vigore statuti Bononieñ permittentis semel appellari in possessorio, quia fuit respon-

2 sum, quod dictum statutum † non extendebatur extra Territorium Bononiæ, ex quo erat ordinatorium, non autem decisorium *Rota decis.* 452. *num.* 6. *par.* 1. *diuers.* cum sententia fuerit lata in Rota tanquam in prima licet inter Bononienses intret Aegidiana nõ autem statutum. *Contard. de moment. poss. in quæst. de Aegid. quæst.* 6. *num.* 6. & 7. *Rota decis.* 330. *num.* 2. *par.* 2. *diuers.*

3 Non obstant decisiones † *Bononien. de Comitibus coram Robusterio, & Bononien. Successionis* 27. *Maij* 1609. *coram bo: me: Cardinali Sacrato*, quia non dicunt quod statutum sit decisorium, sed firmant esse ordinatorium, operari tamen, vt sit locus appellationi ea ratione quia appellatio est de appenditijs illius instantiæ, cuius est sententia, à qua interponitur, ideoque subiacet statuto illius fori, & propterea si D. meus Merlinus pronũciasset in causa appellationis, & fuisset dubitatum an esset admittenda appellatio, tunc benè intrarent deducta in illis decisionibus, quod appellatio esset admittenda tanquàm de appenditijs illius instantiæ, sed de hoc hodie non queritur, sed An, ex quo fuit pronunciatum prout in prima sit admittenda appellatio vigore statuti Bononię & di-

cendum est, quod non quia dictum statutum est ordinatorium non autem decisorium.

Minus obstat, quod sententia Auditoris Bononiæ mandet præstari cautionem de re-
4 stituendo in casum succumbentiæ † & ideò dicta sententia in hoc, vel confirmari, vel reuocari debebat ad *Text. in l. 1. C. quando prouoc. non est necess.* Quia dum dicti Bernardinus, & Antonius Maria de Marescotris petierunt in Rota immissionem tanquam in prima Vincentius debebat opponere in dicta sententia
5 Bononiæ † quod cum non fecerit, cessat dispositio *dict. l. 1.* quæ solum procedit quando pars in actis opponit de dicta sententia *Gabr. cons. 54. num. 6. lib. 1. Osasc. decis. 1. num. 49. Rota decis. 161. num. 2. par. 1. recent.* vbi alia refertur decisio *in causa Perusina executionis.*

LEGIONEN. CANONICATVS.

Mercurij 24. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
2 *Possessio probatur ex confessione partis etiam si in illa fuerit adiecta qualitas intrusionis cum hac qualitas reyciatur.*
3 *Possessio non dicitur abdicata à resignante quando non fuit quæsita resignatario ad cuius fauorem fuit facta renunciatio, quidquid sit in resignatione simplici.*
4 *Resignans est manutenendus donec disputetur super immissione ex gratiosa subrogatione, & sic an intret vel ne reseruatio.*

DECISIO XXX.

FVIT resolutum Ioanni Marotto esse dandum mandatum de manutenendo cũ de
1 ieus possessione capta Capitulariter constat † nedùm ex Instrumẽto captæ possessionis dato in *Summar. num. 5.* quod ad effectum manutentionis alio non existente in possessione probat *vulg. l. prædia, vbi DD. ff. de acquir. possess. Rota decis. 92. num. 1. par. 1. recentior.* & aliàs sæpissimè, sed etiam ex confessionibus ipsius Adriani, vt in *Summar. num. 6.* & licet in nonnullis ex dictis confessionibus addita fuerit qualitas intrusionis, tamèn cum Adrianus admittat detentionem de facto ex hac non potest Ioanni denegare manutentio, & huiusmodi qualitas
2 reijcitur. *Rot. decis. 802. num. 1. par. 1. diuers. decis. 525. num. 2. par. 2. recent. & coram sanctæ me. Greg. XV. decis. 458. num. 3.*
3 Non obstat † renunciatio facta Gregorio, quia eum non fuerit simplex, sed sub diuersis conditionibus facta, quæ cum non fuerint adimpletæ, sed potiùs impugnatæ, non fuit abdicata possessio à resignante, nisi doceatur eam fuisse resignatario acquisitam, *Rota decis. 558. num. 2. par. 3. decis. 155. num. 6. par. 4. diuers. decis. 542. num. 5. par. 2. recentior. & fuit dictum in Leodien. Canonicatus 25. Iunij 1621. coram Illustrissimo D. Card. Verospio,* maxime stante clausula in dicta resignatione apposita (nec aliàs aliter; nec alio modo) *Rota decis. 286. num. 2. par. 2. recentior.*

Neque obstat, quod huiusmodi possessio reperiatur infecta per reg. 8. & ideò non possit dari manutentio resignanti aduersus subrogationem gratiosam. Quià dum disputatur super immissione ex gratiosa subrogatio-
4 ne, † & an intret vel ne reseruatio, quæ dependet à resignatione resignans est manutenendus, *Rot. decis. 433. num. 2. par. 1. & decis. 542. num. 5. p. 2. recent.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Lunæ 29. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Spolium ex quibus dicatur commissum ad effectum vt quis reintegrari valeat ad suam possessionem, spolij remedium competit contra tertios etiam ad fauorem hæredis spoliati. Census quando dicatur nulliter impositus ob non seruata præscripta in mandato ad dictum effectum dato.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando est iniusta dicitur spoliatiua.*
2 *Mandati fines ad vnguem sunt seruandi.*
3 *Mandati conditiones si non fuerint obseruatæ nec ex illo potest prætendi obligatio.*
4 *Remedium reintegrandæ datur aduersus possessores bona fide quando possident bona super quibus fuit commissum spolium.*
5 *Etiam si sint tertij possessores cum titulo, & bona fide.*
6 *Remedium reintegrandi competit etiam hæredi spoliati.*
7 *Possessio spoliati probatur ex immissione petita à parte, & mandati de immittendo executione subsequuta.*
8 *Possessio probatur ex litis substentatione.*

DECISIO XXXI.

COMES Marcus Antonius Lambertinus ad extinguendum debitum, quod habebat cum Octauio Cellio Cessionario Fisci, & Cameræ Apostolicę necnon ad liberandum è carceribus Elephantuccium qui pro dicto debito vti fideiussor reperiebatur carceratus, dedit mandatum D. Marchioni Facchinetto ad fideiubendũ, & se obligandũ pro annuo censu in sorte scut. 1700. auri imponendo super eius bonis, per quamuis personam cum promissione tamen, quod quando impositio dicti census suum sortita fuisset effectum pecuniæque prædictæ peruenissent ad manus Procuratoris Elephantuccij qui cũ illis

illis extinxisset fideiussionem, cuius occasione Elephantuccius detinebatur in carceribus releuandi indemnem Facchinettum, & dictũ censum infra triennium extinguendi, & quatenus infrà dictum tempus dictum censum nõ extinxisset vel illius occasione Facchinettus molestias pateretur, tunc ei expresse obligauit bona de quibus agitur cum facultate capiendi possessionem propria authoritate, prout latius in dicto mandato *in Summario numer.* 1.

Post dictum mandatum Reuerendissimus D. Maluasia imposuit super proprijs bonis annuum censum similis quãtitatis scut. 1700. auti quem sic impositum vendidit. Roberto Primo ad cuius fauorem accessit, ac fideiussit etiam prædictus Facchinettus, qui deinde agnoscẽdo bonam fidem erga D. Maluasiam confessus fuit eumdem censum fuisse impositum suo ituitu & contemplatione, & Maluasiam in eo nudum nomen habuisse, & ab ipso recepisse prædicta scuta 1700. vt in *Summ. num.* 2.

Successiuè Facchinettus prædictus nomine proprio exbursauit Cellio prædicta scu. 1700. à quo absque dicta extinctione fideiussionis, reportauit iurium cessionem contra Lambertinum, vt in *Summ. num.* 7.

Deinde decessit Lambertinus relicta hærede Diamante eius filia, contra quam Facchinettus de anno 1613. sub prætextu quod censsus infra triennium iuxtà tenorem mandati non fuisset à Lambertino extinctus, ac etiam prætextu, quod pro fructibus dicti census sibi illatæ essent molestiæ, egit pro immissione in possessionẽ bonorum ei vigore dicti mandati obligatorum coram Iudice de partibus, à quo obtinuit mandatum de immittendo, cuius vigore adeptus fuit possessionem prædictorum bonorum, vt in *Summ. num.* 5.

Postea verò, mortua Diamante, relicto hærede D. Marco Antonio Pepulo, prædictus Facchinettus denuo contra eum mouit Iudicium super confirmatione tàm dicti mandati de immittendo, quàm possessionis iàm subsequutæ coram alio Iudice de partibus, a quo obtinuit per eum sententiam fauorabilem, & deinde cessit eadem bona Comiti Guidoni Antonio Lambertino, qui deindè decessit relictis DD. Cornelio, & Francisco eius filijs possessoribus dictorum bonorum.

Vndè cum pro parte dicti Pepuli fuerit à dicta sententia nouissimè appellatum, causaque appellationis mihi commissa, dubitaui, an Comes Marcus Antonius sit reintegrandus ad bona, ad quæ fuit associatus, & immissus Marchio Facchinettus, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nàm in casu de quo agitur satis Dominis visum fuit constare de spolio ex ipso decreto:
1 seu sententia immissionis † quæ tanquam iniusta dicitur spoliatiua, *Aym. cons.* 302. *numer.* 2. *Gregor. X V. decis.* 362. *num.* 4. *& alias sæpissimè*.

Quod autem sententia fuerit iniusta patet, ex quo ea fundatur in obligatione Marci Antonij desumpta ex mandato dato Facchinetto ad se obligandum, & fideiubendum in annuo censu scu. 1700. imponendo super eius bonis per quamuis personam, quæ quidem obligatio deficit, nam cum mandatum esset
2 conditionatum, & in certam causam, † debebat præcisè seruari ad *text. in l. diligenter, ff. mandati Rota Ianuen. decis.* 5. *& fuit dictum in Bonon. censsus* 27. *Nouembris* 1626. *coram R. P. D. meo Durano*.

Quod tantum abest, quod fuerit præcisè seruatum, quinimò totum contrarium apparet. Nam census pro quo Facchinettus obtinuit immissionem; fuit impositus super bonis Maluasiæ pariter Facchinettus debebat fideiubere pro ipso Lambertino & fideiussit pro Maluasia. Præterea pecuniæ dicti census debebant peruenire ad manus Procuratoris Elefantuccij ad hoc vt eas solueret Cellio pro extinctione fideiussionis Elephantuccij, & tamen peruenerãt ad manus Faxchinetti, qui eas nomine proprio soluit Cellio, à quo contra ipsum Lambertinum reportanit Iurium
3 cessionem. † Vndè cum prædictum mandatum, & conditiones in eo appositæ non fuerint adimpletæ ex eo nulla poterat oriri obligatio, *l. pecuniam ff. de reb. credit. Socc. Iun. cons.* 4. *num.* 16. *lib.* 2. *Rota coram Gregorio X V. decis.* 117. *num* 1. *& decis.* 50. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* Præsertim cessante causa, propter quam Lambertinus dedit mandatum, scilicet ad extinguendam fideiussionem Elephantucci. *Rota decis.* 50. *numer.* 3. *&* 4.

4 Nec obstare visum fuit Dominis, † quod hoc remedium reinteg andæ nõ debetur aduersus Franciscum, & Fratrem, qui possident cum titulo, & bona fide, quia cum sint possessores bonorum super quibus fuit commissum spolium contra eos bene procedit remedium spolij *l.* 1. *§. ex causa & l. si plures ff. de vi, & vi arm. Menoch. de recuper. poss. rem.* 1. *num.* 257. *Afflict. decis.* 118. *num.* 2. *Rot. coram Greg. X V. decis.*
5 142. *num.* 3. † Quod procedit etiam contra tertios cum titulo, & bona fide possidentes, *Surd. cons.* 28. *num.* 58. *Gabr. cons.* 36. *num.* 3. *lib. primo, Thes. decis.* 29. *num.* 1. *Afflict. decis.* 361. *n.* 33.

Pariter neque obstare dixerunt Domini quod remedium hoc non competat Pepulo, ex quo de dictis bonis vnquam fuerit spolia-
6 tus, † quia cùm competeret Diamanti spoliatæ transiuit etiam in Pepulum eius hæredem *§. sed hæredibus Instit. de perpet. & tempor. act. Rota coram Crescent. decis* 3 *. de restit. spol. & coram Gregor. X V. d. decis.* 542. *num.* 2.

Extrema verò necessaria in hoc Iudicio sufficienter visa fuerunt iustificata.

7 Primum enim scilicet possessio Diamantis de tempore, quo ipsa fuit spoliata, probatur ex instantia facta à Facchinetto pro mandato de immittẽdo in possessionẽ dictorũ bonorũ possessorum à Diamante ac etiam ex ipsius mandati executione, *Tiraq. de retract. consang. §.* 8. *glos.* 9. *num.* 22. *Rota coram Gregor. X V. dec.* 402 *num.* 2. *& in Romana bonorum* 20. *Maij* 1611. *coram R P. D. meo Pirouano*.

8 Secundum extremum, † nempè possessio Francisci, & fratris de Lambertinis pariter remanet

manet probatum ex litis substentatione, quæ adminiculatur ex cessione dd. Iurium bonorũ facta à dicto Facchinetto ad fauorem Guidi Antonii Patris dd. Francisci, & Cornelii de Lambertinis, *Gregor. XV. decis. 541. nu. 1. & aliàs sæpissimè.*

Et ità vna tantum &c.

PADVANA PENSIONIS.

Veneris 3. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Forma data in indulto Apostolico dante facultatem transferendi pensionem quam quis habet ad sui fauorem reseruatam quando dicatur seruata: itaut translatio sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Translatio pensionis est antiqua pensionis cassatio & reseruatio nouæ ad fauorem translatarij.*
2 *Actus præsumitur factus quo melius fieri potuit.*
3 *Pensionis translatio non resultat ex voluntate transferendi.*
4 *Limita quando concurrunt actus inducentes voluntatem transferendi, & qui sint dicti actus, n. 5.*
5 *Pensionis perfecta translatio ex quibus actibus verè inducta censeatur.*
6 *Verbum,* Volo, *disponit de præsente si non expectat ad sui essentiam actum alterius voluntatis.*
7 *Actus quilibet efficitur ex concursu potentiæ & voluntatis.*
8 *Voluntas à potestate regulatur.*
9 *Actum frustratorium non præsumitur quem facere voluisse.*

DECISIO XXXII.

BON. mem. Cardinalis saxus obtinuit à sanct. mem. Clemente VIII. facultatem transferen. pensionem ad sui fauorem super mensa Episcopali Patauina reseruatam, pro summa scut. 300. duplici modo. Primo per extinctionem veteris, & reseruationem nouæ pensionis coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta. Secundo per translationem à se metipso faciendam coram Notario, & testibus, in vim dictæ facultatis Cardinalis Saxus coram Notario, & testibus consensit cassationi, & extinctioni prædictæ pensionis pro dicta summa & illius reseruationi ad fauorem Nepotis, & quorundam familiarium cum solitis clausulis, quam pensionem translatarij exegerunt viuente ipso Cardinale postea Illustrissimo D. Cardinale Moderno Episcopo recusante huiusmodi pensiones soluere dicendo formam in Indulto præscriptam non fuisse seruatam in translatione, quia si D. Cardinalis transferens vsus fuit primo modo, scilicet extinctionis veteris, & reseruationis nouæ pensionis, prout videtur fuisse vsus, non interuenit persona in dignitate Ecclesiastica constituta, quemadmodum expostulabat Indultum sin autem vsus fuit, Secundo non debebat extinguere & reseruare, sed transferre, hoc autem verbum transferre nullibi legitur in instrumento translationis vndè in vtroq; casu nulla apparet translatio. Proposito dubium, an dicta translatio esset valida & DD. affirmatiuè responderunt, quia dum dictus Cardinalis Saxus coram Notario, & testibus cassauit, & reseruauit pensionem ad fauorem translatariorum satisfecit Indulto, & adæquatè impleuit formam facultatis sibi concessæ;
1 Tùm quia reuera † translatio nihil aliud est; quam cassatio antiquæ pensionis, & reseruatio nouæ ad fauorem translatarij, & fit extinguendo in vno, & reseruando in alium, *Ferret. cons. 53. num. 10. lib. 1. Cig. de pens. quæst. 74. numer. 1. & quæst. 88. num. 3. Rot. decis. 122. nu. 3. p. 1. recent.* & hanc praxim circa translationē pēsionis, tradit. *Paris. de resign. lib. 6. quæst. 4. num. 7. vers. tribus autem, & fuit dictum in Mauricen. pensionis coram R.P.D. meo Pirouano de anno 1626.* Et Synonimum fuit apud dictũ Card. Transferre, vel consentire extinctioni veteris, & reseruationi nouæ pensionis, vt colligitur ex testamento eiusdē, in quo declarauit se transtulisse varias pensiones per acta illius Notarij, qui confecit Instrumentũ controuersæ translationis. Tum etiam quia illæ facultates censentur concessæ dicto Cardinali Saxo cumulatiuè, & ampliatiuè, non autem separatim, & disiunctiuè, itaut posset vtramque facultatem adhibere omni, & meliori modo, & proindè potuerit vti prima facultate quoad extinctionem reseruationem, & secunda quoad præsentiam solius Notarij, & testium, ac videatur transtulisse omni iure quo meliùs fa-
2 cere † potuit *iuxtà decis. 320. num. 5. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & animus, ac voluntas transferendi in dicto Cardinali ex supradictis non videtur posse indubium reuocari. Maximè concurrente (vt dixi) extinctione dictæ pensionis per Translatarios viuente, & consentiente ipso Cardinale.

Non obstat motiuum deductum *ex regul. aliud est vendere, ff. de regul. iur.* & sic ex eo quod Cardinalis transferens voluerit transferre, & consenserit reseruationi pensionis in sui persona iàm extinctæ nō dicatur indncta & per-
3 fecta translatio, † quia ex voluntate transferendi non resultat translatio, vt fuit dictum in *Romana seu Mediolanen. pensionis die 4 Maij 1656. bon. mem. Remboldo,* quoniam hoc cessat,
4 quando † concurrunt actus inducentes volũtatem transferendi, prout in hoc casu, quo Cardinalis transferens non solum vsus fuit verbis de præsenti in instrumento translationis, ibi liberum, consensum, & assensum præstitit, & præstat, sed etiam concurrunt alij
5 actus inducentes perfectam † translationem nempè vt dixi, confessio facta in suo testamēto, & exactio pensionis per Translatarios eo viuente. *Rota decis. 324. nu. 7. post secundum vol. cons. Farin. & in Romana hæreditatis, seu Testam. de Ruseonibus 17. Iunij 1611. coram bon. mem. Cardinali Sacrato,* in quibus firmatum fuit constare de matrimonio, & de testamento non obstan-

tibus

tibus verbis de futuro, Nimirum quando ad-
hibeatur verba de futuro , vel importantia
sonum, & significationem futuri temporis, vt
volo facere , & similia , in quibus etiam ter-
minis procedit *d. l. aliud est vendere , & ità lo-
quitur dicta decis. Mediolanen. coram bo. mem. Rem-
boldo*, de verbis volo transferre, quinimò *dicta
decis.* facit in contrarium , dum habet , quod
6 quando verbum † volo non expectat ad sui
essentiam actum alterius voluntatis , tunc di-
sponit de præsenti , & efficit actum completũ
sicuti in asserta translatione , quæ statim ac
transferens consensit iuxtà vires suę facultatis
7 dicitur perfecta, quia quilibet † actus efficitur
ex concursu potentiæ & voluntatis *Bero. cons.*
8 *76. num. 26. lib. 1. Surd. decis. 247. num. 9.* † & vo-
luntas à potestate regulatur. *Rot. decis. 642. n. 9.
par. 1. recent.* pręsertim vt excludatur præsum-
9 ptio actus † frustratorij, & inutilis cum dictus
Cardinalis nihil aliud postea gesserit , *Paris.
cons. 44. num. 6. & cons. 105. num. 32. lib. 1. Caputaq.
decis. 131. num. 2. p. 3.*

Et ità conclusum vtraque parte informan-
te &c.

LEGIONEN. CANONICATVS.

Veneris 10. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Resignatio quando non habuerit effectum itaut
non fuerit abdicatũ ius à resignante & sic be-
neficium non potuerit impetrari per obitum
resignatarij.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio debet iustificari valida & effectuata ab
eo qui beneficium per obitum resignatarij præten-
dit.*
2 *Beneficium resignans ad fauorem &c. si non acqui-
ratur personæ cuius contemplatione fuit facta resi-
gnatio , ius à resignante non abdicatur.*
3 *Resignatio simpliciter facta abdicat ius a resignante.*
4 *Resignantio sub causis conditionibus istis non adim-
pletis ius à resignante non abdicatur & sic benefi-
cium non vacat.*
5 *Amplia si per resignatarium nunquam fuerit capta
possessio.*
6 *Mandati ad resignandum reuocatio sufficit quod sit
intimata resignatario, & procedit tam in mandato
dato ad resignandum ex causa permutationis quam
ad fauorem.*
7 *Beneficium dicitur vacare per obitum habentis lit-
teras expeditas etiam si possessionem non fuerit
adeptus.*

DECISIO XXXIII.

IOannes Marottus de mense Iulij 1618. dedit
mandatum ad resignandum Canonicatum ,
quem obtinebat in Ecclesia Cathedrali Le-
gionen. ad fauorem Gregorij de Vega cum
tribus conditionibus , videlicet reseruationis
pensionis ducatorum 200. ad fauorem Resi-
gnantis, soluendi expensas expeditionis per
Resignatarium,& per eumdem soluendi scu-
ta 475. antiquis pensionarijs debita ; sed cum
Ioannes prætenderet nõ fuisse adimpletas di-
ctas conditiones fuit deuentum ad concordiã
in qua Gregorius cessit liti , causæ & omni
iuri , quod prætendere posset super dicto
Canonicatu , quæ concordia fuit postea per
Nuntium Hispañ confirmata. Cum autem
ante dictam concordiam Gregorius dedisset
mandatum ad permutandum eumdem Ca-
nonicatũ cum Ambrosio quod ante consen-
sum præstitum in Vrbe fuit in partibus reuo-
catum, & reuocatio intimata Ambrosio, per
cuius obitum Adrianus impetrauit dictum
Canonicatum , & ad partes obtinuit etiam
subrogationem gratiosam,& hodie instat pro
immissione contra quam se opponit d. Ioan-
nes Marottus primus resignans qui 24. No-
uembris præteriti à Rota obtinuit mandatũ
de manutenendo . Vndè proposito à me du-
bio . An dicto Adriano esset danda immissio
DD. negatiuè responderunt.

Nàm Adrianus ad effectum obtinendi di-
1 ctam immissionem † tenetur iustificare nedũ
validam resignationem Gregorij , & illius
effectuationem , vt indè abdicato iure à Gre-
gorio possit capere vacationem per mortem
Ambrosij , vel ex eadem resignatione adhuc
durante, apud sedem *iuxt. text. in cap. 2. de præ-
ben. in 6.* Sed etiam tenetur iustificare validi-
2 tatem, & effectuationẽ † resignationis Ioan-
nis Marotti factæ ad fauorem Gregorij aliàs
intrabit cõclusio per *Rotam firmata in decis. 155.
num. 6. par. 4. diuers. & decis. 011. nu. 2. par. 2. recent.*
aliàs sæpe ; quod vbi beneficium resignatum
non acquiritur personæ ad cuius fauorem fit
resignatio , non abdicatur ius à resignante, &
per consequens si ius Ioannis primi resignan-
tis non potuit transire in Gregorium , minus
potuit transire à Gregorio in Ambrosium .
quæ omnia non iustificantur per dictum A-
drianum.

Nàm quoad validitatem, & effectuationẽ
primæ resignationis factæ à Ioanne Marotto
3 ea non probatur , † nàm cum ea non fuerit
facta simpliciter , itaut per eam fuerit abdica-
tum ius ab eo iuxtà tradita per *Paris. cons. 39.
num. 3. lib. 4. Cassad. decis. 4. num. 1. de restit. spoliat.*
4 sed † facta fuerit sub diuersis conditionibus ,
quæ cum non fuerint adimpletæ , non fuit
abdicatum Ius à Marotto resignante, *Rot. de-
cis. 588. num. 3. par. 3. diuers, & decis. 542. num. 5.
par. 2. recent.* Vndè non intrat vacatio. *Rota di-
cta decis. 111. par. 2. recent.* Maximè cum posses-
5 sio † nunquam fuerit à Gregorio resignatario
capta , vt fuit *decisum in causa Corduben. præsti-
moniorum 4. Maij 1601. coràm Cardinali Lancellot-
to , & in causa Abulen. & Zamoren. beneficiorum
17. Iunij 1594. coram Penia.* Sed cessare visa
fuit omnis difficultas ex quo Gregorius in
dicta concordia confirmata à Nuntio renun-
ciauit omni Iuri ; quod prætendere poterat
super dicto Canonicatu.

Non obstat , quod resignatio fuerit facta
vigore alterius mandati 3. Octobris 1617. in

quo non adsunt huiusmodi conditiones. Nã hoc obiectum tollitur ex facto, quia resignatio fuit facta vigore alterius mandati subsequentis anni 1618. in quo adsunt dictæ conditiones, de quo mandato etiam Franciscus, qui expediuit litteras fidem facit.

Quo verò ad validitatem secundæ resignationis factę à Gregorio ad fauorem Ambrosij ea pariter non probatur, nàm vltra quod satis apparet eam non fuisse validam, nec vllius momenti stante inualiditate primæ resignationis factæ à Ioanne Marotto. Ex abundanti dicitur, quod licet Gregorius dedisset mandatum ad resignandum ad fauorem Ambrosij die 3. Ianuarij 1622. Tamen illud mandatum erat ad effectum permutandi Canonicatum cum Parochiali Ecclesia Sancti Petri, de qua permutatione non constat præterea dictum mandatum fuit reuocatum die 13. Februarij eiusdem anni & eadem die fuit intimata re-
6 uocatio Ambrosio † quod sufficit, *Paris. de resig. lib. 9. quæst. 27. num. 10. Rota in causa Meten. Canonicatus 4. Martij 1619. coram R. P. D. nco Pirouano, Put. decis. 418. lib. 1. & decis. 1. de renunciat.* qui loquitur nedum in mandato dato ad resignandum ex causa permutationis, sed etiã ad fauorem *Felin. in cap. ex parte Decani num. 15. vers. primo limita de rescript. & fuit dictum in Hispalen. & Caurien. permutationis 4. Decembris 1595. coram Gipsio.* Vnde sequitur, quod cum gratia fuerit facta sub die 9. Martii 1621. ab Incarnatione, & intimatio reuocationis mandati fuerit facta dicto Ambrosio in partibus sub die 13. Februarij eiusdem anni gratia non tenet cum Procurator fuerit reuocatus. Quin etiam dato, quod ista resignatio substineretur beneficium vacaret per obitum
7 Ambrosij † cum beneficium vacare dicatur per obitum habentis litteras expeditas etiam si non accipiat possessionem *Paris. de resign. lib. 10. quæst. 6. num. 54. Rota decis. 498. vers. & tunc DD. & decis. 523. num. 2. par. 2. recent.* Imò per obitum habentis solam supplicationem. *Sarnen. de Infirm. quæst. 18. num. 5. & fuit dictum in Feltren. Parochialis 10. Nouembris 1600. coram Cardinali Lancellatto.* Quæ vacatio per obitum Ambrosij non poterat suffragari dicto Adriano vigore clausulæ in litteris appositæ siue præmisso, siuè quouis alio modo vacet, ex quo dictus Ambrosius obijt extra Curiam in mense Septembris, qui est mensis Ordinarij. Et ità decisum vtraque &c.

ROMANA, seù NEAPOLITANA Pecuniaria.

Mercurij 15. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Auditor Cameræ qualiter procedere valeat vigore suarum facultatum inter mercatores, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ inter mercatores vigore suarum facultatum potest procedere summariè ac sola facti veritate inspecta.*
2 *Obligatio per dictionem quando efficitur conditionalis.*
3 *Obligatio non sortitur suum effectum, quando est conditionalis nisi eueniat purificatio conditionis.*
4 *Scriptura probat contra producentem.*
5 *Præsentia sola non est sufficiens ad aliquem obligandum.*
6 *Obligatio, dello star del credere, quando intret.*

DECISIO XXXIV.

PRAETENDEBAT D. Iulius Pocobellus à D. Hieronymo Rosolino hærede q. Tobię Rosolini duas pecuniarum partitas, vnam scilicet ducatorum 3023. eidem Pocobello solutorum à prædicto Thobia in tot creditis Bancorum in ciuitate Neapoli sub prætextu, quod dicta credita essent inexigibilia. Alteram verò scut. 749. monetæ sub altero prætextu, quod idem Thobias ei esset obligatus vt vulgo dicitur *dello star del credere* pro litteris cambij eiusdem quantitatis, quas ipse Pocobellus receperat à Luisio Signorino posteà decocto directas Siluestro Portio in Vrbe Mercatore (qui eas soluere recusauit) pro prætio cuiusdam tractæ vini eidem Signorino venditæ per antedictum Thobiam de ordine Pocobelli. Vnde Introducto Iudicio pro recuperatione dictarum partitarum coram A. C. emanauit sententia pro ambabus partitis absolutoria ad fauorem Rosolini, à qua sententia cum pro parte Pocobelli fuerit appellatum causa deinde mihi in Rota commissa, dubitaui, an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini attenta eius validitate, & Iustitia confirmandam esse responderunt.

Nàm quoad validitatem, hoc vnum tantum obijciebatur scilicet, quod non fuerint seruati termini substantiales prout seruari debebant, ex quo agebatur de summa excedeñ scuta 200. sed placuit responsio, quod imò dicta seruatio terminorum non erat necessaria, quia agebatur inter Mercatores, inter
1 quos † A. C. vigore suarum facultatum poterat procedere summariè, & sola facti veritate Inspecta ad tradita per *Salust. Tyber. in sua prax. lib. 2. cap. 21. num. 3. vers. & licet cum sequen. Rota decis. 446. num. 1. vers. Nàm inter par. 2. recen.* Vltra quod pro parte Rosolini fuit data fides Notarij seruationis dd. terminorum substantialium.

Quo verò ad Iustitiam ea visa fuit patens; Nam circumscripta prima partita ducatorũ 3023. super qua Informantes pro Pocobello non insistebant, sed dabant manus, difficultas solùm restricta erat ad alteram partitam scut. 749. pro qua Pocobellus prætendebat Thobiam sibi obligatum esse, vt dicitur *dello star del credere*, & ad hanc obligationem probandam deducebat quatuor Epistolas, quæ vo-

vocantur *d'auiso* ei scriptæ à prædicto Thobia, Primam scilicet sub die 3. Martij 1623. Infrascripti Tenoris *circa alla tratta del vino stabilirò il prezzo con Aluese Signorino* secundam verò sub die 5. Ianuarij 1624. *Il Signorino se ritroua fuori de Nepoli à Ischia però ho riscosso altro, come torna douerà pagare, quando ve voltarò l'auanzo vestarò del credere, come è di giusto mentre ve lo promisi* tertiam sub die 26. Ianuarij eiusdem anni *auertite Signor Giulio, che per le rimesse, che ve farò di quà per vostro conto, ve starò del credere come anco hò fatto, quando hò fidato il venaio per queste fiere de' Regno come ordinaste* Vltimam verò sub die 2. Februarij eiusdem anni 1624. *del particolare dello star del credere, ve lo manterrò sempre essendo così mia natura de far con tutti, così vuol il termine mercantile.*

Et quidem Epistolæ ad effectum, de quo agitur Dominis, non visæ fuerunt posse suffragari.

Nàm quamuis Rosolinus mediantibus verbis prædictæ secundæ Epistolæ, ibi *ve voltarò l'auanzo restarò del eredito*, quæ secundum vsū loquendi mercatorum idem Important quod transmittere pecunias de vno ad alium locū potuerit se valide obligare *dello star del credere* in casu veræ transmissionis pecuniarum Tamen cùm ea obligatio per illam dictionem
2 *quando* † sit effecta conditionalis *l. quod pupillæ ff. quando dies legat. ced. Ruin. cons. 68. num. 7. lib. 4. Rota coram Greg. XV. decis. 428. num. 2.* non po-
3 tuit, nec potest suum † sortiri effectum, nisi eueniente casu transmissionis pecuniarum *l. cedere diem ff. de verb. signif. Rota coram Greg. XV. dicta decis. 428. num. 2. & aliàs sæpiss.* Vndè cum non constet partitam scut. 740. de qua agitur fuisse eidem Pocobello per supradictū Rosolinum transmissam, nullo modo potest dici obligatus *dello star credere*.

Quod autem Rosolinus se obligauerit *dello star del credere*, solummodo in casu transmissionis, comprobatur ex altera tertia Epistola, ibi, *auertite Sig. Giulio, che per le rimesse, che ve farò de quà per vostro conto ve starò del credere*,
4 quæ quidem † epistola cum à dicto Pocobello fuerit producta, contra eum plene probat *Rota coram Gregorio XV. decis. 238. nu. 4.* & ibi latissimè *Adden. num. 15.*

Non obstat quod prædictæ litteræ Cambij eidem Pocobello consignatæ fuerint à Luisio Signorino præsente dicto Rosolino. Quia ad excludendam dictam obligationem, sufficit dicere quod Rosolinus non transmisit dictas pecunias prout necesse erat adhoc, vt ex prædictis Epistolis censeri possit obligatus,
5 nec eius sola † præsentia erat sufficiens ad eū obligandum, *l. filius familias §. Innitus*, & ibi *glos. in verb. non probatur ff. de procur. Alex. consil. 180. num. 4. lib. 7. Surd. decis. 303. num. 3.*

Neque obstat quod Rosolinus pro partita scutorum 749. de qua agitur perceperit du-
6 plicatam prouisionem, † vna scilicet 85. alteram verò ducat. 34. & sic se obligauerit, *dello star del credere, iuxtà opp. Bouin. in tract. de Cambio cap. 7. vers. della prouisione, Scacc. de commerc. & Camb. §. 3. glos. 3. num. 1.* Quia obiectum tollitur ex facto, siquidem prima partita ducat. 85. non loquitur de prouisione, sed tantum, *per saldo delle tratte*, Secunda verò ducat. 34. quamuis cantet de prouisione, tamen loquitur pro cambio, non autem, *per lo star del credere*, quæ inter se valdè differunt; Insuper nec possunt censeri perceptæ pro dicta prouisione, *dello star del credere*, quia nec vti singulę, nec simul iunctæ sunt adequatę pro dicta prouisione cum pro dicta partita scutor. 749. de qua agitur ad rationem vnius tertij pro quolibet centenario solummodo deberentur scuta duo cum dimidio circitèr pro dicta prouisione.

Et ità conclusum vtraque &c.

ROMANA EXECVTIONIS MANDATI.

Veneris 17. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Mandatum pro damnis, & interesse (istis non liquidatis) relaxatum non sustinetur, & alia in materia liquidationis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facti alieni dum non impletur committitur stipulatio ad interesse.*
2 *Damna, & interesse antè mandati relaxationem debent esse liquidata.*
3 *Dictio,* In circa, *excludit certam, & determinatam quantitatem.*
4 *Mandatum relaxatum nisi ad p. d. cum intimatione non potuit exequi non facta reproductione intimationis.*
5 *Notario non creditur circa intimationem.*

DECISIO XXXV.

IO: Baptista Bongus promisit pro Bernardino Manzono ad fauorem Francisci Galli, quod Bernardinus Manzonus infra quatuor dies post eius excarcerationem se obligaret solidare computa ducatorum 800. in circa, & interesse Cambiorum, & Mercium, quæ vsque ad illam diem inter ipsos acta fuerant, & de dictis ducatis 800. in circa, vt supra conficere publicum Instrumentum ad fauorem dicti Galli cum obligatione Camerali reali, & personali, & cum fideiussione Stephani Manzoni fratris dicti Bernardini prout in apoca, posteà dictus Bernardinus in tempore se obligauit prædicta omnia facere, vt in eius obligatione; Vndè Gallus egit coram A. C. & obtinuit relaxari mandatum contra Bongum pro dictis ducatis 800. deinde causa in gradu appellationis mihi commissa cum clausula, *si quid exequendum*, dubitaui, an dictum mandatum esset exequendum, & Domini negatiuè responderunt.

Quia Gallus ex quo non fuit datus fideiussor Stephanus, non poterat agere contra Bon-
1 gum, † nisi pro damnis, & interesse *Ruin. consil. 132.*

*fil.*132.*num.*1.*lib.*1. *Rota coram Greg.XV. dec.*241. *num.*2. † & ideò illa damna, & interesse debebant prius liquidari, quàm mandatum relaxaretur *Aym.conf.*164.*num.*2.*Natt. conf.*27. *num.* 4. *Gregor.XV.d.decis.*141. *num.*6. & fuit dictum in *Camerinen.bonorum* 20.*Maij* 1622. *coram R. P. D. meo Merlino*.

Non obstat quoc illa damna satis erant liquida, cum comprehenderent sortem principalem ducatorum 800. nàm ex lectura apocę, ibi, *e di detti ducati* 800. *in circa come sopra fargline Instromento*, apparet quod dicta summa non erat liquida stante dictione, † *in circa*, quę potest continere plus, & minus, & excludit certam, & determinatam quantutatem *Corn. conf.*59.*num.*5.*lib.*4.*Rota decis.*73.*nu.*3.*& dec.*774. *num.*6.*par.*2.*recent.*

Nec releuat, quod mandatum fuerit relaxatum ad effectum deponendi quia hoc tollitur, ex quo fuit dictum quod bona, quæ caperentur vigore dicti mandati deponerentur ad effectum subhastañ, & ità apparet mandatum fuisse liberè relaxatum.

Vlteriùs considerauit dictum mandatum fuisse relaxatum nisi ad p.d. cum Intimatione, tamen, & dictam intimationem non fuisse factam, nec reproductam. † Vnde mandatum non potest executioni demandari *Put.decis.*168.*lib.*1. *Rota post Zacch.de Societ.offic. decis.*6. *num.*8.*& decis.*725.*num.*8.*&* 9.*par.*2. *recent.* eum fieri potuerit, vt Bongus in termino Intimationis comparuisset,& alia iura deduxisset quę mouissent Iudicem ad reuocandum mandatum.

Neque obstat, quod Notarius fidem faciat, Intimationem fuisse factam, quia vltra quod attestatio dicti Notarij non est in processu ei non creditur circa intimationem *Rota dec.*492. *sub num.*3.*par.*1.*recent. & coram Gregorio XV. decis.*426.*num.*2.

Et ità ex his vtraque parte informante fuit conclusum mandatum non esse exequendum reseruato tamen, vt videretur an sit de nouo relaxandum.

CAESENATEN. PRAEDII.

Lunæ 10. *Ianuarij* 1628.

ARGVMENTVM.

Tutor, & Curator de descriptis in Inuentario tenentur reddere rationem.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium contra Tutorem, & Curatorem plenè probat.*
2 *Et ad effectum reddendi rationem sufficit quid esse descriptum in Inuentario.*
3 *Hæredes Curatoris tenentur reddere rationem de bonis minorum sicuti teneretur ipse Curator.*
4 *Pretium succedit loco rei venditæ.*

DECISIO XXXVI.

ANNO præterito sub die 30. Aprilis coram bon: mem: Patriarcha Hierosolymitano fuit resolutum in hac causa Alexandrum,& Franciscum filios,& hęredes q. Equitis Horatij Curatoris Lauræ Dementis teneri ad reddendam rationem administrationis curæ dictæ Lauræ; hodiè verò causa mihi commissa dubitaui; An esset reddenda ratio de medietate prædij, de quo agitur, siuè de illius prætio, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nàm cum prædium istud repetiatur descriptum in Inuentario per dictum Horatium Curatorem confecto de bonis dictæ Lauræ benè arguitur illud peruenisse ad eius manus
1 cum † Inuentarium contra Tutorem, & Curatorem plenè probet ad *Tex.in l.fin. C. arbitr. tut. Bart. in l.* 1. §. *de seruis ff. de tut. & rationibus*
2 *distr. Affl. decis.* 13.*num.* 1. & ad effectum reddendi rationem sufficit, quod fuerit descriptum in Inuentario *Bald.in l.cum tale* §.1. *num.*1. *num.*2.*ff.de cond.& demonst.Curt.Sen.conf.*66.*nu.*8. *vers.& Inuentarium Angel.conf.*241. *num.*2. *Ofasc. decis.*147.*num.*22.
3 Et ità † cum dicti Alexander, & Franciscus sint hæredes dicti Horatii Curatoris tenentur reddere rationem administrationis medietatis istius prædij prout teneretur ipsemet Horatius si viueret *l.tutelæ actio C.arbit.tutel. l.finali C. de hæred. tutor.* Quia aduersus illos transit eadem actio,quæ competebat contra Patrem *Roman.conf.*413.*num.*2.

Non obstat quod dictum prædium fuerit alienatum per dictum Horatium, quia nihilominus debet doceri de causa legitima alienationis, & in omnem euentum debet reddi
4 ratio de prætio † cum illud succedat loco rei venditæ *l.quia qui prætio ff.de vsufr. Roderic.Suarez alleg* 28.*num.*25.*Seraph.decis.*179.*num.*2.

Et ità resolutum vna tantum &c.

LEODIEN. CANONICATVS S. CRVCIS.

Mercurij 19. *Ianuarij* 1628.

ARGVMENTVM.

Resignatio, vt dicatur valida, quæ requirantur

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Vicarij Vrbis.*
2 *Papæ assertioni circa idoneitatem prouisi statur.*
3 *Narratiuæ iustificatio, quando non est fundamentum absolutum gratiæ, probatur leuioribus probationibus.*
4 *Canonicatus Germaniæ quoad valorem non egent iustificatione cum consistant in distributionibus quotidianis.*
5 *Valor probatur per testes de publica voce & fama.*
6 *Instrumentum publicum facit probationem probatam*

DE-

DECISIO XXXVII.

AEGIDIVS Fabius de anno 1624. resignauit Canonicatum, quem obtinebat in Ecclesia Collegiata S. Crucis ad fauorem Aegidij Michaelis sui ex fratre pronepotis, postea expeditis litteris Apostolicis præfatus Resignatarius institit coram Capitulo dictę Ecclesiæ pro traditione possessionis Canonicatus, cui se opposuit Laurentius Iacobeus sub prętextu, quod Aegidius resignans eumdem Canonicatum secum cum alijs beneficijs permutasset.

Vnde introducta causa in Rota mihiq; cōmissa, dubitaui, An gratia Aegidij esset iustificata, & Domini vnanimiter affirmatiuè responderunt.

Nam quoad resignationem factam in manibus Papæ ad fauorem supradicti Aegidij, eà benè iustificatur ex consensu extenso per Notarium Cancellariæ à tergo litterarum, *vt in Summ. num. 5.*

Quoad Clericatum pariter iustificatur ex litteris patentibus Illustrissimi Vicarij Vrbis,
1 quæ † benè probant *glos. in cap. inter quatuor, in verbo per argumenta de Clericis, Felin. in cap. post cessionem, num. 3. & 15. de probat. Grammat. dec. 81. num. 1. Rota coram Gregorio XV. decis. 78. num. 5.*

Quod autem Aegidius fuerit examinatus, & idoneus repertus, probatur ex assertione Papæ apposita in litteris, ibi, *quia idoneus reper-*
2 *tus fuit*, † cui assertioni Papæ creditur, *clem. 1. de probat.* quia non relaxatur supplicatio ab officialibus Datariæ nisi prius iustificetur idoneitas supplicantis.

Pariter quod Aegidius resignans habeat vnde viuere possit, iustificatur non solum ex reseruatione pensionis ducatorum centum super fructibus eiusdem Canonicatus, sed etiam ex depositionibus testium, qui etiam deponunt Aegidium resignatarium esse pronepotem Resignantis, *vt in Summ. num. 6.* qui
3 testes benè probant, maximè quia pro iustificatione narratiuæ sufficiunt leuiores probationes, *Rota decis. 9. num. 10. & 11. par. 2. diuers. & decis. 296. num. 1. par. 2. recent.*

Quo verò ad valorem, gratia non eget iu-
4 stificatione, † quia Canonicatus Germaniæ, ex quo consistunt in distributionibus quotidianis non egent prædicta iustificatione, *Rota decis. 8. de præben. in nouis, & decis. 396. num. 3. par. 2. recent.* & fuit dictum in *Paderbonen. Canonicatus 29. Martij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

5 Vltra quod ex abundanti dixerunt † DD. sufficienter iustificari ex depositionibus testiū deponentium de publica voce & fama. *Put. decis. 26. Verall. decis. 277. num. 8. par. 1. Seraphin. decis. 962. num. 2. Gregor. XV. decis. 78. num. 4.*

Demum iustificatur etiam publicatio ex
6 instrumento publico, † quod facit probationem probatam. *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 14. num. 75. Gregor. decis. 180. num. 1.*

Et ita vna tantùm &c.

ROMANA, SEV CARTHAGINEN. PENSIONIS.

Luna 24. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Obligans se ad aliquid faciendum, alias ad omnia damna, si non adimpleat ad quid teneatur: Capitulariter quando aliquid faciendum est, vt rectè dicatur factum, quid requiratur: Natura obligationis Cameralis est, vt omnia etiam incidenter narrata comprehendat.

SVMMARIVM.

1 *Obligans se ad aliquid faciēdum alias ad damna &c. si illud non adimpleat, loco damnorum tenetur ad solutionem principalis.*
2 *Confessio nocet confitenti.*
3 *In possessione exigendi pensionē, quando quis reperitur nō est necessaria exhibitio beneplaciti, & litterarū.*
4 *Debitor suscipiens terminum videtur debitum agnouisse.*
5 *Ad factum præcisè quis tenetur propter iuramentum. & num. 6.*
7 *Capitulum quando aliquid debet facere, vt illud sit validum, omnes de Capitulo debent vocari, & interuenire duæ partes ex tribus.*
8 *Soluere quis præsumitur in vim propriæ obligationis.*
9 *Narratiua est pars gratiæ.*
10 *Obligationis Cameralis natura est, vt trahatur ad omnia etiam incidenter deducta, & enunciata.*

DECISIO XXXVIII.

DE Anno 1615. fuit inita concordia inter Administratores Seminarij Mussiæ Carthaginen. Diœc. Ioannem Lopez, & D. Tyberium de Caualerijs, in qua fuit conuentum vt Præpositus, & Administratores dicti Seminarij consentirent reseruationi pensionis scut. 60. auri in auro soluendę dicto Tyberio super fructibus beneficij, super quibus iam fuerat ipsi reseruata altera pensio scut. 140. auri in auro, prout effectualiter mediante D. Petro Marzal eorum Procuratore consenserunt, & pro maiori d. D. Tyberij assecuratione dictus Petrus Marzal non vti Procurator, sed nomine proprio promisit exhibere mandatum dd. Præpositi, & Administratorum magis sufficiens ad consentiendum d. pensioni aliàs teneri voluit ad omnia damna &c. fuit posteà huiusmodi pensio scut. 60. vnà cum altera pensione dd. scutorum 140. per plures annos soluta absque vlla contradictione à præfato Marzal, qui postmodum, & iudicialiter post susceptionem termini, plures illius terminos soluit, sed cum duos vltimos persoluere recusaret pro ijs ab A. C. fuit relaxatum mandatum, à quo fuit appellatum, & causa per Signaturam mihi commissa, dubitaui; An dictum mandatum esset reuocandum, & DD.

 nega-

negatiuè responderunt, quia de illius validitate, & iustitia visum fuit constare.

De validitate enim constat ex reuolutione processus, in quo reperiuntur seruata omnia substantialia ad validitatem.

Non obstat; quod non fuerit extensa obligatio Cameralis secundum stylum, quia contrarium detegitur ex facto dum d. Petrus fuit citatus ad dicendum contra iura, in qua citatione adest etiam, necnon videndum per Dominum mandari extendi formam Cameræ in iuribus productis appositam, iuxtà stylum Curiæ, & deinde facta comparitione per Procuratorem fuit obtentum admitti iura si, & in quantum restitui, & extendi, vt supra, vt apparet ex processu transport. fol. 35.

De iustitia etiam visum fuit constare, quia cum Petrus non exhibuerit magis sufficiens mandatum, consensum, & ratificationem, iuxtà formam suæ obligationis, clarum est
1 intrare iuris obligationem, & sic † loco damnorum ad quæ se obligauit teneri ad solutionem pensionis annuæ scut. 200. auri. *Ruin. cons. 141. num. 9. propè fin. lib. 1. Rimin. sen. cons. 297. num. 10. 11. & 12. lib. 2. Rota decis. 741. nu. 1. par. 1. diuers.* & fuit dictum in *Perusina Dotis 5. Decembris 1606. coram Ortembergo, apud Marchesan. de commiss. lib. 2. fol. 588.*

Non obstat, quod non fuerit obtentum beneplacitum Apostolicum, nec fuerint expeditæ litteræ; Tùm quia contrarium colligitur ex cedula bancaria facta per dictum Petrum, ibi, *come per gratia, e Bolle sopra di ciò spe-*
2 *dite*, quæ propria † confessio ei nocet. *l. 1. C. de confess. Rota coram fel. mem. Gregor. XV. decis. 105. num. 24.* & aliàs sæpissimè. Tum quia cum D. Tyberius sit in possessione exigendi pensionē
3 ab ipso Petro, † non erat necessaria exhibitio beneplaciti, & litterarum. *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 446.* & fuit dictum in *Anconitana Pensionis 15. Iunij 1585. coram bon. mem. Cardinali*
4 *Platto*; Tum etiam quia adest † susceptio termini cum solutione, *ad text. in l. ad solutionem, & ibi glos. C. de re iud. Rot. decis. 773. num. 5. par. 2. recent.* & in omnem casum dictus Petrus non posset opponere de non adimplemento quoad hoc, quia cū non obtinuerit dictam ratificationem, ipse fuit in causa, cur non potuerit obtinere beneplacitum Apostolicum, quod non poterat concedi, quin priùs constaret de voluntate Seminarii, & sic antequam obtine-
5 retur ratificatio, & ideò † præcisè tenetur pro dicta ratificatione saltèm propter iuramentū, *glos. in l. si pecuniam, in verb. necesse habeas, ff. de cond. caus. dat. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 32. num. 4. Gabr. concl. 8. num. 1. & 2. de iur.*

Non obstant, quæ deducuntur ad demonstrandam sufficientiam primi mandati per dictum Petrum exhibiti, quia dictum mandatum fuit insertum in Instrumento Concordię, & cū nihilominus pro maiori cautione D. Tyberij conuentum fuerit de ratificatione obtinenda per Petrum Marzal mandatum il-
6 lud primum qualecumque † fuerit non suffragatur, nec releuat ipsum Petrum à dicta ratificatione obtinenda, vt fuit dictum in *Bononien. bonorum de Sauonantijs Veneris 15. Decembris 1600. coram Illustrissimo Cardinali Millino*, & vlteriùs validitas dicti mādati erat admodum dubia, quia fuerat factum tantum à Præposito, & aliquibus Administratoribus, cum promissione de rato, & datione votorum pro absentibus, quod fieri non poterat ex quo om-
7 nes de † Capitulo debebant vocari, & debebant interuenire duæ partes ex tribus, *l. nominationum, C. de decur. lib. 10. Alex. cons. 195. num. 4. lib. 7. Gratian. discept. 933. num. 2.* & ità plurimū intererat D. Tyberio, vt dicta ratificatio interueniret, sine qua non poterat agere contra Seminarium ad solutionem d. pensionis.

Nec releuat, quod ex subsequentibus solutionibus d. pensionis tacitè resultauerit promissa ratificatio Præpositi, & Administratoris, quia vltrà quod Petrus semper sol-
8 uit, & præsumitur soluisse potiùs † in vim propriæ obligationis, quod controuerti non potest saltèm quoad terminos iudicialiter solutos, cessare visa fuit omnis difficultas, quia cedula fuit per Petrum consignata in actu stipulationis, & sic de tempore, quo Præpositus, & Administratores non poterant diuinare ratificationem à se ipsis faciendam in partibus.

Non obstat deniquè prætensa excessiuitas mandati, ex quo concordia videatur comprehendere solùm pensionem scutorum 60. & tamen mandatum comprehendit etiam summam alterius pensionis scut. 140. quia DD. considerarunt, quod licèt in concordia non reperiatur expressè promissa solutio scut. 140. illa tamen fuit narrata in dicta concordia tanquam reseruata D. Tyberio, cui cum non fuerit controuersa signum est euidens, quod contrahentes tacitè etiam voluerunt illam comprehendere tanquam debitam, & sic cum
9 obligatio Petri respiciat † narrata, & contenta in dicta concordia, vtique respicit etiam huiusmodi pensionem. *Garz. super reg. 8. §. 4. proœm. num. 79. & glos. 32. num. 57. & sequen.* &
10 de natura obligationis † Cameralis est, vt trahatur ad omnia etiam incidenter deducta, & enunciata. *Rota decis. 5. num. 10. & decis. 69. sub num. 3. in impress. apud Gallef.* & cessat omnis difficultas ex quo Petrus illam per plures annos soluit, absque vlla contradictione, ac etiam iudicialiter, vt dixi suprà. Vndè tantò magis deprehenditur qualis ipsius fuerit intentio etiam ab initio obligationis.

Et ità conclusum vtraque &c.

CORNETANA LEGATI.

Veneris 28. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ad effectum, vt super illis detur immissio in Saluiano, ex quibus probetur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Identitas bonorum omninò requiritur ad hoc, vt intret Saluianum.*
2 *Inuentarium ficuti probat contra conficientem.*
3 *Sic pari modo probat contra hæredem.*
4 *Inuentarium multis adminiculis probat etiam contra habentem causam à conficiente vti tertium.*
5 *Cohabitatio matris cum filio, non concludit habitationem distinctam, & iure proprio, sed confusam ratione familiaritatis.*
6 *Immissio in Saluiano, vt valeat impediri exceptione fideicommissi, illud requiritur indubitatum.*
7 *Prius sunt facienda detractiones quæ valent absorbere corpora fideicommisso obnoxia.*

DECISIO XXXIX.

SVB die 4. Decembris 1620. coram bon. mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien. fuit in hac causa resolutum sententias extra Rotam latas esse confirmandas, quia de earum validitate, & iustitia constabat, hodiè subrogatus in locum d. D. mei, iterùm consului DD. super iisdem; Et quia informantes pro vtraque parte se restringebant ad probationem identitatis domus, vineæ, & olieti
1 quæ † probari debet ad hoc, vt intret Saluianum, vt fuit dictum in *Romana Legatorum de Columna 25. May 1616. coram bon. mem. Card. Sacrato*, & aliàs sæpè. Domini steterunt in decisis, quoad domum, & olietum, & quoad vineam dixerunt, vt de ea particulariter videretur.

Identitas siquidem d. domus, & olieti remanet probata, nam mortuo Sebastiano Testatore per curatorem hæreditatis iacentis stante absentia Antonij fuit factum inuentarium, in quo descripta fuerunt hæc corpora, postmodum Antonius rediens ad expeditionem Belli nouum confecit inuentarium, dum adiuit hereditatem fratris, in quo inuentario descripsit supradicta corpora bonorum tamquam propria Sebastiani, & ab eodem possessa quamuis cum benef. leg. & inuentar. Vndè
2 cum inuentarium † probet contra d. Antonium conficientem. *l. fin. C. arbit. tut. Peregrin. de fideicomm. art. 44. num. 2.* Eodem modo proba-
3 re debet † contra Alexandrum eius hæredem. *Soccin. sen. consil. 46. num. 1. lib. 3. Peregrin. loco cit. num. 6.*

Quin etiam, dato quod d. Alexander non esset hæres Antonij, sed simpliciter causam
4 haberet ab eo vti tertius, tamen attentis † adminiculis, quæ hic concurrunt adhuc dictum inuentarium contra ipsum sufficienter probaret. *Peregrin. de fideicomm. d. art. 44. num. 6. vers. aut verò, Rota decis. 751. num. 2. & decis. 813. nu. 3. par. 1. diuers.* & fuit dictum in *Vrbeuetana Legati 20. Octobris 1582. coram Cantuccio, & in Romana Compulsorum 7. Maij 1604. coram bon. mem. Card. Sacrato*, & fuit etiam firmatum in hac eadem causa coram dicto D. meo Archiepiscopo Seleucien.

Adminicula verò, quæ hic concurrunt, desumuntur. Primum ex assertione eiusdem Sebastiani in eius testamento. Secundum ex dictis duobus inuentariis, quæ ad inuicem sibi adminiculantur. Tertium ex dispositione testium, qui benè deponunt de possessione Sebastiani, vsque ad eius obitum. Neque dubitari potest de confinibus dictorum bonorum quin sint eadem, quia descriptio facta in vltimo inuentario concordat, cum verbis legati facti Dianæ vxori dicti Sebastiani Testatoris.

Non obstant quæ pro parte Alexandri deducuntur ad docendum, quod huiusmod bona non essent Sebastiani Testatoris, sed Griseidæ.

Et primo non obstant testes pro eius parte dati, nam quoad olietum nihildeponunt, de domo verò dicunt, quod Griseida habitabat in communi cum Sebastiano, & Antonio eius
5 filijs, quæ sola habitatio † matris cum filijs non concludit habitationem distinctam, & iure proprio, sed confusam ratione familiaritatis. *l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poss. Gratian. disceptat. forens. 450. num. 15. Rota decis. 761. num. 4. par. 2. recent.* Quod tanto magis est dicendum ad euitandam contradictionem cum dd. alijs testibus, & probationibus, & præsertim cum dd. inuentarijs, vnà cum d. assertione Sebastiani, quod ipse possideret d. domum.

Nec obstat diuisio facta inter dd. Sebastianum, & Antonium sub die 25. Iulij 1562. Quia verum est, quod dd. fratres consignarunt Griseidæ eorum matri *la casa, e li suoi terreni*, sed immediatè subditur, *e per ricompensa della sua casa data à Francesca, se li consegnò il pastino, e canneto*. Vnde aut est eadem domus ea, qua tradidit Franciscæ, & tunc de proprietate domus legatæ intelligi non potest, aut de alia domo ab eadem Griseida possessa est intelligendum, & quia confinibus non distinguitur, & in diuisione fratruum cuilibet assignantur domus, ex hoc solo remanet probatio identitatis domus irreleuans ex parte Griseidæ.

Ex quibus remanet sublata etiam exceptio fideicommissi facti per Griseidam, quod incontinenti non probatur esse clarum, prout deberet probari ad effectum, vt possit impe-
6 diri immissio † in Saluiano. *Seraph. decis. 757. num. 1. & 2. Rota decis. 559. num. 3. par. 1. recentior.* nam in hoc casu non potest dici clarum, tùm quia identitas pro eius parte non est probata, vt supra dictum est; Tum etiam quia, ex dicto fideicōmisso in fauorem Sebastiani prius detrahenda erat legitima, & trebellianica, quę
7 detractiones † poterant absorbere corpora, de quibus agitur, *Rot. d. decis. 559. num. 8. & 9. par. 1. recent.*

Et ita vtraque &c.



ÆSINA SALVIANI.

Veneris 28. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Saluiano vt sit locus,quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, constituti, *probat contra constituentem, & habentem causam ab eo.*

2 *Possessio rei conuenti probatur ex litis sustentatione.*

DECISIO XL.

QVINTINVS Pacificus,de anno 1613. imposuit super bonis annuum censum scut.32. quem vendidit Matthiæ Nisio pretio scut.400.postea verò idem Quintinus de anno 1618. eadem bona Siluestrinæ eius filiæ pro eius dote assignauit cum clausula, *constituti*, defuncto d. Quintino Matthias in vim vtilis Saluiani interdicti contra Ezzellinum maritum Siluestrinæ detentorem dictorum bonorum pro fructibus d. census decursis, & non solutis egit coram Iudice Aesino, à quo sententiam fauorabilem reportauit, quæ in gradu appellationis fuit confirmata ab A. C. Demum causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa dubitaui, An dictæ sententiæ essent confirmandæ, vel infirmandæ, & DD. dixerunt eas esse confirmandas, quia ex decisionibus in hac causa factis sub die 18. Iunii, & 15. Nouembris 1627.In quibus fuit dictum Matthiæ esse dandum mandatum de manutenendo in possessionem dd. bonorum, de quibus agitur, nedum apparent validæ, sed etiam iustæ, ex quo fuerunt probata requisita Saluiani,nempe creditum Matthiæ cum hypotheca ex instrumento impositionis census,& possessio Quintini debitoris de tempore contractæ hypothecæ, & assignatione d. fundi Siluestri-
1 næ facta cum clausula, *constituti*, † quæ probat contra constituentem,& habentes causam ab eo. *Tiraquell.de iur.const.par.3.limit.1.num.2. Seraph. decis.141 1.num.2. Gregor. XV. decis.491.*
2 *num.6.*† Possessio etiam Ezzellini probatur ex substentatione litis. *Verall. decis.296.par.2.* cũ alijs relatis in dd. decisionibus in quibus respondetur obiectionibus, quæ exaduerso possent adduci.

Et ità &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Veneris 28. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Præfixo termino ad doceñ de causis restitutionis in integrum, *apposita in commissione operatur, quod si intra dictum terminum nil releuans fuerit deductum, quod validè ad executionem procedatur.*

DECISIO XLI.

PER Decanum Sancti Bartholomæi Leodien. fuit ad fauorem Ioannis Vuouters relaxatum mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur,à quo fuit appellatum pro parte D. Prioris Stabuleñ, & Ernesti Rohier, & causa fuit mihi commissa
1 cum clausula, † *præfixo termino ad docendum de causis restitutionis in integrum, & nihil quod releuet docto, ad executionem rei iudicatæ*; Vnde postquam præfixus fuit terminus, & non fuit doctum de causis restitutionis, nec de aliquo, quod releuet; proposui dubium, An dictum mandatum in partibus relaxatum esset exequendum,& Domini dixerunt esse procedendum ad executionem d. mandati, iuxta formam d. rescripti, cum nihil releuans fuerit deductum, nec doctum de causis restitutionis in integrum, ad tradita per *Lancellott. de attent. pend.rest.in integr.par.2.cap.18.num.68. Put.dec.7. de restit.in intrgr. in princip.* Tantò magis cum ex deductis in decisione in hac causa facta sub die 19. Nouembris præteriti, in qua fuit resolutum dicto Ioanni dandum esse mandatum de manutenendo, euidenter constet de iustitia mandati d. Decani.

Et ità conclusum vna tantum parte informante.

ROMANA SALVIANI.

Luna 31. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum num possit constitui super re data in pignus, & ex quibus demostretur potius datio in pignus, quam in solutum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non potest constitui super re data in pignus sine consensu Domini.*

2 *Traditionem in pignus demonstrant verba*, per ipsam retineñ donec fuerit satisfacta de dote.

3 *Pactum quod fructus non computentur in sortem repugnat naturæ pignoris.*

4 *Contrarium est verius ex quo dicti pacti appositio fuisset superflua si datio esset in solutum.*

5 *Pactum quod fructus non computentur in sortem sustinetur, nec aduersatur traditioni in pignus, quando vsuræ sunt à iure permissæ.*

6 *Dos assignanda tempore nuptiarum, si quid ante assignatur pro maiori securitate, d. assignamentum dicitur continere conditionem quatenus, scilicet nuptiæ sequantur.*

7 *Et sic per obitum ante tempus dos non amplius debetur, nec ad hæredes potest transmitti.*

8 *Assignatio certa rei loco pignoris donec dos fuerit soluta*

lata, si resoluatur debitum dotis, resoluitur pariter virtus assignationis.

9 *Possessionem quis præsumitur fuisse adeptum iure magis sibi proficuo, & sic iure proprio.*

10 *Legatarius ex pluribus legatis sibi relictis potest vnum acceptare, & alterum repudiare.*

DECISIO XLII.

CLEMENS à Porta, contra quem ad instantiam Lauiniæ à Porta eius germanæ sororis fuerant relaxata duo mandata, alterum pro constitutione dotis, & illius assecurationē, donec ipsa ad nubilem ætatem peruenisset, alterum verò pro scutis 122. occasione fructuum census eidem Lauiniæ iure legati relicti à Carolo Porta eius pariter germano fratre, parendo dd. mandatis, consignauit prædictæ Lauiniæ sorori domum, de qua agitur, per ipsam retinendam, donec de dote, & fructibus d. census fuisset satisfacta, ita tamen quod fructus ex d. domo percipien. non cōputarentur in sortem, ac citrà præiudicium iurium ipsi Clementi cōtra eamdem Lauiniam quomodolibet competen. & competiturorum, vt ex Instrumento, quod datum fuit in vtroque Summario.

In executionem dicti Instrumenti Lauinia præfata adepta fuit possessionem dictę domus postea verò de anno 1622. condidit testamentum, in quo eidem Clementi fratri iure legati reliquit vsumfructum d. domus eius vita durante, post illius verò mortem tàm eiusdem domus vsumfructum, quàm proprietatem reliquit Cæciliæ, & sororibus de Mechelen, quas inuicem substituit: Insuper eidem Clementi reliquit etiam nonnulla mobilia pro omni eo, & toto quod prætendere posset de ipsius bonis, & hæreditate.

Vita functa Lauinia Clemens ingressus fuit possessionem d. domus, & acceptauit legatum mobilium, deinde decessit instituto sibi hærede Francisco Lampugnano, qui pariter eiusdem domum possessionem adeptus fuit.

Verùm quia prædictæ Cæcilia, & sorores prætendebant, per mortem Clementis fuisse ad eorum fauorem purificatum legatum, seù fideicommissum domus factum à Lauinia, intentarunt Saluianum interdictum contra dictum Lampugnanum pro obtinenda immissione in possessionem illius corā A. C. qui seruatis seruandis dictum Lampugnanum per decretum absoluit, facto tamen per ipsum deposito scutorum 122. occasione fructuum census, vt supra à Clemente debitorum, à quo decreto, cum pro parte dictarum mulierum fuerit appellatum, causa deinde mihi in Rota commissa, proposui dubium, An decretum prædictum A. C. esset confirmandum, vel infirmandum, & Domini stante illius validitate, & iustitia, confirmandum esse responderunt.

Validitas enim non controuertebatur, iustitia verò visa fuit patens, ex quo legatum, seù fideicommissum, vigore cuius pro parte dd. mulierum agebatur, est nullum.

Nam cum eadem domus fuerit consignata Lauiniæ loco pignoris, donec fuerit satisfacta de dote, non autem insolutum, (vt pro parte mulierum prætendebatur) non potuit Lauinia absque consensu Clementis veri domini
1 aliquod † fideicommissum super ea validè
imponere. *Peregr. cons. 63. num. 6. lib. 4. & in tractat de fideicomm. art. 44. num. 32. 33. & seq. Conar. in rubric. de testam. par. 2. num. 8. in fine, vers. ex eo notantes, Fusar. in tract. de substit. quæst. 648. nu. 12. Caualcan. decis. 33. par. 1.*

Quod autem domus prædicta fuerit consignata Lauiniæ loco pignoris; non autem insolutum, patet ex verbis instrumenti, ibi, *per ipsam retinen. donec fuerit satisfacta de dote*, quæ
2 verba † traditionē in pignus important. *Surd.
cons. 243. per tot. maximè num. 6. vers. quarto ostenditur. Menoch. cons. 201 num. 3. vers. quinto, & vltim, lib. 3.*

Nec obstat, quod pactum ibi appositum, *ita tamen, quod fructus non computentur in sortem*,
3 repugnet † naturæ pignoris. *cap. illo vos, de pi-
gnoribus, l. 1. C. de distract. pign.* Quia respondetur, quod tale pactum ad hoc, vt aliquid operetur, prout operari debet, *ad l. si quando, ff. de leg. 1. Dec. cons. 626. num. 7. lib. 2. Soccin. cons. 93. num. 7. vers. præterea illud pactum, lib. 1. Surd. dicto cons. 243. num. 17.* censeri debet appositum ad demonstrandum traditionem fuisse in pignus non autem insolutum. Quia si fuisset insolutum pactum prædictum omninò superfluū
4 fuisset cū recipiens in solutum † absque d. pa-
cto faciat fructus suos. *Ias. cons. 92. nu. 28. lib. 1. Soccin. sen. d. cons. 93. num. 7. vers. sed tale pactum, Surd. d. cons. 243. num. 16.*

Vltra quod cessare visa fuit omnis difficultas, quia cum Clemens teneretur alere Lauiniam, donec nuberet, iuxta statuti Vrbis dispositionem *cap. 145. lib. 1.* ac teneretur eidem soluere fructus prædicti annui census; Pactum ante dictum, *quod fructus non computentur in sortem*, sustinetur pro dd. fructibus, & ali-
5 mentis, & sic non aduersatur d. traditioni † in
pignus. *gloss. fin. in l. 1. C. de distract. pign. Abb. in cap. conquestus, num. 5. de vsuris, Surd. dicto cons. 243 num. 22. & 25. Bald. cons. 127. lib. 2. Osasc. dec. 143. num. 2.*

Neque obstat, quod prædictum legatum, seù fideicommissum sustineatur saltem pro credito scutorum 500. quod ipsa Lauinia occasione dotis sibi constitutæ habebat super d. domo pignorata. Nam placuit responsio, quod cum ipse Clemens ex d. statuti Vrbis dispositione non teneretur dotare Lauiniam, nec ei dotem assignare nisi tempore, quo ipsa nuberet, consignatio ei facta ante nuptias pro illius maiori securitate, donec de dote fuerit
6 satisfacta † dicitur habere à iure conditionem
annexam, scilicet quatenus nuptiæ sequantur *l. stipulationem, & l. promittendo, ff. de iur. dot. Alex. cons. 147. num. 1. lib 5. Rota decis. 471. num. 2. par. 2. recent. & coram Greg. XV. decis. 428. num. 1.*

Quapropter cum Lauinia innuba decesserit, dos illi constituta non fuit amplius de-
7 bita, & consequenter ipsa nec domum, † nec
creditum dotale potuit ad suos heredes transmittere, seù alteri legare. *Ias. in l. quoniam in*

priorib.

priorib. in 4. limitat. C. de inoff. testam. Gabri. conf. 5. num. 22. & 23. lib. 1. & conf. 139. nu. 24. & 25. lib. 2. Paris. conf. 110. num. 8. lib. 4. Honded. conf. 53. nu. 21. lib. 5. Angel. conf. 349. num. 2. & 3. Rota decis. 538. num. 6. & decis. 540. num. 5. par. 1. diuers.

Nec releuat, quod Clemens per dictam assignationem factam ante nuptias dicatur debitum dotale agnouisse, & propterea sibi præiudicasse. Quia fuit responsum censeri agnouisse d. debitum dotale cum suis qualitatibus, & cum d. conditione quatenus nupserit, & sic cum Lauinia non nupserit, Clemens non sibi præiudicauit. Præsertim quia d. assignatio non fuit facta liberè per viam dationis in solutum, sed loco pignoris donec dos fuerit soluta, quo casu resoluto debito dotis (prout per obitum Lauiniæ ante nuptias resolutum fuit, vt dictum est supra) dicitur quoque re-
8 soluta virtus † ipsius assignationis factæ loco pignoris, *tot. tit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.*

Denique non obstat, quod Clemens acceptauerit vsumfructum domus, & mobilia sibi iure legati relicta à Lauinia, & sic censeatur illius dispositionem, ac fideicommissum ob ea factum super d. domo approbasse. Quia de acceptatione vsusfructus nullibi visum fuit constare, nec illa potest argui ex possessione domus adepta per Clementem post mor-
9 tem Lauiniæ, quia illa præsumitur † iure proprio ex titulo sibi magis proficuo, *Alex. conf. 9. num. 20. lib 3. Crauett. conf. 322 post num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 91. num. 4. Seraph. decis. 183. num. 3.*

Quo verò ad legatum mobilium licet constet illud fuisse per Clementem acceptatum, tamen Domini dixerunt, ex d. acceptatione mobilium non posse necessario inferri ad acceptationem legati vsusfructus, cum legatarius ex pluribus legatis sibi distincte factis à
10 Testatore possit vnum acceptare, † & alterum repudiare, *glos. in l. 2. ff. de leg. 2. Iason. in l. quidam elogio, num. 2. vers. tu tamen, & nu. 5. vers. sum in quarta, C. de iur delib. Castr. ibidem num. 5. vers. sed tertio oppone, Corn. conf. 249. num. 7. vers. nam quando sunt, lib. 5.* latè *Surd. conf. 107. num. 7. & seq. lib. 1. Cuman. conf. 22. per tot.*

Et ita vtraque &c.

METEN. ABBATIAE.

Veneris 4. February 1628.

ARGVMENTVM.

Electio vt dicatur valida quę requirat.

SVMMARIVM.

1 *Non ius ad effectum iustificandi gratiam,* si Neutri &c. *probatur ex propria confessione illam impetrantis.*
2 *Non ius collitigantis probatur quando ex reuolutione actorum non constat de tali suo iure quod possit canonizari ad effectum excludendi gratiam,* si Neutri.
3 *Electio non seruata forma,* c. quia propter de elect. *est nullius efficaciæ cum talis forma requiratur etiam in electione Abbatis.*
4 *Forma* d. c. quia propter *non dicitur seruata si vota non fuerint publicata in communi.*
5 *Publicatio electionis quæ ab vno fit nomine totius capituli est tantum vnum ex substantialibus* dicti c. quia propter.
6 *Quia ante dictam publicationem præcedere debet publicatio votorum alias electio remanet nulla.*
7 *Electio quando est vnanimis non est collatio necessaria meriti ad meritum, neque zeli ad zelum; Et quando non dicatur d. electio vnanimis.*
8 *In electione etiam vnanimi est facienda collatio numeri zeli, & meriti.*
9 *Collatio votorum semper requiritur quamuis sit quis electus à duabus partibus licet tunc non fiat collatio meriti ad meritum sed solum numeri ad numerum.*
10 *Electio præsumitur Canonica.*
11 *Prouisio ab Ordinario ad effectum gratiæ* si Neutri *sufficit docere de sua prouisione.*
12 *Electio quando non habet vim collationis, sed expectat post se collationem eo casu non sufficit docere de electione nisi etiam doceatur de confirmatione.*
13 *Electio quando apparet ex illius inspectione defectuosa ob non seruatam formam* c. quia propter de elect. *tunc electo non sufficit illam ostendere nisi doceat etiam fuisse legitimè factam.*
14 *Electionis confirmatio à Papa quando nō fuit petita, nec debet lite pen. amplius confirmari.*
15 *Et prouisio fuit deuoluta ad Sedem Apostolicam.*
16 *Electio sufficit quod sit confirmata ab Ordinarijs quando est locus concordatis Germaniæ.*
17 *Electionis confirmatio debet fieri à Papa.*
18 *Concordata Germaniæ egent speciali derogatione.*
19 *Ciuitas Meten. compræhenditur sub concordatis Germaniæ per extensionem.*
20 *Et sic non requiritur specialis derogatio.*
21 *Obseruantia contraria Constitutionibus Apostolicis non releuat, nec debet attendi non probata eiusdem scientia, & patientia.*

DECISIO XLIII.

DOMINVS Carolus Burlemont fuit à Sede Apostolica prouisus de Monasterio, seù Abbatia S. Naboris Meteñ Dioecesis, tamquam vacante per obitum Ioannis Porcelletti, cuius prouisionis vigore, cum D. Carolus esset paratus capere possessionem, Monaci, Capitulum, & Pulchronius assertus Abbas electus à Capitulo, se illi opposuerunt, prætendendo Abbatiam non vacasse per obitum dicti Porcelletti. Vndè orta inter dictas Partes controuersia, causaque in Rota introducta, mihique commissa, sępius proposui dubium; An dicto D. Carolo esset adiudicandū dictum Monasterium, quod nunquam fuit resolutum. Postmodum verò impetrata per dictum D. Carolum gratia si neutri, fuit mutatum dubium, & disputatum, an dicta gratia Domini Caroli esset iustificata, & Domini affirmatiuè responderunt.

Et primo quo ad Clericatum D. Caroli, illius

lius nobilitatem litis pendentiam, & quod
Monasterium sit Ordinis Sancti Benedicti
Metensis Dioecesis, & alia narrata, vltra quod in
facto benè probabantur inter partes non con-
trouertebantur Rotæ difficultas fuit restricta
ad non ius D. Caroli, ad non ius Pulchronij,
& ad vacationem dicti Monasterij.
1 Quo ad non ius † D. Caroli, illud visum
fuit satis probari ex illius confessione, *l. fin.
C. de arbit. tut. Rota decis. 71. num. 3. par. 1. diuers.* &
fuit dictum *in Clusina Prioratus 17. Februarij
1592. coram Orano, & in Florentina Canonicatus 25.
Maij 1616. coram bo: me: Buratto.*
Quo ad non ius Pulchronij, illud etiam
probatur, quia ex reuolutione actorum
2 non constat de tali suo iure, † quod possit
cannonizari ad effectum excludendi Gratiam,
si neutri, vt in his terminis fuit dictum *in
Bracharen. Parrochialis 11. Ianuarij 1602. coram
Iusto, & in Fesulana Praeceptoriæ 23. Ianuarij 1562.
coram Robusterio.*
Nam ex reuolutione actorum, licet constet
de electione Pulchronij facta per Capitulum,
tamen non apparet, electionem fuisse factam
seruata forma *c. quia propter de elect.* quæ de-
3 bet † seruari in electione Abbatis. *Io.
Andr. in dicto c. quia propter num. 59.* vbi de com-
muni *Bellamer. nu. 3. Imol. eodem num. Abbas nu. 8.
Rota decis. 5. in princ. iuncto num. 2. de elect. in nouis,
Seraph. decis. 647. num. 4.* & fuit dictum *in Meten.
Monasterij 5. Iulij 1621. & in Treueren. Abbatiæ
20. Nouembris 1624. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano.*
Quod autem non fuerit seruata forma *dicti
c. quia propter*, patet, quia vota non fuerunt
4 publicata † in communi, prout in *dicto c. ex-
pressè disponitur*, cum fuerit solum publicata
electio, vt apparet in Instrumento electionis,
ibi, *incontinenti tres dicti Scrutatores ad locum Ca-
pituli prædicti redierunt, & in communi collatis suf-
fragijs, factaque comparatione numeri, ad numerum,
& zeli ad zelum, meritique ad meritum, maior, & sa-
nior Pars statim nullo actu extraneo interposito, con-
senserunt in personam Pulchronij, hincque per dictum
Ioannem Scrutatorem de consensu Capituli verbali-
ter electus est his verbis &c.* Diuersa siquidem est
publicatio electionis à publicatione votorũ,
nam, & publicatio electionis, quod ab vno
5 fiat nomine totius Capituli, est quidem † vnu
ex substantialibus *d. c. quia propter*, & ibi, *Abb.
ant. num. 11. vers. electio autem fiet. c. cum ab vno de
re iudic. in 6. c. sicut de elect. in 6. Fran. Marc. dec. 932.
lib. 1. nu. 2.* sed antè huiusmodi publicationem
6 electionis debet fieri † publicatio votorum,
vt in dicto c. quia propter, & ideo, cum vota
non fuerint publicata in casu nostro, electio
fuit nulla *Hostien. in d. c. quia propter num. 44. vers.
quintum est Io. Andr. num. 28. vers. nono. Ancar. &
Butr. eodem loco*, & fuit dictum *in dicta Treueren.
Abbatia 20. Nouembris 1624. coram Reuerendissimo
D. meo Decano.*
7 Non obstat quod electio fuerit † vnanimis,
& propterea nõ fuerit necessaria collatio me-
riti ad meritum, neque zeli ad zelum; quia
non apparet, quod dicta electio fuerit vnani-
mi consensu Capituli facta, imò constat de
contrario, cum fuerit facta collatio meriti ad
meritum, & zeli ad zelum, quæ alias non
fuisset necessaria, sed dato etiam, quod electio
fuisset vnanimis, & propterea non esset facien-
da collatio numeri ad numerum, meriti ad
meritum, & zeli ad zelum, tamen erat facien-
8 da collatio † numeri, zeli, & meriti. *Abb. in
d. c. quia propter num. 10. vers. si vero vnus*, vbi di-
cit, quod saltem facienda erat collatio nume-
ri, alias esset in arbitrio Scrutatorum pronun-
ciare quem mallent, & ideò semper est facien-
da collatio votorum, prout requiritur etiam
9 quando quis est electus † à duabus Partibus,
licet tunc nõ fiat collatio meriti ad meritum,
sed solum, numeri ad numerum, *c. si quando de
elect. in 6. Abb. in d. c. quia propter. d. num. 10. vers.
nam maioritas, Franc. Marc. decis. 924. ante num. 6.
lib. 1.* & fuit dictum *in dicta Treueren. Abbatia.*
Nec releuat, quod Pulchronio electo suf-
ficiat allegare electionem, quia præsumitur
10 canonica, † & si quis negat illam canonicam
teneatur probare. *Lap. Abb. in c. licet Episcopus
num. 3. cum seq. de præben. in 6.* prout etiam vide-
11 mus in prouiso † ab Ordinario, cui ad effe-
ctum gratiæ si neutri, sufficit docere de sua
prouisione, *vt in Placentina Canonicatus 14. Ia-
nuarij 1600. coram Card. Lancellotto.* Quia ista
conclusio non visa fuit applicari huic casui,
cum electio, de qua agitur, non haberet vim
collationis, sed expectaret post se confirma-
12 tionem, quo casu † non sufficit docere de
electione, nisi etiam doceatur de confirma-
tione, *c. fin. de elect. in 6. Rota in Calaguritana The-
saurariæ 4. Febr. 1579. coram san. mem. Clem. VIII.*
vbi ad effectum gratiæ, si neutri, cum non
constaret de resignatione, fuit dictum illam
non sufficere, nisi etiam doceretur de publi-
catione, quæ est pars resignationis; Et vlte-
rius quando ista electio Pulchronij habuisset
vim collationis, tamen cum ex illius inspe-
ctione appareat eam esse defectiuam, ob non
seruatam formam *d. c. quia propter.* non suffice-
13 ret Pulchronio eam ostendere, † nisi doceret
etiam fuisse [illegible] factam; *Rota in Pamplo-
nen. de [illegible] 7. Iunij 1610. coram Ortembergo*,
vbi ostendebatur titulus Patriarchalis habitus ab
Ordinario ad præsentationem Personæ Potẽ-
tis existentis in possessione præsentandi, & ta-
men fuit dictum, quod ista gratia non suffi-
ciebat, quia ex lectura illius constabat, non
fuisse factum concursum, quia Ordinarius
prouiderat ad præsentationem Patroni, in
quibus prouisionibus non requiritur concur-
sus, & ideò non erat factus, nec constabat de
Iurepatronatus, nec in persona potentis suffi-
ciebat sola possessio præsentandi.
Secundo fuit consideratum, quod non cõ-
stat de iure Pulchronii, ex quo eius electio
per Sedem Apostolicam non fuit confirmata,
nec hodie debuit confirmari, cum confirma-
14 tio † non fuerit petita iuxtà terminos. *c. cu-
pientes de elect. in 6.* Sed prouisio fuit deuoluta
15 ad † Sedem Apostolicam, tàm ex dispositio-
ne iuris communis, *vt in c. quamquam de elect. in
6. Rom. cons. 332. num. 11.* Quàm vigore concor-
datorum, & compactorum Germaniæ.
Neque

Neqne obstat, quod fuerit confirmata per
Ordinarium, quod sufficit iuxtà concordata
16 Germaniæ, † de quibus in Bulla Nicolai V.
in Bullario nouo la t. quia debuit confirmari per Papam iuxtà Constitutionem Pij IV.
86. in nouo Bullario, & 100. in antiquo, sub
cuius generali dispositione Monasterium de
quo agitur satis comprehenditur, & quam-
17 uis dicta † Constitutio non deroget in specie
18 concordatis Germaniæ, † quæ egerent speciali derogatione. *Put, decis. 45. num. 11. lib. 1. in correct. Crescent. decis. 2. de priuileg.* Tamen cum
19 Ciuitas † Meten comprehendatur sub dictis
Concordatis solum per extensionem. *Put. dicta decis 45. Rota decis. 840. part. 3. diuers.* & fuit
dictum *in causa Meten. Elemosinaria 17. Decembris 1593. coram Card. Pamphilio, & in alia Virduuen. Canonicatus 13. Februarij 1617. coram bo. mem.*
20 *Andrea.* non requiritur specialis † derogatio,
sed sufficit dicta Generalis constitutio Pij IV.
vt dixi supra.

Non obstat, obseruantia contraria subsecuta in hoc Monasterio post dictam Constitutionem Pij IV. quia ea non potest suffragari
Pulchronio contra Sedem Apostolicam, nisi
21 probetur eius † scientia, & patientia, vt fuit
dictum, *in dicta Treueren. Abbatiæ 24. Ianuarij 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, nec ex non vsu, vel contrario vsu Constitutionis inducitur abrogatio, vt fuit per plures decisiones tentum *in Romana Concordiæ coram Illustriss. Card. Caualerio in recent. decis. 197. num. 3. & 4. decis. 213. 221. & 246. part. 1.*

Et ex his benè remanet probata vacatio, tàm ob non factam publicationem Scrutinij, iuxtà formam *dicti c. quia propter*, quàm etiam ob non petitam confirmationem à Sede Apostolica iuxtà dictam Constitutionem Pij IV. Vndè gratia dicti D. de Burlemont benè remanet in omnibus iustificata.

Et ità conclusum vtraque &c.

TOLETANA DECIMARVM.

Veneris 4. Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Concordia inita super Decimis in præiudicium Episcopi est strictissimè intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, seù Archiepiscopus pro Decimis habet intentionem fundatam de iure.*

2 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

3 *Exemptio à Decimis dicitur restricta ad certum Territorium quando d. exemptio loquitur de Incolis cum restrictiua (occasione d. tertiæ partis Decimarum) quæ referuntur ad locum determinatum.*

4 *Exemptio à Decimis in præiudicium Episcopi venit strictè interpretanda.*

DECISIO XLIV.

IN concordia inita de anno 1474. inter Archiepiscopum Toletanum, & Magnum Magistrum Militiæ de Calatraua, de, & super decimis locorum Diœcesis Toletanæ, fuit expresè conuentum, quod tertia pars Decimarum Villæ de Almagro solui deberet dicto Magno Magistro, ità vt in loco, & incolis d. Villæ de Almagro non remaneret pro Archiepiscopo aliquod ius occasione d. tertiæ partis Decimarum, hac tamen declaratione adiecta, quod non censeatur factum aliquod præiudicium prædicto Archiepiscopo præter id, quod in concordia fuit specificatum, & expræsè declaratum.

Nouissimè euenit, quod aliqui incolæ dictæ Villæ de Almagro coluerunt quosdam agros in Diœcesi Toletana, extra tamen Territorium dictæ Villæ de Almagro, scilicet in locis del Pozzuelo, Pago Regis Calcada, Granasula, & campo della Traua. Vndè Economus dicti Archiepiscopi prætendens tertiam partem decimarum ex fructibus recollectis in dd. locis, egit contra prædictos incolas coram Iudice de partibus, à quo decretum fauorabile reportauit; Verum quia etiam Magnus Magister dictam tertiam partem Decimarum prætendebat, fuit pro eius parte à dicto decreto appellatum, camque deindè mihi in Rota commissa, dubitaui, An dictum decretum esset confirmandum, vel infirmandum, & Domini cum præsupposito, quod dicti loci supra nominati sint extrà Territorium Villæ de Almagro, confirmandum esse responderunt.

Ratio enim Dominorum fuit, quia decre-
tum prædictum, vltra quod habet fomentum
1 à iure, ex quo Archiepiscopus † pro decimis
habet suam intentionem fundatam de iure
cap. conquerente Hostien. ibi num. 15. Io. Andr. nu. 40. Imol. num. 8. de officio ordinar. Rot. decis. 31. num. 4. & 5. part. 2. diuers. Visum fuit etiam conforme
supradictæ concordiæ, quia in ea assignatur
Archiepiscopo tertia pars decimarum omniū
locorum Diœcesis Toletanæ, excepto tamen
Oppido, seù Villæ de Almagro, quæ quidem
2 exceptio † firmat intentionem Archiepiscopi
in locis del Pozzuelo, & alijs supra nominatis non exceptuatis, *ad tex. in l. quæsitum §. deniq; ff. de fund. instruct. & instrum. leg. Ruin. cons. 32. sub num. 7. vers. ponderanda sunt lib. 2. Rota coram. Greg. XV. decis. 157. num. 4. & decis. 69. numer. 4. par. 1. recent.*

Non obstat, quod in supradicta concordia
fuit expresè conuentum, quod Archiepiscopo occasione dictæ tertiæ partis Decimarum
non remaneat aliquod ius in incolis de Almagro, & sic Archiepiscopum contra eos non
potuisse, nec posse aliquid de dicta tertia parte decimarum prætendere quia responderunt
Domini, quod licet ipsa exemptio cantet de
Incolis; attamen cum per verba subsequentia,
ibi, *occasione dictæ tertiæ partis Decimarum*, ea referatur ad tertiam Decimarum Villæ de Al-
3 magro, sequitur, quod exemptio † prædicta

sit

sit restricta ad prædia sita in dicto Territorio de Almagro, & quod hoc priuilegium sit concessum Incolis pro prædiis sitis tantum in dicto Territorio non autem extrà, *Put.dec.22. num.2.& in correctis decis. 610. num. 2. lib.2.Rota decis.4.de Priuileg.in antiq.* & fuit dictum *in Carthaginen.Decimarum* 10.*Nouembris* 1600.*coram bo. me. Penia*.

Quod eo clarius procedit, quia agitur de 4 exemptione respectu Archiepiscopi † quæ strictè interpretatur *Abb.in c.licet num. 2. de decim.Seraph.decis.* 527.*per totum*, maximè quia in dicta concordia expressè fuit conuentū, quod in prædictis decimis non intelligatur datum aliquod ius Magno Magistro, præter id, quod in concordia est specificatum, & expressè declaratum, & sic cum in ea non legatur expressus hic casus, quando Incolæ de Almagro colunt Prædia extrà Territorium, vtique remanet sub generali dispositione Decimarum aliorum locorum dictæ Diœcesis Toletanæ, in quibus, vt dictum est Archiepiscopus habet suam intentionem fundatam de iure, ex supra allegatis.

Et ità vtraque &c.

ILLERDEN. PRAECEPTORIAE.

Lunæ 7. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Beneficium, vt dicatur litigiosum debet peti tanquam suum non tanquam sibi debitum, & vt collatum, & non conferendum, & quando dicatur verè adesse lis super titulo, vt inducatur vitium litigiosi plenissimè pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Cum incidentibus dependentibus &c. *operatur quod causa censeatur commissa super titulo beneficij*.

2 *Beneficium debet peti tanquam suum non simpliciter, vti debitum ad effectum vt lis dicatur super titulo*.

3 *Clausula*, Cum incidentibus dependentibus &c. *non operatur commissionem causæ super titulo beneficij si non præcesserit collatio*.

4 *Vitium litigiosi non est necesse quando possessio est vacans*.

5 *Lis omninò requiritur super titulo quando agitur de institican. affectione ad effectum immissionis ex subrogatione gratiosa*.

6 *Lis super titulo non est quando agitur de crimine, nec negatur titulus, & tantum petitur quem remoueri ob crimen, & num.*17.

7 *Vitium litigiosi, vt inducatur in prouisione requiritur quod agens habeat collationem*.

8 *Beneficium efficitur litigiosum si quis agat confessoria ad prabendam quam alias tenet in qua dicit se ius habere, & suam esse, & ideo sibi deberi*.

9 *Actio confessoria competit quando quis petit seruitutem siuè sit realis siuè personalis, siuè rust ica, siuè vrbana non quæ in obligatione deducta est, sed quæ iam acquisita est*.

10 *Beneficium non efficitur litigiosum ex eo, quod quis illud petat sibi conferri, sed ex quo collatio fit*.

11 Beltraminus ad Greg. decis. 305. num.7. declaratur.

12 *Vitium litigiosi in electione sufficit quod lis sit super ipsa electione etiam quod præcesserit alia collatio*.

13 Decisiones coram Seraph. 1a 990. & in Romana Cappellaniæ 15. Maij 1626. coram Buratto declarantur.

14 *Præsentare se ipsum nemo potest*.

15 *Beneficium sibi ipsi conferre nemo potest, etiam si sit beneficium simplex*.

16 Decisio in causa Regien. Iurispatronatus 15. Iunii 1624. coram Pirouano reprobatur.

18 *Lis super titulo quando quis petit aliquem remoueri à beneficio, & beneficium ad se spectare*.

19 *Beneficium non dicitur litigiosum si committatur causa super priuatione secus tamen si committeretur etiam super regressu*.

DECISIO XLV.

VACANTE Præceptoria in Ecclesia Illerdeñ per obitum q. Francisci Bartholomeus Gauas, & Petrus Escala Canonici eiusdem Ecclesię illam optarunt, & vnusquisque eorum petiit suam optionem admitti, & collationem sibi fieri, à Capitulo, sed quia dictum Capitulum dubitabat, quisnam ex dictis Canonicis esset antiquior, & proindè quænam optio esset admittenda, remisit ad Rotam hoc dubium decidendum. Vndè Bartholomeus introduxit litem in Rota, qua pendente obiit Petrus Escala, per cuius obitū Franciscus sans fuit à Sede Apostolica de eadem Præceptoria prouisus, & expedita etiam ad partes gratiosa subrogatione introduxit Iudicium in Rota contra Ioannem Pastor, qui Præceptoriam ità vacantem optauerat, & collationem cum possessione desuper à Capitulo reportauerat, & ità coram bo: me: Patriarcha Hierosolymitano pluries disputato dubio, An dicto Francisco esset danda immissio emanarunt duæ decisiones pro denegatione immissionis, postmodum dicto Francisco non acquiescente huiusmodi resolutionibus subrogatus in locum dicti D.Patriarchæ proposui dubium, An esset recedendum à dictis decisionibus.

Pro cuius dubij resolutione cum agatur de immissione ex gratiosa subrogatione tota difficultas fuit restricta, An lis fuerit super titulo Beneficii, adhoc, vt Beneficium de quo agitur fuerit affectum propter litē, quod pendet ex eo, vt videatur, An adsit collatio præcedens, quia si non adest parum refert, quod in commissione adsit clausula, quod interest Bartholomeo Oratori declarari facere se in Præceptoria Petro præferendum, eamdemque sibi adiudicandam quatenus opus 1 sit, † & clausula cū *incidentibus dependentibus &c.* quæ operatur, quod causa censeatur commissa super titulo beneficij *Bellamer. decis. 618. incipien. in causa Beneficiali Cassador. decision. 9. num.13.*

num.1 8.de caus.poss. & propr. & fuit dictum in
causa *Barchinonen. Parrochialis de Mattaro 20. Iunij 1611.coram Reuerendiss.D.meo Decano*, quia
hæc essent consideranda, si præcessisset collatio, & sic si adesset materia præexistens, vt
posset peti Beneficium tanquam suum, non
simpliciter, vti debitum, quod requiritur ad
2 effectum, vt lis † possit dici super titulo Be-
neficij, vt mox probabo, & propterea cũ non
3 præcedat † collatio, & sic cum non præexistat
materia prædictæ clausulæ, nihil operantur,
vt in simili *Oldr.cons.309.num.2. vers. & si dicatur vsque ad finem, & cons.308.num.2. & seq. Calderin.cons.6.in princ.de probat.Gemin.cons.11.nu.2. vers.quod rescriptum,* benè *Card.cons.119.num.2. vers.restat ergo Aym.*pulchrè *cons.307.num.2.*
4 Nec dicatur in hoc casu non requiri pro-
bationem, quod † Beneficium sit litigiosum,
cum possessio sit vacans, vt in causa *Barchinonen. Canonicatus 9.Martij 1598. coram Illustrissimo Card.Millino, apud Garz.par.6.cap.4.num.23.& 4. par.diuer. decis.*163. Quia in hoc casu, cum debeat iustificari affectio ad effectum immissionis ex subrogatione gratiosa, debet proba-
5 ri lis † super titulo ex mox dicendis; Et ità
respondetur ad *decis.bon:mem: Card. Pamphilij in causa Mediolanen. Capellaniæ de Valdarno 3. Iunij* 1595. Quia loquitur ad effectum iustificationis gratiæ ex lite narrata non autem ad effectum affectionis propter litem.

Quibus ità positis satis visum fuit probari litem non fuisse super titulo Beneficij, quia non præcessit collatio, & nunquam fuit petitum Beneficium vti suum, sed vti debitum.

Principalis enim distinctio est, quod aut agitur ad remotionem Beneficij, & negatur fœdus Coniugij spiritualis, vel titulus, & lis est super titulo, & facit beneficium litigiosum cũ distinctione, & declaratione, de quã statim dicam; Aut verò non negatur titulus sed petitur ad pœnã aduersariũ amoueti propter cri-
6 men, & tunc quia agitur de crimine lis † non
est super titulo, ista est communis distinctio
glos.in Clem. dispendiosam in verb. Beneficij vers. si verò agatur de Iudic. vbi Card.num.16 Imola num 3.vers.vltimo quærit. glos. Vital. num.7. & sequen. Quod quidem secundum membrum habet suam fallentiam, vt statim dicam, sed dictum membrũ eget alia distinctione nempè quod, aut agitur de prouisione, aut de electione, si agatur de prouisione requiritur ad effectum
7 litigiosi, quod agens † habeat collationem
Compostella in c.cum M.Ferrarien.nu.21. de constit. Specul.in §.nouissimè num.18.Io.And.in d.c.cum M. Ferrarien.num.9.in fin. vers.& generaliter dicimus, Inquit enim, aut quis petit Præbendam tanquam debitam, & non contrahitur vitium litigiosi, si verò dicit rem suam esse, & de dominio, vel quasi dominio eius agit, vt si quis agat confessoria ad Præbendam, quàm alius tenet, in qua dicit se ius habere, & suam esse,
8 & ideò sibi deberi, & beneficium † efficitur li-
tigiosum, & sic *Innoc.* expresse dicit, quod opus est ad effectum litigiosi, quod iam quis acquisierit titulum, quod colligi videtur ex eo, dum aiunt, si quis agat confessoria, quia
9 ista † actio competit, quando quis petit serui-
tutem, siuè sit realis, siuè personalis, siuè rustica, siuè vrbana, non quæ in obligatione deducta est, sed quæ iam acquisita est *§. æque Instit.de act.l.quid aliud ff.de verb. signif. & l.1. & 2.de seruit.vend.Ias.de act.§.omnium num.59.lib.de act.par.1.lib.2.§.æque num.13.* & hoc dictum sequuta fuit *Rota in causa Romana Cappellaniæ 15. Ianuarij, & 3. Aprilis 1620. coram Reuerendissimo D.meo Decano, & in causa Leodien. Canonicatus 9. Iunij 1621.coram bo:me:Vbaldo) Greg.XV.dec.305. num. 5. vbi allegat Add: ad decis. 3. vt lit. pend. in nou.*

Et optimè dictum Innocentij declarat etiã *Bald.in Auth.litigiosa num.1.vers.dicit Innoc.C. de litigios.* Inquit enim quod nõ ex eo, quod pe-
10 titur sibi beneficium † conferri beneficium
dicitur litigiosum, sed ex quo eo collato fit quæstio, ad quem pertineat, quia quando beneficium petitur conferri, imploratur Iudicis officium, quod est quodammodo actio personalis: & idem dictum Innocentij declarat etiam optimè *Sichard. in l. 1. numer.15. vers.ex quo sequitur C.comm.diuid.* vbi ex eodem Innocentio inquit, quod si Papa mihi conferat hic præbendam in Ecclesia & det mihi rescriptum ad Capitulum, atque ego veniens huc peto mihi conferri hoc beneficium, quia est actio personalis, & lis nedùm est contestata, ideo si isti Capitulares præbendam, quam ego peto alteri conferant, quod ista datio sit valida, quia res, vel præbenda nondum fuit litigiosa. Si ergò ego succumbam, tamen is, cui est data præbenda, firmiter manebit Dominus; si autem nõ agam actione personali, sed reali dicendo collata, est mihi ista præbenda, in qua peto me declarari per vos Dominum, & possessorem, quæ actio est realis, tunc si Capitulares alteri conferrent, hanc præbendam, illa collatio tanquam *rei* litigiosæ facta, ipso iure non teneret, adeoùt licet ego succumbam in petitione tamen ille cui facta est collatio pœnitùs nullum Ius habeat in præbenda, quia per motionem controuersiæ præbenda fuit litigiosa facta.

Nec est curandum, quod Additionator ad
11 *decis.305.num.5.* † teneat contrarium, quia
refert opinionẽ, quam ipse defendit & ex prædictis clare patet, quomodo Doctores loquãtur vnde res videtur extra controuersiam.

Aut agitur de electione, & Innoc. *in dicto cap. cum M. Ferrarien. num.9. in fine de Constit. vers. & generaliter dicimus*, dicit quod sicuti, quando quis petit præbendam tanquam debitam, non contrahitur vitium litigiosi, idem est si petatur confirmatio electionis, sed huic dicto, prouidit Papa per *Text.in cap.1.vt lit.pend. in 6. vt aduertit glos.ibid.in vers.dispendijs*, vbi asserit, quod *Tex.* ille emanauit ad declarationem eorum quæ notauit *Innoc. Bald. in dicta Aut.litigiosa numer 1. C.de litigios.* Inquit enim quod extra dictum *Innoc.* factus est casus *in c. 1. vt lit.pend. in 6.* Et subdit quod est necesse scire in Palatio Apostolico *Archidiac. in cap.1. verbo litigantibus*, vbi inquit, forte causa istarũ Constitutionum fuit, quod *not. Innoc.in cap. cũ M.Fer-*

M. Ferrarien. est dictum ipsiusmet *Innoc. in cap. ex parte num. 6. de Arbit.* vbi dicit, quod quando pendet lis super prima electione non potest deueniri ad secundam, & contra *Innoc. in dicto cap. cum M. Ferrarien.* fuit opinio *Hostien. in cap. ex parte numer. 21. per illum Text. de Arbit.* vbi etiam allegat. *Text. in cap. considerauimus, & in cap. auditis de elect.* & hæc omnia optimè declarat. *Io. And. in d. cap. cum M. Ferrarien. num. 23.* vbi mouet quæstionem, quòd lite pendente post electionem super collatione facienda nō debet auferri possessio parti, quia *Text. in c. ex parte de Arbit.* loquitur in casu quo lis mota non impediuit electionem vltimo factam à Capitulo, sed præcedens electio & subdit super hoc tamen hodie, vt in *cap. 2. vt lit. pend. in 6.*

Quando igitur de electione agitur, sufficit, quod lis sit super ipsa electione, etiam quod
12 non præcesserit alia † collatio, vt in dicto *cap. 1. vt lit. pend. in 6.* quod est diuersum *à capit. 2. eod. tit.* In primo enim nō fuerat sequuta collatio, secus in secūdo, *glos. in dicto cap. 2. in verb. possidens,* quæ dicit quod in casu *text. cap. 1.* electus non erat adeptus beneficium. In casu verò secundi erat adeptus, & *Archid. in dicto c. 1. in princ.* in verbo litigantibus, dicit, quod in casu *cap. 1.* nullus ex litigantibus erat adeptus possessionem; secùs autem in terminis *cap. 2.* quia vnus erat adeptus, & in istis ter-
13 minis loquitur † *Seraph. decis. 990. num. 3. & decisio in causa Romana Capellaniæ 15. Maij 1626. coram bo. me. Buratto.*

Neque est verum, quod hic agitur de præsentatione, cum quis præsentet se ipsum vel alium, & sic videtur procedere *text. in cap. 1. vt lit. pend. in 6.* quod habet etiam locum in præsentatione *Calder. cons. 1. eod. tit. Sarnen. in regula de subrogandis q. 13.* quia respondetur hanc esse optionem respectu ipsius præsentationem verò respectu alterius; Et propterea cum in casu isto non agatur de persona alterius, sed de propria persona, ista est optio non præ-
14 sentatio, cum † nemo possit præsentare se ipsum *cap. per nostras vbi omnes de iurepat.* sicuti
15 non potest quis † sibi ipsi conferre beneficiū *cap. fin. de instit. Goffred. in summ. de iurepat. nu. 17. Hostien. §. in quibus. num. 11. vers. illud omittendum summ. Angelica ver. Iurisp. at. num. 19. Panuin. de potest. cap. Sede vac. par. 2. q. 5. nu. 9. vers. adde quod quis Bertachin. de episc. lib. 1. par. 3. quæst. 24. nu. 38. Specul. de Iurepat. num. 14. Barbat. cons. 33. num. 20. lib. 2. Rocch. in ver. honorificum num. 20. Lambertin. lib. 2. par. 1. quæst. 8 art. 1. & seqq.* & fuit resolutū in causa *Valentina beneficij 16. Maij 1583. coram san. mem. Clem. VIII. quæ est decis. 185. num. 1. p. 2. & in Aquileien. Iurispatronatus 8. Iunij 1587. coram Rubeo, & in causa Papien. Parochialis 13. Maij 1593. coram Orano.* Et quicqnid dicat *decis. in*
16 *causa Regien. Iurispatronat. 15. Ianuarij 1614. coram R. P. D. Pirouano* hoc est tenendum vltra quod loquitur de beneficio simplici secundū opinionem Lambertin. *de Iurepat. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 2. num. 2.* quem sequitur *Peregr. cons. 18. num. lib. 5. Ioseph. Ludou. consil. 42. col. 16. vers. ampliatur*
17 *5.* Et tamen † etiam in beneficio simplici, &

minimo veritas est in contrarium *Io. Andr. in d. cap. per nostras circa fin. ver. Patronatum, Abb. nu. 2. vers. sed quæro de Iurep Lambert. dict. q. 8. art. 2. numer. 2. & fuit resolutum in dicta Aquileien. coram Rubeo.*

Quantum attinet ad secundum membrorum, quod scilicet, aut non negatur titulus, sed petitur aduersarium amoueri propter crimen & quia agitur principaliter de crimine lis non est super titulo, vt dictum est, habet istam fallentiam, vt non procedat quando quis petit aliquem ob crimen priuari, & beneficium ad se spectare, tunc enim dicitur
18 † beneficium litigiosum, *glos. in cap. 2. in ver. finita, vt lit pend. in 6.* & fuit dictum *coram Reuerendiss. D. meo Decano in causa Terdonen. Præpositura 28. Octobris 1601.* & in istis terminis loquitur *decis. Put. 485. lib. 2. in correct. & in decis. 67 eod. lib.* Vbi quod si committatur causa super
19 priuatione, beneficium non est litigiosum nisi committatur etiam super regressu. Et sic ista decis. præsupponit collationem præcedētem, & ita intelligēda est etiam alia decis. *Put.* quia alias malè loqueretur, vt aduertit *Rota in dicta causa Leodien. Canonicatus coram bon. memor. Vbaldo,* & euidentia rei hoc ostendit, quia Religio Hierosolymitana prætendebat ipso Iure Incorporationem beneficij super quo litigabatur, & quicquid dicant *Add. ad decis. prædictā 305. san. mem. Gregor.* ita Rota intelligit *glos. in dicto cap. 2. in verb. finita, & decisionem Put. vt in decisionibus in dicta Romana Capellaniæ, & in dicta Leodien.*

Et ita vtraque &c.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI de Guidaccijs.

Lunæ 21. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Fœmina quando non censeatur à testatore exclusa à vocatione proximiorum de familia; itaut faciat deficere conditionem, si sine filijs.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus, quando euenit casus suæ vocationis, potest agere ad immissionem remedio* l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll,

2 *Fœmina comprehenditur sub vocatione proximiorum de familia.*

3 *Quod procedit etiam quando est nupta extra familiam.*

4 *Fœmina tunc minus videtur à vocatione proximiorum de familia exclusa quando non fuit habita ratio conseruandæ agnationis.*

5 *Et vt hoc habeat locum sufficit testatorem agnationem non expressisse.*

6 *Coniecturæ pro exclusione fœminarum à proximis de familia debent concludere mentem testatoris, & num. 31.*

7 *A verbis testamenti discedere propter subtiles interpretationes valdè periculosum est.*

8 *Nep-*

8 *Neptis non censetur exclusa ex sola coniectura deducta ex exclusione filiarum.*
9 *Testator non præsumitur voluisse excludere fœminas proximiores propter agnatos remotiores.*
10 *Conseruationi agnationis quando testator videatur prospexisse.*
11 Decis. 203. & 217. in rec. par. 2. declaratur & num. 15.
12 *Voluntas determinata testatoris in conseruandis bonis in agnatione quando considerari non possit.*
13 *In testamento quando non legitur expressa ratio conseruandi bona in agnatione non præsumitur testatorem voluisse excludere fœminas.*
14 *Et ad hoc non sufficit quod tacitè colligatur.*
16 *Masculinatis qualitas si adsit in præcedentibus substitutionibus quando censeatur repetita in sequentibus.*
18 Fusar. quæst. 311. num. 2. de substit. declaratur.
19 *Rota non admittit illam coniecturam de repetita qualitate masculinitatis ad remouendas fœminas.*
20 *Testator non præsumitur voluisse excludere fœminas si vsus sit verbis aptis comprehendere masculos & fœminas.*
21 *Remotissimus non debet esse melioris conditionis proximiore.*
22 Decis. in Romana fideicommissi de Iordanis 13. Nouembris 1617. coram Buratto *quando procedat.*
23 *Testator si semel expresserit masculos si sequens sermo regatur ab eodem verbo, præsumitur repetisse qualitatem masculinitatis.*
24 *Personæ & gradus vbi mutantur, non inducitur repetitio masculinitatis.*
25 *Dictio, sin autem, est aduersatiua.*
26 Bald, dictum in l. omnes populi de iust. & iure *limitatur.*
27 *Fœminæ licet assumant nomen familiæ mariti non tamen desinunt esse de familia patris.*
28 *Testamentum quando est factum lingua vernacula tunc attenditur communis vsus loquendi, secus si latina limita num. 29.*
30 *Fœminæ secundum vsum communem loquendi sunt de agnatione mariti.*

DECISIO XLVI.

THomas Guidaccius in suo, sub quo decessit testamento, instituit hæredes Carolum, & Iulium eius filios, & illis decedentibus sinè filijs masculis, substituit Franciscũ ipsius Testatoris fratrem, seu filios masculos d. Francisci, si extiterint; sin autem proximiores, & propinquiores familiæ de Guidacciis; Qui filij Thomæ Testatoris omnes decesserunt, superstite solum Carolo, qui demũ etiam decessit, relicta D. Camilla filia, quam, hæredem instituit. Verùm D. Eques Ioan-
1 nes Guidaccius, putans euenisse † casum suæ vocationis tanquam proximior familiæ Guidacciæ agebat ad immissionẽ remedio *l. fin. C. de Edic. Diu. Adr. toll.* super quo à me hodie dubium propositum fuit, & Domini negatiuè responderunt, scilicet, Equitem Guidaccium non esse immittendum.

Moti fuerunt Domini, quia licet Carolus decesserit sine filiis masculis; attamen cum reliquerit Camillam, & ipsa Camilla, tàm respectu Caroli grauati, quàm Thomæ grauantis sit proximior ipso Equite, certi Iuris est, ipsam præferendam esse, cùm nec vocatio proximiorum excludat fœminam, sed
2 fœmina † compræhendatur sub vocatione proximiorum familiæ, *l. voluntas Patris, C. de fideicom. l. pronunciatio 195. in fin. de verb. signific. Aym. consil. 656. num. 7. lib. 4. Decia. cons. 7. num. 11. lib. 5. Curt. Iun. cons. 49. num. 7. vers. accedit, lib. 1. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glos. 9. num. 203. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 46. & seqq. Rot. coram san. me. Gregor. XV. decis. 293. & 464. num. 12.* quod pro-
3 cedit etiam quando † fœmina est nupta extra familiam, *Odd. cons. 46. num. 39. & seqq. Surd. cons. 140. num. 67. lib. 1. Gabr. cons. 190. num. 3. lib. 1. Adden. ad decis. Gregor. XV. d. decis. 293. nu. 23. Seraph. decis. 1436. num. 2. Rota decis. 587. num. 8. par. 1. & decis. 251. par. 2. recent. & coram Gregorio XV. dicta decis. 464. num. 12.*

Quæ eo certiora sunt in casu nostro, quia non apparet testatorem respexisse ad conseruationem agnationis, quo casu fœmina tan-
4 to minus † excluditur à vocatione proximiorum de familia, sed facilius comprehenditur; licèt enim vocauerit proximiores & propinquiores de familia, nihilominùs non processit vlteriùs, vt bona conseruentur in dicta familia, & propterea satis est, quod sub nomine proximiorum, & propinquiorum veniant etiàm fœminæ, cum si ille admittantur verificetur dispositio testatoris, & sufficit quod vlteriùs non respexit ad agnationem adhoc vt
5 dicta † Camilla non dicatur exclusa, & quod hoc non expresserit, *Dec. cons. 511. num. 6. ante med. lib. 2. Gabr. cons. 97. nu. 18. lib. 1. Alex. consil. 97. num. 12. vers. Nec obstat, lib. 2. Rot. coram Gregor. XV. d. decis. 464. num. 11. & fuit dictum in Montisfalisci fideicommissi Lunæ 5. Iunij 1617. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstant coniecturæ ab informantibus pro Equite pro exclusione dictæ Camillæ põderatæ, quæ adhoc, vt dicta Camila dicatur non comprehensa in dispositione testatoris,
6 debent clare † concludere ipsius testatoris mentem *Alciat. in l. Gallus §. quidam rectè num. 5. ff. de liber. & posthum. Mant. de coniect. lib. 4. tit. 4. numer. 6.* quia, vt inquit, *Bald.* quem sequitur *Dec. cons. 89. num. 1. in fin.* valdè periculosum est
7 à verbis testamenti † propter subtiles interpretationes coniecturales discedere, cum nullum sit maius signum voluntatis, quam illud, quod verba denotant.

Et primò non obstat coniectura desumpta ex eo quod Thomas Testator in primo gradu instituit hæredes eius filios masculos, & exclusit proprias eius filias fœminas, ex quo paritèr videtur voluisse excludere neptes remotiores, & minus dilectas ex latè deductis
8 per informantes pro Equite, † quia ista coniectura per plurimos Doctores reijcitur, & signanter per *Mant. de coniect. lib. 11. tit. 14. n. 14. vers. sed tamen,* & Rota eam nõ amplectitur, *Seraph. decis. 880. num. 2. & 3.* vbi refert idem decisum

cissum in Bononien.de Sancto Petro de anno 1585. & decis.t 216.num.6.Gregor.XV.decis.514. nu.13. Rot.par.4.diuers. decis.485. Ratio siquidem est satis vrgens, Nàm Testator proprias exclusit fœminas propter dotem datam, & fauore filiorum masculorum, quos prædiligebat, quæ ratio cessat in nepte ex filio, quam Testator non dotauit, nec præsumitur voluisse
9 propter remotiores agnatos excludere, vt benè explicat *Cephal.cons.134.n.41. & seq.Honded. cons.57.lib.1.num.63.& seq.*

Non obstat, secunda coniectura, quod Testator videatur prospexisse cõseruationi agna-
10 tionis, † dum in præcedentibus substitutionibus exclusit fœminas, & vocauit masculos, & in ista substituit proximiores de familia, & sic agnatos iuxtà *decis.Carpentoraten.fideicommissi impress.inter recent. par.2. decis. 203. & 217.* Nàm respondetur conclusionem istam esse quidem verissimam, sed non applicari casui
11 nostro; Nàm † supradictæ decisiones loquũtur, vel quando Testator exprese voluerat bona conseruari in agnatione, vel aderat digressus ad plures substitutionum gradus, sed in hoc Testamento nulla fuit expressa mentio conseruandæ agnationis, seù facta aliqua prohibitio alienandi, quia velit Testator bona permanere in agnatione,& familia,nec adsunt aliqua verba denotantia perpetuitatem, seù tractum successiuum in futurum cum tota series substitutionum Testatoris resolueretur si, vel Carolus, & Iulius filij Testatoris, & sic quilibet eorum filios masculos habuisset,quia nec reuixissent substitutiones iuxtà *cons. Oldr. 21.* & per vulgarem erant tantum conceptæ
12 vocationes. † Vndè non potest considerari determinata voluntas Testatoris conseruandi bona in agnatione; Nàm licèt adsit pluralitas personarum, tamen est coarctata ad vnicum tantum gradum, & sic benè applicantur deducta per *Mant.de coniect.vlt.vol.lib.6. tit.15. numer.16.& seqq.* Et propterea cum non legatur expressa in Testamento ratio conseruandi in
13 agnatione, & familia † non est præsumendũ, Testatorem illam voluisse ex iuribus supra allegatis. Nàm esset multiplicare præsumptiones, quod scilicet Testator voluisset conseruare bona in familia, licet hoc non dixerit, & voluisset recedere à conclusione iuris quæ est, vt dixi supra, quod fœmina venit sub vocatione propinquiorum, & proximiorum,
14 & † propterea pro fœminarum exclusione oportet, quod sit expressa ratio perpetuæ cõseruationis familiæ, non autem quod illa tacitè colligatur, *Cephal.cons.401. num. 39.lib. 3. Mantic.loco supracitato tit.15. num.5. in fin.* & in his terminis loquuntur *dicta decis. Carpentoraten.fideicommissi impress.inter recen. par.2.dec.203. 201.& 432.* & iura relata per informantes pro Equite pro contraria opinione, loquuntur quando adsunt coniecturę multum vrgentes, quæ hic non concurrunt.

Non obstat tertia coniectura deducta ex
16 repetita † qualitate masculinitatis in præcedentibus substitutionibus, quæ debet censeri repetita, dùm Testator immediatè eodem orationis contextu substituit proximiorem de familia iuxta tradita per *Fusar. quæst. 311. numer. 22.* quia contrariam opinionem ample-
17 ctuntur † multi relati ab eodem *Fusar.q.366. num.7. & 8.* & latius *quæst.403.num.6.vers.secunda est opinio*,maximè cum dicta Camilla descēdat à Carolo vltimo grauato *Menoch.cons.833.* à qua sententia licet dissentiat *Fusar. d. q. 310. num. 12.& seq.* quando sæpius fuit repetita qualitas masculinitatis, tamen non loquitur, quando substitutio est facta in vnico gradu, sed quando est processum ad successiuum, & gradualem vocationem, & quando Testator expressit voluntatem suam, quod bona con-
18 seruentur in familia, in quibus † terminis loquuntur Doctores supra relati, & propterea contra repetitionem fitmat, *Ceph.cons.134. numer.41.& seq.Surd.cons.448.num.22.& seq. Molin. de primogen.lib.3.c.5.num.25.& in 2.concl.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.14.num.10. & 14.* quin etiam cessante dicta expressa voluntate con-
19 seruandæ agnationis, Rota † nedum admittit istam coniecturam de repetita qualitate masculinitatis, sed illam retorquet, & iure meritò,Nã sicuti Testator in pręcedentibus substitutionibus illã toties, & tàm enixè expresit, si illam in postrema substitutione proximiorum de familia voluisset,vtique illam expres-
20 sisset, nec contentus fuisset, vti illis † verbis generalibus aptis cõprænhendere, tàm masculos, quàm fœminas. *Curt.Iun.dicto cons.49. numer.7.vers.ex præmissis lib.1.Dec.cons.15.numer.1. vers.Nec obstare videtur lib.1.Rota coramGreg.XV. decis.514.num.6. vers. Non obstat, quod in substitutione, & post cons. Farin. decis. 350. num. 6.* & fuit etiam dictum *in Romana de Delphinis, vers. Nec propterea die 1. Decembris 1623.coram bo.me. Remboldo*, vbi quod ista opinio indubitanter procedit, quando potest assignari aliqua ratio probabilis differentiæ quæ hic adest, ne scili-
21 cet dictus Eques remotissimus sit † melioris conditionis Camilla proximiore, & nepte Testatoris grauantis, & filia Caroli grauati, & benè conferunt tradita *in Bononien. de Maluetijs 23.Martij 1609 coram bo. me. Card. Sacrato, & in Bonon. fideicommissi de Cattaneis 14. Aprilis 1625. coram R.P.D.Pirouano.*

Non obstat,quod Rota alias admiserit hanc coniecturam repetitionis masculinitatis, *vt in Romana fideicommissi de Iordanis 13. Nouembris 1617.coram bo:me: Buratto, reassumpta per Addend. ad Gregorium XV. dicta decis.514.num.17.& deci-*
22 *sion.293.num.25.* quia † in his casibus Testator expressè mentionem fecerat perpetuæ conseruationis bonorum in familia, & prohibuerat alienationem bonorum cum ratione expressa, vt perpetuo bona remanerent in domo, agnatione, & familia, & in his terminis loquuntur ferè omnia iura pro hac opinione ab informantibus pro Equite allegata.

Non obstat, quod sub eadem oratione adsit vocatio masculorum in præcedentibus gradibus, & propinquorum familiæ de Guidac-
23 cis, quæ regitur † ab eodem verbo, substituit, quo casu repetitionem masculinitatis considerat *Surd. post alleg. ab ipso cons. 564. numer. 7.*

quia alijs non concurrentibus Rota nõ tenuit istam opinionem in Parmeñ Iurispatronatus coram Reuerendissimo Patriarcha Domino meo Pamphilio die 26. Aprilis 1613. vbi vocabatur antiquior de domo fundatoris,& cõcurrebat eadem contextura orationis, & ta-
24 men tenuit, quod vbi mutantur personæ, & gradus non inducitur repetitio qualitatis masculinitatis, assignãs rationem,quod,cum istæ substitutiones non possint simul, & eodem tempore concurrere, iudicantur diuersæ dispositiones;itaut qualitas adiecta in præcedenti, non censeatur repetita in sequenti.

Nec releuat argumentum desumptum à
25 dictione; sin autem, † quæ estaduersatiua,& repetit præcedentes qualitates, *Rota decis.501. num.2. par.4.diuers.* quia non procedit, quando vtraque oratio est perfecta, sicuti vocatio filiorum masculorũ Francisci, & vocatio proximiorũ de familia sunt duæ vocationes perfectæ, quamuis regantur ab eodẽ verbo, substituit, *Ruin.cons.*176.*num.*8. *lib.*2. sic limitatur
26 dictum † *Bald. in l. omnes populi*, quod allegat supradicta decisio, nec repugnat intellectus, quod vocet testator filios masculos Francisci, si extent, sin autem fœminas proximiores de sua familia.

Non obstat, quod Camilla nupserit extra familiã de Guidaccijs, & quod à cõmuni vsu loquẽdi Florẽtiæ ea vocari debeat de familia mariti, & ita attento communi vsu loquendi, non debet intelligi, quod Testator senserit de filiabus in alia familia nuptis, quia respondetur primo, quod neque Florentiæ, neque Romæ vbi factum fuit testamẽtum licet mu-
27 lieres † assumant nomen familiæ mariti, propterea desinunt esse de agnatione proprij Patris, *Odd.d.cons.*46.*num.*39. *Adden.ad Greg.d.decis.* 293. *num.* 23. vbi cumulat plures decisiones. Secundo respondetur, quod communis vsus loquendi deberet attendi, quando testamentum fuisset lingua vernacula factum,sed cum
28 fuerit lingua † latina conscriptum,verba non recipiunt interpretationem à communi vsu loquendi, *Mantic. qui alios cumulat de coniect.vlt. vol. lib.*3. *tit.*8. *num.*9. & quamuis hoc non vi-
29 deatur procedere, quando idem sensus † resultat in vtraque lingua, vt declarat idem *Mant. vbi sup.* Attamen in hoc casu non probatur, quod quando latinè vocantur proximiores, & propinquiores non intelligatur de
30 fœminis agnatis,etiam quod secũdum vsum loquendi fœminæ censeantur de agnatione mariti, vt supra dictum est, & Rota in tot decisionibus supra ponderatis, & in alijs per informantes adductis non habuit in Italia rationem huius allegati communis vsus loquendi; tertio denique respondetur in hoc casu, cum
31 non adsint † vrgentes coniecturæ cõcludentes Testatorem voluisse conseruare bona in agnatione, vt supra dictũ est, & ex hoc etiam elidi coniecturam, quod ex communi vsu loquendi Testator voluerit excludere fœminas.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI DE MARESCOTTIS.

Luna 21. Febr. 1628.

ARGVMENTVM.

Testator non solum de re hæredis, sed etiam de re in futurum ei debita potest liberè disponere, & hæres præterquam in bonis feudalibus non potest se excusare vt ratione affectionis non teneatur ad illius præstationem. Hæres cũ beneficio leg. & inuent. præseruatur quidem à damno, sed non operatur inuentarium si vires hereditariæ sufficiant, vt in totum non teneatur seruare disposita per testatorem.

SVMMARIVM.

1 *Testator non solum de re hæredis, sed etiam de re ipsi hæredi debita, aut restitutioni subiecta valet prout de re propria disponere.*
2 *Amplia quando res sit relicta coniunctis.*
3 *Hæres quando non teneatur seruare voluntatem defuncti si rem propriam ipsius hæredis alicui reliquerit.*
4 *Hæres non tenetur cedere bona sua feudalia alicui licet super hoc adsit præceptum Testatoris.*
5 *Hæres post aditam hæreditatem non potest euitare præstationem aliquorum bonorum suorum ratione affectionis si Testator ea alicui ligauerit.*
6 *Hæreditas quando est opulenta, beneficium inuentarij nihil prodest hæredi, si in totum potest seruari voluntas defuncti.*
7 *Inuentarij beneficium præseruat à damno,& lucrum non præstat.*
8 *Hæreditas ex quibus opulenta appareat,& n.*10.
9 *In dote constituenda fœminis, quid sit spectandum.*
11 *Legitima filiorum an antè dotes filiarum à patre relicta sit detrahenda.*
12 *Falcidia non potest detrahi ex bonis prohibitis alienari.*
13 *Trebellianica non potest detrahi si iam sit habita ex fructibus bonorum hæreditariorum.*
14 *Hæres stante opulentia hæreditatis in totum tenetur seruare disposita per testatorem.*

DECISIO XLVII.

Antonius Maria, & Bernardinus de Marescottis obtinuerunt ab Auditore generali Bononiæ sententiam ex remedio vtilis saluiani interdicti super immissione in possessionem duorum prædiorum eis à Nicolao Marescotto, iure legati relictorum, deindè verò causa ad Rotam deuoluta, R.P.D. meus Merlinus, cui causa fuit cõmissa, procedendo prout in prima dedit aliam sententiam super dicta immissione ad fauorem dictorum Legatariorum à qua cum per Vincentium fuisset appellatum, & causa in gradu appellationis mihi fuisset commissa, cum clausula, *si quid exequen.* & sub die 24. Nouembris 1627. proposuissem dubium,an dicta sententia D. mei Merlini esset exequenda, Domini restringendo se ad nullitates, quæ contra sententiam deduce-

ducebantur, omisso iustitiæ articulo, cuius
discussionem ad aliud tempus distulerunt, re-
soluerunt dictas nullitates non esse releuan-
tes, ex rationibus in decisione põderatis, post-
modum verò proposito à me sæpius dubio
reseruato super iustitia, nulla vnquam fuit ca-
pta resolutio, sed tandem eo hodie proposito,
Domini dixerunt, Vincentium teneri ad præ-
stationem dd. prædiorum legatorum via
ordinaria cum omnia ad hunc effectum bene
videantur concurrere.

Et primo, quoad legatum, satis de eo appa-
ret ex testamento Nicolai prout etiam inter
partes non cõtrouertebatur, sicut etiam iden-
titas dictorum prædiorum, quorum vnum
nuncupatur, *il Bosco*, alterum, *la Marescotta*.

Quod autem Nicolaus potuerit disponere
de istis prædijs, licet debitis Vincentio ex fi-
deicommisso Agesilai Patris Nicolai, rema-
net etiam euidens, cum Testator nedum de re
1 hæredis, † sed etiam de re ipsi hæredi debita,
aut eidem restitutioni, subiecta, valeat dispo-
nere, vti de re propria, *l. vnum ex familia, §. sed
si vno, vbi Bart. num. 1. & §. si rem de leg. 2. Me-
noch. cons. 89. num. 62. lib. 1. Mant. de coniect. vlt.
vol. lib. 9. tit. 1. num. 21.* & fuit latè dictum *in
Romana de Naris 14. Nouembris* 1594. *coram Pe-
ñia, & in eadem 17. Nouembris* 1625. *coram R.P.
D. meo Durano*. Quod tanto magis procedit,
2 quando, vt in casu isto res hæredis aut † illi
debita, legata est personis coniunctis, *l. prædia
C. de fideicommissis*.

Non obstat, quod Vincentius particulari
affectione prosequeretur prædia de quibus a-
gitur ratione situs, & ratione nominis fami-
3 liæ, & † ideo non teneatur præcisè ad eorum
præstationem, nec in hoc seruare voluntatem
Nicolai testatoris, ad *trad. per Alberic. in l. fin.
§. in computatione num. 20. vers. si autem C. de iur.
deliber. Gabr. cons. 125. n. 12. circa med. vers. ex qui-
bus videtur lib. 1. cum alijs relatis in decis. Domini
mei Merlini 24. Aprilis* 1626. Quia istud proce-
4 deret, † quando ageretur de bonis feudalibus,
idem *Gabr. dicto cons. 125. n. 12. vers. Idcirco lib. 1.
Peregr. de fideicomm. art. 33. num. 13. vers. & est ve-
rior opinio, Rosent. de feud. cap. 9. conclus. 72. num. 14.
præsertim vers. & hac in alijs*. Itaut magis inte-
resset hæredi illam habere, quam bona hære-
ditaria, quorum propterea dimissionem of-
ferret, quæ hic non concurrunt, & nunquam
bonorum hæreditariorum dimissio oblata
fuit, & ideò sub prætextu istius particularis
5 affectionis, Vincentius † post aditam à se hæ-
reditatem Nicolai, licet cum beneficio legis,
& inuentarij, non potest euitare præstationem
dictorum prædiorum legatorum, *Bart. in l. si
tibi §. si fundus ff. de leg. 1. Gabr. concl. 11. num. 2. de
reg. iur. Alberic. in l. 1. num. 5. post medium vers. aut
leg. ut rem alienam C. comm. de leg. Menoch. cons. 89.
num. 49. & seqq.* & fuit latè dictum in *d. Romana
de Naris coram D. meo Durano*, & idem firma-
tum fuit in hac causa 14. *Iunij præteriti coram
D. meo Merlino*.

Non obstat, quod Vincentius adiuerit hæ-
reditatem Nicolai cum beneficio legis, & in-
uentarij, quia cum hæreditas Nicolai esset
6 opulenta, & sufficiens † ad persoluenda dicta
prædia, beneficium inuentarii non potest ei
suffragari, *Pinell. ad l. 1. C. de bonis maternis par. 3.
num. 81. vers. ampliatur 7. Dec. in l. ex qua persona
vers. & dictum est ff. de reg. iur.* Quia inuentarium
nõ operatur, vt hæres propter illud possit ali-
7 quid ex hæreditate lucrari, † sed solum, vt
nullum patiatur damnum, & non teneatur
vltra vires hæreditarias, *l. fin. C. de iur. delib. Mo-
lin. de primog. Hispan. cap. 1. num. 24. Pereg. de fidei-
comm. art. 33. num. 13. Gratian. discept. forens. c. 111.
num. 26. C.ard. Mant. decis. 326. num. 5. Surd. dec. 30.
num. 14.* & ita stante opulentia hæreditatis di-
cta prædia à Nicolao Testatore relicta præsta-
ri debent per Vincentium hæredem, *Crau.
cons. 225. num. 12. Roman. cons. 18. nu. 4. Rota coram
san. mem. Greg. XV. decis. 67. num. 13. & decis. 418.
num. 6.*

Quod autem hæreditas Nicolai sit opulen-
8 ta, apparet ex calculo per Vincentium † co-
ram D. meo Merlino iudicialiter exhibito, &
iterum coram me de ordine Rotæ per peri-
tum extraiudicialiter electum firmato, ex
quo constat dictam hæreditatem deducto
omni ære alieno, remanere creditricem in
lib. 28602. 12. 9.

Non obstat, quod in eodẽ calculo fiat coa-
ceruatio in debito pro lib. 28447. 12. 4. quia
hoc prouenit, quoniam ad debitum Nicolai
ponitur partita lib. 36. mil. occasione prætensi
excessus dotium per Nicolaũ suis sororibus
declaratarum, quã tamen integram partitam
Rota per tres decisiones corã Domino meo
Merlino, & nunc de nouo censuit esse referen-
dam ad debitũ Agesilai Patris, & in *d. dec. 14.*
9 *Iunij* attenta consuetudine Ciuitatis Bononiæ
in constituendis dotibus ad fauorem puellarũ
nobilium, & etiam attento solito eiusdem fa-
miliæ de Marescottis, & inspecta opulentia
hæreditatis Agesilai Patris dotantis, fuit re-
petitum, dotes non fuisse excessiuas? Vnde
facta integra transportatione dictarum lib. 36.
10 mil. ad hæreditatem † Agesilai iuxta prædi-
ctas decisiones, opulentia hæreditatis Nicolai
remanet euidens.

Nec releuat dicere, quod si partita hæc lib.
36. ponatur ad debitum Agesilai diminuatur
in consequens legitima Nicolai, & sic non
procedat calculus. Tum quia adhuc legiti-
11 ma Nicolai ante dotes † filiabus à Patre re-
lictas detrahenda esset, vt firmauit *Rota in fir-
mana legitimæ 16. Febr.* 1618. *coram bo. me. Vbaldo.*
Tùm quia si minueretur legitima, cõsequen-
ter etiam minueretur falcidia, & sic apertè
constat vtroque modo, semper integram re-
manere falcidiam.

Vlterius ex dicto calculo per Vincentium
exhibito debet detrahi alia partita lib. 20672.
per eum prætensa pro falcidia, quia cum præ-
dia de quibus agitur nõ excedant dodrantem,
12 & sint † prohibita alienari, ex illis non debet
detrahi falcidia *Auth. sed & in ea ad l. falcid.* &
vlterius, vt benè firmatur in decis. D. mei
Merlini 14. *Ian.* 1627. Cum legatũ sit purum,
& fideicommissum sit conditionale Vincen-
tius non potest de illo falcidiam detrahere,

sed benè de reliquis bonis restituendis, si quæ adsunt, potest per eum Trebellianica detrahi,
13 vbi † eam non fuerit consequutus ex fructibus, *Crau. cons. 16. num. 1. vers. sed dubitatio maior Craff. §. Trebellianica quæst. vlt.* vbi, quod hæc opinio seruatur in praxi *Bartol. in l. Marcellus §. item Pomponius ff. ad Trebell.* & ita demptis istis partitis ex dicto calculo, benè opulentia hæreditatis Nicolai remanet probata, & benè intrant ponderata per *Crauet. & alios supra-*
14 *citat.* quod stante opulentia † hereditatis, Vincentius teneatur prædia præcisè, de quibus agitur, præstare.

Et ita conclusum vtraque &c.

COLIMBRIEN. PRAESTIMONIORVM.

Lunæ 28. Febr. 1628.

ARGVMENTO.

Non eget.

1 *Admitti ad causam, vt quis possit, sufficit, quod doceat de interesse saltem apparenter.*

DECISIO XLVIII.

CVm D. Franciscus de Melo Marchio de Ferreira occasione litis pendentiæ inter D. Rodericum de Melo de Ferreira, & D. Petrum de Fregeido super validitate dismembrationis fructuum Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ de Nobra Colimbrien. Diocesis, obtinuerit admitti ad causam cum clausula, *Constito de interesse*, proposui dubium, An constaret de interesse dicti D. Marchionis, quo proposito Domini affirmatiuè responderunt.

1 Nam ad effectum, vt quis ad causam † admittatur, sufficit ei saltem apparenter docere de suo interesse, *Felin. in cap. veniens, il 2. n. 13. de testib. Gail. obseruat. 69. num. 4. lib. 1. Put. dec. 166. ad fin. lib. 3. & fuit dictum in Esina bonorum Ven. 6. Februarij 1609. coram bon. mem. Cardinali Marcomontio.*

In casu verò, de quo agitur satis apparenter visum fuit constare de interesse dicti D. Marchionis, tàm ex dicta dismembratione confirmata à Paulo III. cum reseruatione iurispatronatus ad fauorem Marchionum de Ferreira, quàm etiam ex subsequuta effectuatione per præsentationem factam à Marchionibus de Ferreira in personam Ioannis de Bergantia, cui Rota alias dedit mādatum de manutenendo, vt patet *ex decis. 54. san. mem. Greg. XV.*

Et ita conclusum vna tantum &c.

RECANATEN. DOTIS.

Lunæ 28. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Confessio contra confitentem probat.*
2 *Possessio benè comprobatur ex confessione partis, licet qualificata, ex quo fuerit dictum, de possessione iure familiaritatis.*
3 *Possessio ex noua causa censetur mutata absque aliqua animi declaratione.*
4 *Iudex nulliter procedendo quem sua possessione non priuat.*
5 *Possessor non potest sua possessione priuari sine citatione, sine qua Iudex dicitur nulliter processisse.*

DECISIO XLIX.

CEnsuerunt Domini mandatum de manutenendo esse concedendum Dominæ Mariæ Ceccolæ, de cuius possessione constat ex confessione Theobaldi aduersarij, quæ
1 contra † ipsum confitentem optimè probat *l. 1. & tot. tit. C. de Confess.*

Non obstat, quod dictæ confessioni sit adiuncta qualitas (iure familiaritatis), quæ vi-
2 detur aduersari possessioni; Quia † ad effectū manutentionis reijcitur illa qualitas, & remanet probata possessio, *iux. doct. Bart. in l. Aurelius, §. item quæsiit, num. 2. ff. de liberat. legat. Rota decis. 302. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 525. num. 2. part. 2. recent. Gregor. XV. decis. 200. Adden. ibidem num. 5.*

Maximè, quia contra dictam qualitatem adest præsumptio iuris, quæ deducitur ex eo, quia Maria contra debitores mariti obtinuit inhibitionem dotalem vigore sui crediti dotis, per quam præsumitur sibi mutasse causam possidendi iure familiaritatis in causam sui
3 crediti dotis † absq; alia declaratione, *Acchill. decis. 4. in fine de caus. poss. & propriet. Rot. dec. 143. num. 4. part. 2. diuers. & decis. 761. n. 2. & 3. part. 2. recent.*

Neque obstare visa fuit immissio data à Iu-
4 dice de Partibus, ea enim tanquam † nulla non potuit priuare Mariam sua possessione, *ad tex. in l. meminerint, C. vnde vi. Aymon. cons. 18. num. 8. Greg. XV. decis. 9. num. 4. & 5. decis. 46. nu. 5. & decis. 105. num. 22.*

5 Quod autem fuerit nulla patet, quia Maria, quę possidebat non fuit citata prout citari debebat, *l. 1. §. eum ex edicto ff. quæ sent. sine appell. resc. l. de vnoquoque, ff. de re iudicata.*

Et ità conclusum vna tantum parte informante &c.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE CAMBIIS.

Lunæ 20. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta sub conditione, si quis sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, an expiret si hæres decesserit cùm filijs legitimis, & naturalibus licet isti filij postea mortui fuerint non relictis liberis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum relictum sub conditione si sine liberis decesserit expirat decedente hærede cum liberis.*

2 *Coniectura, vt recedatur* à conf. 21. Oldrad. *in transuersalibus debent esse magis vrgentes, quam in descendentibus.*

3 *Filij in conditione positi, quando censeantur vocati.*

4 *In substitutionibus ex vocatione actiua non infertur ad passiuam.*

5 *Fideicommissum vt inducatur cùm sit onus non omnes coniecturæ sufficiunt, sed illæ quæ ex verbis testatoris colliguntur.*

6 *Testator quando progreditur ad plures gradus substitutionum, tunc cessat dispositio* Oldrad. consil. 21.

7 *Limita quando digressus est factus actiuè tantum ex parte substitutorum.*

8 *Quia tunc talis digressus non operatur vt recedatur à regula* d.conf.21.Oldrad.

9 *Secus, quando digressus factus fuit actiuè, & passiuè.*

10 *Clausula*, Vt supra, *est relatiua ad præcedentia cùm omnibus qualitatibus suis.*

11 *Clausula*, Vt supra, *referri non solet ad substantiam, sed ad qualitatem.*

12 *Clausula*, Vt supra, *quando ad personas referri debeat, & num.17.*

14 *Substitutio reciproca non censetur inducta interpositos in conditione.*

15 *Testator ex quibus præsumatur aliquem magis dilexisse.*

16 *Præsumptio maioris affectionis, quid operetur.*

17 *Affectio tanta non potest considerari in alijs bonis, quam in patrimonialibus.*

DECISIO L.

PRior de Cambijs, vt dicebam, dum sub die 26. Februarij 1627. ageretur de portione Petri Galliani condito bipartito testamento decessit, in cuius testamenti prima parte Testator in bonis immobilibus, quæ habebat Florentiæ scripsit hæredem suum Syluestrum de Cambijs eius fratrem germanum, cui substituit filios, & filiorum filios masculos in infinitum, & vltimo morienti sine filijs masculis substituit filios legitimos, & naturales Nicolai Cambij, quibus deficientibus substituit filios masculos Laurentij Cambij, quibus deficientibus sine liberis substituit filios Iacobi, quibus similiter deficientibus, vt supra substituit Hospitale Innocentium Ciuitatis Florentiæ. In secunda verò Testamenti parte deuenit ad aliam institutionem circa bona mobilia, quæ mandauit inuestiri, in quibus pro medietate instituit eumdem Siluestrum fratrem, & pro alia medietate Petrũ Galliani, & casu quo Siluester decederet sine liberis masculis legitimis, & naturalibus, substituit Petrũ si superuixerit, & post eius mortem (vsus fuit Testator his verbis) perueniant ad filios Nicolai, & alios prout supra dispositum fuit. Euenit casus, quo Siluester obijt relicto Petro filio, qui etiã Petrus obijt sine filijs institutis hæredibus Ecclesia, & Hospitale Sancti Ioannis Baptistæ Nationis Florentinæ de Vrbe, contra quam insurrexerunt DD. Petrus Ioannes, & Antonius fratres de Cambijs prætendentes se vigore dictarum substitutionum esse vocatos ad portionem dicti Siluestri. Itaque proposito à me dubio, an dicti Antonius, & Petrus Ioannes essent vocati ad dictam portionem Siluestri, Domini negatiuè responderunt.

Et ratio Dominorum fuit, quia cum substitutio facta à Testatore in portione Siluestri ad fauorem Nicolai, & aliorum sit sub hac conditione, nempè casu quo ipse Siluester decederet sine filijs masculis legitimis, & na-
1 turalibus, & decesserit cum Petro vnico † filio masculo legitimo, & naturali, substitutiones ex defectu dictæ conditionis expirarunt, *iuxta conf.Oldr.21.de quo latè Fusar.de subst.q.480. num.1. & seq.*

Non obstant coniecturæ per informantes pro dictis fratribus deductæ ad hoc, vt recedatur à dicta regula, *& conf. Oldr.* Quæ coniecturæ, cum simus in transuersalibus debent
2 esse magis vrgentes, quam in † descendentibus, in quibus leuiores sufficiunt, *Ceph. consil. 447.num.14.& conf.482.num.16. Crass. de success. §. fideicommissum quæst.14.num.7. Adden. ad Greg. XV.decis.315.sub num.16.vers.Extra verò descendentes. Rota decis.538.num.7.par.2. recen. & fuit dictum in Bonon. fideicom.11.Nouemb.1623. coram R.P.D.meo Merlino.*

Et primò non obstat, quod in casu de quo agitur sit recedendum *à d.conf.Oldr.* ex quo fi-
3 lij † in cõditione positi censeantur in hoc casu vocati, quia in alia parte testamenti sunt expresse vocati, & sunt positi in conditione sub nomine collectiuo, & cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis iuxta tradita per Doctores quos cumulat, & sequitur *Crauet. conf.584.num.6.lib.4.*& ideò cum Testator substituit, vt supra resultat coniectura, quod voluerit substituere eodem modo, quo supra. Respondetur enim quod substitutio est facta Siluestro si sine filijs decederet vnde dato, quod ex prædictis filijs eius censeantur vocati non ideò sequitur, quod censeantur grauati,
4 quia non benè infertur † de vocatione actiua ad passiuam, *Paris.conf.31.num.28.lib.2.Dectan.* qui alios cumulat *resp.26.num.45.lib.2. Cephal. conf.514.num.23.Odd.conf.66.num.97.&* 106. *Rota decis.486. num.22. par.1. recen.* & fuit dictum in *Romana hæreditatis de Fossanis* 12. *Febr.* 1588. *Coram bon. me. Gipsio.* Et meritò quidem quia nec ex quo substituit vt supra dicendum est voluisse grauare filios Siluestri, cum satis sit, quod voluerit grauare Siluestrũ in euentum quod sine filijs decederet, & in hoc casu benè potest verificari substitutio, & ideò non debet extendi ad alium casum, cum ad inducen-
5 dum fideicommissum † quod est onus non omnes coniecturæ sufficiant, sed illę, quæ ex verbis à Testatote prolatis colliguntur, *Paris.conf.14.num.12.lib.3.* cum alijs supra relatis. Quæ coniecturæ & verba hic non concurrunt.

6 Non obstat, quod Testator fuerit progressus ad plures gradus substitutionum, & ideò videatur cessare dicta oppositio † *Oldr. vt per Menoch. cons. 348. num. 13. vol. 4.* quia vt ipsemet declarat *num. 19. & seq.* Si iste degressus est fa-
7 ctus tantummodo actiuè, † hoc est ex parte substitutorũ, prout in casu isto, quia in euentum in quem esset factus locus substitutioni Petri si Siluester obijsset sine filijs, illi substituit, vt supra filios Nicolai, iste digressus non
8 operatur, quod recedatur † à præfato *cons. Old.* Nam intelligitur factus in casu præmisso, scilicet quatenus Siluester obijsset sine filijs, vt censuit etiam *Alex. cons. 139. num. 3. & 4. lib. 6.* & dixit *Rota in Causa Tudertina fideicommissi 13. Aprilis* 1587. *coram Gipsio, & in Bononien. fideicommissi de Gratiolis 31. Maij 1606. coram Reue-*
9 *rendissimo D. meo Decano*, licet secus † esset si digressus fuisset factus actiuè, & passiuè, vt ipsemet *Menoch.* benè declarat.

Nõ obstat, quod testator tam in bonis Florentiæ, quam in portione Petri Galliani expressè vocauerit filios nedùm dicti Siluestri, sed etiam ijs deficientibus filios Nicolai, & illis deficientibus filios Laurentij, & aliorum &c. quæ substitutiones debent censeri repetitæ in secunda substitutione facta Siluestro de
10 alijs bonis vigore clausulæ, † vt supra, quæ est relatiua ad præcedẽtia cum omnibus qualitatibus suis, *Bart. in l. 1. §. hoc edicto in fine de postulan. Ruin. cons. 18. num. 12. vol. 2. Aym. cons. 88. num. 3.* Quia obseruarunt Domini dictam relationem non fuisse simpliciter, & absolutè factam, sed subordinando illos, qui deberent actiuè succedere Siluestro, & capere bona casu quo Siluester decederet sine liberis, non autem determinando personas, quibus esset succedendum, & ideò relatio intelligi debet, vt succedant filij Nicolai, & alij prout supra videlicet ordine, quo supra sunt actiuè vocati cum dicta relatio non sit facta ad conditiones, quæ sunt de substantia substitutionum, vt per *Mandel. Alb. cons. 171. num. 5.* Sed ad qualita-
11 tem cũ testator vsus sit dictione, † *prout*, quæ referri non solet ad substantiam, sed ad qualitatem, *Surd. cons. 335. num. 30.*

Quod etiam confirmatur, quia testator relationem fecit immediatè post verba personas respicientia ibi, *filios Nicolai, & alios prout supra*, vnde referri debet ad personas, non autem ad modũ succedendi tanquam si enumerasset post filios Nicolai, filios Laurentij, filios Iacobi, & Hospitale Innocentium cum sint illi alij supra in parte actiua nominati; &
12 ideò dicta clausula, † *vt supra*, ad personas referri debet non autem ad modum succedendi datum tàm in bonis Florentiæ, quàm in portione Petri Galliani, cui substitutus erat Sil-
13 uester, quia cessat † relatio ex contraria testatoris voluntate, *Crau. cons. 70. num. 9. Rimin. iun. cons. 606. num. 24. Menoch. cons. 115. num. 14. Rota in rec. dec. 530. sub n. 10. par. 1.* Maximè cum adsit ratio diuersa inter istos casus tam ex verbis testamenti, quam etiam ex verisimili mente testatoris. In verbis quia in bonis Florentiæ filij Siluestri non fuerunt positi in conditione, sed expressè vocati, & vltimo deficienti sine liberis fuerunt substituti filij Nicolai iisque deficientibus filij Laurentij, in alijs verò bonis scilicet in istis, de quibus agitur, filij Siluestri non fuerunt expressè vocati, sed solum positi in conditione. Vndè inter ipsos non
14 potest censeri inducta † reciproca substitutio, *Ceph. dicto cons. 514. num. 23.* cum alijs supra allegatis. Ex verisimili mente testatoris
15 quia † testator præsumitur magis dilexisse filios fratris carnalis, quos etiam substituerat in bonis Florentiæ, quàm filios Galliani eius
16 ex sorore nepotis ex qua † etiã præsumptione maioris affectionis dicta clausula in fine posita non refertur ad omnia *Bart. cons. 54. sub num. 4. vers. & eos quos magis dilexit.* Quibus addi potest quod prima institutio, & substitutio continet bona mobilia existentia in districtu Florentino, & sic in patria Testatoris; secunda verò institutio continet pecunias, quas voluit inuestiri in statu Ecclesiastico, vel in dominio Venetiarum, & in Comitatu Venaisi-
17 no, & sic in istis bonis † non potest considerari tanta affectio, quanta in bonis patrimonialibus.

Et ita vtraque &c.

PERVSINA EMPHYTEVSIS.

Lunæ 20. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Pronepotes quando non dicantur compræhensi in emphyteusi Ecclesiastica etiã si adsit pronomen ipsorum, & verba ad tertiam generationem completam, & finitam.

SVMMARIVM.

1 *Pronomen, Ipsorum appositum in concessione ad tertiam generationem operatur, quod non sit habenda ratio primi acquirentis ad constituendam primam generationem, & num. 7.*

2 *Acquirens emphyteusim non computatur in generationum enumeratione quando adsunt verba tertiam generationem completam & finitam, & sic pronepotes comprehenduntur.*

3 *Emphyteusis Ecclesiastica non potest concedi nisi tribus personis, & ab illa pronepotes excluduntur.*

4 *Emphyteusis est strictè intelligenda.*

5 *Pronepotes si in concessione non fuerint nominati, censentur exclusi.*

6 *Nepotes quod fuerint tantum comprehensi in inuestitura ex quibus verbis declaretur.*

8 *Pronepotes non veniunt in inuestitura, quando fuit dictum expresse acquirentes comprehendi in prima generatione.*

DECISIO LI.

RECTOR Ecclesiæ Sanctæ Crucis Ciuitatis Perusinæ quandam domum, & Apothecam dictæ Ecclesiæ anno 1506. concessit in Emphyteusim Petro Philippo de Crescimbenis stipulanti, & recipienti pro se, & Fran-

& Francisco eius filio, & eorum cuiuslibet filiis, & nepotibus vtriusque sexus de vno in alterum reuertēn per directam lineam descēdeñ vsque in eorum, & cuiuslibet ipsorum tertiam generationem completam, & finitam ipsis Petrophilippo, & Francesco comprahensis in prima generatione.

Franciscus alter ex inuestitis obijt sine prole, Petrus Philippus verò habuit Crescimbenum filium, ex quo orta fuit felix, per cuius obitum cum filijs dubitaui, an esset finita tertia generatio, itâ vt dicti eius filij non essent comprahensi in dicta emphyteusi.

Pro comprahensione filiorum dictę felicis faciebat, quia quamuis essent pronepotes Petriphilippi primi acquirentis, attamen videbantur etiam comprahensi in concessione

1 Emphyteusis. Tum propter pronomen † ipsorum, quod operatur non esse habendam rationem primi acquirentis ad constituendam primam generationem, sed eam à filiis incipiendam *iux. veriorem opinionem, quam seruat Rota, vt apud Seraph. decis. 1362. num. 1. & apud san: mem: Greg. XV. decis. 522. num. 1.* vbi plures cumulantur *per Adden. nu. 20. & per Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 25. num. 16.* Tùm etiam vi-

2 gore verborum, ibi † tertiam generationem completam, & finitam; Nàm, & quando adijciuntur verba huiusmodi, acquirens emphyteusim in generationum enummeratione non computatur, & sic pronepotes intelliguntur comprahensi. *Gabr. concl. 4. num. 5. de Iure emphyt lib. 4. Mantic. de tacit. loc. cit. num. 21. & 24.* vbi quam plures decisiones recensentur in quibus Rota hac opinionem amplexa est.

Quibus tamen non obstantibus Domini resoluerunt tertiam generationem per obitum felicis esse finitam, ea moti ratione.

Primò quia sumus in emphyteusi Ecclesia-

3 stica, quæ † non potest concedi nisi tribus personis, & à qua excluduntur pronepotes. *§. emphyteus. Auth. de alienat. & emphyt.*

Secundò Quia ex verbis dictæ inuestituræ apparet, quod concessio explicitè fuit facta solum Petrophilippo, & Francisco eorumque filijs, & nepotibus, & sic non debet extendi ad pronepotes maximè cū emphyteusis

4 sit † strictè intelligenda *l. quicquid adstringendæ ff. de verb. oblig.* Quinimò ex quo dicti pronepotes non fuerunt habiti in consideratione,

5 nec nominati † in concessione, censentur exclusi *Ceph. cons. 582. num. 1. Castrens. cons. 338. n. 2. & seq. lib. 2.*

Quæ omnia tanto magis procedere visa fuerunt ex verbis subsequentibus, ibi, (mihi notario recipienti pro Petrophilippo, & Francisco, & pro filijs, & nepotibus ipsorum Petriphilippi, & Francisci) ex quibus verbis apparet, restrictionem fuisse factam ad nepotes Petriphilippi, & Francisci, & sic ad nepotes duorum primorum acquirentium, vn-

6 de oritur declaratio, quod ipsorum † nepotes tantùm comprahendantur. *Sim. de Prat. cons. 2. num. 19. Honded. cons. 32. num. 41. lib. 2.*

Vndè non obstant prædicta verba prius ponderata, vsque ad ipsorum, & cuiuslibet ipsorum tertiam generationem completam, quo casu pronepotes venirent, maximè in-

7 spectò dicto pronomine † ipsorum ex *Seraph. d. decis. 1362. cum alijs supra allegatis*, Quia ista benè procederent si emphyteusis fuisset concessa simpliciter ad tertiam generationem finitam, & completam, sed cum in casu nostro expressè fuerit dictum, quod Petrusphilippus, & Franciscus comprahendantur in prima generatione, & fuerit solum facta mē-

8 tio filiorum, & nepotum ipsorum, † pronepotes non veniunt. *Castrens. d. cons. 338. num. 2. Ceph loc. cit. num. 6. & 14.* & itâ verba supradicta ad tertiam generationem &c. stant demōstratiuè, quod nepotes constituant tertiam generationem, & verba distributiua, (& cuiuslibet ipsorum) non ampliant, sed declarant, vt cum fuisset dictum de filiis, & nepotibus intelligeretur de filus, & nepotibus non solum Petriphilippi, sed etiam Francisci, & cuiuslibet ipsorum, vt hoc, etiam melius declarant verba subsequentia, ibi, & Notario recipienti pro Francisco, & filijs, & nepotibus ipsorum Petriphilippi, & Francisci.

Et itâ vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI de Volta.

Veneris 24. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Remissoria quibus concurrentibus nullo modo denegari possit, & quando concedenda sit sine retardatione expeditionis causæ dependentis.

SVMMARIVM.

1 *Articuli, quando sunt releuantes, & causa est prophana conceditur remissoria, & sufficit releuantia vnius articuli.*

2 *Minor, quando est læsus ei conceditur restitutio in integrum.*

3 *Remissoria non potest denegari, quando materia articulata est releuans.*

4 *Remissoria concessa, quando non possit impedire expeditionem causæ.*

5 *Remissoria, quando nihil habet commune cùm causa principali non potest impedire causæ expeditionem.*

6 *Rota non solet multiplicare in sententijs, quando articuli sunt connexi, secus si connexio non adsit.*

DECISIO LII.

BARTHOLOMEVS Senior de Volta in suo sub quo decessit testamento, scripsit hæredem suum vniuersalem Antonium eius filium, & casu quo sine filijs decederet ei substituit Cornelium alterum filium. Vndè cum per obitum præfati Antonij sine liberis bona ad Cornelium peruenissent per viam restitu-

tio-

tionis factæ ab Alexandra Tutrici Isottæ, & Antoniæ filiarum prædicti Antonij, idem Cornelius obiit relicto Bartholomeo Iuniore; qui in minori ætate pariter decessit relicto vsufructu dictorum bonorum Portiæ, & relicta proprietate Comitissę Vrsinę Matris Comitis Antonij de Campeggis contra quem fuerunt latæ duæ sententiæ conformes pro eius exclusione super fideicommisso Barthomei senioris, & cum Domini Zambeccarij Instarent pro Tertia sententia Idem Comes Antonius cæpit prætendere dicta bona à Dominis Zambeccarijs possessa ad se pertinere vigore cessionis ei factę à dicta Comitissa Vrsina eius matre, & petijt remissoriam ad probandum contenta in articulis ab eo productis. Vnde proposito à me dubio an remissoria esset danda, & cum retardatione processus alterius causæ, vel sine. Quoad primam partem dubij Domini resoluerunt remisso-
1 riam esse concedendam cum articuli† sint releuantes, & simus in causa profana, quo casu sufficit vnus articulus releuans, & passim remissoria datur absque fumo. *Rota coram Gregorio XV decis. 124. num. 1. & sequen. & dec. 677. num. 1. par. 1. recen.*

Releuantia siquidem articulorum probatur, quia prætenditur probari læsio in dimidia in datione in solutum dd. bonorum facta
2 Portiæ pro eius dote, & quod dicta † datio Insolutum sit nulla, & sic cōpetat minori restitutio *iuxta tex. in l. minoribus ff. de minorib. Odd. de rest. in integr. par. 1. quæst. 4. art. 12. nu. 105.* Vnde negari non potest, quin articuli isti contineant in se ipsis aliquam releuantiam, cuius
3 respectu non potest denegari† remissoria, maximè cum causa sit prophana *Rot. dicta dec. 677 par. 1. recen. cum alijs supra allegatis.*

Quo verò ad secundam partem dubij, an dicta remissoria sit concedenda cum retardatione expeditionis, vel sine Domini dixerunt eam esse concedendam sine retardatione expeditionis alterius causæ, quia continentia dictorum articulorum nihil habet commune cum causa, cuius petitur expeditio super fideicommisso Bartholomei Senioris de Volta in qua DD. Zambeccarij iam obtinuerunt duas sentētias conformes pro exclusione vocationis Com: Antonij, cum articuli super quibus petitur remissoria comprehendant so-
4 lum † ius, quod prætendit d. Com: Antonius ex testamento Bartholomei Iunioris, & vigore dictæ cessionis ei factæ à Comitissa Vrsina eius Matre, itaque cum dicti articuli nō respiciant litem præfatam, an Co: Antonius sit ex dicto fideicommisso vocatus, vel ne sed an dicta bona ei debeantur iure hæreditario Bartholomei Iunioris, cui successit D. Vrsina, quæ fecit cessionem Comiti Campeg-
5 gio eius filio non possunt † impedire vlteriorem dictæ litis expeditionem *Couar. pract. c. 14. num. 4. vers. nos vero Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 237. num. 3. & fuit dictum in Bonon. seruitutis 13. Martij 1619. coram R. P. D. meo Pirouano.*

6 Non obstat, quod Rota † non soleat multiplicare in sententijs, quia procedit, quando articuli sunt connexi, itaut vnius terminatio pariat exceptionem rei Iudicatæ in alio *Lancell. de attent. cap. 4. limit. 2. num. 88. Capice. decis. 123. in fin. Rota decis. 427. num. 3. par. 2. recen.* in casu autem isto res iudicata super vocatione Antonij ex fideicommisso Bartholomei Senioris non pareret exceptionem ex testamento Bartholomei Iunioris.

Et ita conclusum vtraque.

BONONIEN. LEGATI DE Marescottis.

Veneris 24. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Remissoria data releuantia etiam vnius articuli quoad omnes conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur, quando articuli sunt releuantes.*
2 *Et sufficit vnum esse releuantem vt concedatur super omnibus.*
3 *Amplia, quando materia est prophana cum eo casu etiam sine fumo remissoria concedatur.*
4 *Hæres non tenetur ad præcisam præstationem prædiorum lagatorum per testatorem, quando hæreditas non est opulenta.*
5 *Remissoria non solet denegari, quando articuli nuper dati aliquid noui continent.*

DECISIO LIII.

DIXERVNT Domini dandam esse remissoriam Domino Vincentio Mare-
1 scotti quia† articuli per eum exhibiti sunt releuantes *Rot. decis. 661. nu. 1. & decis. 134. par. 2. recen. & coram Greg. XV decis. 191. num. 1.* Et adhoc vt concedatur super omnibus sufficit
2 vnum tantum adesse articulum † releuantem *Mant. decis. 312. num. 2. & Rota dicta decis. 661. n. 4. par. 2. recen. & coram Gregorio XV decis. 124. n. 3. & decis. 403. unum. 3. & fuit dictum in Lucana bonorum Mercurij 16. Ianuarij 1613. coram Illustrissimo Cardinali Canalerio.*
3 Maximè cum causa sit † prophana, quo casu remissoria etiam sine fumo concedi solet *Caputaq. decis. 68. num. 1. par. 3. Rot. coram Gregorio XV. decis. 124. num. 1. & dicta decis. 403. n. 3. & decis. 562. num. 3.*

Releuantia siquidem plurium articulorum patet, quia quartus quintus & sextus tendunt ad probañ hæreditatem Agesilai non esse opulentam quo casu Vincentius non tenere-
4 tur ad præcisam præstationem † prædiorum legatorum *iuxta tradita per Gabr. conf. 125. n. 11. lib. 1.*

Non obstat, quod articuli prædicti tendant ad probañ id, quod alias per Vincentium fuit probatum, & quod continetur in calculo per eum exhibito, quia vltra quod dictus Calculus fuit exaduerso impugnatus, & alter diuer-

sus

fus fuit factus, adeo, vt stante hac diuersitate calculorum ad eum firmandum non possit denegari remissoria Tamen cum articuli nu-
5 per dati aliquid † noui contineant, non potest pro eis denegari remissoria *Abb. in c. fraternitatis num. 8. post med. de test. Rot. decis. 677. n. 5 vers. & minus facit par. 1. recent. Mant. decis. 374. nu. 5.* & fuit dictum in foro semproniens Emphyteusis 29. *Decembris* 1627. *coram R. P. D. Vbaldo.*

Et ita conclusum vtraque &c.

ROMANA AFFICTVS CASALIS.

Luna 3. Aprilis 1628.

ARGVMENTVM,

Pactum appositum in locatione facta de Casali ac Praecodio, quod in fine affictus debeant restitui tot capita animalium, quot fuerunt consignata in tantum, quod in euentum deficientiae debeat conductor suis expensis numerum reintegrare an censeatur vsuratium, & cadat sub censura Constitutionis fel: rec: Sixti Papae V. super fructibus animalium ad Caput saluum in nou. bull. constit. 45. tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Nec retardatur exceptione vsurariae prauitatis nisi ea sit euidens, & notoria.*
3 *Vsura datur in mutuo vero vel palliato.*
4 *Locatio potest consistere in animalibus.*
5 *Etiam cum promissione restituendi Casale cum tot animalibus eiusdem bonitatis, & aetatis cum adhuc contractus dicatur iustus, si non probetur excessus in mercede.*
6 *Conductor bonus ad instar Patris familias tenetur supplere ex foetibus nascentibus numerum animalium demortuorum, & num. 13.*
7 *Pensio vnica pro praecodio, & Casali demostrat simul fuisse locata, & non seorsim singula capita animalium.*
8 *Dictiones Et, &, Cum copulant accessoria, & ostendunt vnicam locationem vtriusque corporis supra enunciati etiam si postea esset facta distributio pretiorum in singula membra.*
9 *Contractus vnicus reputatur, quando talis probabiliter fuit mens contrahentium.*
10 *In locatione vnica plurium corporum damnum, quod conductor patitur in vno corpore debet resarciri ex altero adeout vna pars compensetur per aliam.*
11 *Conductor potest in se suscipere periculum casus fortuiti.*
12 *Solutio facta creditori creditoris sui dicitur facta ad euitandum inutilem circuitum, & pro maiori commoditate sui creditoris.*
14 *Promissio in defectum deficientiae tot animalium emendi illa proprijs sumptibus facta per conductorem reducitur ad bonum sensum scilicet si conductor omiserit debitam subrogationem ex foetibus nascentibus tempore locationis.*

DECISIO LIV.

D. Ioseph Pignatellus locauit de an. 1621. Casale nuncupatum Ciccanibbio, ac Praecodium simul D. Francisco Zephiro ad nouennium pro annua responsione scut. 1880 quā dictus D. Zephirius sub obligatione Camerali soluere, & demùm finita locatione. Vtrumque in haec verba restituere promisit ultimum, *che il Signor Conduttore sia obligato come promette restituir liberamente senza alcuna eccettione nel modo & stato, che gl'è stato consegnato, e tanto numero di Vacche Vitelle, & altri bestiami respettiuamente quanti li sono stati consegnati della medema, età, qualità, e numero, e nel modo, e forma, che gli sono stati consegnati, e specificati nell' Inuentario, e non essendoui l'intiera quantità debba comprarli il detto Signor Conduttore à sue spese, & consignarli al detto Signor locatore*, quod pactum cum D. Zephirus praetenderet fuisse vsuratū, & cadere sub censura Constitutionis foel: rec: Sixti Papae V. super fructibus animalium ad caput saluum in nou. Bullar. rom. 2. const. 45. & propterea recusaret soluere D. Pignatello certos affictus pro rata animalium vt ipse afferebat demortuorum. Dubitaui An mandatum esset relaxandum pro affictibus decursis, & non solutis, & pro qua summa; & DD. vnanimes resoluerunt esse relaxan̄ pro tota summa decursa, & non soluta.

Moti fuerunt Domini, quia D. Zephirus
1 est obligatus in forma Camerae, quae † habet exequutionem paratam *Gallef. de oblig. Cam. par. 1. quaest. 2. num. 12. Cassad. decis. 1. de mut. pet. Put. decis. 57. circ. fin. lib. 3. Rota decis. 490. num. 1. & 540. num. 10. par. 2. recen.* neque retardatur exceptione vsurariae prauitatis nisi ea sit euidens, & notoria *c. Debitores vbi notat. de iure Iuran. Rot. decis. 490. num. 1. & 540. num. 10. par. 2. recen.*

In casu autem proposito pactum illud, vt supra concessum visū fuit Dominis immune à labe vsurariae prauitatis non enim versamur
3 in mutuo vero; vel palliato in quo † datur vsura *Nauar. de vsur. notab. 1. num. 1. & 4.* neque in contractu societatis, de quo loquitur Bul-
4 la Sixti, sed in locatione quae † potest etiam consistere in animalibus *Conrad. de contract. quaest. 89. concl. 1. Rota in Romana vsuraria prauitatis 4. Iuly 1597. coram bon. mem. Peregrin. apud Zacch. de oblig. Camer. decis. 126.* & etiam cum promissione, & obligatione restituen̄ Casale cum totidem animalibus eiusdem bonitatis,
5 & aetatis, quo casu contractus † est bonus, & Iustus si non probetur excessus in mercede conuenta *Molin.* qui hunc contractū approbat tanquam Reipub. vtilissimum *disp. 417. concl. 3. num. 10. & disput. 503. num. 2. Vinc. Filiuc. in suis qq. moral. tract. 36. tit. de contract. oneros. cap. 5. de pact. interlocat. & conduct. quaest. 4. num. 82. & 83.* quibus supposita Iustitia affictus adhaerent etiam *Azor. inst. moral. lib. 8. cap. 18. quaest. 3. Lopez lib. 2. de contract. cap. 54. de locat. omnium reficien. fol. mihi 196.*

Et praefata obligatio restituen. totidem capita animalium plurimum etiam congruit de-

6 debito boni conductoris, qui † ad instar vsufructuarij, & diligentis patris familias ex fœtibus enascentibus supplet numerum animalium demortuorum *l. vetus & l. quid ergo de vsufr. Bart. in l. fin. num. 3. fol. matr. & agnouit Rota in dicta Romana vsuraria pravitatis coram Peregrino*.

Non obstat taxatio affictus ad rationem 19 Iuliorum pro vacca, vnde Zephirus conabatur inferre hoc casu non fuisse locatum Casale; & Præcodium simul, sed seorsim singula capita vaccarum perindeq; ex vaccis demortuis medio tempore nullam percipi potuisse pensionem.

Difficultas enim cessare visa fuit, Tùm ex 7 lectura Instrumenti vbi ab initio vnica† constituta fuit pensio pro vtroque sc. 1180. *l. cum eiusdem, & l. si plura ff. de Edilit. edict. Mantic. lib. 2. tom. 3. num. 12. Rot. decis. 709. num. 3. par. 1. diuer.* deindè in toto cōtextu Instrumēti & Capitulorum semper copulatiuè enunciantur *il* 8 *Casale, † e Precoio*, & rursus *il Precoio di Vacche rosse con il detto Casale*, quæ dictiones copulant accessoriè, & ostendunt vnicam fuisse celebratam locationem vtriusque etiam si posteà esset facta distributio prætiorum in singula membra *Rot. dicta decis. 709. num. 3*.

Tùm etiam ex verisimili mente partium cum affictus solius armenti non fuisset tanti profuturus conductoribus quanti Insimul cū Casali propter vbertatem pascuorum, & cōmoditatem Instrumētorum ingentis structuræ existentium in Casali ad vsum Præcodij, qua stante probabili mente contrahentium 9 contractus † vnicus teputatur quamuis prætia sint distincta. *l. cum eiusdem §. Interdum de adilit. edict. Dec. conf. 421. num. 4. vers. sed considerando Tiraq. de retr. lignag. §. 23. glos. 1. nu. 25. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 3. num. 12. Rot. alleg. decis. 709. num. 3. par. 1. diuer.*

Ex quibus remouetur difficultas excitata ex prætensa morte animalium, quia non eam ob causam est reducenda pensio pro rata vaccarum demortuarū, nàm damnum qualecumque, vel ex dicta morte, vel alijs casibus fortuitis contigerit conductori poterit resarcire ex fructibus animalium superstitum, & Casalis, adeò vt vna pars compensetur per 10 aliam prout fieri debet † in locatione vnica plurium corporum *iuxtà Textum in l. mentus §. fin. ff. fam. erisc. l. 1. C. comm. diuid. Oded. cons. 217. num. 13. & 14. & decis. 155. num. 3. & 6. Rot. in dicta decis. Pereg. nu. 12.* neque est dubium con-11 ductorem † posse in se suscipere periculum casus fortuiti *l. si quis in fundum in princ. ff. ff. locat. l. 1. vbi Ias. nu. 92. C. de Iur. Emphyt. Dec. cons. 94. num. 29. lib. 1.*

Neque ad inducendam separationem locationis Casalis à locatione præcodij visæ fuerunt DD. suffragari solutiones factæ à Zephiris de scutis 380. annuis ipsi Pignatello ad computum Vaccarum, & de scut. 1500. solutis Hospitali Sancti Spiritus ad computum Casalis, quia cum Pignatellus conduxerit ab Hospitali Casale, vt illud vnà cum proprio Præcodio locaret Zephiris solutiones scut. 1500. per Zephiros Hospitali factæ sunt ad 12 euitan. inutilem † circuitum, & pro maiori commoditate ipsius Pignatelli, qui breuī manu consequebatur liberationem à debito quo astringebatur ergà Hospitale per solutionem D. Zephiri sui Debitoris. *l. si liber homo de neg. gest. Surd. consil. 436. numer. 7.* nec ideo tollitur quin locatio fuerit vnica ex supra deductis.

Non obstat specialis promissio subrogandi ex fœtibus octo vitulos loco vaccarum, quas vulgo appellant Cacciatore, quia ex hoc non excluditur necessitas faciendi subrogationem ex fetibus etiam in locum vaccarum demortuarum, quod fuit in specie virtualitèr promissum per promissionem Zephiri *de seruirse ne ad vso di buon conduttore, & Padre di fa-* 13 *milia*, cuius † muneri Incumbit subrogare ex fœtibus nascentibus ad supplendum numerum capitum demortuorum *§. sed si gregis in fin. Inst. de rer. diuis. l. quid ergò de vsufruct. Castil. de vsufr. cap. 27. num. 5. & 13.*

Atquè hinc etiam remouetur scrupulus ex obligatione Zephiri in casu quo in fine affictus non adsint, tot animalia emendi illa pro-14 prijs sumptibus, vt enim hæc promissio † reducatur ad bonum sensum, & vitio carentem Intelligi debet quatenus is, omiserit debitam subrogationem ex fœtibus *glos. in dicto §. sed si magis verb. ex fœtu de rer. diuis.* & ideò huiusmodi pactum conductoris emendi de suo animalia deficientia in armento, vt & restituantur Integraliter locatori approbatur per *Molin. dicta disput. 4. 503. n. 2. & Filiuc. d. tract. 36. quæst. moral. num. 82.*

Et benè etiam tollitur difficultas ex supra data responsione ad alia obiecta, ex quo Iustitia huius contractus debet tota insimul considerari ex proportione mercedis, & fructibus vtriusque Casalis & Præcodij &c.

Et ità vtraque parte &c.

ROMANA ELECTIONIS Puellarum.

Veneris 7. Aprilis 1628.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo dandum est possessori.*
2 *Incorporalium quasi possessio per vnicum actum acquiritur.*
3 *In summarijssimo possessorio manutentionis nudum factum attenditur non iustitia seu validitas possessionis.*
4 *Possessio posterior tanquam clandestina non est manutenibilis.*

DECISIO LV.

DOMINI resoluerunt Congregationi S. Bernardi dandum esse mandatum de manu-

manutenendo in quasi possessione eligendi,
& nominandi puellas dotandas iuxtà formā
testem Abbatis de Ruere, & pecunias adhunc
1 effectum exigendi, quia de eius quasi † pos-
sione, tàm quoad electionem, & nomina-
tionem puellarum, quàm quoad exactionem
pecuniarum visum fuit sufficienter constare
vulgato §. *retinendæ, & ibi Doctores Communiter Instit. de Interd.*

Quoad electionem scilicet constar ex plu-
ribus præsentationibus nominationibus, vi-
sitationibus; & approbationibus factis tàm à
Deputatis, quàm ab ipsa congregatione vt in
eius *Summ. num. 3.*

Quo verò ad exactionem pecuniarum pa-
ritèr de eius quasi possessione constat, ex sum-
ma scut. 300. exactorum à Deputatis, seù Ca-
merario dictæ Congregationis, vt liquet ex
partita extracta è libro administrationis here-
ditatis supradicti Abbatis, ac ex quietantia
dicti Camerarij; quæ datur *in dicto Summario Congregationis eodem num. 3.* Qui quidem actus
quamuis respectiuè sint vnici, tamen cum
2 agatur de Incorporalibus † sufficiunt pro ob-
tinenda manutentione *glos. in c. cum Ecclesia
sutrina in verbo, in trium Episcoporum vers. sed
quid si semel de caus. poss. & propr Alex. cons. 4. n. 16
vol. 4. Rot. decis. 16. num. 1. par. 2. diuer. & dec. 533.
sub num. 2. par. 1. recen.*

Non obstant, quod supradicti actus sint
nulli ex quo fuerūt facti hæreditate supradicti
Abbatis iacente, & absque scientia hæredis,
Quia in Summarijssimo possessorio manutē-
tionis de quo agitur, attenditur tantum nu-
3 dum † factum, non autem Iustitia, seù vali-
ditas possessionis ad *Tex. in l. 3. §. ex contrario ff.
de acq. possess Bald. in l. ordinary Iuris num. 7. C. de
rei vendic. Menoch. de retinen. poss. remed. 3. nu. 745.
Adden. ad decis. Greg. XV. decis. 249. num. 10. Rota
d. decis. 17. num. 7. par. 2. diuers.*

Neque obstat asserta possessio D. Ludouici
de Lante quia tanquam capta non seruata
4 forma Testamenti, ac tanquàm † posterior
censetur clandestina, & sic non manutenibi-
lis *c. licet causam de probat. Bart. in l. si duo sub n. 4
vers. testes ff. uti possidetis Rota coram Greg. XV.
decis. 6. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Lunæ 10. Aprilis 1628.

ARGVMENTVM.

Obligatio sub conditione purificata, suos pa-
rit effectus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum*, Eius, *refertur ad personam proximè expressam.*

2 *Forma inducta ad vnum effectum sufficit impleri etiam per æquipollens.*

3 *Cessio iurium reportata ad sui maiorem cautelam, prodest etiam si præcesserit iam extinctio.*

4 *Vtile per inutile non vitiatur.*

DECISIO LVI.

SVB die 29. Nouembris præteriti infor-
mante tantum Domino Marchione Pe-
pulo ad eius fauorem contra Dominos de
Lambertinis fuit capta resolutio, in eaque
fuit firmatum Pepulum esse reintegrandum
ad bona, ad quæ fuit associatus, & immissus
Marchio Fachinettus, & ea ratione moti fue-
runt Domini, quia sententia vigore cuius
Facchinettus fuit in possessionē immissus fuit
iniusta, & spoliatiua, ex quo erat fundata in
obligatione facta à Marco Antonio Lamber-
tino cum diuersis conditionibus, quæ non
fuerant adimpletæ. Verum hodie repropositā
ra causa super eisdem Domini ex nouiter de-
ductis in facto pro parte DD. de Lambertinis
à decisis recesserunt.

Licet enim vera sit conclusio in alia deci-
sione firmata, obligationem conditionalem
non operari suum effectum nisi prius adim-
pletis conditionibus, sententiamque in ea
obligatione fundatam dici nullam, & spolia-
tiuam attamen Domini ex nouiter deductis
in facto censuerunt conditiones, de quibus in
alia decisione fuisse sufficienter adimpletas.

Et primò quoad illam conditionem, quod
Census, per illa verba apposita in obligatione
Marci Antonij, ibi, *se obtulit paratum fideiubere,
& se obligare ad defensionem, Census imponendi in
Vrbe per quamuis personam super eius bonis*, esset
imponendus super bonis ipsius Marci Anto-
nij non autem Maluasiæ contrarium verius
visum fuit Dominis, conditionem rema-
1 nere iustificatam, quia verbum, *eius*, cum re-
feratur ad personam proximè expressam ad
tradit. per *Seraph. decis. 689. num. 1.* cum alijs
alleg. per *Barbos. decis. 87. num. 1.* non potest in-
telligi, nec referri ad dictum Marcum Anto-
nium, sed tantum ad personam imponentem,
& sic ad personam Maluasie.

Quo verò ad aliam conditionem, quod sci-
licet pecunia debuisset peruenire ad manus
Procuratoris Elefantucci ad effectum eam
soluendi Cellio creditori pro extinguenda fi-
deiussione, pro qua Elefantuccius reperieba-
tur Carceratus, pariter visa fuit adimpleta,
quia satis esse dixerunt Domini pecunias abs-
que alio circuitu, & securius, peruenisse ad
manus Cellij principalis Creditoris, & Ele-
fantuccium fuisse è carceribus liberatū, Nàm
2 vbi forma † fuit inducta ad vnum effectum,
sat est, quod ille sequatur etiam per equipol-
lens *Mant. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 45. Seraph. decis.
309. num. 1. & decis. 1413. num. 3. Rot. decis. 33. nu. 5.
par. 2. diuers. & decis. 577. num. 9. par. 1. recent.*

Non obstat quod Facchinettus reportauerit
jurium cessionem contra d. Marcum Anto-
3 nium, quia cum ex ea † non tollatur effectus
sequutus prædictæ extinctionis fideiussionis,
& excarcerationis Elefantucci; nihil refert,
quin eam ad sui maiorem cautelam reporta-
uerit *l. si pupilli §. Item si Procuratori, vers. quid
tamen,*

tamen, & ibi *glos. in verb. quia ex abundanti ff. de*
4 *neg.gest.* Nec vtile fper hanc cessionem etiamsi fuisset inutilis, vitiatur *l.* 1. §. *sed si mihi ff. de verb.oblig.Cenc.de Censi.fol.*77.*num.*7.*&* 8.

Et ità vtraque &c.

TULLEN. REFORMATIONIS.

Luna 10. *Aprilis* 1628.

ARGUMENTUM.

Ad Mandatum dę manutenendo quoad actus superioritatis sufficit iuris assistentia quam quis habet, & multo magis si adsit actualis possessio.

SUMMARIUM.

1 *Assistentia iuris sufficit pro manutentione.*
2 *Manutentio non potest denegari habenti possessionem.*
3 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in iudicio possessorio.*
4 *Testis vnicus non probat.*
5 *Decretum irritans afficit omnia quæ sequuntur.*

DECISIO LVII.

DOMINI resoluerunt Capitulo, & Generali Ordinis Pręmonstraten. esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione superioritatis, & in his, quæ non contradicunt Constitutionibus Pauli V. & Gregorij XV. obtentis per Communitatem antiqui rigoris eiusdem Ordinis; Tùm quia prædicti Capitulum, & generalis in prædicta
1 superioritate habent assistentiam † iuris quæ sola sufficit ad obtinen. manutentionem *c.cum persona de priuil.in* 6. latè *Adden.ad Greg.XV. decis.*312.*num.*4.*Caputaq. decis.*201. *part.* 2. *Seraph. decis.* 1449. *num.* 1. & fuit dictum *in Bonon. professionis* 14. *Martij* 1622. *coram R.P.D. meo Merlino*; Tùm etiam quia constat de eorum quasi possessione superioritatis ex depositionibus Testium qui dantur in eorum *Summ. num.* 5. ac etiam ex mandato dato à dicta Communitate antiqui rigoris ad præstan. obedientiam supradictis Capitulo, & Generali, vt in eodem
2 *Summ. num.*6. ex quibus † non potest ei denegari manutentio *vulg.* §. *retinendæ instit. de interd.*

Nec releuat, quod Capitulum, & Generalis ad obtinen. manutentionem etiam in omnibus alijs in dictis Constitutionibus narratis opponant de ipsarum Constitutionum sub-
3 reptione quia ista exceptio † tanquam requirens altiorem indaginem non admittitur in hoc iudicio possessorio, *Put.decis.*484. *lib.*2. *Rot.decis.*614.*num.*4.*par.*1.*recent.* & fuit dictum *in Vlixbonen. Coadiutoriæ* 22. *Martij* 1596. *coram Gyptio impress.apud Marches.de commiss. par.* 2. *fol.* 564.*num.*3.

Minus obstat, quòd dictæ Constitutiones non fuerint executioni demandatæ, nec habuerint effectum, quia vltra quod hoc non
4 probatur nisi per vnicum Testem qui † non sufficit, *c.licet, & c. veniens de testib. Gregor. XV. decis.* 178. *num.* 1. tamen etiamsi emanasent actus prędictis Constitutionibus contrarij adhuc non releuarent propter decretum in Cõ-
5 stitutionibus appositum, quod inficit omnia in contrarium gesta *c.si eo tempore* 45. *de elect.in* 6.*Gonz.glos.*67.*num.*12.*& seq.Rot.decis.*24. *num.* 5. *& decis.*149.*num.*2.*par.*2.*diu.*

Et ità vtraque &c.

PARMEN. PENSIONIS.

Veneris 12. *Maij* 1628.

ARGUMENTUM.

Pensio ex quibus probetur integraliter soluta in vita Titularis qui reseruationi consensit ad effectum ne dicatur factus locus decreto clauso in ventre litterarum; Quod si quandiu vixerit titularis, illam verè realiter, & cum effectu non persoluerit, pensio nulla fit eo ipso.

SUMMARIUM.

1 *Valor expressus per assensum debet omninò iustificari ad euitandum vitium subreptionis.*
2 *Pensio in vita Titularis qui reseruationi consensit debet integraliter probari persoluta, ne pensio sit nulla ex decreto clauso in litteris, Quod si quandiu &c.*
3 *Liber titularis iunctis adminiculis probat pensionis solutionem.*
4 *Amplia sequuta morte scribentis.*
5 *Solutio terminorum posteriorum arguit solutionem præcedentium.*
6 *Probationes leuiores sufficiunt quando concurrit impedimentum per quod scriptura non possunt exhiberi.*
7 *Instrumenta solutionum de recepto si cantent per verba dante, & soluente, transgrediuntur naturam puræ, & simplicis confessionis de recepto, & sonant in actualem solutionem.*
8 *Numeratio non melius probari potest quam ex publicis documentis celebratis in actu numerationis pecuniæ.*

DECISIO LVIII.

SENTENTIAE (de quarum confirmatione, vel infirmatione dubitaui) declarantes pensionem reseruatam ad fauorē D. Gabrielis de Regijs fuisse, & esse nullam, & inualidam, duplici nitebantur fundamento, vt patet ex decis. R.P.D.meo Vbaldi in hac causa 1. Martij 1627.

Primum erat, quia ex deductis in prima, & secunda instantia non videbatur probatus valor beneficij 70. ducatorum expressus per
1 assensum, qui erat omninò † iustifican. ad euitan. vitium subreptionis, *Cresc. decis.*17. *numer.*1.*&* 2.*de rescript.*

Secundum quia Pensionarius non probauerat pensionem fuisse sibi integraliter persolutam durante vita titularis, qui reseruationi consensit, & consequenter videbatur factus

locus

locus Decreto clauso in ventre litterarum, quod si quamdiu vixerit titularis illam verè realiter, & cum effectu non persoluerit, pen-
2 sio † nulla sit eo ipso, prout in similibus terminis pluries censuit *Rota, & signanter in alia Parmen. pensionis 5. Iunij 1624. coram R.P.D. meo Merlino.*

Verum cum in tertia instantia essent coram me deducta noua iura, ex quibus Pensionarius prætendebat se vtrumque plenè iustificasse, proindeque instabat pro infirmatione sententiarum Domini, quoad valorem censuerunt probationes esse coadiuuandas, & super eo partes iterum audiendas, quo verò ad solutiones pensionum dixerunt eas esse probatas, & quidem omnium terminorum decursorum in vita titularis prædecessoris.

A data enim reseruationis de mense Maij 1620. vsque ad eiusdem titularis obitum de mense Martij 1623. sex termini sunt decursi, quorum primus probatur solutus ex annota-
3 tione in libro titularis, qui † iunctis adminiculis plenè probat, *Bart. in l. admonendi num. 27. de iure iuran.* vbi *Castr. num. 43. Iaf. num. 31. Alex. consf. 62. num. 1. & consf. 72. num. 11. libro. 5. Aymon. consf. 158. num. 7. & S. Gabr. de probat. conclus. 1. numer 67. Rota decis. vlt. num. 1. & seq. par. 1. diuersor.*
4 præsertim sequuta morte † scribentis, quæ auget fidem scripturæ, *Bart. in d. l. admonendi numer. 27. Guidopap. quæst. 441. num. 1. Greg. XV. decis. 468. num. 11.*

Adminicula autem non deficiunt præter enim legalitatem scribentis, qui erat Sacerdos, & vir bonæ conditionis, & famæ cuiusmodi qualitates plurimum in hac materia ponderari solent, *Guidopap. d. decis. 441. num. 12. & Gregor. d. decis. 468. num. 11. & 12.*

Plurimum etiam pro hac parte vrgere videbantur solutiones aliorum terminorum de
5 quibus infra, quæ † arguunt solutionem terminorum præcedentium, *l. quicumque*, & ibi notat *C. de Apoc. publ. lib. 10. Gabr. de præsumpt. conclus. 11. num. 1. Mascard. de probat. conclus. 136. num. 1.*

His accedebat annotatio in libris defuncti, quod de dicta solutione fuerat confectum Instrumentum per Notarium Alexandrum Magnum, cuius scripturæ fuerunt sequestratæ de ordine S. Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ, & consequenter hoc stante impe-
6 dimento, eo † leuiores sufficiunt probationes, *Afflict. decis. 13. num. 10.*

Secundus terminus, & quintus probantur soluti ex Instrumentis de recepto, quæ vltra quod cantant per verba dante, & soluente, &
7 sic videntur † transgredi naturam puræ, & simplicis confessionis de recepto, & sonare, in actualem solutionem, vt vnus Dominorum animaduertebat, *ex Doctr. Bald. consf. 398. quæstio talis est num. 3. vers. nunc ad propositum lib. 1.*

Sunt etiam adminiculata, ex quietantia Pensionarij; de qua in libris ipsius titularis, & sic optimè probant, etiamsi essemus in simplici confessione de recepto *Surd. decis. 55. nu. 9. & decis. 135. num. 5.* quæ quidem quietantia formiter recognita facit fidem quoad omnes *Seraphin. decision. 1339. numer. 2.*

Tertius, quartus, & sextus termini iustificantur soluti ex publicis documentis celebratis in actu numerationis pecuniæ coram Te-
8 stibus, & Notario, qua † non datur maior, aut exactior probatio in hac materia, *Bart. in l. singulariam 22. si cert. pet. in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus nu. 3. de verb. oblig. Rota part. 1. recen. dec. 219. num. 2. Gregor. XV. decis. 157. num. 6. & decis. 375. num. 2.*

Et ità &c.

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Veneris 12. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta post præsentationem inhibitionis Rotalis est attentata.*
2 *Inhibitio Rotalis siuè iusta, siuè iniusta est timenda.*
3 *Tertius veniens ad causam licet verbaliter non sit comprœhensus in commissione ratione tamen connexitatis in illa comprœhenditur.*
4 *Attentata, si non sint reuocanda ad instantiam partis sunt reuocanda ex officio Iudicis cuius iurisdictio dicitur læsa.*

DECISIO LIX.

DOMINI resoluerunt constare de attentatis, & apponendum esse sequestrum;
Quia inhibitio Rotalis obtenta per Martinũ Bernardini, & lit. consort. fuit sub die 25. Septembris 1627. personaliter præsentata Francisco Bellabarba, qui deinde ea non obstante adeptus fuit possessionem Beneficij, de quo agitur sub die 22. Martij currentis anni 1628.
1 Vndè possessio ista † est attentata, *c. non solum de appellat. in 6. Lancellott. de attent. post inhibit. cap. 20. ampliat. 11. num. 1. & sequent. Rota coram Greg. XV. decis. 305. num. 2. & decis. 435. num. 1.*

Non obstat, quod inhibitio emanauerit vigore commissionis, in qua Franciscus neque expressè, neque tacitè erat comprœhensus. Nam responderunt Domini sufficere inhibitionem fuisse contra eum exequutam, quia
2 siuè iusta † siuè iniusta erat timenda *Lancellot. loc. supra cit. Achill. decis. 29. de appellat. Put. decis. 395. lib. 2. Rot. decis. 26. num. 3. de appellat. in antiq.*

Vltra quod visa fuit cessare omnis difficultas, quia Procurator Francisci post executionem dictæ inhibitionis comparuit in iudicio, produxit mandatum, citationem ad dicendũ contra, & alia iura, *vt in Summ. num. 2.* ex quo sequitur, quod licet Franciscus sit tertius non comprœhensus verbaliter in dicta commissio-
3 ne, dicitur † tamen virtualiter comprœhensus ratione connexitatis *Felin. in c. venions. il 2. n. 16. de test. Put. decis. 376. lib. 1. & decis. 343. nu. 1. lib. 3. Achill. decis. 5. de except.*

Neque obstat si dicatur, quod Martinus fo-

ueat

ueat malum ius, & propterea non possint ad eius instantiam attentata reuocari: Quia vltra quod istud malum ius non iustificatur, attentata prædicta veniunt reuocanda; si non ad
4 eius instantiam, saltem ex officio † Iudicis, cuius Iurisdictio dicitur læsa, *Lancellott. de attent. lit. pend. part. 2. cap. 4. limit. 15. nu. 22. & 23. & c. 27. num. 7. & seq. de iudic. par. 3. Rota decis. 2. in fine de restit. spoliat. in nouis Gregor. XV. decis. 91. num. 8. & decis. 465. num. 10. & 11.*
Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE Volta.

Lunæ 15. Maij 1628.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat si concurrant requisita de quibus per* Caputaq. decis. 260. par. 2.
2 *Iustitia resultat ex decisionibus in causa editis.*

DECISIO LX.

DOMINI dixerunt, sententias Rotales esse confirmandas quia de earum validitate, & iniustitia constabat.

Validitas patet, quia ex reuolutione processus apparet, quod fuerunt seruata omnia
1 requisita, † iuxta *decis. Caputaq. 260. par. 2.*
2 De iustitia etiam visum fuit constare † ex decisionibus, tàm coram R. P. D. meo Merlino, quàm coram R. P. D. meo Pirouano in hac causa factis, quarum fundamenta iterum in hac tertia instantia examinata, Dominis placuerunt, & in contrarium nihil releuans de nouo fuit deductum.
Et ità vtraque parte &c.

TREVEREN. DECIMARVM.

Mercurij 17. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Instrumentum antiquissimum donationis Parochialis quando probet dominium, & vnionem, itaut ex Parochia vnita Decimæ debeantur Monasterio cui fuit facta vnio: Et plura traduntur ex quibus obseruantia, & confirmatio eiusdem donationis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio alicuius Parochialis ad fauorem Monasterij probatur ex Instrumento antiquissimo donationis quamuis ista sit facta à Laicis si fuerit confirmata à Papa.*
2 *Obseruantia donationis est attendenda.*
3 *Confirmatio Apostolica præsumitur ex obseruantia.*
4 *Enunciatiuæ duæ vltra centum annos habent vim famæ.*
5 *Fama in antiquis probat.*
6 *Depositio indefinita in testibus non æquipollet vniuersali.*
7 *Visitationis libro respectu Decimarum, cui sint debita plenè creditur.*
8 *Liber Monasterij pro Monasterio saltem semiplene probat.*
9 *Sola possessio Decimandi sufficit quando non agitur contra habentes iuris assistentiam.*
10 *Nominis diminutio non tollit identitatem nominis.*
11 *Cura animarum quando censeatur expressa in donatione Parochialis.*
12 *Confessio elicita ex responsione Sindici Capituli ad positiones probat contra Capitulum si emananerit per viam contentiosæ Iurisdictionis.*
13 *Priuatio præsupponit habitum.*
14 *Parochus habet fundatam intentionem super exactione Decimarum.*

DECISIO LXI.

CORAM Reuerendiss. D. meo Seleucien. bon: mem: resolutum fuerat die 5. Maij 1617. Capitulo Palatiolen. dandam esse absolutoriam, ex quo Monasterium Stabulen. non probasset, quod cura animarum Ecclesiæ de Conda ad ipsum spectaret, & quod prædia, de quorum decimis agitur, esset intra limites istius Parrochialis; Nec obstare Instrumentũ donationis huius Ecclesiæ eidem Monasterio factæ à quibusdam laicis, vsque de anno 1126. quia cum sub die 13. Martij eiusdem anni 1617. firmatum fuerit illud non esse in forma probanti, non poterat in consideratione haberi.

Verum quia die 24. Maij 1619. post plures propositiones in Rota factas fuit responsum pro legalitate dicti Instrumenti donationis, ac dictum illud esse in forma probanti. Ideò reproposito dubio super negocio principali. Domini à decisis sub die 5. Maij recesserunt.

Etenim ex dicto Instrumento donationis antiquissimo vltra 400. annos benè probatur
1 dominium, † & vnio, & sic titulus istius Parochiæ ad fauorem Monasterij, quamuis donatio facta sit à Laicis stante confirmatione Apostolica, *c. illud, c. nullus, c. suggestum, c. cura pastoralis*, vbi *Abb. num. 1. in fin. de Iurepatr. Seraph. decis. 1304. Rota decis. 626. num. 1. par. 1. recent. & decis. 513. num. 3. par. 2. recent.*
Non obstat quod confirmatio sit in forma communi quia stante obseruantia dictę dona-
2 tionis, quæ † in hac materia est attendenda,
3 *Rota decis. 448. num. 3. par. 1. recent.* illa † satis remanet iustificata *Alex. cons. 30. num. 11. vers. præterea lib. 5. Seraph. decis. 1458. num. 1.*
Obseruantia autem deducitur ex perceptione decimarum pro Monasterio cum nominationibus Vicarij, seu Rectoris effectuatis vsque ad hæc tempora, & ex istis duobus acti-
4 bus resultant duæ † enunciatiuæ vltra 100. an-
5 nos, quæ habent vim famæ, quæ † probat in antiquis *Put. decis. 204. num. 4. & 5. lib. 2. Seraph. decis.*

decis.1025.num.14.& Rota decis.673.num.6. in fin. & decis. 674. num. 2. par. 2. recent. & testes qui
dantur in *Summ. num.3.* deponunt de decimatione Monasterij in Condè, & quod duæ partes Decimarum spectent ad Monasterium, &
testantur de toto tempore eorum vitæ qui testes licet deponere videantur indefinitè, & de-
6 positio † indefinita in testibus non æquipolleat vniuersali, tamen negari non potest, quin
inducant probationem perceptionis decimarum in ista Parochia, & sic obseruantiā dictæ
donationis probent, & alij testes in *Sum. nu.6.* deponunt de auditu à longissimo tempore,
concurrit etiam liber visitationis dictę Ecclesiæ de anno 1569. in *Summ. num. 7.* vbi quod
Sanctus Romualdus Institutor istius Monasterij habet istas decimas in duabus partibus,
7 cui Visitationi † plenè creditur *Verall.dec.160. par.2.* Comprobatur hæc obseruantia à libro
Monasterij super pertinentia dictæ Ecclesiæ.
8 Qui liber † saltim semiplenè probat ad fauorem Monasterij. *Aym.cons.158.num.4.in Ariminen.bonorum 4. Februarij 1611.coram bo.me. Card. Marcomontio;* Quæ omnia si de per se non sufficerent saltem simul iuncta iuuant, præsertim cum simus in antiquis, & Monasterium
vti Rector Parochiæ agat contra Palatiolenses, quibus ius non assistit, quo casu ad obti-
9 neñ suffragatur sola † possessio decimandi *Seraph.decis.899.num.4.Rota decis.189.num.4. par.2. recent.* & sufficit etiam possessio vniuersalis. *Seraph.decis.1047.num.1.& 2.*

Nec obstat, quod illa donatio non videatur loqui de Ecclesia Pagi de Conda, sed de
Ecclesia in Villa Condidina, seù Condenoua, & sic diuersa, quæ non potest suffragari Monasterio ad effectum vnionis. Quia ista diuersitas non est in varietate nominis, sed in dimi-
10 nutione eiusdem nominis, † quæ tollit identitatem nominis.

Non obstat, quod in ista donatione nulla
11 fiat mentio curæ animarum, quæ † tamen semper est exprimenda *Felin. in c.nostram in 10. Corollario de rescript.* Quia imò verba dictę donationis loquuntur de deputatione Sacerdotis, qui possit dare Sacrum Baptismum, & alia spiritualia dogmata communicare.

Quo verò ad vineas ex quibus prætenditur decima an sint intra limites Parrochialis Ecclesiæ de Conda, ad quam inspectionem in alia propositione huius causæ dilatæ sub die 10. Martij 1621. Rota se restrixit; Domini arbitrati fuerunt hanc compræhensionem probari ex positionibus datis pro parte Monasterij, & ex responsione facta per Sindicum
12 Capituli in *Summ. num. 11.* Quæ † confessio probat contra Capitulum, cum emanauerit per viam contentiosæ Iurisdictionis *glos. in c.fin. verb. nulla temporis circa fin. vers. si enim de præscript.* & ibi *Abb.num.44.vers.aut in contentioso*, & idem probari ex sententia Ordinarij Treuereñ ad fauorem Capituli in hac causa lata super exemptione decimarum in *Summ. Monastery numer. 14.* quæ prætensio exemptionis præsupponit vineas esse intrà fines Parrochia-
13 lis loci de Conda, quia exemptio † habet vim
priuationis quæ præsupponit habitum *Rota decis. 207.num.2.par.2.diuers.& 371.nu.1.& 491. num.1.par.1.recent.*

Quibus sic firmatis clarum remanet, quod Monasterio tanquam Parocho decimę dd. terrarum, siuè vinearum debentur, & super illis
14 exigendis fundatam † intentionem habet *c.cum contingat de decim.c.fin.de Paroch. & c.ad decimas de rest.spol.in 6.Rota decis.371.num.4. par. 1. recent.*

Et ità conclusum &c.

NVLLIVS CANONICATVVM DE Roncisuaglies.

Lunæ 22. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Electio pro sui validitate quæ requirat.

SVMMARIVM.

1 *Electio valida resultat si concurrat maior numerus suffragiorum.*
2 *Variare non licet publicato scrutinio.*
3 *Electio Regularis, vt sit valida ne dum requiritur professio in eligente.*
4 *Sed etiam de ea doceri debet si professionis defectus fuerit oppositus.*
5 *Sacr. Concil. Trid. sess. 25. cap. 15. de regul. dispositio procedit in professione expressa, & multo magis in tacita ex delatione habitus.*
6 *Professionis emissio non elicitur ex possessione Prioratus.*

DECISIO LXII.

DOMINI dixerunt electionem Aqueratæ, & lit. cons. esse cassandam, quia publicato Serutinio, & facta collatione numeri ad numerum compertum fuit vota fuisse paria, & sic non obtinuerunt maiorem par-
1 tem suffragiorum, ex qua † resultare potuerit Canonica electio iuxtà *Text.in c. in Genesi, & c. Ecclesia vestra il 2.* & ibi *gloss. in verb. non consenserint vers.sed si omnia, Abb.num.13. vers. si autem omnia sint hinc inde paria, Zabarell. in fin. vers. si autem paritas de elect. Gloss.in c.obeuntibus in verbo nunc ergo circa fin. 63. distinct.* quam probant ibidem *Archidiac.Prapos.& Gemin.in fin.*

Non obstat, quod Prior, qui prætenditur gaudere duplici voto declarauerit se votasse pro Aquareta, & lit. cons. Nàm cum fuerit processum per vota secreta quæ fuerunt paria, non potuit Prior publicato Scrutinio deuenire ad hanc declarationem, alias enim aperiretur via fraudibus, & possent electores votare pro vno, & deinde declarare se votasse
2 pro alio; Et sic variare quod non licet † publicato Scrutinio *c.publicato num. 4. de elect.* & in simili censuit *Rota in Carthaginen. Canonicatus 6. February 1604. coram bon: mem: Cardinali Lancellono.*

Præterea visum etiam fuit Dominis Priorem nullā habuisse vocē in ipso enim limine

electionis dubitatum fuit de eius professione
cum tamen ad validitatem electionis regula-
3 ris nedum requiratur professio in † eligente,
cap. ex eo de elect. in 6. Sed etiam de ea doceri
4 debeat, si professionis † defectus fuerit oppo-
situs, *Dec. conf.* 522. *num.* 15. *&* 16.

Nec suffragatur possessio tacita ex delatio-
ne habitus, quia vltra quod ii Priore ob illius
dignitatis prærogatiuam in d. Ecclesia semper
est idem habitus cum non constet d. Priorem
5 fecisse annum probationis, & ideo obstet † *Sac.
Concilium Trident. sess.* 25. *cap.* 15. *de regul.* cuius
dispositio procedit in professione expressa,
multo magis habebit locum in tacita, in qua
sunt necessaria eadem requisita, *Nauar. cons.* 18.
19. 28. *&* 32. *de regul.*

Nõ obstat, quod fuerit in possessione Prio-
ratus multo tempore, quia cum Prioratus po-
tuerit conferri, sicuti re vera ipsimet collatus
fuit ante professionem, & possessionem Prio-
6 ratus † non infertur ad emissionem voti pro-
fessionis *cap. in præsentia de probat.* Neque con-
currunt alij actus positiui vnde inferri possit
ad quasi possessionem status professionis, aut
iuris eligendi, & sic cessant, deducta ex *consil.
Calderin.* 23. *de præben.*

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA PENSIONIS.

Luna 29. *Maij* 1628.

ARGVMENTVM.

Facultas transferendi pensiones quando con-
cessa dicatur etiam respectu pensionum in
Ecclesijs Patriarchalibus. Et quando non di-
catur probatum pensiones ascendere ad me-
dietatem fructuum beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Facultas concessa transferendi pensiones non com-
prehendit pensiones reseruatas in Ecclesijs patriar-
chalibus.*

2 *Hoc non procedit quando adsunt verba, super Eccle-
sijs Cathedralibus, seù Archiepiscopalibus, vel be-
neficijs in eis.*

3 *Facultas transferendi pensiones,* quorumcumque
beneficiorum, *comprehendit Ecclesias speciali
nota dignas.*

4 *Translatio pensionis non constituit nouam pensionem
& sic non est exprimẽda qualitas beneficij, quod sit
de iurepatr. Laycorum, cum talis expressio sufficit,
quod fuerit facta in reseruatione.*

5 *Beneficia Ecclesiæ Patriarchalis non gaudent præ-
rogatiua specialis mentionis in reseruatione pensio-
nis super illis.*

6 *Pensio quando est pura nulla iustificatio requiritur.*

7 *Via executiua competit translatario vigore littera-
rum Apostolicarum contra Titularem consentien-
tem.*

8 *Quod magis procedit stante obligatione Camerali,
cuius virtus transit in translatarium.*

9 *Constitutio san. mem. Vrbani, quod non possit trans-
ferri pensio vltra medietatem fructuum benefi-
ciorum transfert onus d. exceptionem probandi in
titularem, prout etiam de iure est.*

10 *Valor beneficij non probatur ex expressione affirma-
tiua facta in reseruatione pensionis cum ex ista non
excludatur beneficium esse maioris valoris.*

11 *Fructus incerti debent computari quando super illis
pensio fuit reseruata.*

12 *Litteræ Apostolicæ non habent viam executiuam,
quando per aliquam sententiam remanserunt vul-
neratæ.*

DECISIO LXIII.

PETRVS Pauonius bon. mem. vigore sua-
rum facultatum transtulit in Petrum Ne-
ru um annuam pensionem ducator. 27. cum
dimidio, ad eius fauorem reseruatam super
beneficiatu S. Petri, quam pensionem soluc-
re recusante D. Brandano de dicto beneficiatu
prouiso, Vicarius eiusdem Basilicæ relaxauit
mandatum pro medietate, pro alia verò me-
dietate Brandanum absoluit, habitoq; recursu
ad Rotam fuit responsum translationem su-
stineri in totum, & pro nunc relaxandum es-
se mandatum iuxta decretum Vicarij, pro re-
liquis agendum esse via ordinaria.

Fundamentum primæ partis huius resolu-
tionis, fuit, quia de reseruatione dictæ pen-
sionis ad fauorem Pauonij constat ex litteris
Apostolicis, facultas transferendi ducat. 300.
auri de Camera, ac translatio illius vigore
facta est clara, sicuti etiam Clericatus Petri
Heruli liquet ex litteris patentibus, adeo
quod circa hanc translationem factam de to-
ta summa ducator. 27. ÷ non videtur posse
dubitari.

1 Nec facit, quod facultas † transferendi non
comprehendat pensiones reseruatas in Eccle-
sijs Patriarchalibus, prout est Basilica S. Petri,
2 quia cum adsint verba, super Ecclesijs † Ca-
thedralibus, seù Archiepiscopalibus, vel be-
neficijs in eis, comprehenduntur etiam Ec-
clesiæ Patriarchales, *Mandos. de signac. grat. in
dispensatio, verbo super retentione propter promo-
tionem,* vbi refert, ita in Rota obtinuisse, &
3 propter verba quorumcumque † beneficio-
rum, facultas comprehendit Ecclesias speciali
nota dignas, prout sunt Cathedrales, vt fuit
dictum in *Lucana pensionis apud Moder. de oblig.
Camer. decis.* 138. *nu.* 4. & sufficit expressio facta
in reseruatione pensionis translatæ, cum trans-
4 latio † non constituat nouam pensionem, vt
in simili, quod sufficiat fuisse factam mentio-
nem de iure patronatus laicorum in reserua-
tione, licet non exprimatur in translatione.
Cresc. decis. 1. *de reb. Eccles. non alien. Rota decis.* 505.
n. 4. *par.* 1. *in recen.*

Præterquamquod hæc pensio non est reser-
uata super Ecclesia Patriarchali, sed super eius
5 beneficijs, quæ † non gaudent prærogatiua
specialis mentionis, *Felin. in cap. in nostra nu.* 40.
vers. Fallit 1. *de rescript. & benè Ancharan. in cap.
quamuis, il primo, n.* 4. *vers.* 4. *quærit. gloss. de præ-
bend. in* 6.

Ratio secundæ partis dictæ resolutionis,
fuit,

fuit, quia Brandanus consensit, reseruationi pensionis purè factæ, ideoque non requiritur
6 aliqua † iustificatio in pensione pura. *Guidobon. decis.* 141. *& fuit dictum in Salamantina pensionis apud Garz. part.* 1.*cap.*5.*num.*424.*Greg.decis.* 57. *vbi Add. n.*11.
7 Et trāslatario datur via † executiua vigore litterarum Apostolicarum contra Titularem consentientem, *Rota in Bononień Pensionis coram Illustrissimo Domino Card. Millino apud Marchesf. de commiss. fol.*558. *par.*1. *& in Cremonen. Pensionis coram Illustriss. D.Card.Caualerio, ibid. fol.*49.
8 Eo magis stante obligatione † Camerali, cuius virtus transit in translatarium, vt tenuit *Rota in Segobień pensionis die* 20. *May* 1598. *coram Corduba, & in Aquilana pensionis die* 26. *May* 1623. *coram bon.mem. Remboldo.*

Non obstat constitutio Sanctissimi moderatoria facultatum transferendi pensiones ascendentes medietatem fructuum beneficij grauati, quia onus probandi hunc excessum
9 medietatis fructuū incumbit Brandano † Titulari, vt expresse disponitur in dicta Constitutione, & est de iure, *Put. decis.* 380. *lib.*2. *in correct.*

Valor autem non probatur ex expressione facta in reseruatione pensionis, quia est ex-
10 pressio affirmatiua, quæ non † probat beneficium non esse maioris valoris, *Alex. cons.*64. *num.*6.*lib.*2.*Siluan.cons.*62.*num.*26. *vers. verum in casu isto. Rota coram Gregorio XV. decis.*13.*num.*4. *&* 5.

Non obstant testes pro parte Brandani examinati ad probandum d. valorem, quia videntur parum informati, nec distinguunt redditus, inter quos non comprehendunt incer-
11 tos, qui tamen debent † computari, cum etiam super illis pensio sit reseruata, *Extrauag. vnica in fin. de decim. Put.decis.*233. *l.*1. *in correct. Mohed. decis.* 6. *de prabend. Rot. decis.*550. *num.*5. *par.*1. *recent.*

Quinimo in contrarium stat calculus Canonici Archiuistæ dictæ Basilicæ attestantis certos redditus, *delle mesate*, ascendere ad annua scut.382.quibus additis annuis alijs sc.42. prouenientibus ex incertis iuxta alium calculum extractum à Sacrista eiusdem Basilicæ, constat, quod redditus in totum ascendunt ad scuta 424. & sic medietas eorum ad scut. 212. quam summam ista pensio scutor. 27. ½ adiecta pensionibus antiquis scutor. 170. non excedit.

Pro reliquis verò dixerunt Domini, agendum esse via ordinaria, quia per sententiam absolutoriam Vicarij Sancti Petri ad fauorem Brandani, licet suspensam per appellationem, siue recursum illius loco subrogatum, litteræ Apostolicæ in hac parte fuerunt vulneratæ,
12 & ideò cessat via † executiua, *Lancellot. de attent. part.*2.*cap.*12.*limit.*9.*num.*7. *Seraph. dec.*674. *num.* 3. *& fuit dictum in Cremoneń Pensionis die* 6. *Iunij* 1611. *coram D.Card.Caualer. apud Marchesf. fol.*618.*num.*1.*&* 5.

Et ità vtraque &c.

CVSENTINA IVRISPATRONATVS.

Luna 29. *Maij* 1623.

ARGVMENTVM.

Sume ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria requisita, vt sit relaxanda, enumeratur.*
2 *Mandati ratificatio facta re non integra non suffragatur, quod intellige si solum mandatum non sufficiat.*
3 *Antidata suspicio quando cesset.*
4 *Possessio instrumentalis in beneficialibus est manutenibilis, quamuis sine titulo iuxta veriorem.*

DECISIO LXIV.

RESOLVERVNT DD. dandam esse declaratoriam contra Marcum Antonium Perronum, quia constat de mandato de manutenendo contra eum relaxato ad fauorem Felicis Iussi, *vt in Summ.num.*1. Constat etiam illud fuisse personaliter intimatum Marco Antonio, vt in eodem *Summ. num.*2. Constat denique fuisse seruatos quatuor terminos de stylo seruari solitos, prout in eodem *Sum.n.*2.
1 Vnde cum non doceatur de paritione, † concurrentibus prædictis declaratoria venit concedenda, *Rot.decis.*439.*num.*1.*decis.*478.*num.*2.*& decis.*591.*n* 5. *par.*2. *rec.*

Non releuant ea, quæ dicuntur de iniustitia supradicti mandati, quia ex responsionibus datis in decisione, bene remanent sublata.

Quibus nec obstat, quod ratificatio mandati facta per Felicem ei non possit suffragari,
2 ex quo non fuit facta † re integra, sed post captam possessionem per Porronum, vt fuit dictum in *Palentina, & Oxomen. beneficiorum, Luna* 18. *Maij* 1591. *apud Marchesf. par.* 1. *fol.* 344. *num.*2. Nam respondetur prædicta non procedere vbi solum mandatum sufficit absque ratificatione, prout hic; quia antidata, pro parte Perroni prætensa, remanet sublata, tam ex enunciatiua Notarij asserentis Procuratorem fuisse talem, quàm etiam ex subscriptione
3 trium testium, per quam omnis † antidatæ suspicio tollitur, *Bald. in l. scripturas num.*10. *&* 11.*C.qui pot.in pig.hab.Gail.prac.obseru.obseru.*25. *n.*10.*lib.*2.*Paul.de Castr.cons.*134.*n.*2.
4 Non obstat, quod in beneficialibus † instrumentalis possessio sine titulo, non sit manutenibilis, quia contrarium secuta fuit *Rota decis.*595.*num.*8. *par.*1.*diuers. & decis.*187. *par.*4. *recen. & fuit dictum in Parmen. Prioratus* 20. *Iunij* 1594. *coram Peña, & in Ianuen. Cappellania* 11. *Ianuarij* 1619. *coram Reuerendiss. Patriarcha Pamphilio.*

Et ita vtraque &c.

LICIEN. CANONICATVS.

Veneris 2. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Executor ritè, & rectè non procedendo non priuat quem sua possessione, & quando dicatur ritè, & rectè non processisse.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adeptionis possessionis plenè probat ad effectum manutentionis alio non existente in possessione.*
2 *Iudex ritè non procedendo nequaquam priuat possessorem sua possessione.*
3 *Executor non dicitur ritè, & rectè procedere si prius possessorem non citauerit.*
4 *Clausula,* constito, *cum inducat conditionem, in primis est iustificanda.*
5 *Possessio amplius non suffragatur renunciati.*

DECISIO LXV.

RESOLVERVNT Domini dandum esse mandatum de manutenendo Theophilo Zimarra, quia de eius possessione capitulariter de anno 1627. constat per instrumentum
1 publicum in *Summ. num. 2.* quod alio † non existente in possessione plenè probat ad effectũ manutentionis vulgata, *l. prædia vbi DD. communiter ff. de acq. poss. Rot. decis. 92. num. 1. p. 1. recent.* & alias sæpissimè.

Non obstat possessio Bernardini capta auctoritate Iudicis vigore litterarum Apostolicarum in forma Breuis, quia Iudex exe-
2 cutor dictarum litterarum ex quo non † ritè, & rectè processit non priuauit Theophilum sua possessione, *Sarnen. in reg. de annali quæst. 45. num. 1. Greg. XV. decis. 46. nu. 5.*

Quod autem non ritè, & rectè processerit patet. Tum quia tradidit possessionem Ca-
3 nonicatus Bernardino nõ citato † prius Theophilo possessore, *cap. licet Episcopus de præben. in 6. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, Rota coram Greg. XV. dicta decis. 46. nu. 7.* Tum etiam quia deuenit ad dictam traditionem possessionis, & ad relaxationem sequestri, non iustificata clau-
4 sula, † *constito quod Hieronymus vltimus possessor Canonicatus fuerit vnicus subcollector,* in dictis litteris apposita, quæ prius probari, & iustificari debebat, *Garz. de benef. par. 6. cap. 3. num. 64. Rota in causa Oscen. pensionis 14. Decembris 1617. & in Elnen. beneficij 19. Decembris 1614. coram bo. me. Archiepisc. Seleucien. Patruo meo.*

Denique visa fuit cessare omnis difficultas, ex quo Bernardinus dictæ possessioni vt supra
5 sibi † traditæ renunciauit, vt in *Summ. num. 5.* Vnde non potest ei suffragari *ad l. quæritur, §. si venditor, ff. de edilic. edict. l. postquam liti C. de pactis, Aym. consf. 114. num. 10. Rot. decis. 635. num. 3. par. 1. recent.*

Et ita vna tantum parte &c.

SABINEN. IMMISSIONIS

Veneris 2. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Aegidianæ quando non sit locus ex quo adsit persona Ecclesiastica, vel iniustitia sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Aegydiana non comprahendit personas Ecclesiasticas.*
2 *Aegidiana Constitutione potest vti reus laicus metiendo ius ex parte actoris, & sic appellare vt inter reum, & actorem seruetur æqualitas.*
3 *Legitima mortui in pupillari ætate defertur ad matrem superstitem.*
4 *Substitutio compendiosa cum in se contineat pupillarem excludit matrem à legitima.*
5 *Substitutio dicitur fideicõmissaria, quamuis concepta verbis communibus, quando adsunt verba denotantia fuisse restrictam substitutionem ad bona propria testatoris.*
6 *Substitutio fideicommissaria non excludit matrem à legitima.*
7 Bart. in l. centurio de vulgar. & pupill. *communiter consutatur.*
8 *Generalitas,* tutta &c. *restringitur ex pronomine sua, itaut excludantur bona pupilli in huiusmodi substitutionibus factis,* di tutta la sua robba.

DECISIO LXVI.

EX duplici capite dixerunt Domini non esse locum Aegidianæ respectu scilicet personæ, quæ agit, & ex capite, iniustitiæ sententiæ.

Respectu personæ, quia eum Archipresbyter, qui vti executor testamentarius agit vigore substitutionis factę piæ causæ, tanquam
1 persona Ecclesiastica non † subiaceat Aegidianæ, & sic possit appellare, sequitur, quod etiam persona, contra quam agit licet laica, metiri possit ius ex parte actoris, & ipsa quo-
2 que † possit appellare, vt inter actorem, & reum seruetur æqualitas, *Onded. consf. 20. num. 12. & 13. vol. 3. Rota decis. 351. num. 5. vers. & ad hunc effectum par. 2. recen. & decis. 231. nu. 4. & dec. 236. num. 3. post. Pacif. de Saluian. Greg. XV. decis. 581. num. 8.*

Ex capite verò iniustitiæ, quia sententia, de qua agitur, dat immissionem Archipresbytero in omnibus bonis q. Cap. Io. Marij Antonelli non reseruata tertia parte ipsorum debita Ambrosio filio pro legitima, in qua ob eius
3 mortem in pupillari ætate successerat † Catherina mater, *l. 1. & tot. tit. C. ad Tertull.*

Non obstat, quod substitutio facta à Cap. Io. Mario Testatore, sub istis verbis: *Et caso, che detto Ambrosio suo figliuolo, & herede vniuersale morisse senza figli legitimi, & naturali, in tal caso vuole, che di tutta la sua robba se ne faccia vn monte, & del frutto se ne faccia vn iuspatronato &c.* sit compendiosa continens in se pupillarem, quæ
4 excludit † matrem à legitima filij, *ad tex. in l. Pa-*

l. Papinianus, §. sed nec impuberis ff. de inoff. testam. cum alijs alleg. Quia fuit responsum, quod substitutio illa, licet sit concepta verbis communibus, tamen, cum per illa verba, *di tutta la sua robba*, sit restricta ad bona testatoris, semper
5 remanet † fideicommissaria, *Bald. in l. precibus num. 44. rub. 60. vers. praeterea, vbi Salycet. num. 26. C. de impub. & alijs substitut. Ripa in l. Centurio num. 120. Aret. consf. 154. num. 12. Costa, qui de communi in cap. si pater. part. 2. vers. de filio ad filium, num. 9. de testam. in 6. Rota in Firmana bonorum de rosis anno 1584. coram Bubalo, & in Romana successionis 11. Maij 1595. coram bon. mem. Card. Pamphilio, quae est decis. 509. par. 4. diuers. & in alia Romana legitima 24. Maij 1613. coram Illustriss. Domino Cardinali Verospio, apud Merlin. de legit. decis. 22. 66.*

Cum igitur substitutio sit fideicommissa-
6 ria † nō excludit matrem à legitima filij, *Bald. in l. precib. num. 53. C. de impub. Bart. in l. centurio num. 28. & 33. cum seqq. de vulg. & pupill. Alex. consf. 45. num. 9. lib. 1.* & fuit dictum in praecitatis decisionibus.

Minus obstat dictio illa, *di tutta*, quae videtur comprehendere totam haereditatem, & sic includere etiam pupillarem, ad exclusionem
7 matris, iuxta opinionem *Bart. in l. centurio cum alijs alleg. per Pereg. de fideicomm. art. 34. num. 47.* Quia opinio *Bart.* communiter reprobatur,
8 nam ista generalitas, *tutta*, restringitur ex pronomine, *sua*, itaut excludantur bona pupilli, & includantur bona testatoris tantùm, *Angel. in d. l. centurio. num. 5. Alex. num. 76. Aret. n. 9. Ripa num. 135. Bald. in d. l. precib. num. 60. Salicet. nu. 37. Fulgos. num. 16. in fin. Ias. num. 15. vbi quod opinio Bart. communiter reprobatur. Cagnol. nu. 227. Gabr. consf. 113. num. 58. lib. 2. Marescot. variar. resol. cap. 139. & cap. 33. lib. 1. Rota decis. 504. part. 4. diuers.*

Et ita vtraque &c.

CAESENATEN. PRAEDII.

Luna 5. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Ratio reddenda per Patrem, qui fuit Curator, est reddenda per filios, & haeredes.

SVMMARIVM.

1 *Filij, & haeredes tenentur reddere rationem de his, de quibus tanquam Curator Pater tenebatur reddere rationem.*
2 *Statutum non extenditur extra proprium territorium.*
3 *Haereditas non adita non transmittitur.*
4 *Haereditatis aditio inducitur ex illius petitione.*

DECISIO LXVII.

PROSEQVENDO disputationem iam ceptam coram me super redditione rationis haereditatis q. Laurae dementis, proposui dubium, An filij q. Equitis Horatij Curatoris praedictae Laurae teneantur reddere rationem etiam de medietate scut. 600. auri, & de medietate fructuum duorum annorum praedij, de quo agitur, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nam cum huiusmodi credita sint descripta in inuentario per D. Horatium confecto, & cum Alexander, & Franciscus sint filij, & haeredes Horatij, vtique sicuti Horatius Curator Laurae ad huiusmodi redditionem rationis tenebatur, ita, & etiam filij, & haeredes te-
1 nentur, † vt fuit dictum in hac causa coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo sub die 30. Aprilis 1627. & coram me sub die 10. Ianuarij praeteriti.

Non obstat, quod pro parte dictorum filiorum Horatij praetendatur haereditatem Laurae, ex dispositione Statuti Fauentini excludentis foeminas propter masculos infra quartum gradum fuisse delatam Horatio tāquam consobrino dictae Laurae, non autem Isabellae eiusdem Horatij sorori, ex cuius persona veniunt Petrus Franciscus, & fratres de Naldis actores, & ita praefatos filios non teneri ad reddendam rationem de haereditate ad ipsos spectañ tanquam hęredes Horatij eorum Patris; quia fuit responsum, quod cum haereditas Laurae consistat in praedio sito in Territorio Cęsenae, ac in credito in eodem loco contracto, dispositio praedicti statuti Fauentini ces-
2 sat, quia non extenditur † extra suum territorium, *Gregor. XV. decis. 255. num. 1. cum alys latè relatis per Adden. num. 7. & fuit dictum in Narnien. haereditatis 22. Maij praeteriti coram R. P. D. meo Merlino.*

3 Minus obstat, quod haereditas non † adita non possit transmitti, & sic cum dicta Isabella haereditatem Laurae non adiuerit, non potuerit eam titulo donationis ad filios trāsmittere, quia responderunt Domini de aditione satis constare, ex quo Isabella eamdem haereditatē petijt ab Equite Horatio, prout ex eius confessione *in summ. addit. num. 3.* Quae quidem
4 petitio † vim habet aditionis *Franc. de Aret. consf. 136. num. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 12. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

LEGIONEN. CANONICATVS.

Veneris 9. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Resignatio sub conditione, *& non alias aliter nec alio modo*, sine implemento conditionum, operatur, quod nullum ius sit abdicatum à Resignante? Resignatio ex quibus praesumatur facta potius vigore secundi, quam primi mandati dati ad resignandum; mandati reuocatio, vt sit inducta quid sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio conditionalis non impleta conditione nullum ius transfert in resignatarium.*

2 Man-

1 *Mandati ad resignandum reuocatio sufficit, quod sit intimata resignatario.*

3 *Attestationi mediatoris, & sic deponenti de negotio secum gesto, & de facto proprio plurimum defertur.*

4 *Resignatio præsumitur expedita in vim secundi mãdati, quando apparet fuisse appositas conditiones, quæ in primo non legebantur.*

5 *Actus attenta iuris præsumptione refertur ad secundum mandatum tanquam in causam proximiorem.*

6 *Mandatum primum datum ad resignandum censetur reuocatum per secundum à primo diuersum.*

7 *Mandati reuocatio, quando sit intimanda procuratori, & ex quibus scientia reuocationis præsumatur, & num.8.*

9 *Vicario sufficit, quod sit notificata reuocatio vt non possit conferre beneficia.*

10 *Quod intellige de quacumque notitia reuocationis etiam per procuratorem, epistolam, seu amicum.*

11 *Id procedit etiam in procuratore ad præsentandum.*

12 *Scientia bene probatur ex præsumptionibus, & coniecturis.*

13 *Scientia in procuratore si concurrat in parte respectu secundi mandati præsumitur etiam quoad reliqua in dicto mandato contenta.*

14 *Procurator non est verisimile, quod apponat conditionem contentam in secundo mandato sine illius scientia.*

15 *Clausula, (quouis modo) apposita in litteris requirit vacationem de facto.*

16 *Simoniaca non dicitur retrocessio facta per resignatarium, cui non fuerat quesitum ius ob non implementum conditionum appositarum in resignatione, ad fauorem eiusdem resignatarij cũ non contineat aliquid spirituale.*

17 *Simonia non inducitur, quando quid datur ad effectum se eximendi a lite.*

18 *Verba paciscentium semper sunt accipienda pro exclusione simoniæ.*

19 *Simonia excluditur ex sola Iudicis authoritate.*

20 *Simoniacus per tres sententias conformes iuris ordine seruato venit priuandus beneficio.*

21 *Clausula*, seù alioquouis modo vacet, *non comprehendit beneficia vacatura, sed vacantia.*

22 *Clausula*, Dummodo collatio ad nos pertineat, *continetur in gratia Papæ.*

DECISIO LXVIII.

FVERAT 10. Decembris præteriti coram me resolutum, D. Adtiano non esse dandam immissionem in possessionem Canonicatus Legionen̄ eumque is obtinuisset iterũ audiri super ijsdem Domini articulo maturè discusso steterunt in decisis pendebat enim prætensa immissio à Iustificatione gratiæ Adriani, quam Domini censuerunt non esse iustificatam; Etenim fuerant narratæ duæ resignationes prima Ioannis Marotti ad fauorem Gregorij, per quam nullum ius fuit abdicatum, à resignante, & translatum in Gregorium resignatarium cum nõ essent imple-
1 tæ † tres conditiones requisitæ in mandato dato ad resignan̄ per Ioannem, de mense Iulij 1618. cum clausula abdicatiua consensus, & non alias aliter, nec alio modo. *Caputaq. decis.82.num.3. & 4. & decis.84.num.10.part.5.*

Altera Gregorij ad fauorem Ambrosij, quæ pariter nulla visa est, tùm quia Gregorius non poterat transferre in Ambrosium plus iuris, quam ipse habuisset à Ioanne, tùm etiam quia mandatum Gregorij sub die 3. Ianuarij 1622. ad resignan̄, seu permutan̄, cum Ambrosio fuerat postea per eumdem Gregorium reuocatum, & reuocatio intima-
2 ta Ambrosio, quod † sufficiebat. *Paris.lib.9. quæst.27.num.10. cum alijs copiosius deductis in prima decisione.*

Non obstat, quod primo loco objiciebatur aduersus primum fundamentum decisionis, resignationem Ioannis ad fauorem Gregorij non fuisse factam vigore prædicti mandati dati cum tribus conditionibus de mense Iulij 1618. sed alterius prioris mandati sub die 3. Octobris anni præcedentis in quo non aderant dictæ tres conditiones, sed vnica tantum reseruationis pensionis ducatorum 200. quæ fuit impleta.

Quia imò resignationem fuisse factam vigore secundi mandati, & non primi satis colligebatur ex attestatione Colmenerij Canonici Legionen̄, qui fuit mediator, vt negocium huius expeditionis committeretur alicui suo Corresponsali, in Romana Curia,
3 cui † plurimum est creden̄, tam quam benè informato, & deponen̄ de negotio secum gesto, & sic fermè de facto proprio. *Aechill. decis.3. de probat. Seraph. decis.889. num.3. Rota decis.252.num.3.part.2.recent.*

Iuncta potissimum rei verisimilitudine resultante ex eo, quod in litteris pensionis expeditis ad fauorem Ioannis, fit mentio de ducat.473. soluen̄ antiquis pensionarijs de quibus nulla in primo mandato fiebat mentio. Vnde ne dicamus procuratorem hanc conditionem ex suo capite apposuisse, omnino fatendum est ipsum resignasse in vim secundi mandati vbi de ea fiebat mentio, & non in
4 vim primi in quo † talis conditio non legebatur *ad trad. per Surd. cons.19. num. 18. volum. primo.*

Nec nõ concurren̄ iuris præsumptione qua
5 attenta actus † referen̄ est ad secundum mandatum, tamquam in causam proximiorem *l. si ob turpem ff. de condit. ob turp.caus.*

Sed circa hanc appositionem existimabant Domini cessare omnem difficultatem, quia etiã si Procurator voluisset resignare in vim primi mandati id tamen facere non potuisset
6 cum illud per† secundum diuersum à primo esset reuocatum. *tex. & glos. in l. si quis cum procuratorio in verb. procuratores duo ff. de Procuratoribus Boer.decis.347.num.3. Cald.de empt. & vendic. cap.15. vers.tamen quia Paris.de resignat.lib.9. quæst.25.num.3.*

Non obstat, defectus intimationis, quidquid enim sit dicen̄ in casu, quo aliunde non constat de scientia reuocationis in procura-
7 tore in quibus terminis † loquuntur, & sunt intelligen̄ tenentes intimationem reuocationis mandati esse facien̄ procuratori constituto ad resignan̄ Cardinalis *in Clem. vnic. de renunc.*

nunc.num.20. & 22. vbi Ancar.num.5.verf. quanto
nota de Renunc. Rota in Romana Clericatus Sancti
Petri 12. Ianuarij 1524. coram bo:mem. Patriarcha
Hierosolymitano.

Si tamen aliunde constet, Procuratorem
habuisse notitiam reuocationis primi man-
8 dati, vel dationis secundi nulla alia † intima-
tio requiritur tex.enim in d.Clem.vnic.de renun.
non exigit proforma hanc sollemnitatem in-
timationis de qua nullum verbum facit, sed
contentatur sola scientia reuocationis, ibi,
(antea quam ad ipsius, vel illius notitiam re-
uocatio sit deducta) quem textum ita loquen
de scientia reuocationis intelligit Couarr. pra-
cticarum quaest. cap.9. num. 8. in secunda conclusione
in fin. Didac. Perez.to.1.ord.lib.3.tit.4.lib.1.fol.353
col.2.post.med.Castrens.cons.361. in fin.lib.1.& vi-
detur esse de mente Cald. de empt. & vendit.
cap.15. num.37. vbi licet plura cumulet de in-
timatione tamen nu.39.videtur sentire, quod
sola scientia sufficiat.

Quæ sententia corroboratur argumento
9 ducto à simili Vicarij cui quamuis sit † noti-
fican reuocatio, vt non possit conferre bene-
ficia Boer. quaest.347. num.12. Rom. singul.57. &
sing.566. cum alijs per Cald. vbi supra num. 59.
10 sufficit qualiscumque † notitia reuocationis,
siuè per Procuratorem, siuè per epistolam,
aut per amicum, vt glos. in clem. causam §. in-
timatio verb. plena de elect. dicit Felin. in c. cate-
rum verb. valet processus de rescript. Cald.cons.4. de
offic.Vic.Boer.allegat decis.347.nu.15. in fin.idem-
11 que procedere in procuratore † ad præsentan
tradit. Rebuff. in prax. in forma Vicariatus n.214
Lambert. de Iurep.lib.2.p.1.quaest.4.artic.14.in fin.
12 Scientia autem prædicta, quæ † probari po-
test præsumptionibus, & coniecturis. Ma-
scard. de probat.conclus.1299.num.1. Seraph. decis.
1459. num. 3. vltra attestationem præfati Ca-
nonici Legionen mediatoris, & deponen de
re secum gesta, deducitur etiam ex quo, vt
diximus in resignatione fuit apposita condi-
tio solutionis ducatorum 475. non existens in
primo mandato, sed benè in secundo cum
enim procurator sciuerit hanc conditionem
requiri iuxta tenorem secundi mandati per
necessarium antecedens supponendum est,
eumdem habuisse notitiam dicti secundi mã-
dati, & omnium inibi contentorum scientia
13 enim † partis arguit scientiam totius l. non est
feren.ff. de transact. & inuerisimile est procura-
14 torem † potuisse hanc conditionem diuinare
l. si putator.ff. ad l.Aquil.

Quibus firmatis nec etiam potest Adrianus
capere Canonicatum ex clausulis generali-
bus vti vacan vitio simoniæ, vt dicebatur
commisso in quibusdam prætensis inlicitis
pactionibus inter Ioannem, & Gregorium.

Primò, quia cum Ambrosius nunquam
adeptus fuerit possessionem, quæ semper fuit
penes Ioannem primum resignantem, Vaca-
tio principaliter narrata, nec etiam iustifica-
15 tur de facto, quemadmodum opus est, † vt
beneficium capi possit ex clausula, (quouis
modo) iux. notissimas decisiones de quibus per
Mart.claus.173.lib.1. & dixit Rota in allegat. Ro-
mana Clericatus Sancti Petri coram bo.me. Patriar-
cha Hierosolymitano.

Secundò cessat in casu nostro allegata simo-
nia, nam supposita inualiditate primæ resi-
gnationis per quam nullũ fuerat translatum
ius in Gregorium vtique retrocessio Grego-
rij ad fauorem Ioannis non continebat in se
16 aliquid spirituale, quod † potuerit esse subie-
ctum prauitatis Simoniæ iux.tex.in c. non satis
cum pluribus seq. de Simon. Achill.decis.3.num.2. de
sim. sed totum quod datum fuit per Ioannem
Gregorio processit ex causa redimend. se ab
17 indebita vexatione litis, † quod citra vitium
Simoniæ licitè fieri potuit. gloss. in c. cum pri-
dem, verb. in licitè vbi Abb.num.9. Butr. num.16.
de pact. Bal. in c. ad audientiam il 2.num.6. vers.vel
redimen. Oldrad.cons.280.num.1. Paris de resignat.
lib.14.quaest.3.num.3. Redoan. de simon.part.2.cap.2
num.14.& in dubio verba paciscentium essent
etiam in hunc sensum accipien pro exclusio-
18 ne † delicti. l. Meritò ff. pro soc. Paris de confid.
quaest.36.num.41.

Tertio pro exclusione huius criminis, pon-
derabant etiam Domini consensum Nuncij
19 Apostolici, cum sola Iudicis † auctoritas ex-
cuset à labe sin oniaca. Redoan. de simonia p.2.
cap.13.num.52.

Quartò esto, quod pacta redolerent aliquẽ
scrupulum non tamen proprie Canonicatus
20 vacabat ipso Iure, sed simoniacus † veniebat
priuan per tres conformes seruato Iuris ordi-
ne Garz. de Benefic.par.11.cap.3.num.214. Ideo-
que Canonicatus non poterat capi per clau-
21 sulam, seu alio quouis modo vacet, quæ † non
comprehendit vacatura, sed vacantia.
Mandos.reg.32.quaest.3.num.7.

Vltra, quod Beneficium nec etiam vacas-
set in Curia, sed in partibus & in mense or-
dinarij, & sic cessante reseruatione Gratia
Papæ non profuisset Adriano, cum habeat
22 in ventre clausulam, † Dummodo collatio ad nos
pertineat. Seraph.decis.755.num.2.&c.

Et ità vtraque &c.

TOLENTINA SPOLII.

Veneris 9. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Possessio acquisita communi nomine ab altero
ex fratribus, quando pariat actionem spolij
fauore dd. fratrum. Et quando actio spolij
competat super toto corpore ex quo cæteri
fratres fuerunt præmortui.

SVMMARIVM.

1 *Possessio omnium fratrum probatur ex aditione hæ-
reditatis ab altero ex fratribus communi nomine
facta.*
2 *Ratificatio aditionis hæreditatis ac possessionis re-
spectiuè præsumitur ex diuturnitate temporis.*
3 *Exactio pensionum ex re tanquam propria in illo,
qui adiuit hæreditatem, & accepit possessionem
communi nomine non arguit, quod exegerit pri-
na-*

uatiue, quoad alios fratres.
4 *Possessio probatur ex confessione partis.*
5 *Actio spolij transfertur in hæredes.*
6 *Aditio hæreditatis probatur ex solutionibus debitorum testatoris.*
7 *Actio spolij quando dicatur intentata etiam nomine hæreditario vigore clausularum prægnantium appositarum in libello.*

DECISIO LXIX.

CORAM bon: mem: Archiepiscopo Seleucien. sub die 27. Martij 1624. fuit resolutum, non intrare spolium ad fauorem Dominorum Hieronymi, & Parisani de Parisanis,ex eo,quia pro iustificatione primi,extremi ad quod restringebatur causæ difficultas,non fuerat sufficienter probatũ,ipsos possedisse domum,de qua agebatur.Vndè,hodie reproposita causa super eisdem, ac restricto dubio ad dictum præinsertum extremum, DD. ex nouiter deductis, recedendo à decisis de eo sufficienter constare responderunt.

Primò, quia constat Ascanium Germanũ fratrem prædictorum Hieronymi, & Parisani post mortem Ioannis Baptistæ communis patris non solum nomine proprio, verum etiam nomine aliorum fratrum adiuisse hæreditatem paternam, confecisse inuentarium in eoque descripsisse prædictam domum, de qua agitur vti hæreditariam. Vndè sequitur quod cum idem Ascanius possederit d. domum, quod non controuertitur, & supponitur in dicta decis. coram bo: mem: Archiepiscopo Seleucien. per eius possessionem, stante dicta aditione communi nomine, dicitur
1 probata † possessio omnium supradictorum fratrum *Bald.cons.85.vers.sed unum est aduertendum vol. 3. cum plenè deductis per Surd. cons. 260. num.17. cum seq.*

Non obstat, quod prædicta conclusio benè procederet si constaret de ratificatione dictæ aditionis facta per dictos Hieronymum, & Parisanum, vel si appareret, ipsos domum prædictum communiter possedisse cum dicto Ascanio.

Nam, quoad ratificationem, dixerunt Do-
2 mini eam ex diuturnitate † temporis præsumi. *Socc.Iun.cons.139.num.14. & cons.146.n.14. lib.3. Menoc. de præsumpt. præsumpt. 33. num.30. lib.2.Seraph.decis.1085.num.1. & 2.*

Quo vero ad communionem, pariter responderunt, quod cum doceatur de aditione facta per Ascanium Communi nomine, diuisio non potest præsumi nisi probetur, quod tantùm abest, vt imo contrarium probetur, tàm per testes, qui dantur pro parte dictorũ de Parisanis,deponentes fratres prædictos bona paterna insimul possedisse, & vitam in communione gessisse. Quàm etiam per instrumentum publicum, in quo prædicti omnes fratres confitentur, bona hæreditaria inuentariata esse communia, & ea pro indiuiso habere, & possidere.

Non obstat, quod Ascanius nomine proprio pensiones dictæ domus exegerit, & in quietantiis appellauerit domum propriam, ibi, *della mia casa*, quia cum ipse adiuerit hæreditatem communi nomine, exactio pen-
3 sionum inde sequuta, censetur etiam † facta nomine omnium fratrum, ex dicto titulo præambulo aditionis. *l. quadam mulier. ff. de re vendic.l.*. *C. de acq.poss.Ceph.cons.156.nu.14.lib.2 Crauett.cons.91.num.9.lib.1. Pereg. de fideicommissis art.44.num.4.*

Secundò principaliter comprobatur prædicta possessio Hieronymi, & Parisani, ex confessione partis desumpta ex citatione exequuta in actu subhastationis dictæ domus contra prædictos Hieronymum, & Parisanum, in qua enunciantur hæredes q. Io: Baptistæ Patris, ac etiam possessores prædictæ domus, ex qua quidem confessione benè remanet pro-
4 bata † possessio prædictorum fratrum *Rota decis.802. num.1. part.1. diuers. & coram Greg. XV. decis.200.num.2. & decis.458.num.3.*

Nec pariter obstat, quod Hieronymus, & Parisanus tamquàm duo soli non possint agere actione spolij ad integram domum, quæ iure hæreditario etiam ad Iulium, & Ascanium cohæredes spectabat. Nam cum præfati Hieronymus,& Parisanus sint hæredes prædictorum Iulij, & Ascanij, eorumque hæreditatem adiuerint, actio spolij, quæ super medietate dictæ domus ipsis competebat, di-
5 citur † translata etiam ad eorum hæredes. §. *sed hæredibus Instit. de perpet. & temp. act. Grat. cons.70.num.15.lib.2.Crescent.decis.1. de restit.spoliat. Rota decis.307. num.3. part.1. recent. Add. ad decis.Greg.XV.decis.542.num.9.*

Quod autem prædicti Hieronymus, & Parisanus sint hæredes, tàm Iulij, quam Ascanij probatur. Nàm respectu Iulij probatur ex eius testamento, cuius particula data fuit respectu verò Ascanij, cum ipse decesserit ab intestato sine filijs intrat præsumptio ad fauorem supradictorum Hieronymi, & Parisani tamquàm proximiorum *ex vulg. iur.*

Quod pariter hæreditates prædictorum Iulij, & Ascanij adiuerint, probatur ex quo Hieronymus, & Parisanus plura debita tàm
6 Iulij, quàm Ascani, soluerunt, † ex quibus solutionibus probata remanet hæreditatis aditio *l.2.C. de Iur.delib.Ias.cons.112.nu.6.vers. nam per solutionem lib.4.Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.12.tit.12.num.5.Greg.XV.decis.98. num.3.*

Denique non obstat, quod Hieronymus, & Parisanus egerint actione spolij ex eorum propria persona, non autem vti hæredes fratrum, nàm cum in libello adsint illæ clausulæ amplissimæ, & prægnantissimæ, ibi, *deducens omne Ius, omnesque actiones &c.* remedium vndecumque qualitercumque, & quomodolibet magis proficuum, etiam in futurum coniunctim,& separatim sibi competens &c. *omni meliori modo &c.* satis ex vi dictorum verborũ censentur etiam intentasse actionẽ spo-
7 lij ex persona † fratrum tamquam eorum hæredes. *Alex.cons.121.num.3.lib.1.Mart. de claus. part.1.claus.256.nu.6.Facis. de Saluian. Inspect.1. c.3.n.70.71. & seq. Rota cor.Greg.XV.dec.270.n.3*

Et ita vtraque &c.

ROMANA VINEAE DE GRANNELA.

Mercurij 14. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adepta possessionis alio non existente in possessione plenè probat ad effectum manutentionis.*

2 *Locatio contra tertium absentem non probat possessionem.*

3 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & sic non est manutenibilis.*

4 *Possessio posterior non potest impedire manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato.*

DECISIO LXX.

IOANNI Giliberto dandum esse mandatum de manutenendo in possessione vineę de qua agitur Domini resoluerunt. Quia de eius possessione visum fuit constare ex Instrumento adeptæ possessionis auctoritate Iudicis, *vt in eius Summ. num. 1.* Quod quidem
1 Instrumentum † alio non existente in possessione plenè probat ad effectum manutentionis. *Rota decis. 106. num. 4. decis. 616. num. 1. & decis. 711. num. 1. par. 1. recen. Greg. XV. decis. 268. n. 1.*

Non obstat possessio Piscatoris desumpta ex Instrumento locationis vineæ per ipsum
2 factæ. Quia vltra quod locatio † contra tertium absentem nō probat possessionem. *Bald. cons. 330. num. 1. vers. in contrarium lib. 1. Alex. consil. 10. num. 3. lib. 4. Soccin. sen. cons. 106. num. 1. lib. 3. Adden. ad decis. Greg. XV. decis. 6. num. 7.* Tamen
3 cum dicta possessio † sit posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & sic non manutenibilis *Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 726. Afflict. decis. 363. num. 3. & 4. Rota coram Greg. XV dicta decis. 6. num. 3. & decis. 171. num. 2.*

Non obstat, quod præfata vinea esset hypothecata Piscatori pro suo credito, quia non indè sequitur, quod propria auctoritate potuerit capere possessionem, & de ea priua-
4 re Gilibertum, qui cum † non habuerit se pro spoliato venit manutenendus, *Rota coram Gregorio XV. decis. 203. num. 2. & alijs sæpissimè.*

Et ita vtraque &c.

TOLETANA PENSIONIS

Veneris 16. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Declaratoria quibus concurrentibus sit danda contra obedire recusantes.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria, vt sit relaxanda, quæ concurrere debeant.*

2 *Citationis defectum supplet comparitio procuratoris citati.*

3 *Citatio ad dicen. contra commissionem sufficit, quod sit facta in terminis substantialibus.*

4 *Processus plenè probat iura in illo inserta.*

DECISIO LXXI.

FVIT resulutum dandam esse declaratoriam contra Antonium de Sancto Vincentio, quia executoriales contra ipsum relaxatæ fuerunt formitèr intimatæ. Vndè eis postmodum reproductis, ac seruatis quatuor terminis de stilo seruari solitis cum non do-
1 ceatur de paritione † declaratoria venit relaxanda *Mohed. decis. 1. de sent. excom. Mant. dec. 74. num. 1. Rota decis. 439. num. 1. & decis. 445. num. 4. par. 2. recent.*

Non obstant ea quæ dicuntur de nullitate, & Iniustitia litterarum executorialium.

Et primo non obstat defectus Iurisdictionis ex quo non adest citatio ad dicendum contra Commissionem, quia vltra quod sufficit cō-
2 paritio † Procuratoris *Aegid. decis. 364. Seraph. decis. 1441. num. 4. Greg. XV. decis. 27. num. 3. & ibi Adden. num. 9.* Dixerunt Domini sufficere eam
3 fuisse † factam in terminis substantialibus, *vt fuit dictum in Bracharen. Monasterij 19. Nouembris 1603. coram bo: me: Cardinali Sacrato.*

Secundò non obstant alij duo defectus, nēpe mandati, & productionis litterarum reseruationis, quia ambo tolluntur ex facto. De mandato enim constat ex eius productione in actis, *vt in Summario num. 2.* Defectus verò productionis litterarum reseruationis tollitur ex quo fuit productus processus fulminatus ab A. C. cum insertione dictarum litterarum
4 qui processus † plenè probat *Achil. decis. 2. de off. deleg. Put. decis. 246. lib. 3.*

Deniquè non obstant ea, quæ dicuntur de Iniustitia sententiæ, & litterarum executorialium, quia bene remanent sublata ex responsionibus aliàs datis in decisione in hac causa facta, cum quibus Domini transierunt.

Et ita vtraque &c.

RECANATEN. DOTIS.

Veneris 16. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Iudex rite, & rectè procedendo priuat anteriorem possessorem sua possessione illamque transfert manutenibilem in immissum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio amittitur ex facto Iudicis.*

2 *Citationis defectus tollitur per comparitionem.*

3 *Pro executione præsumitur.*

DECISIO LXXII.

SVB die 28. Februarij præteriti informante tantum D. Maria Ceccola fuit resolutum

rum ei esse dandum mandatum de manutenendo in possessione prædij de quo agebatur. Verùm hodiè reproposita causa super eisdem vtraque parte informante Domini recedendo à decisis mandatum prædictum D. Antonio Crucciano concedendum esse responderunt.

Nàm de eius possessione satis visum fuit constare ex Instrumento adeptæ possessionis mediante mandaro de Immittendo, *vt in eius Summ.num.3.* Quod quidem Instrumentum ad effectum manutentionis plenè probat *Rota decis.106.num.4.decis.616.n.1.par.1.recent.Greg.XV. decis 268.num.1.*

Non obstat prætensa possessio anterior Ma-
1 riæ, quia de ea fuit priuata authore Prætore mediante supradicto mandato de immittẽdo concesso Antonio *Angel. in l. clam. possidere § qui ad nundinas, num.2. in fin. ff.de acquir. possess. Rota decis.802. num.1. par.1. diuers. & decis.525. num.3. par.2. recent. Greg. XV. decis.9. num.4.*

Minus obstat, quod Iudex nulliter processerit, ex quo Maria non fuit citata nec potuerit eam sua possessione priuare. Quia obiectum visum fuit cessare ex quo eius Procurator in iudicio comparuit, & plures protestationes fecit, prout in eius Summario *num.4.* per quã
2 comparitionem † tollitur defectus citationis, *Seraph.decis.1441.num.4. Greg.XV.decis.27.nu.3. & ibi latè per Add. num.9.*

Non obstat, quod Maria tanquam creditrix anterior Bartholomei pro sua dote esset præferenda. Quia obiectum pariter visum fuit cessare ex quo Theobaldus, ad cuius instantiam prædium, de quo agitur, fuit subhastatum, egit pro suo credito contra Bartholomeum virum Mariæ, vti heredem Cæsareæ creditricis anterioris dictæ Mariæ, quæ Cæsarea pro dicto Bartholomeo fideiusserat, ac etiam vti heredem dicti Antonij eius patris dictæ Cæsareæ debitoris pro sua dote longè anteriori quam sit dos Mariæ. Vnde cum
3 executio fuerit facta super dicto prędio † tanquam de bonis Cæsareæ, & Antonij ad ipsum Bartholomeum peruento, præsumitur hereditarium supradictorum Antonij, & Cæsareę *Bald. in l.1. num.2. C. de priuil. fisc. Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. gloss.9. num.22. Gregor. XV. decis.402. num.2.*

Et ita vtraque &c.

METEN. ABBATIAE

Lunæ 19. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Electionis confirmatio, quando non sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Electio nulla ex defectu potestatis eligentium an conualescat ex subsequuta confirmatione Ordinarij.*
2 *Confirmatio Episcopi non prodest si electio non tenet.*
3 *Decreta Congregationis super negocijs Regularium possunt allegari adinstar legis communis.*

DECISIO LXXIII.

NON acquiescentibus Abbate, & Monasterio Sancti Naboris solutioni in hac causa factæ sub die 5. Februarij præteriti, in qua fuit dictum Gratiam si neutri esse iustificatam, iterum hodie proposui dubium super eisdem, & Domini vnanimiter steterunt in decisis.

Nam, vt dicebatur in decisione præterita, tota hæc disputatio restringebatur ad non ius vtriusque partis, & ad vacationem Abbatiæ; Quoad primam partem de non iure D. Caroli constat ex eius confessione, quæ ei ad hunc effectum suffragatur; non ius verò Pulchronij resultat ex reuolutione actorum, in quibus non constat de tali eius iure, quod canonizari possit ad excludendam gratiam si neutri, ex allegatis in alia decisione.

Quo verò ad vacationem Abbatiæ Dominis visum fuit ex nouiter deductis, & probatis, negocium transire sine difficultate, cum enim de tempore illius resignationis factæ per Marcellum in manibus Capituli in Monasterio esset introducta reformatio adinstar Cassinen. non potuit per Capitulum recipi cessio Abbatis perpetui Religiosi antiqui, & prætensa possessio Conuentus quæsita tempore, quo Monasterium non erat in statu reformationis cessauit ex mutatione status superuentæ reformationis, & consequenter electio Pulchronij noui Abbatis non potuit fieri sine speciali licentia Papæ, vt nuper declarauit sacra Congregatio super negocijs Regularium, quam declarationem Sanctissimus confirmauit cum clausula sublata, & decreto irritanti, in Summario D. Caroli *num.2.*

Ex qua declaratione cessat etiam ratificatio electionis Pulchronij facta ab Ordinario, quia data illius nullitate ex defectu potestatis Conuentus non valentis accipere resignationem, nec eligere, obstante reformatione prædicta, ex ratificatione subsequenti, electio nulla
1 non † potuit cõualescere. *Compostel. in c. quia propter, num.29. Bellam. in §. nisi fortè, vers. 3. quæro de elect.* & fuit dictum *in Treueren. Abbatiæ 20. Noueb. 1624. corã Reuerendiss. D. meo Decano,* & vbi
2 electio non tenet, † confirmatio Episcopi non prodest. *gloss. in cap.1. in verbo irritum, de postul. prael. lib.6. Dec. in cap. postquam num.19. de elect.*

Nec obstare visum fuit, quod in narratiua Breuis Apostolici legantur hæc verba, Collationes verò, seu prouisiones huiusmodi Monasteriorũ tàm eorum, quæ ad normam Cassinen reducerentur, quam quæ hiusmodi reformationem non admitterent, quocunque modo deinceps vacasset, ad Sedem Apostolicam vti prius pertineret. Primò enim hæc sunt posita incidenter in narratiua confirmationis Apostolicæ, quæ narratiua propterea non est attendenda, sed dispositiua. Secundo per immediatè subsequentia verba, videlicet, itaut nullus de illis præter Romanum Pontificem pro tempore existentem disponere, nullo modo posset, satis apparet de intentione Papæ, itaut particula hæc (vt prius) debeat intelligi

telligi de prioritate, de qua *Gonzal. super reg. 8. de mens. alt.* §. 1. 2. *& seq.* Tertio, quia in dicta confirmatione sublata est Rotæ facultas aliter interpretandi cum decreto irritanti.

Non etiam obstat, quod dictum decretum Congregationis sic confirmatum non sit de actis, & ideò non possit attendi, quia cum sit declaratio iuris vniuersalis emanata à sacra Congregatione instituta, à Summis Pontificibus ad interpretandum similes casus contin-
3 gentes, sufficit illud † allegare adinstar legis communis, *iuxta text. in* §. *responsa prudentem instit. de iur. nat.* & tradit in simil. *Garz. de beneficijs.*

Circa alia verò deducta in alia decisione Domini non fuerunt concordes.

Et ita vtraque acerrimè &c.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE GVIDACCIIS.

Mercurij 21. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione regulariter veniunt filię, & faciunt deficere conditionem si sine filijs. Testator ex quibus coniecturis appareat voluisse conseruare bona pro sua agnatione.

SVMMARIVM.

1 *Filia regulariter loquendo venit appelatione filiorum.*
2 *Filia facit deficere conditionem substitutionis si sine filijs.*
3 *Substitutio facta alicui si sine filijs decesserit, expirat deficiente conditione, & quando hoc cessat. num. 4.*
5 *Filios masculos, quando appareat testatorem voluisse ponere sub conditione.*
6 *Substitutio non debet egredi gradus à testatore præscriptos.*
7 *Voluntas, & ratio conseruandi bona in agnatione, recipit conditionem primæ substitutionis.*
8 *Substitutio si fuerit facta per nomen collectiuum, tunc censetur testatorem habuisse animum conseruandi agnationem.*
9 *Verba habentia tractum successiuum in perpetuum, ostendunt animum conseruandæ agnationis.*
10 *Testator quando substituit maiorem natu ex hoc colligitur eius animus conseruandæ agnationis.*
11 *Arguere non licet a ratione conseruandæ familiæ restricta in vno casu ad alterum, in quo non fuit considerata.*
12 *Agnationis conseruandæ ratio considerata in descendentia hæredis, non trahitur ad descendentiam substituti.*
13 *Agnationis conseruandæ ratio considerata in descendentia substituti, non trahitur ad descendentiam hæredis.*
14 *Substitutio vulgaris quando dicatur restricta.*
15 *Neptes si quis excluserit quanto magis censetur velle excludere pronepptes, vti minus dilectas. Sed Rota hanc coniecturam non admittit. num. 16.*
17 *Testator qui dotauit neptes, & exclusit ab hæreditate, ista ratio exclusionis non potest considerari in in pronepptibus non dotatis ab eo.*
18 *Decisio in causa Cesenaten. fideicommissi 23. Ian. 1628. declaratur.*
19 *Decis. 343. par. 4. diuers. & decis. 503. eadem parte declarantur, & num. 20.*
21 *Decisio in causa Fulginaten. fideicommissi coram Lancellotto, declaratur.*
22 *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum propter masculos procedit ab intestato non ex testamento, & fœminæ de iure communi non excluduntur propter masculos.*
23 *Testator præsumitur respectu suæ successionis, voluisse admitti eos, qui ab intestato ex dispositione statuti vocantur.*

DECISIO LXXIV.

FRANCISCVS Guidaccius, de ann. 1574. suum vltimum condidit testamentum, in quo suum vniuersalem hæredem instituit Carolum Guidaccium ex Thoma germano fratre nepotem, cui, quoad partem ipsum Franciscum testatorem tangen. Tenutæ Decimo nuncupatæ, & aliarum Tenutarum aliàs per Thomam Guidaccium, & ipsum Franciscũ empt. à Veñ Hospitali S. Spiritus in Saxia de Vrbe, prædicto Carolo hæredi suo, sic, vt præmittitur instituto, quandocumque decedenti absque filijs legitimis, & naturalibus substituit, & substitutum esse voluit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum proximiorem tunc existentem legitimum, & naturalem familiæ Guidacciorum ipsius Testatoris de linea masculina, ita quod si essent plures in eodem gradu proximiores, sit, & intelligatur substitutus maior natu eorum, quã substitutionem in dictum euentum, quod dictus Carolus decederet absque filijs legitimis, & naturalibus voluit esse, & seruari debere in perpetuum in sua familia masculina Guidacciorum, & in proximiore maiore natu legitimo, & naturali. Vnde cum decesserit Carolus relicta D. Camilla filia. Dubitaui an esset factus locus substitutioni ad fauorem D. Eq. Ioannis Guidaccij vti masculi proximioris dictæ familiæ, itaut esset ei danda immissio in possessionem bonorum supradicti Testatoris: Quo dubio à me proposito, DD. negatiuè responderunt.

Fuit enim principaliter consideratum substitutionem fuisse factã à Testatore de proximiore familiæ de Guidaccijs sub conditione bis repetita, si Carolus decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, quæ conditio cum non fuerit purificata, sed Carolus decesserit
1 relicta d. Camilla filia, quæ regulariter † loquendo, venit appellatione filiorum, *ad text. in l. filiæ appellatione. ff. de verb. signif. l. qui duos, ff. de leg. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 2. Seraph. decis. 880. Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 514. num. 1. & in recent. decis. 316. num. 2. par. 1.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Marmitis 9. Decembris 1613. coram bo. me.*

tum ei esse dandum mandatum de manutenendo in possessione prædij de quo agebatur. Verùm hodiè repropositâ causâ super eisdem vtraque parte informante Domini recedendo à decisis mandatum prædictum D. Antonio Crucciano concedendum esse responderunt.

Nam de eius possessione satis visum fuit constare ex Instrumento adeptæ possessionis mediante mandato de Immittendo, *vt in eius Summ. num.* 3. Quod quidem Instrumentum ad effectum manutentionis plenè probat *Rota decis.* 106. *num.* 4. *decis.* 616. *n.* 1. *par.* 1. *recent. Greg. XV. decis* 268. *num.* 1.

1 Non obstat prætensa possessio anterior Mariæ, quia de ea fuit priuata authore Prætore mediante supradicto mandato de immittēdo concesso Antonio *Angel. in l. clam. possidere § qui ad nundinas, num.* 2. *in fin. ff. de acquir. possess. Rota decis.* 802. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & decis.* 525. *num.* 3. *par.* 2. *recent. Greg. XV. decis.* 9. *num.* 4.

Minus obstat, quod Iudex nulliter processerit, ex quo Maria non fuit citata nec potuerit eam sua possessione priuare. Quia obiectum visum fuit cessare ex quo eius Procurator in iudicio comparuit, & plures protestationes fecit, prout in eius Summario *num.* 4. per quā
2 comparitionem † tollitur defectus citationis, *Scraph. decis.* 1441. *num.* 4. *Greg. XV. decis.* 27. *nu.* 3. *& ibi latè per Add. num.* 9.

Non obstat, quod Maria tanquam creditrix anterior Bartholomei pro sua dote esset præferenda. Quia obiectum pariter visum fuit cessare ex quo Theobaldus, ad cuius instantiam prædium, de quo agitur, fuit sublastatum, egit pro suo credito contra Bartholomæum virum Mariæ, vti heredem Cæsareæ creditricis anterioris dictæ Mariæ, quæ Cæsarea pro dicto Bartholomeo fideiusserat, ac etiam vti heredem dicti Antonij eius patris dictæ Cæsareæ debitoris pro sua dote longè anteriori quam sit dos Mariæ. Vnde cum
3 executio fuerit facta super dicto prædio † tanquam de bonis Cæsareæ, & Antonij ad ipsum Bartholomæum peruento, præsumitur hereditarium supradictorum Antonij, & Cæsareę *Bald. in l.* 1. *num.* 2. *C. de priuil. fisc. Tiraquell. de retract. lignag.* §. 8. *gloss.* 9. *num.* 22. *Gregor. XV. decis.* 402. *num.* 2.

Et ita vtraque &c.

METEN. ABBATIAE

Lunæ 19. *Iunij* 1628.

ARGVMENTVM.

Electionis confirmatio, quando non sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Electio nulla ex defectu potestatis eligentium an conualescat ex subsequuta confirmatione Ordinarij.*
2 *Confirmatio Episcopi non prodest si electio non tenet.*
3 *Decreta Congregationis super negocijs Regularium possunt allegari adinstar legis communis.*

DECISIO LXXIII.

NON acquiescentibus Abbate, & Monasterio Sancti Naboris solutioni in hac causa factæ sub die 5. Februarij præteriti, in qua fuit dictum Gratiam si neutri esse iustificatam, iterum hodie proposui dubium super eisdem, & Domini vnanimiter steterunt in decisis.

Nam, vt dicebatur in decisione præterita, tota hæc disputatio restringebatur ad non ius vtriusque partis, & ad vacationem Abbatiæ; Quoad primam partem de non iure D. Caroli constat ex eius confessione, quæ ei ad hunc effectum suffragatur; non ius verò Pulchronij resultat ex reuolutione actorum, in quibus non constat de tali eius iure, quod canonizari possit ad excludendam gratiam si neutri, ex allegatis in alia decisione.

Quo verò ad vacationem Abbatiæ Dominis visum fuit ex nouiter deductis, & probatis, negocium transire sine difficultate, cum enim de tempore illius resignationis factæ per Marcellum in manibus Capituli in Monasterio esset introducta reformatio adinstar Cassinen. non potuit per Capitulum recipi cessio Abbatis perpetui Religiosi antiqui, & prætensa possessio Conuentus quæsita tempore, quo Monasterium non erat in statu reformationis cessauit ex mutatione status superuentæ reformationis, & consequenter electio Pulchronij noui Abbatis non potuit fieri sine speciali licentia Papæ, vt nuper declarauit sacra Congregatio super negocijs Regularium, quam declarationem Sanctissimus confirmauit cum clausula sublata, & decreto irritanti, in Summario D. Caroli *num.* 2.

Ex qua declaratione cessat etiam ratificatio electionis Pulchronij facta ab Ordinario, quia data illius nullitate ex defectu potestatis Conuentus non valentis accipere resignationem, nec eligere, obstante reformatione prædicta, ex ratificatione subsequenti, electio nulla
1 non† potuit cōualescere. *Compostel. in c. quia propter, num.* 29. *Bellam. in §. nisi fortè, vers.* 3. *quaero de elect.* & fuit dictum *in Treueren. Abbatiæ* 20. *Nouēb.* 1624. *corā Reuerendiss. D. meo Decano*, & vbi
2 electio non tenet,† confirmatio Episcopi non prodest, *gloss. in cap.* 1. *in verbo irritum, de postul. prel. lib.* 6. *Dec. in cap. postquam num.* 19. *de elect.*

Nec obstare visum fuit, quod in narratiua Breuis Apostolici legantur hæc verba, Collationes verò, seu prouisiones huiusmodi Monasteriorū tàm eorum, quæ ad normam Cassinen reducerentur, quam quæ huiusmodi reformationem non admitterent, quocumque modo deinceps vacasset, ad Sedem Apostolicam vti prius pertineret. Primò enim hæc sunt posita incidenter in narratiua confirmationis Apostolicæ, quæ narratiua propterea non est attendenda, sed dispositiua. Secundo per immediatè subsequentia verba, videlicet, itaut nullus de illis præter Romanum Pontificem pro tempore existentem disponere, nullo modo posset, satis apparet de intentione Papæ, itaut particula hæc (vt prius) debeat intelligi

telligi de prioritate, de qua *Gonzal. super reg. 8. de mens. alt. §. 1. 2. & seq.* Tertio, quia in dicta confirmatione sublata est Rotæ facultas aliter interpretandi cum decreto irritanti.

Non etiam obstat, quod dictum decretum Congregationis sic confirmatum non sit de actis, & ideò non possit attendi, quia cum sit declaratio iuris vniuersalis emanata à sacra Congregatione instituta, à Summis Pontificibus ad interpretandum similes casus contin-
3 gentes, sufficit illud † allegare adinstar legis communis, *iuxta text. in §. responsa prudentem instit. de iur. nat.* & tradit in simil. *Garz. de beneficijs.*

Circa alia verò deducta in alia decisione Domini non fuerunt concordes.

Et ita vtraque acerrimè &c.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE GVIDACCIIS.

Mercurij 21. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione regulariter veniunt filiæ, & faciunt deficere conditionem si sine filiis. Testator ex quibus coniecturis appareat voluisse conseruare bona pro sua agnatione.

SVMMARIVM.

1 *Filia regulariter loquendo venit appelatione filiorum.*

2 *Filia facit deficere conditionem substitutionis si sine filijs.*

3 *Substitutio facta alicui si sine filijs decesserit, expirat deficiente conditione, & quando hoc cessat. num. 4.*

5 *Filios masculos, quando appareat testatorem voluisse ponere sub conditione.*

6 *Substitutio non debet egredi gradus à testatore præscriptos.*

7 *Voluntas, & ratio conseruandi bona in agnatione, recipit conditionem primæ substitutionis.*

8 *Substitutio si fuerit facta per nomen collectiuum, tunc censetur testatorem habuisse animum conseruandi agnationem.*

9 *Verba habentia tractum successiuum in perpetuum, ostendunt animum conseruandæ agnationis.*

10 *Testator quando substituit maiorem natu ex hoc colligitur eius animus conseruandæ agnationis.*

11 *Arguere non licet a ratione conseruandæ familiæ restricta in vno casu ad alterum, in quo non fuit considerata.*

12 *Agnationis conseruandæ ratio considerata in descendentia hæredis, non trahitur ad descendentiam substituti.*

13 *Agnationis conseruandæ ratio considerata in descendentia substituti, non trahitur ad descendentiam hæredis.*

14 *Substitutio vulgaris quando dicatur restricta.*

15 *Neptes si quis excluserit quanto magis censetur velle excludere pronepotes, vti minus dilectas. Sed Rota hanc coniecturam non admittit. num. 16.*

17 *Testator qui dotauit neptes, & exclusit ab hæreditate, ista ratio exclusionis non potest considerari in in pronepotibus non dotatis ab eo.*

18 *Decisio in causa Casenaten. fideicommissi 23. Ian. 1628. declaratur.*

19 *Decis. 343. par. 4. diuers. & decis. 503. eadem parte declarantur, & num. 20.*

21 *Decisio in causa Fulginaten. fideicommissi coram Lancellotto, declaratur.*

22 *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum propter masculos procedit ab intestato non ex testamento, & fœminæ de iure communi non excluduntur propter masculos.*

23 *Testator præsumitur respectu suæ successionis, voluisse admitti eos, qui ab intestato ex dispositione statuti vocantur.*

DECISIO LXXIV.

FRANCISCVS Guidaccius, de ann. 1574. suum vltimum condidit testamentum, in quo suum vniuersalem hæredem instituit Carolum Guidaccium ex Thoma germano fratre nepotem, cui, quoad partem ipsum Franciscum testatorem tangen. Tenutæ Decimo nuncupatæ, & aliarum Tenutarum aliàs per Thomam Guidaccium, & ipsum Franciscū empt. à Ven. Hospitali S. Spiritus in Saxia de Vrbe, prædicto Carolo hæredi suo, sic, vt præmittitur instituto, quandocumque decedenti absque filijs legitimis, & naturalibus substituit, & substitutum esse voluit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum proximiorem tunc existentem legitimum, & naturalem familiæ Guidacciorum ipsius Testatoris de linea masculina, ita quod si essent plures in eodem gradu proximiores, sit, & intelligatur substitutus maior natu eorum, quā substitutionem in dictum euentum, quod dictus Carolus decederet absque filijs legitimis, & naturalibus voluit esse, & seruari debere in perpetuum in sua familia masculina Guidacciorum, & in proximiore maiore natu legitimo, & naturali. Vnde cum decesserit Carolus relicta D. Camilla filia. Dubitaui an esset factus locus substitutioni ad fauorem D. Eq. Ioannis Guidaccij vti masculi proximioris dictæ familiæ, itaut esset ei danda immissio in possessionem bonorum supradicti Testatoris: Quo dubio à me proposito, DD. negatiuè responderunt.

Fuit enim principaliter consideratum substitutionem fuisse factā à Testatore de proximiore familiæ de Guidaccijs sub conditione bis repetita, si Carolus decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, quæ conditio cum non fuerit purificata, sed Carolus decesserit
1 relicta d. Camilla filia, quæ regulariter † loquendo, venit appellatione filiorum, *ad text. in l. filiæ appellatione. ff. de verb. signif. l. qui duos, ff. de leg. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 2. Seraph. decis. 830. Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 514. num. 1. & in recent. decis. 316. num. 2. par. 1.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Marmitis 9. Decembris 1613. coram bo. me.*

2 *Vbaldo*. Quæ conclusio procedit etiam† ad ef-
fectum, vt deficiat conditio substitutionis, si
sine filiis. *Honded.cons.87.num.25.lib.1. Mantica*
de coniecturis vltim.volunt.d.lib.11.tit.14.num.10.
Rota decis.485. num.1. par.4. diuers. & decis.316.
num.2.& 3. par.1.recent. Seraph.d.decis.880.& de-
3 *cis.1216. num.5.* Meritò expirauit † fideicom-
missũ, & propterea vocatio familiæ, quæ tan-
quam consecutiua pendet ab illa conditione,
si decesserit sine filiis, *iuxta vulg. cons.21. Oldrad.*
Alex.cons.139.num.3.lib.6.Surd.cons.348.num.10.
Rota decis.490.num.2.& 3. par.4.diuers.& dec.14.
num.7. decis.19. num.2. & 4. & decis.436. num.6.
par.1. recent. & nuper in Romana de Maximis 18.
Februarij præteriti coram Reuerendissimo D. meo
Decano.

4 Non obstat, quod à præfata † opinione re-
ceditur *ex coniect. Mantic. loc.cit. num.5.* & fuit
dictum *in dicta Camerinen. bonorum, quæ est decis.*
Seraph. 880. quia hic non visæ fuerunt adesse
coniecturæ diuersæ, & efficaces prout requi-
rũtur ad hoc, vt ex iis clarè appareat, Testato-
5 rem † voluisse solum ponere in conditione
filios masculos. *Gabr. consil.97. num.12. lib.1.*
Mantic. loc. cit. tit.14.num.5. Rota d. dec Camerin.
fideicommissi num.3. & in d. fideicommissi de Marmi-
tis coram bo. me: Vbaldo.

Minus obstat, quod vbi Testator expressit
suam voluntatem absolutam conseruandi bo-
na in agnatione, tunc conditio, si sine filijs,
intelligitur de masculis, quia id non procedit,
vbi ex verbis testamenti apparet, Testatorem
voluntatem suam limitasse, seu restrixisse ad
aliquem casum, vel gradum, prout in casu
nostro Testatorem fecisse colligitur, dum di-
xit, (cui decedenti sine filijs) & paulò inferiùs
(quam substitutionem in dictum euentum,
quod dictus Carolus decederet sine filijs vo-
luit seruari debere in sua familia) hoc enim
6 casu † substitutio non debet egredi casum, seu
gradus à Testatore præscriptos, & limitatos.
Honded.cons.78.num.35. & seq. lib.1. Bece. consil.
636. num.12. vers.nec supradictis, & nu.13.& 24.
Peregr. de fideicomm. art.14. num.47. vers. quam-
obrem. Rota decis.568. num.7. & 8. par.1.& decis.
121. num.2.par.2. diuers. Seraph.decis.383.num.3.
7 & in specie, quod voluntas, † & ratio conser-
uandi bona in agnatione, vel familia, recipiat
conditionem primæ substitutionis, nempè si
hæres decesserit sine liberis, adeout non pro-
cedat in liberis in conditione positis, imò in
illis deficiat, & solum procedat in substitutis,
quatenus filij illi non extiterint, *tradit. Alex*
d.cons.139.num.3. vers.& substitutio lib.6. Cephal.
cons.17.num.24.lib.1. Menoch.cons.85.num.46.47.
lib.1. Surd. cons.448. per tot. lib.3. Peregr.de fidei-
comm.art.29.num.27. Rota decis.230.per tot.par.2.
diuers. & decis.486.num.6. par.1. recent. & latiùs
in Romana fideicommissi de Gallis 16.Nouemb.1597
coram Pamphilio, & in Romana domus, & viridarij
12. Ianuarij 1597. & 15. Nouembris 1599. coram
Corduba.

Et ex hac vnica responsione tolluntur etiã
omnes aliæ coniecturæ ab informantibus de-
ductæ, tùm ex illis verbis testamenti, ibi (sub-
stituit proximiorem legitimum, & naturalem
Guidacciorum ipsius Testatoris de linea ma-
sculina) ex quo colligi prætenditur, cum sub-
8 stitutio fuerit facta † per nomen collectiuum
Testatorem habuisse animum conseruandi
agnationem. *Cephal.cons.137.nu.12.lib.1. Man-*
tic.decis.305. num.2. & decis.351. num.3. tùm ex
illis (quam substitutionem voluit seruari in
9 perpetuum) quæ verba vti habentia † tractum
successiuum in perpetuum ostendũt animum
conseruandæ agnationis. *Paris.cons.63.num.10.*
lib.1. Seraph.decis.854. num.5. Rota decis.48.nu.5.
par.1. recent. Tùm etiam quia Testator substi-
10 tuit maiorem † natu, ex quo pariter colligi-
tur eius animus conseruandi agnationem, ad
tradit. per *Decian.cons.31.num.90. vers.2. ad pro-*
bandum, lib.1. Mantic. d.tract.lib.6. tit.15.num.15.
vers.item si testator. Quia sufficit dicere, quod
Testator non habuit rationem conseruandæ
agnationis in descendentia Caroli patris Ca-
millæ, sed solùm in familia masculina substi-
tuta in dictum solum euentum, quo Carolus
11 decederet sine filijs; ideò non † licet arguere
à ratione conseruationis familiæ restricta in
vno casu ad alterum, in quo non fuit consi-
derata. *Riminal.iun. cons.117. num.21. Peregrin.*
cons.23. num.27. lib.4. Molin. de primogenit. lib.1.
cap.1.num.37. & lib.3.cap.5.num.17. & seq. Surd.
cons.448.num.23. Rota decis.491.num.6. vers.quia
exclusio, par.4.diuers. & decis.267.num.6. vers. &
quando fuisset, par.2. recent. & sicuti quando ra-
12 tio conseruandæ† agnationis fuit considerata
in descendentia hæredis, non trahitur ad de-
scendentiam substituti, vt fuit dictum *in Par-*
men. Iurispatronatus 26.Aprilis 1613. coram Reue-
rendissimo D. meo Patriarcha Antiocheno, etiam si
ambo sint de agnatione, *Gregor.XV. decis.464.*
13 *num.14.* ita † nec è conuerso quando fuit con-
siderata in descendentia substituti, trahi-
tur ad descendentiam hæredis, *Facchin.cons.35.*
num.5.lib.1. Dec. cons.596.num.2. vers. non obstat,
lib.2. & fuit dictum *in Romana fideicommissi de*
Comitibus 5. Iunij 1591. coram Gipsio; maximè
ponderando illa supradicta verba bis repetita
(in euentum, quod dictus Carolus decederet
sine filijs) quæ restringunt dispositionem, &
14 voluntatem † adiectam seruandi fideicom-
missum in familia ad d. tempus, & casum ex-
pressum, quo Carolus decederet sine filijs,
& sic extra descendentiam Caroli, *l.in substitu-*
tionem, ff. de vulg. & pupill. substit. l. penult. de te-
stam.cut. Auchar. cons.356. num.3. vers.3. hoc pro-
bat, Dec. cons.63 num.2. Mant.d.tract.lib.3.tit.14.
num.10. Surd. decis.207. num.17. & fuit dictum
in Rauennaten. fideicommissi 27. Maij 1596. coram
Reuerendiss. D.meo Patriarcha Antiocheno.

Non obstat, quod Testator instituerit Ca-
rolum masculum, & non vocauerit fœminas
sorores dicti Caroli, quarum dotes auxerat
tantùm, ex quo elicitur coniectura, quod cũ
15 neptes† excluserit, tantò magis excludere vo-
luerit proneptes, vti minùs dilectas, ne illæ
essent melioris conditionis, quàm essent nep-
tes proximiores, *l. si viua mater, C. de bonis ma-*
ter. Curt. iun. cons.11. lib.1. num.4. Quia ex hoc
non potest elici aliqua euidens coniectura.
16 Tùm quia † Rota passim illam non admittit,

Seraphin.

*Seraphin decis.*880. *& decis.*1216. *Rota decis.*790.
*num.*2.*par.*1. *diuers. Gregor.XV.decis.*514.*num.*13.
Tum etiam quia maxima adest diuersitatis
ratio inter fœminas sorores ipsius Caroli, &
17 filias illius, quia † sororibus Caroli, Testator
auxerat dotes, quæ ratio exclusionis non po-
test considerari in filiabus Caroli, quæ non
fuerant dotatæ, *Curt.iun.'d.cons.*11.*num.*4. *vers.*
*non obstat lib.*1. *Rota decis.*485. *num.*5. *vers. aderat*
*preterea, par.*4. *diuers.*

18 Neque obstant † decisiones ab informan-
tibus exaduerso deductæ, & primò non obstat
decisio in causa Casenaten. fideicommissi 24.*Ianuarij*
1628. *coram R.P.D. meo Durano*, quia ibi exta-
bat simplex, & absolutum fideicommissum
ad fauorem familiæ, & insuper concurrebant
plures aliæ coniecturæ, videlicet qualitas ma-
sculinitatis sæpiùs repetitę, & conseruatio bo-
norum in familia.

19 Prout etiam non obstat † *decis.*403. *par.*4.
diuers. quia ibi etiam concurrebant plures cō-
iecturæ, & propterea in sequenti *decis.*484. *quæ*
*est Seraph. decis.*880. plenè firmatur, quod de-
beant concurrere plures aliæ coniecturæ cum
ista, quam decis. confirmauit Rota *in ead.causa*
*coram Penia decis.*485.*ead.par.*4. *diuers.*

20 Nec facit *Nuerina* † *fideicommissi coram Mant.*
*decis.*503. *par.*4. *diuers.* Quia in illo casu vltra
exclusionem fęminarum erat substitutus vnus
ex descendentibus Testatoris, hic sumus in
transuersalibus, deindè simplicitèr, & absolutè
habita fuerat ratio conseruationis agnationis
familiæ, quæ hic fuit restricta extra descen-
21 dentes Caroli: Et eadem responsio † aptatur
decis. Fulginaten. Fideicommissi coram bo:me: Card,
*Lancellotto eadem par.*4. *diuers. decis.*507. vbi in-
super allegatur *decis.*80. *par.*3. *diuers.* Quia vl-
tra alias coniecturas, quæ ibi concurrebant, il-
la fundatur, quando cum exclusione propria-
rum filiarum ab vniuersali successione con-
currebant duæ aliæ coniecturæ, vna ex statuto
excludente in proprio casu, altera ex conser-
uatione familiæ prospecta simplicitèr, & ab-
solutè, & ideò decisiones non sunt contrarię.

22 Denique non obstat statutum † Vrbis ex-
cludens fœminas. Tùm quia procedit in suc-
cessione ab intestato, non autem ex testamen-
to; tùm etiam quia potiùs retorquetur, ex
quo non excludit fœminas propter agnatos,
remotissimos, qualis est D. Eques, imò sicuti
filiæ de iure communi non excluduntur pro-
pter masculos adeò remotos, ita, & præsu-
23 mendum est † Testatorem, respectu suæ suc-
cessionis, voluisse admitti illos, qui ab intesta-
to ex dispositione statuti vocantur, *Honded.*
*cons.*57.*num.*20. *lib.*1. *Gabr. cons.*88. *num.*4.*lib.*2.
*Cephal.cons.*46. *num.*19. *vers.non obstat, Socc. sen.*
*cons.*6.*num.*21. *lib.*3. *& cons.*33.*num.*3. *&* 4. *lib.*4.
*Mantic.de coniectur. vltim. volunt. d.lib.*11. *tit.*14.
*num.*16. *vers.* 2. *etiam respondetur.*

Et ità vtraque &c.

TVLLEN. REFORMATIONIS.

Mercurij 21. *Iunij* 1628.

ARGVMENTVM.

Executor datus in litteris Apostolicis, quando possit procedere sine citatione, quando etiam nulliter procedendo non dicatur spoliare possessorem sua possessione:

SVMMARIVM.

1 *Manuteneri non debet qui sua possessione fuit spoliatus.*
2 *Executor quando est merus praeuia extraiudiciali informatione potest ad executionem litterarum deuenire.*
3 *Litterarum iustificatio non est necessarca, quando litteræ fuerunt executioni demandatæ ad instantiam partis.*
4 *Citari non debet orator, & actor.*
5. *Executor etiam nulliter procedendo potest quem sua possessione priuare, quādo iste habuit se pro spoliato.*

DECISIO LXXV.

FVIT decisum coram me, sub die 10. Apri-
lis præteriti Capitulo, & Abbati generali
Præmonstraten. esse dandum mandatum de
manutenendo in quasi possessione superiori-
tatis, & in omnibus ijs quæ non contradicunt
litteris Apostolicis per Communitatem anti-
qui rigoris obtentis; Hodiè verò reproposita
causa super eisdem, Domini steterunt in de-
cisis ex rationibus in decisione deductis.

Quibus non obstare visum fuit, quod Ca-
pitulum, & Abbas prædicti, in ijs, quæ con-
tinentur in dictis litteris, habeant assistentiam
Iuris, cum possessione, & sic donec præfatæ
litteræ examinentur, & exequantur, veniat
eis concedenda manutentio; Quia obiectum
tollitur ex quo prædictæ litteræ mediāte exe-
cutore fuerūt effectuatæ, & executioni demā-
datæ. Vndè in ijs, quæ in ipsis continentur,
Capitulum, & Abbas prædicti cum fuerint
1 spoliati, † non sunt manutenendi, *Rota coram*
*Gregorio XV. decis.*546. *num.*12. *& aliàs sepissimè.*

Nec obstat, quod exequutor deueniendo
ad executionem dictarum literarum, eis priùs
non iustificatis, non ritè, & rectè processerit,
& sic non potuerit eos priuare possessione in
ijs, quæ in dictis litteris continentur, quia
cum in dictis litteris nulla adesset clausula,
quę importaret iudicialem cognitionem Epi-
2 scopus Tullen. tanquam † merus exequutor,
potuit se extraiudicialiter informando ad ea-
rum executionem procedere, *Innoc. in cap. fin.*
*num.*2.*de præsumpt. Lap. allegat.*60.*num.*5. & fuit
dictum *in Pacen. puritatis sanguinis* 11.*Septembris*
1609. *coram Lancellotto, & in Leodien. Abbatia* 4.
Ianuarij 1622. *coram bon. mem. Vbaldo*; & vlte-
rius cum præfatæ litteræ fuerint executioni
demandatæ ad instantiam ipsiusmet Abbatis,
vt in Summario Communitatis *num.*2: Iusti-
3 ficatio prædicta non erat necessaria, *Rota de-*

cis.23. num.1. & decis.519. nu.2. & 3.par.2.recent. & fuit dictum *in Eugubina Pensionis 7. Aprilis 1617. coram bon.mem.Patriarcha Manzanedo.*

Denique non obstat, quod in executione dictarum litterarum fuerit nulliter processum, ex quo Capitulum, & Abbas Generalis non fuerunt citati, prout citari debebant ad hoc vt executio eos afficeret, & potuerunt priuari eorum possessione. Nàm quoad Abbatem cessat difficultas, quia vt supradictum est præfatæ litteræ ad eius instantiam non solùm obtentæ, sed etiam executioni demandatæ fuerunt. Vnde cum non esset contradictor, sed orator, & actor non poterat, nec de-
4 bebat† citari, vt fuit dictum *in Vlixbonen. Quartanaria 15. Ianuarij 1624. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quo verò ad Capitulum pariter cessat obiectum, quia per plures actus positiuos, qui dantur in Summario Communitatis *num.5. & 6.* constat ipsum approbasse reformationem, & litteras Apostolicas acceptasse; Vndè sequitur, quod licet in dicta exequutione respectu Capituli fuerit nulliter processum, attamen per supradictos actus Capitulum se habuit
5 pro spoliato, & ita à dicto executore † etiam nulliter procedente potuit sua possessione priuari; itaut in ea non possit manuteneri, *Greg. decis.307. num.6. & decis.446. num.12.458. nu.9. & decis.555. num.16.*

Et ità vtraque &c.

BENEVENTANA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 26. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Instituendus, vt sit præsentatus à patronis in concursu quæ requirantur, & in quibus terminis habeat locum prouisio Apostolica cum derogatione medietatis vocum.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum, venit instituendus.*

2 *Præsentatus à patronis existentibus in quasi possessione, præsentandi debet in concursu in institutione præferri.*

3 *Narratiua, quod quis sit præsentatus à medietate patronorum, debet intelligi de medietate patronorum existentium in quasi possessione præsentandi.*

4 *Quod non potest verificari si alij quam qui ipsum præsentarunt actu in d. quasi possessione existant.*

5 *Constitutiones Regni exclusiuæ fœminarum ab hæreditatibus paternis intelliguntur quæ sint dotatæ, & in non minori quantitate, quam importat legitima.*

6 *Constitutiones exclusiuæ fœminarum in concurso masculorum sibi vendicant locum quatenus isti illas excludere velint.*

7 *Iura extracta lite pendente, & non citatis interesse habentibus non probant.*

8 *Donatio Iurispatronatus remanet nulla, si non fuerit confirmata ab habente iurisdictionem ordinariã.*

9 *Dicta confirmatio potest fieri quandocumque etiam post mortem donantis.*

10 *Non poterit tamen præiudicare si superuenerit post vacationem, & præsentationem factam ab eo qui donauerat.*

11 *Iurispatronatus donationem non habuisse effectum si post donationem in vita donatarij donans continuauerit in præsentando, & eius præsentationes habuerint effectum.*

DECISIO LXXVI.

VACANTE per obitum Francisci de Riccio de mense Martij 1624. Ecclesia, seù Cappella Sancti Petri Casalis Cirignani Beneuentanę Diœcesis de Iurepatronatus laicorum, sub die 15. Aprilis dicti anni fuit ad eam præsentatus ab Angelella, & Io: Petro de Riccio patronis, D. Dominicus Petronus; cui præsentationi se opposuit Maximilianus præsentatus a Gabriele altero compatrono. Vnde introducta lite super institutione coram Ordinario Beneuentano, fuit ab eo pronunciatum ad fauorem Maximiliani, causa deinde deuoluta in gradu appellationis ad Rotam mihi commissa, dubitaui; An Dominicus Perronus esset instituendus, & Domini affirmatiuè responderunt.

Ratio Dominorum fuit, quia cum Domi-
1 nicus fuerit præsentatus a duobus ex † tribus Compatronis, & sic à maiori parte Patronorum, venit instituendus, *cap. quoniam*, & ibi Doctores communiter *de Iurepatronatus.*

Maximè, quia præfati Angelella, & Io. Petrus Compatroni sunt in quasi possessione præsentandi, prout ex præsentatione subsecuta, & effectum sortita ab anno 1589. vsque ad obitum supradicti Francisci vltimi possessoris quæ datur in Summario Perroni *num.1.* & ità
2 Perronus ab eis † præsentatus, debet in institutione præferri, *cap. consultationibus, de Iurepatronatus, cap. querelam, de elect. Mantic. decis.86. num.6. Rota decis.443. num.3. & 720. num.3. par.2. recent.*

Non obstat, quod Maximilianus obtinuerit prouisionem Apostolicam cum derogatione medietatis vocum; quia non iustificatur, quod fuerit præsentatus à medietate Patronorum cum fuerit præsentatus solum à Gabriele vno ex Compatronis, & sic à tertia parte, non autem à medietate.

3 Prætereà narratiua illa, quod fuerit † præsentatus à medietate Patronorum debet intelligi de medietate Patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, quod in casu, de quo agitur, non potest verificari cum
4 dd. Petrus, & Angelella † semper præsentauerint, *Lambert. de Iurepatron. par.1. lib.2. quæst.3. num.8. Rota decis.167. num.7. par.2. diuers.* & fuit dictum *in Foroliuien. Cappellæ 16. Martij 1615. coram bon.mem. Buratto.*

Neque obstat, quod Angelella per constitutionem Regni fuerit exclusa ab hæreditate Io: Antonij eius patris, & sic censeatur etiam exclusa à Iurepatronatus ad ipsius hæreditatem spectañ; Nam vltra quod constitutio prædi-

prædicta loquitur de hæreditate Comitum, & Baronum, & sic non applicatur casui, de quo agitur, requirit etiam quod fœmina sit congruè de bonis paternis dotata, itaut dos
5 non † sit minor legitima, *Grammat. decis.* 101. *num.* 13. *&* 14. quod pariter non probatur cum constet Angelellam fuisse dotatam de bonis maternis, prout ex capitulis matrimonialibus, quæ dantur in secundo Summario Perroni *num.* 4.

Insuper constitutio prædicta vendicat sibi
6 locum, in fratre volente † sororem excludere ab hæreditate paterna, secus verò eo nolente, *Isern. in comment. d. const. Afflict. in d. const. num.* 8. *&* 21. Vnde cum Angelella non fuerit à fratre exclusa, sed simul cum eo fuerit admissa ad præsentandum, & præsentatio habuerit effectum, vt supra dictum est, dispositio prædictæ constitutionis cessat.

Non obstat denique, quod præfata Angelella fuerit à dicto Patronatu exclusa per donationem de eo factam ab eius patre ad fauorem Io: Nicolai eius filij à quo descendit dictus Gabriel, prout in Summario Maximiliani *num.* 2. Quia cum dicta donatio fuerit
7 transumptata lite pendente, & nō citatis interesse habentibus non probat, *Put. decis.* 336. *lib.* 2. *cum alys latè relatis per Gratian. discept.* 907. *num.* 31. 32. *& sequen.* Vltra quod etiam dici-
8 tur nulla ex defectu confirmationis, *cap. illud, & ibi DD. de Iurepatron. Rota decis.* 516. *num.* 1. *&* 3. *& decis.* 302. *num.* 3. *par.* 1. *recent.*

Nec releuat, quod confirmatio potuerit
9 fieri quandocumque etiam post † mortem donantis, *iuxta decis. vltim. de Iurepatr. in antiq.* Nam quicquid sit quando interuenit confirmatio post 30. annos, & post mortem tam Donantis, quàm Donatarij, prout in casu, de quo agitur. Visa fuit cessare omnis difficultas, ex quo prædicta confirmatio superuenit
10 post vacationem, & post præsentationem factam à prædicta Angelella, vt in Summario Perroni *num.* 1. Vnde non potest impedire effectuationem præsentationis factæ ante dictã confirmationem ab existentibus in possessione præsentandi, *Lambert. art.* 17. *sub num.* 10. *circa fin. vers. sed si vacaret. Put. decis.* 18. *lib.* 2. *Rota decis.* 337. *num.* 7. *par.* 2. *recent.*

Præsertim, quia ex obseruantia subsequuta per dictam præsentationem effectuatam de anno 1599. viuente dicto Donatario, apparet
11 donationem † non habuisse effectum. *Rota decis.* 146. *num.* 5. *vers. quia ex obseruantia, par.* 2. *recentier.*

Et ita vtraque &c.

BRVNDVSINA CENSVS.

Mercurij 28. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo sine possessione non datur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, in circa, *certum tempus non determinat.*
2 *Possessio defuncti non transfertur in hæredem sine noua approbatione.*

DECISIO LXXVII.

INFORMANTE tantum Elisabetha Canauenti resolutum fuit illi denegandum esse mandatum de manutenendo contra Blasium Iannutium in quasi possessione exigendi censum, de quo agitur, quia de eius quasi possessione quæ ad hunc effectum requiritur ex vulgatis iuribus non visum fuit sufficienter constare.

Non obstat, quod possessio probetur ex confessione ipsius Blasij, qui in positionibus fassus fuit censum fuisse solutum per annos 26. & sic cum ab anno 1599. quo fuit impositus ad fauorem Catherinæ matris supradictæ Elisabethæ vsque ad annum 1622. quo dicta Catherina decessit, effluxerint anni 24. sequitur, quod pro residuo annorum 26. scilicet per duos annos census fuerit solutus ipsi Elisabethæ filiæ, & hæredi supradictæ Catherinæ, & ita per hanc confessionem probetur eius quasi possessio exigendi. Nam fuit responsum confessionem prædictam non concludere possessionem ad fauorem Elisabethæ, quia cum de ea, confessio non loquatur, cumque etiam contineat tempus annorum 26. non absolute prolatum, sed cum dictione *in circa*,
1 quæ † certum tempus non determinat. *cap. fin. de desponsf. impub. Ruin. conf.* 10. *num.* 3. *lib.* 5. *Corn. conf.* 59. *num.* 5. *lib.* 4. *Rota decis.* 74. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Domini arbitrati fuerunt confessionem illam intelligi debere de solutionibus factis per annos 24. ipsi Catherinæ, non autem Elisabethæ, de qua confessio non loquitur, vt dictum est.

Nec paritèr obstat si dicatur possessionem Catherinæ suffragari Elisabethæ eius filiæ, &
2 hæredi, quia † possessio defuncti non transfertur in hæredem sine noua apprehensione. *l. tum hæredes, vbi Doctores communiter de acquir. possess. Achill. decis.* 5. *de caus. possess. & propriet. Verall. decis.* 135. *par.* 2. *Rota decis.* 260. *numer.* 4. *par.* 2. *recent.*

Et ita conclusum.

CLVSINA BENEFICII.

Mercurij 28. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Litterarum Apostolicarum iustificatio ex quibus resultet, & ex quibus non dicatur probata constructio Ecclesiæ ad effectum acquirendi iuspatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ habent executionem paratam.*

 2 Testes

2 *Testes alterius communitatis, quando non agitur principaliter de eorum interesse optimè probant.*

3 *Valor beneficij per non excessum probatur, ex testibus, & ex relatione peritorum referentium bona Ecclesiæ non excedere in proprietate, & in fructibus*

4 *Quod magis procedit ad effectum iustificationis gratiæ pro qua sufficiunt semiplenæ probationes.*

5 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

6 *Gratia Apostolica anterior præfertur prouisioni posteriori Ordinarij.*

7 *Iuspatronatus non acquiritur ex constructione Ecclesiæ facta ex eleemosynis etiam si proprijs laboribus, & industria eleemosynas collexerit.*

DECISIO LXXVIII.

CONSTRVCTA Ecclesia Beatæ Mariæ de Lilio Terræ Cetonæ Clusinen. Dioc. piorum eleemosynis Vniuersitas, & homines dicti loci in eiusdem Ecclesiæ administratorem deputarunt Laurentium Gambium, qui deinde sub prætextu, quod Ecclesia prædicta esset de suis proprijs pecunijs ædificata, & dotata obtinuit ab Ordinario Clusino, præuia reseruatione iurispatronatus ad sui suorumque successorum fauorem, eamdem Ecclesiam in beneficium erigi, ac ipsum ad eam institui.

Verùm quia ante dictam erectionem Ecclesia præfata de mandato Sanctissimi fuerat in Cappellaniam collatiuam erecta, de eaque prouisus D. Sebastianus Macherinus prout ex litteris Apostolicis desuper expeditis fuit propterea inter eos orta controuersia; vnde introducta causa in Rota, mihique commissa dubitaui, An litteræ Apostolicę supradicti Sebastiani essent exequendæ, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nam litterę Apostolicæ benè iustificantur,
1 & ita † habent executionem paratam, *Mohed. decis. 13. vt lit. pendent. Rot. decis. 558. num. 2. par. 1. recen.* & alias sæpissimè.

Quod autem præfatæ litteræ sint iustificatæ patet, quia de constructione piorum eleemosynis constat per testes formiter examina-
2 tos, qui licet sint de eadem † communitate, cum non agatur principaliter de eorum interesse optimè probant *Farinac. de test. quæst. 60. in princ. Greg. XV. decis. 340. num. 3. & fuit dictum in Calaguritana erectionis in Parrochialem 11. Ianuarij 1619. coram Illustriss. D. meo Cardinali Verospio.*

De valore ducatorum decem per non ex-
3 cessum pariter constat tàm ex testibus † supradictis, quàm ex relatione Peritorum, qui retulerunt bona Ecclesiæ prædictæ non excedere in proprietate scuta 130. & in fructibus scuta decem annua *ad tex. in l. 1. ff. de vent. inspic. Greg. XV. decis. 125. num. 9. Rota decis. 623. in fin. par. 1. recen.* Maximè cum ad effectum iu-
4 stificationis gratiæ sufficiant † leuiores, & semiplenæ probationes, *Caputaq. decis. 49. lib. 3. Cas. de Grass. decis. 3. num. 3. de probat. Mantic. decis. 317. num. 3. & 4.*

De Clericatu verò supradicti Sebastiani
5 constat etiam ex litteris † patentibus Ordinarij, *cap. 2. de Cleric. pereg. Rota decis. 100. nu. 1. p. 1. recen. & decis. 16. de probat. in antiq. Grammat. decis. 81. num. 1.*

Non obstat prouisio Ordinarij obtenta à
6 Laurentio tùm quia est posterior † gratia Apostolica, *cap. si eo tempore, & cap. duobus de rescript. in 6. cap. eum qui de præben. in 6. Verall. decis. 61. par. 2.* Tùm etiam quia fuit concessa cum præsupposito à Laurentio narrato, quod scilicet de suo proprio Ecclesia esset constructa, & propterea ei esset quæsitum Iuspatronatus. Quod tantum abest, quod probetur quinimo ex supradictis constat eam piorum eleemosynis fuisse ædificatam, vndè nullum Iuspatronatus potuit ei acquiri, etiam quod suis laboribus, & industria eleemosynas col-
7 lexerit, & fuit dictum *in Ciuitaten. Iurispatronatus 1. Martij 1624. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Et ita vna tantum &c.

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Merc. 28. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Institutio debetur præsentato ab existente in quasi possessione præsentandi. Et ad hoc, vt nō instituatur Iurispatronatus proprietas, qualiter sit probanda à vero Patrono. Ordinarij cōsensus in donatione Iurispatronatus, quando non requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi est instituendus.*

2 *Nisi concludentissimè doceatur de proprietate alterius veri patroni per rem iudicatam, vel confessionem partis, seu per instrumentum indubitatum fundationis.*

4 *Quasi possessio præsentandi quæritur ex consensu præstito in manibus Ordinarij etiam in casu vacationis per obitum.*

4 *Talis consensus poterit præstari per tutorem si consentiens sit pupillus.*

5 *Iurispatronatus donatio facta compatrono non eget consensu Ordinarij.*

6 *Ordinarij consensus in donatione Iurispatronatus dicitur constare ex illius subsequuta tollerantia plurium annorum, & ex subsequuta præsentationum admissione.*

7 *Ordinarij consensus in donatione Iurispatronatus potest quandocumque interuenire etiam post donationem.*

8 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione patronatus requiritur.*

9 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione rei Ecclesiasticæ præsumitur interuenisse ex lapsu 30. annorum iuncta obseruantia.*

10 *Ordinarij consensus de iure communi requiritur in translatione Iurispatronatus siue Ecclesiastici, siue Laicalis.*

12 *Productio vnius tituli ad vnum finem, & effectum*

non

non tollit præsumptionem alterius tituli melioris ad alium finem, & effectum diuersum.

13 *Præscriptio quadragenaria sufficit ad præscribendum Iuspatronatus.*

DECISIO LXXIX.

DOMINI dixerunt Dominicum esse instituendum tamquam præsentatum à
1 Martino † existente in quasi possessione præsentandi, *cap. consultationibus, vbi Butr. num. 9. de Iurepatr. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina, n. 130. de caus. poss. & propriet. Rota decis. 167. num. 7. & 8. p. 2. diuers.* Hæc enim sola attenditur ad hunc
2 effectum, nisi plenè, † & concludenter doceatur de proprietate alterius veri patroni per rem iudicatam, confessionem partis, aut instrumentum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi possit, *Butr. in cap. ex litteris num. 8. de iurepat. Lambert. de iurepat. lib. 2. quæst. 3. art. 6. num. 4. par. 1. Rota in Lucana iurispat. coram bon. mem. Penia inter recent. decis. 374. num. 4. par. 2.*

Quasi possessio verò Martini satis est iusti-
3 ficata ex consensu † præstito de anno 1622. permutationi factæ de hoc beneficio in manibus Ordinarij, cuius vigore fuit quæsita, quasi possessio etiam in casu vacationis per obitum, *Abb. cons. 54. in fine p. 1. Crescent. decis. 2. de Iurepat. Put. decis. 301. lib. 2. in recen. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 349. vbi Add. nu. 7.* & hic
4 consensus † benè potuit præstari per Tutorem pro Martino, tunc pupillo, *Federic. de Sen. consil. 102. in 1. dubio Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 1. art. 10.*

Non obstat instrumentum fundationis de anno 1613. in quo medietas huius Patronatus legitur reseruata Vniuersitati Cappellanorū; omne enim qualecumque ius fuit de anno 1554. translatum in Martinum seniorem vigore donationis, de cuius viribus Domini nō
5 dubitabant, † tum quia vti facta Compatrono, qualis de illo tempore erat Martinus senior, non indigebat consensu Ordinarij *Achill. decis. 10. de Iurepat. Caputaq. decis. 284. par. 1. & 131. par. 2. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 464. num. 8.*

Tùm etiam quia quatenus præfatus con-
6 sensus fuisset necessarius satis de eo constare videbatur ex subsequuta † Ordinarij tollerantia plurium annorum, necnon ex admissionibus præsentationum factarum per Martinum Donatarium, eiusque successores, quæ non potuerunt fieri citra approbationem donationis, *Lambert. dicto tract. lib. 1. p. 2. quæst. 1. art. 7. in fin. Rota in Bonon. iurispat. de Viola 27. Nouem-*
7 *bris 1597. coram bon. me. Giptio,* & hæc † approbatio potuit quandocumque superuenire, etiam post donationem, *cap. cura, & cap. suggestum de iurepat. Rota decis. vlt. eod. tit. in antiquis.*

Non obstat allegatus defectus beneplaciti Apostolici, quod videbatur necessarium in
8 alienatione † patronatus Ecclesiastici ex constitutione Pauli, *De rebus Ecclesiæ non alienandis*; illud enim ex lapsu 30. annorum iun-
9 cta † obseruantia subsequuta præsumitur interuenisse, *Anchar. cons. 136. Seraph. decis. 671. n. 1. Rota decis. 505. n. 2. & 4. par. 2. recen.*

Neque hæc præsumptio eliditur ex productione alterius tituli insufficientis, nimirum consensus Vicarij. Quia hic non fuit exhibitus ad effectum ostendeñ esse satisfactum Extrauaganti Pauli II. *de reb. Eccl. non alien.* sed fuit productus ex abbundanti pro maiori cautela, & ad magis remouendum scrupulum iuris
10 cōmunis, † quo attento in translatione patronatus siue ecclesiastici, siue laicalis (nisi actū
11 esset de donatione facta † Compatrono) videbatur adhibendus consensus Ordinarij (Capitulo nobis, vbi DD. de Iurepatronatus) pro-
12 ductio autem † vnius tituli ad vnum finem, & effectum non tollit præsumptionem alterius tituli melioris allegatam ad alium finem, & effectum diuersum. *Rota decis. 285. num. 10. par. 2. rec.*

Præterea cum ab anno 1551. quo Martinus senior præsentauit Pardum, emanauerint per eius hæredes plures præsentatioues effectuatæ, & sit lapsum spatium 40. annorum, videbatur etiam Martinus iunior, qui præsen-
13 tauit Dominicum, † aduersus prætensiones Cappellanorum tutus præscriptione quadragenaria, *cap. de quarta, de præscript. Couarruu. in regul. possessor. par. 2. §. 10. nu. 8. Purpurat. cons. 560. num. 15. Rota dec. 407. n. 1. par. 1. diuersor.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE Volta.

Luna 3. Iulij 1628.

ARGVMENTVM.

Diluuntur nonnullæ oppositiones contra decisiones in hac causa factas &c. Relatio qualiter sit facienda: Interpretatio qualis in dubio sumenda veniat.

SVMMARIVM.

1 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
2 *Verba prout casus contigerit, quid importent.*
3 *Interpratatio ea sumenda est ne sequatur absurdum.*
4 *Causa vna non potest impedire expeditionem alterius, si nulla inter ipsas adsit connexio.*
5 *Sententia qualiter sint intelligenda.*
6 *Tertius pro suo iure, & interesse, quando non possit impedire causæ expeditionem.*

DECISIO LXXX.

DOMINI persistēdo in decisis sub die 15. Maij præteriti dixerunt sententias Rotales esse confirmandas de quarum validitate. Constat, ex reuolutione actorum, & de iustitia ex decisionibus, tàm coram R. P. D. meo Pirouano, quàm coram R.P.D. meo Merlino factis.

Non obstāt, quæ de nouo inculcantur contra decisiones, & primo non obstat fundamen-

mentum alias per informantes pro DD.Campeggiis deductum ex verbis testamenti *sub num.30.* ibi, & hæc ; ideo præcipit &c. ex quibus prætenditur, quod testator finita linea vocauerit primum filium masculum tūc natum ex dictis nuptijs contrahendis secundum ordinem à Testatore præscriptum, & consequenter, quia nuptiæ cum familijs de Volta, & de Vrsis, non erant ordinatæ nisi extincta linea testatoris impossibilis videatur testatorem vocasse primum filium finita linea natū ex nuptiis post finitam lineam contrahendis. Quia fuit optimis rationibus, quæ tertio hodie examinatę Dominis placuerunt sublatum tām in secunda decis. 14.Martij 1625. coram R.P.D.meo Pirouano *vers.Neque obstat*, quàm in decis. 8. Martij 1627. coram R.P.D. meo Merlino *vers.Minus etiam obstat*, quarum decisionum responsio in eo cōsistit, quod ex quo testator in *dicto num. 3.* per verba supra relata finita eius linea masculina plures fecit subordinatas, vel successiuas vocationes, illas omnes claudendo in fine cum verbis, *sit sibi hæres vniuersalis*, vocationes omnes regendo, & determinando, *cum voluerit*, vt primo loco sibi esset hæres vniuersalis primus filius masculus, dein eo non extante, vel quandocumque deficiente sine filijs masculis de legitimo matrimonio natis secundus filius, & secundo non extante, vel quandocumque deficiente, vt supra tertius filius, & quia sicuti primus filius ex dictis nuptijs non poterat esse natus, sed nasciturus, ita secundus filius deficiente quāquandocumque linea primi, & tertius deficiente quandocumque linea secundi, & sic alij successiuo ordine deficiēte linea aliorum poterant, & facilius debebant esse nati, quàm nascituri, ideo testator quarto loco, & sic successiuo ordine adiecit hæc verba singulis filijs vocatis conuenientia, dicendo, natus, & nasci-
1 turus, quæ singula † singulis congruè referenda sunt, & sic primo filio refertur solum verbum, nasciturus, non verbum, natus, secundo, tertio, vel alijs successiuo ordine vocatis conueniens, *Crauett.consl.98.num.11.Rota diuers. decis.575. num.1. par.1. & decis. 267. sub num. 3. ibi, singula singulis par. 2.recent.Greg.XV. dec.297. num.9.Surd.consl.336. nu.20.* Eoque magis stan-
2 tibus verbis prout † casus contigerit ponderatis in decis. R.P.D. mei Merlini, & præfatus intellectus eo magis videtur sustineri; quia cum dispositio præfata *num.30.* sit continuatiuè posita ad nuptias proxime ante sub *nu. 24.* ordinatas quasi per modum redditionis rationis, & ex alijs quoque in dictis decisionibus in hac causa factis, latè deductis constet nuptias à testatore contemplatas ad effectum vocandi ex eis descendentes in defectum suæ lineæ masculinæ fuisse nuptias cum illis de
3 Volta, & de Vrsis propterea etiam † ex hoc ne sequatur absurdum referri non debet verbum natus ad primum filium, sed ad secundum, & alios successiuo ordine vocatos, *Crauett.consl.70.num.11.Surd.consl.431.num.65. & 66. Hond.consl.69.num.43.lib.2.*
4 Non obstat, quod hæc causa † non possit expediri nisi terminetur etiam fideicommissum Bartholomæi iunioris prætensum à D. Vrsina, quia cum vigore dicti fideicommissi prætendat excludere tàm Dominos Zambeccarios, quàm Co. Antonium filium, non potest impedire expeditionem causæ super fideicommisso Bartholomæi iunioris longè diuersæ ab illa, *l. ijs à quo ff.de rei vend. Bisignet. decis.4.de re iudic.Conar. pract.quæst.cap.14.num.4. vers. nos verò contrarium*, & fuit dictum *in causa Pacen. decimarum 14.Iunij, & 4. Decembr. 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & fuit pariter decisum in hac causa coram me sub die 24. Martij præteriti dum instaretur pro remissoria.
5 Non obstat, quod sententiæ † Rotales absoluant Dominos Zambeccarios ab impetitis, tàm contra Comitem Antonium, quam contra D. Vrsinam, quia hoc debet intelligi solum de iure, & interesse, quod dicta D.Vrsina poterat prætendere circa ius fideicommissi Bartholomæi senioris, & sententiæ fuerunt conformes commissioni, in qua Comes Antonius vna cum ipsa D. Vrsina voluit admitti ad causam super dicto fideicommisso Bartholomæi senioris, & iuremerito, quia dum agebatur, an DominaVrsina nupsisset illi cui Bartholomæus senior nubi disposuerat ad effectum vt Comes Antonius eius filius vocatus diceretur congruum, & conueniens fuit pro suo interesse, propriarum nuptiarum il-
6 lam vocare, & ratione istius interesse contra eam concludere, neque propterea impeditur quòminus si velit, in alio iudicio ius suum circa fideicommissum Bartholomæi iunioris prosequi possit absq; eo, quod expeditio præsentis causæ super fideicommisso Bartholomæi senioris retardetur.

Et ità conclusum vtraque.

ROMANA NVLLITATIS. Donationis.

Lunæ 3. Iulij 1628.

ARGVMENTVM.

Mandato ad donandum dato à muliere pro sui validitate, quæ solemnitates requirantur vigore statuti Florentini.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas quando est inducta per aliquod statutum per verba prohibitiua inducentia necessitatem, & annullatiua contractus aliter celebrati dicitur de forma substantiali adeout ea non seruata corruat actus.*

2 *Delegatus sine speciali facultate non potest subdelegare.*

3 *Donationis actus non comprehenditur in facultate se obligandi aut alienandi, nisi de donatione inibi fiat specifica mentio.*

4 *Facultas donandi non venit in mandato cum libera.*

5 *Mundualdus in terminis statuti antiqui Florentini adhi-*

adhibebatur loco Curatoris.

6 *Curator non datur ad donandum.*

7 *Statuentes laici non possunt directè, vel indirectè lædere religionem iurisiurandi super eo expresè disponendo.*

8 *Possunt tamen adimere fidem scripturæ, qua adempta iuramentum non consistat.*

9 *Iuramentum ex quibus colligatur statuentes voluisse lædere.*

10 *Donatio, vt sustineatur ex causa benemeritorum, ista debent aliunde quam ex assertione mulieris, donantis iustificari.*

11 *Amplia, quando extat statutum ne simili assertioni credatur.*

12 *Ratificatus vt dicatur contractus ipso iure ab initio inualidus, requiruntur eædem solemnitates quæ erant necessariæ in ipso contractu.*

13 *Ratificatio de sui essentia requirit scientiam explicitam nullitatis contractus cum alias illa non præsumatur.*

DECISIO LXXXI.

DOMINA Lucretia Pia de mense Augusti anni 1602. degens Florentiæ constituit Procuratorem D. Marcum Antonium Vrsinum Romæ cōmorantem ad ipsius constituentis nomine, & pro ea donandum, titulo donationis irreuocabilis inter viuos Io. Paulo Claraualle eiusque filijs ex se, & Margarita, & quauis alia sua vxore legitimè natis, & nascituris annua scuta 120. exigeñ de mense in mensem per d. Io. Paulum, eiusque filios eorum vita naturali durante tantum, & non vltra.

Qui Procurator in executionem d. mandati annuam summam scut. 120. prædictam donauit Io. Paulo prædicto acceptañ pro se, & filijs, vt ex Instrumento in actis producto celebrato in Vrbe 7. Octobris eiusdem anni 1602.

Orta controuersia super valore huius donationis inter Illustriss. & Reuerendissimum D. Cardinalem Pium hæredem substitutum ex testamento eiusdem D. Lucretiæ donatricis, & Franciscum Clarauallem vnum ex prætensis donatarijs, & proposito per me dubio, An donatio sit valida DD. dixerunt donationem esse inualidam.

Ratio resolutionis fuit, quia in stipulatione
mandati procurę ad donañ non fuit adhibitus
vnus ex Magistratibus deputatis à statuto no-
uo Florētino ad authorizañ obligationes mu-
lierum loco Mundualdi olim ręquisiti iuxtà
1 formam statuti antiqui, quæ † solemnitas tan-
quam inducta in dicto statuto nouo Floren-
tino, per verba prohibitiua inducentia neces-
sitatem, & annullatiua contractus aliter cele-
brati est de forma substantiali adeòut ea non
seruata corruat actus, *glos. in Clem. 1. vers. nullo
modo de testam. & qual. Bald. in l. 1. num. 2. vers. in
contrarium de liber. & posthum. Dec. cons. 528. n. 11.
Rota decis. 167. num. 5. par. 2. recen. Greg. XV. decis.
399. num. 5.*

Non obstat licentia Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, vt D. Lucretiæ posset contrahere adhibito Cancellario Magistratus deputati super Mundualdis.

Tum quia in Constitutione d. Procurato-
ris non fuit adhibitus Cancellarius, sed Sub-
cancellarius, & sic actus remanet nullius po-
testatis; cum Cancellarius deputatus à Sere-
nissimo Magno Duce nō habuerit specialem
2 facultatem † subdelegandi, *Simoncell. de decret.
lib. 1. tit. 1. num. 75. Bertazol. claus. 10. glos. 6. num. 2.
& seq. Pic. ad stat. Vrb. glos. 21. num. 2.* Et cum
Magnus Dux deputauit Cancellarium, vt lo-
co Magistratus huiusmodi publicis negocijs
destinati assisteret contractibus Dominæ Lu-
cretiæ industriam d. Cancellarij elegit tanquā
de principali officiali, nec credi potest Princi-
pem ita confidisse de Ministro subalternato
Cancellarij prout de ipsomet Cancellario.

Tùm quia licentia Serenissimi Magni Du-
cis tanquàm indefinitè concepta pro facien-
dis cōtractibus non complectitur facultatem
donandi, qui actus est adeò præiudicialis, vt
nec comprehendatur in generali facultate se
obligandi, aut alienandi nisi de donatione
3 fiat inibi † specifica mentio *ad l. fil. fam. in prin.
ff. de donat. Hond. cons. 30. num. 34. & 35. lib. 2. Cas.
de Grass. decis. 2. num. 1. de donat.* Ac propterea
4 neque etiam in mandato cum † libera venit
facultas donandi, *Alex. cons. 22. num. 8. & lib. 1.
Feder. de Sen. cons. 2. penè per tot. Rot. dec. 696. nu. 4.
par. 2. recen. Greg. XV. decis. 311. num. 4. vbi Adden.
plura num. 18.* Nec est verisimile Principem,
qui mulierum indemnitatibus inuigilat sub
inuolucro verborū facultatem impartiri vo-
luisse Dominæ Lucretiæ, vt donando suum
iactaret, ac perderet.

Neque Magnus Dux deputasset ad hunc
effectum Cancellarium in locum Mundualdi
5 hic † enim in terminis statuti antiqui Floren-
tini adhibebatur loco curatoris in cōtractibus
mulierum, & minorum, *Affl. super Const. Regni
lib. 2. rub. 15. num. 19. Luc. de Pen. in l. quicumque in
6 1. glos. C. de re milit. lib. 12.* Curator † autem non
datur ad donandum, *Bald. in l. 1. num. 1. & 2. C.
si aduers. donat. Alex. cons. 125. num. 2. vers. 4. & vlt.
lib. 1. Rot. in Perusina donationis 11. Iunij 1615. co-
ram Illustriss. D. Card. Canalerio apud Pic. decis. 49.
num. 5. & 6.*

Neque visum fuit DD. hanc donationem
conualidari potuisse ex iuramento donatricis,
quia cum statutum Florentinum nedum irri-
tet obligationes mulierum sine dictis solem-
nitatibus, sed vlterius adimat etiam fidem
scripturis, & Instrumentis desuper cōfectis vti-
que super allegato iuramento nullum potest
7 fieri fundamentum, non quia † statuentes laici
possint directè, vel indirectè lædere Religio-
nem. Iurisiurandi super eo expresè disponen-
do, quod ipsis nullatenus est permissum, *Rot.
decis. 580. num. 4. par. 1. recent.* Sed quia adempta
fide Instrumentis non constat iuramentum
fuisse adhibitum, & sic tota vis statuti versa-
8 tur circa probationem, quæ tanquam † iuris
positiui subijcitur iurisdictioni statuentium,
*Abb. in cap. cum contingat num. 26. de iur. iur. Castr.
cons. 61. num. 2. lib. 2. Gabr. cons. 4. nu. 5. 6. & 7. lib. 1.
Rot. decis. 104. num. 2. par. 2. diuers.* Multique alij
pos-

possent cumulari nedùm ex Canonistis, sed ex Theologis, qui fuerunt allegati per informantes, & illis addi potest *Caball. conf.* 180. *nu.* 38. *& seqq. vsque ad num.* 44. *lib.* 1. *Rot. decis.* 153. *num.* 3. *vers. & fides adempta contractui par. prima recen.*

Et Doct. qui in contrarium adducebantur non loquuntur quando statutum tollit simpliciter fidem scripturæ, & sic vbi iuramentum non læditur, sed quoties statutum facit mentionem de iuramento, & illud infringit, vel præsumendo quod dolo fuerit extortum, vel alio modo adimendo vim, & efficaciam iuramẽto qui termini sunt valdè diuersi, quia tunc indirectè dicitur tangi, & lædi iuramentum, quod nunquam posset suum producere effectum, nec confirmare consensum nullum, quod secus est vbi fides solum tollitur scripturæ, quia nec indirectè tangitur iuramentum, & statutum non resistit iuramento, nec contractui, sed solum probationi; Immò tantum abest, quod statutum voluerit lædere iuramentum, vt illud non considerauit, & quatenus iuramentum fuerit verè interpositum, & posset aliter, vt puta per testes, per confessionem, vel aliam probationem iustificari, eo casu confirmaretur contractus, & sic iura-
9 mentum † suum consequeretur effectum, vt benè per *Castr. d. conf.* 62. *Alciat. in cap. cum contingat nu.* 150. *de iureiuran. Caball. d. conf.* 180. *n.* 18. *& seqq. cum alijs supra cumulatis.*

Minus releuat, quod obijciebatur donationem processisse ex benemeritis præcedẽtibus, merita enim essent aliundè probanda quam
10 ex assertione† mulieris donãtis, vt notatur in *l. si donatione C. de donat. Menoch. conf.* 29. *num.* 20. *&* 30. *lib.* 1. *Cas. de Graff. dec.* 2. *num.* 18. 19. *&* 20. *de donat.* quæ assertio nec etiam in casu nostro
11 probatur obstante † statuto, vt supra dixi fidem scripturis adimente, *Rot. decis.* 93. *in fin. p.* 2. *diuers.*

Demùm non obstat allegata ratificatio ex solutionibus ipsius Dominæ Lucretiæ, & eius primi hæredis, nam ad inducẽn in muliere, & minore soluentibus ratificationem cõtractus ipso iure ab initio inualidi fuissent necessariæ
12 eædem † solemnitates requisitæ in donatione, *Bart. in l. mancipia num.* 1. *C. de reb. alien. vel non, Rot. decis.* 385. *n.* 6. *par.* 1. *recen.* Et præterea deberet constare D. Lucretiam, & prædictum
13 eius hæredem habuisse scientiam † explicitam nullitatis donationis, *Rot. decis.* 280. *num.* 2. *par.* 1. *rec. Greg. dec.* 473. *n.* 20.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. ASSOCIATIONIS.

Luna 3. Iulij 1628.

ARGVMENTVM.

Attentata quando non dicantur commissa per executionem alicuius mandati post interpositam appellationem in iudicio possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio nec de iure communi, nec vigore Aegidiana permittitur in summarijssimo possessorio.*
2 *Et sic gesta post appellationem non dicuntur attentata.*
3 *Signatura rescripta debent intelligi prout de iure.*

DECISIO LXXXII.

NON constare de attentatis Domini responderunt, quia licet mandatum de associando relaxatum vigore sententiæ latæ ad fauorem Accursij, & Capite-Bouis fuerit executioni demandatum post appellationem per Herculem interpositam, tamen cum à sen-
1 tentia prædicta † tam ex dispositione iuris, quàm Constitutionis Aegidianæ, non daretur appellatio, ex quo lata fuerat in possessorio, *ad text. in l. vnica, C. si de moment. poss. Rot. coram Mantic. decis.* 167. *num.* 9. *& alijs sæpissimè.* Executio postea facta appellatione pendente
2 non dicitur attentata, *cap. non solum de appellat. in* 6. *Rolan. conf.* 77. *num.* 20. *lib.* 2. *speculat. tit. de appellat. §. nunc dicamus num.* 8. *Lancellott. de attentat. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *n.* 1.

Non obstat, quod causa appellationis, & attentatorum fuerit per Signaturam commissa, quoniã dicendum est imo Signaturam Iustitiæ ità sensisse, scilicet, quod nõ voluerit causam esse appellabilem, si verè non erat appel-
3 labilis, cum rescripta † Signaturæ Iustitiæ debeant intelligi prout de iure, *Seraph. decis.* 103. *num.* 5. & ità cum de iure à sententia prædicta non daretur appellatio, ea tamen pendente potuit fieri executio absque vitio attentatorũ ex iuribus supra citatis.

Et ità vtraque &c.

PERVSINA BONORVM.

Luna 3. Iulij 1628.

ARGVMENTVM.

Fructuum liquidatio, valor, & quantitas, ex quibus probentur.

SVMMARIVM.

1 *In materia liquidationis fructuum leniores admittuntur probationes.*
2 *Valor fructuum probatur ex partitis librorum Communitatis, quibus in hac materia statur.*
3 *Fructuum perceptorum quantitas probatur ex calculo, seu relatione facta à Perito deputato à Rota.*

DECISIO LXXXIII.

CVM Pirrus Bontempus, iuxta decretum Reuerendiss. D. mei Patriarchæ Pamphilij, teneatur restituere Dominis Ludouico, & fratribus de Oddis fructus cuiusdam prædij per ipsum attentatè possessi; Propositũ dubiũ, an, & pro qua summa esset relaxandum mandatum pro fructibus liquidatis, & Domini resol-

soluerunt esse relaxandum pro summa scutor. 1267. 14.

Nam constat de annua quantitate fructuũ in 24. salmis frumenti, salma vna cum dimidia bladæ, vna milij, in mina vna cùm dimidia fabarum, & in alijs paucis fructibus, prout deponunt testes formiter examinati, *vt in Summ. num. 2.* Qui concorditer deponunt de prædicta annua quantitate fructuum ab anno 1607. vsque ad annum 1609. Computato anno fertili cum sterili, & optimã reddunt causam scientiæ, quia fuerunt coloni, & laboratores. Vnde plenè probant, cum ad hunc ef-

1 fectum † leuiores sufficerent probationes, *Seraph. decis. 1245. num. 7. Rota decis. 343. num. 6. & decis. 551. n. 1. par. 1. recen.*

Valor enim dictorum fructuum remanet

2 probatus ex partitis † librorum Communitatis Perusiæ, quibus de iure statur *ad tradit. per Bart. in l. quadam §. nummularios num. 3. ff. de eden. Seraph. decis. 1645. n. 8.*

3 Quantitas denique † in scutor. 1267. 14. remanet etiam probata ex calculo; seu relatione facta à Perito deputato *à Rota Seraph. decis. 665. num. 2. Greg. XV. dec. 536. n. 1.*

Et ita vna tantùm &c.

ROMANA OFFICII NOTARIATVS.

Luna 3. Iulij 1628.

ARGVMENTVM.

Restitutioni in integrum aduersus rem iudicatam, quando sit locus, Ad damna, & interesse, quando quis teneatur ob non impletas conditiones promissas, & ex quibus promissio de implendo dicatur conditionalis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non conceditur sine læsione.*

2 *Ad damna, & interesse bene proceditur contra non adimplentem promissa ex natura contractus non impleti.*

3 *Et hoc casu debet restitui pretium solutum cum istud succedat loco damnorum, & interesse promissorum.*

4 *Fideiussor cessante causa obligationis remanet liberatus.*

5 *Correctio, & contrarietas in continenti in eadem dispositione non præsumitur.*

6 *Remedio extraordinario restitutionis in integrum locus non est vbi potest procedi Ordinariè.*

7 *Depositi consignatio quando dicatur sequela obligationis Cameralis, & decreti desuper emanati quamuis in commissione non fuerit facta mentio cedulæ.*

8 *Promittens facere, & curare constituitur in mora sine interpellatione.*

9 *Amplia stante iuramento.*

10 *Dies certa interpellat pro homine.*

DECISIO LXXXIV.

NON constare de causis restitutionis in integrum Domini responderunt. Quia pro parte D. Aegidij eam petentis non solum non probatur concludenter aliqua læsio, sine

1 qua restitutio † in integrum aduersus rem iudicatam non conceditur, *Surd. cons. 95. num. 2.* & latè tradit *Adden. ad Greg. XV. decis. 459. n. 11.* Quinimò omnis læsio excluditur ex duabus decisionibus R. P. D. mei Pirouani sub die 24. Nouembris 1625. & die 20. Februarij 1627. In quibus firmatur iustitia decreti A. C. qui relaxauit mandatum executiuum ad effectum deponendi, donec, & quousque Aegidius fecerit priorem, & potiorem creditorem Righezzam, & obtinuerit à Patriarcha decretũ liberæ dispositionis officij, nam cum nullam ex dictis conditionibus Aegidius adimpleuerit, benè potuit contra ipsum agi ex natura

2 contractus non impleti † ad damna, & interesse, *l. seruus quem, §. fin. ff. de act. empt. l. si bominem ff. de solut. Seraph. decis. 675. num. 5. & seq.* & consequenter ad restitutionem pretij solu-

3 ti, † quod succedit loco damnorum, & interesse expressè promissorum in Instrumento, *Surd. cons. 13. num. 23. & decis. 253. n. 10. Greg. XV. decis. 119. num. 3. & 4. & decis. 261. num. 3. Rota diuers. decis. 741. num. 1. par. 1. Rota in Bononien. census impress. per Moder. Perus. de censib. decis. 46. num. 2. & 3.*

Non obstat, quod promissio de adimplenda præmissa fuerit conditionalis in euentum scilicet resignationis dicti officij faciendæ per Politum Euaristæ propter illud participium, *officij resignandi*, quod conditionem importat, & ideò cum numquam facta fuerit resignatio, cessauerit causa obligationis, itaut Aegi-

4 dius fideiussor † remanserit liberatus à fideiussione, *Rot. decis. 50. par. 1. recent.* cum alij allegatis. Quia imò ex deductis in dictis decisionibus R. P. D. mei Pirouani, quæ Dominis in omnibus placuerunt, apparet contractum venditionis fuisse absolutum, & liberum propter illa verba, *liberè emit ab Euarista asserente ad se liberè spectare*, & propterea ad Euaristam pertinebat officium obtinere à Polito, & illud liberè consignare Righezzæ, & participium resignandi &c. importat conditionem inter Politum, & Euaristam, non autem inter Euaristam, & Righezzam, inter quos libera venditio facta fuit, alias induceretur correctio, & contrarietas incontinenti, vt eadem res liberè, ac sub conditione vendita censeretur, quod

5 non † est dicendum, *L. non ad ea 88. ff. de cond. & dem. Grat. resp. 50. n. 57. lib. 1.*

Non obstat prætereà nullitas decreti R. P. D. mei Pirouani, prætextu, quod processerit executiuè, & debuisset agi ordinariè pro cõsignatione cedulæ depositi cũ decretũ A. C. habuerit effectũ per depositũ prædictum, ac etiam defectu iurisdictionis, cum in commissione causæ non fiat mentio dictæ cedulæ; Nam vltra quod quatenus processus nullus esset videretur agendum remedio ordinario & nõ

su,

6 subsidiario† restitutionis in integrum *iux. tex. in l.in causa la 2. ff. de minor. & Rota decis. 731. par. 2. recent.* respondetur quod cum causa esset commissa in Rota cum clausula fine præiudicio legitimæ executionis, ac cum facultatibus A.C. potuit procedi executiuè vigore obligationis Cameralis ad cõsignationem cedulæ depositi, & sic ad pretij restitutionem loco damnorum & interesse ex actione nouitèr intentata cum per dictum depositum non esset sufficienter consultum indemnitati Righezze nisi pecunias depositatas fuisset realiter consecutus. Vlterius fuit responsũ quod decretum A. C. uon poterat dici verè effectuatum inspecto interesse Righezze cui pretium officij erat restituendum ob adimplementum non sequutum nisi post depositum
7 consignatum, quæ consignatio † fuit sequela obligationis Cameralis, & decreti desuper emanati, & veniebat in executionem negotij commissi, licet in commissione non fuerit facta mentio dictæ cedulæ consignandæ *Put. decis. 190. num. 2. & 3. lib. 2.*

Non obstat denique quod ante cosignationem dictæ cedulæ debuisset Aegidius interpellari ad implementum, tùm quia ista exceptio videtur respicere nullitatem processus, quæ hic non cadit opportunè *d. l. in causa ff. de minor.* Tùm quià cum Euarista promiserit cũ iuramento per totam diem 4. Febr. 1617. facere, vt reseruaretur decretum ad fauorem Righezze nulla alia interpellatio necessaria
8 fuit, nàm qui promittit † facere & curare, cõstituitur in mora sine interpellatione quia satis est quod sciat se esse obligatum ad faciendum *Crauett. cons. 64. num. 1. Cephal. cons. 118 num. 16. lib. 1. Gozad. cons. 27. nu. 12. Alex. cons. 137. num. 1. lib. 6. Rot. decis. 252. nu. 7. par. 4. diuers.* Præ-
9 sertim stante † iuramento *Crauett. dicto cons. 64.*
10 *num. 2.* Et quia dies † certa interpellat pro homine *l. magna C. de contrah. stipulat.*

Et ità fuit decisum vtraq; &c.

EGITANIEN. DECIMARVM.

Luna 6. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Sententia valida & iusta est confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum si appareat fuisse seruata requisita de quibus per* Caputaq. decis. 260. par. 2.

2 *Iustitia sententiæ depromitur ex decisionibus causæ.*

DECISIO LXXXV.

DOMINI dixerunt sententias Rotales esse confirmandas, cum de earum validitate, & iustitia constet; validitas, ex re-
1 uolutione actorum detegitur, ex quibus apparet seruata fuisse omnia requisita *iux. decis. Caputaq. 260. par. 2.*
2 Iustitia etiam visa fuit patens † ex decisione bon. mem. Remboldi in hac causa in prima instantia facta, cuius rationes, & fundamenta (quæ hic non repeto) in hac tertia instantia examinata Dominis placuerunt &c.

Et ità decisum vna tantum parte informante, altera sæpius citata, & informare recusante &c.

TOLETANA PENSIONIS.

Veneris 19. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Rota Auditores omnes constituunt vnum Tribunal itaut productio facta coram vno sustineatur etiam si illa facienda esset coram altero.*

2 *Commissio dicitur effecta cõmunis per illius vsum.*

DECISIO LXXXVI.

DOMINI persistendo in decisis coram me sub die 16. Iunij præteriti responderunt esse dandam declaratoriam cõtra Antonium de S. Vincentio, ex eisdem rationibus in decisione deductis.

Quibus nec visum fuit obstare, quod sententia, vigore cuius fuerunt relaxatæ executoriales, sit iniusta, ex quo non iustificetur ex actis, cum processus fulminatus ab A. C. cum insertione reseruationis pensionis tamquam productus coram R. P. D. meo Durano tunc Iudice subrogato in locum bon. me. Archiepiscopi Seleucien. non autem coram me, qui eamdem causam reassumpsi, non dicatur de actis. Nam fuit responsum, quod
1 cum omnes Auditores † faciant vnum Tribunal, productio facta coram vno substinetur etiam, quod esset facienda corã altero *Put. decis. 240. in fin. lib. 3. Rota decis. 16. num. 4. part. 4. diuers. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 369. nu. 2. & 3. & ibi latè Adden.*

Minus visum fuit obstare, quod pro parte dicti Antonij replicabatur prædictam scilicet sententiam esse nullam ex defectu iurisdictionis ex quo commissio per ipsum impetrata non fuit effecta communis, cum deficiat citatio ad dicendum contra. Nam cum Antonius vigore dictæ commissionis obtinuerit citationem cum inhibitione, deinde constituerit procuratorem in curia cum expressa assertione, quod hæc causa ad eius instantiam pendebat in Rota, postea idem procurator acceptauerit mandatum, illudq; in actis exhibuerit, ac quamplures expensas, tàm pro rubricatura, & interpretatura, quàm pro defensione causæ in quatuor Aduocatis, fecerit. Domini censuerunt ex prædictis omnibus circumstantiis sufficienter constare de tali ratificatione, seu vsu dictæ commissionis, per
2 quem † ipsa fuerit effecta communis, vt fuit dictum

dictum in *Cæsaraugustana Exemptionis 4. Februarij 1585. coram Orano, & in Ispalen. Præeminentiarum 16. Nouembris 1618. coram bo.mem. Vbaldo*, itá vt in alia decisione dicebatur sufficit citatio facta in terminis substantialibus per aliã partem, quando prout hic non fuerunt producta noua Iura, sed tantùm reproducti processus de partibus, vt tenuit *Rota in Taurinen. Decimarum Lunæ 4. Decembris 1606. coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Veneris 10. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Agitur de nonnullis conditionibus ob quarum non implementum dicebatur obligationem non sustineri & per consequens sententiam desuper latam fuisse iniustam, sed fuit pro implemento illarum resolutum in hac & in alijs decisionibus præcedentibus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, eius refertur ad ipsum disponentem.*
2 *Verbum eius, refertur ad personam proximè expressam.*
3 *Verbum, eius quando non possit referri ad disponentem.*
4 *Interpretatio sumenda est secundum subiectam materiam.*
5 *Census fieri solet super bonis ipsius imponentis.*
6 *Censum extinguere & fructus illius soluere spectat ad illum cuius contemplatione & commodo fuit impositus.*
7 *Solutio facta à debitore creditori sui creditoris importat liberationem suam, & sui creditoris.*
8 *Citatio non requiritur in apprehendenda possessione si adsit pactum præcarij & facultas apprehendendi possessionem propria authoritate.*

DECISIO LXXXVII.

DOMINI persistendo vltimo loco decisis coram me sub die 10. Aprilis præteriti responderunt, Pepulum non esse reintegrandum ad bona, ad quæ fuit associatus, & immissus Marchio Facchinettus, quia sententia vigore cuius fuit data immissio visa fuit iustificari ex ijsdem rationibus in alia decisione deductis.

Quibus nec visum fuit obstare, id; quod pro parte Pepuli denuo replicabatur, nempè sententiam prædictam esse iniustam, & spoliatiuam, ex quo est fundata in obligatione facta à Lambertino cum pluribus conditionibus, quæ non fuerant adimpletæ.

Nam ad primam conditionem, quod scilicet census per illa verba (imponen. per quãuis personam super eius bonis) deberet imponi super bonis Lambertini, non autem
1 maluasiæ, cum verbum † (eius) ad ipsum
Lambertinum loquentem, & disponentem referatur *tex. in l. debitor in princ. ff. ad Trebell. cum alijs allegatis*.

Vltra respõsionem alias datam, quod imò
2 verbum (eius) referatur ad personam proximè expressam, & sic ad personam imponentem, *iuxt. allegata in alia decisione* fuit etiam re-
3 sponsum, quod verbum † eius, cum sit prolatum à Lambertino, qui prætendit illud ad sui commodum extendere, debet in dubio contra ipsum interpretari, itá vt non ad illius personam, sed tantùm ad personam imponentem referatur *Bald. cons. 15. vers. & ad prædicta facit, & cons. 16. vers. item quia verba lib. 5. Alex. cons. 47. num. 17. lib. 1. Rota coram Greg. XV. decis. 128. num. 8.*

Maximè quia sumendo interpretationem secundum suam subiectam materiam, prout
4 sumi † debet. *Imol. in l. testamento ff. de aur. & arg. legat. Scrap. decis. 553. num. 7.* non potest aliter intelligi, nec ad aliam personam referri, quàm vt dictum est supra, ad personam imponentem, cum impositio census, ex sui natura, & secundum suam subiectam materiã
5 fieri soleat † super bonis ipsius imponentis. *Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. Surd. cons. 318. num. 6. & seq.*

Non obstat, quod promissio soluendi fructus, & extinguendi censum facta à Lambertino supponat censum debuisse imponi super bonis ipsiusmet Lambertini non autem alterius personæ. Quia cum census imponi deberet contemplatione, & commodo eiusdẽ
6 Lambertini meritò ipse † debebat soluere fructus, & extinguere censum. *Moder. in tract. de cens. fol. 232. num. 4. Rota post d. tract. de cens. decis. 71. num. 5. & seq.*

Ad secundam vero conditionem, quod scilicet pecuniæ peruenire deberent ad manus Procuratoris Elephantuccij fuit etiam respõsum, quod cum essent ei tradendæ ad effectũ soluendi Cellio pro liberatione Elefantuccij, sufficit, quod absque alio circuitu effectus principaliter consideratus fuerit sequutus, & sic quod pecuniæ fuerint solutæ Cellio, &
7 Elephantuccius † fuerit liberatus. *Honded. consil. 69. num. 49. lib. 2.*

Nec releuat, quod effectus prædictæ liberationis non fuerit sequutus, ex quo Facchinettus ad sui fauorem reportauerit iurium cessionem. Nam cum in ea Elefantuccius fuerit expressè liberatus dicta cessio ei obesse non poterat, & sic nihil refert, quin Facchinettus eam ad sui maiorem cautelam reportauerit, prout in alia decisione firmatur.

Denique nec obstare dixerunt Domini, quod Facchinetto fuerit cõcessa associatio ad bona dicti Marci Antonij Lambertini, non citata prius D. Diamante eius hærede. Quia stante pacto præcarij, ac facultate capiendi possessionem propria auctoritate non erat ne-
8 cessaria † citatio *Rota in Bononien. Bonorum post tract. de cens. decis. 149. & alijs sæpissimè.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA BENEFICIATVS S. IOANNIS LATERANEN.

Luna 13. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Impetratio beneficij à Papa obtenta certo modo, propter defectum ætatis illud obtinentis.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua in qua fundatur gratia, concludentissimè probanda.*
2 *Reo & possessori sufficit vincere ex non iure actoris.*
3 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*
4 *Reo & possessori sufficit possibilitas alterius tituli, seu quod potuerit esse dispensatus super aliquo defectu vt pars reyciatur.*
5 *Resignatio facta ad fauorem cum clausula non alias &c. si beneficium non quæratur resignatario ius à resignante non abdicatur.*

DECISIO LXXXVIII.

GRATIAM Melfij, qui Beneficium impetrauerat à Papa vti certo modo vacans, nempè propter defectum ætatis Michaelis, prætendente Melfio illud esse Sacerdotale, vel saltem Diaconale, siue Subdiaconale *iux. Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 12. de reform.* non esse iustificatam ex capite de præsenti Domini vnanimiter censuerunt.

Cum enim Melfius in sua supplicatione narrauerit dictum beneficium vacare de tempore gratiæ ibi (& vacet ad præsens) ista narratiua est concludenter ab ipso probanda, &
1 probatio † debet esse talis, vt res aliter se habere non possit *l. ei qui ff. de probat. Put. decis. 266. num. 4. lib. 3. Gregor. XV. decis. 387. numer. 5. Rota decis. 479. num. 2. & 3. par. 1. recent.* Nam
2 Michaeli reo, † & possessori sufficit vincere Melfium per suum non ius. Nec probatio vacationis quatenus adesset per dispositionē *Concil. Trid.* excluditur Michaelis possessoris ferè per annum, cum ille potuerit postea habere alium titulum, ex quo in beneficialibus
3 datur † multiplicatio titulorum *cap. post elect. de concess. praben. Calder. consi. 7. de elect. Cassad. dec. 21. super regul. de insinuat. & publicat. Rota in Casaraugustana de Macella 8. Nouembris 1589. coram Card. Pamphil.* vel saltem potuerit esse dispensatus super prætenso defectu, ætatis, etenim
4 ad hanc effectum† sufficit possibilitas alterius tituli dispensatiui, vt fuit dictum in *Ierulen. parrochialis 4. Nouembris 1623. coram R. P. D. meo Merlino. Canonicatus in Maceraten. Canonicatus coram Reuerendiss. D. meo Decano sub die 25. Iunij 1627.* in qua per mensem reus coëuntus fuit possessor alius Canonicatus, & erat suspensus vigore Bullæ Pij V. & nihilominus Rota resoluit esse necessariam istam iustificationem vacationis de tempore impetrationis, cum posset esse, quod obtinuisset dispensationem à Papa.

Ex alia potissima ratione Domini in hanc sententiam venerunt, nam cum Clemens hoc beneficium resignasset Michaeli reseruatà, ad sui fauorem annua pensione ducatorum 48. cum clausula non alias &c. si huiusmodi resignatio defectu ætatis resignatarij non potest
5 sortiri effectum. vtique nullum ius fuit abdicatum à Resignante, & consequenter per talem resignationem † nō fuit inducta vacatio, *Paris. de resignat. lib. 1. q. 3. nu. 61. 62. & seq. Verall. decis. 84. num. 2. & 9. & decis. 86. num. 4. par. 3. Put. decis. 158. lib. 3. Gregor. XV. dec. 159. num. 6.*

Et ità resolutum vtraq; &c.

ROMANA DOTIS DE BELLAPANIBVS.

Luna 13. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Breue apostolicum, quando est iustificatum debet executioni demandari.

SVMMARIVM.

1 *Fides Baptismi ad probandam ætatem est sufficiens.*
2 *Confessio de recepta dote facta post obitum viri per fratrem, ad quem omne commodum hæreditatis spectat, quando dicatur probare.*
3 *Testes non contestes nec concordantes de summa deseruiunt tamen pro adminiculo.*
4 *Confessio non potest reuocari in illius præiudicium cui in medio tempore fuit ius quæsitum.*
5 *Confessio geminata, & cum maiori deliberatione facta magis probat.*
6 *Litis mentio resultat si fuit narratum non posse sustentare litem.*

DECISIO LXXXIX.

STATILIVS Pacificus de anno 1619. condito testamento, quo hæredem instituit Cappellam Sanctissimæ Annunciatæ, Ioanni Baptistæ, & Dominico ex fratre nepotibus legauit nonnulla bona cum hac lege, & conditione, quod fructus percipere non valerent, nisi coadunatis prius scutis 2000. pro dicta Cappella, nec non solutis omnibus debitis ipsius testatoris, & adimpletis nonnullis aliis conditionibus, & inter cætera, quod bona non possent obligari ex causa dotis constituendæ, vel restituendæ nisi in subsidium, non existentibus bonis proprijs ipsorum legatariorum, defuncto testatore de anno 1621. Io: Baptista duxit in Vxorem Lauram Bellapanam cum promissione dotis scutorum 2000. paulo post è vita functo dicto Io: Baptista decocto; Laura ad recuperandum scuta 600. quæ pretendebat soluisse ad bonum computum dictæ eius dotis, obtinuit à san. me. Greg. XV. Breue Illustrissimo Vrbis Vicario directum, in quo ei mandatur, vt cogeret administratorem præfatorū bonorum, vt supra legatorum ad soluendū ex fructibus eorundem prædicta scuta 600. pro cuius Breuis executione Illustrissimus Vicarius tulit sententiam, à qua 1 cum

cum pro parte Rectoris fuisset appellatum, & causa appellationis mihi fuisset commissa, cum clausula constito, quod sit locus executioni exequatur, sin minus &c. Dubitaui, an esset locus executioni, & Domini affirmatiuè responderunt, cum hac tamen reseruatiua, nisi obstet inuestimentum scutorum 2000. faciendum ad fauorem dictæ Cappellæ, quod particulari dubio disputar voluerint.

Nam Breue in omnibus, & per omnia iustificatum visum fuit.

Et primò quod Io:Baptista, prout in eo fuit narratũ, in trigesimo ætatis anno iuxta testatoris voluntatem vxorem duxerit, probatur
1 quoad ætatem ex fide Baptismi, quæ † adhunc effectum benè probat *Mascard. de probat. conclus.672.num.1.& seq. Caputaq. decis.314. num.1. Rota decis.15.num.2.part.2.recent.* quod verò duxerit mulierem honestam, probant testes dati in Summario *num.5.*

Secundò, quod Io: Baptista habuerit dicta scuta 600. ad bonum computum dotis Lauræ, probatur ex confessione Dominici fratris facta mediante Instrumento post mortem Io-
2 annis Baptistæ, quod † sufficienter probat, cum agatur de principali interesse dicti Dominici, ad quem fructus dictorum bonorum spectarent, postquam ad 35. annos peruenisset, quæ confessio adminiculatur ex testibus, qui deponunt de confessione etiam Io:
3 Baptistæ, qui licet † non sint contestes, & non videantur concordare in summa, tamen negari non potest, quin faciant adminiculum. *Socc.consi.262.num.12.lib.2. Corn.consi.307.num.8. vers. & licet lib.3. Crauet. consi.73. num.35. lib.1. Petr. de fid.quæst.12.num.519.*

Non obstat, quod idem Dominicus reuocauerit Instrumentum prædictum, & confessiones in eo factas obrenta prius absolutione à Iuramento, quia cum ex dicta confessione Dominici esset Ius quæsitum Lauræ non po-
4 terat † postea reuocari nisi ipsa consentiente. *Aym. consil. 80. numer. 7. lib. 1. Guid. Pap. quæst. 331. num.2. in fin. Rota decis. 419. num.7. part.1. recent.*

Idque confirmatur ex noua comprobatione prioris confessionis, facta post dictam reuocationem rursus medio Iuramento asserendo Ioannem Baptistam dicta scuta 600. ad bonum computum dotis habuisse, quæ tam-
5 quam † geminata, & cum maiori deliberatione facta, magis probat. *Menoch. consi. 191. num.58.lib.2. Afflict.decis.337.num.5.*

Tertiò, quòd Io: Baptista obierit non soluendo, probant etiam iidem testes in *Summ. num.5.*

Non obstat, quod breue supradictum non mereatur executionem; ex quo fuit subreptitium, tùm quia non fuit facta mentio litis, tùm etiam, quia non fuit narratum, quod prædicta dos de dictis bonis extrahi non pote-
1 rat nisi prius solutis debitis ipsius testatoris, quia hæc visa fuerunt cessare.

Nam quoad litem satis fuit facta mentio de ea, ex quo fuit narratum, quod Laura non
6 poterat substentare litem, hoc † enim sufficit vt censeatur facta mentio de lite *Greg.XV. decis.2.num.13.* quod vero fuerit facta mentio de debitis testatoris priùs persoluendis, patet ex verbis ipsius Breuis, ibi, *solutis quibusdam ipsius Statilij debitis, &c.*

Et ità vtraque &c.

RECANATEN DOTIS.

Lunæ 20. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Mulier, quando non dicatur possessionem, quam habebat iure familiaritatis sibi mutasse in causam sui crediti dotalis ex quo non esset factus locus eius repetitioni. Ex quibus non dicatur excessum in executione, & quomodo credatur in d. materia executori.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adeptæ possessionis alio non existente in possessione optimè probat possessionem manutenibilem.*
2 *Mulier in bonis viri dicitur habere possessionem iure familiaritatis, quando non est factus locus repetitioni dotis.*
3 *Mulier ex quibus non dicatur potuisse sibi mutare possessionem ex iure familiaritatis in causam suæ dotis per vergentiam viri ad inopiam, & inhibitionem desuper obtentã contra debitores sui viri.*
4 *Iudex rite, & rectè procedendo priuat possessorem sua possessione.*
5 *Citationis defectus suppletur per comparitionem citati.*
6 *Excessus in executione debet probari ab illo, qui in eo se fundat.*
7 *Executoris assertioni, quando stetur & num.8. & 9.*

DECISIO XC.

DOMINI persistendo in vltimo loco decisis coram me sub die 16. Iunij præteriti responderunt D. Antonio Crucciano dandum esse mandatum de manutenendo in possessione prædij de quo agitur. Qua de eius possessione capta auctoritate Iudicis, vigore deliberationis ei factæ satis visum fuit consta-
1 re, ex publico instrumento, quod † quidem ad effectum prædictum optimè probat possessionem, vt in alia decisione firmatur.

Non obstat possessio Mariæ vigore sui crediti dotis, Quia cum adhuc non sit factus locus repetitioni dictæ dotis, dicendum est Mariam, vel nullam habuisse possessionem, vel
2 si quæ aderat † penes eam censeri debere iure familiaritatis *l. qui iure familiaritatis, & ibi Alex. num.6. ff. de acq.poss. Dec. consi.400.num.4.vers.nam licet Menoc. de arbitr.casu.160.nu.14.lib.1.centur.2* quæ propterea non est manutenibilis. *d. l. qui iure ff. de acq.poss. Rota decis.761. num.4. vers. aut præsumitur par.2. recentiorum.*

Nec releuat, quod dicta Maria ob vergentiam Bartolomei eius viri ad inopiam vigore dicti crediti dotis obtinuerit ab A. C. contra de-

debitores dicti sui viri inhibitionem dotalem,
3 per quam præsumitur † sibi mutasse causam possidendi iure familiaritatis, in causam prædicti sui crediti dotis *iuxt. allegat. in alia decis. in hac causa facta*. Nam vltra quod nullibi visum fuit constare de tali vergentia viri per quam fuerit factus locus repetitioni dotis, itaut ipsa potuerit sibi mutare causam possidendi iure familiaritatis in causam suæ dotis. Fuit etiam responsum, quod idem A.C. qui dederat inhibitionem eam postea moderatus fuit, & mandauit, quod mandatum relaxatum contra dictum Bartolomeum, & Cesarem, exequeretur contra bona hæreditaria dictæ Cesareæ, & Antonij. Vnde cum prædium de quo agitur fuerit tamquam de bonis Cesareæ in executionem captum deinde subhastatum, ac prædicto Antonio Cruciano adiudicatum dicendum est executorem, qui cum, vigore dictæ adiudicationis in possessionem
4 dicti prędij, immisit ritè, † & rectè processisse, & sic priuasse Mariam sua, si quam habebat, possessione. *Rota coram Greg. XV. decis. 456. nu. 9. & decis. 555. num. 6. & alias sæpissimè*.

Minus releuat, quod non fuerit ritè, & rectè processum, Tùm quia fuit deuentum ad subhastationem, & deliberationem dicti prædij ipsa Maria non citata, Tùm etiam quia fuit excessum in executione, ex quo non constat prædium fuisse in bonis Cesareæ.

Nam quoad defectum citationis fuit respõsum, prout in alia decisione 16. Iunij præte-
5 ritis illum scilicet fuisse sublatum per † comparitionem procuratoris ex ibi allegatis.

Quo vero ad excessum deductum ex eo, quod non constet prędium fuisse in bonis Cesareæ fuit responsum illum non probari, prout
6 probari † deberet à Maria, quæ in eo se fundat. *Fel. in c. quoad consultationem num. 18. vers. pro hoc facit de sent. & re iudic. Rota decis. 45. n. 1. de appellat. in nouis* maximè cum in dubio ste-
7 tur assertioni † executoris, qui retulit prædium de quo agitur fuisse in bonis dictæ Cesareæ. *Greg. XV. decis. 402. nu. 2. cum alijs in prædicta decis. in has causa facta 16. Iunij præteriti*, quod tan-
8 to magis suadetur † ex quo Maria in actu executionis non opposuit, nec de excessu, neque de diuersitate bonorum. *Angel. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 1. & seq. ff. de re iudic. Greg. decis. 22. nu. 2. Rota in Romana Casalis 26. Februarij 1625. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo*, & vlterius datur fides plurium attestantium d. prædium fuisse in bonis Cesareæ ab eaque fuisse possessum.

Non obstat, quod præfatæ assertioni Exe-
9 cutoris † non stetur quando Tertius venit ad causam, & docet de sua possessione iux. doctrinam *Bart. in cons. 209. num. 4*.

Quia fuit responsum non applicari casui, de quo agitur, Quia Maria non docuit de sua possessione ex supradictis, minus docuit de iure exclusiuo alterius, cum eius creditum dotis sit posterius debito Condulmarij prout firmatur in præcitata decisione 16. Iunij præteritis.

Et ità vtraque &c.

FANEN. BONORVM.

Veneris 24. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Agens, qui promisit aliquid adimplere, adhoc vt non repellatur, debet docere, quod ipse omnia adimpleuit. Communio inter fratres quando præsumatur, seu excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Promittens aliquid implere, non potest ex dicto contractu agere nisi doceat omnia pro parte sua adimpleuisse.*
2 *Communio præsumitur adesse inter fratres.*
3 *Communio inter fratres non præsumitur, quando separatim habitant.*
4 *Exceptio non implementi etiam in minimo verificatur.*
5 *Depositio vnius testis non releuat.*
6 *Communio præsumpta inter fratres ex quo elidatur.*

DECISIO XCI.

THADEVS Boldrinus cessit litem omniaque Iura, & actiones sibi competeñ super hæreditate q. Michaelis Angeli Boldrini, ad fauorem Iulij Boldrini, qui versa vice, tàm suo, quàm Ludouici, & Iosephi fratrum nomine, in se litem suscepit, illamque omnibus suis, & dictorum fratrum sumptibus, & expensis prosequi mediare, ac finire promisit, pacto tamen expresso adiecto, *che finita, che sarà totalmente la lite, tutto quello, che si acquistarà in nome di detto Thaddeo s'habbia à diuidere frà di loro egualmente* prout ex instrumento *quod datur in Summ. heredum Thadei n. primo*.

Deficiente postea Iulio in prosecutione dictæ litis, Thadeusmet eam prosecutus fuit, prçuioque mandato de immittendo in possessionẽ bonorum dicti q. Michaelis Angeli per ipsum obtento illam totaliter absoluit.

Qua propter cum Iulius prætenderet factũ esse locum supradicto pacto egit nomine proprio pro consequutione medietatis dictorum bonorum coram A. C. Meltio, coram quo succubuit, & Thadeus Sententiam absolutoriam reportauit.

Cumque Iulius non amplius suo, sed aliorũ fratrum nomine iterum ageret coram Iudice ab A.C. deputato, obtinuit ab eo decretum subdelegationis Iudicis in partibus ad effectũ prædicta bona diuidendi, à quo decreto, cum pro parte hęredum Thadei fuerit appellatum, causaque deinde mihi commissa, cum clausula *si quid exequendum* Proposui dubium; An decretum prædictum esset exequendum, & DD. negatiuè responderunt.

Nam, cum Iulius in instrumento promisserit nomine proprio, & fratrum litem in se suscipere illamque prosequi, mediare, ac finire omnibus suis, & dictorum fratrum sumptibus, & expensis; nec ipse, nec fratres
1 ex † contractu poterant agere, nisi docerent

omnia

omnia pro eorum parte promissa, adimple-
uisse *vulg. l. Iulianus §. offerri ff. de act. empti Gra-
tiet. consf. 151. num. 10. Bec. consf. 45. num. 6. Rota in
Romana Vinea 28. Iunij 1623. coram R.P.D. meo
Pirouano.*

Tantùm verò abest, quod doceatur Iuliũ,
& fratres adimpleuisse in subministratione
omnium expensarum, quinimò constat ex-
pensas pro registro pro notula sententiæ pro
propina,& pro mandato de immittendo fuisse
factas ab ipso Thadeo mediante eius Procu-
ratore, vt ex fide Notarij causæ, quæ datur
in Summ. haeredum num. 4.

Non obstat, quod Iulius fecerit aliquas ex-
pensas, quia sufficit pro responsione, quod
contra ipsum fuerit lata sententia, & quod il-
li acquieuerit.

Nec releuat, quod dictæ expensæ factæ à
Iulio suffragentur alijs fratribus ratione præ-
2 sumptæ † communionis inter ipsos. Quia
vltra quod præsumpta communio eliditur
3 ex testibus deponentibus ipsos separatim † à
Iulio habitasse, *vt in dicto Summ. num. 5.* Cessa-
re videbatur omnis difficultas, ex quo, nec
per Iulium, nec per fratres fuit adimpletum
in subministratione omnium expensarum, &
4 sic eis obstat † exceptio non adimplementi,
quæ etiam in minimo verificatur. *Rolan. con-
sil. 53. num. 22. 23. & seq. lib. 1. Surd. consf. 101. nu. 1.
Rota coram Greg. XV. decis. 261. num. 3. & ibi add.
num. 6. & in vna Romana Pratij fundaci coram bon:
mem: Patriarcha Manzanedo impress. apud Moder.
de obligat. Camer. decis. 145. num. 2.*

Denique non obstat, quod aliæ expensæ
factæ per Procuratorem Thadei fuerint sub-
ministratæ de ordinatione & mandato Iulij.
Quia respondetur, hoc non probari nisi per
vnicum testem pro parte eiusdem Iulij exa-
5 minatum, cuius quidem sola † depositio non
releuat ex vulg. Iuribus, & quatenus, etiam
probaretur, nec Iulio, nec fratribus ratione
communionis cum eo suffragaretur, non
Iulio, quia ipse acquieuit sententiæ contra
6 eum latę. Minus fratribus, quia † præsum-
pta communio cum Iulio eliditur ex testibus
pro parte hæredum Thadei examinatis, vt di-
ctum est supra.

Et ita vtraque &c.

TVLLEN. REFORMATIONIS.

Lunæ 11. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Subdito contra superiorem quo casu detur ma-
nutentio in iurisdictionalibus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio Iudicis authoritate capta est manutenibilis.*

2 *In materia iurisdictionali magis attenditur causa
vniuersalis actuum quam ipsorum actuum exerci-
tium, & sic ex quasi possessione aliquorum datur
etiam manutentio in omnibus.*

3 *Decretum irritans in litteris Apostolicis appositum
inficit actus contrarios.*

4 *Manutentio subdito contra superiorem non datur.*

5 *Limita concurrente possessione, & titulo.*

6 *Titulus probatur ex litteris Apostolicis.*

DECISIO XCII.

CVM per binas resolutiones fuerit firma-
tum coram me Capitulo,& Abbati Ge-
nerali Ordinis Præmostratẽ, contra Com-
munitatem Antiqui rigoris eiusdem Ordinis
esse dandum mandatum de manutenendo, in
quasi possessione superioritatis, & in omni-
bus, quæ non contradicunt litteris Apostoli-
cis per eamdem Communitatem obtentis;
hodiè prosequendo disputationem, propo-
sui dubium an eidem Communitati esset cõ-
cedendum mandatũ de manutenendo & Do-
mini dixerunt esse dandum iuxta formam di-
ctarum litterarum Apostolicarum.

De possessione enim dictæ Communitatis,
quoad contenta in dictis litteris satis visum
fuit constare ex quo præfatæ litteræ mediante
Iudice executore fuerunt executioni deman-
datæ, deindè effectuatæ, & acceptatæ, vt in
Summ. communitatis num. 2. vsque ad 7. Vndè in
ijs, quæ in dictis litteris continentur conce-
1 denda † venit manutentio *Abb. in cap. cum à no-
bis num. 5. in fin. vers. ego vero dico, de præscript. Me-
noch. de retinen. remed. 3. num. 575. Rota decis. 513.
num. 2. par. 1. recent.*

Non obstat, quod pro parte Communita-
tis non doceatur de effectuatione omnium &
singulorum in dictis litteris contentorum.
Nam cum doceatur de effectuatione in ali-
quibus, reliqua etiam præsumuntur effectua-
2 ta, cum in hac materia magis attendatur cau-
sa vniuersalis actuum, quam ipsorum exerci-
tium, & sic ex quasi possessione aliquorum
datur etiam manutentio in omnibus, *Bald. in
l. 1. num. 24. C. de emancip. liber. Felin. in cap. auditis,
num. 19. de præscript. Abb. in cap. 1. nu. 3. de religios.
Domib. Rota decis. 17. num. 4. part. 2. diuers. Seraph.
decis. 1295. num. 6.*

Nec releuant actus contrarij, quia cum de-
3 cretũ † irritans in litteris appositum eos infi-
ciat, non possunt in aliquo suffragari Abbati,
& Capitulo, nec possunt haberi in considera-
tione, *Gomes. in regul. de annal. q. 23. n. 4. Cassad.
decis. 1. num. 7. de restitut. spoliat. cum alijs allegat. in
1. decis. in hac causa facta sub die 10. Aprilis præ-
teriti.*

Neque obstat, quod in iurisdictionalibus
4 non detur † manutentio subdito contra supe-
riorem *iuxt. doct. Bart. in l. 1. §. huius autem inter-
dicti vers. nam interdictum ff. vti possidetis Caputaq.
decis. 306. num. 4. part. 1.* Quia fuit responsum
5 regulam prædictam non † procedere quando
subditus est in possessione, & habet ius, & ti-
tulum *Lucas de pen. l. quicumque num. 2. C. de fund.
limit. lib. 1. Rota decis. 600. num. 7. par. 1. diuers.* in
præsenti autem casu non solum constat de
possessione Communitatis ex supra deductis,
6 verum etiam de titulo † ex litteris Apostoli-

cis *Cas. de Graff. decis. 1. num. 6. de probat. & gid. decis. 110. num. 9.*

Et ita vtraque &c.

TVLLEN. ATTENTATORVM.

Luna 11. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Abbatis superioritas in Monachos quoad habitus delationem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio continuata non dicitur attentata.*

2 *Praeseruata dicuntur de quibus in dispositione non fuit habita mentio.*

DECISIO XCIII.

CVM lite pendente in Rota coram me super iurisdictione inter Abbatem, & Capitulum Generale Ordinis Praemonstraten. ex vna, & Communitatem Antiqui rigoris eiusdem Ordinis ex altera Procurator praedicti Abbatis fecisset praeceptum Patribus in Vrbe commorantibus eiusdem Communitatis Procuratoribus, vt in quotidiano habitu se conformarent secundū generalia dicti Ordinis statuta, & abstinerent ab habitu per ipsos assumpto, & loco illius plenum habitū dicti Ordinis quemadmodum alij eiusdem Ordinis Canonici deferunt; deferrent; Proposui dubium an istud praeceptum esset attentatum, ità vt veniret reuocandum; Quo dubio proposito Domini negatiuè responderunt.

Moti enim fuerunt Domini, eo praecipuè fundamento, quod cum Abbas, & Capitulū praedicti obtinuerunt manutenori in sua possessione superioritatis sub qua continetur actus iste praecipiendi Canonicis nè gestent habitum contra formam datam à statutis Generalibus totius Ordinis prohibentibus delationem Cappae Choralis extrà Chorum, ac praescribentibus certum habitum gestandum in quotidiano egressu prout ex particulis dictorum statutorum, quae dantur in *Summar. Abbatis num. 3. 4. 5.* sequitur quod Abbas continuando hanc suam quasi possessionem superioritatis † non dicatur attentare; *Laniell. de*
1 *attent. lit. pend. p. 2. a. 4. limit. 1. n. 25. & seq. Rota decis. 411. num. 3. p. 2. recent.*

Non obstat, quod manutentio concessa Abbati, & Capitulo sit restricta ad ea, quae non contradicunt litteris Apostolicis, & ità cum istud praeceptum sit ipsis litteris contrarium non possit venire sub manutentione concessa Abbati, sed debet comprehendi sub iis, quae controuertuntur, & super quibus lis pendet, & consequenter vti factum lite pendente sit attentatum.

Nam placuit responsio, quod scilicet dictum praeceptum non sit praedictis litteris contrarium, quia licet litterae Pauli V. disponant, quod habitus Reformatorum sit totaliter candidus, ibi (habitus totaliter candidus, tàm quod togam scapularium cappuccium, & cappam, cum ea forma, quam habent in ordine) ex hoc non potest inferri, quod disponant super delatione cappae, etiam extra Chorum, & in egressu per Vrbem contra formā praescriptam à statutis generalibus totius Ordinis cum solum faciant mentionem de colore, in caeteris autem praedictae litterae sè remittunt ad formam praescriptam in ordine, & sic ad statuta Ordinis, quae propterea in hoc
2 non fuerunt correcta, † sed praeseruata, cum in illis de hoc mentio non habeatur ad *l. sancimus 25. C. de testam.*

Non obstant iura in contrarium producta pro parte Communitatis, quia vltra, quod non sunt in forma probanti plura ex illis habent locum in functionibus publicis, nempè in disputationibus, processionibus, & similibus, & sic in casu penitus diuerso ab incessu per Vrbem, de quo agitur in praecepto.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Veneris 15. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Possessio manutenibilis resultat ex confessione partis emissa in commissione, necnon ex actione spolij & mandato de reintegrando; Attentata quando dicantur gesta pendente pellatione etiam si executioni non sit locus ob rescriptum Signaturae simpliciter committens appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio partis elicita ex commissione probat possessionem ad effectum manutentionis.*

2 *Possessio probatur ex indicio spolij, & ex mandato de reintegrando.*

3 *Possessio capta pendente appellatione à mandato de reintegrando dicitur attētata si Signatura Sanctiss. causam appellationis simpliciter commiserit.*

4 *Rescriptum Signaturae debet intelligi prout de iure.*

5 *Rescriptum Signaturae cōmittens causam appellationis simpliciter intelligitur ad vtrumque effectum suspensiuum & deuolutiuum.*

6 *Attentatum dicitur quidquid geritur pendente appellatione quando adest appellatio ad effectum suspensiuum.*

7 Decis. Bononien. Associationis 3 Iulij 1628. coram eodem Dunozet fuit in d. die reuocata in dubium.

DECISIO XCIV.

CENSVERVNT Domini dandum esse mandatum de manutenēdo Comitibus de Lambertinis, quia de eorum possessione satis visum fuit constare, tàm ex † confessio-
1 ne Comitis Pepuli desumpta ex commissione in qua fatetur Lambertinos possidere Rota coram

coram fa: me. Gregor. XV. decis. 200. num. 2. & decis. 802. par. 1. diuers. Quam etiam ex actione
2 spolij, & ex mandato de reintegrando ab eodem Pepulo, contra prædictos Lambertinos obtento. *Rota coram Gregor. XV. decis. 202. n. 3. & decis. 561. nu. 2. par. 2. recent. & in Romana spolij domus 10. May 1624. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Non obstat possessio Pepuli capta auctoritate iudicis vigore supradicti mandati de reintegrando, quia cum fuerit capta pendentibus appellatione ac recursu ad Signaturam Sanctissimi, qui causam dictæ appellationis
3 simpliciter † commisit, dicitur attentata. *cap. non solum de appellat. in 6. Rota in Romana domorum de Zacchonis 17. May 1621. coram bon. me. Vbaldo.* Vnde, cum Lambertini non habuerint e pro spoliatis eis concedenda venit manutentio. *Seraph. decis. 1045. num. 4. Gregor. XV. decis. 46. nu. 9. Rota in dicta Romana Domorum de Zacchonis coram bon. me. Vbaldo.*

Minus obstat, quod rescriptum Signaturæ
4 debeat intelligi † prout de iure *iuxt. decis. Crescent. decis. 1. de rescript.* & sic cum de iure à sententia, & mandato de reintegrando, non detur appellatio, possessio deinde sequuta non dicatur attentata, & consequenter sit manutenibilis. Quia fuit responsum Signaturam Sanctiss. rescribendo simpliciter intelligi de-
5 bere ad vtrumque † effectum, suspensiuum scilicet, & deuolutiuum, vt fuit aliàs resolutum in *Vrbeuetana bonorum Veneris 26. Ianuary 1624. & in eadem 20. Martij eodem anno coram bo. me. Vbaldo, & in præcitata Romana domorum de Zacchonis coram eod. Vbaldo.* Vnde stante effectu suspensiuo, quicquid actum est medio
6 tempore vel appellatione pendente † dicitur attentatum. *d. cap. non solum de appellat. in 6. cum alijs supra citatis.*
7 Non † obstat *decis. Bonon. Associationis Lunæ 3. July 1628. coram me,* quia in ea Domini difficultatem habuerunt, & causa venit iterum proponenda.

ROMANA SEV NEAPOLITANA PECVNIARIA.

Veneris 15. Decembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Obligatio *dello stare del credere* quando intret.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentia sola ad obligandum non suffragatur.*

D E C I S I O X C V.

FVIT decisum coram me sub die 15. Decembris præteriti, D. Rosolinum non teneri ad fauorem D. Pocobelli, *dello star del credere*, pro litteris cambij scutorum 749. de quibus agebatur, ex eo, quia prædicta obligatio legebatur tantum restricta ad casum, quo Rosolinus Pecunias eidem Pocobello transmisisset, & ita cum prædictæ litteræ cambij non fuerint à Rosolino transmissæ, pro eis non intrat obligatio *dello star, del credere* Hodie verò reproposita causa super ijsdem. Domini in decisis perstiterunt, ex rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

Nec visum fuit obstare id, quod denuo pro parte Pocobelli replicabatur quod scilicet præfatæ litteræ cambij fuerint ei à Rosolino consignatæ. Vnde inferebatur, quod cum ista consignatio litterarum æquipolleat veræ trasmissioni, pro ea etiam dicatur intrare obligatio *dello star, del credere*. Quia obiectum visum fuit cessare, ex quo de dicta cõsignatione facta à Rosolino nullibi constat, nec ea iustificari potest ex fide plurium testiũ data in *Summar.* Pocobelli *num. 9.* Quia vltra quod fides prædicta conquassatur ex altera fide eorumdem testium data in *Summar.* Rosolini *num. 3.* responsum fuit, quod etiam attentis verbis prædictæ fidei datæ per Pocobellum ibi *qual lettera di cambio fù consegnata al Pocobello in casa di Tobia Rosolino, & alla sua presenza*, claré constat Rosolinum non consignasse, sed solummodo consignationi interfuisse, & sic non potest dici obligatus, cũ
1 eius sola † præsentia non sufficiat. *l. filius familias, §. inuitus, ff. de verb. signific. cum alijs in decis. allegatis.*

Neque obstare dixerunt Domini, quod Rosolinus pro dictis litteris cambij perceperit prouisionem *dello star, del credere* in ducatis 34. 4. 10. & sic pro eis dicatur obligatus *iux. alleg. in alia decis.* Quia fuit responsum, quod licet partita ducatorum 34. 4. 10. sit adæquata pro tota prouisione ducatorum 10480. in qua quantitate prætenditur comprehensa partita litterarum cambij scutorum 479. de qua agitur; Tamen *vt in alia decisione dicebatur,* cum dicta prouisio legatur percepta pro cãbio non debet intelligi *per lo star del credere*, cum inter se valdè differant.

Et ità vtraque &c.

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Mercurij 20. Decembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Instituendus est ille qui est præsentatus ab eo qui est in quasi possessione præsentandi; Et quãdo etiam præferatur præsentato à vero patrono comparente antè institutionem.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi est instituendus.*

2 *Vicario attestanti super pertinentibus ad eius officium, & de facto proprio qualis est præsentatio coram se facta, est plenè credendum.*

3 *Scientia & patientia alterius non requiritur in acquirenda possessione, stante titulo illius qui gerit actum possessorium.*

4 *Scien-*

4 *Scientia præsumitur ex actuum multiplicitate, & diuturnitate temporis.*
5 *Præsentatus à vero patrono comparente antè institutionem est præferendus præsentato ab existente in quasi possessione præsentandi. Declara, numer. 6.*
7 *Donans abdicat à se omne ius rei donatæ & illud transfert in donatarium.*
8 *Beneplacitum Apostolicum in alienationibus rei Ecclesiæ spatio 30. annorum præsumitur.*
9 *Ordinarij consensus in donatione iurispatronatus nō requiritur quando fit compatrono.*
10 *Productio tituli insufficientis facta ad alium finem & effectum non impedit quominus allegari valeat præsumptio melioris tituli.*
11 *Donatarius potest allegare & uti iure donantis eo modo quo cessionarius iure cedentis.*
12 *Actus præsumitur factus in vim tituli præcedentis.*

DECISIO XCVI.

FVERAT coram mé resolutum 18. Iunij præteriti Dominicum esse instituendū,
1 tamquam præsentatum † à Martino existente in quasi possessione præsentandi *iux. reg. tex. in cap. consultationibus de iurepatronatus cum alijs allegatis.*

Verum non acquiescente Io. Francisco præsentato à Cappellanis, iterum dubio proposito super iisdem, Dominis placuerunt fundamenta primæ decisionis.

Non enim obstat primo, quod exaduersò fuit deductum, dictam quasi possessionē non aliundè probari, quàm ex attestatione Vicarij, cuius fidem in hoc prætendebant vacillare informantes pro Io. Francisco, fuit enim
2 responsum Vicario attestanti † super pertinētibus ad eius officium, & de facto proprio, qualis est præsentatio coram se facta, esse plenè credendum. *Rota decis. 11. de Iurepatronatus in nouiss. Capuiaq. decis. 87. par. 3.* prout in his terminis de attestatione Vicarij censuit *Rota in Papien. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1601. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Minus dictæ quasi possessioni officit, quod non probetur scientia, & patientia Cappellanorum. Cum enim Martinus habeat de iure
3 fundatam † intentionem super instrumento donationis Cappellanorum, non est opus docere de alia scientia, & patientia, ad acquirēdam quasi possessionem in eorum præiudicium. *Castren. in l. seruitutes prædiorum numer 9. vers. quarto requiritur de seruit. Seraph. decis. 1213. num. 6. Greg. decis. 253. num. 3. vbi Add. num. 7.* Et
4 vlterius hæc scientia † præsumitur etiam ex actuum multiplicitate, & diuturnitate temporis. *Seraph. decis. 306. nu. 5. & 7. Rota dec. 686. num. 4. par. 2. recent.*

Non obstat secundo, quod præsentatus à vero patrono comparente ante institutionem
5 sit † præferendus præsentato ab existente in quasi possessione. Quia Dominis placuit responsio decisionis, quod hoc tunc demum
6 procedat si de vero titulo concludenter † doceatur ex confessione partis, re iudicata, vel instrumento fundationis adeo claro, vt indubitatè, & incontinenti appareat de non iure existentis in quasi possessione, vt præter allegata, fuit decisum *in Leodien. Canonicatus 13. Nouembris huius anni coram Reuerendiss. Domino meo Decano.*

In casu autem nostro fundamentū, quod fie-
7 bat ex parte † Cappellanorum super exhibito instrumento fundationis, fuit sublatum, ex subsequuta donatione eorumdem Cappellanorum ad fauorem Martini, cuius vigore omne ius fuit abdicatum à Cappellanis, & translatum in Martinum donatarium, vt in decisione.

Neque hæc donatio eo minus valida censeri debet, quia non constet de Beneplacito Apostolico, aut consensu Episcopi; nàm,
8 illud ex cursu † 30. annorum cum obseruantia præsumitur interuenisse. *Seraph. decis. 677.*
9 *num. 1.* Consensus autem Ordinarij† in donatione facta compatrono non est necessarius. *iux. alleg. decis. Achil. 10. de Iurepat. Reuerendiss. D. meus Decanus, decis. 464. num. 8.*

Nec præsumptio dicti beneplaciti Apostolici elidītur ex productione cuiusdam cōsensus Vicarij, & sic ex exhibitione tituli insufficientis. Quia etiam huic obiecto Domini dixerunt fuisse satisfactum ex responsione decisionis. Etenim consensus Vicarij non fuit deductus ad supplendum defectum beneplaciti Apostolici requisiti in alienationibus rerum Ecclesiasticarū ex Cōstitutione Pauli II. sed pro maiori cautela ad supplendum consensum Ordinarij, qui existimabitur necessarius etiam in puris terminis iuris communis pro donatione Iurispatronatus. Vndè huius-
10 modi †i productio tituli insufficientis facta ad alium finem, & effectum non impedit quo minus allegari valeat præsumptio melioris tituli, vt distinguit *Rota in alleg. decis. 285. nu. 4. par. 2. recent.*

Non obstat tertiò, quod præsentationes factæ post donationē emanauerint in vim tituli fundationis, & non in vim donationis. Cum enim Ius Cappellanorum proueniat ex fundatione; hic idem titulus per Cappellanos fuit translatus in Martinum donatarium, qui potuit propterea, tamquam successor Cap-
11 pellanorum allegare eundem † titulum donationis, Donatarius enim vtitur iure donantis eó modo, quo Cessionarius iure cedentis ad *l. si à Creditore C. de act. & obligat. Rota dec. 304. n. 7. par. 1. recent.* Vltra quod præsumitur Martinum præsentasse etiam vti donatarium, &
12 sic † in vim tituli præcedentis, *l. fin. C. de acquir. poss.*

Non obstat demum, quod dicebatur Ordinarium esse in causa, quia licet Informationes datæ pro Io. Francisco inscriberentur etiam pro Episcopo, tamen ex actis non constat Episcopum fuisse vnquam ad causam admissum, aut patronatui contradixisse. Et in omnem casum obiectum visum fuit cessare, quia nunc non agitur, nec dubitatur de existentia Iurispatronatus quo casu Episcopus pro suo interesse posset esse in causa, sed tantum

autum agitur de pertinentia inter patronos, quæ nihil commune habet cum Episcopo. Et ita vtraque &c.

ROMANA ANTERIORITATIS.

Mercurij 20. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Suspicio antidatæ quomodo remoueri possit in concursu creditorum; Concordia post primũ contractum an inducat nouationem. Et de vi clausulæ (sine præiudicio iurium) appositæ in transactionibus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio de restituendo prioribus creditoribus, & ad omne mandatum Domini efficit quod rem creditor restituat priori.*
2 *Prior in tempore potior in hipotheca.*
3 *Antidata suspicio remouetur ex præsumptionibus, & coniecturis.*
4 *Obligatio dicitur pura quamuis adsit dilatio ad soluen. pro maiori commoditate obligati.*
5 *Obligatio non redditur conditionalis ob tempus adiectum solutioni seu exactioni.*
6 *Contrahentes per contractum non censentur voluisse recedere à primo nisi appareat de ipsorum voluntate faciendi nouationem.*
7 *Clausula (sine praiudicio suorum iurium) apposita in transactione excludit animum nouandi.*
8 *Nouatio pendet à voluntate contrahentium, & ex quibus non præsumatur inducta.*
9 *Obligatio noua & iuramentum debitoris facta cumulatiuè & non extinctiuè nullam sapit nouationem.*
10 *Verba vniuersalissima debent vniuersalissimè intelligi.*
11 *Obligationis nouatio non inducitur ex mutatione temporis adiecti solutioni.*

DECISIO XCVII.

FVIT resolutum Dominos de Baccellis teneri restituere D. Petro Eschinardo sũmam scutorum 718. 80. iuxta eorum expres-
1 sam † obligationem de illa restituendo anterioribus creditoribus Francisci & Frattum de Lauacchijs, & ad omne mandatum Domini. *Seraph. decis. 348. num. 1. & fuit dictum in Romana Anterioritatis 27. Iunij 1604. coram bon. m. Card. Pamphilio apud Zact. post tract. de obligat. Camer. decis. 135. num. 1.*

Anterioritas enim liquet ex apoca obligationis dd. Fratrum de Lauacchijs ad fauorem Petri Largier Autoris D. Eschinardi cõfecta die 3. Decembris 1618. & sic per annum ante creditum dd. de Bacellis creatum de mense Decembris anni sequentis 1619. qua
2 stante prioritate temporis negari † nequit D. Eschinardum fuisse etiam potiorem in hipotecas; *reg. qui prior. de reg. iur. in 6. l. potior. & l. creditores de his qui potior. in pign. hab.*

Et quamuis prædicta Apoca anterior concurrat, cum Instrumento publico cambij posteriori celebrato ad fauorem DD. de Baccellis, hic tamen Domini nullam censuerunt militare suspicionem antidatæ, vt esse potuerit locus dispositioni, *l. scripturas C. qui pot. in pign.* quia apoca fuerat iam in actis producta coram A.C. per D: Eschinardum citatis Lauacchijs die 6. Aprilis 1619. & per eosdem Lauacchios excipien. in iudicio allegata, subsequuta etiam pro eorum parte reali productione concordiæ initæ inter ipsos Lauacchios, & Petrum Largier die 4. dicti mensis Decembris in d. Apoca enunciata per plures menses, antequam instrumentum prætatum esset in rerum natura, vndè cum constet de vera præexistentia d. apocæ, tollitur omnis
3 suspicio antidatæ, pro qua † remouenda sufficiunt etiam præsumptiones, & coniecturæ. *Bald. d. l. scripturas num. 6. Gabr. de probat. conclus. 10. num. 9. cum seq. Seraph. decis. 829. num. 2. & decis. 1221. num. 1. Rota decis. 53. num. 3. apud Statil. secundum nouam impress. & in Rauennaten. Pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat, quod apoca prædicta esset relatiua ad dictam concordiam successiuè initam 4. Nouembris 1618. inter Petrum Largier, & fratres prædictos de Lauacchijs, in quo fuit conuentum eosdem non posse cogi ad solutionem scutorum 1500. nisi venditis prius certis pannis eidem per Petrum Largier consignatis. Vndè inferebant informãtes pro Baccellis anterioritatem D. Eschinardi, & Petri Largier eius auctoris non esse metien. ex data apocæ, cum obligatio tunc videretur stare in suspenso, donec fieret exitus pannorum iuxta tenorem dictæ concordiæ.

Fuit enim responsum apocam continere simplicem obligationem, & promissionem soluendi scuta 1500. Petro Largier, aut habeñ ab eo legitimum mandatum, per concordiam autem subsequutam, fuisse ijsdem Lauacchijs pro eorum maiori commodo per Petrum Largier creditorem concessam præfatam dilationem ad soluendum, quousque facerent exitum pannorum, ideoque obli-
4 gatio † erat pura, & statim ab initio orta est actio, quamuis foret suspensa executio, & exactio pecuniarum vsque dum veniret tempus adiectum solutioni *l. cedere diem vbi glos. in verbo nondum venit ff. de verb. signif. & in l. certi conditio verb. non potero si cert. petat. Bart. in l. ita stipulatus num. 34. de verb. oblig. Rota decis. 476. nu. 22. par. 1. diuers.* conditio enim, vel tempus adiectum solutioni, & exactioni, non reddit ob-
5 ligationem † ipsam conditionalem *Bart. in l. ita demum §. sed si quidem num. 1. ff. de recept. arbitr. Iason. in l. item quia num. 21. ff. de pact. Gregor. XV. decis. 117. num. 3. & 4.*

Neque prædicta prima obligatio, de qua in apoca confecta die 3. Decembris 1618. fuit nouata ex alia concordia inita inter D. Eschinardum, & Lauacchios de anno 1620. & sic post creditum illorum de Baccellis. Vndè pro eorum parte prætendebatur D. Eschinardum

dum recessisse à iuribus primæ hypothecæ, & anterioritatis.

Quia per secundum contractum non censetur recessum à primo nisi appareat de clara
6 voluntate contrahentium † faciendi nouationem, *l. fin. vbi not. C. de nouat. §. præterea instit. quibus modis tollitur obligat. Rota decis. 392. num. 4. par. 1. rec.* In casu autem non constat D. Eschinardum voluisse recedere à prima hypotheca, sed imò contrarium apparet ex clausula in
7 transactione † (sine præiudicio suorum iuriũ) quæ præseruat hypothecam, & excludit animum nouandi, *Grat. cons. 126. num. 8. Gozad consil. 35. num. 2. Card. Mantic. lib. 17. tit. 11. num. 16.*
8 *Surd. cons. 385. num. 20.* vbi, quod nouatio † pendet à voluntate contrahentium, & non potest melius demonstrari abesse animum nouandi, quàm per huiusmodi protestationem, & in similibus terminis censuit *Rota in allegata Romana Anterioritatis 27. Iunij 1603. coram bon. me. Card. Pamphilio apud Zacch. decis. 135. num. 4. & 5.* Vnde etiam sequitur hanc secundam transactionem fuisse à D. Eschinardo initam pro maiori cautela, & ad se reddeñ magis tutum ex noua obligatione, & iuramento debitoris, & sic tamquam factam cumulatiuè, & non
9 extinctiuè nullam sapere nouationem ad *l. obligationum ferè 43. §. fin. de act. & obligat. Cardin. Mantic. lib. 17. tit. 1. num. 3. de tacit. & ambig.*

Neque obstat, quod dicebatur prædictam reseruationem iurium esse restrictam ad residuum cõtra Petrum Largier eiusuè hæredes, quia ex lectura concordiæ apparet D. Eschinardum voluisse sibi reseruare omnia, & quæcumq; iura contra quoscumque competentia, est enim concepta per verba vniuersalissi-
10 ma, quæ debent etiam † latissimè, & vniuersalissimè intelligi, *ad l. Iulianus, & l. testatorem de leg. 3.*

Demum non refragatur allegata incompatibilitas, & repugnantia inter primam, & secundam concordiam, quia in vim primæ Cauacchij non poterant astringi ad soluendum, nisi venditis pannis, in vim autem secundæ hoc tempus incertum venditionis pannorum fuit per contrahentes mutatum, & prouisum, quod siue vendidissent panna, siue non vendidissent tenerentur soluere intra annum, quæ
11 immutatio temporis adiecti † solutioni non importat aliquam nouationem obligationis, *l. fin. ibi* (seu tempus addiderit, vel detraxerit) *C. de nouat. Gabr. conclus. 1. num. 66. de nouat. Mantic. lib. 17. tit. 1. num. 8. de tacit.*

Et ita vtraque.

CALAGVRITANA BENEFICII DE Brignas.

Mercurij 12. Ianuarij 1628.

Argumentum, & Summarium sunt, quod appellatio in beneficijs Calaguritanæ diœcesis datur ad vtrumque effectum itaut omnia gesta pendente termino ad appellandum sint attentata.

DECISIO XCVIII.

CONSTARE de attentatis Domini responderunt, quia cum Ioannes Fernandez, qui ab examinatoribus Synodalibus fuerat examinatus simul cum Hippolito Garzia, & alijs legitimis oppositoribus ad Beneficiũ, de quo agitur, appellauerit à prædictorum Examinatorum relatione, vti in eà reprobatus. Præsentatio, & collatio, cum omnibus alijs deinde sequutis ad fauorem Hipolitiꝫ tam infra tempus ad appellandum, quàm dicta appellatione pendente dicuntur attentata, *l. 1. & tot. tit. ff. nihil nou. appell. pendent. Rota coram Gregor. XV. decis. 515. num. 3. & alias sæpiss.*

Quod autem præsentatio, & collatio ad fauorem prædicti Hipoliti sequutæ fuerint infra terminum ad appellandum, iustificatur ex facto, nam relatio Examinatorum emanauit sub die 20. Aprilis 1627. præsentatio verò sub die 22. & collatio sub die 24. eiusdem mensis, vt in *Summ. Ioannis num. 7. 12. & 15.*

Pariter, quod à præfatorum Examinatorũ relatione daretur appellatio ad vtrumque effectum, Domini non dubitarunt, cum ageretur de beneficio simplici, & patrimoniali, non autem de Parochiali, seu Curato, *Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 242.* & in similibus beneficijs patrimonialibus Calaguritanæ Diœcesis dixit *Rota coram Greg. XV. decis. 525. num. 1. & decis. 538. num. 1. & in Calaguritana Beneficij de Domalquia, Mercurij 27. Ianuarij 1627. coram me.*

Et ita vna tantum parte &c.

ANCONITANA LEGITIMÆ.

Lunæ 15. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Legitima vna cum fructibus potest peti per nepotem in bonis aui, quando per Patrem non fuit detracta Legitima vt sit prohibita, quæ cautela requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex persona patris potest petere legitimã super bonis aui, quando à patre viuente non fuit detracta.*
2 *Quod intellige etiam respectu fructuum à die obitus patris.*
3 *Filius adeundo hæreditatem patris, in qua in maiori parte, quam importet legitima sit institutus, censetur acceptasse prohibitionem legitimæ.*
4 *Legitima nullum recipit onus, nec potest prohiberi.*
5 *Filius per simplicem hæreditatis aditionem non censetur acceptasse prohibitionem legitimæ, & potest non obstante dicta prohibitione legitimum detrahere ex quo omne onus reijcitur ministerio legis.*
6 *Ius detrahendi legitimam non obstante primogenitura transmittitur ad filios.*
7 *Legitima prohibitio vt sustineatur requiritur cautelam fuisse adhibitam Socini iun. cons. 122. num. 8. lib. 1. quod scilicet pater instituto filio in vniuersa hæreditate, seu illius maiori parte addat, quod si dictam

llam dispositionem recusauerit; sit tantum institutus in legitima.

8 *Praescriptio non currit non valenti agere.*

DECISIO XCIX.

LEGITIMAM, & fructus legitimæ deberi D. Com. Alexandro filio, & hæredi pro medietate q. Com. Vgonis super bonis q. Com. Hieronymi eius aui paterni possessoris per D. Com. Ioannem eius fratrem, vnanimiter Domini censuerunt.

1 Conclusio enim iuris est indubitata, † quod
nepos ex persona patris potest petere legiti-
mam super bonis aui, quando à patre viuente
detracta non fuit, §. 1. *Auth. de hared. ab intest. ve-*
niens. Crass. in §. legitima, quaest. 4. num. 1. Greg. XV.
2 *decis. 539. num. 1.* Vna cum illius † fructibus à
die obitus patris, *Fabian. in auth. nouiss. num. 113.*
de inoff. test. glos. in l. in fideiussoria in verbo in fi-
deiussoria circa fin. ff. ad Trebell. Surd. cons. 128.
num. 4. lib. 1. Cucch. de legitima in verba eius portio-
nes num. 10. latè Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quaest. 1.
num. 3. Rota decis. 29. num. 3. post d. tract.

Non obstat prohibitio dictæ legitimæ facta
per D. Com. Hieronymum in primogenitura
ab ipso erecta in persona d. Com. Vgonis, qui
3 cum paternam hæreditatem adiuerit; † censeatur hoc onus acceptasse, & eo magis prohibitionem legitimæ sustineri, ex quo Com. Vgo fuit institutus in maiori parte hæreditatis, quam importabat legitima; *per Doct. Com. in l. cohæredi. §. cum filio. num. 2. ff. de vulg. tradit. Menoch. cons. 1141. num. 1. vol. 12. & cons. 2234. num. 8. vol. 13.*

Nam fuit responsum, quod legitima nul-
4 lum recipit onus, † nec potest prohiberi, vti
debita de iure naturæ, *l. quoniam in prioribus, C.*
5 *de inoff. testam.* & sola aditio † hæreditatis sim-
pliciter facta non inducit talem acceptatio-
nem in filio adeunte, quò minus illa non obstante, legitimam detrahere possit, quia omne onus reiicitur ministerio legis, nisi expressè onus acceptetur. *Rota decis. 200. num. 5. & 206. num. 5. & decis. 649. par. 1. recent. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quaest. 9. art. 16. Pereg. cons. 78. n. 12. lib. 1. Berett. cons. 144. num. 3.* & in puncto, quod legitima debeatur filio, etiam quod pater fecerit primogenituram sine auctoritate Principis, quo casu non differt à fideicommisso, *Abbas cons. 60. num. 10. Burs. cons. 254. num. 5. vol. 4. Riminaldi. cons. 544. num. 69. & 78. vol. 5. Paul. de Montepico cons. 96. num. 21. Ronded. cons. 45. nu. 18. vol. 2.*

Quod ius detrahendi legitimam, non ob-
6 stante primogenitura, transmittitur † ad filios,
Suarez in d. l. quoniam in prioribus ampliat. 10. n. 1.
vsque ad 9. Gom. var. resol. tom. 1. cap. 11. de success.
ton. sext. n. 25.

Et ad doct. Cumani responderunt Domini,
illam procedere, quando pater filium honoratum in vniuersa hæreditate; vel in maiori parte bonorum, quam importat legitima, grauat in legitima, hoc addito, quod ipse re-
7 cusans onus † acceptare, sit institutus tantùm
in legitima; *iuxta cautelam relatam à Soccin. iun. cons. 122. num. 8. lib. 1. Pereg. de fid. art. 36. nu. 62. & art. 49. num. 24. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quaest. 8. num. 6. Rota decis. 553. num. 13. par. 1. recent.* qualis non est casus iste, & propterea doct. Cumani non applicatur.

Non obstat exceptio præscriptionis, quia
Com. Vgo vigore dictæ primogenituræ omnia bona stabilia possedit, & ideò non potuit
8 contra seipsum agere, & non † valenti agere,
non currit præscriptio. *Socc. sen. cons. 64. nu. 14. & 15. lib. 2. Menoch. cons. 981. num. 9. 10. lib. 10.* & instituendo filios de legitima disposuisse videtur, *Aym. cons. 26. num. 3.*

Alia verò, quæ pro parte Com. Ioannis de deductione impensarum funeralium, & de imputatione fructuum pendentium, & de similibus, visa fuerunt Dominis respicere potius liquidationem, & ideò esse reiicienda ad sequentem disputationem, in qua iuxta reseruationem hodie factam erit particulariter videndum de summa dictæ legitimæ.

Et ità vtraque &c.

LICIEN. CANONICATVS.

Vener. 19. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Beneficia collectorum decimarum, vt cadant sub regula 4. Cancellariæ, quid requiratur, & d. Regula 4. declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in precibus plenè probat.*
2 *Beneficia collectorum decimarum cadunt sub reg. 4. Cancell.*
3 *Regula 4. Cancell. declaratur, & num. 6. & 9.*
4 *Dictio, seù, alternat, & diuersificat secundum casum à primo.*
5 *Cardinalis Camerarius habet facultatem à Papa deputandi collectores decimarum.*
6 *Regula 4. Cancellariæ vt habeat locū, sufficit, quod aliqua temporis parte, quis fuerit vnicus etiam subcollector decimarum.*
7 *Collector decimarum licet exigat decimas alicuius capituli, non dicitur illius collector, sed Cameræ, si sit deputatus ab Eminentissimo Camerario, & exactionem nomine Cameræ faciat.*
8 *Decimæ impositæ à Papa prò subuentione Imperatoris non dicuntur papales in effectu, declara. num. 10.*
9 *Regula 4. Cancellariæ habet locum etiam in collectoribus decimarum, quæ imponuntur prò subsidio aduersus infideles, vel ob publicam causam.*
11 *Iuramentum solitum præstari per collectores respicit exercitium officij tantum non autem reseruationem.*

DECISIO C.

BREVE de capienda possessione nomine Cameræ visum fuit Dominis iustificatū, & consequenter esse exequendum de obitu enim q. Hieronymi Valentis in possessione Ca-

Canonicatus, & præbendæ, de quibus agitur constat ex datis *in Summario* Bernardini prouisi Apostolici *num.* 6. in quo legitur, quod die 11. Maij 1620. Hieronymus vti Canonicus Ecclesiæ Licien interuenit in Capitulo pro electione collectoris decimarum Papalium, & melius probatur ex litteris prouisionis factæ per Ordinarium ad fauorem Theophili, cui collatus fuit iste Canonicatus vti tūc vacans per obitum d. Hieronymi vltimi illius possessoris in *d. Summ.* Bernardini *num.* 4.
1 quæ confessio facta in precibus contra Theofilum plenè probat *l. cum precum, C. de lib. caus. cum vulg.*

Altera conditio apposita in eodem Breui, nempe (cōstito, quod Hieronymus fuerit collector, seu vnicus subcollector fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorū in Ciuitate, & Diœcesi Licien) iustificatur ex litteris patentibus D. Card. Camerarij, qui Hieronymum deputauit Collectorem Generalem decimarum Papalium ab eo exigendarum in prædicta Ciuitate, & Diœcesi Licien,
2 & propterea huiusmodi Canonicatus † cadebat, sub regula 4. reseruante omnia beneficia Collectorum decimarum.

Non obstat, quod ad inducendam reseruationē necessaria sit vnicitas Collectoris, quia
3 regula requirit vnicum † subcollectorem non autem vnicum Collectorem *Belencin. de Carit. subsid. quæst.* 118. *Simonet. de reseruat. quæst.* 33. *n.* 1. *glos. antiq. sup. dicta reg.* 4. *in fin.* quæ interpretatio elicitur etiam ex dicto Breui, ibi (Colle-
4 ctor, seu vnicus subcollector) † illa enim dictio, *seu*, alternat, & diuersificat secundum casum a primo. Hieronimus autem fuit deputatus Collector, non autem Subcollector ab Illustrissimo D. Card. Camerario, qui à Papa
5 facultatem † habebat deputandi Collectores, & Subcollectores, vt in Bulla in §. præterea, & ideo non est necessaria aliqua probatio vnicitatis in hoc casu.

Nec facit, quod Nuncius Neapolitanus deputauerit Subcollectorem in eadem Diœcesi Licien, & sic probetur plures fuisse Subcollectores, nam vltra quod, vt dictum fuit Hieronymus fuit deputatus Collector, non autem Subcollector, & propterea ipsi non obstaret plura itas, respondetur etiam, quod deputatio Subcollectoris facta per nuncium secuta fuit post octo menses à die deputationis factæ per Illustrissimum D. Card. Camerarium de persona Hieronymi, qui propterea fuit vnicus pro illo medio tempore sufficit enim in hac
6 materia, † quod aliqua temporis parte quis fuerit vnicus etiam Subcollector, *Rota dec.* 11. *de praben. in antiq. Simonet. d. quæst.* 33. *nu.* 17. *Mandos. super d. reg. quæst.* 9. *num.* 4. *Bellencin. quæst.* 124. *Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 5. §. 6. *numer.* 363. *&* 371.

Cōsiderabat etiam vnus ex Dominis, quod cum Nuncius deputet Subcollectores in Regno Neapolitano pro spolijs Clericorum Camerarius verò deputet Collectores in vniuersa Italia pro decimis exigendis, quilibet subcollector vnicus in suo officio est censendus, cum nemo in alterius officio se ingerere possit.

Non obstat, quod Hieronymus deputatus fuit collector periculo Capituli, & sic potius videatur exactor Capituli, quàm Collector
7 Cameræ, † quia deputatio expressè facta fuit à Camerario, & exactio fuit nomine Cameræ, itaut in substantia Hieronimus fuerit Collector Cameræ cui pecuniæ erant postea soluendæ, *Rota decis.* 715. *num.* 7. *par.* 1. *recent.*
8 Non obstat, quod istæ † decimæ sint impositæ pro subuentione imperatoris, & ideò non dicantur Papales in effectu, quia vltra quod regula 4. habet locum etiam in collectoribus
9 decimarum, † quæ imponuntur pro subsidio aduersus infideles, vel ob aliam causam publicam, *Simonet. d. quæst.* 33. *nu.* 3. *Mandos. d. reg.* 4. *q.* 6. respondetur, quod istæ decimæ soluuntur Papæ, & Camerarius illas nomine Came-
10 ræ † exigit, & ei applicantur, & in eius dominium pecuniæ transeunt ad finem auxilij Imperatoris, cui nō valens, Papa cū redditibus Cameræ diminutis subuenire, pro illis impinguandis dictas decimas exigi mandat, vt ipse Papa Imperatorem in necessitatibus bellorū contra infideles possit subleuare.

Non obstat prætensus defectus iuramenti Hieronymi Collectoris de fideliter administrando; quia omni casu respicit exercitium,
11 non autem impedit † reseruationem postquā fuit deputatus, & officium suæ Collectoriæ acceptauit, *Verall. decis.* 141. *num.* 4. *par.* 1.

Et ita vtraque &c.

MELFITEN. LEGATI.

Mercurij 29. *Ianuarij* 1629.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum cum onere celebrandi Missas, cum non sit beneficium Ecclesiasticum, sed quid laicale non subiacet collationi, seu prouisioni Apostolicæ, sed dispositioni testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum cum onere celebrandi Missas, non potest dici beneficium Ecclesiasticum, sed est quid laicale, & seculare.*
2 *Legatum relictum cum onere celebrandi Missas, caret erectione, & institutione Ordinarij.*
3 *Erectio, seu fundatio tantùm attenditur in indicanda qualitate beneficij.*
4 *Beneficij vltimus status attenditur, in re dubia.*
5 *Status vltimus in beneficio non attenditur, quando clarè constat de anteriori.*
6 *Collatio in suum necessarium antecedens requirit existentiam beneficij.*
7 *Sacerdotium probatur ex litteris Ordinarij.*
8 *Præsentatio probatur ex publico instrumento;*
9 *Instrumentum publicū facit probationem probatam*
10 *Legatario pro consecutione legati competit hypothecaria.*

DE-

DECISIO CI.

DE anno 1507. qu. Angelus de Musco in
suo sub quo decessit testamento legauit
Sergio, & Antonello Presbyteris suis prone-
potibus quoddam prædium situm in Terri-
torio Melfiteñ nuncupatum (la Chiusarella)
inter ipsos æquis portionibus diuideñ, cum
onere tamen vtrique iniuncto celebrandi sin-
gulis hebdomadis tres Missas pro anima ipsius
Testatoris, ac cum facultate eligendi, & præ-
sentandi in portione ad quemlibet ipsorum
spectañ alium Sacerdotem cum eodem onere
Missarum, & sic continuare de Sacerdote ad
Sacerdotem in perpetuum.
Mortuo Testatore d. prædium, vt supra le-
gatum deuenit ad præfatos pronepotes lega-
tarios, successiuis verò temporibus deuenit ad
plures alios Presbyteros iuxta dispositionem
Testatoris electos, & præsentatos.
Postremò deuenit ad Hectorem de filiolis
vltimum possessorem, qui de anno 1627. pre-
uia electione, & præsentatione ab eo facta ad
fauorem Maiorani eius nepotis decessit.
Verum quia dum pro parte d. Maiorani in-
staretur pro institutione corã Ordinario Mel-
fiteñ insurrexerat D. Angelus Petronius, qui
de d. legato, vti de simplici beneficio vacante
in mense reseruato per obitum dicti Hectoris
obtinuerat sibi à Sede Apostolica prouideri
propterea orta inter eos lite, ac introducta
causa in Rota, mihique commissa, proposui
dubium, cui esset adiudicandum legatum piũ
prædictum, & Domini ad fauorem Maiorani
responderunt.
Moti fuerunt Domini, quia licet legatum
de quo agitur fuerit factum, cum onere cele-
1 brandi † Missas, tamen non potest dici bene-
ficium Ecclesiasticum, sed est quid laicale, &
& temporale. *Felin. in cap. ex parte, il 2. num. 2. de rescript. Nauarr. cons. 5. num. 1. & cons. 7. num. 1. de præben. Gonzal. super reg. 8. glos. 5. num. 20. Sarn. in reg. de annal. quæst. 20. Guid. pap. decis. 187. nu. 1. & seq. Rota in Monopolitana hebdomada, Ven. 14. Decemb. 1612. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*
Et ea ratione, quia præfatum legatum caret
erectione, seu institutione Ordinarij sine qua
2 beneficium Ecclesiasticum suum esse non ha-
bet. *Glos. in Clem. 2. in verb. si beneficiorum in fin. vers. tu dic, de decim. Nauarr. d. cons. 5. & 7. de præbend. Dec. cons. 209. num. 4. Gonzal. d. glos. 5. num. 6. & 7. Guid. pap. d. decis. 187. num. 1. Rota decis. 509. num. 1. par. 1. diuers. & in d. Monopolitana hebdomada, Luna 1. Iulij 1613. coram eodem Patriarcha Manzanedo.*
Non obstat, quod in prouisione facta ad fa-
uorem Hectoris vltimi possessoris adsit insti-
tutio Ordinarij, quia placuit responsio, quod
3 scilicet in iudicanda † qualitate beneficij ere-
ctio, seu fundatio tantum debeat attendi, *cap. porro de priuileg. Rota in Ripana Oratorij 10. Maij 1591. coram Gipsio.*
Minus obstat, quod sit attendendus vltimus
4 status † *iuxt. cap. cum de benef. de præbend. in 6.*
quia fuit responsum hoc procedere in re du-
bia, secus verò, quando clarè constat, (prout
5 hic) de anteriori statu, scilicet † laicalitatis, &
temporalitatis, *Dec. cons. 126. num. 3. in fin. Rota decis. 2. de præben. in nou. & decis. 188. num. 1. circa med. vers. quia licet, par. 1. recen.*
Firmata igitur temporalitate, & laicalitate
supradicti legati sequitur, quod sit locus di-
spositioni Testatoris non autem collationi,
seu prouisioni Apostolicæ, cum collatio in
6 suum † necessarium antecedens requirat exi-
stentiam beneficij, quæ hic non adest ex supra-
dictis *Curt. iun. cons. 20. num. 1. par. 1. Gonzal. super reg. 8. glos. 5. num. 22.*
Quod verò in Maiorano concurrant om-
nia a d. Testatore requisita nempè Sacerdo-
tium, & præsentatio de eo facta visum fuit
probari.
7 Nam, quoad Sacerdotium † probatur ex
litteris Ordinarij, *in sum. Maiorani num. 11.* quæ
optimè probant, *cap. 2. & ibi Abb. in 1. notab. de eleg. pereg. Rota decis. 455. num. 7. par. 2. recen.*
8 Præsentatio † verò facta ad fauorem Maio-
rani ab vltimo possessore pariter probatur ex
publico instrumento in eodem *Summ. num. 2.*
9 quod facit † probationem probatam, *Tiraq. de retract. lignag. §. 2. glos. 1. num. 20. & seq. Rota coram Greg. XV. decis. 180. nu. 1. & decis. 195. eod. n. 1.*
Facultas denique vltimi possessoris in præsen-
tando, & sibi eligendo successorem legitur in
eodem testamento Angeli de Musco Testato-
ris, vt in eodem *Summ. num. 1.*
Vnde cum Maiorano pro consequutione
10 d. legati competat actio hypothecaria, † ei
consequenter legatum prædictum venit adiu-
dicandum, *l. 1. C. com. de leg. Gabr. cons. 46. num. 28. lib. 1. & cons. 44. n. 4. lib. 2. Seraph. dec. 1394. n. 3.*
Et ita vtraque &c.

ROM. VINEÆ DE CAPOCEPHALIS.

Veneris 26. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Manutenibilis non est possessio capta pendente termino dato ad appellandum: Aegydiana in rebus emphyteusis Ecclesiasticis non intrat, Pro spoliato non dicitur haberi, qui non fuit personaliter citatus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio ei danda est de cuius possessione constat de tempore motæ litis.*
2 *Possessio probatur ex confessione partis.*
3 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est nulla, & attentata.*
4 *Possessio attentata non est manutenibilis.*
5 *Appellatio in possessorio non datur ex dispositione Aegidiana.*
6 *Aegidiana non intrat, quando agitur de re Ecclesiastica.*
7 *Decretum transit in rem iudicatam ob non interpositam à parte appellationem.*
8 *Decreto contra se lato videtur quis acquieuisse si non appellauit.*

9 *Manutentionem petere non potest si quis pro spoliato se habuit.*
10 *Sufficit tamen ad effectum excludendi quem se habuisse pro spoliato si appellauit à die habita notitia quando non praecessit citatio personaliter executa.*

DECISIO CII.

CENSVIT Rota Capocephalis dandum esse mandatum de manutenendo in possessione vineæ de qua agitur, quia de eorum possessione tēpore motæ litis visum fuit constare ne dum ex depositione testis exaduerso
1 pro Strinis examinati, quę † sola sufficit ad effectum manutentionis. *Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 34. Rota coram Gregor. XV. decis. 438. num. 2.* Verum etiam ex confessione eorum-
2 dem de Strinis desumpta ex positionibus, seu articulis per ipsos exhibitis. *Crauett. cons. 152. num. 5. Rota coram Greg. XV. decis. 458. num. 4. & 5. & alias sapissimè.*

Non obstat possessio dictorum de Strinis capta auctoritate Iudicis, vigore decreti, seu mandati de immittendo, quia cum à d. decreto daretur appellatio, possessio inde sequuta pen-
3 dente termino ad appellandum dicitur nulla, & attentata, *cap. non solum de appellat. in 6. Rota coram Gregor. XV. decis. 513. numer. 1. & decis. 618.*
4 *num. 2. par. 2. recent.* & consequenter non † est manutenibilis, *Rota decis. 225. num. 4. par. 1. recen. & in Romana melioramentorum 9. Decembris 1616. coram bon. mem. Vbaldo.*

Quod autem à decreto prædicto daretur appellatio patet; nam licet fuerit actum in pos-
5 sessorio ex interdicto quorū † bonorū, in quo ex dispositione Aegidianę nō datur appellatio tamen, cum ageretur de vinea emphyteuticca Ecclesiæ (prout inter partes non cōtrouer-
6 titur) † cessabat Aegidiana, & dabatur appellatio, *Rota decis. 32. num. 2. par. 1. & decis. 472. p. 2. recen. & in Romana Domus ad Sanctū Honuphrium 29. Aprilis 1626. & 15. Martij 1627. coram R. P. D. meo Durano.*

7 Minus obstat, quod † decretum prædictum ob nō interpositam appellationem per dictos de Capocephalis transiuerit in iudicatum, &
8 sic videantur † acquieuisse, ac se habuisse pro spoliatis, & propterea non possint nunc pe-
9 tere † manutentionem. Quia respondetur, quod cum Capocephali non fuerint personaliter citati, sed tantum domi dimissa copia,
10 sat est ad hoc, † vt non censeantur se habuisse pro spoliatis, quod à die habitæ notitiæ reclamauerint, ac petierint manuteneri, *Rota coram Greg. XV. decis. 307. num. 12. decis. 546. num. 14. & decis. 555. num. 1.*

Et ità vtraque &c.

PARMEN. PENSIONIS.

Veneris 26. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur prophana, quando agitur de inualiditate pensionis ob non expressum valorem in litteris reseruationis narratum.*
2 *Remissoria data releuantia materia articulata in prophanis indistinctè conceditur.*
3 *Et sufficit vnum articulum esse releuantem vt super omnibus illa veniat concedenda.*
4 *Valor beneficij intelligitur deductis oneribus.*

DECISIO CIII.

PRO concessione remissoriæ ad fauorem Antonij Desiderij Domini responderunt, quia agitur de causa prophana quę talis reputatur quando prout hic agitur de inualiditate
1 pensionis † ob non expressum verū valorem in litteris reseruationis narratum, *Gigas de*
2 *pens. quæst. 99. num. 7.* quo casu remissoria † indistinctè conceditur data releuantia articulorū, *Putt. decis. 201. lib. 1. Caputaq. decis. 68. par. 1. Greg. XV. decis. 174. num. 2. & decis. 191. num. 2.* & suffi-
3 cit, quod vnus † tantum articulus sit releuans ad hoc, vt veniat concedenda super omnibus, *Greg. XV. decis. 144. num. 3. decis. 403. num. 7.*

Releuantia siquidem articulorum patet, quia agitur, vt supra dictum est, de annullanda possessione ob non expressum verum valorem; vnde cum in litteris reseruationis fuerit narratus valor ducatorum 70. circiter dicuntur releuantes; maximè quia fuerunt etiam articulata plura onera beneficii, quæ pariter diminuunt d. valorem expressum, cum ille
4 intelligatur † deductis oneribus, *Rota coram Gregorio XV. decis. 357. num. 4. & alias sæpissimè.*

Et ita vna tantum &c.

ROMANA OFFICII NOTARIATVS.

Mercurij 31. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Damna, & interesse quomodo veniant taxanda fauore illius, qui fuit passus euictionem.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur ad damna, & interesse emptori secuta euictione rei venditæ.*
2 *Damna, & interesse, quando specialiter fuerunt promissa dicuntur debita non accessoriè sed principaliter tanquam sors.*
3 *Euictionem, qui fuit passus debet consequi illud idem interesse, quod ex re euicta consecutus fuisset.*

DECISIO CIV.

POSTQVAM fuit resolutum coram R. P. D. Pirouano deinde coram me in gradu restitutionis in integrum Dominos de Bonifatijs ob secutam euictionem ratæ partis officij per ipsos venditæ, Righezzæ, teneri ad pretij restitutionem; proposui dubium, an etiam teneantur ad damna, & interesse, & ad quam

quam summam, & Domini affirmatiuè responderunt teneri ad rationem tamen officij liquidandi.

Quantum enim ad primam partem dubij, quod scilicet DD. de Bonifatijs teneantur ad damna, & interesse moti fuerunt Domini ne dum ex dispositione iuris, quo expresse ca-
1 uetur venditorem † ad illa teneri post secutam euictionem rei venditæ, *per tex. in l. si controuersia,& in l. cum successores,& ibi glos. in verbo non quantas, C. de euict. Seraph. decis. 671. num. 7. & decis. 737. num. 4.*

Verum etiam ex speciali promissione dd. de Bonifatijs de illa soluendo in casu prædictæ euictionis prout ex instrumento, quod datur in *Summ. Righezzæ num. 1.* Vnde stante d. promissione interesse dicitur debitum non am-
2 plius accessoriè, † sed principaliter vti sors, *Honded. cons. 30. num. 51. lib. 1. Bursat. cons. 184. num. 29. Osast. decis. 129. num. 12. vers. præterea.*

Quo verò ad aliam partem dubij, nempè quod illa debeantur ad rationem officij liquidandi pariter moti fuerunt Domini ea præcipuè ratione, quia passus euictionem conse-
3 qui debet illud idem interesse, quod ex † re euicta consequutus fuisset si euicta non fuisset ad *text. in l. venditor, ff. de euict. l. cum successores, C. eod. Crauett. cons. 919. num. 8. Maur. alleg. 47. num. 4. & seq.*

Non obstat, quod pro parte Righezzæ dicebatur interesse taxandum esse ad rationem scutor. 80. quolibet anno, cum pro d. quantitate liquidum appareat ex pensione conuenta in instrumento locationis eiusdem ratæ partis officij ab eodem Righezza ipsis Bonifatijs locatæ, vt in *Summ. num. 3.* Quia fuit responsum obiectum cessare, ex quo non constat dictam locationem pro integra quantitate scut. 180. fuisse effectuatam, & tantum abest, quod doceatur effectuata, quinimò ex eodem *Sum. Righezzæ num. 4.* contrarium apparet ex quo pro integra pensione sex mensium soluta fuerunt solummodo scuta 22.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI DE Marescottis.

Mercurij 7. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Via executiua an competat pro legati consecutione.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non competit pro legati consecutione.*
2 *Saluianum non intrat sine hypotheca.*
3 *Hypotheca pro legatis in bonis hæredis non competit*
4 *Legatarijs non fauet remedium* l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.
5 *Remedium* l. certa C. vt in possess. legat. *procedit ad effectum custodiæ non autem plenæ consecutionis rei legatæ.*

DECISIO CV.

SVB die 21. Februarij 1628. fuerat resolutum coram me legatum deberi Dominis Antonio Mariæ, & Bernardino fratribus de Marescottis, & sic apparet Sententiam Rotalem in negocio principali fuisse iustam. Verū hodie Dominis visum fuit processum fuisse inualidum, & hoc ex capite Sententiam esse infirmandam, & moti sunt, quia dictis legatarijs data fuit immissio, & tamen certum est iuxt. opinion. Rotæ pro legati consecutione
1 non competere † viam executiuam. *Menoc. de adipiscen. remed. 4. num. 694. Rota decis. 391. num. 2. part. 2. recent. vbi dicitur ita fuisse firmatum in Romana Spolij 9. Iunij 1606. coram bo. mc. Card. Lancellotto*, nec poterat competere Saluianum, *licet in hoc aliqui ex Dominis dissentirent* quia Sal-
2 uianum † non intrat sine hypotheca. *Rota decis. 385. num. 3. part. 1. recent. Seraph. decis. 290. n. 2. & in Romana Saluiani interdicti 2. Decemb. 1601. coram Reuerendissimo D. meo Decano apud Statil. de Saluian. decis. 11. num. 2.* hic autem videbatur deficere hypotheca, cum bona legata à Nicolao dd. Antonio Mariæ, & Bernardino fratribus esser possessa à Testatore, ita vt dd. bona sint debita Vincentio hæredi vigore fideicōmissi Agesilai, vnde benè intrat, quod pro
3 huiusmodi legatis in bonis † hæredis non cōpetit hypotheca *iuxt. tex. in l. 1. C. comm. de legat. vbi Bart. num. 4. Bald. num. 25. vers. certè nec in er Neguſ. de pignor. part. 2. memb. 4. num. 159. limit. 2. Afflict. decis. 200. num. 2. vers. imò dico.*

Nec obstare credebant Domini resolutionem emanatam coram Reuerendissimo D. meo Decano in Viterbien Castrorū 10. Maij 1624. Quoniam ibi legatum à fideicommissario non fuerat agnitum *vt in d. decis. ponderatur*, & quia ibi confectum non fuerat inuentarium ab hærede, & sic erant confusæ actiones, & hæres simpliciter adeundo sibi præiudicauerat, hic vero Vincentius agnouit fideicommissum Agesilai, & confecit inuentarium, ita vt bona sibi debita ex fideicommisso Aui benè separari possunt à bonis sibi prouentis à Nicolao.

Nec etiam intrabat remediū *l. fin. C. de edict. diui. ad toll.* quia dicti fratres de Marescottis sunt legatarij non autem hæredes, & ideo il-
4 lis non fauet d. remed. *Menoc. loc. supra cit. n. 132. Greg. decis. 206. num. 2.*

Non obstat, remed. *l. certa C. vt in poss. legat* cū alijs *per Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 17. nu. 10.* ita vt post sex menses legatario debeatur immis-
5 sio, quia dictum remedium † procedit tantum ad effectum Custodiæ non autem plenæ consecutionis rei legatæ. *Neguſ. de pign. part. 3. membr. 2. num. 6. Alberic. in l. 1. nu. 8. C. com. de leg. Bart. in l. 1. num. 4. C. com. de leg.*

Et ità vtraque &c.



I 2 FIR-

FIRMANA EVICTIONIS.

Veneris 9. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Euictio ex quibus probetur; Euictio operatur vt loco rei euictæ debeantur damna, & interesse legitimatio personarum quoad qualitatem hæreditariam quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Euictione sequuta, oritur actio ad damna, & interesse ad fauorem illius, qui illam fuit passus.*
2 *Pretij restitutio succedit loco damnorum, & interesse.*
3 *Hæreditatis aditio resultat si filius possideat bona tanquam heres patris.*
4 *Hæreditatis aditio concluditur si quis fuit citatus tanquam hæres, & procurator citati comparuerit pro citato vti hærede.*
5 *Ratificatio subsequuta æquipollet mandato.*
6 *Hæreditatis aditionem fatetur is, qui agit pro fructibus rei accollatæ ad fauorem hæredum.*
7 *Filius, & hæres non potest iuuari hypotheca vbi renunciauit eius author.*
8 *Dotis præsumpta satisfactio intrat spatio 30. annorum.*

DECISIO CVI.

PRETIOTTVS Arbostinus vendidit Paulo Mariotto prædium pro certo prætio, ac promisit de illius euictione generali, & particulari, cum obligat. Cam. quo prædio postea euicto per sententiam latam, & executam in Saluiano interdicto ad fauorem hæredum q. Vlissis Mori Creditoris hypothecarij q. Scribonij Christallini auctoris dicti Prætiotti; hæredes dicti Pauli Mariotti emptoris egerunt executiuè coram A. C. contra Dominas Ludouicam, & Theodosiam de Arbostinis, vti filias, & hæredes dicti Prætiotti pro restitutione prætij dicti prædij euicti, & obtinuerunt relaxari mandatum executiuum contra bona hæreditaria dicti Prætiotti, quod in partibus executum fuit super nonnullis bonis stabilibus de quibus in Summ. DD. de Mariottis. *num.3.* Verum prætendentibus dictis mulieribus se non esse hæredes dicti Prætiotti earum patris, & dicta stabilia super quibus facta fuit executio, possidere vigore fideicommissi auiti, ac illa ipsis licere retinere pro creditis dotalibus earum auiæ, & matris, & propterea d. executionem non esse vlterius consumandam super hac difficultate A.C. siue Iudex ab eo deputatus de partium consensu suffragium Rotæ postulauit. Quo circa die 5. Iunij 1628. proposito à me dubio vtraque parte Informante an sit procedendum ad vlteriora, nihil fuit resolutum, hodie vero eod. dubio iterum proposito Mariottis tantum Informantibus ob contumaciam dictarum mulierum pluties citatarum ad informan. fuit dictum esse procedendum ad vlteriora in executione exceptis prædijs, monte rotto, & fontanella de quibus videatur.

Non enim controuertebatur creditum DD de Mariottis, quia de illo constat ex publico instrumento emptionis, cum expressa promissione de euictione facta per Prætiottum ad fauorem Mariotti *in Summ. num.1.* sicuti, etiam quod euictio fuerit secuta probatur ex sententia lata in Saluiano, & ex illius executione, ac ex subhastatione in vim Breuis S.D.N. Papæ iudicialiter facta de dicto prędio super quo dicta sententia lata in Saluiano fuit executa, &
1 consequenter orta fuit † actio ad damna, & interesse ad fauorem dictorum de Mariottis contra hæredes Pretiotti *l. si rem, & l. si non iniuria. C. de euiction. Greg. XV. decis. 25. num. 1. & 20. & decis. 88. num. 5.* contra quos propterea rectè actum fuit ad restitutionem prætij,
2 quod † succedit loco damnorum, & interesse ac euictione secuta repeti potest *l. si in venditione ff. de euict. l. super C. eod. tit. vt fuit dictum in Bonon. Census coram bo: mem. Penia impress. apud Modern. de Censibus decis. 46. num. 2.*

Tota difficultas reducebatur ad legitimationem personarum illarum mulierum de Arbostinis an scilicet verificaretur ipsas esse hæredes pretiotti earum patris, cum ipsæ negauerint se esse tales, ac nolle esse hæredes, & licet Domini in alia propositione de hoc valde dubitauerint, & propterea tunc resolutio capta non fuit, nihilominùs hodie visum fuit ex facto satis liquere.

Primò ex testibus deponentibus dictas Mulieres possedisse dicta bona vti hæredes patris,
3 ex quo † infertur ad hæreditatis aditionem. *Bald. in l. 1. num. 40. C. qui admit. Surd. cons. 456. num. 32. Greg. XV. decis. 98. vbi Adden. num. 7.*

Secundò ex intimatione litis ipsis mulieribus vti hæredibus patris facta pro parte Hæredum Mariotti in quo termino earum Procurator comparuit pro ipsis vti hæredibus, & dicto nomine intimauit litem earum authoribus, quinimò agnouerunt debitum hæreditarium deponendo pretium predij euicti, qui
4 actus pernecessè concludunt aditionem hæreditatis. *Bart. in l. potuit num. 20. C. de Iur. delib. Menoc. de præsum. lib. 8. cap. 101. nu. 8. Greg. XV. decis. 98. num. 5.* & quamuis dictus Procurator non haberet mandatum speciale ad declarandum suas principales esse hæredes, tamen, quia gesta per ipsum fuerunt postea ab eisdē mulieribus ratificata cū sollemnitatibus sta-
5 tutarijs, idem est † ac si ab initio mandatum speciale præcessisset. *Ang. in l. licet num. 1. & 2. ff. de Iud. Gab. cons. 194. num. 5. lib. 1. & in terminis mulieris. Surd. decis. 231. num. 11.*

Tertiò, quia dd. Mulieres egerunt pro fructibus Census accollati ad fauorem hæredum
6 dicti Pretiotti, & sic fassæ † sunt se illius hæredes. *Socc. Sen. cons. 45. num. 5. lib. 4. Menoc.*

Nec cōpetere potest dictis mulieribus prætensa retentio horum bonorum prętextu crediti dotis maternæ, quia cum ipsamet earum mater consenserit cum sollemnitatibus seruari solitis in loco contractus venditioni dicti Predij factæ ad fauorem dicti Pauli Mariotti,

& re-

& renunciauerit hypothecæ ad fauorem emptoris non possunt eius filiæ, & hæredes dictā
7 hypotheca se iuuare † ad impediendum executionem *l. iubemus C.ad Vellelan. & tradit.Thesaur.decis.223.num.17.*

Minus prædictæ mulieres posse impedire ulteriorem executionem prætextu dotis earum auiæ, quia cum de anno 1574. obierit maritus, & illa decesserit de anno 1609. absq; eo quod dictam dotem petierit intrat præ-
8 sumptio † satisfactionis per lapsum 30. annorum, & vltra.

Quo ad predia Monte rotto, & fontanelle, fuit dictum, vt particulariter videretur, quia difficultatem facit immissio obtenta cum decreto Iudicis à dictis mulieribus in illorum possessionem in vim fideicommissorum Hieronymæ, & Claudiæ earum Auiæ, & matris; & ideò videbatur non posse executionem cōsumari super dictis duobus prediis possessis ex alio titulo, quàm hæreditario ita vt videatur necessarius processus particularis citatis dictis mulieribus, quæ illa possident vti fideicommissaria.

Et ita vna tantum &c.

FIRMANA FIDEICOMMISSI DE Carradoris.

Lunæ 5. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Fœminæ quando sunt vocatæ post masculos, quo casu succedant.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta de filijs intelligitur de masculis, & fœminis.*
2 *Clausula, quando non stat de per se, & est apposita ad aliquid qualificandum, tunc illud tantum qualificat.*
3 *Et hoc multomagis procedit in adiectione conditionis facta per modum continuationis seu coniunctiuè.*
4 *Dictio*, Ac, *cuius sit naturæ.*
5 *Dictio*, Ac, *est continuatiua, & repetit terminos precedentes.*
6 *Verba*, Ac etiam, *de sui natura stant ampliatiuè propter dictionem etiam, & num.8.*
7 *Clausula*, Et omni meliori modo, &c. *posita in substitutione, quid operetur.*
9 *Ex testamento reuocato non potest declarari illud reuocans.*
10 *Substitutio fideicommissaria, quando resoluatur in singularitatem, & vide num.* 11. & 12.
13 *Cessio, & renunciatio personalis personam non egreditur.*
14 *Renunciatio facta ad fauorem vnius non suffragatur alteri.*
15 *Amplius, quando non militat eadem ratio.*
16 *Proprietas, quando non censeatur renunciatum.*
17 *Proprietas in suspenso manere non debet.*

DECISIO CVII.

MARIA Bonaccursia condidit testamentum, in quo Lelium, Philippum, Accursium, ac Iosephum eius ex Baptista fratre nepotes hæredes instituit. Quibus deficientibus sine filijs legitimis, & naturalibus vulgariter pupillariter, & per fideicommissum substituit filios Accursij, & filios Ludouici alterius nepotis prætermissi, ita quod proueniente casu mortis prædictorum de bonis sic morientis medietas vna recadat filijs Accursij, & altera filijs Ludouici succedendo in stirpes, & non in capita, ac etiam adiecta conditione, quod deficientibus masculis fœminę succedant, non solum modo prædicto, sed omni alio meliori.

Primò loco decesserunt Lelius, & Philippus sine filijs, deinde Accursius relictis Baptista, & Ludouica; tandem vita functo Baptista, ortaque lite inter Ludouicam eius sororem, Iosephum, & filios Ludouici coram bo: me: Buratto 10. Martij 162., fuit dubitatum, an constaret de fideicommisso, ciusque purificatione ad fauorem Ludouicæ, & affirmatiuè resolutum, cum reseruatiua, nisi obstaret superexistentia Iosephi, de qua particulariter videri mandarunt. Hodie Ludouica prosequente causam, & filijs Ludouici dictæ resolutioni non acquiescentibus Dubitaui, an esset standum in decisis, & obstaret superexistentia Iosephi, & Domini distinctè procedendo censuerunt, Ludouicam hodie non posse agere ad portionem Iosephi, nec ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portionem corumdem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam, de portione verò Accursij mandarunt particulariter videri.

Pro necessario autem huius distinctionis, & vocationis prædictæ fundamento firmarunt. Primò dicta verba, *ac etiam conditione adiecta, quod deficientibus masculis fœminæ non succedant*, non referri ad hæredes institutos, sed ad filios Accursij, & Ludouici substitutos discretiuè, cum nulla sit inter ipsos filios facta reciproca, vt etiam supponitur in dicta decisione coram bo:me: Buratto, & clare patet, quia substitutio filiorum dupliciter declarata legitur sub clausula, ita quod, nempè primo, quod proueniente casu mortis hæredum, de bonis sic morientis medietas recaderet filijs Accursij, & medietas filijs Ludouici succedendo in stirpes Secundò quod deficientibus masculis fœminę succedant, & sic verba prædicta ad declarandam substitutionem filiorum adiecta apparēt.
1 Tùm † quia cum testatrix bis substituisset filios, & substitutio intelligeretur de masculis, & fœminis. *Rota coram Greg.XV.decis.514. n.1. & seq.* ad tollendum concursum fœminarum, cum fratribus masculis, ac inducendam earum successiuam post illos vocationem, opus
2 erat adijcere dicta verba. Tùm quia † clausula prædicta non stat de per se, at sub clausula, *ita quod*, ac immediate coheret substitutioni filiorum, & proinde illam tantum qualificat.

Alex.cons.48.nu.8.lib.1.Soccin.Iun.cons.128.n.100. & 101.lib.1. Gab. de clauf.conclus.9.num.11. & in 3 *clauf.* 27. presertim, † cum versemur in adiectione conditionis. *Socc.& Gabr.vbi supra*, facte per modum continuationis, seù coniunctiuè. *Ruin.cons.114.num.15.lib.3. Gab.d.conclus.9.n.26. & d.clauf.27. num.7.* & subesset dicta ratio ita declarandi substitutionem; Tùm demum, quia Lelio, Philippo Accursio, & Iosepho nominatis institutis, iam facta fuerat substitutio de dictis filijs, & declarata, vt intraret in bonis morientis in stirpes, propterea quia circa dictos institutos inaplicabilis est distinctio de masculis, & fœminis, clausula non potest ad eos referri, sed ad filios restringitur.

Secundo firmarunt, per dicta verba Ludouicam fuisse vocatam ad portionem, ad quam fuerunt vocati filij Accursij post Baptistam eius fratrem, nedùm per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam ex rationibus in dicta decis. coram bo: me: Buratto, quæ Dominis placuerunt.

Nec esse faciendam distinctionem, an lectura sit per pronomen hac, vel per dictionem, ac. Quia etiam si esset per dictionem 4 *ac*, verbum † deficientibus importat ne dùm non extantiam, sed & multo magis, & ex propria significatione, deficientiam post mortem. *Bero cons.66.nu.16.lib.2.Paris.cons.18.n.12. & 13.lib.2.Card.cons.49. sub nu.1.Simon. de Pret. de interp.vlt. volunt. fol.263. num.6. & fuit dictum in Reatina fideicommissi 14. Martij 1622. coram bo. me: Vbaldo.*

5 Nec obbat, quod dictio, † *ac*, sit coniunctiua, & repetat terminos præcedentis substitutionis. *Pereg. fideicommissis art. 15. num. 31. in fin.* Quia hoc posset considerari, quando præcedens substitutio defecisset, sed in casu nostro substitutio filiorum Accursij purificata fuit in Baptista, ob cuius deinde mortem, & deficientiam intrat sequens vocatio fœmi-6 narum, & sic Ludouicæ, facta per verba,†, ac etiam, quæ stant de sui natura ampliatiuè ob dictionem, etiam *Seraph.decis.562.nu.1.Rebuff. Anet.Menoch. & Bero in alia decis. citati, & in Bononien. de Maluetijs 14. Iunij 1621. coram R.P.D. meo Pirouano.* Et multo magis stante dictione (pariter) ampliatiuè adiecta, vt in eadē decis. consideratur; præterquam quod *vt in ea subijcitur* sufficeret etiam, verba esse dubia ad hoc, 7 vt verbum † deficientibus dicatur indeterminatum, & non restrictum *ex allegatis in ea, & in Ianuen. fideicommissi de Rasurijs 25. Febr. 1622. coram R. P. D. meo Merlino.* Et demùm res visa est clarior, dùm substitutio filiorum præcedens cantat vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & subijcitur ista ampliatiua declaratio, & vocatio fœminarum deficientibus masculis cum clausula, *non solum modò prae-* 8 *dicto, sed omni alio meliori*, †, per quam dicitur repetita fideicommissaria, & vertitur etiam vulgaris in fideicommissariam, *vt in dicta decis. coram bon:mem: Buratto*, & præter in ea relatos, quod habeat vim clausulæ vulgariter, & per fideicommissū. *Sim.de Pret. de interpret.lib.2.fo-lio 128.num.20.Fusar. de substit.quaest.245.num.67. & 68.*

Non obstat, quod in primo testamento Mariæ substitutio fœminarum restricta sit ad tempus obitus institutorum, vt deducunt informantes pro filijs Ludouici, ponderando verba *non essendoci figli maschi*. Quia quicquid 9 sit, semper intrat responsio dictæ decis. † ex testamento reuocato non posse declarari illud, reuocans. *Bart. in l. statius Florus num. 2. ff. de iure fisc. & vltra iu ea relatos Dec. in c. 1. in prima lectura num.58.vers. sed adde, & in secunda nu.14. de constit. Simon. de Pret. de interpret. lib.1. fol.20. num.54.post.med.* Idque magis in isto casu, quo in primo testamento legitur institutus Ludouicus, qui non fuit institutus in secundo, & sic apparet, in substantialibus fuisse mutatam voluntatem testatoris.

Tertiò firmarunt dicta verba, (quibus decedentibus) per quæ concepta legitur substitutio cum instituti adiuerint hæreditatem, & sic 10 versemur in fideicōmissaria, † resolui in singularitatem, ita vt in portione cuiuslibet hæredis decedentis intret substitutio. *l. Lucius 78. §. Caio vbi Castr.num.2.ff. ad trebell. Bart. in Lhæredes mei §. cum ita sub num. 4. vbi alij, eodem tit. Pereg. de fideicommissis art.13.nu.33. Fusar. de substit. quaest. 473. num.22. & 23. Rota coram Seraph. decis.1190. num.4. & coram Greg. XV. decis.296. num.4. & 5.*

Sicut autem nulla facta fuit reciproca substitutio inter hæredes, ita non potest applicari 11 limitatio, quando superest † persona ex verisimili mente testatoris excludens substitutum eum talis non sit Ioseph, qui non est de descendentibus Testatricis, vt ex communi firmant. *Socc. in d.§. cum ita num.26. post med.vers. contrarium Ripa num.132. Zanch. num.1072. ibid. Paris.cons.42.nu.28.lib.2.Mantic. de coniect. lib.11. tit.5.num.19.vers. addo Menoc. præsum.186.nu.19. & 20.lib.4.Pereg.d.art.13.nu.46. Fusar.quaest.472. num.10.12. & 16. & d. quaest.473. Seraph. vbi supra vers. neque frater.*

Idque clarius comprobatur per declaratio-12 nem subiectam, ita quod proueniente † casu mortis prædictorum, de bonis sic morientis &c. ostendenem in cuiuslibet decedentis persona intrare substitutionem. *Castr. d. §. cum ita num.4. vbi Ripa num.83. & 86.Mant.d.tit.5.in prin. & num.1. in fin. Menoch.d. præs.186. num.6. & 7.Pereg.d.art.13.num.29. & 30. Fusar. d. quaest. 473.num.11. & seq.*

Ex quibus sequebatur distinctio portionū, vt supra facta, & resolutio Ludouicam posse hodie agere ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam.

Quod autem hodie non possit agere ad portionem Iosephi, patet, quia ipse est institutus in testamento Mariæ, & adhuc viuit.

Nec obstat, quod idem postea diuidendo bona inter nepotes consignauerit bona Mariæ Baptistæ, cedendo eisdem vsumfructum. Quia consignatio fuit facta respectu bonorū emptorum, & cessio vsusfructus fuit personalis ad fauorem nepotum pro pace, & quiete ipsorum, quæ ratio non militat respectu Ludo-ui-

13 uitæ, ideo vti cessio, & renunciatio perso-
nalis non egreditur personas nepotum. *Paris.*
conf.12.num.90.lib.1.& conf.12.nu.95.lib.2. Becc.
conf.74.num.23. Surd. decis.163. num.10. vers. &
extenditur, & ita respectu istius portionis Iose-
14 phi non potest extendi † ad Ludouicam, nec
ei potest suffragari. *l. iubemus C. ad Velleianum*
Surd. d.decis.163. num.10. & fuit dictum in Padua-
na feudi 4. Februarij 1600. *coram Lancellotto*, ma-
15 ximè cum in illa non militet ratio † quietis,
& pacis cõsiderata in nepotibus *Paris.d.conf.12*
num.91.lib.1.Ruin.conf.204.num.3.lib.1.

Nec obstat, quod Ioseph; & alij fratres
fecerint vnionem omnium bonorum pater-
norum, emptorum, & relictorum à Ma-
ria, & voluerint, quod omnes fratres, & vnus-
quisque ipsorum sint domini fructuum bo-
norum, & quod vltimus superstes sit domi-
nus vsufructuarius, vndè Ludouica infert,
quod fuerit renunciatum proprietati. Quia
16 DD. placuit responsio, quod hic † proprie-
tas fuit posita in communione, & quod de ea
non possit disponi, & quod vltimus super-
stes frater succedat, & demum ista vnio fuit
restricta ad fauorem ipsorum fratrum, & fi-
liorum masculorum Ludouici, & Accursij,
vndè Ludouica non nominata non potest se
fundare in ista vnione. Maximè cum in c.18
in Sum.num. 7. ijdem fratres dicant, *che non po-*
tendo stare insieme possino repigliare ciascheduno il
suo, & viuere da se, vndè apparet non fuisse
17 renunciatum † proprietati, quæ non debet
stare in suspenso.

Quod demum non possit agere ad portio-
nem Lelij, & Philippi peruentam ad filios
Ludouici, visum fuit ex eo quod cum in te-
stamento Mariæ tam filij Ludouici, quàm
filij Accursij fuerint substituti dictis Lelio, &
Philippo pro æqualibus portionibus medietas
successionis vigore dictæ substitutionis spectat
ad filios Ludouici, & consequenter Ludoui-
ca filia Accursij nihil in ea potest prætendere.

Non obstat fundamentum Informantium
pro Ludouica, quod licet etiam filij Ludo-
uici legantur substituti, tamen id fuerit sua-
sionibus Philippi contra voluntatem Testa-
tricis. Quia proindè Philippus in instrumen-
to vnionis declarauit, quod filij Ludouici ni-
hil ex Mariæ testamento prætendere possent,
sed omnia bona spectare deberẽt ad filios Ac-
cursij, quibus alias omnia bona sua relinque-
bat, quodque ista declaratio nedùm fuerit ab
omnibus fratribus tunc acceptata, sed postea
etiam specialiter à filijs Ludouici cum renun-
ciatione Iurium eisdem ex dicto testamento
competentium.

Fuit enim responsum dictam declarationẽ
Philippi non esse attendendam, quia est con-
traria verbis testamenti Mariæ, quæ voluit,
quod filij Ludouici succederent pro medie-
tate vna cum filijs Accursij, vt dictum est su-
pra.

Nec releuat, quod dicta declaratio Philip-
pi fuerit acceptata à filijs Ludouici, Quia
cum dicta declaratio fuerit facta in instrumẽ-
to vnionis bonorum, & sit correspectiua ad
fideicommissum conuentionale factum inter
prædictos fratres, & nepotes in eodem instru-
mento vnionis bonorum ad fauorem mascu-
lorum Domus de Carradoris, acceptatio præ-
fata debet intelligi cum dicta qualitate fidei-
commissi conuentionalis ad fauorem mascu-
lorum, à quo Maria vti fœmina remanet
exclusa.

Et ita vtraque, &c.

CALAGVRITANA BENEFICIJ de Brignas.

Mercurij 13. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Subreptio in confirmatione Apostolica alicuius concordię ex quibus eliciatur.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*
2 *Subreptio in confirmatione Apostolica resultat ex taciturnitate litis.*
3 *Intellige quod non sufficit fuisse factam mentionem litis in partibus si res pendeat in Rota.*
4 *Subreptio resultat si non fuerit facta mentio iuris alterius etiam ad rem.*

DECISIO CVIII.

FIRMATVM fuerat in alia decisione fa-
cta in hac causa coram me sub die 12.
Ianuarij præteriti, præsentationem, collatio-
nem, & omnia alia sequuta ad fauorem Hi-
polyti Garziæ tàm infra terminum ad ap-
pellandum, quàm post appellationem pro
parte Ioannis Fernandez interpositam fuisse
nullam, & attentatam. Nunc vero prose-
quendo eamdem disputationem proposui
dubium an concordia inita super dicto bene-
ficio inter præfatum Hipolytum, & Ioannem
Baptistam della Prada vna cum confirmatio-
ne Apostolica desuper expedita sit nulla, &
subreptitia; & Domini quoad concordiam
responderunt èam non afficere Ioãnem Fer-
nandez, quo vero ad confirmationem illam
fuisse subreptitiam respectu eiusdem Ioannis.

Quod autem concordia non afficiat Ioan-
1 nem patet quia tamquam inter alios † facta
ei obesse non debet, *l. 1. & tot. tit. C, res. int.*
al. act.

Quod vero confirmatio Apostolica respe-
ctu eiusdem Ioannis sit subreptitia ex duplici
capite visum fuit probari.

2 Primo ex taciturnitate † litis quam ipse
Ioannes in Rota per appellationem introdu-
xerat. *cap.penult.vt lit.pend. Aegid.decis.102. n.4.*
& decis.228.n.3.par.1.rec.

Non obstat, quod fuerit facta mentio litis
pendentiæ in partibus, quia ad euitandam
subreptionem debebat fieri mentio specifica
3 de litis† pendentia in Rota *Bellam.conf.34.n.21*
post med.vers.secundo ad hoc mouet Rota in Gerun-
den.beneficij 2.Decembris 1608. coram bo.me. Card.
Sacrato:

Se-

Secundo subreptio dictæ confirmationis probatur ex quo nec etiam fuit facta mentio
4 iuris Ioannis † cui ob oppositionem ab eo in partibus factam fuerat quæsitum Ius considerabile ad rem. *Garz.de benef.par.4.cap.3.num.69*
5 ex taciturnitate; enim Iuris alteri quæsiti intrat subreptio. *Menoch.de arbitr.lib.2. cap.201. num.149. Caput. decis. 37. par.2. Garz. d.cap.3. num.20. & 21.*

Et ita vna tantum &c.

ARIMINEN. EMPHITEVSIS.

Mercurij 14. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Masculi ex fœminis quando dicantur comprehensi in inuestitura licet mater sit exclusa.

SVMMARIVM.

1 *Dispositionis verba cui conueniunt conuenit & dispositio.*
2 *Masculi ex fœminis non veniunt in emphitensi concessa pro filijs, & nepotibus masculis per virilem sexum descendentibus.*
3 *Masculi ex fœminis veniunt quando inuestitura cãtat pro filijs, & nepotibus masculis per lineam rectam descenden.*
4 *Masculus ex fœmina tunc non venit quando aspirat ad successionem ex persona matris secus quando venit ex propria persona tanquam habens qualitates requisitas.*
5 *Masculus ex fœmina sine difficultate admittitur quando non concurrit cum masculo ex masculo.*
6 *Clausula (ad haben. & quidquid placuerit facien.) si sit apposita in inuestitura post descriptionem bonorum ante promissionem canonis censetur stare in parte dispositiua.*
7 *Et facit emphiteusim transitoriam ad extraneos.*
8 *Et dicta clausula æquiparatur alteri clausulæ, & quibus dederit.*
9 *Emphiteusis perpetua & transitoria ad extraneos efficitur si adsit pactum inuestientis de non molestando vllo vnquam tempore personas vocatas nec eorum successores.*
10 *Inuestitura regulatur a consuetudine quæ viget cõprehensiua masculorum ex fœminis.*

DECISIO CIX.

PROPOSITO hodie per me dubio, an Alexander Georginus sit comprehensus in inuestitura, vel possit succedere in emphiteosi, de qua agitur Domini affirmatiue resolucrunt pro eod. Giorgino informante.

Etenim tenouatio inuestituræ de anno 1545. fuit concessa Carolo Mercato stipulanti, & acceptanti pro se suisque filijs, & nepotibus masculis natis, & nascituris de legitimo matrimonio, per rectam lineam descendentibus &c. ad habendum tenendum, & quicquid placuerit facien. Vnde cum Alexander sit descendens masculus ex filia Caroli legitimè procreatus, perindeque concurrant in ipso omnes qualitates requisitæ in ventre cõcessionis, meritò fuit dictum eumdem esse comprehensum, & ita vigore prædictæ inuestituræ posse succedere; cui enim conueniunt
1 verba † dispositionis eidem conuenit dispositio: *l.4.§.totius, vbi Castr.ff.de damn. infect. l. hos accusare §. omnibus ff.de accusat.* Qua ratione attenta, quod masculi ex fœminis censeantur comprehensi in simili inuestitura censuit *Valasc.de iure emphit.q.45.num.31.vers.quod si sit emphiteosis. Cal.eod.tract.lib.3. cap.15. num.30. Corbul.de caus.priuat. ob lin.fin. num.28. Card.Mantic. de tacit lib.22.tit.6.num.8. vers. secundo est aduertendum,* non enim emphiteosis fuit concessa pro filiis, & nepotibus masculis per virilem
2 sexum descendentibus, quæ verba † sunt exclusiua masculi ex fœmina *Cardin. Mantic. d. tit.16.num.7. vers. sed ego puto,* sed per lineam
3 rectam descenden. qua † appellatione veniũt etiã descendẽtes ex fœminis. *Bero cons.87.n.15. lib.2.Menoch.cons.205.num.2.& 3. cum seq. lib.3. Corbul.de caus. priuat ob lineam finitam n.28.*

Minusque nocebat Alexandro incapacitas matris, quasi, quod hæc excluderet filios vti prouenientes, ex radice infecta, quia
4 hoc procederet si filius † aspiraret ad successionem ex persona matris, non autem applicatur, quando filius succedit ex persona propria, tamquam habens qualitates requisitas. *Bald.in auth. cessante num.3.C.de legit.hæred.Soce. in l.Gallus, §.nunc de lege nu.5.ff.de lib.& posthum. Ruin.cons.49.num.3.lib.1.Peregrin.cons.5.num.14. lib.1.*

Et quando prout in casu nostro, nepos ex fœmina non concurrit cum alio nepote ex masculo in quibus terminis successio mascu-
5 li ex fœmina † admittitur sine difficultate. *Card.Mantic.d.tit.16.num.13. vers.item illa regula lib. 22.*

Plurimum etiam mouit Dominos clausula ad habendum, & quicquid placuerit fa-
6 ciendum, quæ † tamquam apposita post descriptionem bonorũ ante promissionem Canonis censetur stare in parte dispositiua. *Laderch.cons.1.num.13.& 14. lib.1.Ber. cons.88.numer.49.Rota decis.287.num.1.& decis.642.num.7. part.1.& decis.294.num.7.part.2. recent.* Et facit
7 emphiteosim † transitoriam ad extraneos *Rot. decis.642.num.3. & 4. par.1.recent.decis.152.n.1. & decis.294.num.3. par.2. recent.* Aequiparatur
8 enim † clausulæ, & quibus dederit. *Seraphin. decis.353.num.4.Rota d.decis.294.& decis.642.numer.6.par.1.& decis.152.nu.1.par.2. recent. Card. Caual.decis.219.num.11.*

Idemque comprobatur ex promissione Conuentus de non molestando vllo vnquam
9 tempore † personas renouatas, nec eorum successores, quæ verba faciunt emphiteosim perpetuam, & transitoriam, ad quoscumque extraneos in infinitum *Clar. in §. Emphiteosis q.28.vers.quicquid. Gabr.cons.76. numer.13. lib.2. Card.Mantic.d.lib.22.tit.19.n.22. Gratian. discept. cap.481.n.54.& seq.*

Quæ omnia tãto magis Dominis visa sunt procedere attenta cõsuetudine Ecclesiæ Ariminen. quod in similibus inuestituris compre-

prendantur, etiam masculi ex feminis descendentes, à qua consuetudine ad hunc effectum
10 regulatur ipsa † inuestitura. *Clar. in §. Emphiteusis q. 28. in fin.* vbi de communi *Card. Mantic. lib. 22. tit. 19. num. 35. Rota decis. 642. num. 8. part. 1. recent.*

Et ità altera tantum &c.

NICIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 23. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia concursus ad Ecclesiam parochialem, & qualiter probetur quod requisita necessaria in eo fuerint obseruata.

SVMMARIVM.

1 *Factum quando aliquid est, censetur in eo praecessisse omnia quae de iure praecedere debebant.*
2 *Pater comparere potest pro filio.*
3 *In concursu ad Parochialem vt quis admittatur, quilibet pro alio potest comparere.*
4 *Fides quando est adminiculata probat.*
5 *Protestatio contraria facto est inutilis.*
6 *Narratiua iam facti concursus ad Parochialem est plenè, & concludenter iustificanda.*
7 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*

DECISIO CX.

DOMINI dixerunt Horatium comparuisse in tempore, & gratiam Apostolicam non intrare;

Comparitio enim, in tempore necessaria ex *sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18.* praesumitur in primis ex quo Horatius, praeuio examine coram Iudicibus Iinodalibus fuit approbatus, & electus vti magis idoneus, & successiuè per Vicarium in vim prouisionis V. Legati Auenionen. immissus. Vnde praesupponi deber, ad electionem, & immissionē
1 praedictam fuisse deuentum † praemissis omnibus, quae de iure praecedere debebant *Crass. decis. 21. num. 1. de praeben. Menoch. lib. 6. praesumpt. 7. numer. 12. & seq. Rota decis. 434. numer. 5. part. 1. recent.*

Secundo iustificatur comparitio intra debitum tempus, quia terminus ad comparendum expirabat die 17. Aprilis 1621. qui fuit prorogatus vsque ad diem 21. eiusdem mensis Aprilis die autem 10. dicti mensis & sic durante termino, Bartholomeus Laurentius institit Horatium eiusdem filium, admitti ad concursum huius Parochialis, quam instantiam non est dubium potuisse Horatio
2 suffragari tam de iure, quia † Pater potest comparere pro filio. *c. vlt. C. de Imp. & al. subst. Put. decis. 23. lib. 2. Seraph. decis. 1193. num. 4.* quam etiam ex dispositione Sac. Concil. per-
3 mitten † quemlibet pro alio ad hunc effectū posse comparere *d. sess. 24. cap. 18. vers. liberum sit tamen etiam alijs.*

Praeterea ex dispositis in *Summ. Horatij num. 9.* constat eundem die 17. Aprilis personaliter cōparuisse coram Vicario Generali Nicien. exhibuisse bullas V. Legati Auenionen. in quibus praeseruabatur forma concursus necessaria ex decreto Sac. Conc. & protestatum fuisse se paratum, implere omnia sibi incumbentia, vt ex attestatione Vicarij, cui pluri-
4 mum † est deferendum, cum sit adminiculata ex attestatione vnius examinatoris Sinodalis. *Rota decis. 122. num. 7. par. 1. recent. Greg. XV. dec. 214. num. 3.*

Non obstat protestatio eiusdem Horatij, quod desisteretur à concursu, haec enim eliditur ex eiusdem Horatij comparitione cum actu positiuo examinis, quod ipse subiuit. Ex praedictis enim remanet protestatio inuti-
5 lis † tamquàm contraria facto, *c. sollicitudinem de appellat. & in c. cum M. Ferraien. de constit. Rota decis. 539. nu. 6. par. 2. recent.*

Et ex his resultat resolutio secundę partis dubij gratiam videlicet Ioannis Andreae impetrantis non intrare, quia non modo non iustificat, sed nec etiam iustificare potest, nar-
6 ratiuam † non facti concursus, quam tamen plenè, & concludenter iustificare tenetur, tāquam fundamentum, suae impetrationis. *Marescot. var. lib. 1. cap. 1. num. 21. & seq. Paris. de resignat. lib. 10. q. 3. num. 5. Rota decis. 635. num. 6. par. 1. recent. Seraph. decis. 1064.*

Non obstat, quod Horatius adeptus fuerit possessionem vigore prouisionis V. Legati, ante concursum, quia supposito concursum, & examen praecessisse vtique cessat fundamētum impetrantis, quod est negatiua facti cōcursus, & potest esse, quod Horatius obtinuerit aliam prouisionem, quae possibilitas reo, & possessori sufficit, cum in beneficia-
7 libus † detur multiplicatio titulorum *c. post de concess. praebend. Felin. in cap. in nostra num. 2. de rescript. Rota decis. 333. num. 6. q. 1. & decis. 142. nu. 2. par. 2. recent.*

Et ità vtraque &c.

LICIEN. CANONICATVS.

Lunae 26. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Beneficij possessio semel apprehensa non potest iterum apprehendi, & quando hoc cesset, & aliqua circa regulam quartam Cancellar.

SVMMARIVM.

1 *Regula 4. Cancellariae praeseruat Papae omnia beneficia Ecclesiastica quorumcumque collectorum fructuum & prouentuum Camerae Apostolicae debitorum.*
2 *Beneficij possessionem quando quis semel apprehendit, non est amplius immittendus.*
3 *Breuis virtus de capienda possessione beneficij expirat per primum actum adeptionis possessionis.*

4 Ex

4 *Ex possessione illius qui obtinuit beneficium ad possessionem Cameræ non infertur.*
5 *Cardinalis Camerarius habet facultatem deputandi collectores & subcollectores in omnibus ciuitatibus, Terris & Prouincijs quotquot voluerit.*
6 *Constitutionum verba quando sunt clara non admittunt extrinsecam interpretationem.*
7 *Singula singulis particulariter non referuntur nisi quando verba non possunt saluari secundum rectitudinem sermonis. Vel quando sequeretur correctio vel repugnantia.*
8 *Excessus non præsumitur.*
9 *Papa confert beneficia collectorum.*
10 *Regula 4. Cancellariæ requirit vnicitatem subcollectorum.*
11 *Vnicitas potest concurrere in pluribus ob negotiorũ diuersitatem vt de procuratoribus deputatis ad diuersa negotia ab eadem persona.*
12 *Regula 4. Cancellar. non habet locum in exactore Capituli.*
13. Rot. decis. 715. par. 1. recent. *declaratur.*
14 *Subcollectorem quem facit iurisdictio non autem latitudo ipsius iurisdictionis.*

DECISIO CXI.

CVM sub die 19. Ianuarij præteriti fuisset
responsum pro executione Breuis de ca-
pienda possessione nomine Cameræ ad fauo-
rem D. Bernardini Maggi prouisi Apostolici
hodie ad instantiam Theofili prouisi ab Or-
dinario non acquiescentis dictæ resolutioni
iterum proposui dubium super eisdem, &
Domini noluerunt recedere á tunc decisis.
Quia d. breue ipsis visum fuit ex omni parte
iustificatum, nempè probatus obitus Hiero-
nymi valentis Collectoris in possessione Ca-
nonicatus de quo agitur, & quod idem Hie-
ronymus fuerit Collector in Ciuitate, & Diœ-
cesi Licieñ, vt firmatur in decisione quo ca-
1 su † intrat regula 4. Cancellariæ, quæ reser-
uat generaliter Papæ omnia, & singula be-
neficia Ecclesiastica quorumcumque Colle-
ctorum fructuum, & prouentuum Cameræ
Apostolicæ debitorum.
Non obstat, quod Maggius semel appre-
2 henderit possessionem † huius Canonicatus,
& ideò non sit ampliùs immittendus, & cō-
3 sequenter breue non exequendum † ex quo
per primum actum adeptionis possessionis
virtus Breuis consumpta videatur iuxta *l. Bo-
ues, §. hoc sermone ff. de verb. obligat.* quia dicta
possessio non fuit capta á Maggio in vim ali-
cuius mandati Commissarij Cameræ, nec
nomine Cameræ, sed simpliciter, & ideò non
impedit, quin hodie Cōmissarius possit iuxta
breue petere immissionem, cum ex possessio-
4 ne † Maggij ad possessionem Cameræ non
benè inferatur *arg. text. in l. exuli ff. de minor.*
Non obstat, quod facultas D. Cardinalis
Camerarij sit intelligenda, vt possit deputare
Collectores in Prouincijs, & Subcollectores
in Ciuitatibus, & ita deputatio Collectoris
facta in persona Hieronymi in Ciuitate Licieñ
laboret defectu iurisdictionis, & ideò Ordi-
nario non præiudicauerit, quia iste intelle-
ctus repugnat claris verbis dictarum faculta-
5 tum in quibus in §. *præterea* † dicitur, vt Col-
lectores in omnibus Ciuitatibus Terris, &
Prouinciis quotquot voluerit deputare pos-
6 sit; quæ verba cum sint clara † non admit-
tunt extrinsecam interpretationem violantē
text. *Crauett. cons. 4. num. 21.* nec singula singulis
7 particulariter referuntur, nisi † quando verba
non possunt saluari secundum rectũ sermonē.
vel sequeretur correctio aut repugnantia,
Rota decis. 54. num. 23. p. 2. diuers.
Nec facit allegatum absurdum, quod si in
vna Ciuitate possent deputari tot Collecto-
res, omnia beneficia reseruata fierent in præ-
iudicium Ordinariorum. Etenim hic exces-
8 sus † non est præsumendus præsertim, cum
non indè melior fiat conditio Cardinalis Ca-
merarij si beneficia plura fiant reseruata, ex
9 quo semper illorum † collatio spectat ad Pa-
pam, & omni casu si talis excessus contingeret
vti in fraudem Ordinarij moderaretur sicuti in
simili de facultate vniendi, quæ non intelligi-
tur de facultate excessiua, & immoderata.
Non obstat, quod in Ciuitate Licieñ eod.
tempore fuerit alter Subcollector deputatus
á Nuncio Neapolitano super Spolijs Clerico-
rum. & ideò locus sit limitationi dictæ regu-
10 læ † 4. requirentis vnicitatem Subcollectorũ;
Nam Dominis placuit respōsio data in decis.
quæ reuidetur nempè, quod versamur in
Collectore non autem in Subcollectore, & sic
sumus in casu regulæ, non autem in casu li-
mitationis dictæ regulæ, ac etiam, quod
omni casu sunt duo officia distincta, & circa
diuersa nempè Collectoris deputati á Cardin.
Camerario pro Decimis exigendis, & Sub-
collectoris Nuncij pro spolijs Clericorum,
ob quorum negociorum diuersitatem quili-
bet vnicus est in officio suo, vt in simili de
11 diuersis † procuratoribus deputatis ad diuer-
sa negocia ab eadem persona. *Rota decis. 18.
22. & ibi adden. de procurat. in nouis,* quod simile
multo magis applicatur in hoc casu, cum de-
putatio Collectorum facta fuerit á diuersis, &
circa diuersa.
Non obstat, quod stante compositione Ca-
pituli cum Camera Hieronymus fuerit, po-
12 tius exactor † Capituli, quam Collector Ca-
meræ, & ideò non comprehendatur sub di-
cta regula quarta, vt ibi tradit *Mandos. q. 3. &
ante eum glossat. Antiquus.* Quia deputatio facta á
Camera in persona Hieronymi expresse cātat
de Collectore & ei vti tali iurisdictio & facul-
tates conueniētes Collectori datæ fuerunt, nē-
pè cōpellendi etiam per censuras, Ecclesiasti-
cas, illos, qui recusassent soluere Capitulo,
& licet propter compositionem exactio sit
vnica á Capitulo soluente pro toto Clero, ta-
men cum Capitulum pro se reualendo de-
beat exigere á Clericis nomine Cameræ in-
trat subrogatio in locum Cameræ, & intrat
potestas, & exercitium vniuersalis exactionis
nomine Cameræ, & propterea benè applica-
13 tur † *decis. 715. num. 7. par. 1. recent.* A qua licet
fuerit recessum, *coram bon. mem. Remboldo sub
die 30. Iuny 1617. & 2. Iunij 1621.* hoc proces-
sit

fit ex folo capite defectus vnicitatis Subcollectoris, quia fcilicet poftea fuit probatum adfuiffe alium Subcollectorem eodem tempore; non autem fuit reuocata conclufio in d.decif.715. firmata fcilicet, quod cum Balugnus exigeret nomine Cleri non propterea definebat effe Subcollector cum Clerus effet
14 fubrogatus in locum † Cameræ, & quod iurifdictio nō autem latitudo ipfius iurifdictionis facit, quem Subcollectorem *iuxt. conf. lap. fin. inter conf. Oldrad. num. 2. in fin.*

Et ex his, & aliis in dicta decif. ponderatis, fuit dictum ftandum effe in decifis vtraque &c.

TVLLEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 30. Martij 1629.

ARGVMENTO.

Approbationis narratiua quando dicatur iuftificata Religionum reformatio cui fit commiffa; Narratiua quando fufficiat quod de facto iuftificetur.

SVMMARIVM.

1 *Inftrumentum facit probationem probatam, & num. 3.*
2 *Narratiua aliqua bene poteft iuftificari ex inftrumento publico.*
3 *Approbationis narratiua vnde dicatur bene iuftificata.*
4 *Narratiua ea (quod reformatio alicuius Religionis abfque Sedis Apoftolicæ beneplacito fecure fubfiftere non poffit) non eget iuftificatione.*
5 *Reformatio Religionum totaliter pendet à nutu Capituli generalis.*
6 *Capitula generalia Religionum quoad obferuantiam regulæ habent omnimodam poteftatem.*
7 *Narratiua fufficit vt de facto iuftificetur fi in ea principalis intentio Papæ non confiftat.*
9 *Papa præfumitur habuiffe plenam notitiam de his quæ in litteris Apoftolicis conceffionis infertæ funt.*
10 *Narratiua Papæ non eft iuftificanda cum eius affertioni fit ftandum.*

DECISIO CXII.

CVM Moderni Abbates, & Conuentus Sanctę Mariæ Maioris Oppidi Moffipōti, Iufti Montis, & Saluiæ Vallis Meteñ, & Tullen. Diœcef. refpectiuè Præmonftraten. Ordinis Reformationem antiquæ eiufdem Ordinis Aufteritati conformē fufcepiffent, & dubitarent ne huiufmodi Reformationis negocium deftruere a Capitulorum Generaliū eiufdem Ordinis nutu totaliter penderet, & vix ftare poffe exiftimarent, nifi Sedis Apoftolicæ auctoritate muniretur à felic. record. Paulo V. bullam confirmatoriam huiufmodi negocii obtinuerunt, & quia poft huiufmodi profeffionem Abbates, & conuentus nonnullas leges conftitutiones, & ordinationes, ad conferuationem dictę reformationis tuliffent dubitabant pariter ne huiufmudi cōftitutiones eiufdem Capituli Generalis cenfuris fubiacerent eafdem fan. mem. Gregor. XV. obtinuerunt confirmari, fed quia Abbas, & Capitulum Generale Ordinis Præmonftraten. dictas Bullas impugnabant, vti nulliter, & fubreptitiè obtentas. Dubitaui an dictæ Bullæ effent iuftificatæ, & Domini vnanimi cōfenfu refponderunt pro illarum iuftificatione:

Et primo quoad Bullam Pauli V. ea vifa fuit in omnibus iuftificata in ea enim primo narrabatur; quod Abbas, & Conuentus Oratores ante aliquot annos reformationem antiquę eiufdem Ordinis aufteritati cōformem de confenfu tunc exiftentis Abbatis generalis eiufdem Ordinis fufceperunt. Secundo quod iam Abbas, & Conuentus pro illius Reformationis obferuantia ftatuta ordinationes condiderunt. Tertio quod ijdem in ipfa reformatione illucufque cum confenfu, & approbatione moderni Abbatis generalis dicti Ordinis perfeuerauerunt. Quarto & vltimo, quod reformatio huiufmodi fine Sedis Apoftolicæ auctoritate vix ftare poterat, cū à dicto Capituli Generalis nutu penderet eam deftruere; quæ omnia vifa fuerunt benè iuftificari.

Nam quoad primum nempè, quod Abbas, & Conuentus Oratores ante aliquot annos hanc reformationem de confenfu tunc exiftentis Abbatis generalis eiufdem Ordinis amplexi fuerint illud abundè iuftificatur ex approbatione conftitutionum dictæ Reformationis Communitatis antiqui rigoris facta de anno 1611. ab Abbate generali tunc temporis in qua enunciatur tam inftitutio dictæ Reformationis, quam etiam conformitas primęuo Ordinis inftituto, vt ex inftrumento publico dato in *Summ.* Com: *num.* 4. ex quo
1 cum † faciat probationem probatam. *l. cum precibus, C. de probat. Rota decif. 60. numer. 1. decif. 590. num. 1. par. 1. recent.* benè remanet verifica-
2 ta narratiua, † quod reformatio fuerit introducta de confenfu Abbatis generalis & fecunda quod fuerint condita ftatuta, & conftitutiones.

Quoad tertiam narratiuam, etiam benè iuftificatur, quia P. Petrus Goffetrus modernus Abbas Generalis dicti Ordinis de anno 1616. Conftitutiones dictæ Reformationis examinauit, & approbauit, necnon cenfuit Ordinis
3 profeffores † ad earum obferuantiam effe hortandos, vt in inftrumento approbationis, quod datur in *eod. Summar. num.* 5. ex quo benè remanet iuftificata dicta tertia narratiua. *Rot. dec. 17. n. 2. p. 2. recent.*

Quoad quartam & vltimam narratiuam nempè quod huiufmodi Reformatio abfque
4 Sedis † Apoftolicæ auctoritate fecurè fubfiftere non poffet non indiget alia iuftificatio-
5 ne, cum hoc fit fatis notum † ex quo dicta Reformatio totaliter pendebat à nutu Capituli Generalis cui etiam *Sac. Conc. Trident.* quo
6 ad † obferuantiam regulæ dedit omnimodam po-

potestatem. *cap. 1. session. 25. de regular.*

Quo vero ad iustificationem Bullæ Greg. XV. in qua pariter tria, aut quatuor narrantur ea visa fuit clara.

Si quidem in ea primo narratur quod litteræ Pauli V. propter nonnulla impedimenta suum sortiri effectum non potuerunt. Secũdo quod disciplinæ veteris rigor à Capitulis generalibus antea approbatus & singulis religiosis, & integris Monasterijs primum permissus, deinde curæ Abbatis generalis traditus fuerit. Tertio quod idem Abbas generalis in visitatione quasdam leges, & ordinationes edidit sub beneplacito Sedis Apostolicæ, quæ ordinationes per extensum in dictis litteris sunt insertæ. Quarto & vltimo narratur votum Congregationis Regularium super dictis ordinationibus.

Quoad primum, quod dictæ litteræ non fuerint executioni demandatæ non indiget
7 alia iustificatione, † quia in hoc principalis intentio non consistit, & sufficit, quod de facto verificetur. *Rota decis. 410. num. 4. par. 1. rec.* & hoc inter partes non controuertitur.

Secunda narratiua iustificatur, quia de anno 1618. Capitulum generale approbauit easdem Constitutiones Reformationis, & concessit facultatem omnibus religiosis, & Monasterijs integris eiusdem Ordinis amplectẽdi reformationem, vt constat ex instrumento dictæ concessionis in *eod. Summ. num. 8.* ex quo benè iustificatur narratiua facta in his litteris Greg. quod disciplinæ veteris rigor à Capitulo generali antea fuit approbatus, & permissus.

Tertia narratiua, quod Abbas generalis in visitatione Monasteriorũ Communitatis ediderit quasdam leges pro regimine, & manutentione Reformationis probatur etiam ex
8 publico † instrumento, quod datur in *Summ. num. 6.* nec non ex quo dictæ leges, seu Constitutiones fuerunt insertæ in litteris Aposto-
9 licis. Vnde apparet Papam † habuisse de illis plenam informationem. *Socc. consi. 266. nu. 27. vers. confirmatur, lib. 2. Alex. consil. 15. numer. 2. lib. 5.*

Vltima denique narratiua de approbatione articulorum & ordinationum Reformationis facta à Sacr. Congregatione non eget aliqua probatione, cum sit narratiua ipsius
10 Pontificis, cuius † assertioni est standum. *Rota decis. 361. num. 1. & decis. 612. num. 3. in fin. part. 2. recent.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI DE MARESCOTTIS.

Lunæ 30. Aprilis 1629.

ARGVMENTVM.

Dotes qualiter sint constituendæ. Hæres quando teneatur rem legatam tradere si in ea habeat affectum & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Dotes quando constituuntur, quid sit inspiciendum.*
2 *Dotes quoad quantitatem secundum consuetudinem dicuntur arbitrariæ.*
3 *Dispositio corruit si non iustificetur suppositum.*
4 *Redditus hæreditatis ex quibus probetur.*
5 *Dotes filiarum an sint detrahendæ ante legitimam filiorum.*
6 *Legitima debetur filijs statim absque dilatione.*
7 *Trebellianica in legato puro an detrahi possit.*
8 *Trebellianicam hæres non percipit si eam in fructibus fuerit consecutus.*
9 *Falcidia non detrahitur ex bonis prohibitis alienari.*
10 *Fœmina exclusa à statuto ob existentiam masculorum dicitur etiam exclusa à legitima.*
11 *Quod procedit etiam si defunctus decesserit cum testamento.*
12 *Auferri ab aliquo id non potest quod non habet.*
13 *Legitima de iure communi non debetur auiæ maternæ in bonis nepotis.*
14 *Hæreditatis titulus est indiuiduus sicuti est persona defuncti repræsentatiuus.*
15 *Hæreditas nõ potest pro parte acceptari & pro parte repudiari, & n. 16.*
17 *Testes plures si sint omnes singulares & de auditu ab eadem persona pro vno reputantur.*
18 *Valor fructuum prædiorum probatur ex denunciationibus massariorum.*
19 *Probatio per scripturas præualet.*
20 *Valor rei non probatur per testes deponentes de iudicio & peritia.*
21 *Valor prædiorum non probatur per testes de qualitate prædiorum non informatos.*
22 *Valoris probatio quoad vnum tempus nõ bene infertur ad aliud.*
23 *Valor rei probatur per quinque annos ante, & quinque post.*
24 *Peritorum relationibus potius quam depositionibus testium deferendum est circa valorem prædiorum.*
25 *Hæres cum* benef. l. & inuent. *si vires hæreditariæ suppetant, tenetur præcisè seruare factum defuncti, & tradere in specie rem legatam.*
26 *Hæredi quando magis intersit rem legatam habere quam aliam & an sufficit dare æstimationem legatario.*
27 *Affectio cadit in re ex congruitate bonorum & ex possessione antecessorum.*
28 *Item etiam ex aeris salubritate, & opportunitate.*
29 *Hæres propter affectionem rei legatæ potest soluere æstimationem.*

DECISIO CXIII.

SVB die 21. Februarij 1628. firmatum fuit in hac causa Vincentium teneri ad præstationem prædiorum legatorum, cui resolutioni non acquiescente D. Vincentio iterũ proposui causam super ijsdem, & Domini vnaminiter steterunt in decisis, cum hoc tamen, quod liceret dicto Vincentio præstare æstimationem prædiorum legatorum.

Quod Vincentius teneatur ad præstationẽ lega-

legatorum ex eo deducitur, ex quo hæreditas
Nicolai testatoris ex calculo per Vincentium
coram R.P.D. meo Merlino iudicialiter exhibi-
to, & iterum coram me de ordine Rotæ per
peritum extraiudicialiter electum, firmato,
visa fuit opulenta, & sufficiens ad huiusmodi
legata persoluenda cum deducto omni ære
alieno hæreditas remaneat creditrix in libris
28602. 12. 9.

Quibus non obstant, quæ alias ad dimi-
nuendam hęreditatem Nicolai fuerunt dodu-
cta, & hodie denuo repetuntur.

Et primo non obstat, quod Nicolaus do-
tauerit sorores, & excessus dictarum dotium,
qui prætendebatur in libris 36000. debeat po-
ni ad debitum Nicolai, & sic hæreditas dimi-
nuatur, quia tam coram D. meo Merlino,
quam me fuit dictum, integras dotes referē-
das esse ad statum hæreditatis Agesilai, non
ad statum hæreditatis Nicolai, quia ipse Age-
silaus mandauit in suo testamento filias con-
gruè dotari iuxta rerum qualitatem, & tem-
porum vicissitudinem, & Nicolaus dicitur
declarasse quantitatem dotium, neque con-
stat de excessu declarationis, sed potius de cō-
1 petentia, † & congruitate inspectis dignitate
natalium facultatibus Patris solito aliarum
mulierū in hac familia nuptarum, & Ciuita-
tis, & habita ratione, quod omnes fratres le-
gitimi decesserant, & aliæ sorores erant effe-
ctæ Moniales, vt fuit consideratum in dictis
decisionibus, & sic respectu dictæ partitæ hę-
reditas Nicolai non potest pati aliquam di-
minutionem.

Nec releuant testes inducti ad probandam
consuetudinem dandi minores dotes, & ex-
cessiuitatem istarum, nam quoad consuetu-
2 dinem † dicunt dotes esse arbitrarias, & quo-
ad excessum deponunt habito respectu ad
redditus Agesilai non excedentes libras 5000.
prout ipsis fuerat suppositum. Vnde cum
3 supositum † non iustificetur corruit deposi-
tio *Rota coram Gregor. XV. decis* 510. *num.* 5. Idq;
magis cum suppositum appareat erroneum
ex libris tutelaribus introitus, qui detractis
omnibus oneribus expensis, & alimentis ad
talem summam primis annis ascendit, vt hę-
reditas superlucrata fuerit vltra libras 8000.
4 ex † quibus probatur redditus. *Bart. l. 1. §. de
off. num. 1. ff. de tut. & rat. distr. Ayn. de antiq. temp.
§. limitatur 4. num. 24. Rota in Romana tutelæ 17.
Iuny 1612. coram R.P.D. meo Patriarcha Antio-
cheno.*

5 Non obstat prætensio, quod dotes † filiarū
sint detrahendę ante legitimam Nicolai, quia
imò legitima filij detrahitur ante dotes à Pa-
tre legatas filiabus à statuto exclusis, vt firmāt
Card. Coll. Patauin. Brun. & Imol. quos sequuta
est *Rota in Firmana legitimæ post Modern. de leg. de-
cis. 4. num. 3. & seq.* approbata in dicta decision.
coram me, idque magis, cum filiæ non es-
sent nubiles; & dotes legatæ sub conditione,
6 & legitima † deberetur Nicolao statim absq;
dilatione. *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. te-
stam. Rota coram bo. mem. Card. Caualer. decis. 341.
num. 1. & seq.*

Non obstat, quod iux. calculum per Vin-
centium exhibitum veniat detrahenda alia
partita librarum 20672. per ipsum prætensa
ratione falcidiæ, tum quia, vt fuit dictum in
dictis decisionib. R.P.D. mei Merlini & corā
7 me, cum † legatum sit purum, & fideicom-
missum conditionale, nullam de ipso Vincē-
tius potest detrahere falcidiam, sed benè de
reliquis bonis restitutioni subiectis, (si quæ
adsunt) potest trebellianicam detrahere dū-
8 modo † tamen illam in fructibus non fuerit
consequutus. *Bart. in l. Marcellus. §. item Pom-
ponius num. 2. ff. ad Trebell. Cranett. cons. 16. num. 1.
vers. sed dubitatio maior. Crass. §. Trebellianica.
Quæst. vltim. Gratian. decis. 162. nu. 8.* tum etiam
quia legata non excedunt dodrantem, & quo-
9 niam prędia de quibus † agitur sunt prohibi-
ta alienari, ac propterea ex illis non detrahi-
tur falcidia.

Nec obstat, quod legitima Isabellæ Auiæ
maternæ Nicolai sit detrahenda, quia cum
Auia materna existente hęrede Vincentio fra-
tre Nicolai defuncti sit à statuto exclusa, vt in
*stat. de succ. ab intest. asc. & coll. §. ipsi quidem fra-
10 tres* dicitur etiam exclusa † à legitima *Modern.
de legit. lib. 3. tit. 1. q. 9. num. 35. cum seq. vers. contra-
ria Cæs. de Grass. decis. 4. num. 12. qui filij sint le-
gitimi. Seraph. decis. 963. nu. 9. Ludouis. decis. 136.
num. 6. Ambros. de comm. attest. decis. 3. nu. 31.* quod
11 procedit † etiam si defunctus decesserit cum
testamento, vt in hoc casu *Cæs. de Grass. d. decis.
4. num. 14. latè Rota Bononien. decis. 11. super stat.*
& ibi *Add.* & confirmatur ex statuto de *success.
lib. ascend. defic. cond. test. §. dicimus, &c.* quod ad
hoc considerat *Rota Bonon. d. decis. 11. num. 9.*

Nec illam detrahere potest Vincentius, ex
eo quia portio exclusi ei applicari debeat cu-
ius gratia excluditur à statuto *Brun. de stat. stant.
masc. art. 23. num. 46.* quia id tantum procedit,
quoad portionem à qua vocatus excludit se-
cus quando persona exclusa ius non habet,
12 quia quod non habet ab eo auferri non po-
test. Rota, quæ declarat hanc regulam *decis.
68. num. 6. & 7. penes Modern. post tract. de legit.* vl-
terius ex quo Auię maternę in bonis nepotis
13 de † iure communi nulla debeatur legitima,
sed portio hæreditatis *Auth. defuncto C. ad Ter-
tull. Aret. cons. 159. num. 22. vers. quin imò etiam,*
quia legitima numquam debetur ab intesta-
to. *Pereg. de fid. art. 36. num. 5.*

Vnde cum Vincentius hęres vniuersalis ha
beat totam hęreditatem Nicolai, & titulus
14 hæreditatis sit indiuiduus sicut est personæ
defuncti repręsentatiuus *l. hæres, & hæreditas de
vsucap. l. mortuo ff. de fideiuss. §. 1. auth. de iur. iur. à
maior. præst.* nec possit hæreditas pro parte, ac-
15 ceptari, & pro parte repudiari. *Pereg. de fid.
art. 34. num. 49. vers. ratio est. Gram. cons. ciu. 145.
num. 4.* non potest aliquam detrahere legiti-
mam, quia cum sit vnita cum reliquo Patri-
16 monio † non consideratur per se, neque di-
uisim, & separatim à reliquo patrimonio, sed
tamquam pars ipsius. *Ruin. cons. 51. nu. 13. vers.
potest aliam lib. 3. Aret. cons. 159. q. 12. Gram. d. cons.
ciu. 145. num. 4.*

Minus obstat depositio testium inductorū

ad minuendum. Primò, quia sunt † omnes singulares, & de auditu seu relatione habita post litem, & sententiam à singulo colono regitore cuiuslibet prędij, ita vt omnes reputentur pro vno de auditu, vt post *glos. & doct. relat. comprobat Surd. decis. 12. num. 11. & 12. in fin.* & relatio prædicta circa quantitatem frumēti conuincitur ne dum ex massariorum denū-
18 ciationibus † de maiori quantitate, quæ probant quantitatem propalatam fuisse recollectam, vt tenuit *Rota coram bon. mem. Card. Caualer. decis. 361. num. 1. & in Cremonen. Pensionis super valore 23. Iunij 1623. coram bon. mem. Vbaldo* Sed etiam ex confessione partis resultante ex productione folii quantitatis frumenti recollecti excedentis in duplo quantitatem à regitoribus relatam, cum probatio per scriptu-
19 ras † præualeat. *Rota decis. 552. num. 6. par. 1. & decis. 589. num. 2. par. 2. recent.*
20 Secundo, quia quatenus addant † omnes de communi iudicio & peritia nihil probant, tum quia non probatur valor per huiusmodi testes. *Rota decis. 742. num. 4. in fin. par. 2. recent. & decis. 357. num. 4. post 2. volum. cons. Farinac.* etiam si essent periti, vt firmauit *Rota in Esina damnorum & interesse 3. Decembris 1601. coram bon. me. Card. Lancellotto & in Romana rescissionis contractus 30. Nouembris 1602. coram bon. me. Card. Pamphilio.*
21 Tum quia non sunt informati † de his prędijs, & ignorant qualitatem, & quantitatem rornaturarum, & confinia *Rota decis. 20. num. 3. par. 2. recent. & decis. 100. num. 1. post 2. volum. cons. Farinac. & coram Gregor. XV. decis. 570.* & ibi *add. num. 10. & in Veliterna bonorum 4. Iunij 1621 coram bo. mem. Buratto*, & propterea dicunt figurasse partem terrarum mediocrem, & partem malam, & sic id de quo opus erat habere certam scientiam.

Tum quia depon unt de annis 1625. 1626. 1627. cum tamen valor de tempore mortis Agesilai anno 1618. probandus esset, cum ageretur de firmanda legitima debita Nicolao in eius bonis, nec ex probatione valoris
22 de vno tempore † præsertim suspecto infertur ad aliud *Seraph. decis. 1073. num. 9. Greg. XV. d. decis. 570. num. 6.* eoque minus cum proban-
23 dus sit per quinque † annos ante, & quinque post *Seraph. decis. 1340. num. 1. Rota post 2. volum. cons. Farin. decis. 256. num. 6. & in Cremonen. Prioratus 28. Iunij 1617. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Demum cum bona dictæ hæreditatis fuerint per Peritum à Vincentio iudicialiter ele-
24 ctum ęstimata standum est potius † relationi dicti Periti, circa valorem dictorum bonorū, quam depositionibus testium. *Hond. cons. 31. num. 46. lib. 1. Gratian. discept. 69. num. 22. & 26. & discept. 926. num. 16. 961. num. 11. Seraph. dec. 665. num. 7. Rota decis. 623. num. 7. par. 1. recent.* dum præsertim fuit primo à dicto Vincentio acceptata per productionem, & cum ea pariter conuenit status ab ipso deductus, & per decisiones approbatus.

Postremo cum Nicolaus sit creditor fideicommissi Agesilai patris in libris 37812. occasione solutionis debitorum eiusdem fideicommissi, & sic creditor dotis maternæ in libris 16452. quæ constituunt summam librarum 54264. & istud creditum Nicolai, quod numquam accipit diminutionem excedat valorem prędiorum legatorum taxatū respectu prædij *della Marescotta*, in libr. 27276. & alterius *del bosco*, in libris 19000. constituen valorem librarum 27276. vt in dictis calculis super statu firmato à testibus, quia sēper istud creditum excedit valorem prędiorū legatorum etiam nō comprehensa legitima librarum 46627. vt in eisdem calculis, quæ sine dubio Nicolao debetur.

Quod dicebatur de detractionibus faciendis, scilicet de rebus mobilibus consumptis à Nicolao post mortem patris de pretio bibliothecæ de bonis emphiteoticis deuolutis, de ære alieno, de legatis pijs, & similibus nullius momenti visum fuit cum singulæ sint deductæ, & positæ in debitum Nicolai in omnibus statibus, & calculis à Vincentio exhibitis & signanter in firmato à Rota.

Quo vero ad aliam partem dubij, nempè quod Vincentio liceat soluere æstimationem dictorum prędiorum legatorum licet in al-
25 lodialibus regula sit, quod hæres † cum beneficio legis, & inuentarij si vires hęreditatis suppetant, teneatur præcisè seruare factum defuncti, & tradere in specie rem legatam, maximè quando prout hic fuit adita hæreditas. *Gabr. cons. 11. num. 20. de reg. iur. Menoch. consil. 89. num. 49. & seq.* limitatur tamen ista regula si hæredi magis intersit rem legatam habere,
26 quam aliam puta si haberet † affectionem ad illam sufficit enim isto casu dare æstimationem. *Gabr. d. cons. 125. num. 12. vers. cum limitatione tamen, & vers. nisi probet sua interesse, Pereg. d. art. 33. num. 13. vers. in quibus non cadit affectio, & dixit Rota in Romana de Theodolis 10. Decembr. 1593. coram Blanchetto.* vbi in allodialibus cōsiderat alternatiuè damnum, vel affectionem, & in *Bonon. Bonorum 4. Iunij 1595. coram bon. me. Card. Pamphilio*, vbi consideratur affectio, ex-
27 congruitate † bonorum, & ex possessione antecessorū. *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita par. 4. num. 930. ad fin. vers. etiam si hæreditas testatoris, & num. 43. in fin. ff. ad Trebell. Fanuc. de inuent. par. 2. num. 90. & seq.* vbi consideratur aeris sa-
28 lubritas, & opportunitas; Vnde cum in hoc casu vnum prædium sit in medio aliorū bonorum hæredis, vel saltem contiguum, & aliud habeat nomen familiæ, *della Marescotta*, in illis visa fuit cadere verisimilis affectio, & licet simus in allodialibus, tamē Domini inclinarunt quod liceret Vincentio soluere dictam æstimationem prædiorum libr. 46276.
29 propter dictam † affectionem, & interesse ipsius. *Alber. in l. fin. §. in computatione n. 2. C. de iur. delib. cum alijs supra allegatis*, maximè attento, quod pars ipsa super hoc nō instabat principaliter.

Et ita vtraque &c.

LV-

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 7. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à patrono existente in quasi possessione presentandi ex quibus præferatur præsentato à vero patrono.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à vero patrono præfertur præsentato à patrono putatiuo existente in quasi possessione præsentandi, quando clarè constat de illius iurispatronatu, & ex quibus dicatur adesse hanc liquidam probationem.*

2 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi præfertur præsentato à vero patrono, si illius proprietatem clarè & liquido non probet.*

3 *Donans abdicat à se omne ius illudque transfert in donatarium.*

4 *Patronus Ecclesiasticus non potest donare iuspatronatus.*

5 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex cursu 30. annorum interuenisse in alienatione rei Ecclesiasticæ, & ista præsumptio influit etiam in vtilitatem Ecclesiæ.*

6 *Alienatio rerum Ecclesiæ eo ipso quod præsumitur solemnis præsumi tur etiam vtilis.*

7 *Præsumptionum multiplicatio non datur.*

8 *Limita quando vna præsumptio venit in consequentiam alterius.*

9 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi vt sit instituendus sufficit quod ordinarius non sit in causa pro libertate beneficij.*

10 *Ecclesiæ non oritur præiudicium ob multiplicitatem patronorum.*

DECISIO CXIV.

IAM per duas decisiones in hac causa factas, fuit resolutum Dominicum esse instituendum tamquam præsentatum à Martino existente in quasi possessione præsentandi *iux.tex.in c. consultationibus de iurepatronat.* hodie cum causa pro tertia vice fuisset reproposita super ijsdem Dominis placuerunt fundamenta decisionum.

Non obstat. quod quando cum præsentato, à patrono putatiuo videlicet existente in
1 possessione præsentandi concurrit† alius præsentatus à vero patrono de cuius Iurepatronatus legitimè constat, vel per confessionem, vel per rem iudicatam, vel per publicum instrumentum tunc in concursu præferendus est præsentatus à vero patrono. *Panormit.in d.cap. consultationibus num.9.Dec.cons.127.num.1. Butr. Rip., & alij*, quos sequitur *Rota decis.374.nu.4. par.1.recent.* quæ limitatio videtur benè applicari huic casui ex quo ex instrumento publico apparet vnam ex duabus decisionibus huius iurispatronatus fuisse reseruatam Vniuersitati Cappellanorum, quæ præsentauit Franciscum, qui propterea venit præferendus Do-
2 minico † præsentato à Patrono existente in quasi possessione ex iuribus supra citatis. Quia ex dicto instrumento non visa fuit resultare talis probatio adhoc, vt possit intrare dicta limitatio, ex quo illud non solum reddit turbidum, sed omnino tollitur ex donatione postea facta à dictis Cappellanis Martino senio-
3 ri cuius † donationis vigore omne ius fuit à Cappellanis abdicatum, & in Martinum donatarium translatum, vt fuit firmatum in duabus decisionibus quæ reuidentur.

Non obstat, quod patronus Ecclesiasticus
4 non † possit donare iuspatronatus quoniam eo ipso, quod adest cursus, & obseruantia 30. annorum intrat præsumptio tituli validi
5 præsumiturque † beneplacitum Apostolicum quæ quidem præsumptio influit nedum in ipsum beneplacitum, sed etiam, in vtilitatem Ecclesiæ. *Alex.cons.79,col.4.in fin. vers.fortificatur lib.1.Crauett.de antiq.temp.par.3.cap.2.vidimus in genere num.26.* & in his terminis tenuit *Rota in Mediolanen.rescissionis Permutationis coram Cardin. Pamphilio apud Marches.part.1.fol.113. nu.6.* nam eo ipso, quod præsumitur donatio so-
6 lemnis, præsumitur etiam vtilis Ecclesiæ. *Mantic.decis.101. Gregor.XV. decis.343.vbi Add. num.4.& in dicta Mediolanen. rescissionis Permutationis coram bon.mem. Card.Pamphil.* quiquidem cursus 30. annorum benè probatur ex pluribus præsentationibus effectuatis factis ab hæredibus Martini seniotis ab anno 1551. de quo ipse Martinus presentauit Pardum, vt firmatur in prima decisione in hac causa facta.

Nec obstat, quod daretur multiplica-
7 tio † præsumptionum, nempè præsumptio beneplaciti, & præsumptio vtilitatis contra *text.in l.1.C.dot. promiss.* quia vna præsumptio
8 venit † in consequentiam alterius. *Mantic.dicta decis.101.num.3.add. ad Greg.XV.decis.343. nu.5.* nec est verisimile, quod dicta donatio tam fuisset obseruata sine confirmatione legitimè sequuta.

Denique non obstat, quod Episcopus Lucanus sit in causa, quia cum hoc iuspatronatus probetur non solum per multas præsentationes continuatas & per publicũ instrumẽtum fundationis, & dotationis, sed etiam per illiusmet ordinarij cõprobationem dum ipse dedit institutionem Francisco alteri præsentato, ità vt de illius existentia dubitari nõ possit, sat est, quod non sit in causa pro liber-
9 tate beneficij ad effectum, vt † præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi veniat instituendus, vt fuit dictum in *Pampilonen. Iurispatronatus 19.Martij 1602. coram Reuerendiss.D.meo Decano, & in Lucana Cappellania 20.Maij 1594.coram Blanchetto, & in Anconitana Beneficij seu Iurispatronatus 23. Iunij 1603. coram Litta.* Vnde sua non interest, quod potius vnus, quam alter sit patronus cum ob mul-
10 tiplicitatem † patronorum non oriatur præiudicium Ecclesiæ, *Rota decis.174.num.4.par.2. recent.* & fuit dictum in prædictis *Auersana Beneficij coram Litta, & in Pampilonen. Iurispatronatus coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Reliquis vero obiectionibus fuit satisfactum per responsiones datas in decisionibus cum quibus Domini transierunt &c.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOTIS DE BELLAPANIBVS.

Luna 7. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Subreptio, vt euitetur quid sufficiat; Dos temporalis an sit præferenda doti spirituali, & in quibus casibus non sit derogatum Regulæ de iure quæsito non tollen.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio oritur ex taciturnitate illorum quæ reddidissent Papam difficiliorem ad gratia concessionem.*
2 *Altare vnum non est discooperiendum, vt alterum cooperiatur.*
3 *Papa præsumitur gratiam non concessisse si alteri infert præiudicium.*
4 *Papa nunquam præsumitur voluisse derogare iuri quæsito alterius nisi expressè derogauerit regula de iure quæsito non tollen, sed hoc limitatur in gratia de sui natura præiudiciali, vt num. 7.*
5 *Subreptio, vt euitetur sufficit Papam potuisse etiam in genere cogitare de ijs, quæ non fuerunt narrata.*
6 *Dos temporalis mulieris non est minus priuilegiata quam sit dos alicuius Cappellæ.*
8 *Præiudicium parui momenti non est considerabile.*

DECISIO CXV.

FVIT resolutum in hac causa coram me sub die 13. Nouembris præteriti Breue Sanctæ mem: Greg. XV. obtentum à Laura pro recuperatione suæ Dotis ex fructibus hæreditatis q. Statilij Pacifici esse exequendum nisi tamen obstaret inuestimentum scutorum duor. mil. ex fructibus eiusdem hæreditatis ad fauorem cappellæ Sanctissimæ Annunciatæ faciendum super quo hodie particulari dubio proposito, Domini responderunt inuestimentum prædictum non obstare.

Dicebatur enim per Informantes pro cappella inuestimentum obstare ex eo quia non fuit narratum Papæ, quod Statilius testator mandauerat, non posse de fructibus suæ hæreditatis disponi nisi priùs solutis omnibus eius debitis, ac nisi fuerint coadunata scuta duo. mil. ad fauorem supradictæ Cappellæ reinuestienda, quod si Papa sciuisset, vtique non mandasset, quod priùs soluerentur Lauræ scuta 600. pro restitutione suæ dotis, vel saltem difficilius hoc concessisset, quod suffi-
1 cit ad hoc, vt Breue dicatur † subreptitium, & propterea non exequendum *Rota decis. 739. num. 2. part. 1. decis. 423. nu. 7. part. 2. recent.* & alias sæpè.

Quod autem Papa difficilius gratiam prædictam concessisset ex eo dicebatur probari, quia inuerisimile est Papam præferendo dotem temporalem Lauræ doti spirituali Cappellæ, voluisse discooperire vnum altare, vt
2 alterum cooperiret iuxta tex. *Bart. in l. assiduis num. 4. C. qui pot. in pign. habeant.*

Imò cum Breue supradictum sit præiudiciale Cappellæ præsumendum, est quod illud
3 nō concessisset † si ei præiudiciū narratum fuisset. *Rota decis. 105. num. 2. part. 2. recent. & coram Greg. XV. decis. 150. num. 5.*

Maximè, quia ex dispositione Statilij testatoris fuerat iam quæsitum ius Cappellæ, cui propterea non potest dici præiudicium,
4 ex quo Papa non derogauit † regulæ de iure quæsit. non tollen prout expressè requirebatur *Sarnen. in Pohem. d. reg. quæst. 5. num. 5. Rota decis. 253. nu. 6. part. 2. recent. & coram Seraph. decis. 1082. num. 7.*

Quibus tamen non obstantibus Domini censuerunt prædictum inuestimentum non obstare, ea ratione moti, quia licet non fuerit facta specifica mentio de inuestimento tamen ad euitandam subreptionē sufficit, quod
5 Papa virtualiter, & in genere † potuerit de illo cogitare ad tex. *in l. qui iure militari ff. de milit. test. Felin. in cap. non nulli sub num. 18. vers. & ideò si sic est de rescript. Corne. cons. 201. num. 14. lib. 2. Rota decis. 38. num. 3. & decis. 210. num. 5. par. 1. recent.*

Quod autem Papa potuerit virtualiter, & in genere de hoc inuestimento cogitare clarè visum fuit probari ex quo in supplicatione fuerunt apposita verba, ibi, *nisi quibusdam conditionibus adimpletis*, ex quibus verbis cum de omnibus alijs conditionibus fuerit facta expressa mentio præterquam de hoc inuestimē to dicendum est, Papā potuisse de hoc etiam saltem in genere cogitare.

Non obstat inuerisimilitudo desumpta ex quo non præsumitur Papam voluisse præferre dotem temporalem doti spirituali; Quia
6 vltra quod causa dotis mulieris non est † minus pia quam causa dotis Cappellæ. *Surd. decis. 298. num. 9.* fuit etiam responsum prædicta non procedere quando, prout hic, concurrit contraria voluntas Papæ.

Minùs obstat, quod requiratur expressa derogatio regulæ de iure quæsito non tollen, quia conclusio non procedit in gratia quæ ex
7 sui † natura est præiudicialis, qualis est ista de qua agitur. Nam Papa commutando voluntatem Statilij testatoris sciebat per huiusmodi actum alicui præiudicari. *Corn. cons. 83. num. 16. vers. 3. respondetur lib. 4. Conzal. super reg. 8. glos. 36 num. 48. Cassad. decis. 1. num. 2. de priuil. Seraph. decis. 762. num. 4. & decis. 1445. num. 5. & 6.*

Denique cessare videbatur omnis difficultas, quia per huiusmodi gratiam non affertur magnum damnum Cappellæ, sed solum ei fit quoddam præiudicium dilatiuum, ex quo illius dos non tollitur, sed ad modicum tempus differtur, scilicet vsq; quo fuerint soluta scuta 600. Lauræ pro restitutione suæ dotis, & propterea, cum præiudicium dilatiuum ad modicum tempus sit parui momenti non est
8 considerabile. *Conz. super reg. 8. d. glos. 36. nu. 61. 62. Sarnen. super reg. de iur. quæsit. non tollen. qu. 19 num. 8.*

num.3.Caputaq.decis.61.num.3.part.2.Put.dec.288 num.6.lib.3.
Et ita vtraque, &c.

ROMANA VINEAE DE GRANVELA.

Luna 14. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum non recognitum nec in forma probanti nullum gradum probationis facit.*
2 *Clausula,* Constituti, *nihil operatur quoad translationem possessionis si instrumentum in quo est apposita, non sit attendendum.*

DECISIO CXVI.

POST quam fuit resolutum coram me in hac causa Ioanni Giliberto dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Vineę de qua agitur insurrexit D.Comes Frãciscus Thomas Pernottus, qui docto de suo interesse obtinuit admitti ad causam, ac deinde sibi dari dubium. An eidem in possessione dictæ Vineæ esset concedenda manutentio, quo dubio à me proposito Domini quoad vtramque partem negatiuè responderunt.

Nam dictus Comes ad obtiuendam d. manutentionem solùm nitebatur quodam instrumẽto retrocessionis ad eius fauorẽ factæ à Ioanne Giliberto cum facultate capiendi possessionem propria auctoritate, quod tamen instrumentum non visum fuit Dominis esse in forma probanti, nec esse recognitum, & propterea † nullum facit probationis gradum. *c.1. de fid. instrumentorum l. si quis in aliquo C.de edend. Oldrad.cons.227.num.6. Rota decis.145. nu.1. & 2. part.2.recent.*
1
Non obstat, quod saltem vigore clausulæ, *Constituti*, in dicto instrumento appositæ manutentio veniat concedenda dicto Comiti,
2 quia dum instrumenti fides vacillat in † eo nullum potest fieri fundamentum. *Socc. sen. cons.18.num.7.lib.3.Lancellott. de attent.par.2.c.4. limit.1.num.14. Rota decis.858.part.4.diuers.*
Et ita vtraque, &c.

BONONIEN TENVTAE DE Butrigarijs.

Luna 28. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Renunciatio ex causa dotis solemnitates non exposcit, & quid vigore statuti Bononiæ, & alia plura de filiationis probatione.

SVMMARIVM.

1 *Dotata debet dote sua esse contenta ex dispositione statuti* Bononiæ de success. liber. parr. vel matr. morr. ab intestat. in princ. & in §. illæ verò quæ dotatæ.
2 *Renuncianti ad iura renunciata non datur regressus.*
3 *Solemnitates non requiruntur, quando mulier ex contractu consequitur, quod sibi debetur.*
4 *Solemnitates in contractu minorum ac mulierum non requiruntur, quando sunt maiores annorum 18. vigore statuti Bononiæ.*
5 *Solemnitates præsumuntur ex cursu 30. annorum.*
6 *Legitimitas per subsequens matrimonium ex quibus arguatur.*
7 *Probatio super legitimitate praualere debet.*
8 *Remedium quorum bonorum non datur contra titulo possidentem.*

DECISIO CXVII.

DOMINI resoluerunt, Elisabettam non fundare intentionem suam ad effectum recuperandi bona in hæreditate Iulij Cesaris Patris reperta, Quia cum fuerit à Franciſco,
1 & Laurentio fratribus dotata debet esse † sua dote contenta ex dispositione statuti *Bononia De success. liber. patr. vel matr. mor. ab intest. in principio, & in §. illa vero quæ dotata*; Stante præsertim renunciatione ex causa eiusdem dotis cum iuramento ad fauorem dictorum fratrum facta à dicta Elisabetta; Vnde non
2 potest redire ad iura, † & bona renunciata *cap. quam periculosum 7.quæst.1.l. quæritur §. si venditor ff. de ædil.ed.Bec.cons.38.nu.4.Surd.decis.106.n.19.*
Nec releuat defectus solemnitatum, Tùm
3 quia † non requiruntur quando mulier in contractu cõsequitur, quod sibi debetur prout in casu isto, in quo renunciatio fuit facta propter dotem mulieri debitam ex statuto, vt excludatur à successione. *Mantic.decis.344.n.7. & fuit dictum in Romana Saluiani 9.Decemb.1613. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Sancti Seuerini Dotis 1. Iulij 1620. coram bo:me:Vbaldo.*
Tùm etiam quia dictæ solemnitates non re-
4 quiruntur *ex eodem statuto* † *Bononiæ lib. 3. De contract. cum minoribus §. de his contractibus cum minoribus,* quando mulier est maior 18. annorũ prout in hoc casu, in quo ex Instrumento dotali apparet Elisabettam tempore renunciationis fuisse maiorem 18. annorum. Et in omnem casum omnes solemnitates præsumun-
5 tur † adhibitæ ex cursu triginta annorum vna cum obseruantia subsequuta, cum ipsi fratres habuerint, & possederint dicto tempore hæreditatem Paternam. *Felin. in cap. illud num.6. de præsumpt. Ceph.conf.47.num.13.lib.1. Dec. consil.409.num.9.*
Non obstat, quod Elisabetta prætendatur vnica filia legitima Iulij Cesaris ex Bartholomea Fornacciaria, quam duxit in Vxorem & quod prædicti eius fratres, Franciscus, & Laurentius prætendantur nati ex quadam Magdalena famula dicti Iulij Cesaris, vt videntur deponere Testes pro Elisabetta examinati Quia isti testes visi fuerunt Dominis cõuinci ex Testibus alterius partis, qui sunt plu-

res, & magis in specie deponunt, & declarant, quod Iulius Cesar suscepit dictos Franciscum & Laurentium antequam contraheret matrimonium cum Bartholomea; quam domi detinebat pro Concubina, ex quo arguitur illo-
6 rum † legitimitas per subsequens matrimonium. *cap. tanta qui filii sint legit. Gabr. conclus. 1. de legitimat.* Vlterius isti Testes deponunt de tractatu Paterno, quod fuerunt habiti, & reputati pro filijs eiusdem Iulij Cesaris, & Bartholomeę tàm ante quàm post illorum mortem, subiungendo etiam de hoc esse publicã vocem, & famam, vndè non videtur attendendum, quid dicant Testes contrarij, quod sint filij Magdalenæ Tùm quia debent preua-
7 lere probationes, & attestationes super † legitimitate. *Put. decis. 2. lib. 3. Greg. XV. decis. 248. n. 12* Tùm etiam, quia Testes pro legitimat. coadiuuantur ex fide Parochi, quod Iulius Cesar desponsauit Bartholomeam, quam pro Concubina distinebat, vt vnus Testis nempè tertius super interrogatoriis deponit audiuisse ab eodem Iulio Cesare in mortis articulo cõstituto dum prædictos filios hortabatur, vt matrẽ Bartholomeam venerarentur, & octauus Testis super articulis deponit audiuisse ab eodem Iulio Cesare, quod ipse necesse habuit desponsare d. Bartholomeam ad hoc, vt eius filij essent legitimi; Item coadiuuantur ex successione Patrui, cui verisimilitèr prædicti filij non successissent nisi fuissent nati ex Bartholomea, cum non sit verisimile, quod in parentela ignoraretur illorum qualitas prout nec est etiam verisimile, quod Bartholomea post mortem Iulij Cesaris illos apud se retinuisset, si verè non fuissent eius filij, sed Magdalenæ; Ac denique ex interuentu Iosephi Fornacciarii fratris carnalis Bartholomeæ tamquam proximioris in pluribus eorum Instrumentis, qui proculdubio, si non fuissent filij eius sororis non curasset interuenire.

Non obstat, quod dicitur ex Testibus pro legitimitate dictorum fratrũ examinatis duo, vel tres fuerint examinati sine citatione ad videndum iurare Testes, quia hoc tollitur ex facto.

Quibus omnibus addi potest, quod Elisabetta agit contra emptores dictorum prædiorum, contra quos vti titulo possidentes non
8 datur † remedium quorum bonorum, & sic non potest dici habere intentionem fundatam. *Ripa in l. 1. num. 2. vers. sed an vtile ff. quorum bonorum Gabr. cons. 31. num. 1. Personal. de interdict. quor. bon. num. 48 3.*

Et ita vtraque, &c.

CALAGVRITANA BENEFICIJ de Brignas.

Veneris 1. Iulij 1629.

ARGVMENTVM.

Beneficia Calaguritanæ Diocesis sunt adiudicãda habenti maiores qualitates ad formam Breuis Clementis VIII. & ex quibus dicatur concursus dd. maiorum qualitatum.

SVMMARIVM.

1 *In concursu debet præferri habens maiorem idoneitatem ex consecutione beneficij Curati.*
2 *Beneficium debetur in concursu habenti maiores qualitates.*
3 *Sacerdos dicitur habere maiorem qualitatem in concursu.*
4 *Senior.*
5 *Præsens in Curia.*
6 *Carens beneficio.*

DECISIO CXVIII.

CVM fuerit coram me resolutum in hac causa sub die 12. Ianuarij præteriti, Collationem Beneficij de quo agitur, vna cum possessione inde secuta ad fauorem Hipoliti Garziæ, tamquam factam infra terminum ad appellandum, ac post appellationem, ab irrationabili relatione Examinatorum de partibus per Ioannem Fernandez interpositam esse nullam, & attentatam Proposui dubium, cui Beneficium prædictum esset adiudicandũ, & Domini re maturè discussa Ioanni adiudidum esse responderunt.

Constat enim ipsum Ioannem esse filium naturalem, & patrimonialem dicti loci de Brignas per testes, qui danrur in eius *Summ. num. 5.* iuncto decreto facto à prouisore Calaguritano per quod vti filius naturalis, & patrimonialis, fuit pro legitimo oppositore declaratus, *vt in eod. Summ. num. 1.* Constat insuper esse habilem ad dictum Beneficium consequendum, vt ex fide examinatoris à Rota deputati, *qua datur in eod. Summ. num. 6.* Vnde cum in eo concurrant omnia requisita, iuxta Constitutionem fel. record. Clementis Octaui ei Beneficium prædictum venit adiudicandum.

Non obstat, quod Ioannes fuerit ab Examinatoribus Synodalibus reprobatus. Quia cum à prædictorum relatione fuerit appellatum, & nunc doceatur de illius irrationabilitate, & iniustitia, ex quo mediante examine quod ipse subiuit in Curia nedum fuerit approbatus ad simplicia, verum etiam ad Curata, vt ex dicta fide quæ datur prædicta reprobatio ei obesse non potest.

Nec obstat, quod etiam Hypolitus habeat omnia requisita à prædicta Clementina Constitutione, & propterea ei esse adiudicandum dictum Beneficium, quia cum in concursu
1 habenda sit ratio † Maioris idoneitatis, Ioannes tamquam approbatus ad Curata est præferendus Hypolito approbato ad simplicia. *Rota decis. 505. num. 1. part. 2. recent.*

Nec releuat, quod idem Hypolitus fuerit approbatus ad curam animarum ab Examinatoribus Burgeñ. Quia vltra quod huiusmodi approbatio vti facta lite pendente in Curia, & in spretum inhibitionis Rotalis, est nulla, & attentata dato etiam quod vterque sit habilis ad curam animarum adhuc tamen est præfe-
2 rendus Ioannes tamquam habens † maiores qualitates iuxta *reg. text. in c. licet ergo 3. quæst. 1. Mandos.*

Mandos. in reg. 19. de infirm. resig quæst. 15. sub numer. 21. Hoied. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 24. num. 28. & seq. Lamb. de Iurep. part. 1. lib. 2. art. 3. quæst. 10. num. 13. & seq. vsque ad num. 23. per tot. Cassad. decis. 18. num. 1. de præbend.

Quod autem Ioannes habeat maiores qua-
3 litates probatur. Primò quia est † Sacerdos
Cassan. in Cathalog. glor. mund. lib. 4. per tot.

4 Secundò, quia est † senior. *Barbat. cons. 23. nu. 14. vers. ex quo ergo lib. 1. Bald. cons. 167. in fin. vers. & in dubio lib. 4. Lambert. de Iurp. part. 3. lib. 2 art. 13. quæst. 5. num. 1.*

5 Tertiò, quia Ioannes est præsens in † Curia,
Hypolitus verò est absens *iuxta reg. 16. Cancellariæ Gonz. super reg. 8. glos. 4. num. 147. vsque ad num. 159.*

Quartò, Denique quia Hypolitus obtinet
6 aliud Beneficium Ioannes verò † non. *c. is cui de præbend. in 6. Gonz. super reg. 8. d. glos. 4. nu. 160. Rota decis. 26. num. 2. vers. item si aliquis de præb. in nouis. Seraph. decis. 767. num. 1.*

Non obstat collatio eiusdem Beneficij facta ab ordinario ad fauorem Hypoliti, quia ex supradictis constat de irrationabili iudicio, & de grauamine vltra, quod fuit nulla, & attentata, vt ex decis. in hac causa facta 12. Ianuarij præteriti.

Minùs releuat concordia inita super dicto Beneficio inter præfatum Hypolitum, & Ioannem della Prada, ac per Sedem Apostolicam confirmata, quia ex alia decis. in hac causa facta sub die 14. Martij præteriti fuit resolutum concordiam non afficere Ioannem Fernandez, & confirmationem fuisse subreptitiam.

Et ita vna tantum, &c.

MELEVITANA TERRITORII.

Mercurij 6. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Delegatio causæ facta duobus, quando vnus nō possit subdelegare alterum ad effectum, vt vnus validè pronunciet.

SVMMARIVM.

1 *Executores si sint plures deputati cum clausulis*, authoritate nostra &c. discretioni vestræ &c. & quod procedant coniunctim &c. *non potest vnus sine alio validè pronunciare, & n. 2.*

3 *Causa delegatio facta duobus efficit, vt vnus alterum possit subdelegare, & sic vnicus pronunciare.*

4 *Limita in delegatione facta cū clausulis* authoritate nostra, discretioni vestræ, & quod procedāt coniunctim, *eum eo casu, sit electa industria personæ, & sic non sit locus subdelegationi, & n. 5.*

6 *Tituli inualidi exhibitio facit cessare præsumptionem validi ex lapsu temporis.*

DECISIO CXIX.

DOMINI resoluerunt sententiam Vicarij Meleuitani reuocatoriam alterius sententiæ latæ per Thesaurarium vigore breuis si in euidentem super cōfirmatione alienationis Territorij factæ à RR. Fratribus S. Augustini d. loci ad fauorem Petri de Bissitel, esse confirmandam ex capite nullitatis sententiæ Thesaurarij, reseruato tamen, vt de reliquis in d. sententia Vicarij contentis particulariter videretur.

Nullitas enim d. sententiæ Thesaurarij visa fuit patens, ex quo lata fuit non seruata forma d. breuis, si in euidentem; Nam breue
1 erat directum † duobus executoribus nempè
Episcopo, & Thesaurario Meleuitanis cum clausulis, *authoritate nostra &c. discretioni vestra &c. & quod procederēt cōiunctim &c.* Quibus clau-
2 sulis stantibus † Thesaurarius non potuit solus absque Episcopo validè pronunciare, *cap. cum debita, & ibi DD. de rescript. Paris. consil. 41. num. 15. lib. 4. Rota decis. 624. num. 1. par. 1. & decis. 678. sub num. 1. par. 2. recen.*

Non obstat, quod quando causa est delegata duobus, vnus possit alterum subdelegare, & sic cum Thesaurarius fuerit subdelegatus
3 ab Episcopo † potuerit solus validè pronunciare, *cap. quamuis de offic. deleg.* Nam fuit responsum, conclusionem procedere in simplici delegatione, secus verò in delegatione facta
4 cum supradictis † clausulis, quia per eas censetur electa industria personarum, quo casu
5 non potest † vnus alterum subdelegare, *glos. in cap. fin. §. cæterum vers. item quando eligitur de off. deleg. Bald. in cap. fin. nu. 6. de dol. & contumac. Felin. in repert. in verb. delegatus Papæ, vel Principis, limit. 5. & 8. Vant. de nullit. ex defectu iurisdictionis deleg. num. 21. vers. aut fuisset dictum Modern. de claus. par. 1. claus. 274. num. 2. Borgn. Caualc. dec. 46. num. 384. lib. 1.*

Minus obstat, quod contractus alienationis fuerit obseruatus per triginta annos, & vltra
6 ex quo præsumitur beneplacitum † interuenisse. Quia tollitur obiectum ex quo d. Bissitel ad ostendendam validitatem d. alienationis produxit processum, vna cum supradicta sententia confirmatoria lata à Thesaurario, ex qua quidem productione facta ad dictum effectum excluditur præsumptio melioris confirmationis, seu alterius Beneplaciti ex cursu temporis. *Paris. cons. 27. num. 119. lib. 1. Aym. cons. 134. num. 44. Bellam. cons. 10. num. 20. circa fin. Seraph. decis. 1235. num. 4. Rota decis. 731. nu. 10. p. 1. diuers.*

Et ita vtraque &c.



ROMA-

ROMANA EMPHYTEVSIS.

Mercurij 15. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Descendentia à primo inuestito ad effectum, vt quis dicatur comprehensus in inuestitura ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, quando est mixta requiritur descendentia à primo inuestito, & qualitas hæreditaria.*

2 *Instrumentum optime probat contra causam habentem ab illo cuius intuitu fuit celebratum.*

3 *Hæres primi inuestiti mediante persona suorum antecessorum sufficit, quod quis sit pro consequenda re emphiteutica, etiamsi non sit hæres vltimo loco defuncti.*

4 *Hæreditatis aditio in filio præsumitur si tanquam filius, & hæres contraxit.*

5 *Hæreditatis aditio præsumitur ex promissione soluendi debitum paternum, & retentione domus hæreditariæ, & n.8.*

6 *Hæreditas per filium potest adiri intra terminum 30. annorum.*

7 *Repudiatio hæreditatis non inducitur ex patientia quod per longum tempus possideat.*

9 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*

DECISIO CXX.

DOMINI dixerunt D. Claricem habere requisita, vt possit obtinere domum de qua agitur, scilicet probare descēdentiā à primo inuestito, & se esse hæredem, quæ duo ad
1 dictum effectum requiruntur, † cum agatur de emphyteosi mixta, *Clar. in §. feudum quæst. 9. vers. quandoque, & tertio.*

Quod Clarix sit neptis, & descendens à Raphaele primo inuestito, vltra quod hoc non videtur controuerti inter partes probatur ex Instrumento celebrato de anno 1592. inter dictam Claricem, & Virginium Crescentium auctorem R.P.D. Ricciulli, in quo d. Clarix nominatur filia Gasparis filij Raphaelis pri-
2 mi inuestiti, quod instrumentum † benè probat contra R.P.D. Ricciullum à præfato Virginio causam habentem, *l. Pomponius, §. cum quis, ff. de verb. signif. Bald. conf. 466. num. 5. Rota coram Greg. XV. decis. 535. num. 2.*

Quod autem sit hæres prædicti Raphaelis inuestiti mediante persona suorum Antecessorum, quod † sufficit ad effectum, vt possit
3 obtinere d. domum licet nos sit hæres patris vltimo loco defuncti, *Clar. in d. §. feudum q. 9. vers. sed quæro, & quæst. 76. in fin. & infinitos cumulat Blas. Robl. Sall. de repræsent. lib. 3. cap. 18. num. 9. & 112.* Probatur ex eodem instrumento celebrato de anno 1592. in quo apparet Raphaelem iuniorem, & d. Claricem mediante solutione scut. 300. recuperasse vtile dominiū d. domus ab Horatio Cantuccio creditore dotis cum retrocessione Virginij de Crescentijs proprietarij, qui directum dominium, & canonem sibi reseruauit, ex quo benè resultat qualitas hæredis in persona d. Claricis, cum ea successerit Raphaeli iuniori; Quin etiam Domini existimarunt probari eam esse hæredem Gasparis Patris, qui fuit hæres Raphaelis prout constat ex instrumento celebrato de anno 1577. die 15. Maij quod datur in *Summ. Claricis num. 3.* in quo legitur Gasparem vti filium, & hæredem Raphaelis promisisse soluere debitum ipsius Raphaelis ad beneplacitum Virginij de Crescentijs proprietarij, qui sibi reseruauit facultatem ponendi insignia in domo emphyteutica, ex quo sequitur Gasparem hæreditatem paternam adiuisse, non so-
4 lum, quia contraxit vti filius, † & hæres patris, sed etiam, quia promisit soluere paternum
5 debitum, † & retinuit domum cum facultate concessa proprietario apponendi insignia ad *text. in l. 2. & ibi DD. C. de iur. delib. Rota decis. 638. num. 5. par. 2. recen.*

Non obstat, quod de anno 1570. Horatius Cantuccius creditor Raphaelis fecerit dare Curatorem hereditati iacenti, & deuenerit ad subhastationē, quia ex hoc non infertur, quod Gaspar postea non adiuerit hæreditatem cum
6 haberet tempus † 30. annorum ad deliberandum, *Rota decis. 766. num. 4. vers. & cum eis par. 2. recent.* & in fortiori, quod ex patientia, quod hæreditas per alium possideatur cum diutur-
7 no tempore non inducatur † repudiatio, *Alex. cons. 88. num. 3. lib. 3. Rum. cons. 162. num. 9. & seq. lib. 3. Pereg. cons. 55. num. 11. vers. vnde infert, Bart. lib. 4.* Præsertim cum hæredes non fuerint citati, ideo ex datione Curatoris non potest inferri ad repudiationem, & sat est (prout dictum est supra) quod de anno 1577. vti filius, & hæres patris promiserit Virginio Crescentio proprietario soluere debitum pater-
8 num, † & retinuerit domum, *Rota d. dec. 638. num. 5. par. 2. recent.* accedente etiam, quod postea de anno 1592. Clarix, & Raphael iunior soluerunt supradicto Horatio Cantuccio pro eius credito scuta 300. & recuperarunt vtile dominium domus cum retrocessione eiusdem Virginij Crescentij proprietarij, qui promisit litem non inferre, prout ex instrumento, quod datur, cui quidem promissioni Virginij, R.P.D. Ricciullus, qui ab eo causam
9 habet † contrauenire non potest, *d. l. Pomponius §. cum quis, cum seq. ff. de acqu. poss. l. ex qua persona ff. de reg. iur.*

Denique considerarunt Domini, quod ipsemet R.P.D. Ricciullus dum emit proprietatem fassus est viuere Claricē, & quatuor alias personas ex vocatis in locatione, & teneri voluit ad solutionē ratæ pretij deficientis ratione personę ex dictis quinque si non viuerent, vt in *d. Sum. Claricis num. 6.* & sic approbauit non solum personam Claricis, sed aliorum quatuor, & vltimus recepit Canones ab ipsa Clarice, vt apparet in quietantia, quæ datur in *d. Sum. num. 7.*

Ex quibus simul iunctis visum fuit Dominis clarè constare Claricem esse neptem, & hære-

hæredem Raphaelis primi inuestiti, & sic habere requisita, de quibus supra &c.
Et ita vtraque &c.

SABINEN. CASTRI VACHVNAE.

Mercurij 13. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Oris aperitio quando non sit necessaria ex quo agatur de contractu læsiuo.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, sublata, *non obstat quominus quis possit audiri super læsione.*
2 *Clausula*, sublata, *tanquam accessoria non ampliat concessionem, nec eam extendit vltra limites gratiæ.*
3 *Oris aperitio non est necessaria ad probandam læsionem.*

DECISIO CXXI.

PRAECLARAE mem. Card. Henricus Caetanus, & Excellentissimus Dux Petrus eius frater obtenta licentia à fel. record. Clemente VIII. vendendi Castrum Vachunæ subiectum fideicommisso Comitissæ Carpensis eorum auiæ cum hac conditione nempè (accedente cōsensu aliorum de familia ipsorum præsentium, & absentium) illud vendiderunt bon. mem. Comiti Spatæ. Sed quia Illustrissimus D. Cardinalis Aloysius, & Excellentissimus eius frater modernus Dux Sermonetæ vti comprehensi in d. fideicommisso prætendebant, ne dùm dictam venditionem fuisse læsiuam, sed nec etiam Papam per huiusmodi licentiam illis voluisse præiudicare, cum eorum consensus non interuenerit, ex quo de tempore gratiæ allegabant se in infantili ætate fuisse constitutos, propterea à fan. mem. Greg. XV. obtinuerunt aperitionem oris cum clausula, *arbitrio Rotæ*. Vnde proposito à me sæpius dubio, An esset necessaria oris aperitio, & nulla vmquam capta resolutione, tandem eo hodie proposito Domini resoluerunt, quoad probandam læsionem nō esse necessariam oris aperitionem, reseruato, vt videretur; an esset necessarius consensus infantium, & consensus patris suppleret.

Quod non sit necessaria oris aperitio ad effectum, vt Domini Caetani possint probare læsionem DD. ex hoc deducebant, quia iste casus non comprehenditur in litteris Clem. 8.
1 & ideo clausula, *sublata* † non obstat, quo minus ipsi possint audiri super læsione, & facere suas probationes, *Pereg. de fideicommiss. art. 52. num. 89. Mart. de clausul. par. 1. clausul. 176. n. 17. Gonz. super reg. 8. glos. 66. n. 30.* vbi expresse dicit, hanc clausulam tamquam accessoriā non ampliare cōcessionem, seu dispositionem principalem,
2 nec se extendere † vltra limites gratiæ, seu dispositionis principalis, *Mart. loc. cit. Rot. dec. 300. in fin. par. 3. diuers. & fuit decisum in Calaguritana motus proprij de Victoria 15. Iunij 1592. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Valentina decimarum 9. Iunij 1597. coram eod.*

Non obstat, quod ad obtinendam oris aperitionem non sufficiat simplex læsio, sed multo maior sit probanda, quia cessat obiectum, ex quo, vt dictum est supra, non est necessa-
3 ria † oris aperitio ad probandam d. læsionem, quam DD. Caetani intendunt probare fuisse magnam, & excessiuam.
Et ita vtraque &c.

TVLLEN. REFORMATIONIS.

Lunæ 18. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ, quando dicantur iustificatæ. Episcopo attestanti de actu extraiudiciali sibi commisso, an credatur.

SVMMARIVM.

1 *Approbatio, vel reuisio præsupponit substantiam rei quæ approbatur, vel reuidetur.*
2 *Scriptura non est in forma probanti si sit extracta à Notario de illa non rogato.*
3 *Episcopo attestanti de actu extraiudiciali sibi commisso creditur.*
4 *Scriptura informis contra illam approbantem probat.*
5 *Processus integritas præsumitur nisi contrarium probetur.*
6 *Subscribens censetur approbare omnia contenta in scriptura.*
7 *Negatiua est probanda ab eo, qui in ea se fundat.*
8 *Reditus ad ius antiquum est facilior.*
9 *Disciplina vetus, & regularis vbi collapsa est veniit instauranda.*
10 *Consensus Monachorum, quando in aliqua re censeatur præstitus nō solum ab vti singulis, sed etiam conuentualiter.*
11 *Probatio per scripturas præualet probationi per testes.*
12 *Gratia præsumitur obtenta ab eo cuius nomine cantat.*
13 *Amplia si ad ipsius instantiam fuerit executioni demandata.*
14 *Monachus in vno monasterio professus potest de licentia superioris ad aliud monasterium transferri.*

DECISIO CXXII.

LITTERAS Reformationis fel. rec. Pauli Papæ V. & Greg. XV. iustificatas esse Domini sub die 30. Martij præteriti, & hodie reproposito dubio super eisdem vnanimiter responderunt per rationes ponderatas in præcedenti decisione non obstantibus vltimo loco deductis pro parte Abbatis, & Capituli non acquiescentium decisioni prædictæ.

Non obstat, quod narratiua susceptæ Reformationis de consensu Abbatis non possit iustificari ex instrumento confecto de anno

-no 1611. in Sum. Cõmunitatis in alia positione dato num. 4. eum statuta videantur condita de anno 1616. Quia obiectum cessat ex facto, ex quo re vera statuta emanauerant de anno 1611. quo tempore Abbas reformationi consensit, de anno vetò 1616. illa reuisa, & approbata fuerunt à Generali, quæ approba-
1 tio, † & reuisio præsupponit eorumdem statutorum præexistentiam cum alias non potuerint approbari, nec augeri, *l. nam, & si, ff. de inius. rupt. test. cap. ad dissoluendum, ibi not. de spons. in cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. & in cap. ex part. de constit. Guid. Pap. decis. 629. nu. 12. vers. quia quod non est.*

Non obstat, quod scriptura in qua nititur decisio, quæ reuidetur pro iustificatione primæ narratiuæ non sit in forma probanti tan-
2 quam extracta à Notario † de illa non rogato, quia hodie datur originalis informatio Episcopi Virduneñ capta de ordine Congregationis Episcoporum, & Regularium, in qua est inserta de verbo ad verbum d. scriptura, quæ prætenditur informis, cui originali informationi Episcopi fides est adhibenda etiamsi
3 testibus careret cum Episcopus † attestetur de actu extraiudicialiter sibi commisso à Congregatione, *Bero. conf. 88. num. 21. lib. 1. Neuiz. conf. vlt. num. 3. & 10. Menoch. conf. 114. num. 10.* Præsertim, quia extracta fuit à Notario solito extrahere instrumenta, etiam producta pro Abbate, & Capitulo, itaut illius legalitas cen-
4 seatur † à partibus approbata, *Card. Caual. decis. 640. num. 10.* Quæ informatio Episcopi præsumitur integra, donec per Abbatem, & Ca-
5 pitulum † contrarium probetur, *Rota decis. 64. num. 4. par. 1. diuers. Card. Caual. decis. 335. num. 1. & decis. 512. num. 7. Greg. XV. decis. 59. num. 1. & ibi Add.*

Narratiua, quod Abbas, & Conuentus Iustimontis, & Saluiæ Vallis susceperint statuta probatur ex eadem Informatione Episcopi; item ex mandato procuræ facto fratri Aegydio Martino nomine Conuentus Iustimontis, ad acceptandam huiusmodi reformationem, cuius vigore postmodum per modernum Abbatem Generalem prædictus Conuentus fuit adiunctus prædictæ Communitati, & Reformationi, cui adiunctioni etiam d. Abbas Iustimontis consensit, & cum omnibus Religiosis eiusdem Conuentus se subscripsit, vt ex Iuribus in Sum. Communitatis in hac posi-
6 tione dato *num. 4. & 5.* per quam † subscriptionem vtique acceptarunt omnia, & singula contenta in mandato, *Gab. conclus. 3. num. 1. de præsumpt. Seraph. 973. n. 1.*

Non obstat, quod quam plura ex his, quæ fuerunt statuta non sint conformia antiquo rigori, & non fuerint obseruata, quia contrarium apparet ex d. relatione Episcopi Virduneñ, cui est deferendum nisi contrarium pro-
7 betur † quāuis consistat in negatiua, *Alex. conf. 37. num. 13. lib. 2. Rota decis. 362. num. 2. par. 1. in rec. Caual. dec. 315. n. 5.*

Non obstat, quod si d. Summi Pontifices sciuissent prout ipsis fuit tacitum statuta antiqua fuisse modificata per Iulium II. quoad esum Carnium, vtique dictam reformationem non confirmassent, quia imò à d. confirmatione non se retraxissent, cum facilior sit
8 reditus † ad ius antiquum, *glos. in cap. statutorum verb. numerandum de præb. in 6. Sac. Concil. Trid. sess. 25. cap. 1. de regul.* in illis verbis (vbi
9 collapsa † est vetus, & regularis disciplina instauretur.)

Non obstat, quod non doceatur de consensibus Conuentualiter præstitis à Conuentibus Saluiæ Vallis, & Iustimontis, quia contrarium apparet ex iuribus datis in sum. Communitatis num. 5. in quo legitur, quod Abbates, & Conuentus prædicti dederunt mandatum procuræ ad obtinendum à Sede Apostolica confirmationem d. reformationis, in quo mādato sunt subscripti dicti Abbates, & Priores, & omnes alij fratres dictorum Conuentuum,
10 qui consensus † propterea censentur præstiti, non solum vti singuli, sed etiam Conuentualiter, *Gabr. conclus. 1. num. 3. & 9. de cuiusq. vniuers. nomine.*

Non obstāt testes in Curia nuper examinati pro parte Abbatis, & Capituli, dicētes non interuenisse consensum Abbatum, & Conuentuum, quia magis est standum scripturis, quā testibus, & præsertim magis est credendum dictæ informationi datæ per Episcopum Virduneñ de ordine Congregationis, prout magis est standum confirmationi statutorum factæ per Abbatem Generalem, & hæc proba-
11 tio † per scripturas in concursu cum testibus debet præualere, *l. census, ff. de probat. Crauet. conf. 54. num. 15. Rota decis. 582. num. 6. part. 1. recent.*

Non obstat, quod obijcitur contra litteras Gregorij non probari Abbatem dedisse mandatum ad supplicandum, quia cum expeditio non potuerit fieri absq; expresso Abbatis cōsensu ex quo gratias esset difficilioris concessionis istis concurrentibus gratia præsumitur
12 obtenta ab eo cuius † nomine cantat, *iuxta decis. relatas ab Add. & decis. Gregor. 331. num. 19.* stante maximè executione dictarum litterarum subsequuta in partibus ad instantiā dicti
13 Abbatis, qui hoc modo easdem litteras approbauit, & se fuisse Oratorem fassus fuit, *l. filius fam. ff. ad Maced. Bart. in l. cū tabernam, §. idem quæsiuit in fin. ff. de pign. Caual. decis. 26. sub n. 4.*

Denique non obstat, quod non possit iustificari narratiua, quod Petrus Claudius, & alij essent Monaci Sancti Pauli, & Saluiæ Vallis, cum doceatur istos emisisse professionem in alijs monasterijs, quia Monacus in aliquo
14 monasterio professus potest † de licentia superioris ad aliud monasterium transferri, *cap. licet quibusdam de regular.* & sic cessat impotentia exaduerso allegata.

Et ità vtraque &c.



RECA-

RECANATEN. DOTIS.

Veneris 22. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.
Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas actus allegari non potest ab eo, qui ipsi actui consensit.*
2 *Obligationis Cameralis vigore agitur contra debitorem debitoris.*
3 *Creditor potest vti anterioritate sui debitoris.*
4 *Confessio de recepta dote facta à viro testatore iunctis adminiculis probat receptionem.*

DECISIO CXXIII.

FVIT resolutum in hac causa sub diebus 16. Iunij, & 22. Nouembris præteriti, D. Antonio Cruciano dandum esse mandatum de manutenendo in possessione prædij, de quo agebatur; Nunc prosequendo disputationem in petitorio proposui dubium, An executio facta super d. prædio esset reuocanda, & DD. negatiuè responderunt.

Siquidem visum fuit constare de illius validitate, ex quo facta fuit seruatis seruandis cū omnibus requisitis, ac cum interuentu Bartholomæi debitoris, qui subhastationi, & adiudicationi consensit, ex quo sequitur, quod
1 nunc † aliqua nullitas allegari nō possit, *Alex. in l. Iustè num. 16. fal. 3. ff. de acq. poss. Roman. cons. 87. in prin. Vant. de nullit. tit. fin. n. 27.*

Iustitia quoque visa fuit patens, cum ea pendeat à iustitia mandati, quod benè ex actis iustificatur; nam cum Bartholomæus, & Cæsarea occasione administratæ tutelæ Theobaldi tenerentur soluere debitum tutelare, prout se obligauerant per instrumentum obligatione Camerali vallatum, vigore illius nedum poterat relaxari mandatum contra bona supradictarum Bartholomæi, & Cæsareæ; verùm etiam contra bona hæreditaria Antonij Ceuoli eiusdem Cæsareæ viri, & debitoris, cum vigore obligationis Cameralis possit agi
2 etiam contra † debitorem debitoris, *Paris. cons. 107. num. 88. lib. 3. Rota in Romana consignationis sequestri, Ven. 16. Ian. 1598. coram bon. mem. Cardin. Lancellotto relat. post Zacch. de obligat. Camer. decis. 7. n. 1.* ex quo sequitur, quod siue prædium, super quo facta fuit executio, fuerit in bonis Cæsareæ, siue in bonis Antonij adhuc executio, & deliberatio de eo facta sustinetur tamquam facta in bonis debitoris, debitricis.

Non obstat, quod Maria tamquam creditrix anterior Bartholomæi pro sua dote esset præferenda Theobaldo creditori posteriori. Nam fuit responsum, quod licet Theobaldus respectu Mariæ sit creditor posterior, tamen cum ipse egerit contra Cæsaream, quæ occasione suæ dotis in prædio, de quo agitur, erat creditrix anterior Maria, ad excludeń ipsam Mariam potest vti anterioritate Cæsareæ, cum
3 ipse tanquam creditor † possit vti iuribus suæ debitricis, *Castren. in l. si cui, n. 1. C. de non num pecun. Mandel. cons. 447. nu. 32. Bot. coram Greg. XV. decis. 362. num. 10.*

Minus obstat, quod non constet de credito anteriori Cæsareæ in bonis Antonij eius viri. quia quo ad creditum illud probatur ex confessione ipsius Antonij facta in eius testamento, quæ confessio licet de per se non sufficiat,
4 tamen † cum sit adminiculata ex pluribus receptis antea factis ab Antonio, quæ dantur in nouo summario Antonij Crucciani *num. 1.* optimè probat *Aym. cons. 40. num. 4. Bero. cons. 60. num. 43. lib. 2. Mohed. decis. 2. num. 2.* quo verò ad anterioritatem ea pariter iustificatur, quia creditum Cæsareæ prouenit ab anno 1565. creditum verò Mariæ ab anno 1594.

Denique non obstat, quod debitum tutelare Cæsareæ non iustificetur, ex quo non præcessit liquidatio, nec redditio rationis administratæ tutelæ. Quia obiectum tollitur, ex quo in instrumento legitur, quod fuerunt visa, & solidata computa, & debitum tutelare remanere in scutis 1237. prout ex Instrumento, quod datur in *Summ. Cruciani num. 2.*

Et ità vtraque &c.

TOLETANA PENSIONIS.

Mercurij 27. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Ex quibus dicatur cōmissio effecta communis.

SVMMARIVM.

1 *Commissio non dicitur effecta communis sine citatione ad dicendum contra commissionem.*
2 *Commissio non dicitur effecta communis nisi quando impetrans reproduxit citationem ad dicen. contra commissionem.*
3 *Limita quando constat quoquo modo impetrantem fuisse vsum d. commissione, & ex quibus id constet num. 4.*
5 *Commissio quando est effecta communis pars ea potest vti etiam inuito impetrante.*
6 *Et sufficit ad firmandam iurisdictionem citatio facta in terminis substantialibus.*
7 *Examen peractum ante citationem factam in terminis substantialibus dicitur nullum.*
8 *Citatio ad dicendum contra in terminis substantialibus conualidat iurium productionem, & iura dicuntur de actis n. 9.*

DECISIO CXXIV.

POST quam per binas resolutiones fuit firmatum dandam esse declaratoriam contra D. Antoniū de Sancto Vincentio ob non paritionem litterarum executorialium, vt in decisionibus sub diebus 16. Iunij, & 10. Nouembris præteriti idem Antonius obtinuit. Tertio audiri super eisdem, & causa reproposita, Domini ex eisdem rationibus in decisis steterunt.

Nec

Nec visa fuit obstare toties decantata nullitas defectu iurisdictionis ob non executam citationem ad dicendum contra commissio-
1 nem, sine qua † commissio non fuit effecta communis, & consequenter Ioannes ea vti non potuit inuito Antonio impetrante; quia
2 licet vera sit conclusio commissionem † non posse dici effectam communem nisi quando impetrans reproducit citationem ad dicendū contra commissionem, vt tenuit *Rota in Salamantina Pensionis, Veneris 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo, & in Romana pecuniaria de Guicciardinis Ven. 19. Nouembris 1610. coram R.P.D. meo Pirouano apud Marchesi. de commiss. fol. 172.*
3 Tamen ea limitatur, vt nō procedat †, quando quoquo modo constat impetrantem fuisse vsum dicta commissione, scilicet quando illius vigore deuenit ad plures actus positiuos, tunc enim absque d. citatione ad dicendum contra, commissio dicitur effecta communis ad effectum, vt altera pars citare possit ad dicendum contra commissionem, & firmare iurisdictionem, & sic se habet antiquus stylus Rotæ, de quo testatus fuit Reuerendissimus D. meus Decanus. Et ratio est, quia ex dictis actibus positiuis resultat commissionis appro-
4 batis tacita, † quæ sufficit ad hoc, vt illa dicatur effecta communis, *iux. Felin. in cap. non nulli §. sunt, & alii num. 2. vers. ex quibus latè concludunt, & vers. limita hanc fallentiam de rescript. Mohed. decis. 4. in fin. cod. tit. Rota in Hispalen præeminentiarum 8. Nouembris 1618. coram bon. mem. Vbaldo.*

In præsenti autem casu (prout etiam in alia decisione dicebatur) concurrunt plures actus positiui facti ab Antonio impetrante. Primo quia vigore d. commissionis obtinuit citationem cum inhibitione. Secundo dedit mandatum, in quo fassus fuit causam ad eius instantiam pendere in Rota. Tertiò eius Procurator in vim d. mandati comparuit in iudicio, acceptauit mandatum, & protestatus fuit nihil fieri, nisi ipso citato. Quarto idem Procurator postea citatus dixit generalia contra. Quinto denique maximas expensas fecit, tam pro interpretatura, & rubricatura, quam pro defensione causæ. Qui quidem actus licet separatim sumpti forsan non sufficerent, tamen Domini non dubitarunt, quin ex eis simul iunctis non fuerit inducta tacita illa approbatio commissionis de qua supra.

Firmato igitur, quod commissio fuerit effecta communis, sequitur, quod Ioannes po-
5 tuerit ea vti † etiam inuito Antonio impetrante, vt tenuit Rota *in præcitatis decisionibus Salamantina pensionis coram Bubalo, & Romana Pecuniaria de Guicciardinis coram Reu. P. Domino meo Pirouano.* Vnde ad firmandam
6 iurisdictionem sufficit citatio ab eo facta † in terminis substantialibus. Rota *in Bracaren. Monasterij 19. Nouembris 1603.* in qua fuit recessum ab altera *sub die 27. Nouemb. 1600. coram bon. memor. Cardin. Sacrato*, & optime facit decisio Reuerendissimi D. mei Decani *in Taurinen. Decimarum 4. Decembris 1606.* alias allegata.

Non obstat, quod acta facta medio tempore, scilicet à die impetratæ commissionis, vsque ad diem citationis ad dicendum contra, in terminis substantialibus sint nulla tāquam facta coram Iudice carente iurisdictione. Quia fuit responsum per Dominos cum hac distinctione, aut fuerunt examinati testes, &
7 examen est nullum, nec † potest saluari per citationem in terminis substantialibus, quia in iis non datur terminus particularis ex quo dictum examen possit conualidari. Aut verò fuerunt producta iura, & per citationem ad
8 dicendum contra † in terminis substantialibus conualidatur d. productio, quia ne dum citatur ad dicendum contra commissionem, sed etiam in specie ad dicendum contra iura producta, per quam citationem saluatur productio primo loco malè facta.

Applicando igitur distinctionem, in casu de quo agitur non fuerunt examinati testes, sed solum fuerunt producta iura, quæ postea in termino citationis ad dicendum contra in terminis substātialibus fuerūt in actis repetita. Vnde per dictā citationem ad dicendū cōtra in terminis substantialibus reualidatur pro-
9 ductio, † & iura dicuntur de actis, *Cæs. de Graf. decis. 3. num. 7. de restit. spoliat. Add. ad Gregor. XV. decis. 209. num. 8. & decis. 300. n. 4.*

Et ità vtraque &c.

TVLLEN. REFORMATIONIS.

Mercurij 4. Iulij 1629.

ARGVMENTVM.

Remissoria multoties non conceditur vt in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur ad probandum per testes, quod probari potest per scripturas; vel quod iàm fuit probatum per publica instrumenta n. 2.*
3 *Probatio per instrumenta præualet probationi factæ per testes.*
4 *Remissoria non conceditur ad probandam obseruantiam contrariam litteris Apostolicis, & interpretationi rotali.*
5 *Decretum irritans omnem obseruantiam contrariam irritat.*
6 *Remissoria non conceditur quando articuli continent materiam obiectiuam nisi adsit magnus fumus, vt saltem faciat semiplenam probationem.*

DECISIO CXXV.

CENSVERVNT Domini non esse dandam remissoriam Abbati, & Capitulo Generali Præmonstraten, nam licet ex 17. articulis per illos exhibitis quinque primi videantur releuantes, tamen non visi fuerunt tales, vt eorum respectu possit concedi remissoria, quia materia in illis articulata potest probari per scripturas, quo casu intrat regula,
1 quod non datur remissoria, † ad probandum

per

per testes id, quod potest probari per scripturas, *Rota decis. 46. de testibus in antiquis, & dec. 313. num. 1. par. 1. & decis. 45. num. 2. par. 2. recen. Greg. XV. decis. 253. num. 2.* & quia per multa instrumenta publica producta pro parte Communitatis Antiqui rigoris contrarium apparet eius, quod fuit articulatum, vnde intrat alia regula, quod non solet concedi remissoria ad
2 probandum † per testes, id, quod per publica instrumenta fuit iam probatum, *Seraph. decis. 1460. num. 3.* cum probatio per instrumenta
3 præualeat † probationi factæ per testes, *l. census, ff. de probat. Innoc. in cap. cum Ioannes num. 6. de fide instr. Crauett. cons. 54. num. 15. Rota decis. 91. num. 9. & decis. 582. num. 6. par. 1. recent.*

Quod autem respectu dictorum articulorũ remissoria non possit concedi patet.

Nam quantum ad primum, qui tendit ad probandam immemorabilem possessionem Abbatis, & Capituli generalis visitandi omnes conuentus eiusdem Ordinis non est opus remissoria cum pro parte Communitatis non controuertatur ius d. Abbatis, & Capituli Generalis in ijs, quæ non repugnant litteris Apostolicis, & offerat se paratam admittere ad visitandum Abbatem Generalem iuxta formam Capitulorum Reformationis.

Quo verò ad secundum in quo articulantur Abbates, & conuentus Iustimontis, & Saluiæ Vallis Ordinis pariter Præmonstrateñ repræsentatos per solos Canonicos ibi affiliatos non dedisse mãdatum procuræ ad supplicandum felic. record. Paulo V. pro Reformatione, non visa fuit posse dari remissoria, quia constat de instrumento mandati procuræ, quod datur in *Summ. num. 1.* & quod hæc narratiua fuerit iustificata, fuit dictum in duabus decisionibus.

Ad tertium articulum continentem generalem præmortuum non consensisse reformationi, & eius capitulis, non potest concedi remissoria eius respectu, quia contrarium probatur pro parte Communitatis ex instrumento informationis Episcopi Virduneñ dato in *Summ. num. 2.* & ex instrumento approbationis factæ per eumdem Abbatem canonizato in dictis duabus decisionibus in hac causa factis.

Quartus continens, quod primæuæ, atque antiquæ institutioni Ordinis Præmonstrateñ repugnat, quod visitatio in aliquo conuentu non possit fieri per Visitatorem Capituli generalis sine aliquo ipsi dando ab ijs, qui visitantur, non visus fuit esse talis, vt propter illum possit concedi remissoria; Cum possit probari per scripturas, & intret supradicta regula quãdo articulus potest probari per scripturas non solet concedi remissoria.

Quo denique ad quintum articulum, in quo articulatur Capitulum Generale celebratum de anno 1585. contradixisse reformationi, & ordinasse Abbati Seruatio, vt renunciaret litteris Apostolicis, illius etiam respectu non potest dari remissoria, quia potest probari per scripturas, cum acta Capituli Generalis in scriptis redigantur.

Quo verò ad alios articulos non visum fuit Dominis eorum respectu posse dari remissoriam, tùm quia possunt probari per scripturas, vt dictum est supra, tùm quia tendunt
4 ad † probandam obseruantiam contrariam verbis litterarum Apostolicarum, & interpretationi alias datæ à Rota. *Rota decis. 212. nu. 1. part. 1. recent. Greg. XV. decis. 211. num. 6.* Maximè
5 cum littera sint munitæ † decreto irritanti, per quod irritatur omnis obseruantia contraria, *cap. si eo tempore de elect. in 6. Cassad. decis. 1. nu. 7. de restit. spoliat. Gonzal. gloss. 67. num. 11. & seq. Rota decis. 41. num. 9. part. 1. recent.* Tùm etiam quia continent materiam obiectiuam, quo casu
6 non † solet dari remissoria nisi adsit magnus fumus. *Caputaq. decis. 62. part. 3. fuit dictum in Leodien. Abbatissatus 1. Iulij 1615. coram bon. mem. Card. Sacrato*, qui debet esse talis, vt faciat semiplenam probationem, *vt fuit dictum in Carthaginen. Archidiaconatus 3. Martij 1592. coram Platto & in Conchen. Archipræsbyteratus 30. Octobris 1592. coram Penia, qui licet omnino deficit.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOTIS DE BELLAPANIBVS.

Mercurij 4. Iulij 1629.

ARGVMENTVM.

Confessio de dote recepta facta à fratre mariti iam defuncti, quando solutionem probet.

SVMMARIVM.

1 *Dotis receptionem si fateatur frater mariti defuncti, & ad ipsum commodum hæreditatis pertinere, talis confessio bene probat dotis receptionem.*
2 *Testes singulares deseruiunt saltem pro adminiculo.*

DECISIO CXXVI.

NON acquiescente Rectore Cappellæ Sanctissimæ Annunciatæ hæredis Statilij Pacifici, decisioni die 7. Maij præteriti emanatæ pro executione Breuis obtenti à Laura pro recuperatione suæ dotis ex fructibus hæreditatis prædicti Statilij, Iterum proposui dubium super eisdem, & DD. ex eisdem rationibus in decisis perstiterunt.

Nec visum fuit obstare, quod deducebatur contra fundamentum decisionis, solutionem scilicet scutorum 600. factam à Laura ad cõputum suæ dotis non probari per confessionem Dominici fratris mariti, cum non agatur principalitèr de illius interesse, ex quo licet fructus hæreditatis Statilij (ex quibus Dotis restitutio fieri debet) fuerint legati ipsi Dominico postquam ad 35. annorum peruenisset, tamen eum ipse Dominicus agendo vigore fideicommissi Tiburtij Aui contra hæredem dicti Statilij, contrauenerit conditioni appositæ prædicto legato, & sic ceciderit à commodo illius dicendum est, Dominicum in dictis fructibus nullum interesse habere, &

consequenter confessionem ipsius tamquam, factam à tertiò non habente interesse, nō probare contra Cappellam hæredem.

Nam; fuit responsum, legatum factum à Statilio ad fauorem Dominici non esse incōpatibile cum fideicommisso Tiburtij Aui, & propterea ex petitione fideicommissi non fuit inducta caducitas legati, prout alias fuit resolutum in Romana de Pacificis, *intèr prædictos Dominicum, & Rectorē Cappellæ 30. Ianuarij 1626 coram bo:me: Buratto*. Vnde firmo remanente
1 interesse Dominici, illius † confessio plenè probat, maximè iunctis depositionibus testiū,
2 qui licet sint † singulares deseruiunt pro adminiculo. *Socc.cons.262. num.12. lib.2. cum alijs in prima decisione allegatis*.

Minùs obstare dixerunt Domini, quod Breue Gregorij, de cuius executione agitur, fuerit concessum in subsidium, dummodo non adsint bona libera Io: Baptistæ mariti, & propterea cum Rector indicet bona ipsius Io: Baptistæ, nempè Vineam existentem extra portam Flaminiam, vt in Summ. Rectoris *num.7.* cessat dispositio dicti Breuis. Fuit enim responsum obiectum tolli ex facto, quia tantùm abest, quod probetur, dictam Vineam fuisse liberè relictam à Io:Baptista in eius hæreditate, quinimmo constat de contrario ex testibus deponentibus, eandem Vineam fuisse ab eodem Io: Baptista alienatam, *vt in Summ. Lauræ num.2.*

Reliquis obiectionibus denuo repetitis circa subreptionem, & derogationem Regulæ de iure quæsito non tolleñ, visum fuit Dominis sufficienter satisfactum fuisse per respōsiones datas in alia decisione 7. Maij præteriti cum quibus transierunt.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Lunæ 22. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Indemnitatis releuationis promissio ex quibus dicatur valida.

SVMMARIVM.

1 *Indemnitatis releuationem potest promittere maior & sic persona sui Iuris.*

2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam quod quis voluerit indemnitates releuationem promittere.*

DECISIO CXXVII.

MARCVS Antonius Lambertinus ad effectum, vt Comites Iulius Cesar Barzellinus, & Guidantonius Lambertinus accederent vti fideiussores ad censum imponendum ad commodum ipsius scilicet pro liberatione Elefantuccij, qui pro fideiussione facta ad eius fauorem reperiebatur carceratus; promisit his verbis, illos indemnes conseruare ab omnibus tàm solutionibus annuorum censuum, quàm extinctione, seù extinctionibus illorum, ac omnibus, & singulis promissionibus obligationibus declarationibus, ac alijs, quæ pro consecutione dictarum pecuniarum per dictos Iulium Cesarem, & Guidantonium, seù illorum procuratores fient.

Facta deindè impositione census à bo: me: Maluasia super eius proprijs bonis ad illam vti fideiussor accessit præfatus Guidantonius; qui propterea pecunias recepit, & bonam fidem erga dictum Maluasiam recognouit, ipsumque indemnem ab onere dicti census intra triennium eximere, & liberare promisit, pecunias verò, vt supra per ipsum receptas pro excarceratione Elefantuccij exbursauit.

Elapso triennio Guidantonius antedictus, ægrè ferens diutius sub dicta fideiussione persistere egit in Partibus vigore supradicti Instrumenti releuationis contra hæredes, & bona dicta Marci Antonij coram V. Legato Bononień à quo mandatum de immittendo pro solutione sortis dicti census, ac pro fructibus decursis, & infuturum decurrendis, obtinuit, cuius vigore possessionem bonorum hæreditariorum adeptus fuit.

Verùm quia Hæredes prædicti prætendebant dictum mandatum ad fauorem Guidantonij relaxatum fuisse iniustum, & spoliatiuū, ipsosque propterea ad possessionem præfatorum bonorum esse reintegrandos obtinuerūt causam prætensi spolij committi in Rota R.P.D. meo Durano, qui postea præuijs decisionibus cōformibus sententiam reintegratoriam ad eorum fauorem tulit, à qua quidem sententia, cum pro parte Hæredum dicti Guidantonij fuerit appellatum, causa deinde fuit mihi commissa. Vndè proposito dubio, an sententia R.P.D. Durani esset confirmanda, vel infirmanda Domini agnoscentes resolutionem huiusmodi dubij pendere ab inspectione, an Guidantonius vigore Instrumenti releuationis indemnitatis potuerit agere executiuè tàm pro sorte principali, quàm pro fructibus decursis, & decurrendis, restrixerunt disputationem ad dictam releuationem indemnitatis, & pro nunc firmarunt illam fuisse validam reseruato tamen, vt de alijs particulariter videretur.

Validitas enim dictæ releuationis visa fuit patens, cum pro ea concurrant omnia necessaria, nempè ipsius Marci Antonij potestas, & voluntas.

Concurrit potestas, quia ipse vti maior, &
1 sui Iuris poterat absque solemnitatibus pro dicta releuatione se obligare. *vulg. Iur.*

Voluntas ipsius verò desumitur ex eodem Instrumento releuationis, quod quidem In-
2 strumentum cum habeat requisita facit † probationem probatam *ad tex. in l. cum precibus C. de probat. Tiraq. de retract. lignag. §.2. glos.1. nu.20. & seq. Rot. decis.60. num.1. par.1. recent.*

Et ita vtraque &c.

BVR-

BVRGEN. BENEFICII.

Lunæ 12. *Nouembris* 1629.

ARGVMENTVM.

Beneficium debet adiudicari habenti qualitates requisitas à constitutione Diocesis Burgeñ.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ ex quibus probetur.*
2 *Constitutio particularis loci deseruit pro lege.*
3 *Qualitates patrimonialitatis, & baccalaureatus probantur ex decis. in causa facta.*
4 *Scientia probatur ex relatione examinatorum vrbis.*
5 *Scientia quando requiritur pro consecutione alicuius beneficij requiritur de tempore primi examinis cum scientia superuenta non suffragetur; sed dicta scientia præsumitur etiam de tempore primi examinis num.* 6.

DECISIO CXXVIII.

DOMINI resoluerunt sententiam bo:me: Manzanedi latam ad fauorem Hieronymi Saenz super adiudicatione Beneficij, de quo agitur, esse confirmandam; Quia pro il-
1 lius † validitate concurrunt omnia requisita, *per Vetall.decis.*260.*par.*2.*Rot.decis.*204.*n.*1.*par.*1. *recent.*

Pro Iustitia verò concurrit Constitutio Synodalis Burgeñ, quæ præfert Patrimonialem Graduatum cæteris alijs ad Beneficium concurrentibus, dummodo tamen scientia Gradui correspondeat, Vndè cum Hieronymus habeat omnes qualitates à dicta Constitutione requisitas, eidem meritò erat adiudicandū Beneficium, cum in tali casu Constitutio de-
2 seruiat † pro lege, vt bene firmatum fuit in *decis. bo.me. Manzanedi in hac causa sub die* 10.*Decembris* 1625.

Quod autem Hieronymus habeat omnia à dicta Constitutione requisita pateo.

Nam illius Patrimonialitas, & Graduatio nempè Bacchalaureatus benè remanent iusti-
3 ficata *ex dicta decis.* † *bo.me. Manzanedi in hac causa facta.*

Quod idem Hieronymus habeat talem scientiam, quæ correspondeat gradui Baccha-
4 laureatus paritèr † iustificatur ex relatione examinatorum vrbis, quæ optimè probat. *Gonz. super reg.*8. *glos.*4. *num.*106. *Rot. decis.*8. *de probat. in nouis. Greg.XV. decis.*527. *num.*2. *& ibi Adden.num.*4.

Non obstat, quod dicta relatio examinatorum Vrbis non releuet, cum talis scientia
5 requiratur † de tempore primi examinis habiti in Partibus, non autem si fuerit acquisita post diuturnum tempus, prout in præsenti casu acquisita præsumitur. Quia placuit Dominis responsio, quod cum à primo examine habito in Partibus vsque ad examen habitum in Vrbe effluxerint solum 15. menses, tale tempus ad effectum prædictum non dicitur diuturnum, cum illud præsumatur consumptum in itinere de Partibus ad Vrbem, in obtinenda citatione cum inhibitione interpreta-
6 tura processus, & similibus † non autem in acquirenda scientia. *Rot. cor. Greg.XV.dec.*527. *num.*3. *& decis.*534.*num.*4.

Neque obstat, quod Hieronymus fuerit declaratus excōmunicatus, & incurrerit irregularitatem, Quia hoc visum fuit cessare ex absolutione, & dispensatione ab eo obtenta.

Et ita vna tantum &c.

ROMANA DOTIS DE BELLAPANIBVS.

Veneris 16. *Nouembris* 1629.

ARGVMENTVM.

Dotis nomine, quando non veniant fructus illius.

SVMMARIVM.

1 *Extensio non debet fieri de dote ad fructus.*
2 *Dictio* Dumtaxat *operatur negatiuam quoad non expressa.*
3 *Fructus ob moram nequeunt prætendi, quando ista cessat.*

DECISIO CXXIX.

CVM in hac causa bis coram me responsum fuerit pro executione Breuis obtenti à Laura pro recuperatione suæ dotis, vt ex decisionibus sub diebus 13. Nouembris 1628 & 7. Maij præsentis anni. Proposui dubium an eidem Lauræ deberentur, etiam fructus dotales, & ad quam summam, & DD. attenta dispositione dicti Breuis, negatiuè responderunt.

Moti enim fuerunt. Quia præfatum Breue loquitur de dote, nullam verò mentionem facit de fructibus, & propterea non potest ad
1 illos † extendi. *Glos. in cap. super eo in verbo intentionis de officio delegat. Rot.decis.*60.*num.*3.*par.*1. *recent.*

Maximè, quia in eo adest dictio taxatiua,
2 ibi (dotem † dumtaxat) quæ quidem dictio operatur negatiuam, quo ad non expressa. *Bart. in l. omnibus num.*1.*vers. pro cuius declaratione ff. si quis Ius.dic. non obtemper. Ias. ibidem nu.*9. *Rom.cons.*512.*num.*2. *Gemin.cons.*76. *num.*3. *vers. contrarietas.*

Non obstat, quod dicti fructus debeantur saltem proptèr moram, in qua Administrator Cappellæ fuit constitutus die quo Breue fuit contra ipsum in actis exhibitum. Quia fuit responsum, quod cum dictus Administrator non teneretur soluere dictam dotem nisi Iuris Ordine seruato, ac nisi Illustrissimus Vicarius, cui Breue erat directum sententiasset super illius executione, & deinde Rota cui causa fuerat commissa cum clausula, *Consito, quod sit locus executioni*, pro executione respondisset, nulla potest aduersus Administratorem considerari mora, & propterea ad di-

3 dictos fructus † non tenetur. *ad l. mora ff. de vsur. Ayn. conf.87. in fin. Honded.conf.50. num:21. lib.1. Rot. coram Greg. XV decis.148. num.2. & decis.622. num.5. par.2. recent.*

Et ita Laura tantum Informante conclusum.

CVSENTINA BENEFICII.

Luna 19. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Paritio sufficiens inducitur per præstationem patientiæ, vt aduersarius capiat possessionem.*

2 *Quod procedit etiam si in actis fuerit dictum se non teneri dimittere possessionem si in mandato non sit condemnatus ad cedendum.*

DECISIO CXXX.

FOELIX de Iuso obtinuit mandatum de manutenendo in possessione beneficij de quo agitur aduersus D. Abbatem Perronum, qui post intimationem d. mandati comparuit in actis, & dixit se non teneri dimittere possessionem, sed tantum præstare patientiam prout illam præstitit.

Cumque d. Fœlix prætenderet per solam patientiam à d. Petrono præstitam non fuisse sufficienter paritum, & vlterius eum teneri ad restitutionem fructuum, dedi dubium An constet de sufficienti paritione d. mādati quo hodie proposito DD. quo ad possessionem dixerunt constare de sufficienti paritione, quo verò ad fructus mandarunt, vt particulariter videretur.

Siquidem respectu d. possessionis nulla visa fuit adesse difficultas, quia cum d. Perronus, vt dictum est supra post intimationē dicti mandati comparuerit in actis, & declarauerit
1 se præstare † patientiam, quod Fœlix capiat possessionem dicitur sufficienter paruisse dicto mandato *Put. decis.244. lib.1. Mohed. decis.9. de sent. & re iud. Rot. decis.319. num.1. par.2. recen. & fuit dictum in causa Theatina seù Nullius Iurisdictionis de Atissa 2. April. 1618. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Toletana iuris decimandi 19. Nouembris 1583. coram bon: mem: Cardinali Pamphilio, & in alia Toletana Cappellaniæ 14. Aprilis 1595. coram bo: me: Cardinali Mellino* iuncta præsertim possessione per d. Fœlicem deinde capta, vt considerauit *Rota d. decis. 319. num.1. par.2. recen.*

Non obstat, quod d. Perronus dixerit se non teneri dimittere possessionem, quia cum non esset condemnatus ad cedendum, non tenebatur cedere, sed dumtaxat parere mandato cui vt dictum est sufficienter dicitur pa-
2 ruisse per d. † patientiæ præstationem absque eo, quod aduersarium ponat in possessione, vt declarat *Mohed. d. decis.9. in fin. & in Epitome Seraph. decis.754. Rot. d. decis.319. num.1. & fuit dictum in causa Burgen. Iurisdictionis 10. Decembris 1597. coram Peregrino.*

Et ita vtraque &c.

TVLLEN. REFORMATIONIS

Lunæ 26. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM,

Constitutiones Apostolicæ modificatiuæ iuris visitandi quoad Abbatem generalem non dicuntur modificare ius visitandi competens Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Papa modificans ius visitandi Abbatis Generalis non dicitur modificare ius visitandi Capitulo competens.*

2 *Papa nunquam præsumitur velle tollere ius alteri quæsitum.*

3 *Papa per quascumque clausulas generales non censetur derogare iuri alteri competenti.*

4 *Derogationes nunquam trahuntur ad ius ignoratum per Papam.*

5 *Papa dando speciales visitatores censetur alios substulisse, & quando.*

6 *Dispositio vna non debet extendi ad aliam si adsit diuersitas rationis.*

7 *Clausula,* Sine alterius præiudicio, *præseruat ius alteri competens.*

8 *Clausula,* Sine alterius præiudicio, *debet intelligi de alio præiudicio præterquam de expresso.*

DECISIO CXXXI.

CVM per duas decisiones fuisset ad fauorem Communitatis Antiqui Rigoris Ordinis Premonstrateñ, resolutum constitutiones sanctæ me: Pauli V. & Greg. XV. esse iustificatas, & pro parte eiusdem Communitatis instaretur pro expeditione causæ, excitata fuit per Capitulum Generale eiusdem Ordinis controuersia super Iure visitandi, ex quo dicta Communitas vigore dictarum Constitutionum prætendebat se esse exemptam à visitationibus faciendis per Visitatores deputatos à dicto Capitulo Generale, proposito à me dubio, cui competeret Ius visitandi, & quomodo, Domini dixerunt præfatas constitutiones non obstare, quo minus Deputati à dicto Capitulo Generali possint visitare Reformatos.

Nam, quod in hac Religione, prout in Religione Augustiniana, & aliis similibus, vt refert frater Paulinus *Bert. in prax. Crim. Canon. Regular. tit.2. cap.2. num.14. & seq.* ad sit Statutū seu Priuilegium concessum Capitulo Generali deputandi similes Visitatores patet ex Cōstitutione Innocentij Quarti data ab vtraque Parte, cuius Constitutionis, verba sunt hæc Diffinitores, & Visitatores iidem &c. in Capitulo Generale mutentur &c. adhibita tamen illa cautela, vt nesciatur à quo visitandus in-

sequen-

sequenti anno debeat visitari, Vndè videtur supponi, quod in hac religione adsint Visitatores Generales deputati à Capitulo Generali difficultas propterea restringebatur ad dictas Constitutiones, an videlicet per eas istud Ius visitandi competens Capitulo Generali fuerit modificatum, seù sublatum, & Domini illud minimè fuisse sublatum censuerunt. Quia licet dictæ Constitutiones modificent, quidem Ius visitandi competens Abbati Generali, quod scilicet ipse Abbas Generalis vna cum Preside Congregationis, vel alio per Congregationem deputando visitet monasteria Reformata non propterea Papa disponit
1 circa Ius visitandi † competens Capitulo *Ancar. in cap. tibi qui nu.2. vers. quid ergo si Papa dat specialem Visitatorem de rescript. in 6. Iaf.in l. quod in rerum §. si quis post.num.6.vers. breuitèr istis non obstantibus ff. de leg.1.Cald.conf.11. circa med.vers. nec potest dici, decens.*
2 Et ratio est, quia Papa nunquam † censetur velle tollere ius alteri quæsitum, de quo non facit mentionem nec præiudicare tertiò in eo quod non fuit expressum *ad tex. in l.2.§. meritò ff. ne quid in loco publico Surd.conf.203.n.28 & 31. Seraph. decis.1293. num.5. & seq. & fuit dictum in Toletana Annatarum impress. apud Marches. de commis.par.1. fol.443.* nec paritèr Papa
3 per † quascumque clausulas generales censetur derogare iuri alteri competenti ex Priuilegio, seù alio Iure speciali, cum derogatio-
4 nes non trahantur † ad Ius ignoratum per Papam ex defectu intentionis. *Ferret.conf.32.n.49. & 50. Paris.conf.11. num.120. 121. & 122. lib.1. Becc.conf.40.num.38.lib.3.*
5 Non obstat, quod quando Papa † dat specialem Visitatorem censeatur alios substulisse *Bald. in l.1.num,2.ff. de off.consul.Felin. in cap.Pastoralis nu.2. circa fin.vers. limita quinto de off. Iud. ordin.* Quia aduerterunt DD. Papam in præsenti casu noluisse dare speciales Visitatores Communitati, quo casu benè procedèrent dd. Iura, sed moderatum fuisse tantum, & formam dedisse visitationi faciendæ per Abbatem Generalem, per quam modificationem, seù formam Papa non censetur sustulisse visitationem faciendam per Visitatores deputandos à Capitulo Generali ex supra allegatis. Maximè stante magna diuersitate rationis intèr visitationem Abbatis Generalis, & visitationem Capituli; nam Visitatores Capituli debent facere relationes separatim Capitulo Generali, Visitatores autem Abbatis Generalis (qui in isto Ordine nuncupantur Vicarij Domini Premonstratensis, seù Visitatores permanentes) ipsi Abbati Generali, prætetea Capitulum Generale est supra Abbatem Generalem, qui præstat eidem obedientiam, & ei est subiectus, & visitatur ipsius Abbatia per deputatos iuxta ordinis Constitutiones, & ita stante huiusmodi diuersitate rationis, vna
6 dispositio † non debet extendi ad aliam *Ruin. conf.64.num.8.lib.3. Paris.conf.110. num.15. lib.3. Rolan.conf.74.num.13.lib.2.*
Demum ad confirmationem supradictorũ fuit consideratum in dictis Constitutionibus
7 adesse clausulam, † *fine alterius præiudicio*, per quam censendum est Papam præseruasse Ius visitandi competens Capitulo *Bald. conf. 104. num.3. vers. 2. dico lib.5. Seraph. decis.144. num.6. Caual.decis.328.num.4.*

Neque obstat, quod ista clausula debeat intelligi de alio præiudicio præterquam de ex-
8 presso. *Oldrad.conf.183. circa med. vers. nam illa verba lib.3.* Quia nihil fuit expressum in dictis Constitutionibus quoad Visitationem Deputatorum à Capitulo, & propterea responsio ista non applicatur.

Et ita vtraque &c.

FLORENTINA DE GVIDACCIIS.

Merc. 5. Decembris 1629.

ARGVMENTVM.

Testator non censetur respexisse ad conseruationē bonorum in agnatione quando substitutiones simpliciter fecit per vulgarem.

SVMMARIVM.

1 *Proximiorum appellatione in successione veniunt etiam fœminæ.*
2 *Quod procedit etiam si fœmina nupserit extra familiam.*
3 *Testator vnicam tantum substitutionem faciendo per vulgarem non videtur respexisse ad conseruationem agnationis.*
4 *Conditio, si sine filijs, euanescit mortuo hærede cùm filijs.*
5 *Substituti quando plures sunt per vulgarem, tunc vno admisso cessat penitus sequentium vocatio.*
6 *Vocatis proximioribus de familia simpliciter absque verbis denotantibus tractum temporis successiuum, vno semel admisso, substitutio penitus euanescit.*
7 *Substitutiones vulgares quantumuis sint multiplicatæ cùm nihil conferant ad conseruandam agnationem omnes pro vna habentur.*

DECISIO CXXXII.

CVM D. Eques Ioannes Guidaccius vti proximior familiæ de Guidaccijs prætenderet immissionē in bonis quondā Thomæ Guidaccij *ex remed.l.fin.C.de edict. Diu.Adr. toll.sub die 21. Februarij 1628.* fuit à me propositum dubium: An præfatus Eques esset immittendus, quod dubium fuit negatiuè resolutum: non acquiescente dicto Equite, iterum instante D.Camilla Guidaccia. ipsoque Equite informare recusante, pluries proposui dubium super eisdem, & Domini steterunt in decisis.

Nàm vt dictum fuit in præterita decisione, quæ reuidetur; cum Carolus filius, & hæres dicti Thomæ testatoris obierit sinè filijs legitimis, & naturalibus masculis, visa fuit intrare substitutio facta proximiorum de familia ad fauorem dictæ Camillæ, quia non extabant Franciscus, nec illius filij primo loco substituti, & ideò debet succedere dicta

Camilla Guidaccia vti proximior ipso Equi-
1 te, cum † appellatione proximiorum in suc-
cessione veniant etiam fœminæ *auth. de hered. ab intestat. §. primo Bald. cons. 334. nu. 5. lib. 3. Alex. cons. 65. num. 4. lib. 1. Paris. cons. 51. num. 12. lib. 2. Rota decis. 292. num. 1. p. 2. recent.*
2 Et hæc conclusio † procedit etiam quod
fœmina nupserit extra familiam *Paris. loco cit. num. 13. Cephal. cons. 53. n. 86. lib. 1. Gabr. cons. 195. num. 8. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 14. num. 37. Rota coram fan. mem. Greg. XV. decis. 464. numer. 8. & in Montis felicis fideicommissi 5. Iunij coram D. meo Decano.*

Et prædicta corroborantur, quia cũ testator
3 vnicam † tantum substitutionem fecerit per
vulgarem, dicendum est illum non respexis-
se ad cõseruationem agnationis *Gabr. cons. 97. num. 7. vers. ergo non potest. lib. 1. Paris. cons. 86. n. 30 lib. 2. Cephal. cons. 600. num. 37. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 5. & in dicta decis. coram fan. mem. Gregor. XV. decis. 464. num. 17.* Vnde si Carolus
filium masculum reliquisset, substitutiones
omnes tam fratris, quam filiorum fratris, &
4 proximiorum expirabant † defectu conditio-
nis, iuxta *vulg. cons. Oldrad. 21.*

Carolo verò decedente absque masculis,
vt euenit, vna tantum substitutio potuit effe-
ctum sortiri, nempè fratris, aut filiorum ip-
sius fratris, & ipsis non extantibus proximio-
rum de familia; Vno autem ex prædictis sub-
5 stitutis † admisso, cessat pœnitus sequentium
vocatio, quia vulgariter, seù per modum
vulgaris sunt substituti. *Ruin. cons. 128. sub n. 15. ad fin. lib. 3. Surd. cons. 347. num. 16. lib. 3. Laderch. cons. 3. sub num. 10. Rota par. 1. recent. decis. 357. num. 2.*

Et ideò vocatis simpliciter proximioribus
de familia absque verbis denotañ tractum
6 temporis † successiuum, perpetuitatem, &
continuationem; vno semel admisso, substi-
tutio pœnitus euanescit, *Gabr. cons. 106. nu. 26. & 29. lib. 2. Decian. cons. 10. num. 13. & seq. lib. 3. & cons. 72. num. 17. lib. 5. Cephal. cons. 447. per tot. lib. 3 Peregr. cons. 30. num. 7. in fin. & cons. 52. sub num. 9. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 34. Rot. in rec. p. 1. decis. 486. num. 5.*

Nec alicuius est considerationis, quod Te-
stator plures fecerit substitutiones inter trans-
7 uersales; quia cum sint † vulgares, quantũ-
uis multiplicatæ, nihil tamen conferunt ad
conseruationem bonorum in agnatione, sed
pro vna habentur, ex quo vna purificata, om-
nes aliæ deficiunt. *Ruin. cons. 102. num. 8. & 11. lib. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 71. n. 8.*

Non obstant coniecturæ allatæ, quia illis visum fuit sufficienter esse responsum in decisione, quæ reuidetur, cuius responsiones iterum examinatæ placuerunt Dominis, & eas hic breuitatis causa non repeto.

Et ità conclusum &c.



MELEVITANA TERRITORII.

Lunæ 3. Decembris 1629.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ex defectu citationis ad sententiam est indubitata.*
2 *Citationem fuisse executam non statur Notario cui non creditur de actu à se non gesto nec à se rogato.*
3 *Sententia non potest publicari nisi ab ipso indice vel ipso presente, alias remanet nulla.*
4 *Sententia lata ab Episcopo potest publicari ab eius Vicario cuius persona censetur vna & eadem cum Episcopo, & è contra.*
5 *Inquisitor melitæ non repræsentat personam Episcopi Meleuitani nec habet coequalem iurisdictionem.*

DECISIO CXXXIII.

IN alia decisione emanata in hac causa coram me sub die 6. Iunij præteriti, firmatum fuit, sententiam Vicarij Meleuitani reuocatoriam alterius sententiæ Thesaurarij esse confirmandam ex capite nullitatis dictæ sententiæ Thesaurarij, reseruato tamen vt de aliis particulariter videretur. Hodie verò proposito dubio super validitate eiusdem sẽtentiæ Vicarij Domini responderunt illam esse nullam.

Nullitas enim dictæ sententiæ visa fuit patens ex duplici defectu.

1 Primo ex defectu citationis † ad sententiã,
l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. 1. §. item cum ex edicto ff. qua sent. sine appell. rescind. Rota coram Greg. XV. decis. 4. num. 1. & alias millies.

Nec de dicta citatione dici potest constare ex fide Notarij causæ attestantis illam fuisse executam.

Quia cum deponat de actu à se non gesto,
2 nec à se rogato † ei non creditur, nisi constet
de relatione dictæ executionis apud acta *Becc. cons. 5. num. 5. vers. & hoc adeò Honded. cons. 31. nu. 23. & 24. lib. 2. Rota decis. 492. num. 3. & decis. 624. num. 10. par. 1. rec.*

Secundo ex defectu publicationis, nam licet sententia fuerit publicata à Notario de mandato Inquisitoris Generalis, tamen cum fuerit lata, & subscripta ab alio Iudice, nem-
3 pè à Vicario Generali † non poterat nisi ab
ipso Vicario, vel eo præsente publicari *cap. fin. de sent. & re iudic. l. 1. & 2. C. de sent. ex breu. recit. Alex. cons. 177. num. 3. lib. 7. Rolan. cons. 41. n. 32. & 37. lib. 1. Rota decis. 46. num. 2. p. 1. rec.*

Non obstat, quod dictus Inquisitor generalis repræsentet Episcopum, cuius persona censetur vna & eadem cum persona Vicarij,
4 & propterea sententia † lata ab vno possit ab
altero publicari. Quia obiectum fuit visum cessare, ex quo nullibi docetur, dictum Inqui-

5 quisitorem † habere iurisdictionem coequa-
lem Episcopo, & repræsentare illius perso-
nam.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Lunæ 10. Decembris 1629.

ARGVMENTVM.

Dos conseruanda per Patrem filiæ quando dicatur confusa cum illius patrimonio,& quãdo per legatum postea factum à Patre filiæ d.doti non censeatur renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur conseruare filiæ integram dotem pro secundis nuptijs.*
2 *Quod indistinctè procedit tam in dote soluta, & reuersa, quam in dote promissa & non soluta.*
3 *Dos ad Patrem reuersa confunditur cum patrimonio ipsius & eo mortuo, filia remanet in communione cum alijs filijs.*
4 *Procedit dicta conclusio filia volente cum fratribus ad hæreditatem paternam venire, alias non confunditur.*
5 *Renunciari non potest priori doti in præiudicium secundi matrimonij per acceptationem legati paterni.*
6 *Renunciatio doti facta à muliere remanet nulla si nõ fuerit insinuata.*
7 *Quod intellige etiam in renunciatione facta cum iuramento.*
8 *Renunciatio doti facta à muliere per acceptationem legati paterni remanet nulla si non fuit certiorata de præiudicio quod eidem mulieri inferebatur per d.legati acceptationem circa residuum dotis.*
9 *Valor rei diminuitur ex canone.*
10 *Maiores dotes passim constituuntur simulatè ad cohonestandas nuptias.*

DECISIO CXXXIV.

PROPOSITO à me dubio, an Clarici agenti ex persona Catharinæ matris deberetur residuum dotis,& sententia lata à Senatore Vrbis de voto Rotę super restitutione in integrum aduersus mandatum relaxatum à Secundo Collaterali, esset infirmanda, Domini dixerunt, deberi residuum, sed quia per informãtes præsupponebatur adesse Marcum Antonium eiusdem Catherinæ ex primis nuptijs filium, qui in dote dictæ Catherinæ communis matris potest aliquid prætẽdere, placuit Dominis reseruare, vt particulari disputatione videretur cui dictum residuum deberetur.

Quod residuũ dictę dotis Clarici debeatur,
visũ fuit clarũ, quia Pater tenetur cõseruare
1 filiæ † integram dotem pro secundis nuptijs,
iuxt. text. in auth. sed quamuis C. de rei vxor. act. Ias. in rubr. num. 11. ff. solut. matrim. Barbos. in 4. par. dearum sub num. 22. vers. illud sanè, Grat. discept. forens. cap. 882. num. 6. & seq. Rota decis. 156. num. 3. par. 2. diuers.

Quæ conclusio procedit non solum in do-
te soluta, & ad Patrem reuersa, sed etiam
2 in † dote promissa, & non soluta per Patrem
Barbos. in l. post dotem num. 33. ff. solut. matrim. Siluan. cons. 2. num. 74. vers. non refragatur Dec. cons. 35 num. 6. vers. nec obstat Grat. vbi supra num. 10. Rota in Fauentina Dotis 3. Martij 1619. coram bo. mem. Remboldo.

Non obstat, quod dos, quæ reuertitur ad
Patrem confundatur cum patrimonio ipsius,
3 & eo mortuo filia † remaneat in communio-
ne cum alijs filijs *l. fin. C. com. vtriusque Bart. in l.*
post dotem nu. 31. ff. solut. matrim. quia Castr. *in di-*
cta l. fin. num. 7. vers. secundum tempus iuncto vers.
est tertium tempus, examinando istum articulũ
concludit, quod de Iure Auth. dos ad Patrem
reuersa non confunditur cum eius patrimo-
4 nio, nisi † filia vellet cum proprijs fratribus
ad hæreditatem Patris venire; Quia tunc de-
beret conferre dotem, & residuum reportare,
& hanc opinionem tenet *Roman. in l. post dotem*
num. 69. vers. hac filia ff. solut. matrim.

Non obstat renunciatio facta per Cathari-
nam propter acceptationem legati paterni,
quoniam huiusmodi renunciatio fuit nulla,
& irrita. Tùm quia non poterat fieri in præ-
5 iudicium † secundi matrimonij ad *tex. in l. de*
dic, & l. Attilicinius ff. de pact. dot. Surd. cons. 78. n. 5
9. & 10. Vincent. de Franc. decis. 54. num. 4. Afflict.
decis. 154. per tot. Tùm quia fuit nulla defectu
6 attestationis, † vel subscriptionis iuxta statutũ
Vrbis *cap. 149. & 150. lib. 1. Grat. discept. 858. nu-*
mer. 10. & seq. Greg. XV. decis. 15. num. 5. & 6. quę
solemnitates necessario requiruntur etiam si
7 renunciatio sit facta † cum iuramento. *Rota co-*
ram Greg. XV. d. decis. 15. num. 5. & 7. Tùm etiam
quia eadem Catharina non fuit certiorata in
8 specie de qualitate legati cum prohibitione
nihil amplius petendi, & de præiudicio, quod
ei inferebatur circa residuum dotis per talem
acceptationem *l. mater C. de rei vend. Paris. cons.*
100. num. 71. lib. 1. Greg. XV. decis. 179. num. 7. Et
hinc patet etiam responsio ad confessionem
factam per Catharinam, dum fassa est, se fuisse competenter dotatam; cum sufficiat dicere, illam ignorasse grauamen sibi à Patre impositum, ex supra allegatis.

Non obstat legatum quartæ partis mobiliũ factum à Patre. Quia non docetur illa fuisse tradita Catharinæ, nec illa esse in rerum natura.

Non obstat, quod domus legata Cathari-
næ propter melioramenta facta per Patrem
excedat valorem dotis ipsius; quia ex rela-
tione Periti vltimo loco de ordine Rotæ ele-
cti, constat illam, detractis melioramentis fa-
ctis per Ioannem Dominicum vltimum vi-
rum Catharinæ, & detracto Canone, ex qui-
9 bus † valor dictæ domus minuitur *Grat. discep.*
723. num. 17. & seq. Cagnol. in l. 2. num. 243. C. de
rescind. vend. de tempore legati fuisse valoris
scutorum 2300. & sic pro supplemento do-
tis scutorum 3500. deficiunt scuta 1200.

Non obstat, quod Io. Dominico secundo

viro

viro fuerit tradita ista domus pro scutis 4000 Quia deinde huiusmodi datio fuit declarata simulata, & facta ad colorandam, & cohone-
10 standam nuptiarum conditionem † quod passim fieri solet, *vt in Romana quarti dotalis* 15. *Martij* 1624. *coram bon. mem. Buratto, & in Romana dotis* 23. *Februarij* 1628. *coram R. P. D. meo Ghislerio*.

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM.

Veneris 14. *Decembris* 1629.

ARGVMENTVM.

Delegatus quado validè procedat etiam extra locum in quo fuit delegatus. Decimæ debētur habenti exercitium curæ animarum, & quando dicatur probata consuetudo eas non soluendi.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententia ex quibus probetur.*
2 *Sententia remanet nulla si non fuerint transportata acta prioris instantiæ.*
3 *Sententia Iudicis Delegati remanet nulla si processit extra Diœcesim in qua est directa delegatio Apostolica partibus non consentientibus, num.* 5.
4 *Processus præsumitur integer.*
6 *Decima sicuti petita debetur Parocho.*
7 *Ita pariter debetur ei penes quem residet cura Parochi in tantum vt is dicatur habere intentionem fundatam de iure adinstar Parochi.*
8 *Et valeat vti iure reali coæquale cum Parocho stante quod Decima deseruiant pro dote.*
9 *Iure decimandi probato in genere decima debetur de omnibus fructibus.*
10 *Decimatio non mutatur ex mutatione seminis & plantationis.*
11 *Res aliqua non debet diuerso iure censeri.*
12 *Testes sine citatione ad viden. iurare testes dicuntur nulliter examinati & nullum probationis gradum faciunt.*
13 *Præscriptio in facultatiuis non inducitur.*
14 *Non obstante quocunque temporis lapsu.*
15 *Consuetudo non soluendi decimas non intrat nisi cū contradictione soluere debentis & acquiescentia illas recipere debentis.*

DECISIO CXXXV.

MELCHIOR Pirella tanquam Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Calagutitanę, ratione Canonicalis prębendæ de Serramanna, cui annexas habet Villas Nuraminis, & Xirdo, egit in partibus coram Vicario Calaritano contra Communitates dictarum Villarum ad decimas animalium fœminarum, arundinum, lanæ, ceræ, mellis, & maluasiæ, à quo sub die 3. Aprilis 1621. sententiam fauorabilem reportauit, nempe homines, seu Vassallos dictorum locorum, & eorum Sindicos teneri, & obligatos esse ad soluendum supradictas decimas. Quæ sententia in gradu appellationis sub die 36. Decembris dicti anni reuocara fuit; postea verò in tertia instantia fuit cotam Decano Vissellen sub die 4. Iunij 1622. confirmata prima sententia, demum causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa, dubitaui, an prima, & vltima sententia essent confirmandæ, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nam de illarum validitate visum fuit cōstare ex reuolutione processus, in quo appa-
1 ret, † omnia interuenisse requisita per *Verall. decis.* 260. *par.* 2. *Rota decis.* 204. *num.* 1. *par. prima recent.*

Non obstat vnica nullitas ex defectu citationis ad sententiam opposita cōtra primam sententiam, quia illa ex facto tollitur, dum ista citatio datur in *Summ. Pirella num.* 5.

Non obstant duæ nullitates, quæ obijciūtur contra vltimam sententiam, prima ob nō
2 transportatlonem † actorum, secundæ instātiæ iuxtà Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. §. præterea de reformat. 2. ex quo Iudex delegatus processit extra Diœcesim in qua directa fuit Apostolica delegatio con-
3 tra † dispositionem *text. in cap. statutum* §. *in nullo de rescript. in* 6.

Nam quo ad primam nullitatem de non integra transportatione actorum, illa visa fuit tolli, ex quo Communitates non probant deficientiam actorum; Vnde interim sententia substinetur propter præsumptionem, quā
4 habet † processus, quod sit integer *Rota decis.* 59. *num.* 1. *coram Greg. XV.*

Quoad secundam illa pariter tollitur ex expresso partium consensu videlicet ex comparitione hinc indè Procuratorum corā Decano Vssellen. quo stante consensu, nō est dubium, quin dictus Decanus citra vitium nul-
5 litatis † potuerit extrà locum cognoscere de huiusmodi causa, vt disponitur in dicto *cap. statutum* §. *in nullo*, & Communitates, quæ opponunt de huiusmodi exceptione deberent probare declinatoriam fori in Ciuitate Calaritana, quod non probant; immò vt dictum est supra, de contrario apparet ex dicta voluntaria Procuratorum comparitione cotam dicto Decano.

Quo verò ad iustitiam dictarū sententiarū, ea visa fuit patens; nàm cum dictus Perilla Canonicus habeat curam animarum in dictis tribus locis, seù Villis ratione suæ Præbendæ, vt benè probatur ex Testibus in Curia examinatis, qui dantur in eius *Summ. nu.* 1. sequitur, quod sicut hac ratione parocho in-
6 tegra † decima debetur, *cap. cum contingat, cap. in tua. de decimis Rebuff. q.* 7. *nu.* 4.
7 Ità etiàm debeatur ei, penes quem † cura Parochi residet, in tantum vt Canonici dicantur habere intentionem fundatam de iure ad instar Parochi, vt firmauit *Rota decis.* 677. *num.* 2. *in fin. par.* 1. *recent. Seraph. decis.* 899. *num.* 3.
8 & vti iure † reali coęquali cum Rectoribus, stante quod deseruit pro dote *Rot. decis.* 604.

in

in fin.par.2. & fuit latè *decisum in Conchen. Decimarum de Belmonte 20. Nouembris 1620. coram bon.mem. Seleucien.* quod tanto magis procedit stante quasi possessione dicti Canonici percipiendi decimas in dictis Villis probata ex ijsdem testibus, & ex alijs in partibus examinatis.

Vndè probato iure decimandi in genere,
9 debentur † decimæ de omnibus supradictis fructibus. *Ruin.cons.142.num.7.& 8.lib.5. Seraph.decis.1047.num.1.* & fuit dictum in *Comen. Decimarum 11 Marty 1611. coram bon.mem.Cardinali Sacrato*; Ex mutatione enim seminis, &
10 plantationis non mutatur † decimatio *cap.1. extrà de decimis. Rebuff.de decim.quæst.14.num.14.* vbi allegat *Hostien. in cap.tua il primo de decimis, & Anchar.in cap.cum contingat in fin. eodem titulo. Boic.in cap.peruenit eod.tit.*

Et ratio est in promptu, quia si per huiusmodi mutationem seminis mutaretur decimatio, esset in potestate serentis priuare aliquem decimis non serendo, nisi ea, ex quibus prætendit decimas non soluere, & clarũ
11 est, quod res aliqua non debet † diuerso iure censeri. *Ferrer.3.part. obseruat. cap.224. & latius cap.275.& cap.277.*

Non obstat consuetudo probata in contrarium. Quia vltra quod testes ad probandam illam inducti, fuerunt nulliter examinati ex defectu citationis, ad videndum iurare testes,
12 & proindè nullum probationis † gradum faciunt *cap.2.de test. Gregor. XV. decis.298. num.3.* fuit consideratum, quod cum versemur in facultatiuis, essetque in mera facultate Canonicorum exigere decimas de dictis fructibus, seu illas non exigere, prout magis illis
13 placuisset, nullam potuisse † induci præscriptionem *Cald.cons.3.num.3.de consuet. Roland. consil.53. num.38.lib.2.Surd. cons.127. num.81. Rota decis.536.num.4.par.2.recent. Adden.ad Greg.decis.162.num.16.* Quod procedit etiam non obstā-
14 re quocumque lapsu temporis etiam immemorabilis *Surd.post alios d.cons.127. nu.82. vers. nec reperietur in fin.& seqq. Adden. ad Gregor. loco supra citato*, sed vt possit dici inducta consuetudo, necesse esset probare præcessisse contra-
15 dictionem † dictarum Communitatum in soluendo, vna cum subsequuta acquiescentia Canonicorum *Franc.in cap.significauit nu.3. de appellat.Surd.cons.127. num.21. & 22. Seraph. decis.1086. num.1.Rota decis.530.nu.2. & 3. p.2. recentior.cum pluribus allegatis in similibus terminis in Dertusen.Vicariæ 22. Aprilis 1624.coram R. P. D. meo Merlino.*

Quæ contradictio vna cum dicta acquiescentia hic non probatur quinimmò ex testibus pro parte dictarum Communitatum datis, de contrario apparet, cum ipsi testes dicant, dictos Canonicos, & illorum Arrendatarios nunquam petijsse decimam de dictis fructibus, vnde bene excluditur dicta acquiescentia, & contradictio.

E ita vna tantum &c.

ROMANA RETRACTVS.

Lunæ 17. Decembris 1629.

ARGVMENTVM.

Constitutioni Gregorianæ super retractu vt sit locus quæ exposcantur.

SVMMARIVM.

1. *Constitutionis Gregorianæ formam non adimplens illius dispositione iuuari non potest.*
2. *Probatio maior non datur propria confessione.*
3. *Oblatio ædificandi debet fieri intra tempus præfixũ in Constitutione Gregoriana alias dicta Constitutio. ne quis non potest iuuari.*

DECISIO CXXXVI

CVM Bernardinus Vellius contenderet sibi deberi prælationem super quadam domo hæreditaria q. Tiberij Vellij instantibus ipsius Tiberij creditoribus de anno 1622. subhastata, & Dominæ Clarici Sabellæ vti plus offerenti deliberata, dubitaui quis esset præferendus, an scilicet dictus Bernardinus, aut Domina Clarix & Domini resoluerunt Bernardinum non esse præferendum.

Non obstant tria fundamenta pro obtinēda dicta prælatione per Bernardinum deducta, nempe primum ratione consanguinitatis; Secundum ratione consortij. Tertium vigore Cōstitutionis Gregorij XIII. in Bullar. 22. concedentis vicino retractum.

Non obstat siquidem primum, & secundum quia nec dicta consanguinitas, nec prætensum consortium probantur in facto, & propterea non fuit necesse Dominis ingredi disputationem, an ex illis capitibus competeret prælatio dicto Bernardino.

Nec pariter visa fuit obstare Constitutio Gregoriana, quia omissa pariter quæstione, an illa sibi vindicet locum in venditione facta subhasta, vel in alienatione voluntaria tantum, pro responsione sufficit dicere; Bernardinum dictæ Constitutionis beneficio nō posse iuuari, ex quo nō docet se adimpleuisse requisita à dicta Constitutione in §.9. vbi expresse requiritur, quod vicinus retrahere volens intra annum à die habitæ scientiæ vēditionis, debeat deponere pretium domus retrahendæ, & præstare obligationem ædificando, & propterea ex defectu non adimplementi dictæ formæ, clarum est, dictam Cō-
1 stitutionem † non suffragari dicto Bernardino, vt tenuit *Rota coram san.mem.Gregor.XV.decis.470.num.1.2. & 3.* Vbi quod hoc procedit etiam si controuersia esset in iudicium deducta.

Non obstat quod non probetur Bernardinum habuisse scientiam dictæ venditionis,
2 quia cōtrarium apparet † ex cōfessione ipsiusmet Bernardini facta in Monitorio ab eo obtento ab A. C. die 10. Ianuarij de anno 1623.

qua

qua confessione † nulla maior dari potest probatio *l. cum precum C. de lib. cauf.*

Non obstat, quod Bernardinus offerat hodie se esse paratum ædificare, quia vt dictum
3 est supra, cum † ista oblatio nou fuerit facta intra tempus à Bulla requisitum, non potest Bernardino aliquo modo suffragari *Bart. in l. 1. §. quod autem diu Prætor ff. ne quid in flum. publ. Rolan. conf. 89. num. 29. & seq. lib. 1. Rota decif. 402. num. 4. in fin. par. 2. recentior.*

Et ità vtraque &c.

NVLLIVS SEV PAMPILONEN. CANONICATVVM.

Lunæ 17. Decembris 1629.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio rotalis siue iusta siue iniusta semper est timenda & causat attentata.*

DECISIO CXXXVII.

IN alia decisione emanata in hac causa coram me sub die 22. Maij 1628. firmatum fuit electionem factã de Personis Aquarettæ & Consort. ad Canonicatus de quibus agebatur, esse cassandam. Verum quia post præfatam resolutionem Prior, & Canonici Electores non obstante inhibitione Rotali contra eos in partibus legitimè exequuta ad nouam electionem ad fauorem eorumdem Aquarettæ, & consortes deuenerunt proposui dubium, an constaret de attentatis & Domini affirmatiuè responderunt.

Moti enim fuerunt, quia cũ prædicti Electores ante electionem fuissent specialiter inhibiti non poterant postea citra vitium attentatorum ad eam deuenire cum inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta semper sit timen-
1 da & † causet attentata *Acchil. decif. 29. de appell. Caputaq. decif. 93. par. 2. bon. mem. Card. Canal. decif. 611. num. 1. & in Burgi Sancti Donnini Veneris 21. Iunij 1619. coram bon. mem. Buratto* & in materia electionis fuit decisum *in Tullen. Coadiutoria Merc. 13. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Motmano.*

Quod autem Electores prædicti fuerint inhibiti ante electionem patet quia inhibitio Rotalis fuit contra eos exequuta sub diebus 16. & 20. Augusti 1526. Electio vero emanauit sub die 26. Septembris anni 1529. & propterea tamquam facta post inhibitionem dicitur attentata ex iuribus supra citatis.

Et ità vna tantum &c.



ROMANA VINEAE DE CAPOCEPHALIS.

Lunæ 14. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM.

Possessio capta pendente termino ad appellandum, licet non sit attentata si pars non appellauit, tamen est nulla, & talis nullitas operatur, vt non sit manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probari potest ex depositione vnius testis, & ex confessione partis aduersæ.*
2 *Possessio capta intra terminum datum ad appellandum est attentata, & sic non manutenibilis.*
3 *Possessio capta intra terminum datum ad appellandum non est attentata, si postea à parte non fuerit appellatum.*
4 *Possessio pendente termino ad appellandum capta, licet ob non interpositam appellationem non sit attentata. Tamen ex quo fuit capta intra dictum terminum remanet nulla.*
5 *Possessionis nullitas operatur, vt ea non sit manutenibilis.*
6 *Pro spoliato si quis se habuerit, veluti si acquiescat possessioni captæ à parte non potest petere manutentionem.*
7 *Pro manutentione, si quis instet, non potest dici quod habuerit se pro spoliato.*
8 *Actus, qui non habuerunt effectum non nocent.*

DECISIO CXXXVIII.

PLACVIT Dominis decisio emanata in hac causa coram me sub die 26. Ianuarij præteriti, qua firmatum fuit Capocefalis dãdum esse mandatum de manutenẽdo in possessione Vineæ, de qua agebatur, quia de illorum possessione visum fuit constare ex de-
1 positione † vnius testis exaduerso pro Strinis examinati, ac pariter ex confessione dictorũ de Strinis, quarum probationum altera suffi- cit ex iuribus in dicta decisione citatis.

Nec obstare visa fuit possessio dictorum de Strinis capta vigore decreti, & mandati de immittendo, quia (vt in alia decisione dicebatur) cũ à prædicto decreto daretur appellatio,
2 possessio † indè sequuta infra terminum ad appellandum dicitur nulla & attentata, & sic non manutenibilis. *Rota decif. 225. num. 4. p. 1. recent. cum alias allegatis.*

Nec releuat quod à dicto decreto de immittendo non fuerit per Capocephalos appellatum, & propterea possessio indè sequuta
3 etiam intra † terminum ad appellandum, non dicatur attentata. Quia licet possessio antedicta ob non interpositam appellationem nõ
4 esset attentata, † attamen, ex quo fuit capta intrà terminum ad appellandum, remansit nulla. *Mohed. decif. 11. num. 2. verf. & licet postmodum de præben. Cæsar de Graff. decif. 2. num. 4. verf. sed placuit de appellat. Seraph. decif. 229. numer. 4.*
5 Quæ quidem † nullitas possessionis operatur vt

vt ea non sit manutenibilis, *Purpurat. conf.* 41. *num.* 14. *lib.* 1. *Guidop. conf.* 208. *post num.* 2. *Menoch. de retinend. poss. remed.* 1. *num.* 26. *Cassad. decis.* 5. *in fin. de surrepat. Rota decis.* 41. *num.* 1. *par.* 2. *divers.*

Minus obstat, quod Capocefali post dictam possessionem captam per supradictos de Strinis passi fuerint deputari ab A.C. alios iudices
6 in eodem statu, & terminis, in quibus † causa reperiebatur, & sic tacitè acquieuerint dictæ possessioni captæ per dictos de Strinis, & ita se habuerint pro spoliatis. Quia placuit responsio, quod cum prædictæ deputationes fuerint ad effectum cognoscendi super manutentione, & Capocefali coram eisdem Iudicibus in-
7 steterint † semper pro manutentione, nō potest inde præsumi illos se habuisse pro spoliatis. *Rota coram Greg. XV. decis.* 555. *num.* 1. *& ibi Adden. num.* 11. *per tot.*

Denique non obstat, quod altera ex dictis deputationibus Iudicum facta fuerit ab A. C. ad effectum cognoscendi super petitorio cum clausula, firmo remanente mandato de manutenendo relaxato ad fauorem dictorum de
8 Strinis. Quia obiectum visum † fuit cessare ex facto, ex eo, quia dicta deputatio non habuit effectum, cum idem A. C. eos ab ea reposuerit, & causam alteri Iudici simpliciter commiserit.

Et ita vtraque &c.

SABINEN. CASTRI VACVNAE.

Merc. 23. *Ian.* 1630.

ARGVMENTVM.

Clausula, *sublata*, contenta in alienationis licentia data à Summo Pontifice non comprehendit casum enormissimæ læsionis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, sublata, *posita in licentia alienationis non comprehendit enormissimam læsionem.*

2 *Per clausulam*, sublata, *non potest contra gratiam Principis opponi de nullitatibus.*

DECISIO CXXXIX.

DOMINI persistendo in decisis coram me sub die 13. Iunij 1629. censuerunt Dominis Caetanis non esse necessariam oris aperitionem ad effectum probãdi enormissimam
1 læsionem, quam † Papa per clausulam, *sublatam*, in licentia alienandi concessa Cardinali Henrico, & Duci Petro eius nepoti appositam, non censetur sustulisse, cum de ea nulla fuerit facta mentio, *Pereg. de fideicommiss. art.* 52. *num.* 89. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 3. quos refert, & sequitur *Fusar. de substit. qu.* 562. *num.* 11. *Bellam. decis.* 502. *per tot. cum alijs in alia decis. relatis.*

Non obstat, quod quando Papa declarat, suæ intentionis esse tollere ius alicui quæsitũ, nihilominus vigore clausulæ, *sublata*, impediatur pars dare de regula de iure quæsito non tollendo, *Seraph. decis.* 791. *nu.* 1. Quia hoc non firmatur in illa decisione, sed solum dicitur,
2 quod propter † clausulam, *sublata*, non potest contra gratiam Principis opponi de nullitatibus, extra cuius decisionis terminos visum fuit Dominis nos versari in hoc casu, cum certum sit ex supra, & alias deductis in alia decisione casum enormissimæ læsionis non comprehendi in licentia concessa Dominis Caetanis, & propterea clausula, *sublata*, non obstat, vt supra dictum est.

Non obstat, quod in venditione fuerit renunciatum enormissimæ læsioni. Quia quicquid sit de hoc visum fuit Dominis respicere merita causæ.

Non obstat denique, quod nullus detur fumus enormissimæ læsionis. Quia Domini Caetani cum velint inchoare hoc iudicium, dum illis opponitur de clausula, *sublata*, sat est, quod dicant articulum istum non comprehendi sub dicta clausula.

Et ità vtraque &c.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI De Guidaccis.

Lunæ 28. *Ianuarij* 1630.

ARGVMENTVM.

Quando sub nomine filiorum veniant fœminæ.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina comprehenduntur sub nomine filiorum etiã ad effectum excludendi in conditione positos.*
Limita quando testator prospexit ad agnationem in genere, num. 3.

2 *Fideicommissum, seu substitutio facta ad fauorem substituti deficiente conditione extinguitur.*

4 *Fideicommissum iniunctum sub conditione, si sine filijs, mortuo grauato cum filijs, expirat.*

5 *Fœmina sub nomine filiorum non veniunt quando testator respexit ad agnationem; secus quando agitur de diuersis personis.*

6 *Linea prima vocata dicitur prædilecta non solum propter prælationem, sed etiam particularem affectionem; cùm non sit in eodem gradu cum alia vocata.*

7 *Fideicommissum conditionale pro conseruatione bonorum in familia, tanquam dependens ab ea illa conditione defecta, expirat.*

DECISIO CXL.

DOMINO Equiti Ioanni Guidaccio petenti ex remedio, *l. fin. C. de edict. D. Adr. Toll.* immitti in possessionem bonorũ q. Francisci Guidaccij filij sub die 21. Iunij 1628. resolutum non esse dandam immissionem, hodie proposito iterum à me eodem dubio, & maturè discusso Domini steterunt in decisis, ex fundamentis in decisione deductis.

Benè enim visum fuit subsistere primum, & præ-

& præcipuum decisionis fundamentum desumptum ex verbis expressis testamenti ibi (prædicto Carolo hæredi suo, sic vt præmittitur, instituto quandocumq; decedenti absq; filijs) & paulò inferius (quam substitutionem in dictum euentum, quod d. Carolus decederet absque filijs) ex quibus verbis clarè apparet, substitutionem proximiorum de familia Guidacciorum fuisse factam sub conditione, nempè si d. Carolus decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, quæ conditio cum non euenerit, ex quo ex d. Carolo nata fuit Do-
1 mina Camilla, quæ † sub vocatione filiorum comprehenditur, *l. filiæ appellatione, ff. de verb. significat. Seraph. decis.* 880. etiam ad effectum excludendi in conditione positos, *Honded. cons.* 57. *num.* 25. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 1216. *nu.* 5. cum
2 alijs deductis in dicta decisione † benè resultat quod fideicommissum, & substitutio facta ad fauorem dictæ familiæ fuit extincta *iux. vulg. cons. Oldrad.* 21. *Rota decis.* 400. *num.* 2. *&* 3. *par.* 4. *diuers.* cum alijs cumulatis in dicta decisione, quæ reuidetur.
3 Non obstat, † quod licet sub nomine filiorum veniant etiam fœminę, secus tamen est, quando Testator prospexit ad agnationem in genere, *Ias. cons.* 140. *lib.* 2. *& cons.* 141. *eod. lib.* 2. *Soccin. iun. cons.* 181 *num.* 41. *lib.* 2. & latè prosequitur *Fusar. cons.* 16. *num.* 1. qui in hac causa scripsit.

Nam respondetur contrarium esse verius,
4 nempè † fideicommissum iniunctū sub conditione si sine filijs expirare mortuo grauato cum filijs, & nihil operari rationem agnationis expressam in perpetuum in substitutione, quia debet intelligi euenienta casu disposito à Testatore, *Cephal. cons.* 17. *num.* 11. *Honded. cons.* 78. *num.* 36. *&* 45. *lib.* 1. *& cons.* 45. *num.* 36. *vsque ad* 40. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 111. *num.* 16. *& seq. lib.* 1. *Cardin. Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 6. *& seq. Pereg. cons.* 33 *nu.* 9. *lib.* 3. *Old. cons.* 67. *num.* 30. vbi latè hanc conclusionem defendit *Tiber. Dec. cons.* 77. *num.* 36. *& seq. lib.* 4. *Surd. cons.* 554. *nu.* 42. *lib.* 4. *Petra de fideicomm. quæst.* 9. *num.* 182. *Molin. lib.* 1. *de primogen. cap.* 5 *num.* 37.

Secundò respondetur, quod quando fit
5 mentio de filijs eiusdem personæ, tunc † nomine filiorum non veniunt fœminæ, quando Testator respexit ad agnationem, secus autem quando agitur de diuersis personis, prout in casu isto, quia tunc nomine filiorum veniunt etiam fœminæ, *Ruin. cons.* 134. *num.* 19. *& cons.* 140. *num.* 6. *vol.* 2. *Curt. iun. cons.* 114. *num.* 20. *Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 13 *num.* 9. *Pedroc. cons.* 5. *n.* 54. *Menoch. cons.* 95. *num.* 83. *Decian. cons.* 1. *num.* 146. *vol.* 2. *Honded. cons.* 57. *num.* 33. *lib.* 1. *Sim. de Petr. lib.* 2. *interpetr.* 3. *dub.* 1. *col.* 3. *num.* 75. *Giouagn.* alios referens *cons.* 11. *num.* 22. *lib.* 2.

Et prædicta confirmantur optima ratione, quia licet Testator considerauerit conseruationem agnationis in vna linea vocando masculos, non ideò sequitur, quod voluerit conseruare agnationem in alia linea, itaut sub nomine filiorum non veniant fœminæ, quia
6 prima † linea vocata est prædilecta, nec potest in ea considerari sola prælatio, sed etiam particularis affectio, cum non sit in eodem gradu cum alia vocata, vt benè *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 37. *Surd. cons.* 448. *num.* 23. *Rimin. iun. cons.* 117. *num.* 71. *Pereg. cons.* 23. *num.* 27. *lib.* 4. *Rot. dec.* 492. *p.* 4. *diuers.*

Non obstat decisio in Romana fideicommissi de Vipera die 24. Ianuarij 1629. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Virili, vbi ex ratione conseruationis bonorum in familia fuit interpretata conditio si sine filijs decesserit, quod intelligatur de solis masculis, quia præterquamquod in eo casu concurrebant aliæ coniecturæ, quæ hic deficiunt, respondetur, quod in casu illius decisionis præcesserat fideicommissum pro cōseruatione bonorum in familia, quod non pendebat à conditione si sine filijs, sed stabat de per se principaliter, meritò cōditio si sine filijs, postea subsequens fuit interprætata de masculis, sed in casu isto præcessit conditio si sine filijs, & post illam fuit adiectum fideicommissum pro conserua-
7 tione bonorum in familia, quod † tanquam dependens ab ipsa conditione expirauit, illa defecta, *iux. decis. in Romana de Maximis* 230. *p.* 2. *diuers.*

Ratio differentiæ est, quod quando Testator in alia parte testamenti ante conditionem si sine filijs induxit fideicommissum ex conseruatione bonorum in familia, tunc illam conseruationem prospexit etiam in linea grauati, meritò conditio si sine filijs, sub qua fuit grauatus, intelligitur de masculis, sed quando ratio conseruationis familiæ est adiecta immediatè post conditionem si sine filijs, tunc quia Testator illam non considerauit in linea grauati, sed permittendo mori cum filijs grauare noluit, propterea tunc conditio si sine filijs recipit suam interpretationem legalem, vt intelligatur tam de masculis, quàm de fœminis, & iuxta illos terminos loquuntur reliquę decisiones hinc indè allegatæ, quibus fuit in alia decisione responsum.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante &c.

ANCONITANA LEGITIMAE.

Lunæ 28. *Ianuarij* 1630.

ARGVMENTVM.

Pater, si hæredem instituat filium, cum expressione, quod non possit detrahere suam legitimam, si filius acceptat testamentum paternum cum omnibus suis qualitatibus, an per hoc videatur renunciasse legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima cum sit debita de iure natura non potest prohiberi.*

2 *Filius in legitima sibi non praiudicat approbando in genere, quod fecit pater.*

3 *Onus impositum super legitima est personale, & sic non egreditur personam.*

4 Gra-

4 *Grauamen iniunctum legitimæ reijcitur ab ea ipso iure ministerio legis.*

5 *Filius nunquam reclamans, nec prohibitioni detractionis legitimæ factæ per patrem contradicens, an censeatur illi tacitè renunciasse.*

6 *Prouisio legis, vbi adest, tunc non est necessaria promissio hominis.*

7 *Testamentum acceptasse cum omnibus suis qualitatibus, quando quis dicatur.*

8 *Renunciatio proprij iuris non præsumitur nisi de necessitate inferatur.*

9 *Filius vt sibi præiudicet in legitima non sufficit acceptatio testamenti paterni prohibentis illius detractionem, sed requiritur specifica ipsius legitimæ renunciatio.*

10 *Filius potest grauari in legitima, quando ei plus legitima fuit relictum.*

11 *Pater, quando possit grauare filium in legitima.*

12 *Pater, si hæredem instituat filium prohibendo ei ne possit detrahere legitimam, & cum præcepto de obseruando inuiolabiliter suam voluntatem sub pœnâ priuationis hæreditatis An si filius contraueniat censeatur solum in legitima institutus, numer. 12.*

13 *Clausula,* omni meliori modo, *apposita in testamento includit omnem modum, quo actus melius substineatur.*

14 *Conditio in fraudem legis apposita in totum corruit.*

15 *Testatoris præceptum circa priuationem à tota hæreditate, non æquipollet illi, per quod filius consequitur legitimam.*

16 *Clausula,* omni meliori modo, *apposita in fine testamenti nihil plus operatur, quam sit dispositum.*

DECISIO CXLI.

DOMINI persistendo in decisis sub die 15. Ianuarj 1629. iterum responderunt, Comiti Alexandro ex persona Vgonis Patris deberi legitimam, & fructus illius in bonis Hieronymi Aui, non obstante, quod illa fuerit per eundem Hieronymum expressè in testamento prohibita, & quod Vgo filius hæreditatem illius simpliciter adiuerit; Moti eo præcipuo fundamento, quia legitima, vti de-
1 bita † de iure naturæ non potuit per Hieronymum prohiberi, nec aditio hæreditatis simpliciter facta ab Vgone impedit, quominus
2 ipse † potuerit ius, illam petendi, in Alexandrum hæredem transmittere, *vt ex doctrin. Berrett. Merlin. & Pereg. in alia decis. citat. & est conclusio passim recepta à Rota, vt apud Greg. XV. decis. 489. num. 21. & inter recent. decis. 200. num. 4. & 5. decis. 449. num. 3. & 4. decis. 606. num. 4. 5. & 6. decis. 653. num. 9. par. 1. & alias sæpè.*

Non obstat, quod licet ius petendi legitimam fuerit transmissum in Alexandrum hæredem, non tamen censetur in eum translatum ius remouendi onus supradictæ legitimæ
3 impositum, † cùm illud sit personale, nec egrediatur personam Vgonis, *ex relat. per Surd. cons. 570. num. 4. vol. 4. Socc. sen. cons. 116. num. 19. vers. vnde stat. Rolan. cons. 98. num. 29. vers. vlterius lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 983. nu. 11. & seqq. cum alijs allegatis.*

Nam vltra, quod pro contraria opinione scripserunt *Suar. in l. quoniam in prioribus, ampliat. 10. numer. 1. vsque ad 9. C. de inoffic. Testam. idem Gratian. disceptat. foren. cap. 594. num. 11. vsque ad 18. Cyriac. controuers. forens. 148. num. 27. 28. & 29. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 17. num. 8. vsque ad 10.*

4 Cessate visa fuit omnis difficultas, † quia cùm grauamen iniunctum legitimæ reijciatur ab ea ipso iure ministerio legis, vt in alia decisione firmatum fuit, vtique dicendum est, illam liberè absque vllo onere fuisse per Vgonem in Alexandrum hæredem transmissam, *Rolan. cons. 78. nu. 5. & 6. lib. 1. Cyriac. d. controuers. 148. num. 29. & controuers. 284. n. 71. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 10.*

Minus obstat, quod Vgo viuens numquam reclamauerit, neque prohibitioni detractionis
5 legitimæ factæ per Patrem contradixerit, † & propterea censeatur illi tacitè acqieuisse, ita & taliter, quod nec etiam Alexander eius filius, & hæres nunc possit contradicere, *Soccin. sen. d. cons. 116. num. 19. vers. vnde stat, Anch. cons. 440. num. 5. vers. non obstat, Rolan. d. cons. 98. nu. 29. vers. vlterius lib. 2.* Quia patet responsio ex supradi-
6 ctis, nam cum onus iniũctum legitimæ † reijciatur ab ea ministerio legis non erat opus, quod Vgo contradixisset, quia lex ipsa pro eo prouiderat, *Suarez in d. l. quoniam in prioribus ampliat. 10. nu. 1. par. 4. & num. 8. vers. ex prædict. C. de inoff. test. Bursat. cons. 245. num. 19. vers. respondetur, lib. 3. Vasq. de success. creat. lib. §. 10. in repetit. l. quoniam ampliat. 22. num. 254. Gomes. var. resolut. lib. 1. cap. 11. de success. cont. test. num. 25. vers. item etiam extendo.*

Neque pariter obstat, quod Vgo vltra aditionem hæreditatis Hieronymi eius Patris expressè acceptauerit illius testamentum, præcipuè in ea parte, in qua fuit prohibita legitima. Quod informantes pro Comite Ioanne deduci prætendebant ex quodam instrumento dato in eius *Summ. num. 1.* in quo ipse Vgo transigendo cum Cæsare eius fratre acceptauit renũciationem legitimę ab eo factam ad sui fauorem in executionem paterni testamenti, ac cum explicata relatione ad illud in omnibus, & per omnia, per quam censetur ipsum testamẽtum expressè approbasse cum omnibus
7 qualitatibus, † & oneribus, & consequenter cum illa prohibitione legitimæ, *l. Titia §. fin. ff. de verb. oblig. Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 89. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 9. n. 38.*

Fuit enim responsum, quod licet Vgo acceptauerit dictam renunciationem legitimæ factam ad sui fauorem, non inde sequitur,
8 quod propriæ legitimæ renunciauerit, † cum renunciatio proprij iuris nõ præsumatur nisi ea de necessitate inferatur, *Anch. cons. 105. Aym. cons. 257. num. 4. vers. 8. si dicemus, Decian. cons. 54. num. 74. & 76. lib. 1. Menoch. cons. 319. n. 12.*

9 Maximè, quia ad hoc vt filius † sibi præiudicet in legitima, non sufficit acceptatio Testamenti paterni prohibentis detractionem illius, sed requiritur explicita, & indiuidua

ipsius legitimæ renunciatio, *l. si quando §. & generaliter vbi Ias. num.4. & 5. C. de inoff. testam. Anchar. cons.152. num.8. vers. legitimam verò debitam Alex. cons.89. num.14. vol.5. Gabr. cons.137. num.45. vol.1. Peregr. de fideic. art.36. num.87. vers. sed contra, Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.10. tit.2. num.19. Rota d. decis.206. num.6. decis.449. num.4. vers. Maximè, decis.479. num.8. circa fin. vers. nec ex agnatione decis.653. num.9. par.1. recent. Greg. XV. decis.489. num.21. vbi Adden. num. 27. & dec.539. num. 1. & in Forolinien. fideicomm. 9. May* 1612. *coram Illustriss. D. Card. Pamphilio.*

Denique non obstat, quod Vgo cum fuerit institutus in maiori parte, quam importat legitima, scilicet in primogenitura, & in tota hæreditate, præsumatur satisfactus de fructi-
10 bus, † quos ipse ex dicta hæreditate, & primogenitura percepit, & sic Alexander agens ex persona Vgonis teneatur illos restituere, vel in legitimam computare *iux. doctr. Cuman. in l. cohæredi §. cum filio ff. de vulg. & pupill. Pereg. cons.06. num.2. lib.4. Surd. decis.21. num.20. Bellon. iun. cons.65. num.40.41. & 50. vers. neque obstat.* Quia placuit DD. responsio data in decisione; nimirùm prædictam conclusionem procedere, si testator grauando filium in legitima hoc
11 addidisset, † quod ipse recusans grauamen acceptare censeatur in sola legitima institutus, *iuxt. cantel. tradit. per Soccin. iun. cons. 122. num.8. lib.1.* quem refert, & sequitur *Peregr. de de fideicomm. art.36. num. 62. cum alijs in decisione citat.*

Nec releuat replicatio, quod Hieronymus mandauerit suam voluntatem inuiolabiliter obseruari sub pœna priuationis à tota hæreditate, quod quidem præceptum videtur æquipollere prædictæ cautelæ relatæ per *Socc.*
12 & perinde operari, † ac si per eum fuisset dispositum, vt filius in casu contrauentionis censeatur solum in legitima institutus, *Bellon. iun. d. cons.65. num.46. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.8. num.5. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt. 196. num. 20. & seqq.* Maximè stante
13 clausula † (omni meliori modo) apposita in Testamento, quæ includit omnem modum, quo actus melius sustineatur, *Cuman. cons.52. num.3. vers. & hæc omnia Curt. iun. cons. 120. sub n.16. vers. quod maximè Cephal. cons.153. n.92.*

Nam responderunt DD. prædictas dispositiones ob illarũ diuersitatem non posse vnam alteri æquipollere. Aliud siquidem est, quod filius in casu contradictionis remaneat solum institutus in legitima; Aliud verò, quod remaneat priuatus ab omni commodo hæreditatis, nam primo casu filius, ex quo consequitur legitimam, potest incurrere priuationem reliquatus supra legitimam. In secundo verò casu, ex quo filius remanet priuatus legi-
14 tima, præceptum priuationis † à tota hæreditate tanquã factum in fraudem legis in totum corruit ad *text. in l. secus ff. ad l. falcid.* & propterea præceptum priuationis à tota hæ-
15 reditate non æquipollet alteri, † per quod filius consequitur legitimam, prout expressè tenuerunt *Cyriac. d. controuers.148. num.10. vers. dico aliud esse, cum seq. Cuch. de legit. quæst.* legitima enim nullũ grauamen admittit, *n.29. vers. si verò sit relicta, Merlin. de legit. lib.3. tit.2. quæst.8. num.9. & seq. Rota d. decis.206. n.4. vers. non tantum Auus, & decis.653. num.13. par.1. recent. Adden. ad Gregor. XV. d. decis.489. num. 27. circa fin. vers. non tamen.*

Nec ad effectum prædictum quidquam operatur clausula, *omni meliori modo*, quia non fuit apposita dispositioni prohibitiuæ legiti-
16 mæ, sed in fine Testamenti, † & sic nihil plus operatur, quàm sit dispositum in ipso Testamento, *Rimin. sen. cons.438. num.23. cum seq. lib.3. Bero. cons.118. num.29. vers. sed in casu nostro lib.2. Curt. iun. cons.169. sub num.7. vers. respondet lib.1. Rota in Reatina hæreditat. 3. Martij* 1600. *coram Iusto.*

Reliqua verò deducta per informantes pro Comite Ioanne circa consumptionem prædictæ legitimæ ob alienationem quorumdam censuum hæreditariorum dixerunt DD respicere particulare dubium liquidationis in alia decisione reseruatum.

Et ita vtraque &c.

LVCANA SVCCESSIONIS.

Veneris 1. Febr. 1630.

ARGVMENTVM.

Filij nati, & concepti post capitalem Patris condemnationem, an faciant deficere conditionem, si sine filijs. Filius conceptus nec non natus post purificatum fideicommissum, quando admittatur in præiudicium substituti.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus, & conceptus post capitalem Patris condemnationem, est incapax eius successionis.*

2 *Filij nati post patris deportationem non faciunt deficere conditionem, si sine filijs.*

3 *Filius si non sit in rerum natura tempore purificati fideicommissi, & substitutus adsit, an per illius conceptionem, & natiuitatem possit auocari ius quæsitum substituto.*

4 Tex. in l. ex facto, §. Ex facto, ff. ad Trebell. *declaratur.*

Banniti nostri temporis non æquiparantur deportatis, num.4.

5 *Natus ingenuus hodie non efficitur seruus pœnæ.*

6 *Filij banniti, nostri temporis nati post bannum faciunt deficere conditionem, si sine filijs.*

Quod procedit etiam si pater sit declaratus hostis patriæ, & possit impunè offendi, num.6.

7 *Bannitorum filij sine dubio sunt capaces fideicommissi, quando sunt vocati dispositiuè.*

8 *Filij postea nati, an admittantur in præiudicium substituti, cui iam fuit ius acquisitum.*

9 *Filius conceptus, & natus post purificatum fideicommissum, admittitur in præiudicium substituti, sic suadentibus coniecturis.*

10 *In fideicommissis vocatio nasciturorum tanquam indefinita omnia tempora respicit, & n.11.*

12 *Filiorum vocatio in testamento facta, quando non possit verificari aliter, quam in filijs postea nascituris.*

13 *Per-*

13 *Perpetuitas conseruandi bona in familia, & agnatione implicat vocationem filiorum quandocumque imposterum nasciturorum.*

14 *Fideicommissum purificatum per alienationem sequutam ex delicto, an faciat incurrere caducitatem.*

15 *Pater non potest priuare commodo successionis filios in fideicommisso vocatos, absque aliqua eorum culpa.*

16 *Dictio*, semper, *est vniuersalis, & includit omne tempus.*

17 *Affectio aequalis in testatore sufficit ad praesumendum, quod etiam postea nascituri admittantur ad fideicommissum.*

18 *Affectio maior praesumitur erga illum, qui primo loco vocatus est, quam in eo, qui secundo loco.*

19 *Testatoris voluntas est pro lege seruanda, & n.20.*

21 *Testator permittere potest, quod eius bona fideicommisso subiecta per aliquod tempus maneant in suspenso, & n.22.*

23 *Substitutus dicitur acquirere ius reuocabile in bonis fideicommisso subiectis per conditionem suspensiuam purificatam, & n.24.*

25 *Dictio*, liberè, *in fideicommisso apposita commodè refertur ad facultatem capiendi possessionem bonorum propria authoritate.*

26 *Dictiones*, tunc, & eo casu, *in fideicommisso appositae stant inclusiuè ad substitutos, qui tunc temporis extabant.*

27 *Dictiones*, tunc, & eo casu, *aliquando stant taxatiuè, & limitatiuè, aliquando verò declaratiuè.*

DECISIO CXLII.

THOMAS de Albianis in casu, quo ipse decederet sine filiis legitimis, & naturalibus scripsit sibi haeredes vniuersales ordine primogeniturae Nicolaum, Ludouicum, & Petrum fratres de Thomeis de Petra Sancta cum onere assumendi cognomen, & insignia familiae de Albianis, & arctissima prohibitione cuiuscumque alienationis, siue voluntariae, siue necessariae ex contractu, vel delicto, in quo casu, & casibus substituit alium primogenitum non contrafacientem, vt latius in testamento in actis producto.

Quibus semper saluis, & perpetuò atque irreuocabiliter obseruandis omnia, & singula eius bona peruenire voluit iure institutionis ad dictum Nicolaum eius vita naturali durante, & post eius mortem ad primogenitum d. Nicolai, si filios masculos vnum, siue plures legitimos, & naturales habuerit ipse Nicolaus, & se non extante tempore mortis d. Nicolai, aut postea decedente quandocumque voluit esse d. bona primogeniti d. Nicolai legitimè, & naturaliter nati, & transire de primogenito in primogenitum ex ipso primogenito d. Nicolai, & posteà successiuè in alios proximiores in infinitum, quousque de linea, & descendentibus masculis d. Nicolai erunt, & sic durante linea d. Nicolai semper sint dicta bona, & esse voluit primogeniti masculi legitimi, & naturalis d. Nicolai, & postea primogeniti ex praecedenti primogenito, & sic in infinitum ordine successiuo, & postea successiuè aliorum proximorum.

Subdens idem Testator, quod in interpraetatione praemissorum omnia intelligantur recto sensu absque alia extranea interpraetatione, & si orietur aliquod dubium, omnia primo interpraetentur in fauorem lineae dicti Nicolai, deinde d. Ludouici, & tertio Petri, semperque praeferatur primogenitus ex primogenito ordine successiuo in qualibet istarum linearum vna post aliam.

Haec primogenitura per mortem testatoris sine filiis ingressa est lineam Nicolai primo loco vocati, quae adhuc durat, defuncto enim Nicolao superstitibus Vincentio, Thoma, & Theramo eius filiis, Vincentius vti primogenitus Nicolai adeptus est liberam possessionẽ omnium bonorum suppositorum huic fideicommisso; cumque is fuerit capitaliter bannitus adiecta poena publicationis omnium bonorum, & fiscus Florentin. exhibito testamento omnia restituerit Thomae fratri Germano Vincentij.

Interim durante banno Vincentius praedictus ex eius legitima vxore suscepit filiũ masculum Ioannem Franciscum, qui cum vti primogenitus ex primogenito Nicolai praetenderet vendicare bona fideicommissaria de manibus Thomae patrui, & respectiuè secundo geniti, fuit coram me dubitatum, An fideicommissum fuerit purificatum ad fauorem filij primogeniti nati, & concepti post bannum Vincentij patris, & Domini affirmatiuè resoluerunt.

Non enim controuerti poterat filiatio Io: Francisci ex Vincentio primogenito Nicolai, quam optimè probant testes pro eius parte formiter examinati, neque caducitas incursa per Vincentium ex delicto, & banno subsecuto, cum huius occasione Thomas occupauerit omnia bona huic primogeniturę subiecta, minusque reuocatur in dubium, quin Ioannes Franciscus vti primogenitus ex Vincentio primogenito Nicolai sit aliis vt primogenitus primogeniti praeferendus, cum hoc expressè in testamento legatur dispositum.

Sed duo tantum, dicto Io: Francisco obijciebantur, primo videlicet incapacitas succes-
1 sionis, ex quo natus † est, & conceptus post capitalem Patris condemnationem, *arg. text. & ibi not. per scriben. in l. ex facto §. ex facto, ff. ad Sen. Consul. Trebell.* vbi quod filij nati † post
2 patris † deportationem non faciunt deficere conditionem si sine filiis.

Secundò, quod cum Ioannes Franciscus tempore delicti, & sic cedentis fideicommissi nondum esset natus, neq; conceptus per subsecutam eius conceptionem, & natiuitatem, non potuit auocari ius quaesitum Thomae patruo, qui erat in rerum natura tempore puri-
3 ficati fideicommissi, † & reperiebatur substitutus Vincentio fratri, quatenus is filios non haberet, quę fuit originalis opinio, *Lambert. de Rampon. quem refert, & sequitur Io. Andr. in rubr. de testam. addit. 1. vers. Item Lambertinus cum aliis relatis per Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 7.* quorum neutrum Domini obstare dixerũt Ioan-

ni Francisco, quominus fideicommissum in eius fauorem sit purificatum.

4 Nam ad *tex. in † allegata l. ex facto*, *§. ex facto ff. ad Sen.Conf.Trebell.* fuit responsum bannitos nostri tẽporis nõ æquiparari deportatis,
5 quia hodiè nemo ingenuè † natus efficitur seruus pœnæ, *auth. sed hodiè C. de donat. inter vir. & vxor. Rip. in d.l. ex facto §. ex facto nu. 17. Bald. in l. 1. in fin. C. de hæred. instit. Natta conf. 472. num. 19. Peregr. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 6. num. 47.* &
6 ideò filii banniti nostri † temporis nati post bannum faciunt deficere conditionem si sine filijs, etiam si pater sit declaratus hostis patriæ, possitque impunè offendi, *Rip. in d.l. ex facto num. 13. & 17. Soccin. in l. cum anus nu. 107. ff. de cond. & demonstr. Petr. de fideic. quæst. 3. n. 19. & seq. & quæst. 11. num. 611. Fusar. qui testatur se pro hac parte consuluisse, quæst. 424. num. 1. de fideicom.*

Fuit etiam secundo responsum dispositionem *Tex. in l. ex facto §. ex facto loqui solum in filijs positis in conditione Peregr. de Iure fisc. lib. 3. tit. 6 num. 7. 8.* Indeque non applicari casui nostro, vbi primogenitus Vincentij, (qualis est Ioannes Franciscus) non fuit simpliciter in condi-
7 tione positus, † sed dispositiuè vocatus, quo casu indubitati iuris est, esse capacem successionis, siuè natus, & conceptus sit antè, siuè post Patris condemnationem. *Soccin. Iun. conf. 174. num. 19. lib. 4. Gabr. conf. 123. nu. 36. lib. 1. Peregr. d. lib. 3. tit. 7. num. 22. & 47. Petra d. quæst. 11 num. 612. & seq. Rimin. Iun. conf. 564. num. 56. Fusar. d. quæst. 424. num. 5.*

Quò verò ad secundum licèt ardua, & anceps sit quæstio, an filii postea nati admittan-
8 tur in præiudicium substituti, † cui iam fuit ius acquisitum, tanquam prænato tempore purificatæ conditionis, etenim affirmatiuam *per Tex. & ibi concordantia in l. peto §. fratre ff. de leg. 2.* sustinent plures relati *per Pereg. de fideic. art. 22. nu. 73. & 74. & per Fusar. quæst. 318. n. 12.*

Negatiuam autem post *Lambert. de Rampon.* tenet *Alba conf. 106. num. 5. 6. & 7.* cum alijs relatis *per Pereg. d. artic. 22. nu. 72. Fusar. alleg. q. 318. num. 57. & 58.*

Tamen in præsenti casu videtur cessare omnis ambiguitas ex vrgentissimis coniecturis suadentibus prælationem Ioannis Francisci filij primogeniti ex Vincentio, quibus concur-
9 rentibus † eundem esse præferendum, quamuis non extaret in rerum natura tempore purificati fideicommissi, sed postea, sit natus, atque conceptus trad. *Socc. sen. conf. 51. num. 41. & seq. lib. 4. Pereg. de fideic. art. 22. num. 74. in fin. Petr. de fideic. quæst. 11. num. 602. Gratian. discept. cap. 776. num. 17. & 18. Fusar. quæst. 318, num. 77. & firmauit Rota in Romana pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Mens autem, & voluntas testatoris in casu nostro desumitur primo, ex quo vocauit primo loco Nicolaum, deindè filios ex ipso nascituros ordine primogenituræ *in infinitum* subiecta prohibitione alienationis, vt bona conseruentur in familia, qua stante vocatione nasciturorum, non attenditur existentia de tempore purificatæ conditionis, sed quando-

cumque filius nascatur, dummodò sit primogenitus, & proximior admitti debet *Socc. Iun. conf. 172. num. 11. & 12. vol. 2. Rnin. conf. 160. vol. 2*
10 *sub num. 11. & 13.* vbi quod † vocatio nasciturorum resoluitur in conditionem si nascererur, quæ tanquam indeterminata omnia tempora respicit *per l. si ita la seconda ff. de condit. & demonstr.* quam esse limitationem indubitatam ad regulam contrariam censuit *Torniell. §. quidam rectè num. 28. l. gallus de lib. & posthum. Gabr. conf. 101. num. 14. & 15. & 16. lib. 2. Pereg. d. c. 22.*
11 *num. 76.* vbi quod † hæc limitatio est verissima, & menti testatoris multum consona. *Surd. conf. 125. num. 30. & 34. & sequuta est Rota in allegata Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino.*

Vocatio autem nasciturorum in testamento Thomæ Albiani est certissima nedum, quia vocauit primo loco Ludouicum, & Petrum, eorumque filios vnum post alium ordine primogenituræ, quorum nullus tunc temporis filios susceperat; Vndè nominatio filiorum,
12 ex † illis non potest aliter verificari, quàm in filijs postea nasciturls, *Socc. iun. d. conf. 172. num. 28. lib. 2. Pereg. conf. vlt. num. 4. vers. quid igitur lib. 5. Fusar. d. quæst. 318. num. 29.*

Verùm etiam quia declarauit, se velle constituere perpetuam primogenituram subiecta prohibitione alienationis, vt bona perpetuò, & in infinitum conseruentur in familia, &
13 agnatione, quæ perpetuitas † implicat vocationem filiorum quandocumque imposterũ nasciturorum *l. cum ità legatur §. in fideicommisso in fine ff. de legat. secundo Socc. Senior. in l. si cognatis num. 30. in fin. ff. de reb. dub. Ias. in l. quoties la prima num. 2. vers. 2. limita* qui dicit digito ligandum *Surd. d. conf. 125. num. 20. & seq. & admittit Peregr. dicto art. 22. num. 77. & benè ponderanit R. P. D. meus Merlinus in allegata Romana pecuniaria.*

Secundò idem etiam conijcitur ex natura conditionis purificatæ, quia non agitur de fideicommisso purificato per conditionẽ Casualem, & contingentem sine alicuius culpa,
14 sed de fideicommisso purificato † per alienationem sequutam ex delicto, & caducitatem subinde incursam cum delatione successionis in alium ordinem primogenituræ successiuè vocatum. *iux. tex. in l. Imp. ff. de fideicom. libert. Gabr. de delict. in concl. 24. num. 3. Clar. quæst. 78. vers. Item quæro numquid Farin. quæst. 25. num. 25.* Vndè ne admittamus, quòd fuerit in potestate Vincentij delinquentis priuare commodo
15 huius successionis † filios ex ipso nascituros absque aliqua eorum culpa, dicendum est eosdem fuisse vocatos quamuis natos post delictum, & commissam caducitatem *Castr. d. consil. 247. num. 4. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 22. nu. 75. Ceph. conf. 318. num. 67. Rota in dicta Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino.*

Tertiò cum Ioannes Franciscus sit primogenitus Vincentij primogeniti Nicolai, & testator expressè disposuerit, quod durante linea primogeniti dicti Nicolai hæc semper sit admittenda exclusa linea secundo geniti, quæ solum succedat deficiente linea primogeniti, vtique

vtique dicendum est, quòd testator voluerit admitti primogenitum Vincentij primogeniti Nicolai quamuis natum post purificatum fideicommissum, aliàs non esset verum, quod durante linea primogeniti ex primo genito, hæc semper, & quandocumque succedat, pro vt testator expresè voluit, ponderando vim
16 illius † dictionis vniuersalis, (semper) quæ includit omne tempus *l. 1. ff. solut. matrimonio l. quia semper ff. de in Ius voc.*

Quartò ex prædictis non solum infertur testatorem æqualem habuisse affectionem ad filios etiam postea natos, cum omni tempore eos vocet, dummodo in ijs concurrat qualitas descendentię ex primogenito pri-
17 mogeniti dicti Nicolai, quæ sola † æqualis affectio sufficit ad præsumendum quod testator etiam de postea natis senserit *Natt. cons. 675 num. 4. & seqq. Surd. d. cons. 125. num. 34.*

Quinimmò ex dictis verbis (& durante linea primogeniti ex primogenito Nicolai semper &c. & postea succedat linea secundo geniti &c.) apertè conijcitur magis fuisse dilectâ lineam primogeniti, quàm lineam secundo
18 geniti, maiorem m † semper affectio præsumitur erga lineam primo loco vocatã, quàm erga secundo loco vocatam. *l. pupillus §. lesia ff. de cond. & demonst. Surd. d. cons. 125. num. 27.*

Quintò idem conijcitur ex quo testator quasi præsagus controuersiæ, quæ oriri poterat super intelligentia suæ dispositionis, man-
19 dauit verba sui testamenti intelligi † debere recto sensu, remotis iuris subtilitatibus *facit Rot. decis. 463. num. 12. par. 1. recent.* & quatenus contingat aliquis casus dubius, voluit eam capi interpretationem, quæ est fauorabilis primogenito, & successiuè primogenitis ex ipso descendentibus, vnde hodiè suborta quæstione inter Io: Franciscum primogenitũ ex primogenito Nicolai primo loco vocati, vtique in dubio pro ipsius admissione est pronunciandum, iuxtà expressam dispositionem
20 Thomæ testatoris, † cuius voluntas pro lege seruari debet *§. disponat, auth. de nuptijs.*

Atque ex his visum fuit Dominis non esse inconueniens, quod dominium bonorum subiectorum huic primogeniturę per aliquod temporis spatium steterit in suspenso, cum
21 hoc † voluerit testator, qui id permittere poterat ad *l. qui hæredibus, §. fin. ff. de condit. & demonstr. Peregr. d. art. 22. num. 73. vers. verum, Rota coram Reuerendiss. Domino meo Coccino Decano, decis. 166. num. 3.* donec præsertim probabiliter
22 sperari poterat, quod † suspensio hæc esset cessatura per natiuitatem filiorum Vincentij, *Castr. d. cons. 247. num. 3. lib. 1. Peregr. d. art. 22. n. 74. Fusar. quæst. 318. num. 66. & 79.*
23 Et interim Thomas dicebatur † acquisiuisse in his bonis Ius aliquod reuocabile per subsecutam natiuitatem Io: Francisci primogeniti ex primogenito Nicolai, *Petr. de fideicomm. quæst. 11. num. 586. Peregr. d. art. 22. num. 74. & 75. Surd. d. cons. 125. num. 43. 44. & 45. Facchin. controu. Iur. cap. 88. vers. nec difficile lib. 4. & fuit dictum in præfata Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino.*

24 Proindeque idem Thomas † restituere debet bona filio primogenito Vincentij postea nato quasi per fideicommissum, *Bal. & alij communiter in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. Surd. consil. 125. num. 48. & 49. Natt. cons. 675. num. 8.*

Neque obstat, quod testator in casu alienationis, vel delicti priuauerit alienantem, vel delinquentem mandando bona deferri liberè substitutis ordine primogenituræ, quam dictionem *liberè* scribentes pro Thoma intelligebant irreuocabiliter.

Placuit enim responsio data per D. Beriolum scribentem pro Ioanne Francisco, nimi-
25 rum dictionem *liberè* † posse commodè referri ad facultatem capiendi possessionem bonorum propria auctoritate, absque contradictione, *iuxtà Text. in cap. 2. de locat. & cap. statuimus de reg. cap. plures vbi gloss. in verbo liberè de offic. dcleg. in 6.* neque propterea intelligendam esse, vt stet irreuocabiliter, hoc enim esset destruere mentem ipsius Testatoris, qui ex prędictis voluit in omnem casum præferri primogenitum ex primogenito Nicolai in concursu cum secundo genito, qualis est Thomas.

Minus obstat, quod Testator in casu contrauentionis substituerit proximiores tunc
26 extantes; licèt enim dictiones † *tunc & eo casu*, stent inclusiuè ad substitutos, qui tunc temporis extabunt, non tamen semper stant exclusiuè ad substitutos, qui tunc temporis non extabunt & qui postea supernascentur. *Magon. dec. florent. 38. nu. 39. Natt. d. cons. 675. n. 12. & 13. prout in his terminis tradit Petr. de fidcicom.*
27 *quæst. 11. num. 590.* & non est † nouum dictiones *tunc & eo casu* alioquin taxatiuas, & limitatiuas stare quandoque declaratiuè si id suadeat voluntas testatoris. *Menoch. cons. 117. n. 29 Socc. iun. cons. 145. num. 29. lib. 3. Surd. cons. 344. num. 13.*

Et ità fuit resolutum pro Ioanne Francisco vtraque parte informante &c.

BRVNDVSINA CENSVS.

Lunæ 4. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

In Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur illi, qui est in quasi possessione exigendi fructus census.*
2 *Examen factum in die pro qua cadebat citatio est nullum sine intimatione examinis.*
3 *Examen parte non comparente non est nullum licet factum sine interrogatorijs, & sine interprete. n. 4.*

DECISIO CXLIII.

RECESSERVNT Domini à decisione emanata corã me sub die 28 Iunij 1628. qua firmatum fuit, Elisabettæ non probanti suam quasi possessionem exigendi à Blasio

Iannutio fructus Census, de quibus agebatur
1 denegandam esse manutentionem, † quia de dicta quasi possessione Elisabettæ satis visum fuit constare ex testibus nouiter examinatis deponentibus prædictam Elisabettam fructus Census exegisse, vt in eius Summario *num.3.* & 4. Vndè non potest ei denegari manutentio *vulg.§. retinendæ instit. de Interdictis*.

Non obstat prætensa nullitas examinis testium, ex quo citatio ad videndum examinari testes fuit exequuta die 5. quæ cadebat pro die sexta sequenti, & examen fuit factum eo-
2 dem die 6. † quod tamen fieri non potuit citrà vitium nullitatis *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. num. 5. vers. tantum abest*, quia obiectum ex facto tollitur; nàm prætensa citatio facta die 5. quæ datur in Summario Blasij *num.1.* non fuit simplex citatio, sed decretum factum à Iudice super futuro examine pro die 6. cum sequentibus cum distinctione horarum, citatio autem præcessit sub die 4. vt patet ex processu qui datur fol. 14.

Minùs obstat altera nullitas prætensa, ex quo dicti testes fuerunt examinati absque interrogatorijs, & Interprete, quia cum Blasius non comparuerit vna cum Interprete, nec dederit Interrogatoria in tempore in supradicto decreto præfixo, sibi ipsi imputet, nec
3 propterea examen est nullum, pro † vt de examine sine Interrogatorijs tenet. *Alex. cons. 152. num. 9. lib. 2. Put. decis. 427. num. 1. secundum*
4 *antiquam impress.* & † de examine sinè Interprete *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. num. 989. Adden. ad Greg. XV. decis. 331. num. 23.*

Et ità vtraque &c.

CESENATEN. PRAEDII.

Lunæ 18. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Aestimatio fundi dotalis facit emptionem, & venditionem, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur hæredi, quando per eum probatur testatorem obijsse in possessione prædij controuersi.*

2 *Possessio remanet probata tempore obitus Testatoris ex confessione partis.*

3 *Aestimatio fundi dotalis facit emptionem, & venditionem.*

Limita: quando aliunde potest colligi eam fuisse ad alium effectum factam, & num. 4.

5 *Emptio, & venditio desinit esse quando per concordiam fuit restitutum prædium æstimatum liberum mulieri pro restitutione suæ dotis.*

6 *Solemnitates in contractu requisitæ præsumuntur interuenisse spatio quinquaginta annorum.*

7 *Pactum resolutiuum in contractu appositum ad fauorem matris non debet extendi ad fauorem filiorum.*

DECISIO CXLIV.

AVRELIA fatibona in suo, sub quo decessit testamēto scripsit sibi hæredes Hectorem filium ex primo matrimonio, & filios secundi matrimonij pro dimidia. Hector cœpit possessionem prædij, de quo agitur, quod est hæreditarium dictæ Aureliæ communis matris, filij Hectoris obtinuerunt manutenerì in possessione dicti prædij, postmodum filij dictæ Aureliæ ex secundo matrimonio per sententiam A.C. obtinuerunt immitti in possessionem medietatis dicti Prædij, à qua sententia cum fuerit appellatum, causaque mihi commissa, dubitaui, an dicta sententia esset confirmanda, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nàm quoad validitatem dictę sententię nihil opponitur, quo verò ad iustitiam satis de ea apparet, Quia cum DD. Almerici pro medietate fuerint in testamento Aureliæ eorum Matris hæredes instituti, & probent dictam Aureliam obijsse in possessione Prædij con-
1 trouersi, ipsis denegari non poterat immissio pro medietate *ex remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Quod autem sint hæredes pro medietate, vltrà quod inter partes non controuertitur, benè iustificatur ex lectura testamenti dictæ Aureliæ non aboliti, neque cancellati.

Quod verò dicta Aurelia possederit Prædiū istud de tempore eius obitus, benè remanet probatum ex confessione ipsiusmet Hectoris Patris Dominorum de Abbatibus, dùm ipse Hector post obitum Aureliæ matris constituit procuratorem Petrum de Abbatibus eius filium ad capiendam possessionem istius Prædij, vti possessi per d. q. Aurelium, quod mandatum procuræ fuit à dictis de Abbati-
2 bus productum, & ità ex huiusmodi † confessione benè remanet probata possessio dictæ Aureliæ de tempore eius obitus.

Non obstat, quod dictum prædium fuerit datum æstimatum in dotem Camillo de Abbatibus Aureliæ primo Viro, & proindè cum
3 dicta æstimatio faciat emptionem, censeatur hæreditarium eiusdem. Camilli *l. quoties C. de Iur. dot. Surd. cons. 225. num. 2. lib. 2. Honded. cons. 14 num. 43. & seq. lib. 1. Couar. pract. quæst. cap. 28. num. 1. & seq.* Quia verissima est ista Conclusio, sed non vita fuit applicari præsenti casui, ex quo ab Aurelia prædium non fuit simpliciter datum æstimatum dicto Camillo, sed traditio eius fuit facta per fratres eiusdem Aureliæ, eidem Aureliæ, & Camillo eius Marito pro eo, quod debebatur Aureliæ in bonis paternis, & maternis, & ità translatio dominij fuit facta in dictam Aureliam, non autem in Camillum, ex quo non Aurelia Camillo, sed fratres Sorori illud dederunt æstimatum ad effectum forsan, vt videretur, quid, & quantum ex bonis paternis, & maternis perueniret ad dictam Aureliam eorum sororem. Vnde benè intrat limitatio supradictæ regulæ firmantis æstimationem facere emptionem, & venditionem, quod scilicet non habeat locum,

4 cum, † quando aliundè potest colligi, eam. fuisse ad alium effectum factam. *Bald. in l. ex conventione num.3.C. de pact. Paris. consil.81.num.16 lib.3. Socc. sen.57. num.3. & seq. lib.1. Adden. ad Greg.XV. decis.573. sub num.16. & fuit dictum in Spoletana bonorum 6. Aprilis 1601. coram Penia* vbi fuit firmatum, hanc limitationem Regulæ, quod æstimatio non faciat emptionem,& venditionem, procedere, quando expressè, vel tacitè potest colligi, fuisse factam ad alium effectum.

Sed dato etiam, quod huiusmodi Conclusio verificaretur in præsenti casu, & quod huiusmodi Prædium fuisset effectum de dominio Camilli primi Viri Aureliæ, propter dictam æstimationem, adhuc tamen DD. visum
5 fuit† dictis de Abbatibus obstare concordiam inter ipsorum tutorem, & Aureliam eorum matrem initam, cuius concordiæ vigore, Prædium fuit traditum liberum Aureliæ pro prætensione suæ dotis, & legitimæ filiorum præmortuorum, illudque possedit vsque ad obitum.

Non obstat, quod huiusmodi concordia non possit substineri, ex quo facta fuit sinè solemnitatibus. Quia cum nedum effluxerit tempus 30. annorum, quod datur minoribus ad reclamandum *l.fin.C.si maior.fact.alienat.fact. sine decret.rat.hab.Seroph.decis.742.num.3. eod.* sed
6 etiam spatium 54. annorũ † benè intrat præsumptio, omnes solemnitates requisitas interuenisse *Seraph.d.decis.742.num.4.*

Non obstat, quod in dicta transactione ad esset pactum resolutiuum sub illis verbis (cũ hoc pacto inter partes expressè inito, & solemni stipulatione vallato, quod si vllo vnquam tempore supradicti Petrus, & Hector Pupilli, vel aliquis ex ipsis huic contractui stare noluerit, vel in effectu contrauenerit, ipsa Aurelia non sit, nec intelligatur quoquo modo obligata, & ligata, sed sit, & remaneat ràm ipsi Aureliæ, quàm supradictis Pupillis, vel alteri eorum stare nolenti, vt supra saluũ integrum, & illæsum sibi ius suum petendi, agendi, & consequendi &c. contra dictos pupillos, & eorum bona, & illum, seù illos tantùm, qui huic instrumento stare nollent, vel in effectu contrauenirct, & non alias aliter, nec alio modo, ac si præsens instrumentum non esset cælebratum.) nàm ex hac verborum serie, satis visum fuit Dominis elici pactum resolutiuum, fuisse solummodo appositum ad fauorem Aureliæ, vt scilicet illa posset redire ad primæua Iura sua, quatenus filij, vel aliquis eorum nollet stare transactio-
7 ni, & propterea istud † pactum resolutiuum appositum ad fauorem Matris non debet extendi ad fauorem filiorum *Seraph. dec.650.n.1. Caualer.decis.70.num.4.*

Neque subsistit,quod pactum resolutiuum dicatur appositum ad fauorem vtriusque partis, ponderando verba ibi (vel alteri eorum) quia dicta verba intelliguntur de pupillis, vt supra nominatis, vt scilicet si vnus, vel omnes nolint stare transactioni, Aurelia posset redire ad primæua Iura, prout etiam denotant alia verba (contra dictos pupillos, & eorum bona, & illum, seù illos, qui contrauenirent, vel contrauenirct) quorum sensus est, vt Aurelia possit habere regressum contra illos, seù illum, qui contrauenirent.

Et ità conclusum vtraque &c.

TVLLEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 20. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Visitatores deputati à Capitulo Generali Præmonstrateñ possunt visitare Reformatos eiusdem ordinis vigore constitutionis Innocentij PP. Quarti, & ex statutis antiquis. Non obstantibus Constitutionibus Paulij PP. Quinti, & Gregorij XV.

SVMMARIVM.

1 *Expensas subministrare visitatoribus spectat ad Ecclesias.*

2 *Visitatio facienda à deputatis à Capitulo non potest dici superflua, dum tendit ad vtilitatem, & necessitatem Religiosorum, quorum intentiones perscrutentur, & denuncientur ipsi Religioni; qua in capite, & qua in membris corrigenda sunt.*

DECISIO CXLV.

SVB die 29. Nouembris proximè præteriti fuit in hac causa firmatum Constitutiones sanctæ me. Pauli Quinti, & Gregorij XV. non obstare, quo minus Visitatores deputati à Capitulo Generali Præmonstrateñ possint visitare Reformatos eiusdem ordinis. Cui resolutioni non acquiescente Communitate Reformatorum denuo consului Rotam super eodem dubio, quo hodiè reproposito: Domini steterunt in decisis, ex rationibus in decisione deductis.

Nec obstare visum fuit vnicum motiuum nouiter excitatum, nempè quod eo anno,quo visitat Abbas Generalis per se, vel per alium à se deputatum, non possint visitare deputati à Capitulo Generali iuxtà statuta antiqua dicti ordinis *in cap.9.dist.4.de Visit.& Inquis. facien. & in cap. 18. eiusd. distinct. posteriorum statutorum de his, quæ Visitatoribus prohibita sunt, & de eorum potest.* Quia animaduerterunt Domini Statutum in dictis locis non loqui de Capitulo generali, nec de eius Visitatoribus, sed solùm disponere,quando Abbas Præmonstrateñ aliquas Ecclesias, siuè per se, siuè per alium idoneum litteris suis extraordinariè destinatum, visitauerit, eodem anno, easdem Ecclesias à Visitatoribus minimè esse visitandas,qui Visitatores debent intelligi de permanentibus, qui sunt Vicarij Abbatis generalis, & ratio est euidens, quia si visitaret Abbas vnam Ecclesiam, quæ postea eodem anno visitaretur ab eius Vicario, ista vltima visitatio, nedum esset superflua, cum visitatio Abbatis, & eius Vicarij sit eadem visitatio, sed

etiam

etiam nimis onerosa, & dispendiosa Ecclesijs,
1 quæ visitarentur, cum † ad eas spectet subministrare expensas Visitatoribus, vt in statutis recentioribus *dist.4.cap.*18. Quæ omnia non possunt dici de Visitatoribus Capituli generalis, stante magna diuersitate inter Visitatores ab eo deputatos, & illos, qui deputantur ab Abbate, cum vt dicebam in decisione, quæ reuidetur, Capitulum generale non solum ex Constitutione Innocentij Quarti, sed etiam ex staturis antiquis ordinis *distinct. 4. cap. 7. & recent. cap. 15. & 17.* habeat ius speciale deputandi particulares Visitatores, qui debent facere suas relationes separatim ipsi Capitulo, prout Visitatores Abbatis generalis ipsi Abbati. Vndè apparet dicta verba statuti, non debere intelligi de visitatione facienda à De-
2 putatis à Capitulo, quæ † non potest dici superflua, imò admodum vtilis, & necessaria, cum expediat, vt Religiosorum intentiones perscrutentur, & denuncientur ipsi Religioni quæ in capite, & quæ in membris corrigenda sunt *Frat. Paul. Bert. in praxi crim. Canon. Regul.tit.2.cap.1.num.14. & 15.*

Et ità vtraque parte Informante &c.

ARIMINEN. HAEREDITATIS.

Lunæ 4. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore directi Saluiani interdicti contra quem competat. Vxoris obitus qualiter probetur. Pater quando non habeat vsumfructum in bonis relictis filijs.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore directi Saluiani competit contra cohæredem, & principalem debitorem.*
2 *Instrumentum facit probationem probatam.*
3 *Vxoris obitus eo ipso probatur si doceatur maritum illius transiuisse ad secunda vota.*
4 *Possessio probatur ex substentatione litis.*
5 *Pater, quando fuit institutus hæres vnà cum filijs æquis portionibus, tunc in portione filiorum non habet vsumfructum.*
6 *Vxor, quando æquis portionibus instituit hæredes maritum, & filios, colligitur voluisse, quod maritus solam medietatem consequeretur, & nihil posset prætendere super alia medietate filiorum.*
7 *Hæredes duo quando fuerunt instituti, tunc eis datur immissio pro medietate.*
8 *Testator instituens tres hæredes, si obitus vnius probetur, datur immissio reliquis duobus æqualiter perinde ac si duo hæredes tantum fuissent instituti.*

DECISIO CXLVI.

CVM Dominus Diotalleuus Lallius, vti hæres scriptus pro medietate in Testamento q. Magdalenæ eius Matris intentasset remedium Saluiani contra D.Hieronymum Lallium eius patrem pro altera medietate cohæredem, & bonorum dotalium dictæ Magdalenæ occupatorem pro obtinenda immissione in possessionem medietatis illorum. Proposui dubium An eidem Diotalleuo esset concedenda immissio in possessionem medietatis præfatorum bonorum pro indiuiso cum Hieronymo Patre, & Domini affirmatiuè responderunt.

Moti enim fuerunt; quia cum prædictus Diotalleuus iustificet omnia extrema necessaria, nempe possessionem Testatricis de tempore consignationis dotis, creditum dotale cum hypotheca speciali reseruata ad fauorem eiusdem Testatricis, & illius hæredum, Testamentum de quo supra in quo prædictus Diotalleuus reperitur scriptus hæres pro medietate; mortem Magdalenæ Testatricis, & possessionem Hieronymi rei Conuenti, merito venit ei concedenda immissio vigore di-
1 recti Saluiani, † quod competit contra cohæredem, & principalem debitorem *Honded.consil.25.num.51. vsque ad 55. Rota decis.25. num.4. & decis.26. num. 1. & seq. apud Statil. de Saluian. secundum nouam impress.*

Possessio enim Magdalenæ Testatricis de tempore consignationis dotis probatur ex Instrumento dotali, quod datum fuit in Sum-
2 mario Diotalleuij *num. 3.* Quod quidem † instrumentum facit probationem probatā *vulg. l.cum precibus C.de probat.Tiraq. de retract. lignag. §.2.glos.1.num.20. & seq. Rota decis.60.nu.1.par.1 recent.*

Hypotheca specialis reseruata ad fauorem eiusdem Testatricis, & suorum hæredum pro restitutione bonorum dotalium in casu mortis probatur pariter ex eodem Instrumento.

Institutio hæredis pro medietate facta ab eadem Testatrice ad fauorem Diotalleui patet ex Testamento, quod datum fuit in eodem Summario *num.1.*

Obitus Testatricis iustificatur eo ipso, quod
3 doceatur † Hieronymum illius Virum transitum fecisse ad secunda vota, prout ex fide Parrochi in eodem Summario *nu.2. Greg.XV. decis.344.num.3. & decis.390.num.7.*

Possessio denique dicti Hieronymi Patris,
4 & Rei Conuenti probatur † ex substentatione litis, iuncto præfato Instrumento consignationis dotis *Rota decis.18. n.5.decis.26.nu.2. apud Statil. de Saluian. secundum antiquam impress.*

Non obat, quod Hieronymus vti Pater Diotalleui prætendat vsumfructum in bonis per eum acquisitis, & propterea non possit ei dati immissio: Quia fuit responsum, prædi-
5 ctam conclusionem † non procedere, quando Pater fuit institutus hæres vna cum filio æquis portionibus pro vt hic Quia tunc in portione filij non habet vsumfructum *Auth. de hæred.ab intest.venient. §.si igitur defunctus vers. si verò Auth.item hæreditas C.de bon. quæ lib. Bald. consil.168. num. 4. & consil. 324. per tot. lib.5. Surd. consil.116.nu.40. & 41. in fin. Rota decis.723.n.14. par.2.recent.*

Neque obstat, quod dictus Hieronymus non acceptauerit Testamentum Magdalenæ Vxoris, quo casu potuisset vti beneficio Iuris Communis. Quia respondetur, quod cum

ex

6 ex dicta Institutione facta à † Testatrice æquis portionibus tacitè colligatur voluisse, quod Hieronymus solam medietatem consequatur, non potest propterea quidquam super alia medietate relicta filio prætendere iuxta *Auth. excipitur C. de bon. quæ lib. Bart. in l. si vsusfructus §. si ità quis ff. quand. dies leg. ced. Surd. d. consil. 116. num. 23. vers. quia ex quo lib. 1. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 19. num. 30. Boer. dec. 193. num. 3. vers. & circa primum.*

Denique non obstat, quod in dicto Testamento Magdalenæ fuerint Instituti tres hæredes, & ità Diotalleuo non sit danda Immis-
7 sio † pro medietate, Quia alter cohæres fuit in vita tantùm institutus, ac cum expressa substitutione, quod eo moriente præfati Hieronymus, & Diotalleuus æqualiter succederent
8 Vndè probato obitu dicti † cohæredis per fidem Parrochi in eodem Summ. *num.* 2. Hieronymus, & Diotalleuus æqualiter debent succedere perindè ac si ipsi duo tantum fuissent hæredes instituti *Gabr. conclus. 2. num. 5. de hæred. Instit. Cephal. cons. 472. num. 12. & 84. Menoch. cons. 273. num. 24. & 25.*

Et ità conclusum Diotalleuo tantum informante &c.

ROMANA NOLITVVM.

Veneris 8. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Obligans se soluturum nolitus seù vsuras pro mobilibus etiam vigore obligationis Cameralis, per exceptionem rei non ttaditæ desinit esse obligatus.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ad solutionem pretij nõ cogitur si res empta non est tradita.*
2 *Obligatio Cameralis retardari potest per exceptionem rei non traditæ.*
3 *Confessio contra confitentem, emanata in iudicio criminali plenè probat in ciuili inter easdem personas.*
4 *Actio nulla oriri potest ex instrumento de consensu partium cassato.*
5 *Exceptio rei non traditæ non potest post biennium allegari.*
6 *Solutio facta à debitore non inducit viri ratificationem nec præiudicium infert ipsi debitori.*

DECISIO CXLVII.

PROSPER Zeui & socij hæbrei locarunt sub die 4. Maij 1604. nonnulla mobilia Liuiæ Ferrariæ Neapolitanæ pro scutis 11. quolibet mense, pro quibus soluẽdi vti principalis principaliter, & in solidum fideiussit Tarquinius de Amicis, vt ex instrumento quod datur in *Summ. Hæred. num.*

Postmodum Liuia fugam arripuit relictis nonnullis ex dictis mobilibus, quæ peruenta ad manus Tarquinij, fuerunt per eum sub die 12. Nouembris eiusdem anni prædictis Hæbreis restituta, eademque die præfati Hæbrei præuia Instrumẽti cassatione quietarunt Tarquinium de omnibus mobilibus, & vsuris vsque tunc decursis; Verum quia mobilia vt supra locata non fuerant integraliter restituta, pro illis, quæ deficiebant, Tarquinius priuatam confecit apocam, qua confessus fuit illa à prædictis Hæbreis ad nolitum habuisse pro scutis 4. cum dimidio quolibet mense, pro quibus soluendis in forma Cameræ se obligauit.

Elapsis deinde pluribus annis iidem Hæbrei vigore supradictæ apocę egrunt pro cõsequutione nolituum, seù vsurarum decursarum contra dictum Tarquinium de Amicis, contra quem mandatum exequutiuum obtinuerunt, à quo interposita per Tarquinium appellatione, causa fuit diù agitata coram pluribus Iudicibus; tandem commissa in Rota cum clausula, vt procedatur ad legitimam executionem, ac proposito dubio, an esset procedendum ad executionem Domini negatiuè responderunt, ea præcipuè ratione moti.

Quia Tarquinius cum promisisset soluere nolitus, seù vsuras pro mobilibus, quæ ei realiter non fuerant consignata, bene tutus re-
1 manet exceptione rei non traditæ, quæ † sicuti in venditione operatur, vt emptor ad solutionem pretij non cogatur *Gemin. cons. 149.* ità in locatione, vt conductor ad pensiones, seù nolitus non teneatur *l. si quis, domum vbi Bart. & alij & l. ex conducto ff. locat.*

Quod quidem procedit etiam, quod pro eis Tarquinius in forma Cameræ se obligaue-
2 rit, quia † exceptio rei non traditæ, admittitur etiam ad retardandam obligationem Cameralem. *Zacch. de obligat Camer. quæst. 27. num. 58.*

Quod autem apoca prædicta fuerit confecta de mobilibus, quæ per fugam Liuiæ deficiebant, & sic quod illa realiter non fuerint Tarquinio tradita, probatur ex confessione eiusdem met Prosperi hębrei in suo Constituto Criminali, vbi facta mentione de mobilibus primo loco locatis Liuię cum fideiussione Tarquinij, subdit (& perche mancaua vna parte de mobili contenuta in detta prima locatione, fussimo d'accordo assieme li in casa sua (scilicet Tarquinij) di far detta poliza, & di pagare scudi quattro e mezzo il mese)
3 quæ † quidem confessio licet emanauerit in Iudicio criminali, tamen cum agatur inter easdem personas, & Iudicium tendat ad eundem effectum, contrà eum plenè probat *Alex. cons. 15. in princ. lib. 1. Imol. cons. 105. num. 2. Caputaq. decis. 190. num. 1. par. 1. Rota decis. 250. num. 2. & decis. 253. num. 2. post 2. vol. cons. Farinac.*

Comprobatur insuper defectus dictæ traditionis ex duabus fidibus, pignorationis scilicet, & venditionis eorundem mobilium, quę dantur in eodem *Summar. n. 3. & 4.* ex quibus clarè constat, hæc eadem mobilia, quæ prætenduntur locata Tarquinio sub die 12. Nouembris 1604. pignorata fuisse ab Amasio supra-

prædictæ Liuiæ alteri Hæbreo, sub die 9. & 24. Septembris eiusdem anni, & postea per eumdem Hæbreum vendita sub die 8. Maij 1606 Vnde si dicta mobilia de tempore prætensæ locationis reperiebantur pignorata penès alterum Hæbreum, clarè resultat, illa nedum non fuisse Tarquinio consignata, sed nec etiam potuisse consignari.

Non obstat, quod de dicta traditione mobilium constet ex primo Instrumento locationis celebrato cum Liuia, & Tarquinio fideiussore; nam respondetur, quod aut Hæbrei prætendunt agere principaliter vigore dicti Instrumenti, & non possunt, quia cum
4 fuerit † cassatum de consensu partium, ex eo nulla potest oriri actio *l. si pupillus la 2. vbi Bald. & Imol. ff. de acquir. hæredit. Anch. cons. 330. num. 11. Galles. ad formam oblig. Camer. quæst. 1. numer. 10. 11. & 12.*

Aut illud incidenter deducunt ad probandam traditionem, & cum dictum Instrumētum habeat annexum aliud Instrumentum quietantiæ, ex eo licet probetur mobilium traditio, probatur etiam eorumdem restitutio.

5 Minus obstat, quod † exceptio rei non traditæ non possit post biennium allegari, quia obiectum tollitur ex facto, cum à principio fuerit oppositum de dicta traditione, & de simulatione Apocæ.

Denique non obstat, quod Tarquinius per solutionem nolituum approbauerit dictam apocam, & omnia contenta in eà ità & taliter, quod nunc non valeat ab eius hærede
6 impugnari. Quia † placuit Dominis responsio, quod cum dicta solutio non fuerit facta à Tarquiniomet, sed à Sequestratarijs eius debitoribus mediante sequestro contra eos exequuto ad instantiam dd. Hæbreorum, ex ea non possit oriri ratificatio, vel præiudiciū inferri Tarquinio. *Rota decis. 508. num. 4 par. 2. recent. adden. ad Gregor. decis. 275. num. 22.*

Et ità vtraque &c.

BISIGNANEN. EMPHITEVSIS.

Veneris 8. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigen. canones datur ei, qui docet de eius quasi possessione, etiam quę contra hæredes debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, licet sit vnica, est sufficiens ad obtinendam manutentionem; cum incorporalibus vnicus actus sufficiat.*

2 *In interdicto retinendæ possessionis metimur ius ex persona actoris; quod non mutatur, nec variatur mutata persona ex parte rei.*

DECISIO CXLVIII.

DOMINI censuerunt Reuerendissimo Episcopo Bisignanen dandum esse mādatum de manutenendo in quasi possessione exigendi annuos canones ducator. 45. à Petro Antonio Melitia, & *lit. consort.* quia docet de eius quasi possessione *vulg. §. retinendæ instit. de interd.*

Quasi possessio enim præfati Episcopi probatur ex solutione ducatorum 45. ei facta à Bernardino Patre supradictorum Petri Antonij & *lit. conf.* pro annua responsione in executionem laudi inter eos lati, & per eumdem Bernardinum emologati, vt in *Summar. Episcopi num. 3.* quæ quidem solutio licet sit vnica sufficit tamen ad effectum, de quo agitur,
1 cum in incorporalibus † vnicus actus sufficiat pro obtinenda manutentione *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 22. & 30. de caus. possess. & propriet. Roman. cons. 311. nu. 7. Greg. XV. dec. 313. num. 1. & alias sæpè.*

Nec releuat, quod Petrus Antonius, & *lit. consor.* nunquam soluerint, & propterea contra eos nulla fuerit acquisita quasi possessio manutenibilis. Quia cum dicti Petrus Antonius, & *lit. consort.* sint hæredes prædicti Bernardini, quasi possessio acquisita ab Episcopo contra Bernardinum ei suffragatur, etiam
2 contra illius hæredes; cum in † interdicto retinendæ metiamur ius ex persona actoris, quod non mutatur mutata persona ex parte rei, *Guidopap. decis. 629. Rota decis. 562. nu. 1. par. 1. recen. Greg. XV. d. decis. 313. n. 3. Seraph. decis. 876. num. 1.*

Quod autem Petrus Antonius & *lit. consor.* sint hæredes prædicti Bernardini probatur ex eius testamento, & hæreditatis aditione, vt in *Summar. Episcopi num. 5.*

Et ità vna tantum &c.

BONONIEN. CENSVS.

Lunæ 11. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Census diuersitas quando non excludatur ad effectum vt firma remaneat obligatio fideiussoris, Quæ actio detur pro releuatione indemnitatis promissæ, & præcipuè quando est restricta ad certum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum executiuum potest is obtinere pro liberatione releuationis indemnitatis, cui sub obligatione Cameralí fuit promissa.*

2 *Census debet esse perpetuus iuxta suam naturam, limita vt respectu venditoris non sit perpetuus n. 4.*

3 *Procurator excedens finem mandati, tenetur actione mandati.*

5 *In censu contractu valet pactum inter venditorem, & fideiussorem, quod census extinguatur infra certum tempus.*

Dictio

6 *Dictio, eius, referri debet ad personam proximè expressam.*

7 *Fideiussor ad certum tempus, eo elapso potest agere executiuè, dummodo adsit obligatio Cameralis contra illum pro quo fideiussit absque eo quod soluat.*

8 *Fideiussor potest agere pro liberatione à solutione fructuum decurs. & decurrend. contra illum pro quo fideiussit & se obligauit non solùm vti fideiussor, sed vti principalis; antequam idem fideiussor soluat.*

9 *Fideiussores pro rata cognoscentes bonam fidem erga venditorem census: pariter erga emptorem vnusquisque ipsorum insolidum se obligat.*

10 *Cessione iurium facta alteri ab vno ex fideiussoribus, cessat periculum molestiarum.*

DECISIO CXLIX.

PROPOSITO dubio sub die 12. Nouembris præteriti, an sententia Rotalis lata in spolio ad fauorem Hæredum Marci Antonij Lambertini contra hæredes Com. Guid. Antonij Lambertini esset confirmanda, vel infirmanda, Domini animaduertentes resolutionem præfati dubij pendere ab inspectione, an dictus Guid. Antonius vigore releuationis indemnitatis ei promissæ à prædicto Marco Antonio occasione census ad sui commodum impositi, & pro quo ipse Guid. Antonius fideiusserat, potuerit executiuè agere, & mandatum obtinere tam pro restitutione sortis dicti census, quam pro fructibus decursis, & decurrendis, restrixerunt difficultatem ad dictam releuationem indemnitatis, & firmarunt, illam fuisse validam, reseruato vt de alijs videretur.

Hodie verò repropposito eodem dubio super confirmatione, vel infirmatione dictæ sententiæ Rotalis, Domini re maturè discussa, pro infirmatione responderunt. Quia ex nouiter deductis cessare visa fuerunt omnia fundamenta; quæ fuerunt deducta pro iniustitia prædicti mandati, super qua sententia Rotalis fundatur.

Primum enim fundamentum, quod pro iniustitia dicti mandati deducebatur, in eo cōsistebat, quod illud non poterat relaxari contra Marcum Antonium vigore instrumenti impositionis census, ex quo ipse impositioni census non interuenerat, nec in dicto instrumento nominabatur. Verùm fundamentum hoc ex facto tollitur, quia Guid. Antonius licet in iudicio produxerit d. instrumentum impositionis census, tamen egit principaliter vigore instrumēti releuationis indemnitatis; in quo Marcus Antonius promiserat, ipsum liberare ab omnibus solutionibus annuorum censuum, & extinctione illorum, ac ab omnibus promissionibus & obligationibus, quę occasione dictę impositionis census per eum fierent.

Productio autem instrumenti census fuit facta ad effectum iustificandi impositionem dicti census, & obligationem ab eodem Guid. Antonio præstitam in executiunem prædictę releuationis indemnitatis; Vndè iure merito in vim dictæ releuationis ei sub obligatione Camerali promissæ à Marco Antonio, potuit
1 executiuè † agere, & mandatum pro dicta liberatione obtinere *Thesau. decis. 26. num. 11. Rota decis. 586. num. 1. decis. 695. num. 2. par. 2. recent. & alias millies.*

Non obstat, quod census, pro quo Marcus Antonius promiserat releuationem indemnitatis, non sit idem cum eo, pro quo Guid. Antonius fideiusserat, nedum quia ille erat
2 imponendus pro scutis 3000. & † debebat esse perpetuus iuxtà naturam census, verum etiā quia ex forma obligationis Marci Antonij, ibi (annui census imponeñ per quamuis personam super eius bonis) debebat imponi super bonis ipsiusmet Marci Antonij. Iste autē census, pro quo Guid. Antonius fideiussit sit impositus super bonis bon. mem. Maluasiæ pro scu. 3400. & cum pacto illum extinguendi in fine triennij.

Nam quoad diuersitatem prætensam ex diuersitate quantitatis fuit responsum, illam nō releuare. Quia licet obligatio Marci Antonij sit restricta ad censum imponeñ pro sc. 3000. non indè sequitur, quod si fuerit impositus pro maiori summa, eius obligatio in totum corruat, sed benè sustinetur pro dicta quantitate scutor. 3000. vt in similibus ter-
3 minis rogatus † ad fideiubendam pro certa summa, si fideiubeat pro maiori, adhuc rogans tenetur actione mandati pro summa, pro qua rogauit; *ad text. in l. sed proculus & l. rogatus 33. vbi gloss. in verb. rogatus ff. mandati l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. obligat. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 15. num. 18. vers. sed in his casibus Henrig. de fideiuss. cap. 24. num. 65. & 66.*

Quo verò ad diuersitatem ratione tempo-
4 ris, respondetur, illam tolli, quia † census ex sui natura non est perpetuus simpliciter, sed tantum respectu emptoris, qui nunquam pecuniam repetere potest, secus verò respectu venditoris, qui semper extinguere potest, seruata tamen forma, de qua in Bulla san. me. Pij V. *Cenc. de cens. part. 2. cap. 1. q. 3 art. 7. nu. 18. & cap. 2. q. 3. art. 4. num. 12. Rota decis. 195. n. 6. post d. tract. de cens.*

In præsenti autem casu pactum de extinguendo censum in fine triennij non fuit appositū ad fauorem Emptoris census, sed fuit initum inter Maluasiā venditorem, & Guid.
5 Antonium fideiussorem, † inter quos poterat conueniri, quod ille in fine dicti triennij extingueretur *ad tex. in l. Lucius ff. mandati l. si pro ea C. eod. Cenc. de cens. part. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 8. num. 52. & cap. 2. quæst. 3. art. 4. num. 1. Roder. de ann. redd. lib. 2. quæst. 13. n. 18. & seq.*

Denique quod census sit diuersus, ex quo ille, iuxtà formam obligationis Marci Antonij ibi (annui census imponeñ per quamuis personam super eius bonis) erat imponendus super proprijs bonis Marci Antonij, cū verbum (eius) ad ipsius personam, non autem ad Maluasiam sit referendum; pariter tollitur ex responsione data in alia decisione coram me sub die 10. Aprilis 1628. Nimirum ver-
6 bum † (eius) referri ad personam proximè

ex-

expressam, & sic nō ad Marcum Antonium, sed ad Maluasiam imponentem ex *dec. Seraph. & Barbos. in d. decis. allegat.*

Secundum fundamentum deductum pro iniustitia supradicti mandati, quod scilicet non potuerit relaxari pro fructibus decursis, ex quo Guid. Antonius illos non soluit, nec etiam pro decurrendis, cum pro eis non esset orta actio, pariter corruit. Quia licet regulariter fideiussor non possit agere pro releua-
7 tione antequam soluat, † tamen id non procedit, quando obligatio fideiussoria est restricta ad certum tempus, prout in præsenti casu restricta legitur ad trienniũ, quia tunc elapso termino potest agere absque eo, quod soluat *Glos. in l. Lucius in verbo condemnetur vers. quartus si hoc ff. mandati Henriq. de fideiuss. cap. 25. num. 22. Cenc. de cens. part. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 4. n. 1.*

Et cessat omnis difficultas; quia stante supradicta obligatione Marci Antonij de liberando eum ab omnibus obligationibus per
8 ipsum faciẽ, † non solum vti fideiussor, sed vti principalis potuit agere, antequam solueret, pro liberatione à solutione fructuum decurs. & decurrend. pro quibus in instrumẽto census se obligauerat *ad tex. in d. l. si pro ea, & ibi glos. in verbo feceris, vers. item si hoc C. mandat.*

Tertium & vltimum fundamentum deductum ratione excessus, ex eo quia mandatum fuit relaxatum pro integra sorte scutor. 3006. & tamen Guid. Antonius non fideiussit nisi pro medietate, & pro altera Elefantuccius, ex facto pariter destruitur. Quia verum est, quod Guid. Antonius, & Elefantuccius, ac vnusquisque ipsorum pro rata recognouit bonam fidem erga Maluasiam venditorem census, tamen verum est etiam, quod erga emptorem dicti census vnusquisque ipsorum
9 in solidum se obligauit, & † propterea stante hac solidari obligatione Guid. Antonij, semper substinetur actio pro tota summa, & cõsequenter pro ea mandati relaxatio *l. 3. §. vbi duo ff. mandat.*

Nec releuat, quod Marcus Antonius potuerit molestari pro altera medietate ab Ele-
10 fantuccio, quia † stante cessione per eundem Elefantuccium facta ad fauorem Guid. Antonij cessat periculum molestiarum *l. emptor C. de hered. & act. vend. Surd. cons. 269. numer. 1. Rota in Romana Palatij 19. Februarij 1619. coram bon. me. Sacrato.*

Et ita vtraque, &c.

FESVLANA PARROCHIALIS.

Veneris 15. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à maiori parte Patronorum, est instituendus in Ecclesia Parrochiali.

SVMMARIVM.

1 *Præsentato à maiori parte patronorum debetur institutio.*

2 *Præsentationes probant pertinentiam maiorem, vel minorem patronorum.*

3 *In iurepatronatu. vnus alteri potest præiudicium inferre.*

4 *Prouisus Apostolicus cum derogatione alterius medietatis vocum est instituendus.*

DECISIO CL.

PROPOSITO à me dubio, quis nam esset instituendus, an Franciscus Badius præsentatus à Dinis, an verò Petrus de Fabijs præsentatus à Morellis, Domini vnanimiter responderunt, Franciscum esse instituendum,
1 tanquam † præsentatum à maiori parte patronorum iuxta *tex. in cap. quoniam, & ibi gloss. in verbo qui maioribus de Iurepatronatus Abb. ibid. num. 3. Bald. cons. 14. nu. 6. vers. secundus casus lib. 5. Rota decis. 117. num. 1. p. 2. diuers.*

Quod autem dictus Franciscus fuerit præsentatus à maiori parte Patronorum probatur, ex quo Dini, qui ipsum præsentarunt, habent in Patronatu, de quo agitur, duas ex tribus vocibus, Morelli verò, qui præsentatunt Petrũ, habent alteram ex tribus. Quod clarè visum fuit iustificari ex vltimis duabus præsentationibus effectum sortitis de anno 1597 & 1602. factis ab auctoribus supradictorum de Dinis, & Morellis, qui in concursu, insimul præsentarunt cum expressa declaratione, quod Patronatus spectabat ad eos, scilicet ad Dinos, pro duabus ex tribus partibus, & pro altera tertia parte ad Morellos vt in
2 *Summ.* Francisci *num.* Quæ † quidem præsentationes optimè probant pertinentiam dictorum de Dinis pro duabus ex tribus vocibus *Rota coram Gregor. XV. decis. 349. num. 1. vbi Adden. n. 6. decis. 146. n. 2. & decis. 274. num. 6. & 8. par. 2. recent.*

Nec obstant ea, quæ pro parte Petri deducebantur circa pertinentiam dictorũ de Morellis pro medietate. Quia vltra quod Morelli, qui admiserunt Dinos ad præsentandũ pro duabus, ex tribus partibus, vt dictum est supra, sibi ipsis, & modernis Patronis eorum successoribus præiudicarunt, ex quo agebatur
3 de Patronatu hæreditario, in quo † vnus alteri potest præiudicium inferre. *Pereg. cons. 34. num. 16. lib. 1. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. n. 30 Lambert. de Iurepatronatus par. 2. lib. 1. quæst. 2. art. 3. Rota decis. vltim. num. 4. de Iurepatronatus in antiq.*

Cessat omnis difficultas, quia dato quod constaret de pertinentia dictorum de Morellis pro medietate, adhuc tamen esset insti-
4 tuendus Frãcĩscus † tanquam prouisus Apostolicus cum derogatione alterius medietati vocum *cap. is qui de præbend. in sexto.*

Et ita vtraque &c.



RO-

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Luna 18. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Residuum dotis reuersæ dotanti debetur filiæ ab hæredibus Patris non obstante quod ipsa acceptauerit legatum paternum, quia istud compensandum est cum dote.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur conseruare filiæ secundo nubenti integram dotem.*

2 *Dos reuersa ad patrem non confunditur cum ipsius patrimonio, nisi filia ad hæreditatem Patris vellet cum proprijs fratribus concurrere.*

3 *Filia cum abstinuerit voluntariè ab hæreditate paterna, dotem cum fratribus communicare non tenetur.*

4 *Filia vigore Statuti Vrbis excluditur à successione Patris per filios masculos.*

Positis in necessitate magis, quam in voluntate, fauendum est, & num.4.

5 *Filia non potest renunciare iuri sibi competenti super repetitione dotis tacitè, vel expressè in praiudicium secundarum nuptiarum.*

6 *Pater legando filiæ viduæ cui dos dari debet, præsumitur id fecisse animo compensandi cum ipsa dote &c.*

DECISIO CLI.

DOMINI persistendo in decisis sub die 10. Decembris proximè præteriti censuerunt residuum dotis deberi in casu, de quo agitur, restitutis tamen vel compensatis mobilibus legatis Catharinæ ab Antonio eius Patre.

Vera siquidem est conclusio alias in dicta
1 decisione firmata quod † Pater tenetur conseruare filiæ secundo nubenti integram dotē iuxta *auth. sed quamuis C. de rei vx. act. cum alijs in dicta decis. allegat.*

Subsistit etiam alia conclusio firmata in eadem decisione ex *doctr. Castr. in l. fin. numer. 7. vers. secundum tempus iuncto vers. est tertium tempus C. com. vtriusque.* Quod de iure Auth. dos quæ reuolauit ad patrem non confunditur
2 cum ipsius patrimonio, † nisi filia ad hæreditatem Patris vellet cū proprijs fratribus concurrere, quia tunc deberet conferre dotem, & hanc opinionem tenet *Rom. in l. post dotem num. 69. ff. solut. matrim. & Alex. pro contraria opinione ex aduerso allegat. in l. illud num. 9. vers. sed si vult; C. de collat.*

Quapropter cum Catharina dote sua fuerit contenta, & ab hæreditate paterna volunta-
3 riè abstinuerit, † dotem cum fratribus communicare non tenebatur *l. pen. & l. fin. ff. de collat. dot. cum iuribus supra citat.* Quod tanto magis procedere debet, ex quo dicta Catharina
4 vigore † statuti Vrbis *cap. 145. lib. 1.* propter agnatos masculos à successione Patris excludebatur, & sic necessario abstinebat ab ea, vnde intrat regula, quod magis fauendum est in necessitate positis, quàm in voluntate *l. si fideiussor §. si necessaria ff. qui satisd. cog. l. cum postulassent ad fin. ff. de damn. infect.*

Non obstat, quod Catharina acceptando legatum paternum sibi præiudicauerit, ex quo per dictam acceptationem censetur renunciasse iuri sibi competenti super repetitione dotis. Quia placuerunt Dominis responsiones alias datæ in *dicta decis.* quæ reuidetur, quod scilicet huiusmodi renunciatio nō no-
5 cet Catharinæ nec ipsius filijs † vti facta sine solemnitatibus à statuto requisitis, nec poterat fieri in præiudicium secundarum nuptiarum iuxtà *text. in l. de die ff. de pactis dot. Surd. consil. 78. numer. 5. 9. & 10. cum alijs in decis. allegat.*

Quod autem mobilia relicta Catharinæ iure legati ab Antonio eius Patre sint restituenda, vel cum dicta dote compensanda, moti fuerunt Domini ex quo Pater legando filiæ,
6 cui † dotem dare debet, præsumitur id fecisse animo compensandi cum ipsa dote ad *text. in l. si cum dotem §. si pater ff. solut. matrim. l. huiusmodi §. cum pater ff. de leg. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. num. 22.*

Non obstat, quod non constet de existentia dictorum mobilium, nec quod illa peruenerint ad manus Catharinæ. Quia contrariū apparet ex testibus datis pro parte Franciscæ, & sororis de Bolinis deponentibus illa post mortem Antonij Testatoris remansisse penes dictam Catharinam, vt in earum *Summario num. 6.* iuncto etiam contrario dato in eodem *Summar. num. 7.*

Et ità vtraque &c.

PERVSINA DOTIS.

Luna 18. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Dos, promissa in pluribus terminis si non fuit soluta illius fructus debentur pro rata à die, qua termini maturati fuerunt, non autem à die litis contestatę. Fructus dotis debentur ad rationem quinque pro centenario.

SVMMARIVM.

1 *Epistola parit actionem contra scribentem ad effectum agendi pro dote contenta in ea, etiam si essent concepta verbis enunciatiuis.*

2 *Epistola directa vni ad fauorem illius & nō alterius parit actionem per Reg. quod alter alteri stipulari non possit.*

Amplia vt fauore dotis etiam inter diuersas personas committatur stipulatio sufficiens ad agendum. num. 2.

3 *Recognitio epistolæ satis dicitur facta per testes habentes notam manum.*

4 *Fructus dotis debentur à promittente dotem ad tempus, dummodo soluturus fuerit in mora constitutus, & num. 5.*

5 *Dies interpellat pro homine.*

N Fru-

6 *Fructus dotis taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

DECISIO CLII.

MARCHIO Bartholomeus à Monte vti hæres Marchionis Io. Baptistæ per sententiam Gubernatoris Perusiæ fuit condemnatus ad soluenda scuta 2000. vna cum interusurijs à die litis cōtestatę vti promissa à dicto Marchione Io. Baptista Comiti Cuttio Rainerio pro augmento dotis D. Elisabethæ à Monte eius vxoris, à qua sententiā cum pro parte dicti Marchionis Bartholomęi fuerit ap pellatum, causaque mihi commissa, dubitaui, an dictus Marchio Bartholomeus ad dictā solutionem teneretur, ità vt sententia dicti Gubernatoris veniret confirmanda, & Domini quoad dotem scutorum 2000. & illius fructus responderunt deberi, & in hoc sententiā esse confirmandam, quo vero ad quantitatem dictorum fructuum responderunt illos deberi pro rata à die quo termini maturati fuerunt, & ad rationem quinque pro centenario & in hoc sententiam esse reformandam.

Nam quoad dotem scutorum 2000. visa fuit iustificari sententia ex promissione facta à dicto Io. Baptista de soluendo in pluribus terminis dictam quantitatem pro dote dictæ Elisabethæ, de qua promissione constat ex epistola scripta à prefato Io. Baptista D. Olim piæ Busalinæ matri prædictæ Elisabethę, vt in *Summario* dicti Comitis *num.* 1. Quæ qui-
1 dem † Epistola parit actionem ad effectum agendi pro dote contenta in ea, etiam si esset concepta verbis enunciatiuis. *Bart. cons.* 288. *par.* 1. *Rota in Cornetana pecuniaria* 15. *Nouembris* 1616. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec quicquam facit, quod dicta Epistola sit directa dictę Olimpiæ non autem Elisabethę filię, nec dicto Comiti eius Viro agenti
2 pro dicta dote. Quia † licet alter alteri stipulari non possit *l. si stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig.* Tamen fauore dotis, etiam inter diuersas personas committitur stipulatio sufficiens ad agendum ad *tex. in l.* 1. *§. accedit C. de rei vxor. act. Dec. cons.* 35. *n.* 1. *Caputaq. d. decis.* 288. *Rota in dicta Cornetana pecuniaria coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec pariter obstat, quod dicta Epistola nō sit sufficienter recognita per testes, qui dantur deponentes, se habere notam manum. Quia quicquid sit, si ageretur de recognitione apocæ, quo casu prædicta recognitio absque adminiculis non sufficeret, prout dictū fuit *coram me in Romana pecuniaria, seù mutui Mercurij* 5. *Maij* 1627. Cum in præsenti casu
3 agatur de recognitione Epistolę, † quę fieri solet absente parte, & absquè interuentu testium, satisdicitur recognita per testes habētes notam manum *Socc. sen. in l. si ità scripsero num.* 3. *post med. ff. de cond. & demonstr. Rota decis.* 570. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & decis.* 772. *num.* 9. *par.* 2. *recent. Seraph. decis.* 150. *num.* 2. *& decis.* 700. *nu.* 2. *in fine.*

Quo verò ad fructus sententia pariter rema-
4 net iustificata, cum † certum sit illos deberi sustinēti onera matrimonij à promittente dotem, dummodo fuerit in mora soluendi, prout hic *Grat. cons.* 56. *num.* 3. *lib.* 1. *Alex. cons.* 141. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 5. *Seraphin. decis.* 958. *numer.* 2. *&* 3.

Quod autem dicti fructus debeantur pro rata à dię, qua termini maturati fuerunt, non autem à die litis contestatę, vt dicitur in sententia ex hoc deducebatur; quia cum dicti fructus debeantur propter moram, vt dictum est supra, & promittens dotem ad tempus, prout hic, dicatur in mora à die, qua termi-
5 ni maturati fuerunt, ex quo dies † ipsa adiecta solutioni interpellat ad effectum constituendi eum in mora *l. magnam C. de contr. & commit stipulat. Rolan. cons.* 98. *nu.* 9. *lib.* 2. *Seraphin. decis.* 249. *num.* 1. *&* 2. Vtique dicendum est, illos deberi pro rata à dicta die, qua termini maturati fuerunt.

Denique quod illi debeantur ad rationem
6 quinque † pro centenario Domini moti fuerunt, ex quo ita solent taxari à Rota, vt in *Asculana Spolij* 22. *Maij* 1615. *coram bon. memor. Buratto.*

Et ità pro confirmatione, & reformatione sententiæ respectiuè conclusum vna tantum &c.

FIRMANA FIDEICOMMISSI DE CARRADORIS.

Luna 15. *Aprilis* 1630.

ARGVMENTVM.

Substitutus non potest succedere in fideicommisso nisi prius purificentur conditiones in dicto fideicommisso contentę.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio vnius ex fideicommissarijs non debet attendi maximè quandò est contraria verbis fideicommissi.*

2 *Cessio vsusfructus tantùm, est personalis, & propterea non egreditur personam eius cui facta est cessio.*

DECISIO CLIII.

SVB die 5. Martij 1629. fuit firmatum in hac causa, Ludouicam non posse agere ad portionem Iosephi, neque ad portionem Lelij, & Philippi, quę peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portionem eorūdem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam, de portione verò Acurtij fuit ordinatum, vt particulari dubio de ea videretur. Proposita hodiè causa super ijsdem Domini quoad portionem Iosephi, & quo ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, steterunt in decisis, de alijs verò mandarunt, vt videretur.

Nam quod Ludouica non possit agere ad por-

portionem Lelij, & Philippi, quę peruenit ad filios Ludouici Domini approbando fundamentum decisionis, desumptum ex testamento Mariæ, hoc clarè deducebant ex serie ipsius testamenti, ex cuius lectura apparet, ad portionem dictorum Lelij, & Philippi, æqualiter esse vocatos tam filios Ludouici, quam filios Aeurtij, nec inter eos adesse aliquam substitutionem reciprocam, & quatenus adesset, cum tamen extent filij dicti Ludouici, nihil in dicta eorum portione Ludouica prætendere potest.

Non obstant ea, quæ deducebantur, & hodiè repetuntur circa declarationem Philippi, prout etiam fuit deductum in alia decisione.

1 Quia Domini dixerunt, hanc † declarationem non esse attendendam vti contrariam verbis testamenti Mariæ, secundum quæ (circumscriptis quę dicebantur de illius acceptatione, & de fideicommisso conuentionali, de quibus prout de alijs, reseruatis particulariter videbitur) præsentem resolutionem cœperunt.

Quantum enim attinet ad portionem Iosephi, quod scilicet in ea Ludouica succedere non possit, remanet clarum, ex quo ipse Ioseph est institutus in testamento Mariæ, & nō dum è vita decessit, & substitutio est facta si sine filiis.

Non obstat, quod dictus Ioseph diuidendo bona intèr nepotes consignauerit bona Marię Baptistæ (ex cuius persona Ludouica prætendit dicta bona) cedendo ei vsumfructum. Quia ista cessio est personalis, & est solum-
2 modo vsusfructus, † non autem proprietatis, & propterea non egreditur personam eius, cui fuit facta cessio. *Surd. decis. 163. nu. 10. vers. non extenditur. cum alijs in decis. relat.* Et ità respectu istius portionis Iosephi nō potest fieri extensio de persona Baptistæ ad Ludouicam. Maximè prout ponderatur in dicta decis. cū in illa non militet ratio quietis, & pacis considerata in dicto Baptista, & alijs nepotibus Mariæ. *Paris. cons. 12. num. 01. lib. 1. cum alys in decis. allegat.*

Et ita vtraque, &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE CINCIIS.

Veneris 19. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Bona ab hæredibus acquisita, quando dicantur acquisita, nomine proprio, vel hæreditario. Præsumptio detractionis bonorum hæreditariorum quando intret in hærede.

SVMMARIVM.

1 *Bona empta per hæredem quando dicantur hæreditaria effecta.*

2 *Bona empta ab hærede pro se ipsis, & hæredibus cum clausula, ad habendum, censentur empta nomine proprio, non autem nomine hæreditatis.*

3 *Ex inventario probatur an bona aliqua aderant in hæreditate.*

4 *Confessio testatoris non solum probat contra hæredē, sed etiam contra hæredem hæredis.*

5 *Præsumptio detractionis semper intrat in hærede, donec non reddit rationem de bonis hæreditariis.*

6 *Bona mobilia præsumuntur esse in notabili quantitate, & qualitate stante nobilitate, & diuitijs testatoris.*

DECISIO CLIV.

PER binas resolutiones emanatas coram Illustrissimo Domino meo Card. Virili firmatum fuit D. Ludouico Cincio vocato ad fideicommissum Petri Hieronymi dandā esse immissionem in possessionem domorum, & censuum, de quibus agitur, non obstante quod pro parte hæredum Olimpiæ (quę fuit hæres grauata dicti Petri Hieronymi) prætenderetur retentio, vel restitutio scut. 1100. per eandem Olimpiam solutorum pro ære alieno antedicti Petri Hieronymi fideicommittentis quia cum ipsa occasione retrouenditionis censuum hæreditariorum dicti Petri Hieronymi receperit scuta 732. bai. 50. ac ad eius manus peruenerint iocalia, & mobilia eiusdem Petri Hieronymi, quæ simul excedunt prædictam quantitatem scut. 1100. præsumitur ex iis integraliter satisfacta.

Verum quia pro parte dictorum hæredum nouissimè allegabatur dicta scut. 732. bai. 50. fuisse ab eadem Olimpia reinuestita ad commodum hæreditatis dicti Petri Hieronymi, ità vt propterea dici non posset, quod ipsa ex dictis pecuniis fuerit satisfacta placuit Dominis, pro tertia vice dictis hæredibus audientiam concedere. Vndè reproposito à me dubio an esset standum, in bis resolutis, Domini affirmatiuè responderunt.

Nam licet hodie pro parte dictorum hæredum dentur plura Instrumenta censuum in totum scut. 712. in sorte, qui prætenduntur acquisiti ex pretio aliorum censuum per Olimpiam alienatorum, non propterea sequitur, quod sint hæreditarij Petri Hierony-
1 mi, quia non † constat fuisse acquisitos etiam nomine dictæ hæreditatis, prout necessario requiritur *Peregr. cons. 31. num. 18. lib. 4. Rota in Anconitana censuum coram bo. me. Buratto relat. post tract. de cens. decis. 98.*

Non obstat quod dicta Instrumenta cantēt ad fauorem hæredum Petri Hieronymi, quia aduertunt DD. ex dictis censibus duos solum vnum scut. 100. venditum à Capitaneo Balthassare Chrispolto 2. Iunij 1612. alterum verò scutorum 100. venditum à Fantbiuto 18 Iunij 1616. fuisse acquisitos nomine hæreditatis, & pro omnibus quorū interest, & quod cęteri fuerunt acquisiti ab hæredibus d. Petri Hieronymi pro se ipsis, & eorum hæredibus
2 cum † clausula (ad habendū &c.) vndè censentur acquisiti nomine proprio non autem nomine hæreditatis, *Peregr. de fideicom. art. 44. num. 28. in princ. & d. cons. 31. num. 11. vers. secundus casus, & num. 16. in fin. lib. 4. Menoch. cons. 213. n. 23*

Rota in prædicta Auconitana censuum coram bo. me. Buratto.

Circa ea, quæ replicabantur de non existentia iocalium, & mobilium placuit Dominis responsio data in decisione, quæ reuidetur,
3 illam scilicet probari † ex inuentario facto à Monaldo iuncta assertione facta à Petro Hieronymo fideicommittente in suo testamento,
4 quæ nedum † probat contra Olympiam hæredem, verum etiam contra illius hæredes, *Cephal.conf.386.num.29.Decian. conf.76. num.16. vers. secundo lib.3. cum alijs in dd. decis.citat.* & licet constet solum de pretio retracto ex iocalibus scut.216. b. 75. & non de pretio mobilium, tamen donec de dictis mobilibus reddatur
5 ratio semper militat † præsumptio subtractionis in maiori quantitate, quàm importet residuum dd. scut. 1000. vt fuit sæpius dictum in *Maceraten. legitimæ 14. Aprilis 1627. coram R.P.D. meo Vbaldo* inspecta præcipuè qualitate,
6 † & statu Petri Hieronymi diuitis, & nobilis, ex quibus aliàs Rota quantitatem mobilium fuit arbitrata *in Perusin. de Alphanis 20. Decembris 1621. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ità vtraque &c.

IN EADEM.

Veneris 19. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius, quando debeat capere bona fideicommissaria de manu hæredis. Possessio iure familiaritatis non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario, quando euenit casus suæ vocationis, conceditur immissio, vel* ex remed. l.fin.vel ex remed. Saluiani.

2 *Fideicommissarius debet capere de manu hæredis bona fideicommissaria.*

3 *Fideicommissarius habens licentiam à testatore capiendi bona propria auctoritate, non oportet vt illa capiat de manu hæredis.*

4 *Possessio iure familiaritatis non suffragatur, nec lædit possessionem iure proprio, & n.5.*

6 *Descendentium appellatione veniunt etiam fœminæ.*

7 *Prohibitio alienationis debet intelligi iuxta terminos fideicommissi præcedentis, & sic illud non ampliat, & n.8.*

9 *Decisio in causa Cesenaten. fideicommissi coram R. P.D. Durano declaratur.*

10 *Legatarius non comprehenditur sub nomine substituti.*

11 *Trebellianica censetur prohibita per clausulam, pleno iure, & sine diminutione.*

12 *Aes alienum vt impediat immissionem fideicommissarij, quid sit necessarium.*

13 *Exceptio supplementi legitimæ non impedit fideicommissario immissionem.*

DECISIO CLV.

PROPOSITO dubio coram Illustrissimo Domino meo Card. Virili sub die 8. Iunii 1628. cui esset danda immissio in possessionem bonorum, de quibus agebatur, an scilicet D. Ludouico Cincio eam prætendenti ex fideicommisso Petri Hieronymi ad sui fauorem purificato, an verò Dominis de Columbis illam pariter prætendentibus vti hæredibus institutis in testamento Olympiæ; DD. quoad domos, & census acquisitos, & emptos per dictum Petrum Hieronymum, Ludouico dandam esse responderunt, quo verò ad alia bona mandarunt, vt particulariter videretur.

Nunc verò prosequendo disputationem super reseruatis proposui dubium, cui in reliquis bonis esset danda immissio, & Domini vnanimiter ad fauorem eiusdem Ludouici responderunt, ea ratione moti, quia cum ipse Ludouicus doceat de fideicōmisso Petri Hieronymi ad sui fauorem purificato (quod inter partes non controuertitur) de identitate bonorum, & de eiusdem Petri Hieronymi possessione vsque ad illius obitum per testes in eius *Summ. num. 5.* meritò venit ei conce-
1 denda † immissio ex *remed. l. fin. vel ex remed. Saluiani, vt in d. decis. firmatur.*

2 Non obstat, † quòd fideicommissarius debeat capere de manu hæredis, quia placuit responsio data in dicta decisione, quod licentia
3 testatoris tollat † hanc necessitatem, ex qua licentia tollitur etiam id, quod opponebatur Ludouicum non esse legitimum contradictorem ad impediendum, ne detetur immissio Columbis, *Menoch. de adipisc. remed.4.n.633. vers. altera Fusar. de substit. quæst.613 num.4. & 5. Angel.de legit.contradict.q.2. art.5. num.170. & seqq. maximè num 175.*

Nec etiam obstat, quod ex testibus datis pro parte dictorum de Columbis constet bona, de quibus agitur viuēte Petro Hieronymo fuisse possessa etiam ab Olympia simul cum eo. Quia cum sit in confesso inter partes, quòd hæc eadem bona fuerint possessa, & relicta in eius hæreditate à Francisco Patre communi, qui instituto hærede Petro Hieronymo, & Carolo, & facto fideicommisso ad eiusdem Petri Hieronymi fauorem, Olympiam ab hæreditate exclusit cum legato florenorum mil-
4 le, † vtiq; dicendum est ipsum Petrum Hieronymum iure proprio, Olympiam verò iure familiaritatis possedisse, *l. qui iure ff. de acquir. possess. Surd.conf.221.num.29. & conf.260. num.16. & seqq. Mantic. decis.245. nu.6. Rota decis.761. nu.4. par.2. recen.*
5 † possessio enim iure familiaritatis non suffragatur, nec lædit possessionem iure proprio, *d. l. qui iure, ff. de acquir. possess. Grat. discept.450. num.15. & seqq. Rota d. decis.761. nu.4. par.2. recent. & fuit dictum in Spoletana bonor. 22. Aprilis 12. Decembris 1616. coram bon. mem. Buratto.*

Neque releuat, quod d. Olympia vti vocata per obitum Petri Hieronymi ad fideicommissum prædicti Francisci communis Patris posse-

possederit iure proprio, non autem iure familiaritatis. Quia ex serie testamenti d. Francisci tollitur obiectum. Nam licet Franciscus facto particulari legato florenorum mille ad fauorem Olympiæ cum prohibitione, ne aliquid amplius de sua hæreditate prætendere posset de reliquis bonis ita disposuerit (hæredes verò vniuersales instituit Petrum Hieronymum, & Carolum eius filios æquis portionibus, & si Carolus quandocumque decesserit, tunc substituit d. Petrum Hieronymum si superuixerit, alias eius filios legitimos, & naturales, prohibens alienationem suorum bonorum ita, & taliter, quòd si aliquis ex dictis institutis, & substitutis, vt supra bona prædicta alienauerit, tunc prędicta bona deuoluantur ad alios hæredes institutos, & substitutos, vt supra, qui nō vendiderint, vel alienauerint. Insuperque mandauerit, vt d. hæredes, vt supra instituti, & substituti ab omni delicto se abstineant, & casu, quo aliquis delictū committeret, tunc voluit vt bona deuoluantur ad dictos cohæredes non delinquentes si extiterint, sin minus ad proximiores agnatos domus de Cincijs, & hoc fecit ad hoc, vt prædicti eius hæredes viuant in gratia Principis, & ad hoc vt omnia bona sua conseruentur pro suis descendentibus, & aliis substitutis vt supra) tamen non inde sumi potest talis vocatio, quæ suffragetur Olympiæ.

Quia aut prætenditur Olympiam fuisse vocatam per substitutionem factam ad fauorem proximiorum agnatorum de Cincijs, & dicta substitutio non potest ei suffragari, quia illa fuit facta in casum delicti, qui casus non euenit.

Aut verò prætenditur fuisse factum fideicommissum ad fauorem Olympiæ per illa verba apposita in fine testamenti, ibi (ad hoc vt bona sua conseruentur pro sui descenden-
6 tibus) † quorum appellatione veniunt etiam fœminæ, & minus iste sensus sumi potest ex illis verbis, quia ratio illa conseruandi bona pro suis descendentibus non fuit principaliter posita ad inducendum nouum fideicommissum ad fauorem descendentium, sed fuit posita consecutiuè ad substitutionem factam in casu delicti, ne scilicet in tali casu bona per-
7 uenirent ad Fiscum, † sed vt conseruarentur pro suis descendentibus, & sic ratio prædicta non ampliat fideicommissum supra factum, *Dec. cons. 636. num. 7. & seqq. Honded. cons. 78. n. 35. & seqq. lib. 1. Seraph. decis. 432. nu. 3. decis. 883. n. 4. & 5. & decis. 1023. num. 10. Rot. decis. 707. num. 7. par. 2. recen. in Romana fideicommissi de Millesijs 16. Nouemb. 1624. coram R. P. D. meo Pirouano.* Et
8 multo † minus quia præcedit fideicommissum particulare in casu mortis, *Gabr. cons. 132. num. 69. lib. 1. Honded. cons. 69. num. 26. lib. 2. Fusar. de substit. qu. 688. num. 15. & 127. Rota decis. 267. n. 4. vers. vltra quod par. 2. recen.*

9 Non obstat decisio † Cæsenatēn fideicommissi 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. meo Durano, quia ibi Testator substituir in casu alienationis, & in casu delicti, & postea in clausula separata, & per se stante dixit hoc ideò fecisse, vt eius bona conseruarentur in sua domo, hic autem clausula vocationis descendentium stat continuatiuè ad casum delicti, & propterea solum ad illum est referenda. Vltra quod cessare visa fuit omnis difficultas ex alijs verbis immediatè sequentibus ibi (pro suis descendentibus, & aliis substitutis, vt supra) ex quibus clarè colligitur Testatorem sensisse solum de descendentibus, & substitutis, vt supra, inter quos non compræ-
10 henditur Olympia, † ex quo non fuit substituta, sed solum honorata legato scutor. mille, *ad text. in l. cohæredi 41. §. qui discretas ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. Lucius 45. nu. 18. vers. sed pone ff. eod. tit.*

Non obstant prętensæ detractiones, quia ratione legitimę ea non debetur, cum agatur de hæreditate Petri Hieronymi trāsuersalis, nō
11 etiam ratione Trebellianicæ, † cum illa sit prohibita per clausulam pleno iure, & sine aliqua diminutione, vt firmauit *Rota d. die 8. Iunij 1628. coram Illustriss. D. Card. Virili, & præter ibi allegat. tenet Eugen. cons. 56. num. 38. lib. 1. & Rot. decis. 259. num. 5. in fin. par. 2. recen.*

Non ratione æris alieni fideicommittentis, quia quoad dotē Isabellę illius vxoris eā fuisse restitutam, ex pretio rerum hæreditariarum d. Petri Hieronymi fuit bis resolutum coram Illustrissimo D. meo Card. Virili, & tertia vice coram me hac die 19. Aprilis 1630. & de
12 alio ære alieno eiusque solutione † non fuit doctum, prout necessarium esse firmauit *Rota in dicta decis. facta 8. Iunij 1628. in Romana fideicommissi de Spinis 18. Martij 1602. coram bon. mem. Card. Millino, & in Ariminen. fideicommissi 20. Iunij 1622. coram bon. mem. Buratto.*

Non denique ratione supplementi legitimę debitæ d. Olympiæ in bonis dicti Francisci sui Patris, tùm quia non constat aliquid esse sup-
13 plendum, tùm etiam quia † huiusmodi exceptio non impedit fideicommissario immissionem, *Argell. de legit. contrad. q. 13. art. 5. nu. 65. Rota decis. 184. num. 1. & 2. par. 4. diuers. cum alijs per informantes pro Ludouico allegatis.*

Et ita vtraque &c.

TVLLEN. REFORMATIONIS.

Luna 22. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Essentia professionis, in quibus consistat. Et quando stabilitas in aliquo loco non sit de essentia professionis. Clausulæ derogatoriæ qualiter sint intelligendæ.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi professi essentia in quibus votis consistat.*
2 *Stabilitas in loco certo non concernit substantiam trium votorum à Religiosis emittendorum.*
3 *Stabilitas in aliquo ordine quando non sit de essentia professionis.*
4 *Per Clausulam, non obstantibus quibuscumque censetur derogatum omnibus in contrarium facientibus.*

5 *Clausulæ, derogatoriæ debent intelligi, quod derogent, nisi contrarium in dispositione caueatur.*
6 *Scriptura si non sit in forma probanti, non probat, & maximè si sit suspecta de falso.*
7 *Acceptatio, & approbatio induci potest ex scientia, & patientia.*

DECISIO CLVI.

CUM per duas decisiones conformes fuisset firmatum, Bullas fel. rec. Pauli V. & Gregorij XV. obtentas à Communitate antiqui rigoris Præmonstratens. super reformatione, esse iustificatas; Nihilominus, quia dum pro parte ipsius Communitatis peteretur huiusmodi iustificationem canonizari per sententiam, nonnulla motiua fuerunt in memorialibus pro retardanda expeditione pro parte Capituli, & Abbatis Generalis datis excitata, placuit Dominis pro tertia vice ipsis Capitulo, & Abbati concedere audientiam super istis motiuis. Vnde proposito à me dubio, An capita deducta in dictis memorialibus, quæ ad duo præcipuè reducebantur, obstarent, quominus ad dictam expeditionem deueniri posset, Domini negatiuè responderunt.

Nam quoad primum, nempè (quod formula professionis Reformatorum non sit cõformis primitiuæ Regulæ, & antiquo rigori prout requiritur in dictis Bullis, & fuit etiam decisum à sacra Congregatione Regularium, cum inter alia, quæ præcipiuntur Religiosis per dictam primitiuam Regulam, præcipiatur ipsis, vt affilientur illi Ecclesiæ, à qua recipiuntur, & promittant stabilitatem in illo loco, quod non præstant moderni Reformati, sed genericam non solùm stabilitatem promittunt in vniuersa Communitate) visum fuit probari.

Quia cũ professio non differat in votis substantialibus, paupertatis, videlicet, castitatis, & obedientiæ, quę emittere debent Reformati iuxta bullam Iulij Secundi, in quibus
1 tribus † votis consistit essentia Religiosi professi, *cap. cum ad Monasterium de stat. Monach.* & docet S. Thom. 2. 2. qu. 186. art. 9. *Sanchez super Decalog. lib. 5. cap. 1. num. 16. & lib. 6. cap. 4. num. 9.* Nulla potest dici adesse discrepantia; nec stabilitas in loco † concernit substantiam trium
2 votorum à Religiosis emittendorum, *Sanch. super Decalog. loco supracit.* Quod tanto magis suadetur in præsenti Religione Præmonstratensi, nedum ex dicta Bulla, cuius vigore conceditur facultas Ordini Præmonstrateñ totaliter mutandi statuta, sed etiam ex concessione ipsiusmet Capituli generalis de anno 1618. quod singuli Religiosi possint transire ad Monasteria reformata, quemadmodum re vera multi translati fuerunt, quod etiam firmatum fuit à Rota in decisione sub die 18. Iunij 1629.
3 signum euidens, † quod dicta stabilitas in hoc ordine non est de essentia professionis.

Et cessat omnis difficultas dum in litteris fan. mem. Gregorij XV. derogatur dictę stabilitati in loco, & expressè disponitur per hęc verba, (quod Religiosi Communitatis antiqui rigoris sint ita communes, vt nullius magis huius, quàm illius Monasterij dicatur, &
4 habeatur professus, cũ clausula †) non obstantibus Constitutionibus quibuscumque, & speciali stabilitate promissa in professione ex quibus satis censetur derogatum dictę stabilitati in loco, *Beron. conf. 147. num. 28. lib. 3. Marth. de clauf. concl. 5. num. 12. Gonzal. glos. 36. num. 23. Rota decis. 506. num. 1. par. 1. recent.*

Non obstant verba apposita in litteris Gregorij XV. ibi (seruetur formula solita cum
5 additione antiqui rigoris,) quia † illa debent intelligi, præterquam de illis, quæ in contrarium expressè in ipsis disponuntur, *Oldrad. conf. 330. in fin. Paris. conf. 70. nu. 12. lib. 1. Menoch. de clausul. par. 3. claus. 157. num. 3. Put. decis. 183. lib. 3.*

Quo verò ad secundum caput circa approbationem reformationis, & eius acceptationem factam à Capitulo, & Conuentibus, de qua non dicitur constare, nisi ex Instrumento concessionis Reformationis factę per Abbatem Generalem de anno 1618. quod præten-
6 ditur † non esse in forma probanti, sed esse simplicem copiam suspectam de falso, eò quia confecta fuit super folio albo subscripto ab Abbate, sine vero eius sigillo, illud etiam non releuare Domini dixerunt.

Nam visum fuit sufficienter constare de prædicta acceptatione, & approbatione, nedùm ex dicta attestatione Abbatis, sed etiam ex alia fide Secretarij Capituli, & ex pluribus actibus capitularibus datis in Summario *nu. 4. & 6.* iuncta obseruantia statutorum Reforma-
7 tionis † scientibus, & patientibus Abbate, & Capitulo Generali vsque ad annum 1628. de quo tempore fuit mota lis, *l. semper qui non prohibet, ff. de reg. iur. Soccin. iun. conf. 139. num. 14. lib. 3. Surd. conf. 28. num. 22.*

Neque obstat, quod immò appareat de expressa contradictione Capituli, & Abbatis generalis vsque de anno 1618. vt in Summario Capituli *num. 2. 3. & 4.* Quoniam contradictio Capituli in ea versabatur, ne scilicet per reformationem obtentam in litteris Pauli V. constitueretur vnum caput speciale præter Abbatem Generalem, & recederetur ab vnitate, & iurisdictione Ordinis, ad quod euitandum fuit decretum, vt Abbas S. Mariæ Mussipontanæ renunciare deberet huiusmodi prętensioni, & se submitteret Capitulo generali prout renunciauit, & proinde cessante huiusmodi suspicione diminutionis auctoritatis Abbatis Generalis, & defectionis ab vnitate, & iurisdictione Ordinarij, vtique cessarunt etiam contradictiones supradictæ, & emanarunt secundæ litteræ Gregorij XV. superioritatem, & iurisdictionem Abbati Generali reseruantes.

Non obstant alia deducta in dictis memorialibus, quia illis visũ fuit Dominis sufficienter satisfactum ex responsionibus datis in primis decisionibus cum quibus transierunt.

Et ita vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Lunæ 22. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra non citatum est nulla, & propterea non tenetur ab ea appellare, nec contra eum potest executioni demandari.

SVMMARIVM.

1 *Processus, & sententia contra non citatum, sunt nulla.*
2 *Sententia nulla, non potest contra non citatum exequi.*
3 *à Sententia nulla non opus est appellare.*
4 *Socius non citatus si sententia, contra eum feratur dicitur nulla; & producendo postea eam cum declaratione se esse paratum reddere rationem ad euitandum maiora damna, non dicitur eam approbasse.*

DECISIO CLVII.

FELIX, Annibal, & Franciscus Bentiuolus per sententiam de partibus latam ad fauorem Tholomei Ilarij,& conf. ac postmodum per A.C. confirmatam, fuerunt condemnati ad reddendam rationem mercium societatis inter eos initæ,à qua sententia Bentiuolus solus appellauit, causaque deinde commissa in Rota per tres sententias conformes se absolui obtinuit.

Verùm quia pro parte dictorum Tholomei & conf. nouissimè instabatur pro executione prędictæ sententiæ contra Felicem Annibalem alterum correum non appellantem, proposui dubium, An dicta sententia esset contra eum exequenda,& Domini ex capite nullitatis eiusdem sententiæ negatiuè responderunt.

Nullitas enim visa fuit patens ex defectu
1 citationis, quia † Felix nec in fabricatione processus, nec in prolatione sententiæ fuit citatus, prout necessario requirebatur, *l. de vnoquoque, ff. de re indic. l. 1. §. item cum ex edicto, ff. quæ sent. sine appellat. rescind. Mantic. decis. 231. num. 5.*
2 *& decis. 232. num. 4.* Vnde † stante nullitate dictę sententiæ non potest executioni demandari. *l. si cum nulla, ff. de re indic. l. 4. §. condemnatum, ff. eodem, Surd. consil. 99. num. 19. Afflict. decis. 39. num. 6.*

Non obstat, quod Felix à dicta sententia
3 non appellauerit, † quia cum dicta sententia esset nulla, non erat necesse ab ea appellare, *l. 1. C. quando prouoc. non est necess. Adden. ad Greg. XV. decis. 1. num. 8.*

Nec subsistit, quod Felix eandem sententiam approbauerit, dum illam exhibuit contra Bentiuolum, protestando contra eum se esse paratum reddere rationem. Quia in dicta protestatione nullum verbum legitur, ex quo arguatur approbatio sententiæ; immò ex illis verbis, ibi (& prædicta sententia lata contra Bentiuolum non debeat præiudicare dicto comparenti &c.) clarè patet protestationem, & productionem fuisse factam ad alium finem, scilicet ad euitandum damnum,
4 quod ei contingere posset, non autem ad effectum inducendi prætensam approbationem, quæ nunquam præsumitur, quando (prout hic) concurrit aliquis actus suadens contrarium, *Imol. cons. 144. post princip. Tiraquel. de retract. consan. §. 36. gloss. 2. num. 49. Becc. consil. 106. numer. 48. Surd. consil. 290. num. 57. versic. tamen fallit.*

Et ita vtraque &c.

CALCIATEN. DECIMARVM.

Veneris 26. Aprilis 1630.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Testium depositionibus in numero plurium, standum est.*
2 *Testes magis clarè, & specificè deponentes attendi debent.*

DECISIO CLVIII.

INTRODVCTA aliàs lite in Rota super distributione decimarum inter Capitulum ex vna, & Archidiaconum de Nagera ex altera, fuit primo loco decisum sub die 10. Iunij 1611. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Pamphilio, Capitulo dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi quartam partem omnium decimarum tàm bonorum patrimonialium Clericorum, Eremitarum, Cappellaniarum, & Confraternitatum, quàm etiam Laicorum, liberam à quarta parte Archidiaconi.

Repropositâ postmodum causa sub die 19. Ianuarij 1624. coram bon. mem. Buratto subrogato, fuit pariter decisum, eidem etiam Archidiacono dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi, seù leuandi annexum, quod est quarta pars decimarum, bonorum patrimonialium Clericorum, cum hac tamen declaratione, quod ipse Archidiaconus prius percipiat suum annexum, deinde Capitulum percipiat quartam partem de eo, quod remanet iuxtà eius decisionum tenorem.

Verum quia pro parte Capituli prætendebatur mandatum relaxatum ad fauorem Archidiaconi fuisse excessiuum tamquam comprehendens decimas bonorum laicorum, de quibus in dictis decisionibus nulla fiebat mentio. Viceque versa pro parte Archidiaoni prętendebatur mandatum relaxatum ad fauorem Capituli comprehēdere tantum quartam partem decimarum de eo, quod remanet, detracto prius annexo pro Archidiacono non autem de integro aceruo, vel de residuo, Proposui dubium, An quarta Capituli deberetur de integro aceruo, vel de residuo, & an

an mandatum relaxatum ad fauorem Archidiaconi esset declarandum pro solis decimis ecclesiasticis, & non laicalibus.

Et Domini quoad primam partem dubij responderunt quartam Capitulo deberi de integro aceruo, non autem de eo, quod remanet detracta quarta Archidiaconi, quia Capitulum habet suam intentionem fundatam nedum ex dicta decisione ad eius fauorem emanata coram Eminentissimo D. Card. Pamphilio, qua indistinctè firmatum fuit eidem Capitulo, dandam esse manutentionem nedū in quarta parte omnium decimarum, verum etiam ex depositionibus plurium testium, qui hoc idem optimè probant, & magis distinctè deponunt, istam quartam Capituli esse liberam à quarta Archidiaconi, & sine illius diminutione, *vt in Summ. num. 6.*

Nec obstant duo testes pro parte Archidiaconi examinati deponentes ipsum Archidiaconum percipere quartam partem, & Capitulum percipere quartam de eo, quod remanet, & sic videatur percipere quartam cum diminutione quartæ Archidiaconi. Quia vltra quod possunt esse simul, quod Archidiaconus prius detrahat quartam partem totius aceruï, & quòd deinde Capitulum detrahat aliam quartam partem pariter totius aceruï de eo, quod remanet, tanquam si Archidiaconus nihil ex dicto aceruo antea percepisset, & sic benè isti testes inter se conciliantur, *iuxta notat. in cap. cum tu, vbi Abbas, Felin. & alij de testib.* responsum fuit potius standum esse depositionibus testium Capituli, quàm Archidiaconi, nedum † quia sunt numero plures, *Dec. in cap. licet causam num. 82. de probat.* 1
2 *Rota decis. 456. nu. 4. par. 1. recent.* verum etiam, quia Testes Capituli magis clarè, & specificè deponunt, *Alex. consil. 150. num. 17. lib. 5. Soccin. consil. 54. num. 14. lib. 4. Crauett. consil. 94. num. 3. Rota decis. 223. num. 11. decis. 272. nu. 3. in fin. par. 2 recent.*

Quo verò ad aliam partem dubij Domini resoluerunt mandatum ad fauorem Archidiaconi esse reformādum, quoad decimas bonorum Laicorum, quia decisio bon. mem. Buratti, cuius vigore fuit relaxatum, illas non comprehendit, sed tantum comprehendit decimas bonorum Clericorum, vt ex eius lectura clarè patet.

An autem sub istis decimis bonorum Clericorum comprehendantur decimæ bonorum Confraternitatum, & aliorum locorum piorum Domini mandarunt, vt particulari dubio videatur.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Veneris 29. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Fideiussores qui se obligauerunt durante censu pro illius fructuum solutione, eo extincto, seu resoluto remanent liberati.

SVMMARIVM.

1 *Census imponi potest super fundo alteri censui obnoxio.*

2 *Census impositus super fundo altero censu grauato, eo vsque durat, quousque fundus ille vigore anterioritatis census euincatur.*

3 *Fideiussor census remanet liberatus à fructuum solutione extincto censu.*

DECISIO CLIX.

IACOBVS Stella de anno 1611. imposuit super domo, & vinea, de quibus agitur, perpetuos census, vnum scutorum 56. alterū verò scutorum 84. quos sic impositos vendidit pretio scutorum 2000. Monialibus Sanctæ Catherinæ de Senis, ad quarum fauorem accesserunt pro fructibus tantùm DD. de Errera, & Costa, præuia scilicet præstatione cedulæ bancariæ vsque ad dictorum censuum extinctionem duraturæ.

Verùm quia domus prædicta ob restitutionem dotis, quam idem Iacobus ante dictam impositionem censuum receperat à Clementia eius vxore; fuit eidem Clementiæ in solutū data, & plenè adiudicata. Vinea verò in munitione Arcis Sancti Angeli fuit deuastata, & propterea dicti Errera, & Costa ob dictā adiudicationem, & deuastationem prædiorum prætendunt census desuper impositos remansisse extinctos, & consequenter ipsos ad dictos fructus amplius non teneri. Proposui dubiū, An census prædicti essent extincti, & Domini quoad domum affirmatiuè responderunt.

Nam licet fundus primo loco hypothecatus possit denuò secundo creditori hypothe-
1 cari, & † super eo census imponi, *Cenc. de cens. par. 1. cap. 3. quæst. 4. num. 7. Rota post d. tractat. de cens. decis. 6. num. 5.* Tamen eousque dicta secunda hypotheca, & census durant, quousque
2 fundus † ex causa necessaria prioris hypothecæ euincatur, quia tunc resoluto iure hypothecantis, seu censum imponentis, resoluta quoque remanet hypotheca, seu census impositio, *Bart. & Angel. in l. si res, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solnat. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloss. vnica, num. 11, Boccac. de cens. par. 2. num. 187. per tot. Cens. de censib. par. 3. cap. 1. quæst. 7. num. 1. & 2. Rota in Viterbien. Census 6. Aprilis 1590. coram bon. mem. Platto impress. post d. tractat. de cens. decis. 15. num. 10.* Et ita † data extinctio-
3 ne census, fideiussores remanent liberati à solutione fructuum illius, *Cenc. dicto tract. par. 3. cap. 1. quæst. 7. numer. 6. & eadem part. 3. cap. 2. num. 3.*

Non obstat, quod imponens censum saltem teneatur ad damna, & interesse; quia an etiam ad illa teneantur fideiussores non est præsentis inspectionis, cum tantum quæratur de extinctione, seu resolutione census ad effectum, vt fideiussores sint liberati à præstatione illius fructuum, pro quibus tantum se obligarunt durante censu.

Quo verò ad vineam deuastatam, cum pro parte

parte Monialium prætendatur in eius locum fuisse subrogata tot loca montium, Domini mandarunt, vt de hoc particulariter videatur.
Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. HAEREDITATIS.

Veneris 10. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Pater quando non possit prætendere vsumfructum in hæreditate filio relicta à matre.

SVMMARIVM.

1 *Vxor habet hypothecam pro restitutione dotis super ijsdem bonis datis in dotem.*
2 *Saluiani interdictum competit mediante hypotheca.*
3 *Creditum cum hypotheca in Saluiano, requiritur pro primo extremo.*
4 *Pater non potest prætendere vsumfructum in portione bonorum relicta filio, si Testator hoc prohibuerit.*
5 *Dispositio* authen. excipitur, C. de bon. q. lib. *quando procedat.*
6 *Pater in bonis maternis delatis filio habet tantum vsumfructum.*
7 *Verba (æquis portionibus) importaut æqualitatem.*
8 Irner. in authen. item hæreditas, C. de bon. quæ lib. Roland. cons. 95. lib. 1. num. 49. *declarantur.*
9 *Pater in hæreditate, quæ de iure erat deferenda ipsi filio, si succedat vnà cum filio tunc in portione filij, non consequitur vsumfructum.*

DECISIO CLX.

PROPOSITO dubio sub die 4. Martij præteriti, An D. Diotalleuo Lallio hæredi in Testamento Magdalenæ matris instituto, vnà cum D. Hieronymo Lallio eius patre æquis portionibus esset danda immissio in possessionem medietatis bonorum dotalium d. Magdalenæ per eumdem Hieronymum detentorum, fuit affirmatiuè resolutum. Hodie reproposito eodem dubio, Domini in decisis persistiterunt.

Nam subsistere visa fuit conclusio in dicta decisione firmata, nimirùm Diotalleuo pro obtinenda immissione competere remedium directi Saluiani: Quia cum prædictus Hieronymus se obligauerit restituere dotem Magdalenæ vxoris in omnem casum eius restituendæ. Sicuti ipsa Magdalena pro restitutione suæ dotis habebat hypothecam
1 super † ijsdem bonis in dotem datis; nedum ex dicta promissione Hieronymi, verùm etiam ex dispositione legis, *iuxta textum in l. in rebus, C. de iure dot.* ità pariter Diotalleuus in Testamento dictę Magdalenę matris pro medietate hæres scriptus in sua portione dicitur
2 habere hypothecam, † qua mediante competit ei remedium Saluiani. *Gabr. cons. 46. nu. 20. lib. 1. Rota decis. 3. num. 4. & decis. 95. num. 3. post Pacif. de Salu. interd.*

Non obstat, quod non probetur primum extremum requisitum, scilicet possessio prędictę Magdalenæ de tempore sui obitus. Quia quicquid sit si ageretur remedio *l. fin.* sufficit
3 in præsenti casu, quod † probetur creditum dotale cum hypotheca, quod in remedio Saluiani requiritur pro primo extremo, *Statil. de Salu. inspect. cap. 5. num. 4. Rota in Romana Saluiani interdicti Veneris 31. Maij 1602. coram Iusto post d. tract. de Salu. decis. 14. num. 1.*

Prout etiam subsistere dixerunt Domini responsionem datam obiectioni circa vsumfructum prætensum per Hieronymum in portione Diotalleui filij. Quod scilicet vbi
4 apparet † de prohibitione dicti vsusfructus facta à Testatore tunc pater ex portione filij illum non consequitur, *iuxta text. in auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.* cuius auth. dispositio
5 procedit, † siue dicta prohibitio expressè in Testamento legatur, siue illa ex verbis tacitè inferatur, *l. vsusfructus, §. si ita quis, vbi gloss. in verbo repellendus, ff. quando dies legat. ced. Bartol. ibidem nu. 1. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 19. num. 31. Boer. decis. 193. num. 2. vers. quoniam secundum, & num. 3. vers. & circa primam.*

In præsenti autem casu satis visum fuit constare de tacita prohibitione Testatricis ex institutione facta Hieronymo, & Diotalleuo æquis portionibus; nàm si Hieronymus vltra suam portionem in portione filij vsumfructū haberet, nimis læderetur filius, & locuple-
6 tetur pater, qui tres † ex quatuor partibus hęreditatis consequeretur, cum tamen duas posset prætendere, nedum ex dispositione iuris, *l. 1. C. de bon. matern.* sed ex voluntate etiā Testatricis, quam voluisse inducere æqualitatem inter Patrem, & filium, denotant illa
7 verba, † æquis portionibus, quæ important æqualitatem *Bald. cons. 168. nu. 4. lib. 5. Ruin. consil. 16. num. 7. lib. 2.* Vndè ad hoc vt dispositio Testatricis adimpleatur, necessario dicendum est dictum vsumfructum fuisse tacitè prohibitum. *Bald cons. 324. per tot. & præcipuè num. 1. vers. nam dat intelligere lib. 5. cum alijs in decisione allegat.*

8 Non obstant *Irner.* † *in auth. item hæreditas C. de bon. quæ lib. Rolan. cons. 95. num. 49.* & alij pro contraria opinione citati. Quia vltrà quod loquuntur in successione extranei, vel in successione ab Intestato, qui casus longè differunt à præsenti, de quo agitur, omnes ferè conueniunt, quod vbi Pater in hæreditate, quæ de Iure erat deferenda ipsi filio, prout est
9 hæreditas matris, succedit vnà † cum filio in proprietate, tunc Pater tanquam recompensatus ex dicta proprietate in altera filij portione nō consequitur vsumfructum, *Idem Rolan. cons. 95. num. 49. per tot. lib. 1. Socc. cons. 34. in tertia quæst. Aret. cons. 72. in tertio dubio.*

Et ità vtraque &c.

TO-

TOLETANA APPLICATIONIS
Scutorum 400.

Veneris 17. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Litteræ declaratoriæ quando, & contra quem conceduntur. Reseruatio pensionis, quando per Reg. Cancellariæ dicatur reuocata. Quando à pensionario debeat iustificari valor conditionalis per Clausulam, *Dummodo*, expressus.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur contra non parentem litteris Apostolicis.*
2 *Reseruatio pensionis vnita ad effectum constituendi dotem Collegiatæ non cadit sub reg. Cancell.*
3 *Pensionarius non tenetur iustificare non excessum pensionis, quando est pura non autem conditionalis.*
4 *Clausula*, Dummodo, *quando est apposita ante verbum Reseruamus, non regitur ab eodem verbo, nec ad illud potest referri, sed regitur & refertur ad Clausulam præcedentem, cui modificatiuè adiecta fuit.*

DECISIO CLXI.

DOMINI persistendo in decisis in hac causa coram bo: me: Buratto sub die 12. Ianuarij 1624. responderunt concedendam esse declaratoriam contra Ambrosium Diaz ob non paritionem litteris Apostolicis reseruationis pensionis ad fauorem Collegiatæ de Lerma; Quia cum pro parte dictæ Collegiatæ doceatur dictas litteras fuisse eidē Ambrosio personaliter intimatas, ac pariter fuisse seruatos terminos de stylo seruari solitos ad
1 docendum de paritione, vtique contra † cum non parentem venit concedenda declaratoria, *Rota decis. 339. num. 1. part. 1. recent.* & alias millies.

Non obstant duo, quæ pro parte Ambrosij opponebantur circa vires dictæ reseruationis pensionis. Primum quod dicta reseruatio vti perpetuo facta, & vnita prædictæ collegiatæ sit reuocata per regulas Cancellariæ, quæ reuocant quascumque vniones, quæ suum non sunt sortitæ effectum, prout est ista de qua agitur; Alterum quod dicta reseruatio pensionis sit conditionalis per clausulam, ibi *dummodo duas ex tribus partibus fructuum non excedat*, & propterea debeat ab ipsa Collegiata pensionaria iustificari, quod hactenus iustificatum non fuit.

Nam quoad primum responderunt Domini regulam reuocatoriam Vnionum non procedere, quando, prout hic vnio est facta ex causa dotis Collegiatæ nouiter erectæ; Quia
2 cum † ista dicatur dos necessaria non cadit sub dicta regula reuocatoria *Mohed. decis. 7. de priuil. Crescent. decis. 1. de Paroch. & latè firmatum fuit in Gerunden. Vnionis Lunæ 13. Iunij 1611. coram bo. mem. Card. Lancellotto, & in ead. Lunæ 16. Decembris 1613. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Verospio.*

Quo verò ad secundum scilicet, quod ista pensio fuerit conditionaliter reseruata, & propterea Collegiatæ pensionariæ incumbat onus iustificandi dictā conditionem Placuit Dominis responsio data, quod scilicet dicta Clausula *dummodo &c.* non fuit apposita principaliter ipsi reseruationi, sed tantum modificatiuè alteri Clausulæ, ibi *etiam si super eis aliæ pensiones reseruatæ existant*, & propterea reseruatio dicitur pura, non autem conditionalis, & conse-
3 quenter † Pensionarius non tenetur iustificare dictum non excessum, prout alias in his terminis firmatū fuit *in Carpentoratten. pensionis 15. Martij 1601. & 20. Aprilis 1602. coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in Sancti Marci Pensionis 3. Iulij 1616. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Minus obstat, quod dicta Clausula *dummodo* sit apposita ante orationem perfectam, scilicet ante verbum reseruamus, & propterea regatur à dicto verbo, & consequenter dicatur adiecta ipsi reseruationi; Quia aduerterunt Domini dictam Clausulam *dummodo*, non esse appositam principaliter ad totam orationem, sed consequutiuè ad aliam Clausulam, ibi *etiam si aliæ pensiones reseruatæ existant, dummodo duas &c.*
4 Vnde licet † clausula *dummodo* sit apposita ante verbum reseruamus, non propterea regitur ab eodem verbo, nec ad illud potest referri, sed tantum regitur & refertur ad clausulam præcedentem, cui consequutiuè & modificatiuè adiecta fuit *l. fin. §. Titia vbi Bart. ff. de liber. legat. Felin. in cap. causam num. 4. limit. 3. & 4. de rescript. & fuit dictum in causa Cernien. bonorum 23 Martij 1583. coram Seraphino, & in Perusina Sancti Benedicti 12. Decembris 1588. coram bon. memoria Cardinali Pamphilio.*

Et ità vtraque &c.

PERVSINA DOTIS.

Veneris 17. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Debitor constitutus in mora soluendi terminos dotis decursos, & non solutos, tenetur pro eis ad interusuria.

SVMMARIVM.

1 *Epistola parit actionem ad effectum agendi pro dote in ea contenta, licèt emanauerit inter diuersas personas.*
2 *Debitor constitutus in mora soluendi terminos dotis pro eis tenetur ad interusuria.*
3 *Interusuria debentur ad rationem quinque pro centenario, & ita solent à Rota taxari, cum non sit consuetudo nec statutum in contrarium.*
4 *Consuetudo loci contractus attenditur non autem consuetudo, vel statutum loci in quo nati sunt, contrahentes.*

DECISIO CLXII.

FVIT resolutum in hac causa coram me sub die 17. Martij præteriti, Sententiam Guber-

Gubernatoris Perusiæ, qua Marchio Bartholomæus à Monte, vti hæres Marchionis Io: Baptistæ à Monte fuit condemnatus ad soluẽdum Comiti Curtio Rainerio pro dote ei promissa à prædicto Io: Baptista scuta 2000. vna cum interusurijs, esse confirmandam; Hodiè reproposita causa super iisdem Domini relictis nullitatibus, quæ contra dictam sententiã opponebantur, quoad iustitiam tantùm in decisis perstiterunt ex iisdem rationibus in dicta decisione deductis.

Nàm quo ad primum decisionis fundamẽtum, quod scilicet Marchio Io: Baptista, & pro eo Marchio Bartholomæus eius hæres teneatur soluere dicta scuta 2000. pro dote D. Elisabettæ vxoris prædicti Comitis Raynerij, illud subsistere visum fuit, ex quo per Epistolam formiter recognitam, quam ipse Io: Baptista scripsit D. Busalinæ Matri eiusdem Elisabettæ, promisit soluere dictam quantitatem
1 in pluribus terminis; Quæ quidem † Epistola licet emanauerit inter diuersas personas, tamen parit actionem ad effectum agendi pro dote in ea contenta *ad text. in l. 1. §. accedit ff. de rei vxor. act. Dec. cons. 35. num. 1. cum alijs in dicta decis. relatis.*

Subsistit pariter alterum fundamentũ, quod teneatur etiam ad interusuria, à die quo termini maturati fuerunt, Quia illa debentur
2 propter moram, & Io: Baptista dicitur † constitutus in mora, à die, quo termini maturati fuerunt, cum dies ipsa adiecta solutioni interpellet, & constituat in mora, *vulg. l. magnum C. de contr. & Committ. stipulat. cum alijs in dicta decis.*

Denique firmum etiam remanet, quod di-
3 cta † interusuria debeantur ad rationem quinque pro centenario, quia ità solent à Rota taxari, quando non adest consuetudo vel statutum in contrarium, *vt in Asculana Spolij 22. Maij 1615. coram bon. mem: Buratto.*

Non obstat, quod pro parte Comitis Curtij replicabatur, quod scilicet in Ciuitate Perusiæ adsit consuetudo taxandi dictos fructus ad rationem septem vel octo pro centenario, vt testatur *Corn. cons. 44. num. 3. lib. 2. & cons. 71. num. 12. lib. 4. quem sequuta fuit Rota in Perusina dotis Luna 9. Iunij 1614. coram bo: me: Vbaldo.* Quia prædicta benè procederent, si obligatio dicti Io: Baptistæ esset contracta in dicta Ciuitate
4 Perusiæ, prout non fuit, sed in † Castro Plani, in quo non docetur talem adesse consuetudinem, prout in Ciuitate Perusiæ.

Et ità vtraque &c.

FESVLANA PAROCHIALIS.

Veneris 24. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus pertinentia alicuius ex compatronis pro duabus ex tribus vocibus probatur ex præsentationibus effectum sortitis, & ex admissione compatronorum, qui propterea dicitur sibi, & suis successoribus præiudicasse, quãdo agitur de iurepatronatus hęreditario.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte Patronorum est præferendus, & instituendus.*

2 *Pertinentia Iurispatronatus probatur ex præsentationibus.*

3 *Enunciatiua Ordinarij non probat scientiam alterius ex compatronis in præsentatione.*

4 *Confessio contra confitentem plenè probat, etiamque contra hæredes eam producentes.*

5 *Onus probandi incumbit contrarium asserentibus.*

6 *Patronus præiudicat liberis, & successoribus suis in iurepatronatus hæreditario admittens alium patronum ad secum præsentandum pro duabus, ex tribus vocibus.*

7 *Sententia suspensa per appellationem non habetur in consideratione.*

8 *Patroni possunt præsentare absque vitio attentatorũ, non obstante litis pendentia.*

DECISIO CLXIII.

CONFIRMARVNT Domini decisionem emanatam coram me sub die 15. Martij præteriti, qua firmatum fuit, Franciscum præsentatum à Dinis, qui in Prioratu, de quo agitur, habent duas ex tribus voci-
1 bus, esse instituendum, † tanquam præsentatum à maiori parte Patronorum iuxta *text. in cap. quoniam, & ibi glos. in verbo qui maioribus de iurepatr.*

Nam quod supradicti Dini habeant duas ex tribus vocibus, satis visum fuit probari ex duabus vltimis præsentationibus de anno 1597. & 1602. factis à supradictis Dinis vnà cum Morellis compatronis, qui insimul præsentarunt cum expressa declaratione, quod Iuspatronatus spectabat ad eos, scilicet ad Morellos pro vna ex tribus vocibus, ad Dinos
2 verò pro reliquis duabus. Quæ † quidem præsentationes benè probant pertinentiam. *Rota coram Greg. XV. decis. 349. num. 1. cum alijs in d. decis. allegat.*

Non obstat, quod non constet, præsentationem de anno 1602. fuisse factam cum scientia dictorum de Morellis compatronis, ex quo ad illam probandam datur sola enunciatiua Or-
3 dinarij, quæ contra † dictos Morellos non probat. Nam fuit responsum, obiectum cessare, ex quo ad probandam dictam scientiam vltra dictam enunciatiuam Ordinarij, datur etiam confessio ipsorum de Morellis desumpta ex libello per eos in actis exhibito, in quo explicitè fatentur Morellos eorum auctores de anno 1602. admisisse supradictos Dinos ad præsentandum pro duabus ex tribus vocibus, vt in Summario dictorum de Morellis *num.* .
4 Quæ † quidem confessio optimè probat contra Morellos confitentes ad *text. in l. 2. vers. nec extraordinario C. de instit. & substit. Gabr. de confess. conclus. 4. num. 7. & seq.*

Minus obstat, quod istud iuspatronatus fuerit relictum à fundatore tribus eius filiabus, scilicet Helenæ, Lucretiæ, & Iu-

nipe-

niperę, & propterea Dini, qui descendunt à Lucretia non habeant nisi alteram ex tribus vocibus, cum aliæ duæ pertineant ad hæredes Iuniperæ, & ad Morellos hæredes Helenę. Quia placuit responsio, quod cum ex hæredibus Iuniperæ nullus supersit, vel compareat, dicendum est, ex dictis duabus præsentationibus de anno 1597. & 1602. (factis cum supradicta declaratione, quod Iuspatronatus spectabat ad Morellos pro vna ex tribus, & ad Dinos pro reliquis duabus vocibus) oriri præsumptionem, quod vox, quæ spectabat ad hęredes Iuniperæ fuerit consolidata, & vnita cũ
5 altera dictorum de Dinis, ita & taliter, † quod Morellis contrarium asserentibus incumbat onus probandi ad *tradit. per Moder. Pisan. de iurepatr. par. 2. lib. 11. cap. 5. num. 101. & 102. Greg. XV. decis. 452. num. 15.*

Vltra quod dato etiã, quod ista tertia vox, quę spectabat ad Iuniperam, accreuerit æqualiter tam Morellis, quam Dinis, adhuc tamen intrat responsio data in alia decisione; quod
6 agatur de Iurepatronatus † hæreditario Morelli, qui in supradictis duabus præsentationibus effectũ sortitis admiserunt Dinos ad præsentandum pro duabus ex tribus vocibus, sibique ipsis, & modernis patronis eorũ successoribus præiudicarunt, vt præter alios in *d. dec. allegat. tenuerunt Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. n. 9. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 24. num. 30. & seq.*

Neque obstat, quod Morelli obtinuerint in partibus duas sententias conformes, quibus canonizatur ipsos in hoc patronatu coęqualem habere pertinentiam cum Dinis; Quia vltra quod istæ sententiæ non iustificantur ex
7 actis, † sufficit, quod fuerint suspensæ per appellationem ad hoc, vt non habeantur in consideratione *Scacc. de appellat. qu. 17. in princ. n. 65. Rota in Bononien. de Desiderijs 3. Decemb. 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*

Denique non obstat, quod præsentatio facta à Dinis ad fauorem supradicti Francisci sit attentata, vti facta lite pendente *iuxt. tex. in c. 1. & 2. vt lit. penden. in 6.* Quia fuit responsum conclusionem procedere, si lis penderet super titulo Beneficij; secùs verò quando prout hic pendet inter patronos super iure præsentandi;
8 tunc † enim patroni non obstante litis pendentia possunt præsentare absque vitio attentatorum, *Acchill. dec. 28. in fin. de apppellat. Rota decis. 427. n. 2. par. 1. recen.*

Et ita vtraque &c.

GERVNDEN. FRVCTVVM.

Veneris 24. Maij 1630.

Pro Summario, & Argumento multa notantur hic circa liquidationem fructuum beneficij.

DECISIO CLXIV.

ORTA lite super beneficio Beatæ Mariæ in Ecclesia Sancti Martini de Arenis inter Iosephum Claresualles prouisum Apostolicum, & Iacobum Salam præsentatum à Patronis emanarunt ad fauorem eiusdem Salæ tres sententiæ conformes, in quibus Claresualles fuit condemnatus etiam ad restitutionẽ fructuum consisten in decimis frumenti, vini, fabarum, & similium ab ipso perceptorũ, quibus fructibus in partibus liquidatis; Proposui dubium, ad quam summam, & valorem ascendant, & Domini discutiendo probationes factas super d. liquidatione, nonnullas vti imperfectas ex vnico teste constantes reiecerunt, aliàs verò vti subsistentes admiserunt.

Nam quoad decimam frumenti, illa tantum visa fuit sufficienter probari, quæ recollecta fuit de anno 1625. in decimatorio Canet. & Sancti Iseli, eamque fuisse quantitatis 29. quarteriarum, vt deponunt duo testes in Summario Salæ *num. 5. & 6.* Qui testes pariter deponunt, frumentum in d. anno fuisse communiter venditum ad rationem scutorum 2. pro qualibet quarteria, vt in eodem *Summ. num. 7.* & sic quantitas d. frumenti calculata ad rationem scutorum 2. ascendit ad valorem scutor. 58. monetæ.

Quo verò ad decimam vini, seu vuarum, illa remanet probata solum ab anno 1622. vsque ad annum 1625. scilicet de anno 1622. in quantitate ponderum 1490. de anno 1674. in quantitate 1624. de anno denique 1625. in quantitate 1240. prout deponunt quatuor testes in eodem Summario *num. 8. 9. 10. & 11.* Qui quidem testes concorditer deponunt, quod ex singulis quibusque quaternis ponderum vuarum percipi solet salma vna vini, & reddunt causam scientiæ, nedum quia publicè audiuerunt, verùm etiam quia id pluries experti fuerunt, vt in eodem *Summ. nu. 12.* Vnde redacta supradicta quantitate ponderum vuarum ad quantitatem salmarum vini ad rationem quaternorum pro qualibet salma; pondera 1311. vuarum recollecta de anno 1622. constituunt salmas 327. 3. q. vini, pondera 1490. de anno 1623. faciunt salmas 372. 1. 2. pondera 1624. recollecta de anno 1624. ascendunt ad salmas 406. pondera denique 1240. recollecta de anno 1625. remanent in quantitate salmarum 310. vini.

Valor autem d. vini pariter probatur ex iisdẽ testibus, qui deponunt illud de anno 1622. communiter fuisse venditum ad rationem iuliorũ 19. pro qualibet salma de anno 1623. ad rationem scutorum 2. anno 1624. ad rationem iuliorum 16. de anno verò 1625. ad rationem scutorum trium, & reddunt causam scientiæ, quia pro d. pretijs vendiderunt, & vendi viderunt, vt in eodem *Summ. num. 13.*

Constituto igitur pretio, vt supra vnicuique ex antedictis partitis vini, factoque calculo, valor illius remanet liquidatus in quantitate scutor. 2947. 32. 1. 2. Quibus additis alijs scutis 58. pro pretio frumenti, vt dictum est supra.

supra. Quantitas omnium fructuum liquidatorum ascendit in totum ad scuta 3005. 32. 1. 2.

Ex quibus scutis 3005. 32. 1. 2. quinque ex nouem partibus, scilicet scuta 1669. 63. spectant ad Rectorem: reliqua verò quatuor spectant ad Beneficiatum, prout concorditer deponunt ijdem testes, qui reddunt optimam causam scientię ex quo aliqui fuerunt Rectores d. beneficij, alij Oeconomi, & Affictuarij, & alij deponunt de visu, vt in eodem *Summ. num.* 14.

Et ita decisum altera tantum, &c.

ROMANA SALVIANI.

Luna 27. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Saluiani remedium probatis extremis, conceditur contra Donatarium, propter clausulam, *Constituti*.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum cuiusuis contractus ad fauorem illius à quo fuit initus, facit probationem probatam.*

2 *Clausula,* constituti, *probat possessionem constituentis contra omnes ab eo causam habentes.*

3 *Possessio Donatarij census probatur ex substentatione litis iuncto adminiculo desumpto ex instrumento donationis.*

4 *Fundus concessus in emphyteusim cum pacto, quòd absque licentia Domini directi nullo modo obligari, & hypothecari possit.*

DECISIO CLXV.

GVLIELMVS Dubliul imposuit super quadam eius vinea vnum annuum perpetuum censum scutor. 35. cum dimidio ad fauorem q. Clementis Coccini, cui Clementi successit Alexander Germanus, & huic Alexandro D. Lauinia à Porta eius vxor, quæ quidem Lauinia pro consequutione fructuũ d. census egit coram A.C. vtili Saluiano contra D. Ludouicum Aragazium possessorem alterius vineæ ei donatæ à supradicto Gulielmo, & sententiam ad sui fauorem reportauit. Deuoluta postmodum causa per appellationem ad Rotam, mihique commissa, dubitaui, an d. sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione responderunt.

Nam de illius validitate Domini non dubitarunt cum interuenerint omnia substantialia requisita per *Caput aq. dec. 260. par. 2.*

Iustitia verò visa fuit patens, ex quo iustificantur omnia extrema necessatia ad Saluianum.

Creditum enim cum hypotheca iustificatur ex publico instrumento census impositi ad fauorem Auctorũ eiusdem Lauiniæ, quod

1 quidem † instrumentum ad eius fauorem, facit probationem probatam, *Bald. in l. interest, num. 2. C. de solut. Greg. XV. decis. 180. num. 1. & alias millies.*

Possessio verò supradicti Gulielmi de tempore dictæ impositionis census, vel post, pariter iustificatur ex publico Instrumento donationis eiusdem vineæ, de qua agitur, per ipsum Gulielmum factæ ad fauorem supradicti

2 Arigazij cum clausula constituti, † quæ probat possessionem constituentis contra omnes ab eo causam habentes, *Seraph. decis. 1415. nu. 2. Gregor. XV. decis. 491. num. 10. vbi aliæ decisiones cumulantur.*

3 Possessio denique † ipsius Atigazij probatur ex substentatione litis iuncto adminiculo desumpto ex d. Instrumento donationis, *Rota decis. 18. num. 5. decis. 20. num. 16. & decis. 396. post Pacif. de salu. iuxta antiq. impress.*

Non obstat, quod ista vinea de anno 1583.

4 fuerit concessa † in emphyteusim q. Baldassari, cum pacto, quod illa absque licentia directi Domini nullo modo obligari, vel hypothecari possit, deindeque peruenerit cum eodem pacto ad supradictum Gulielmum, & propterea stante d. pacto non cadat sub generali obligatione facta ab eodem Gulielmo in instrumento impositionis d. census. Quia obiectum tollitur ex facto, ex quo non constat vineam, vt supra concessam in emphyteusim supradicto Baldassari, esse illammet, super qua Lauinia obtinuit immissionem.

Et ita vtraque &c.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Merc. 29. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Sententiam ex actis non iustificatam infirmandam esse. Iudex non potest extra tenorem commissionis pronunciare.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non iustificata est iniusta ex capite notoria iniustitia.*

2 *Testes nulliter examinati, & absque iurisdictione nullam faciunt probationem.*

3 *Iudex non potest pronunciare extra tenorem Commissionis.*

4 *Index non potest se fundare super testibus examinatis absque iurisdictione.*

5 *Testes examinati non repetiti in altero iudicio non possunt dici de actis illius iudicij.*

DECISIO CLXVI.

SENTENTIAM extra Rotam latam, qua pronunciatum fuit Victoriam teneri soluere, seu reficere Thomæ Giletto melioramenta, de quibus agitur, dixerunt Domini esse infirmandam ex capite notoriæ iniustitiæ.

1 Quia † non iustificatur ex actis, *Rota decis. 689. num. 2. par. 1. recen. Seraph. decis. 684. num. 8. Greg. XV. decis. 1. n. 4. & ibi Adden. n. 5.*

O Quod

Quod autem non iustificetur ex actis patet, quia fundatur super melioramentis, de quibus in actis non constat.

Non obstat, quod de dictis melioramentis constet ex testibus datis in summario *Thomæ*
2 *num.3.* Quia † cum fuerint nulliter examinati, scilicet absque iurisdictione nullum faciunt probationis gradum *Rot.decis.744.num.1.part.4. diuers.decis.493.num.4.part.2.recent. & decis. 185. post. secund. vol.consil.Farinac.*

Quod fuerint examinati absque iurisdictione iustificeatur ex quo tempore examinis non aderat in actis altera commissio, quàm commissio appellationis à duabus conformibus
3 cum clausula (constito de duabus) Vndè † vigore dictæ commissionis non poterat Iudex super dictis melioramentis in ea non comprænhensis pronunciare, sed tantum super executione dictarum sententiarum *Rota decis.33. in pr.part.2.diuers.*

Maximè quià idem Iudex post completum examen dictorum testiū mandauit illud poni ad partes, & sic super dictis testibus nullum
4 potuit fieri fundamentum, † ex quo pro non examinatis habebantur, *Vestr.in prax.lib.6. c.2. num.24.vers.quæ verba Surd.consil.311.n.74.Ciriac. controuers.89. num.18. Rota decis.325. sub num.3. vers.& tales testes part.1.recent.*

Minus obstat, quod postea superuenerit commissio specialis super cognitione dictorū melioramentorum, quia quicquid sit, an per dictam Commissionem absque altera sanatoria, examen antedictum nulliter factum censeatur conualidatum, responsum fuit, quod †
5 cum testes post dictam commissionem non fuerint in iudicio melioramentorum reproducti seu repetiti, non possunt dici de actis illius iudicij *Bart. in l.naturaliter §.nihil commune num.32.ff.de acquir.possess. Ias.ibidem n.158. Alex. consil.82.num.5.lib.1. Rota decis.639.num.3.in fine. part.2.recent.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA EMPHITEVSIS.

Lunæ 3. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Requisita ad acquirendum seu succedendum in Emphiteusi mixta. Hæreditatis aditio ex quibus deducatur.

SVMMARIVM.

1 *In Emphiteusi mixta requiritur qualitas descendentiæ, & hæreditaria.*
2 *Hæreditatis aditio in filio non est necessaria.*
3 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.147. *continuat possessionem Patris in filio sine apprehensione.*
4 *Aditio hæreditatis solo animo inducitur.*
5 *Hæreditatis aditio resultat ex obligatione soluendi debitum hæreditarium.*
6 *In Emphiteusi mixta non sufficit quem probare se simpliciter hæredem nisi probet esse hæredem in tali re emphiteutica.*
7 *Hæreditatis aditio ex sola possessione emphiteusis hæreditariæ probatur.*
8 *Hæreditas non potest dici repudiata durante tempore 30. annorum dato ad deliberandum.*
9 *Hæreditatis repudiatio tanquam stricti iuris non debet extendi ad non expressa.*
10 *Repudiatio hæreditatis non inducitur ex taciturnitate sed immo ex illa colligitur animus deliberandi in tempore 30. annorum.*
11 *Filius habet præsumptionem pro se, quod sit hæres patris.*
12 *Hæres defuncti sine filijs est ab intestato proximior.*
13 *Possessio iure hæreditario potius quam iure creditoris quando præsumatur.*

DECISIO CLXVII.

CVM R.P.D. Rieciullus Dominus proprietarius domus, de qua agitur, prætenderet dictam Domum fuisse deuolutā ex quo D.Clarix non probat se esse hæredem mediatè nec immediatè Raphaelis primi acquirentis, & sic ex defectu huius probationis (cum si-
1 mus in emphiteusi † mixta, in qua non solum qualitas descendentiæ, sed etiam hæreditaria probari debet *Clar.in.§.feudum q.9.vers.quandoq. & tertio*) illam non posse hanc domum obtinere, qua propter 13.Iunij 1629. proposito à me dubio, an dicta Clarix probaret dicta requisita Domini affirmatiuè responderunt quę resolutio hodie iterū repropofita causa super iisdem, fuit confirmata.

Nàm quod dicta Clarix sit neptis Raphaelis primi acquirentis admittitur ab vtraque parte vt etiam dicitur in decisione, quæ reuidetur, difficultas versatur solum iuxtà qualitatem hæreditariam, quàm etiam Domini dixerunt satis probari per dictam Clariccm, Nàm illa est filia Gasparis, qui fuit filius, & hæres Raphaelis primi inuestiti, & soror, & hæres Raphaelis Iunioris vltimi defuncti comprehensi in inuestitura, & hæredis Gasparis.

Quod Gaspar fuerit hæres dicti Raphaelis
2 probatur, tùm quia est eius filius, † & sic in eo aditio non est necessaria, *l.cum ratio in princ. ff.de bon.damnat.Surd.decis.138.num.18.* maximè
3 concurrente † *Statuto Vrbis c.147.lib.1.de contin. poss.defun. in suos* tùm quia in testamēto ipsius est expressè vocatus, tùm quia in instrumento celebrato de anno 1577. inter ipsum, & Dominum Virginium Crescentium enunciat se filium, & hæredem Raphaelis, quę assertio suf-
4 ficit ad adeundam hæreditatem, cum † aditio hæreditatis solo animo inducatur, ex quo non tàm facti, quàm animi est *Anchar.consil.252.n.3 Bart. in quæstion. 10.debitor in diem in vers. solutio in princ.* vbi quod sola voluntas sine actu sufficit, & dicit hanc sententiam communem
5 tùm etiàm † quia in eodem instrumento promittit soluere debitum paternum, vndè etiam bene resultat aditio hęreditatis *l.2.C.de iur.delib. Surd. decis.303. numer.10. & decis.317. numer.4. & 5.*

Non obstat, quod de dicto anno 1577. 15. Maii, quo fuit agnitus Gaspar pro Emphiteota a D.Crescentio proprietario domus, de qua

qua agitur, iàm fuerat vigore subhastationis data in solutum Horatio Cantuccio pro quodam eius credito, qui illam possedit vsque ad annum 1492. Vndè non sufficit probare Ga-
6 sparem fuisse hæredem simpliciter, † nisi probetur etiam fuisse hæredem in dicta domo emphiteutica *Franc.decis.1.num.22.& seq.* Quia ex narratiua instrumenti celebrati de ann.1582 25.Ianuarii Inter d.Cantuccium, & Virginiũ Crescentium,quod datur in summario Clarieis *n.5.*apparet, quod Cantuccius non habuit in solutum totam domum, sed tantummodo domum cum duabus apothecis subtus, quod conuincitur euidenter, quia ab vno latere dantur pro confine bona filiorum; & hæredũ q.Raphaelis posita sub proprietate dicti Virginij Crescentij, & subditur, (quali sono membri di detta casa) ex quibus verbis benè apparet dictum Gasparem iure hæreditario continuasse possessionem dictæ Domus, aut saltem illius partis, ne dum quia hoc resultat ex supradictis verbis dicti instrumenti, & ex illis (alla quale da vna banda vi sono li beni delli figliuoli & heredi del detto quondã Ra-
7 faele) sed etiàm † quia ex sola possessione Emphiteusis hæreditariæ censetur probata aditio hæreditatis *Crescent.decis.vnic.n.4. de feud. Surd.cons.253.num.31.& seq.* vbi concordantes allegat.

Non obstat,quod Cantuccius defuncto Raphaele primo inuestito obtinuerit dari curatorem hæreditati iacenti, & subhastari domũ, de qua agitur, & ità videatur constare dé repudiatione facta per Gasparem,quia Dominis placuit responsio data in decisione, quæ reui-
8 detur, videlicet, quod † cum Gaspar haberet 30.annos ad deliberandum interim non potest dici, quod hæreditatem repudiauerit, *Alex. cons.88.per tot.lib.2.vers.non obstat.cum alijs in decisione allegatis.*

Non obstat,quod post subhastationem dictę domus factam de anno 1577. Cantuccius illã possederit vsque ad annum 1592. tacente, nec contradicente dicto Gasparę, quia ex huiusmodi taciturnitate non potest inferri ad repu-
9 diationem hæreditatis, † quæ tanquam stricti iuris non debet extendi ad non expressa, neque per actum æquiuocũ iudex potest moueri
10 *Surd.cons.72.nu.15.& decis.2.n.16.* sed potius † ex huiusmodi taciturnitate colligitur animus Gasparis deliberandi in tempore 30.annorum ei de iure concesso, vt de communi, & ab eo in iudicando non recedendũ testatur *Menoch. præsumpt.102.num.5.vers.caeterum à prædictis lib.4.* quod alias firmauit *Rota decis.766.num.4.p.2. recent.*& est tex *in l.si quis ff.de iur.de lib.*

Quod autem Raphael iunior fuerit hæres
11 Gasparis Patris,probatur ex pluribus.† Primo ex quo est filius illius, & habet præsumptionẽ pro se. Secundo quia in dicto testamento Raphaelis Senioris est dispositiuè vocatus. Tertio ex possessione eiusdem domus, & solutione debiti paterni. Quarto ex solutione proprij dum fuit admissus per D. Virginium Crescentium ad solutionẽ Canonis ex iuribus supra citatis.

Quod denique Clarix sit hæres Raphaelis fratris absque filijs defuncti, probatur ne dum
12 † quia est eius soror germana, & proximior superstes, & propterea dicitur illius hæres *§.si igitur defunctus auth.de hered.ab intest.venient.auth. cessante C.de legit.hered.* sed etiam quia ad hoc probandum concurrunt aliæ probationes suprà ponderatæ ad probandum, quod Raphael eius frater fuerit hæres Gasparis eorum Patris.

Non obstat,quod Clarix,& Raphael Iunior eius frater recuperauerint hanc domũ à Cantucio per viam cessionis, & sic nõ possint dici illam possidere iure hæreditario, sed ex iure Cesso Quia cum solutio scutorum 3000.facta Cantucio per dd. Raphaelem & Claricem non fuerit facta, vt ipsi nouum ius ex simplici Cessione sibi vti extraneis facta acquirerent, sed cum animo recuperandi domum
13 hæreditariam, quæ † recuperatio cum non possit fieri nisi titulo hæreditario, maximè ponderando verba Instrumenti cessionis (retrocessit, & recuperarunt) *cap. oportet vbi Præpos.3.quæst.2.Gemin.cons.117.num.8. Rol. cons.69. num.5.& seq.lib.3.* Magis comprobat aditionem hæreditatis vt supra confessatam per Gasparem.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Lunæ 3. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

An filiæ dotatæ in bonis maternis succedãt vnà cum filijs vterinis. Et an soror vtrinque cõiuncta excludat fratrem vterinum tantùm in bonis sororis, prouenientibus ex parte matris.

SVMMARIVM.

1 *Soror vtrinque coniuncta excludit fratrem vterinũ, in bonis alterius sororis prouenientibus ex parte matris.*

2 *Statutum Vrbis cap.145.lib.1. non habet locum, quando agitur de successione vterinorum inter se, sed tantum vtrinque coniunctorum.*

3 *Statutum Vrbis cap. 146. lib. 1. de quibus loquatur.*

DECISIO CLXVIII.

SVB die 10. Decembris 1629. fuit in hac causa resolutum,Clarici deberi residuum dotis, sed quia Catharina, ex cuius persona petebatur istud residuum, tres susceperat liberos, videlicet Marcum Antonium ex primo matrimonio, Claricem verò & Franciscam ex secundo. Placuit Dominis particulari disputatione videre, cuinam dictum residuum deberetur; Vndè hodie prosequendo dictam disputationem, proposui dubium reseruatum, & Domini dixerunt duas partes dicti residui deberi Clarici, vnam videlicet ex persona propria, alteram verò ex persona Fran-

Franciscæ ipsius sororis prædefunctæ, ad cu-
1 ius portionis successionem † Clarix vtrinque coniuncta excluso Marco Antonio fratre vterino tantum vocatur. *Auth. itaque C. com. de success. Parif. conf. 84. nu. 2. vol. 2 Crass. in §. successio ab inoestato q. 91. num. 1.*

Non obstat Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. exclusiuum fœminarum ad fauorem mascu-
2 lorum. Quia † non habet locum, quando agitur de successione vterinorum inter se, sed tantum vtrinque coniunctorum, *Rota dec. 563 num. 1. par. 1. recent. & decis. 461. numer. 3. & seq. par. 2.*

Non obstat idem Statutum cap. 146. eod.
3 lib. 1. Quia licet disponat circa successionem fratris ab intestato defuncti præferendo fratrẽ coniunctum ex parte Patris tantum filijs fœminis vtrinque coniunctis; attamen admisso, quod istud statutum procedat etiam, quando agitur de succedendo sorori, loquitur in bonis Patris tantum, cum in fine dicat, (in illius autem scilicet (fratris defuncti) bonis maternis, succedant, prout ius commune disponit) secundum quod, vt supra dixi, cum soror vtrinque coniuncta excludat fratrem ex parte Matris coniunctum tantum, merito dictæ Clarici vtrinque coniunctæ, debentur duæ partes dicti residui.

Non obstat, quod dicta Clarix fuerit integrè satisfacta nedum de dictis duabus partibus dictæ dotis, sed etiam vltra, cum dicatur possidere totam domum magnam valoris scutorum 2300. iuxta æstimationem à Perito factam, ità quod nullum residuum debeat consequi; Quia hoc ex facto tollitur; nam ex declaratione ipsius Marci Antonij, ex mandato de manutenendo obtento à Secundo Collaterali, ex vltima locatione domus, ex quietantia pensionis & ex dicta locatione apparet dictam Claricem non possedisse integrè dictam domum, sed solum duas partes ex tribus, & sic eam impediri non posse, quo minus super alijs bonis, dicti residui dotis duas partes consequi valeat.

Et ita &c.

ROMANA ANTERIORITATIS.

Luna 10. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Anterioritas an accipi debeat ab obligatione facta in apoca, habente relationẽ, & correspectiuitatem ad concordiam faciendam sub certis conditionibus adimplendis: An vero à die purificatarum conditionum in d. concordia appositarum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior vigore apocæ priuatæ est præferendus creditori posteriori instrumentario.*

2 *Actus correspectiui habentur pro vnico, ita vt vno deficiente alter corruat.*

3 *Creditor non dicitur anterior quando conditiones ex parte rei nõ fuerunt adimpletæ ante creditum aliorum concreditorum.*

4 *Retrotractio non habet locum, quando conditiones sunt potestatiuæ & dependentes ex facto debitoris.*

5 *Debitoris obligatio cessat, quando conditiones non fuerunt adimpletæ.*

DECISIO CLXIX.

SVB die 20. Decembris 1628. fuit dictum in hac causa, Dominos de Baccellis teneri restituere D. Petro Eschinardo summam scutorum 715. 80. iuxta eorum expressam obligationem de illa restituenda anterioribus creditoribus Francisci & fratrum de Lauacchijs, fundamentum decisionis erat, quod scilicet creditum anterius D. Eschinardi probabatur, ex quo erat Cessionarius Petri Largier, qui erat creditor dictorum de Lauachijs vigore apocæ priuatæ factæ die 10. Decembris 1610. in scutis 1500. creditum verò Dominorum de Baccellis erat contractum de mense Decembris anni sequentis. Vndè vi-
1 gore † dictæ apocæ quamuis priuatæ dictus D. Eschinardus erat præferendus Dominis de Baccellis *Vinc. de Franch. decis. 95. Caualer. decis. 17. num. 17. par. 2. cum alijs in d. dec. allegat.*

Sed huiusmodi resolutioni nõ acquiescentibus Dominis de Baccellis iterum proposui causam super iisdem, qua proposita, requè maturius discussa, Domini à decisis recesserunt.

Animaduerterunt enim Domini dictam apocam, vt supra factam Petro Largier à Lauachijs non fuisse puram, sed relatiuam, & correspectiuam ad concordiam sequenti die factam inter dictum Petrum, & dictos Lauachios, & per huiusmodi concordiam apocam fuisse nouatam, quod patet ex vtriusq; scripturæ tenore; Nam quod dicta apoca esset relatiua, & correspectiua ad dictam cõcordiam patet ex verbis ipsius apocæ, ibi (per valersene come per l'accordo da farsi con il detto Sig. Pietro, al quale ci riferiamo) & quod per concordiam fuerit nouata dicta apoca, patet pariter ex verbis ipsius concordiæ ibi (con patto, e conditione, che se detti Lauachi per tal tempo non haueranno fatto esito de dette pannine, & saie, & che dell'amontar non sia venuto il tempo da riscotere, detto Pietro se contenta non voler poter pretendere, ne riceuere in modo alcuno il pagamento delli sudetti scudi 1509. mà solo quel tanto, che detti Lauachi gli daranno conto hauer riscosso, & hauer in mano del loro) Ex quibus verbis manifestè apparet, obligationem dictorum de Lauachia factam in dicta apocá fuisse nouatam per dictam concor-
2 diam, nedum † quia fuerunt factæ nouæ conuentiones, sed etiam quia fuit mutata dicta obligatio de soluendo d. scuta 1500. & propterea stante huiusmodi correspectiuitate & relatione de prima scriptura ad secundam, omnia contenta in d. concordia continentur in d. apoca *Surd. consil. 381. nu. 7.* sed sic est, quod in d. concordia Lauachi nõ sunt obligati sol-

uere

uere Petro Largier d. scu. 1500. nisi postquã fecissent exitum de dictis pannis, vt dixi supra, & postquam sibi satisfecissent de sc. 975. & de alijs partitis expressis in concordia,& sic sub certis conditionibus prius adimplendis, per consequens infertur,quod obligatio Dominorum de Lauachijs non est desumenda ab apoca, sed à die purificatarum dd. conditionum in d.concordia appositarum *l. cedere diem ff. de verb. signif.* Quæ conditiones cum pro parte D. Eschinardi Cessionarij non probentur adimpletæ ante creditum dictorum
3 de Baccellis, non † potest dictus Eschinardus dici anterior dictis de Baccellis *l. si debitori la prima §.si filius ff.de fideiuss.Bald. cons.146. num.1. in fin.lib.3.*

Non obstat, quod non sit attendendum tempus purificatarum dd. conditionum, sed tempus celebrati contractus, ad quod post implementum conditionum debet fieri retrotractio *l. potior §. videamus ff. qui pot. in pign.* Quia hoc benè procederet, vbi conditiones appositæ in concordia, de qua agitur, essent casuales; & nullo modo dependentes à pote-
4 state creditoris, aut debitoris, sed † cum hic agatur de conditionibus potestatiuis, & dependentibus ex facto debitoris, non est locus huiusmodi retrotractioni *d. l. potior, & l. qui balneum vbi Bart.ff.qui potior.in pign.habeant. Neguf.de pign.& hipoth. par.5.memb.1. num.14. vers. ex quibus.*

Non obstat, quod d.Lauachi in d. apoca promiserunt soluere per totã diem 8. Aprilis 1619. & sic d.obligatio sit pura, & determi-
5 nata, Quia fuit responsum † d. obligationem esse intelligendam adimpletis conditionibus apponendis in concordia facienda, quæ cum non doceantur adimpletæ, cessat etiam obligatio ex supra deductis.

Et ità vtraque &c.

ANCONITANA LEGITIMAE.

Veneris 14. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Legitima debetur filijs ex persona Patris, cum fructibus in bonis Aui & æqualiter diuiditur inter filios vti de bonis Patris ab intestato morientis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima est tertia pars bonorum paternorum.*
2 *Frater alteri fratri succedit in eius bonis ab intestato morienti.*
3 *Filij succedunt pro rata in bonis Patris ab intestato morientis.*
4 *Legitima debetur ex corporibus bonorum hæreditariorum Aui.*

DECISIO CLXX.

PER duas decisiones iam fuit firmatum Comiti Alexandro Ferretto ex persona Vgonis Patris deberi legitimam, & fructus in bonis Hieronymi eius Aui, proposito hodie à me dubio,quanta sit legitima, & à quibus debeatur. Domini resoluerunt legitimam in bonis d. Hieronymi esse trientem, & pro medietate spectare ad Alexandrum.

Nam cum d.Hieronymus de tempore obitus quatuor reliquerit filios, Cæsarem videlicet, Horatium Herculem, & Vgonem eo-
1 rum † legitima est triens *auth.nouissimè C. de inoff.testam. Rota decis.517.num.1,par.1.diuers.* Ex quibus quatuor filijs cum alter iura legitimę cesserit Comiti Vgoni Patri Comitis Alexãdri, & alij duo eidem Comiti Vgoni prædecesserint sine filijs, tota illa tertia pars fuit effecta de libero patrimonio Vgonis, qui dictis
2 eius † fratribus ab intestato successit *Auth.cessante C.de legit.hæred. §.si igitur auth. de hæred. ab*
3 *intest. venient.* Vndè sequitur † quod cum dictus Comes Vgo reliquerit duos filios Comitem Ioannem Primogenitum, & Comitẽ Alexandrum, d. tertia pars fuit ab intestato ad illos delata pro rata, videlicet duæ vnciæ pro quolibet *§.1.auth.de hæred. ab intest. venient. Crassus in §. legitima quæst.4. num.1. Cucch.de legit.in verbo eius portionis num.10.*

Quo verò ad aliam partem dubij videlicet à quibus debeatur dicta legitima, nulla adest
4 difficultas, Quia † illa debetur ex corporibus bonorum hæreditariorum d. Hieronymi, & à Comite Ioãne, qui illa hodiè possidet,quod ab ipso non controuertitur.

Non obstant ea, quæ dicuntur de fructibus & de detractionibus, Quia illa non visa fuerunt esse præsentis inspectionis, sed illa posse discuti in executione mandati de immittendo.

Et ità vtraque &c.

SPOLETANA CENSVS.

Veneris 14. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Exceptio rei non traditæ non obstat venditori rem stabilem per clausulã constituti tradenti.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei non traditæ non habet locum in stabilibus per clausulas constituti traditis.*
Amplia vt sufficiat dimissio verbalis adhoc vt venditor censeatur adimpleuisse ex parte sua. num. 2.
3 *Venditor per clausulam constituti, non liberatur ab actuali traditione rei venditæ intellige. Vbi adest sola clausula constituti per quam venditor à sola traditione iuris liberatur non autem à traditione facti. & numer.4. Secus si venditor postea non possedit.*
5 *Venditor per constitutum & diuisionem possessionis rei immobilis liberatur à traditione rei venditæ.*
6 *Venditor faciendo quod naturaliter & ciuiliter potest liberatur, ab actuali traditione.*

Lex non arctat venditorem ad impossibile & iniquum.

7 *Constitutum Tutoris non transfert possessionem, sed hoc procedit volente pupillo, & impugnante contractum, & dante de illius nullitate; secus vero illo tacente, & ubi venditio est valida, & num. 8.*

9 *Possessio præsumitur ex antecedenti contractu præsertim pro exclusione delicti.*

DECISIO CLXXI.

CLAVSILIVS, & Dominicus fratres de Zaccarellis mediante persona Tullij; & Pasquini Tutorum cum interuentu eiusdem Clausilij vendiderunt quædam petia terræ Patritio Betto, qui loco pretij promisit infrà duos dies extinguere censum, quem dicti fratres passiuè habebat cum Iacobo Pandulphino, aliàs voluit teneri ad damna & interesse, vt in Instrumēto de anno 1493. Patritius nūquam extinxit d. censum, quapropter cum Lauretus hæres dictorum fratrum fuerit pulsatus, & coactus soluere fructus d. census, egit contra hæredes d. Patritij coram A. C. qui mandatum relaxauit, à quo mandato fuit appellatum, causaque appellationis mihi cōmissa, dictisque hæredibus Patritij opponentibus, prædia quorū contemplatione promissa fuerat extinctio census, non fuisse tradita. Proposui dubium, An d. Lanreto hæredi fratrum de Zaccarellis obesset exceptio rei non traditæ, & Domini negatiuè responderunt.

Nam cum d. fratres quantum in se est possessionem transtulerint in Patritium per clau-
1 sulam constituti, eamque † statim dimiserint, non potest eis ad adimplementum agentibus obstare exceptio rei non traditæ ad *text. in l. quod meo §. si furioso ff. de acquir. poss. Castr. in l. Iulianus §. ex vendito num. 7. ff. de act. empt. Arct. in §. actionum num. 17. instit. de action. Bero. cons. 41. n. 12. lib. 3. Put. decis. 49. lib. 3. Capic. decis. 14. num. 12. & 13.* Præsertim in stabilibus, prout hic, quia
2 in illis sufficit † dimissio verbalis adhoc, vt venditor censeatur adimpleuisse ex parte sua *l. 2. post princ. vers. sed vbi, & glos. in verb. sufficiunt, & Bart. ibidem num. 8. C. quando & quibus 4. pars lib. 10. Bald. in l. acceptam num. 9. C. de vsur. Alex. in l. si mora num. 4. ff. solut. matrim. Neguf. de pignor. 2. par. 3. memb. 5. par. principal. num. 3. vers. primo igitur limitatur.*

3 Non obstat, quod venditor † per clausulā costituti non liberetur ab actuali traditione rei venditæ. *Ofasc. decis. 36. num. 5. Fach. controuers. Iur. lib. 2. cap. 30. Ruin. cons. 94. num. 1. lib. 1.*

4 Quia hæc cōclusio † benè procedit, vbi adest sola clausula constituti, per quam venditor à sola traditione Iuris liberatur, non autem à traditione facti, in quibus terminis loquuntur *Ofasch. Fach. & Ruin. supra citat.* Sed cum in præsenti casu vltrà constitutum probetur venditorem post contractum, prædia vendita nunquam possedisse, non est locus d. conclusioni, sed benè præcedenti, videlicet quod
5 cum † simus in re immobili venditor per cōstitutum, & dimissionem possessionis censeri debet liberatus *d. l. quod meo §. si furioso ff. de acq. possess. Castr. in l. Iulianus §. ex vendito num. 7. ff. de act. empt. cum alijs supra allegatis.* Quod tanto magis procedit, ex quo Patritius emptor habebat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, & cum Prædia vendita existerent in Territorio Nursiæ, & contractus esset celebratus in Vrbe, vt apparet ex Instrumento; non dabatur alia via transferendi possessionem in Patritium emptorem, quàm per constitutum, & dimissionem possessionis.
6 Quia † venditor faciendo, quod naturaliter, & ciuiliter potest, liberatur ab actuali traditione, cum lex non arctet eum ad impossibile, vel iniquum. *Bald. in d. l. acceptam num. 9. C. de vsur. Aret. in l. si mora num. 3. circa med. vers. tu dic ff. solut. matrim.* Nec alias posset practicari traditio possessionis rei immobilis in remotis partibus existentibus, & illuderetur venditor, si ei denegaretur pretium sub prætextu, quod res ei non fuisset tradita.

Non obstat, quod venditio Prædiorum, de quibus agitur fuerit facta per Pasquinum Tutorem Zaccarellorum, & sic constitutum tutoris non transferat possessionem. *Tiraq.*
7 *de constit. par. 3. limit. 15.* Quia † hoc procedit volente Pupillo, & eo impugnante contractum, & dante de illius nullitate, secus verò
8 illo tacente, † & vbi venditio est valida idem *Tiraq. d. limit. 15. num. 3. vers. tamen si tutor.*

Nec releuat probari post dictum contractū possedisse Pasquinum vnum ex tutoribus, seù habentes causam à Pasquino, non autem Patritium Bettum. Quia testes deponunt antè Instrumentum venditionis actualem possessionem, de qua disputatur, fuisse penès venditores met, non penès Pasquinum, & post venditionem eos non possedisse, vndè cum posteà possederit Pasquinus, ad excludendū
9 delictum, præsumendum est, † eum possedisse ex antecedenti contractu, & sic vel quod emerit à Betto, vel ab aliis causam ab eo habentibus *Becc. cons. 6. num. 6. & 14.* Quod tanto magis procedit, quia per testes excluditur possessio Pasquini tutorio, & includitur nomine proprio, dum deponunt eum possedisse vsque ad decoctionem, & post decoctionem eius creditores, & vxorem ratione Iurium dotalium.

Et ita vtraque &c.

FERRARIEN. LEGATI.

Veneris 21. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Contrauenisse quando dicatur hæres debitoris alicuius Legati, ita vt sit factus locus penæ per testatorem appositæ.

SVMMARIVM.

1 *Verba testatoris, quando sunt obscura hæres sine mali animi suspicione potest ea declarari facere. Amplia num. 2.*

Igno-

3 *Ignorantia iuris hæredes excusat, cum agatur de damno vitando.*

4 *Hæres absolutus à pœna contrauentionis habet iustam causam petendi absolutionem ab expensis in causa factis.*

5 *Prohibitio molestiarum etiam strictissima non comprehendit molestias, quæ proueniunt ex facto aduersarij.*

DECISIO CLXXII.

CVM Hercules Trottus plura legata reliquisset ad fauorem Comitissæ Camillæ eius vxoris cum prohibitione, ne in illis aliquo modo posset molestari ab hæredibus sub pœna scutorum 1000. quolibet anno ipsi Camillæ soluendorum eius vita durante in casu contrauentionis, qui casus cum pro parte Comitissæ prætendatur euenisse, Propositu dubium, an ei dictum legatum pœnale scutorũ 1000. annuatim soluendorum deberetur, & Domini negatiuè responderunt.

Quia licet aduersus dictam Comitissam fuerint ab Hæredibus excitatæ plures dubitationes circa interpætationem mentis Testatoris, & super modo soluendi legata ab ipso relicta, attamen ad effectum vt dicti hæredes possint dici incurrisse pœnas dictæ Contrauentionis, illæ non visæ fuerunt Dominis sufficientes, quia vt patet ex earum lectura carent omninò suspicione Calumniæ, ex quo propter obscuritatem verborum testamenti multas proba-
1 biles dubitandi causas continent, & sic † dicta
declaratio videbatur necessaria, & proindè excludit malum animum hæredum, illosque excusat à recursu habito ad Eminentissimum Ferrariæ Legatum ad obtinendam dictam declarationem *Bald. in l.1 num.27.C.de his qui pen. nom.Seraph.decis.1136.nu.5.Surd. de aliment. tit.9. quæst.26.num.120.Rim. Iun. cons.511. num.30. &*
2 *seq.lib.5.* Quod tantò † magis suadetur ex declaratione facta ab ipsis hæredibus, videlicet quòd non intendebant assumere Iudicium aliquod, & quod parati erant dictæ declarationi quomodocumque faciendæ acquiescere *l. sed Iulianus §. proindè ff. ad maced. Roman. cons. 291. num.2.* illa enim prohibitio de non molestando, debet intelligi de molestationibus Iudicialibus malo animo, non autem de molestationibus iuris iudicialibus pro iure verè, & realiter competente *Pereg.de fideicommissis art.35 num.7.Surd.cons.203.num.42. & 43.Dec.cons.581. num.11.vers.præterea dato.Giouagn.cons.93.num.9. lib.1.* Quæ molestationes non docentur adesse in præsenti casu vt dixi supra.

Non obstat, quod inter hæredes deducta plura adessent, circa quæ nulla cadere poterat dubitatio, & sic illorum respectu sit locus contrauentioni; Quia placuit responsio, quod inspecta persona Ferrantis & Horatij hęredum ignarorum iuris, potuit ità illa cadere diffi-
3 cultas, Ideoque † dicta Iuris ignorantia benè
hæredes excusat, cum agatur de damno vitando, *Mantic. de tacit.lib.8.tit.25.nu.16. Seraph. decis.497. num.4.* Quod tanto magis procedit, cum multæ ex dictis dubitationibus fuerint ad fauorem ipsius hæredis terminatæ, ex quo benè resultat exclusio calumniæ, hæredemque iustam dubitandi causam habuisse in omnibus supradictis capitibus *Rot. coram Reuerendissimo D. meo Decano decis.295.num.8. & decis.356. & 413.num.2.*

Nec releuat, quod Rota Ferrarieñ fabricato magno processu inter partes super huiusmodi dubitationibus condemnauerit hæredes in expensis, cui Condemnationi dd. hæredes
4 acquieuerint. Quia † cum dicti hæredes fuissent per eandem Rotam à pœna Contrauentionis absoluti, & sic fortè habuissent iustam causam petendi quoque absolutionem ab expensis, ac nihilominus condemnationi acquieuerint, tantùm abest vt ex huiusmodi acquiescentia possit desumi aliqua iniustitia super absolutione hæredum à pœna conuentionali, quod imò videtur excludi eorum malus animus impugnandi præceptum, & voluntatem Testatoris, & corroborari præsumptio illorum bonæ intentionis, scilicet acquiescendi declarationi dictæ Rotæ, quomodocumque venienti *d. l. Iulianus §. sed & ab initio ff. ad Macedon. Rom.d.cons.91.nu.2.* eoque magis, quia agitatio litis, & prolixitas processus euenit ex culpa, & facto Camillæ, quæ noluit acquiescere petitioni primo loco factæ coram Card. Legato, ac deindè in dicta Rota Ferrarieñ, sed voluit telam Iudiciariam introducere, negando de directo omnia à dictis hæredibus prætensa; Vndè benè intrat conclusio, quod que-
5 uis † prohibitio molestiarum etiam strictissima
ma non comprehendit illas, quæ proueniunt ex facto aduersarij *Surd.cons.64.num.9. lib.3.* ipsaque Comitissa sibi imputare debet si huiusmodi molestias procurauit *Menoch. præsump.38 num.4.lib.3.Capr.cons.9.num.8. Ruin.cons.202.nu.7 lib.2.Cranet.cons.83.num.2.*

Et ità &c.

TIRASONEN. ARCHIPRAESBYTERATVS.

Veneris 21. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

In Summario.

SVMMARIVM.

1 *Iulius est mensis Apostolicus.*

2 *Testes deponentes super valore beneficij, de publica voce, & fama, per verbum fuit, & est plene probant.*

3 *Præsbyteratus benè iustificatur in Rota ex testibus examinatis coram A. C. & ex litteris patentibus super præsbyteratu expeditis.*

DECISIO CLXXIII.

DOMINI dixerunt Archipræsbyteratum Ecclesiæ Tirasoneñ esse adiudicandum Michaeli habenti gratiam Apostolicam, quæ in omnibus visa fuit iustificata.

Nam quòd Archipræsbyteratus per obitũ Mi-

Michaelis de Lana vacauerit de mense Iulij,
1 qui † est mensis Apostolicus ad *tradit. per Gonz. super reg. reseruat. glos. 11. per tot* benè remanet probatum ex fide Parrochi, & ex testibus coram A.C. examinatis.

Quod etiam huic Beneficio immineat cura animarum, & non sit prima dignitas post Pontificalem, probant testes in Rota examinati.

Quod autem fructus illius non excedant ducatos 24. & simul cum distributionibus ducatos 250. probant iidem testes deponentes de
2 publica voce & fama, † per verbum fuit, & est, & sic benè probant *Caputaq. decis. 277. nu. 8. lib. 1. Rota decis. 248. num. 6. & 7. part. 1. recent. & coram Greg. XV. decis. 78. num. 3.*

Quodque super dictis fructibus esset reseruata annua pensio ducatorum 71. cum dimidio ad fauorem Marci Valensuela probatur nedum ex iisdem testibus, sed etiam ex instrumento attestationis Vicarij Generalis Episcopi Tirasonen.

Præsbyteratus etiam dicti Michaelis benè
3 iustificatur † ex testibus examinatis coram A. C. & ex litteris patentibus eiusdem Michaelis *Gramat. decis. 81. num. 1. Rota decis. 16. de probat. in antiquis. Gregor. XV. decis. 166. num. 6.*

Quod denique dictus Michael per sexenniũ in Curia commoraretur, probant dicti testes in Rota examinati, prout etiam probant, quod tunc obtineret dimidium Canonicatum, & dimidiam Præbendam in Ecclesia Collegiata de Darotha Cæsaraugustanæ Diœcesis, & perpetuum simplex Beneficium absque residentia in Ecclesia Parrochiali de Sos Pampilonen. Diœcesis, quorum singulorum fructus non excesserunt ducatos auri de Camera 24.

Quibus in facto sic iustificatis Domini Michaeli informanti Archipræsbyteratum adiudicandum esse responderunt.

Et ità &c.

TRANEN. CANONICATVS.

Mercurij 26. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Acta transportata semper præsumuntur integra, donec contrarium probetur.*
2 *Notarij assertioni de sua deputatione statur.*
3 *Acta seu Iustificationes enunciata in alijs actis transportatis cum non sint in scriptis recepta, non vitiant integritatem transportationis actorum &c.*

DECISIO CLXXIV.

PRO integra transportatione actorum Domini responderunt, Quia Cannalonga, qui illa transportauit habet præsumptionem
1 pro se, scilicet, † quod illa semper præsumantur integra, donec contrarium probetur *Rota coram Greg. XV. decis. 59. num. 1. & ibi Adden. nu. 5. decis. 72. num. 1. & aliàs sæpè.*

Non obstat, quod prædicta præsumptio vendicet sibi locum, quando acta sunt tradita à Notario actuario, vel eius successore in officio, secus vero ab alio prout hic, Quia fuit responsum, obiectum cessare ex facto, quia prædicta acta fuerunt tradita ab eodemmet Notario, qui illa confecit, qui quidem Notarius ad illa conficienda fuerat specialiter deputatus ab Executore Apostolico, prout
2 patet ex assertione ipsiusmet notarij, † cui circa hanc deputationem creditur *Caputaq. decis. 245. lib. 2. Rota decis. 699. num. 3. part. 1. recent.*

Minus obstat, quod inter prædicta acta transportata enuncientur alia acta concernentia iustificationem litterarum Prouisionis obtentæ à dataria, quæ tamen deficiunt, Quia
3 cum † prædictæ iustificationes non fuerint in scriptis receptæ, ex quo Executor summariè, & sine scriptis processit, vt constat ex eius assertione in Summario Cannalonghæ *num. 4.* non erant transportandæ, nec illarum defectus vitiat integritatem transportationis *Rota coram Greg. XV. d. decis. 59. num. 3. & inter recent. dec. 561 num. 10. par. 1. recent.*

Et ita vtraque &c.

MVTINEN. EMPHYTEVSIS.

Mercurij 26. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

An fœminæ proximiores vltimo Emphyteutæ præferantur in concessione nouæ inuestituræ Ecclesiasticæ masculis extraneis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus tenetur omnino inuestire proximiorem.*
2 *Fœmina non censentur exclusæ, à renouatione inuestituræ; licet non fuerint in prima comprehensæ; maximè quando non adsunt masculi in concursu.*
3 *Renouatio inuestituræ competit proximiori licet sit fœmina propter industriam, & culturam suorum maiorum in Emphyteuticis bonis sterilibus, & in frutiferi.*
4 *Renouatio inuestituræ petita infra annum à proximioribus licet fœminis habet locum & alia inuestitura antea concessa non habentur in consideratione.*

DECISIO CLXXV.

DOMINI resoluerunt renouationem Inuestituræ, de qua agitur competere D. Eleonoræ sorori proximiori Antonio Mariæ
1 vltimo Emphyteutæ. Quia † cum Mensa Episcopalis Mutinen. Domina directa noluerit bona, vt supra in Emphyteusim concessa, pro se retinere, tenebatur, ac tenetur omninò proximiorem inuestire *iuxta doctr. Bart. in l. 1. §. permittitur ff. de acqua quotid. & æstiu.* & est Cõclusio communiter recepta, & à Rota pluries approbata, *vt in Bononien. Bonorum coram Robusterio impress. inter diuers. decis. 198. num. 1. par. 2. & in*

in Causa Imolen. Bonorum seù Emphyteusis Luna 16. Iunij 1618. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Quæ quidem conclusio procedit etiam, quod iste proximior non sit masculus, sed fœ-
2 mina, prout hic. Quia † licet fœminæ non fuerint in prima inuestitura compræhensæ, non indè tamen sequitur, quod censeantur exclusæ à renouatione; maximè quando, prout in præsenti casu, non adsunt masculi in concursu. *Rot. decis. 198. num. 2. part. 2. diuers. & in dicta Imolen. Emphyteusis coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quod eò magis visum fuit procedere in præsenti casu quia bona Emphyteutica, de quibus agitur tempore, quo fuerunt concessa in Emphyteusim maioribus supradictæ Eleonoræ, erant sterilia, & infructifera, nunc verò sumptibus & industria eorundem redacta sunt ad culturam, & sunt effecta fructifera,
3 qua † propter magna concurrit æquitas, vt eidem Eleonoræ debeatur renouatio *Bero consil. 98. num. 12. & 13. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 24. num. 16. & 17. Rota in recent. decis. 11. nu. 5. part. 2.*

Non obstat, quod res non sit amplius integra, ex quo per Episcopum fuerunt inuestiri Domini de Bertachis, antequam Eleonora
4 petierit renouationem. Quia † cum Eleonora petierit renouationem infrà annum, renouatio antea facta ad fauorem supradictorum de Bertachis non habetur in consideratione, nec impedit, quo minus ea veniat concedenda Eleonoræ *Rimin. Iun. cons. 444. num. 49. lib. 4. Rota dicta decis. 198. num. 5. part. 2. diuers. & in dicta Imolen. Emphyteusis coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ità Eleonora tantum informante &c.

ROMANA RETRACTVS.

Veneris 28. Iunij 1630.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Consortium inducitur ex communione eiusdem rei cum participatione dominij.*
2 *Consortium dicitur exclusum, quando domus est diuisa, & separata ab altera domo.*
3 *Consortium cessat, vbi non probatur communio pro indiuiso.*
4 *Testes deponentes de propria operatione, & iudicio, nullum gradum probationis faciunt.*

DECISIO CLXXVI.

CVM Bernardinus Vellius ageret ad retractum cuiusdam domus possessæ per D. Claricem Palumbariam, & sub die 17. Decembris præteriti proposuissem dubium, An esset præferendus, fuit negatiuè respõsum, sed quia idem Bernardinus examinatis quibusdam testibus ad probandum consortium, huic resolutioni non acquiescebat, denuò proposui causam super iisdem, & Domini steterunt in decisis ex rationibus in dicta decisione adductis, quibus non obstant dicti testes, ad probandum consortium examinati.

Quia ex eorum depositionibus non probatur huiusmodi consortium, nam primus, & quartus interrogati, quid sit consortium, se nescire responderunt, tertius, & quintus remittunt se ad Doctores, & opinantur, quod censeatur inductum consortium ex combinatione mãsionum, cũ hoc tamen nõ sit verum in iure, vt benè firmatur *in decisionibus R. P. D. Merlini in causa Romana Retractus 29. Ianuarij,*
1 *& 18. Iunij* 1629. vbi † ad effectum, vt dicatur inductum consortium, est necessaria communio eiusdem rei cum participatione dominii. *Salicet. il l. dudum sub num. 1. & Bald. ibidem nu. 7. C. de contrah. empt. Ruin. cons. 27. num. 12. vers. 3. respondetur, lib. 4. Iacob. Nouell. de ibre protbomis, §. 2. num. 60.* Maximè cum ex confessione eiusdem Bernardini *in Summ. num. 2.* constet. Domum, de qua agitur, de per se fuisse distinctam & separatam, & ex depositionibus testium probetur, eam habere portam magnam, anditum, curtile, scalas, & alias partes distinctas
2 à domo dicti Bernardini, quod † excludit omne consortium, *l. si quis duas, §. si quis partem, ff. commun. prædiorum, Castr. ibidem in vltimis verbis, Borgnin. decis. 19 nu. 52. & 54. par. 2. Surd. consil. 207. num. 12. vers. quarto,* vbi mansiones non censentur amplius partes palatij, si prout hic non habent ingressum per palatium, sed per
3 viam publicam, † & ità cum in hoc casu non probetur communio pro indiuiso, cessat consortium, & consequentur retractus, *Anton. Gomes. in comment. ad ll. Tauri l. 70. num. 27. vers. quod tamen, Molin. disput. 371. in princ.*

Non obstat, quod testes deducant consortium ex eo, quod stillicidium à parte posteriori domus D. Claricis cadit in curtile supradicti Bernardini, quia vltrà quod ex huiusmodi stillicidijs, & cloacis non inducitur cõsortium, sed potius quædam seruitus, vt optimè firmatur in dictis decisionibus R. P. D. mei Merlini, dicti testes confundunt seruitutem stillicidij cum ipso consortio, deponuntque de propria opinione, & iudicio, & propterea
4 nullum faciunt probationis gradum *Alex. consil. 109. num. 1. vers. nonnulli, lib. 1. cons. 114. nu. 17. lib. 4. & cons. 132. num. 25. lib. 3.*

Et ità altera tantum &c.

PERVSINA BONORVM.

Luna 1. Iulij 1630.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas, seu summa minor inest in maiori.*
2 *Perceptio fructuum præsumitur facta secundum possessionem, & temporum distinctionem in quibus prædium fuit possessum.*

DE-

DECISIO CLXXVII.

FVIT decisum coram me sub die 3. Iulij 1628. Pirrum Bontempum, & consortes teneri restituere Ludouico, & Diomedi de Oddis pro fructibus, quos ipse perceperat ex quodam predio per eos attentatè possesso summam scutorum 1267.14. per testes probatam, & per peritum calculatam. Cui resolutioni non acquiescentibus Bontempo, & consortibus sub prætextu, quod peritus per ipsos electus non retulisset, denuò in eiusdem Bontempi, & consortium citatorum contumaciam fuit de ordine Rotæ electus ex officio tertius peritus, à quo facta deinde relatione proposui dubium, An esset standum, vel recedendum à decisis, & Domini quoad quantitatem scutorum 997. ba. 73. ÷ per dictum tertium peritum calculatam in decisis perstiterunt.

Nam licèt iste tertius, qui retulit in summa scutorum 997.73. ÷ videatur discordare cum altero, qui retulit in summa scut. 1267. & sic neutri ex eis videatur standum. Tamen cum Ludouicus, & filius de Oddis sint parati stare huic vltimæ relationi continenti minorem quantitatem, vtique ista venit attendenda, cū periti in dicta quantitate scut. 997. & b.73. ÷

1 dicantur concordare, ex quo in † maiori summa inest minor, *ad textum in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. oblig. Rota coram Gregor. XV decis. 230. num. 3. & in Romana Reuocationis sequestri coram Pamphilio.*

Non obstat vnicum fundamentum pro parte Bontempi & consortium deductum, scilicet non iustificari in actis, ipsos aliquos fru-

2 ctus percepisse. Quia † sufficit, quod fuerint probata tempora distincta in quibus ipse prædium possedit, ex hac enim possessione oritur præsumptio perceptionis fructuum, *Rota decis. 269. num. 2. par. 1. recent. Seraphin. decis. 1245. num. 6. Gregor. XV. decis. 50. num. 2.* Et hoc casu sufficit eorum quantitatem liquidare à consuetis (prout deponunt testes in alia decisione ponderati) quia illud præsumitur perceptum, quod communiter consueuit percipi, *Bald. cons. 53. in fine lib. 1. & cons. 323. in fine lib. 2. Achill. decis. 22. de restit. spoliat. Rota in Perusina Liquidationis fructuum 12. Ianuarij 1609. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ita decisum &c.

ROMANA VINAE DE GRANVELA.

Veneris 28. Iunij 1630.

Argumentum in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Locatio dicitur finita elapso tempore constituto in locatione.*

2 *Apoca priuata archiuiata, & trino teste munita, habet vim instrumenti.*

3 *Obligatio in forma Cameræ regulariter habet executionem paratam.*

4 *Melioramenta facta absque licentia locatoris cedunt solo ex pacto expresso in contractu locationis conuento &c.*

DECISIO CLXXVIII.

DOMINI resoluerunt relaxandum esse mandatum de euacuando pro pensionibus affictus contra Alonsum de Cardenas conductorem vineæ, de qua agitur.

Nam quoad mandatum de euacuando moti fuerunt Domini ex quo instrumento locationis expressum legitur pactum, quod facta venditione vineæ ipse Alonsus conductor teneatur infrà annum illam dimittere; Vnde cum vēditio fuerit effectuata sub die 25. Octobris 1628. vt patet ex apoca in Summario locatoris *num. 2.* & tempus vnius anni effluxe-

2 rit, locatio † dicitur finita, & consequenter est locus euacuationi, *l. conductores, C. locat. l. non ab re, C. vnde vi. Rota coram Gregor. XV. dec. 45. num. 1.*

Non obstat, quod de dicta venditione non constet per instrumentum, quia sufficit, quod de ea constet per dictam apocam priuatam,

2 quæ cum sit archiuiata, & trino teste munita vim obtinet instrumenti, *l. scripturas, C. qui pot. in pign. habean. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 10. tit. 10. num. 33. Gabr. conclus. 11. num. 1. de probat.*

Quo vero ad mandatum executiuum pro pensionibus decursis pariter moti fuerūt Domini ex eo, quia pro illis soluendis adest eiusdem Alonsi obligatio in forma Cameræ, quæ

3 regulariter habet executionem paratam, *Rota decis. 12. num. 1. apud Zacc. de obligat. Camer.* & alias millies.

Non obstat exceptio melioramentorum, tum quia de illis non constat, tùm etiam quia

4 nisi doceatur illa fuisse facta de consensu locatoris, cedunt vineæ ex pacto expresse in eodem contractu locationis conuento, *vulg. l. in rem sentium, §. ait prætor, ff. de pact.*

Et ita altera tantùm &c.

ROMANA SIMVLATIONIS CONTRACTVS.

Lunæ 1. Iulij 1630.

ARGVMENTVM.

Contractus venditionis quando sit rescindendus ex capite iniustitiæ pretij.

SVMMARIVM.

1 *Pretij iniustitia vltra tertiam partem est sufficiens ad rescindendum contractum, & hoc secundum stat. Vrb. lib. 1. cap. 154.*

2 *Pensio domus non probat concludenter valorem illius.*

3 *Pensio si calculetur ad rationem quinque pro centenario, prout calculari solet, clarè demonstrat valorem rei ad d. quantitatem ascendere.*

4 *Pretij iniustitia in contractu emptionis, & venditionis, ex quibus augeatur.*

DECI-

DECISIO CLXXIX.

PROPOSITO à me dubio, An contractus venditionis domus initus inter Dominum Bartholomæum Quadrium, & Claudium Maonem esset simulatus, Domini omisso pro nunc articulo simulationis responderunt illum ex capite iniustitiæ pretij esse rescindendum.

Iniustitia enim pretij visa fuit patens nedũ
1 vltrà tertiam partem, † quæ sufficit ad rescindendum contractum, iuxta statutum Vrbis *cap.* 154. *lib.* 1. Verùm etiam vltrà medietatem. quia domus erat valoris scutorum 3000. & vltrà, & tamen Quadrius illam emit pro solis scutis 1300.

Quod autem esset valoris scutorum 3000. desumitur ex pensione scut. 150. pro qua eadem domus locari solet, vt ex fide locationum extracta ex libris publicis Cameræ Apostolicæ in Summario Ioannis *num.* 3. Quæ
2 quidem † pensio licèt de per se non probet concludenter verum valorem, tamen ea cal-
3 culata ad rationem quinque pro † centenario, vt calculari solet, *iuxta tradita per Natt. cons.* 198 *num.* 6. *& seq. Guidopap. consil.* 180. *num.* 1. *Paris. cons.* 54. *num.* 68. *lib.* 1. *Rota in Romana domus de Prouantiis Luna* 31. *Ianuarij* 1611. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.* satis claré demonstrat valorem illius ascendere ad d. quantitatem scutorum 3000.

Maximè quia non tota domus prædicta, sed pars tantum illius fuit locata, cum Quadrius retinuerit pro se stabulum, & locum aptum ad reponendum currum (vulgò la rimessa) quæ si essent locata, vtique maiorem redderent pensionem, & consequenter eiusdem domus ad maiorem ascenderent valorem vt patet ad sensum.

Vltrà quod iniustitia dicti pretij augetur
4 etiam ex pluribus pactis in dicto † contractu appositis scilicet, quod maior pars dicti pretij scutorum 1300. erogaretur in vtilitatem eiusdem domus venditæ, & quod Claudius venditor adhuc teneretur soluere medietatem Canonum, & Laudemij.

Et ita vna tantum &c.

CAESENATEN. PRAEDII.

Mercurij 27. *Nouembris* 1630.

Argumentum in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Pactum resolutiuum etiam ad fauorem pupillorum expirat post eorum legitimam ætatem, & per lapsum quinquennij.*

2 *Actio tollitur spatio triginta annorum non autem exceptio.*

DECISIO CLXXX.

SVB die 18. Februarij proximi præteriti fuit in hac causa resolutum, sententiam ab A. C. latam, qua DD. de Almericis concedabatur immissio in possessionem prædij, de quo agitur, esse confirmandam duobus fundamentis, primum ex quo istud prædium fuerat datum Aureliæ in dotem non æstimatum; secundum ex quo filij dictæ Aureliæ vigore concordiæ idem prædium ei dederunt in solutum pro restitutione scutorum 1200. & pro portione legitimæ duorum eius filiorum prædefunctorum. Hodie iterùm super iisdem proposita causa Domini permanserunt in decisis, ex secundo decisionis fundamento.

Nam omisso primo, an prædium fuerit datum, necne in solutum, vt faceret emptionem & venditionem; placuit, vt dixi, Dominis secundum motiuum, quod scilicet per concordiam inter filios, & Aureliam matrem respectiuè factam, fuit ipsi Aureliæ assignatum hoc prædium pro prætensione suæ dotis, & legitimæ dictorum filiorum præmortuorum, & consequenter translatum fuit in illius dominium, vt fuit firmatum in d. decisione.

Non obstat motiuum alias deductum, & quod hodie denuò deducitur, quod scilicet in dicta trãsactione adesset pactum resolutiuum, nam Dominis placuit responsio decisionis, quod dictum pactum sit appositum ad fauorem Aureliæ matris, vt scilicet, quatenus irritaretur concordia, saluum esset ius eius quo ad prætensionem suæ dotis, & legitimæ stantibus illis verbis (ipsi Aureliæ saluum sit ius suum petendi agendi, & consequendi contra dictos pupillos, ac eorum bona) qui sensus tanto magis suadetur, ex quo in dicta transactione agebatur principaliter de illius credito & interesse, & illius intuitu videbatur facta, nempè pro recuperatione suorum iurium.

Non obstat, quod pactum resolutiuum censeri debeat appositum ad fauorem vtriusque contrahentis propter illa verba concordię, ibi (vel alteri eorum) quia contra hoc placuit etiam responsio data in decisione, quæ reuidetur, videlicet, quod illa verba intelligantur, quod pactum resolutiuum sit appositum ad fauorem solius Aureliæ, itaut sit locus resolutioni contractus ad fauorem eius, si vnus ex dictis pupillis, vel omnes contrauenerint transactioni; Quin dato, quod huius-
1 modi † pactum posset etiam ad fauorem dictorum pupillorum interpretari; tamen illud expirasse Domini censuerunt post eorum legitimam ætatem, *l.* 1. *&* 2. *C. si maior. fact. rat. hab.* nedum per lapsum quinquennij, *iuxt. tex. in l. fin. C. si maior. fact. alienat.* sed etiam per lapsum 30. immò 40. & plurium annorum, qui effluxerunt à die initæ concordiæ vsque ad diem motæ litis, *l.* 3. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*.

2 Neque releuat, † quod spatio 30. annorum tollatur actio, non autem exceptio, *l. licet, & ibi gloss. C. de except.* Quia hic non agitur de exceptione, sed de actione, vt scilicet dicti minores possint agere ad rescissionem instrumenti concordiæ, & ad restitutionem prædij, de quo agitur, quod in transactione fuit traditum eidem Aureliæ pro suis dotibus.

Reli-

Reliquis obiectionibus satisfactum fuit per responsiones datas in decisione quæ reuidetur, cum quibus DD. transierunt.

Et ita vtraque &c.

TRANEN. CANONICATVS.

Vener. 29. Nouemb. 1630.

ARGVMENTVM.

Beneficium est adiudicandum habenti prouisionem iustificatam; Gratia Apostolica executa, quando non dicatur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Ordinarij non indiget iustificatione cum conferat motu proprio.*

2 *Vacatio beneficij in mense Ordinarij vigore alternatiua probatur ex consimili confessione partis.*

3 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*

4 *Clericali caractere insignitus sufficit, vt quis sit ad effectum vt valeat aggregari in gremio maioris Ecclesiæ.*

5 *Obseruantia statuti ex quibus non dicatur vigere.*

6 *Gratia Apostolica executa præsumitur iustificata quãdo fuit executioni demandata ab executore mero, secus ab executore mixto sine tela iudiciaria.*

7 *Clausulæ*, si ita est, & vocatis vocandis, *appositæ in litteris faciunt executorem mixtum.*

DECISIO CLXXXI.

PROPOSITO à me dubio, cui esset adiudicandus Canonicatus, de quo agitur, an scilicet Io: Baptistæ Cannalonghæ habenti prouisionem ab Ordinario, An verò Io: Baptistæ Staffæ illam habenti à Sede Apostolica, DD. ad fauorem Cannalonghæ responderunt ea ratione moti.

Quia Cannalonga fundat intentionem suã in prouisione Ordinarij, quæ vltra quod non indiget iustificatione, ex quo Ordinarius con-
1 fert motu † proprio, *Felin. in cap. ad aures n. 15. de rescript. Seraph. decis. 1026. num. 3.* in omnibus apparet iustificata.

Quod enim Canonicatus vacauerit in mense Octobris per obitum Barachiæ vltimi possessoris, & quod illius collatio spectaret ad Ordinarium gaudentem alternatiua, benè iustificatur ex confessione Staffæ desumpta ex
2 litteris Apostolicis ab ipso impetratis, † quæ confessio ad effectum, de quo agitur, plenè probat *Bellam. decis. 266. Put. decis. 316. lib. 2. Rota in Pampilonen. Beneficij 5. Iulij 1621. coram Remboldo.*

3 Clericatus verò † ipsius Cannalonghæ pariter probatur ex litteris Ordinarij, quæ dantur in eius *Summ. num. 4. Grammat. decis. 81. nu. 1. Felin. in cap. post cessionem num. 3. & 15. de probat. Seraph. decis. 713. num. 1.*

Quod verò Canonicatus prædictus non possit adiudicari Staffæ habenti prouisionem Apostolicam, patet, quia deficit in illius iustificatione, quandoquidem narrauit Canonicatum ex dispositione Statuti Ecclesiæ Tranen. (quod asseruit esse in viridi obseruantia) non potuisse conferri nisi aggregatis in gremio Capituli d. Ecclesiæ qualis non erat Cannalonga, & propterea ob non seruatam formam d. Statuti Canonicatum vacare. Quæ quidem narratiua nullo modo visa fuit iustificari.

Nam quoad assertam aggregationem in gremio Capituli, Domini animaduerterunt præfatum statutum non loqui de aggregatis in gremio Capituli; sed de aggregatione in gremio maioris Ecclesiæ, ad cuius effectum
4 sufficit, † quod quis clericali caractere fuerit insignitus, & seruitio Ecclesiæ ascriptus iuxta dispositionem *Sacri Conc. Trid. sess. 26. cap. 6. & 11. de reformat. Ferret. cons. 309. nu. 1. lib. 2.* Quæ qualitas probatur in Cannalonga, vt supra in eius *Summ. d. num. 4.*

5 Quo verò † ad obseruantiam eiusdem statuti, ea pariter non potest dici iustificata cum non fuerit probatum forenses ad Canonicatus eiusdem Ecclesiæ concurrisse, & expulsos fuisse, prout requiritur, vt alias fuit resolutum *in Seguntina admissionis ad Capitulum 4. Maij 1587 coram Gypsio.*

Denique non obstat, quod prouisio Staffæ præsumatur iustificata, ex quo fuit executioni
6 demandata. Quia hoc † bene procedit in executore mero, pro quo semper præsumitur, cum possit se extraiudicialiter informare de narratis in litteris, secus verò dicendum venit in præsenti casu, quia cum in litteris prouisio-
7 nis Staffæ adessent clausulæ, † *si ita est, & vocatis vocandis,* Executor erat mixtus, & propterea non potuit, *prout fecit,* se extraiudicialiter informare, sed tenebatur assumere partes Iudicis, & formare processum parte citata, *Felin. in cap. exhibita nu. 4. vers. & nota de Iudic. Oldrad. cons. 227. num. 2. Rota decis. 30. num. 1. & 2. de rescript. in nouis, & decis. 624. num. 4. par. 1. recen.*

Et ita altera tantùm &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 2. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio sine possessione non datur.*

2 *Perceptio non inducitur ex possessione percipiendi enunciata in litteris Papæ.*

DECISIO CLXXXII.

DOMINO Ferdinando tantùm informanti, responderunt DD. denegandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi à D. Marchione de Maximis annua scuta 50. quod est residuum scut. 356. prætensorum ex causa alimentorum, quia
1 non probatur eius quasi possessio, † sine qua

qua manutentio non conceditur, *vulg. §. retinendæ instit. de interdict.*

Nec de dicta quasi possessione visum fuit sufficienter constare ex enunciatiua Papæ deducta ex Breui fan. mem. Pauli V. motu proprio emanato, ex verbis ibi (Ferdinandus, & Orinthia prætendentes se esse de familia de Maximis, & Lucæ iunioris prædicti filios naturales, annua scuta trecenta quinquaginta pro eorum prætensis alimentis percipere pro quibus &c.) Quia animaduerterunt DD. quod Papa in supradicto Breui non enunciat explicitè Ferdinandum exigere, seu percipere dicta scuta 350. sed tantum refert prætensionem

2 Ferdinandi pro dictis alimentis, † quæ tamen prætensio non concludit realem exactionem *ad tradit. per Mart. de clauf. clausula 173. par. 1.*

Et ex hac responsione tollitur etiam alterum motiuum ad comprobandam dictam quasi possessionem deductum, ex eo, quod Marchio vsus fuerit d. Breui, & propterea approbauerit d. exactionem scut. 350. in eo, vt prætenditur, enunciatam, quia vt dictum est, Papa in d. Breui asserit, quod Ferdinandus prætendebat percipere d. scut. 350. non autem, quod illa perciperet, quapropter parum refert, quod vsus fuerit dicto Breui, si ex eius enunciatiua exactio prædicta non probatur.

Et ita conclusum &c.

FIRMANA FABRICÆ.

Merc. 4. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Credita vt possint exigi debent concludenter probari.

SVMMARIVM.

1 *Quietantia authoris nocens hæredibus.*
2 *Solutione illius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
3 *Fundamentum suæ intentionis vnusquisque probare tenetur.*
4 *Præsumptio cedit veritati.*
5 *Actus agentium non sunt trahendi vltra illorum intentionem.*
6 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

DECISIO CLXXXIII.

CVM Laura Bonioannina ex persona Bartholomæi sui Patris prætenderet ab Excellentissimo D. Principe Peretto, vti hærede clar. mem. D. Camillæ Perettæ duo credita, vnum scutorum 2240. occasione laboreriorum à d. Bartholomæo factorum in fabrica Ecclesiæ Sanctæ Luciæ Griptarum ad mare Firmanæ Diœces. alterum scutorum 860. occasione pretij quorundam cementorum relictorum, vt prætenditur, d. Dominæ Camillæ, seu ipsius ministris à d. Bartholomæo in dimissione fabricæ, & pro parte Principis huiusmodi credita controuertentur. Propositi dubium, An esset relaxandum mandatum, & pro qua summa, & DD. non esse relaxandum responderunt.

Nam quoad primum creditum scutorum 2240. res prorsus visa fuit carere difficul-

1 tate, quia † ex quietantijs dicti Bartholomæi pro parte Principis exhibitis, quæ contra Lauram Bartholomæi hæredem probant. *Gratian. discept. forens. cap. 966. num. 5. Greg. XV. decis. 172. num. 1.* Constat, solutiones factas à D. Camilla ascendere ad summam scut. 2500. & sic apparet de plusquam integra satisfactione istius crediti, & bene intrat vulgaris regu-

2 la, quod † per solutionem illius, quod debetur omnis obligatio soluitur, *§. 1. instit. quibus mod. tollit. obligat.*

Quo verò ad secundum creditum, tantùm abest, vt Laura probet cementa, de quibus agitur, peruenisse ad manus ministrorum D. Ca-

3 millæ, prout illud probare tenetur, † cum sit fundamentum suæ intentionis, *l. qui accusare. C. de eden. Rota decis. 409. n. 6. par. 1. recen.* Quod imo ex Instrumento dato in Summ. Principis *num.* 1. apparet, huiusmodi cementa peruenisse ad manus Iuliani Castelli successoris in fabrica d. Bartholomæi, qui promisit illa penès se habere nomine Cameræ Apostolicæ, vnde eum nihil cõmune sit inter Cameram Apostolicam, & D. Camillam, benè sequitur nullo modo dici posse, quod præfata cementa peruenerint ad manus ministrorum D. Camillæ.

Non obstat, quod cum cementa essent penes fabricam præsumantur peruenisse ad

4 manus ministrorum D. Camillæ. Quia † ista præsumptio tollitur ex facto, ex quo illa fuerunt à Bartholomæo consignata Iuliano eius successori in fabrica, vt apparet ex d. Instrumento.

Nec releuat, quod huiusmodi cementa fuerint æstimata à Peritis, & propterea non sit verisimile, quod ministri D. Camillæ permisissent illam æstimari nisi ad eorum manus peruenissent, quia æstimatio habet suam causam, ex quo consignabantur Iuliano, qui illa verisimiliter non accepisset à Bartholomæo, nisi fuissent æstimata.

Minus obstat, quod D. Camilla censeatur agnouisse hoc debitum, ex quo soluit plusquã debuit, dum soluit scuta 2500. & tamen esset debitrix occasione laborerior͂ in scutis tantum 2240. Vnde illud plus ab ea solutum, censeri debet solutum ad computum dictorum cementorum; Tùm quia ex solutione vnius debiti nõ benè infertur ad agnitionem alterius debiti. Tùm etiam quia istius excessus ratio adducitur euidens, quod scilicet potuit contingere propter solutionem, quæ fiebat Bartholomæo anticipatè, scilicet ad rationem scutorum 200. pro qualibet hebdomada, & propterea illud plus non potest imputari in satisfactionem debiti cementorum, cum actus

5 agentium † non sint trahendi vltra eorum intentionem, *l. non omnis ff. si cert. petatur, Seraph. decis. 890. num. 2.* Quod tanto magis videtur suaderi ex obligatione ipsius Bartholomæi prosequendi fabricam suis expensis, & vt vul-

go dicitur (à tutta sua robba) ne alias dicamus voluisse iactare suum, † quod non est
6 præsumendum, *l. cum de indebito, C. de probat. Surd. cons. 80. n. 1.*

Denique non obstat, quod agentes D. Camillæ obtinuerint plura decreta à V. Gubernatore Firmi contra d. Iulianum, in quibus Iudex mandauit, ipsum teneri consignare res, bona mobilia, & munitionem pro fabrica, Quia vltra quod ista iura non sunt in actis, nõ constat, quod loquantur de cementis, de quibus agitur.

Nec pariter releuant attestationes, quod de anno 1591. *lasciando Mastro Giuliano la Fabrica*, fuerint electi æstimatores ad consignandũ bona ministris D. Camillæ. Quia in ista consignatione non agitur de cementis, de quibus nunc agitur, & d. consignatio potuit fieri ex alia causa, vel ex quo Iulianus remanebat debitor, vel ex quo expediebat D. Camillæ emere illas massaritias, sed non inde potest inferri, quod cementa per prius consignata Iuliano à Bartholomæo peruenerint ad manus D. Camillæ ministrorum

Et ità vtraque &c.

THELESINA CENSVS.

Lunæ 9. Decembris 1630.

ARGVMENTVM,

Pactum quod sors census possit repeti in defectum solutionis fructuum est improbatum, & Iudex aliter iudicans iniustè procedere dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio sine possessione non datur.*
2 *Iudex iniustè procedens non priuat quem sua possessione.*
3 *Iudex dicitur iniustè procedere si relaxet mandatum pro restitutione fortis census.*
Census sors est irrepetibilis.
4 *Pactum quod in defectum solutionis fructuum census, istius sors possit repeti irritatur per Constitutionem san. mem. Pij V.*
5 *Bulla Nicolai V. super creatione census non seruatur in Regno Neapolitano.*

DECISIO CLXXXIV.

DOMINI responderunt contra Petrum, & Fabium de Pentrontijs informantes eis scilicet denegandum esse mandatum de manutenendo in possessione bonorum, de
1 quibus agitur, Quia non docent de possessione, sinè qua manutentio nõ conceditur vulgat. §. *retinendæ instit. de interd.*

Nec releuat eorum prætensa possessio capta auctoritate Iudicis vigore subhastationis, & deliberationis factæ prætio mãdato ad eorum fauorem contra Franciscum Petrontiũ debitorem relaxato tam pro fructibus census quam pro restitutione sortis principalis quia vltra quod de d. subhastatione, & deliberatione, vna cum dicta possessione subsequuta non constat responsum, fuit, quod licet de ea constaret, adhuc tamen non releuaret, ex
2 quo † Iudex iniustè processit, & propterea non potuit priuare Franciscum sua possessione. *Rota coram Greg. XV. decis. 9. num. 4. decis. 69. num. 3. & alias sæpissimè.*

Quod autem Iudex iniustè processerit cla-
3 rè patet ex eo quia † relaxauit mandatum pro restitutione sortis principalis d. census, quod quidem fieri non potuit, cum census esset perpetuus, & sors principalis illius irrepetibilis, prout expressè disponitur in constitutione san. me. Pij V.

Non obstat pactum in Instrumento census appositum, quod scilicet in casu non solutionis fructuum, sors repeti posset, quia cum ex
4 dispositione † eiusdem Constitutionis pactũ prædictum irritetur, non potuit per Iudicem executioni demandari *Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano in Meleuitan. census 16. Martij 1615. relat. post Cenc. de cens. decis. 147. num. 6.*

Nec dicatur in Regno Neapolitano seruari Bullam Nicolai V. non autem prædictam
5 Bullam Pij V. Quia immo † Bulla Nicolai non seruatur in Regno Neapolitano, prout attestatur *Petr. de Gregor. de cens. quæst. 5. num. 45.* sed solùm seruatur in Regno Siciliæ ex dispositione alterius Constitutionis san. mem. Gregor. XIII. quæ habetur apud *Intrigliol. de cens. in princ.* & refert *Marcell. conuers. an. ibid. in addit. lib. 1 quæst. 35. litt. A. & q. 43. litt. B.*

Et ita altera tantum &c.

VERVLANA FIDEICOMMISSI.

Mercurij 11. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Alimentorum taxatio quomodo facienda an habita ratione ad pretium an ad fructus bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta solent taxari habito respectu ad fructus bonorum.*
2 *Fructus stabilium solent calculari ad rationem 5. pro quolibet centenario.*
3 *Alimenta quando debentur ex fructibus bonorum illa veniunt taxanda habito respectu ad fructus & non pretium bonorum.*

DECISIO CLXXXV.

CVM hæc causa fuerit mihi commissa cum clausula subministratis Ioanni alimentis, & sumptibus litis arbitrio Rotæ taxandis, proposui dubium, ad quam summam illa venirent taxanda, & DD. ad scu. tria quolibet mense taxanda esse responderunt.

1 Licet enim † alimenta soleant taxari habito respectu ad fructus bonorum controuerso-

sorum; vt post *Angel. Bald. & alios tenent Rota decis.470.num.6.par.2.recent.* Et in præsenti casu nulla detur certa probatio circa quantitatem dictorum fructuum, cum pro parte Dominorum de Filouardis detur sola fides plurium testium deponentium, fructus bonorũ controuersorum non ascendere ad scuta 15. quolibet anno; Pro parte vero Ioannis vltra depositionem duorum testium, Qui attestantur de annuo redditu scutorum 100. circiter, detur etiam Instrumentum venditionis dictorum bonorum, quo ostenditur, bona cõtrouersa fuisse vendita pretio scutorum 1945. & propterea per eum prætendatur alimenta ad annua scuta centum, habito respectu ad dictum pretium, illud scilicet calculando ad rationem quinque pro quolibet centenario,

2 prout † fructus bonorum stabilium calculari solent, iuxta *Glos. comun. recept. in auth. perpetua in verbo iuxta C. de sacros Eccl. Rota in Asculana spolij 22. Maij 1615. coram bo.me: Buratto, & in Romana vsus fructus 16. Nouembris 1612. coram bon. me. Vbaldo.*

Attamen DD. prædictam quantitatem arbitrati fuerunt, Quia, & si in præsenti casu non cõstet de certa quantitate fructuum bonorum contrauersorum, ex supradicta tamẽ quantitate pretij, iuncta depositione dictorũ testium, qui attestantur de annuis scutis centum, satis clarè resultat, fructus bonorũm contrauersorum ascendere ad annua scuta sexaginta, vel ad minus quinquaginta, ratione cuius quantitatis proportionabiliter veniunt taxanda alimenta ad dicta scuta tria quolibet mense.

Nec ad effectum, vt veniant præstanda in maiori quantitate sufficit, quod bona fuerint vendita pro certo pretio scutor. 1945. Quia cum dicta alimenta debeantur ex fructibus

3 bonorum, vt dictum est, † illa veniunt taxanda habito respectu ad fructus, non autem ad ad pretium illorum. *l. Imperator. & ibi Bart. nu.4. ff. ad Trebell. Roman. conf. 510. nu. 31. vers. præterea. Alex. conf. 100. num. 7. lib. 1. Rolan. conf. 22. num. 21. lib. 1. Rota decis. 48. numer. 11. part. 2. diuersor.*

Et ita vtraque &c.

FIRMANA FIDEICOMMISSI DE CARRADORIS.

Mercurij 11. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Verba posita in substitutione quando nequaquam sint etiam ad institutionem referenda; fœminæ si sint vocatæ deficientibus masculis, quando dicatur factus locus earum vocationi.

SVMMARIVM.

1 *Verba quando ad immediatè coherentia tantum sint referenda.*

2 *Verba in substitutione non sunt referenda ad institutionem si dicta relatio commodè fieri non possit.*

3 *Per mortem filiorum quando dicatur purificatum fideicommissum ad fauorem filiarum &c.*

4 *Verba subsequentia non est inconueniens vt declarent præcedentem substitutionem, & simul augendo ponant nouam successiuam vocationem.*

5 *Fideicommissum dicitur conditio.*

6 *Verbum; deficientibus ex sui propria natura successiuam deficientiam per mortem & vocationem per fideicommissum significat.*

7 *Vocatio alicuius per fideicommissum quando clarè pateat.*

8 *Clausula, & omni meliori modo vertit etiam vulgarem substitutionem in fideicommissariam.*

9 *Testator si disposuerit quod filiæ fœminæ succederent deficientibus masculis, inter masculos resultat reciproca substitutio.*

10 *Et idem est ac si dicta substitutio facta esset vltimo in toto eo quod eis fuit relictum, & numer. 11. & 12.*

13 *Fœminæ si sint vocatæ deficientibus masculis non succedunt decedente quolibet ex masculis sed expectanda est mors omnium.*

14 *Verba illa, deficientibus masculis fœminæ succedant intelliguntur discretiuè & sic sufficit decessisse filios masculos testatoris licet adsint filij filiorum, nam tunc fœminæ intrant.*

15 *Et hoc sine dubio in transuersalibus.*

Amplia num. 16.

DECISIO CLXXXVI.

CORAM bon. mem. Buratto sub die 10. Martij 1623. in hac causa resolutũ fuit, constare de fideicommisso Mariæ eiusq; purificatione ad fauorem Ludouicæ filiæ Accursij & sororis Baptistæ, nisi obstaret super extantia Iosephi. Proponente me causam super eisdem, & super reseruatis, sub die 5. Martij 1629. DD. procedentes distinctè dixerunt Ludouicam hodie nõ posse agere ad portionem Iosephi, nec ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portionem eorundem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam, de portione vero Accursij mandarunt particulariter videri. Concessa partibus super eisdem audientia, causa (vt facilius discuteretur) super articulis diuisa, placuit DD. vt prius videretur, An Ludouica posset agere ad portionem Lelij, & Philippi patruorum, quæ peruenit ad Baptistam, itaut circa hoc esset standum, vel recedendum à decisis, quo dubio proposito, DD. steterunt in hac parte in decisis *coram bon. mem. Buratto, & coram me.*

Mouebantur, quia verba (ac etiam adiecta conditione, quod deficientibus masculis fœminæ succedant non solum modo prædicto, sed etiam alio meliori modo) non referuntur ad institutos, sed ad filios Accursij, & Ludouici discretiuè substitutos, vt in d. decisione coram me firmatum fuit, tanquam im-

1 mediatè † coherentia d. substitutioni filiorũ, ex allegatis in ea, & per *Surd. conf. 315. sub n. 9. & 10.* & quia distinctio, & relatio commodè

2 fieri † non potest circa institutos, vt in eadem

 deci-

decisione, & post alios. *Surd.d.consf.315.num.9.* & ex aliis in ea consideratis; quæ DD. placuerunt.

Nec potest inde inferri, vocationem filiarum fœminarum fuisse restrictam ad idem tempus vocationis filiorum masculorum.
3 imò per d. verba DD. concluserunt, † filias fœminas Accursij, & Ludouici fuisse discretiuè per fideicommissum vocatas post mortem filiorum masculorum cuiusque, atque ita per mortem Baptistæ vltimi filii Accursii quoad portionem Lelij, & Philippi, quæ ad eum peruenerat, fideicommissum fuisse ad fauorem Ludouicæ purificatum ex rationibus in *decis.coram bon. mem. Buratto deductis, & in alia coram me confirmatis.*

Vltra quod prædicta restrictio clarè tollitur ex verbis sub quibus vocatio fœminarũ concepta legitur, nempè. Primò ex verbis
4 ibi (ac etiam adiecta) quæ † stant augmentatiuè, & ampliatiuè, vt singula ponderando firmatur in prima, & comprobatur in secunda decisione, nec est incoueniens, per illa verba declarari præcedentem substitutionem, & simul augendo poni nouam successiuam vocationem, *l.ea tamen adiectio, ff.de leg.3. & in Rom.fideicomm.de Gallis 19. Martij 1596. coram bon.me.Cardin.Pamph.* prout nec repugnat ver-
5 bum (conditione) † cum, & fideicommissum dicatur conditio, *l.fin. de pact.vbi Bart. in 1.not. Fulgos.num.1.in 2.not.Grat.consf.9. num.24. lib.2.* secundo tollitur ex verbo ibi (deficientibus)
6 quod † ex sui propria natura successiuam deficientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat, ex allegatis in vtraque decisione, & per *Menoch.consf.106. numer.342.Cephal.consf.510.nu.15. Rimin. Iun. consf. 412.num.73.& seq. Fusar.consf.68. num.4. & consf. 183.num.27.in fin.& 28.* Tertio tollitur etiam ex verbis ibi (non solum modo præmisso, sed etiam alio meliori) nam dum modo præmisso vocantur fœminæ, & præmissus modus in præcedenti clausula continet expressè per
7 fideicommissum, clarè patet † vocatio illius per fideicõmissum. *Seraph.decis.934.n.11.* cum vigore huius clausulæ vertatur etiam vul-
8 garis ipsa † in fideicommissariam ex allegatis in *decis.coram bon. mem. Buratto vers. ponderabatur, & coram me vers.non obstat.* Et demũ clausula prædicta nedum est ampliatiua, sed habet proprium verbum dispositiuum succedant, & orationem perfectam.

Non obstat, quod ex Accursio dicantur extitisse Felix, & Baptista, & sic portionem Lelij, & Philippi pro medietate ab initio ad vtrumque peruenite, & per mortem Felicis ad Baptistam. Quia vbi hoc esset, dum testatrix voluit, quod filiæ fœminæ succederent
9 deficientibus † filiis masculis, inter filios masculos cuiusque & sic Felicem, & Baptistam resultat reciproca, cum sint vocati, & substi-
10 tutio facta † illis deficientibus, quod idem est, ac si esset facta vltimo loco, & in toto eo, quod illis est relictum bonis diuisis in duas medietates. *Tas.consf.33.num.4.per tot. lib.1.Menoch.consf.397.num.12.Surd.consf.344. num.27.* qui ibi, *& nu.18.* confirmat reciproeam ab absurdo exaduerso ponderato, si decedente quoli-
11 bet † ex filiis masculis admitti debuisset fœmina, & in *Romana seu Ferrarien. fideicomm.29. Ianuarij 1626.coram bo.me.Buratto.* Vnde recte prætensio, quod portio Felicis libera peruenit ad Baptistam, sed adhuc tota medietas
12 veniret † in restitutione fideicommissi ad fauorem Ludouicæ *Menoch.præsumpt.193. nu.15. & 16. & 21.lib.4.Fusar.de subst.quæst.440.nu.15. & 16.*

Præterea dicebant aliqui ex DD. etiam vbi posset de reciproca dubitari, & Ludouica nõ potuisset fortasse admitti ad portionem Felicis viuente Baptista; Tamen purificata po-
13 stea † conditione deficientiæ per mortem Baptistæ Ludouicam admittendam esse ad totum quasi cuilibet fratri substitutam suspẽso effectu in tempus mortis omnium, *Ruin. consf.134.num.10.verf. quinimo, & ad fin. verf. sed tunc.& num.11.verf.non obstat lib.3.Zanch.in l.hæredes mei §.cum ita nom.625.Decian.resp.26.nu.59 lib.2.Pereg. de fideicomm.art.13.num.6.*

Nec facit extantia filiorum Ludouici, ex quo inter lineas facta non fuit reciproca. &
14 dicta † verba (deficientibus masculis fœminæ succedant) intelliguntur discretiuè, & nõ coniunctiuè, sicque sufficit defecisse filios masculos Accursij vt admittatur Ludonica, illius filia, & non linea Ludouici, vt *Rota in vtraque decisione intellexit, & per Mantic.de coniect.*
15 *lib.7.tit.5.sub num.17.verf.sed multum*, † vbi dicit esse sine dubio in transuersalibus, de quibus hic agitur *Fusar.de subst.q.379.nu.45. & 56. Rota decis.316.num.4. par.1. recent.* præcipuè cũ
16 præcedens substitutio † diuisa fuerit in stirpes & duas medietates istaque habeat verba (modo prædicto) *Crauett.consf.68.num.12.*

Aliis obiectionibus visum fuit sufficienter responsum in dictis duabus decisionib. quas in ista portione DD. confirmarunt.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Luna 16. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Legatum à Patre filiæ relictum quando dicatur factum animo compensandi cum dote quam eidem tradere tenebatur.

SVMMARIVM.

1 *Pater legans aliquid filiæ quam dotare tenetur id fecisse præsumitur animo compensandi.*
2 *Limita in legato diuersæ speciei, & quomodo id procedat, siue inter facta repudiatione. num.3.*

DECISIO CLXXXVII.

SVB die 18. Martij præteriti DD. inhærendo resolutioni antea in hac causa emanatæ sub die 10. Decembris 1629. responderunt, resi-

residuum dotis Catharinæ, de quo agebatur deberi, restitutis tamen, vel compensatis mobilibus eidem Catharinę ab Antonio eius Patre Legatis Hodie verò reproposita causa super dicto legato mobiliũ. DD. in decisis persiterunt; præuia tamen eorundem mobilium liquidatione.

Regula enim est, quod quando Pater legat aliquid filiæ, quam dotare tenetur, id animo
1 compensandi † fecisse censeatur, *iuxta text. in l. si cum dotem 22. §. 1. Pater ff. soluto matrimonio, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. numer. 7. & 22.*

Non obstat, quod prędicta regula non pro-
2 cedat † quando legatum est diuersę speciei, prout hic, cum dos consisteret in pecunia, & legatum esset factum de mobilibus, quo casu non venit compensandum *Corn. cons. 230. n. 2. lib. 4.* fuit enim responsum limitationem nõ applicari, quia non versamur, in casu quo dos esset debita simpliciter in pecunia, ex quo Testator pro dote Catharinæ fecit particulare legatum, ei scilicet relinquendo domum pro omni suo prætenso iure dotali; Vndè cũ Catharina legatum domus repudiauerit, ex
3 præsumpta mente Testatoris, † dicendum est propter d. repudiationem, voluisse fieri compensationem. Quod eò clariùs suadetur, Quia facta repudiatione domus, Testator remansit debitor dotis, quo casu bene intrat regula supra firmata, quod scilicet, Testator legando filiæ, cui dotem soluere tenebatur, censeatur id fecisse animo compensandi ex iuribus supra citatis.

Et ita altera tantum &c.

ROMANA LEGATORVM HAEBREORVM.

Veneris 20. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Rei iudicatę requisita, & quando restitutio non suffragetur ob iam factam executionem plura de duabus conformibus, & quando incolatus dicatur probatus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum non sequuta appellatione infra decem dies.*
2 *Statutum Vrbis de duabus conformibus habet locum inter incolas vbi sententiæ sunt iustæ, & valida.*
3 *Et comprahendit etiam hæbreos.*
4 *Sententiarum conformitas probatur ex quo vna confirmat aliam.*
5 *Pronunciatio per decretum definitiuum facit numerum ad effectum conformium. amplia, vt num. 6.*
7 *Incolatus quomodo probetur.*
8 *Sententiarum validitas præsumitur, & probatur si concurrunt requisita.*
9 *Restitutio in integrum operatur antè, non post cæptam executionem.*
10 *Mandatum executiuum an possit obtineri, & exequi etiam contra bona propria hæredis, si vti talis citatus ad exhibendum inuentarium, & de inuentarij rationem reddendum, non exhibuerit nec rationem reddiderit.*
11 *Mandatum de deliberando vti relatiuum ad petitionem, acta edicta & cedulã subhastationis, & decretum de deliberando ab his si discordet recipere debet interpretationem.*
12 *Notarius si perperam loquutus fuerit in mandato de deliberando non potuit parti præiudicare.*

DECISIO CLXXXVIII.

CENSVERVNT DD. constare de re iudicata ad fauorem Societatis Hębreorum,
1 nedum quia † à Sententia bo. me: Mastrij lata ad eius fauorem non fuit infra decem dies appellatum, cum sententia lata 5. Aprilis, & appellatio interposita fuerit 28. eiusdem mensis *Auth. hodie C. de appellat. cap. concertationi de appell. in 6.*

Verùm etiam, quia dicta sententia est confirmatoria alterius R. P. D. Castracani pariter latæ ad fauorem dictæ societatis, & propterea
2 stantibus † his duabus conformibus validis, & iustis latis inter Incolas, intrat statutum de duabus conformibus, quæ habent vim trium,
3 & faciunt † rem iudicatam. Cuius quidem statuti dispositionem habere locum, & comprehendere etiam Hæbreos, tenuerunt *Rimin. Iun. cons. 653. num. 58. Surd. decis. 133. nu. 2. Seraph. decis. 988. nu. 1. & fuit decisum in Romana Alimentorum coram bon. me: Patriarcha Manzanedo.*

Conformitas enim dictarum sententiarum,
4 patet, ex quo † vna confirmat aliam in omnibus, & per omnia. *Glos. in clement. 1. verbo alicui de sent. & re iudic. Rota decis. 305. nu. 3. par. 1 diuers.*

Nec releuat, quod R.P.D. Castracanus nõ pronunciauerit per sententiam, sed per decretũ; Quia sat est, quod dictum decretum
5 fuerit difinitiuum, † ad hoc vt comprehendatur sub statuto loquente de duabus conformibus. *Rota in Romana census 9. Maij 1599. coram bo: me. Cardinali Blanchetto* maximè quia à
6 d. decreto fuit † appellatum, & deinde fuit per aliam sententiam confirmatum, qua propter dicitur habere vim sententię. *Gabr. de execut. rei Iudic. Conclus. 1. num. 13. & 15.*

Quod vero dictę sententię fuerint latę inter Incolas probatur, nã Incolatus societatis Hæbreorum Actorũ non controuertitur; Incola-
7 tus autem Beniamin rei cõuenti pariter probatur tàm ex Instrumento quietantię dotis, & ex duabus inhibitionibus per ipsum obtentis in quibus appellatur Romanus *ad l. publica §. fin. ff. deposit. & notat. in l. exemplo C. de probat. Rota in Romana Saluiani interdicti 7. Nouembris 1602. coram litta*: Quàm etiam ex habitatione in vrbe vltra decem annos, negotiorum gestione, & familia suscepta, prout in Summ. societatis num. 8. Quæ omnia satis probant incolatum ad effectum, de quo agitur. *Rota in Romana Societatis Aromatariæ 1. Iunij 1590. & in Romana Officij scriptoriæ 21. Iunij 1591. coram Comitulo.*

Validitas demum, ac Iustitia dictarum sententiarum pariter probatur, nàm quoad Va-

8 liditatem, † illa præsumitur, ex quo concurrunt omnia requisita per Verall. decis. 260. par. 2. Iustitia verò patet, ex quo prædictæ sententiæ fundantur super testamento Samuelis, qui Iure legati reliquit supradictæ Societati scuta 400. Vnde Iure merito societas prædicta vigore dicti testamenti egit pro consequutione dicti legati, & mandatum contra bona hereditatia reportauit.

Neque obstat, quod Beniamin aduersus rē iudicatam obtinuerit restitutionem in inte-
9 grum; quia † restitutio in integrum tunc demum suffragatur si ea petatur, ante cæptam executionem, secus verò post quam fuit facta executio, prout hic, cum societas ante petitam per Beniamin restitutionem iam exequi fecerit mandatum. *Caph. cons. 263. in fine Odd. de restit. in integr. part. 2. quest. 100. art. 1.*

Denique non obstat, quod dicta executio sit excessiua vti facta nedum super bonis hæreditarijs dicti Samuelis Testatoris, sed etiam super bonis proprijs Beniamin. eius hæredis, cum illa fuerit facta super tollerantia totius Iuris fenerandi spectante pro medietate ad hæreditatem Samuelis, & pro altera medietate ad Beniamin, fuit enim
10 responsum, quod, cum ipse † Beniamin fuerit, vti hæres, citatus ad exhibendum inuentarium, & reddendam rationem de bonis inuentariatis, & ipse non exhibuerit, nec rationem reddiderit, benè potuit etiam contra bona propria ipsius mandatum obtineri, & exequi *iuxta praxim; de qua per Salust. Tiber. lib. 6. cap. 45. num. 17. Rota in Cesenaten. Bonorum 13. Iunij 1607. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pamphilio.*

Nec releuat, quod mandatum de deliberando loquatur solum de medietate Iuris Fœnerandi spectan. ad hæreditatem Samuelis; nam
11 cum ex decreto † de deliberando, ex petitionibus, & actis factis, ac ex edictis, & cedula subhastationis appareat re vera super toto Iure fœnerandi fuisse decretam executionem, cumque dictum mandatum de deliberando sit relatiuum ad prædicta ab his recipere debet, interpretationem *l. ait Prætor §. si Iudex, & ibi Doctores ff. de re Iudic.* Et propterea si No-
12 tarius perperam loquutus est in mandato de deliberando, non potuit Parti præiudicare *ad tex. in l. si librarius 93. ff. de reg. Iur. Reuerendissimus D. meus Decanus decis. 373. num. 10.*

Et ita Vtraque &c.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Veneris 20. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Constito de duabus, *apposita in Commissione operatur, vt index non possit pronunciare nisi super executione aliarum sententiarum.*

2 *Exceptio melioramentorum admittitur etiam coram Iudice exequutionis.*

3 *Hoc procedit ad effectum impediendi executionem non autem ad effectum, vt possit specificè super dictis melioramentis pronunciari.*

4 *Testes examinati in vno iudicio non possunt dici de actis alterius iudicij nec probant licet fuerint examinati inter easdem personas.*

5 *Reproductio facta in vno iudicio non operatur effectum in alio iudicio adhoc, vt sine noua reproductione iura dicantur de actis.*

DECISIO CLXXXIX.

PLACVIT Dominis resolutio emanata coram me in hac causa sub die 29. Maij præteriti qua firmatum fuit sententiam extra Rotam latam super refectione melioramentorum ad fauorem Thomæ Gigeletti contra Victoriam Gramaticam, esse infirmandam (vt dicebatur in dicta decisione.)

Aut dicta sententia fuit lata vigore primæ commissionis emanatæ cum clusula, *constito*
1 *de duabus*, & venit infirmanda; † Quia Iudex vigore dictæ commissionis non potuit pronunciare superdictis meliotamentis respicientibus merita causæ, sed tantùm super executione aliarum sententiarum. *Rota decis. 33. num. 1. part. 2. diuers.*

2 Non obstat, † quod exceptio melioramentorum admittatur etiam coram Iudice exequutore; *ex doct. Bart. in l. in fundo num. 16. vers. videamus ergo ff. de re iudic. neguf. de pignor. 4. mem. 5. part. num. 10, Beninten. decis. 77. num. 1.* Quia id intelligi debet ad effectum impediendi executionem, vt scilicet Executor, iustificata exceptione possit pronunciare, non esse locū executioni, seu sententias non esse exequendas, non autem ad effectum, vt possit speci-
3 ficè † super dictis melioramentis pronunciare *Felin. in cap. de cætero num. 2. de re iudic. & ibi Abb. num. 3. circa med. vers. quæ verba benè pondera. Alex. qui seq. doct. Bart. in l. à diuo Pio num. 10 in fine vers. quia factur ff. de re iudic. Socc. sen. consil. 83. num. 20. lib. 4.*

Aut verò dicta sententia prætenditur lata vigore secundæ commissionis, qua Iudici tributa fuit iurisdictio pronunciandi super dictis melioramentis, & pariter venit infirmanda, vti non iustificata ex actis. Ea siquidem fun-
4 datur super nonnullis testibus, † qui cum fuerint examinati in iudicio executionis nō possunt dici de actis alterius Iudicij melioramētorum, nec probant licet fuerint examinati inter easdem partes. *Alex. cons. 212. n. 15. & 16. lib. 6. Rota in Illerden. pensionis 16. Decemb. 1611. coram Penia.*

Non obstat, quod dicti testes fuerint reproducti, seu repetiti in terminis substantialibus, & propterea dicantur de actis. Quia animaduerterunt DD. reproductionem, seu repetitionem dictorum Testium fuisse factā in iudicio executionis, antequam emanasset dicta commissio super cognitione melioramentorum, quapropter † reproductio facta
5 in dicto iudicio executionis non potest operari effectum in hoc iudicio melioramentorum ita & taliter, quod dicti Testes absque noua re-

reproductione dicantur de actis istius iudicij. *Bart. in l. naturaliter §. nihil commune num. 32. ff. de acq.poss. Ias. ibid. num. 158. cum alijs allegatis in dicta decis. qua renidetur.*

Et ita vtraque &c.

TVLLEN. REFORMATIONIS.

Veneris 19. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Professionum tres species traduntur, & quæ ex dictis tribus speciebus dicatur emitti per reformatos Communitatis ordinis Præmonstratensium.

SVMMARIVM.

1 *Professio aliqua est quando quis Deo vouet in manibus Episcopi aut alterius superioris se obseruaturum Religionem quoad tria vota substantialia*

2 Text. in cap. super eo & in cap. consulti de Regul. *in quibus terminis loquantur.*

3 *Professio alia est per quam quis profitetur non quidem in genere, sed in specie promittendo se obseruaturum certam aliquam regulam.*

4 *Professio nonnulla est quæ fit in indiuiduo idest quoad certam regulam, & certum monasterium, & de distinctione dd. professionum vbi in quo fundata, num. 5.*

6 *Professio quando fit de certa regula etiam certo monasterio, ista professio implicat stabilitatem in loco præciso monasterij cui Religiosus adscribitur in limine professionis.*

7 *Verba intelligi debent secundum subiectam materiã.*

8 *Religiosus, quod non sit magis vnius monasterij, quam alterius repugnat stabilitati in loco cuius vigore Religiosus adscribitur vni præciso monasterio priuatiuè quoad aliud.*

9 *Clausula*, Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, *quid importet.*

10 *Princeps si iubeat, quod statuta aliqua obseruentur hoc intelligitur præterquam in his quorum contrarium fuit specificè expressum.*

11 *Corrigere quem se incontinenti non præsumitur.*

DECISIO CXC.

DOMINI steterunt in vltimo loco decisis, licet enim informantes pro Abbate, & Capitulo Generali obijcerent, Professionem emittẽdam per reformatos Communitatis Antiqui Rigoris discrepare à primo Instituto Præmonstratensium; qui antiquitus vouebant stabilitatem in loco, & proinde etiam repugnare Bullæ sanctæ memoriæ Greg. XV. in qua inhærendo Decreto Sacræ Congregationis Regularium Idem Pontifex adiecit clausulam dummodo in iuramento per Religiosos in eorum professione præstando seruetur formula solita cum additione antiqui rigoris, seù primitiuæ Regulæ.

Tamen obiectum visum est Dominis facile remoueri præmissa distinctione *Calder. consil. 25. vers. ad quod probandum cum seq. de Regular.* Qui triplicem modum professionis recenset.

Primus quo aliquis Deo vouet in mani-
1 bus † Episcopi, aut alterius Superioris, se obseruaturum Religionem quoad tria substantialia Vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, & sic profitetur religionem *vt inquit Calderin. vbi supra* in genere generalissimo, de
2 quibus videtur loqui *tex. in cap. super eo, & in cap. consulti de regul.*

Secunda species professionis est illa, per quam quis profitetur non quidem in genere, & in abstracto, prout faciunt professi primo modo, sed in specie, promittendo, & iurando, se seruaturum certam aliquam regulam Prædicatorum nimirum, minorum, aut Cisterciensium, & hi dicuntur professi in specie, seù in genere subalterno, qui debent perpetuo in eo Ordine Deo Famulari.

Tertiò vero modo alij profitentur in indi-
3 uiduo, idest certam regulam, & certum monasterium, vt si quis profiteretur regulam Sancti Benedicti in monasterio Sancti Procu-
4 li, quo casu † eius professio implicaret stabilitatem in illo præciso monasterio, cui religiosus adscribitur in limine professionis. Quæ distinctio desumitur *ex cap. in singulis, & cap. ea quæ de stat. monac. cap. cum deportati de Iudic. cap. cum plantare de priuileg. & clement. attendentes*
5 *de* † *statu monac.* prout pulcre declarat idem *Calderin d. consl. 25. de regular. vers. professi in genere cum seq. Butr. in cap. in præsentia num. 64. vers. Puto tamen vbi Abb. num. 65. de Probat.*

Supposita autem hac distinctione clarum
6 est † Reformatos Commoditatis Antiqui Rigoris compræhendi sub secundo membro distinctionis, non enim profitentur religionem in genere generalissimo, prout faciunt professi primo modo neque profitentur se seruaturos regulam ordinis Præmonstraten. in certo aliquo monasterio, in quo consistit formalitas stabilitatis, in loco, prout faciunt professi tertiò modo, sed profitentur regulam Præmonstraten. simpliciter in manibus sui Superioris, vnde merito dici possunt professi in specie, seù in genere subalterno, iuxta secundum membrum distinctionis Calderini; Vnde quatenus debeant ex dispositione Constitutionis Greg. XV. seruare aliquam stabilitatem, hæc quidem non est intelligenda in ordine ad aliquod certum, & indiuiduum monasterium, quæ diceretur stabilitas in loco, sed de stabilitate in specie, quatenus importat permanentiam in eadem Religione, quam
7 profitentur cum verba intelligi† debeant iuxta naturam materiæ subiectæ ad *l. Insulam ff. qui pot. in pign. hab. l. si stipulatus ff. de Vsur. Dezian. consf. 45. num. 17. vol. 2.*

Quodquidem clarius elucescit ponderando tenorem dictarum litterarum Gregorij; in quibus Papa nedum statuit, quod religiosi Communitatis Antiqui rigoris non sint magis vnius monasterij, quàm alterius, quæ ver-
8 ba repugnant stabilitati in loco, † cuius vigore monachus adscribitur vni præciso monasterio priuatiuè quoad aliud, vt colligitur ex *Calder. præfat. consf. 25. vers. alij sunt, qui profitentur.* Verum etiam ad remouendum omnem scru-

9 scrupulum adiecit clausulã † non obstantibus
constitutionibus quibuscunque, & speciali
stabilitate promissa in professione, per quæ
verba fuit expresse derogatum stabilitati in
loco ex pregnantia; & efficacia derogatariarũ
cap.1.de constit.in 6.clement.eos in fine de sepult.Rota decis.506.n.5.part.1.recent.

Neque obstat, quod Papa voluerit seruari
formulam solitam cum additione antiqui ri-
goris, nam vltra quod hoc debet intelligi, vt
fuit deductum in alijs decisionibus, in substã-
tialibus, non autem in accidentalibus, cessat
etiam difficultas. Quia hoc intelligitur in
10 omnibus † preter quã in ijs, quorum contra-
rium fuit specifice dispositum. *Paris.cons.70. nu.12.lib.2.Put.decis.183.lib.3.* Alias enim Papa
11 voluisset in continenti se corrigere, † quod
non est dicendum, *l.pracipimus C.de appellat.l. non ad ea vbi glos. & DD.ff. de cond.& demonstrat. Surd.cons.313.n.17.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CAPPELLANIAE.

Luna 13. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Possessio turbida sequestranda est & est locus deputationi œconomi qui non sit interressatus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio turbida est sequestranda & non manutenenda.*
2 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
3 *Ex possessione beneficij non infertur ad possessionem bonorum qua non spectant ad beneficium.*
4 *Possessio vt sit probata requirit aliquem actum positiuum.*
5 *Œconomus non potest deputari interessatus in causa.*

DECISIO CXCI.

PROPOSITO à me dubio cui esset
dandum mandatum de manutenendo in
quasi possessione administrandi bona cappellę
de qua agitur, an scilicet D. Petro de Rubeis re-
signatario Bartholomei de Fuluijs primi cap-
pellani, an vero D. Lucillo Petruccio altero
cappellano, DD. neutri dandum esse respon-
derunt, sed mandarunt, vt sequestrata admini-
stratione deputaretur œconomus.

1 Ratio enim resolutionis fuit, quia † quando
possessio litigantium est turbida, non est locus
manutentioni, sed sequestro. *Lancellot.de attent. part.3.c.24.quæst.19.n.5. & 6.Gonsal.glos.45. §.2.n.39.*

In præsenti autem casu vtraque possessio
visa fuit turbida, nam quoad possessionẽ Petri
siue illa prætendatur ex persona Bartholomei
resignantis, siue ex eius propria persona adhuc
turbida remanet; Quia si ex persona Bartho-
lomei, cum super dicta administratione iam
esset orta lis inter Bartholomeum, & Lucillũ
cappellanos, ea adhuc pendente Bartholo-
meus non potuit in Petrum resignatarium
possessionem pacificam, & manutenibilem,
2 vt dicam inferius, transferre. Si verò † ex pro-
pria persona non potuit ipse Petrus, stante
pendentia dictę litis, illam de nouo appræhen-
dere absque vitio attentatorem *Lancellot.de attent.part.1.cap.3.n.17. cum seq.Rota corã Greg.XV. decis.10. & in recent.decis. 159.num.2.part.2.*

Vlterius possessio d. Petri ex eo etiã dicitur
turbida, Quia cappella non possidet bona, de
cuius administratione agitur, ex quo capite
etiã possessio Bartholomei resignantis nõ me-
3 retur attendi ad effectum, de quo agitur † &
propterea ex adeptione possessionis Cappel-
læ facta per Petrum, non benè infertur ad pos-
sessionem bonorum, quæ per cappellam non
possidentur. *Adden.ad Greg.XV. decis.364.nu.6. vers. hac conclusio. Rota in Pistorien Priorie.13. Martij 1615. coram Eminentiss.D.meo Cardin. Verospio.*

Quo vero ad possessionem Lucilli illa pa-
riter turbida apparet, ne dum quia ipse quoq;
adeptus fuit possessionem cappellę, quæ non
sufficit ad hoc vt dicatur adepta possessio bo-
norum, ex supradictis. Verum etiàm quia
4 † pro parte d. Lucilli non docetur de aliquo
actu positiuo, prout ad effectũ, de quo agitur,
requiritur. *Rota decis.222. numer.7. part.1.diuers.*

Ex quibus omnibus supradictis cũ vtraque
possessio satis turbida appareat non est locus
manutẽtioni sed venit deputandus œconomus
præuia sequestratione ex iuribus supra citat.

Neque obstat deputatio in œconomum
alias facta de persona ipsiusmet Petri, quia
5 cum ipse habeat interresse in causa, † & sit
collitigans non potuit in œconomum depu-
tari; sed erat deputandus tertius in causa inte-
resse non habens nec collitigans, prout de in-
teresse habente loquitur, *tex.in c.cum vos de off. ordinarij in c.auaritia de elec. in 6.Et de collitigante loquuntur Bald.in c.1.nu.3.vers.2. quando de sequest. poss. Alciat.in l. sequestr. n.2. in fin.ff.de verb.signif. Caroc.de sequestr. part.1. quæst.5. principali persona quæstion.2. Rebuff.ad constit.Reg.tit.de sequest. art.1. Glos.4.n.3.*

Et ita vtraque &c.

CAMERINEN DONATIONIS.

Mercurij 13. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in interdicto retinenda veniunt restituendi solum a die intentati interdicti.*
2 *Limita quando competit interdictum vndè vi.*
3 *Possessor malæ fidei in interdicto retinenda tenetur ad fructus vsq.ab initio.*
4 *Hoc procedit in iudicio ordinario non in summario, etiam ratione intentati interdicti.*

DECIS.

DECISIO CXCII.

ANDREAS Calcalarius de anno 1607. obtinuit pro scutis 100. mandatum executiuum à Iudice de partibus contra Io. Baptistam Calcalarium, cuius mandati vigore ei adiudicata fuere, quædam bona stabilia ab istis mandato & adiudicatione Appellauit Ioannes, & causa in Rota commissa obtinuit ex capite iniustitiæ subhastationis mandatum de manutenendo in possessione bonorum ad iudicatorum vt ex decisionibus in causa factis relatis inter *recen. p. 1. decis. 560. & p. 2. decis. 450.* Postmodum cum idem Ioannes prætenderet etiam fructus a die factæ exequtionis à Domino Andrea, perceptos dedi dubium, An illi dd. fructus debeantur, & a quo tempore, quo hodie proposito DD. dixerunt eos quidem deberi, sed solum à die per eum petiti mandati de manutenendo, non autem à die factæ exequtionis prout ipse prætendebat.

1 Ratio resolutionis fuit, quia in † interdicto retinendæ veniunt restituendi fructus solum à die intentati interdicti non autem antea percepti *l. 3. & ibi, glos. in verbo non retro ff. de interdict. seu extraordinar. act. Io. Fab. sup. instit. tit. de interdict. §. retinendæ 12. vers. & item fructus Seraph. decis. 170. & decis. 835. num. 1. & 2. & decis. 1168. num. 3. Rota denis. 317. n. 1. p. 1. recen. & in Romana domus 5. Nouemb. 1629. coram R. P. D. Durano.*

2 Non obstat quod † reg. *d. l. 3.* non procedat, quando competit interdictum vndè vi *gl. in d. l. 3. in verbo non retro vers. sed hoc. fallit l. 1. §. quod autem vers. ex die ff. de vi, & vi armata, & l. is qui in posterum §. quod ait prætor ff. quod vi, aut clam* Quia hic non probatur, quod competat huiusmodi interdictum.

3 Non obstat quod malæ fidei possessor † in interdicto retinendæ teneatur ad fructus vsque ab initio *Bart. in d. l. 3. vers. tu dic.* Quia hoc est verùm in iudicio ordinario officio Iudicis, nō

4 autem in summarissimo † ratione intentati interdicti *Io. Fab. d. §. retinendæ numer. 12. Instit. de interdict. Put a. decis. 61. lib. 3. Rot. d. decis. 317. num. 2. part. 1. recen. Seraph. decis. 835. num. 2. decis. 1168. num. 4.*

Et ita Ioanne tantum informante.

ASCVLANA BENEFICII.

Veneris 24. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Sequestro quando dicatur esse locus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta vigore sententiæ, nullæ tanquam attentata, venit ponenda sub sequestro.*

2 *Executor mixtus non potuit deuenire ad executionem litterarum nisi iuridicè seruatis seruandis ac citatis interesse habentibus.*

3 *Executor dicitur mixtus quando gratia Apostolica fuit expedita in forma dignum.*

4 *Clausula, verificato prius iurepatr. & dummodo non sit alteri ius quæsitum reddunt executorem mixtum.*

5 *Clausula dummodo non sit alicui ius quæsitum operatur quod omnino sit procedendū iudicialiter præcedente citatione saltem per adictum etiamsi nullus comparuerit seu sit certus contradictor.*

DECISIO CXCIII.

PENDENTE lite coram Vicarlo farfen super Patronatu, de quo agitur inter Petrū Sgarigliam, & Iosephum Cornachiam præsentatos a Patronis, Idem Cornachia obtinuit de eodem Patronatu a Sede Apostolica prouideri, quapropter expeditis litteris in forma dignum, & cum clausulis (vetificato prius iure patronatus & dummodo non sit alteri ius quæsitum) illisque eidem Vicario præsentatis, reportauit ab eo mandatum de immittendo, cuius vigore adeptus fuit deinde possessionem, A quo quidem mandato cum pro parte Sgarigliæ fuerit appellatum, causaque introducta in Rota, & mihi commissa, dubitaui, an esset apponendum sequestrum, & DD. affirmatiuè responderunt.

1 Ratio autem DD. fuit, quia † vbi Iudex exequutor nulliter procedit, omnia, quæ inde sequuntur dicuntur attentata. *Rota decis. 149. n. 3. part. 2. recent.* Et propterea possessio vt supra capta † per Cornachiam vti attentata venit ponēda sub sequestro. *Caputaquen. decis. 70. lib. 1. & decis. 157. lib. 3. Rota d. decis. 1439. num. 6. par. 2. recent.*

2 Quod autem Vicarius nulliter processerit patet, nam † cum esset executor mixtus non potuit se extraiudicialiter de contentis in litteris informando ad illarum executionem deuenire prout fecit, sed tenebatur partes Iudicis assumere, & seruatis seruandis, ac citatis interesse habentibus procedere *Rota d. decis. 159. num. 3. part. 2. recent. Greg. XV. decis. 307. num. 5. & decis. 413. n. 1.*

3 Quod pariter d. executor esset mixtus non potest controuerti, tum † quia Prouisio Apostolica fuit expedita in forma dignum. *Rota decis. 202. nu. 1. part. 1. diuers. & d. decis. 159. num. 3. vers. & idem operatur part. 2. recent.* Tum etiam quia in ea adsunt clausulæ (verificato prius iure patronatus) & (dummodo non sit alteri ius quæsitum) quæ faciunt executorem mixtū

4 prout † de clausula verificato dixit. *Rota coram Gregor. XV. decis. 91. num. 2. & in Spoletana Cappellaniæ 17. Maij. 1619. corā bo. me. Andrea, & de Clausula* (dummodo) *tenet. Garz. de benef. part. 6. cap. 6. Greg. XV. d. decis. 91. n. 2.*

Non obstat, quod possessio esset vacans, quo casu executor non tenetur assumere partes Iudicis, cum non adesset, qui deberet citari. Quia quidquid sit quando nedum possessio est vacans, sed nec etiam adest, qui contradicat, cum in præsenti casu Petrus comparuerit in iudicio protestando, nihil fieri nisi ipso citato, ex quo erat præsentatus a maiori parte Patro-

Patronorum, omnino erat citandus pro suo interesse.

5 Maximè stante d. clausula † (dũmodo non sit alicui ius quæsitũ) pro cuius iustificatione etiam quod nullus comparauisset, vel nullus certus adfuisset contradictor, debebat procedi iudicialiter præcedente citatione saltem per edictum,

Et ita vtraque, &c.

CALCIATEN. DECIMARVM.

Veneris 7. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo super exactione decimarum respectu bonorum Clericorum non se extendit ad decimas Confraternitatum & locorum piorum si deficiat quoad ista bona possessio decimas percipiendi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia sicuti declaratur ex actis ita decretum, & mandatum.*

2 *Manutentio conceditur ad limites possessionis.*

DECISIO CXCIV.

IN Decisione emanata coram me sub die 26. Aprilis præteriti firmarunt Domini mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi, seu colligendi decimas bonorum Laicorum, Clericorum, & aliorum locorum piorum relaxatum ad fauorum Archidiaconi esse reformandum quoad decimas bonorum laicorum illudque esse declarandum, vt comprehendat tantum decimas bonorũ Clericorũ reseruantes quod particulariter videretur an comprehendantur, etiam decimæ bonorum Confraternitatum, & aliorũ locorum piorum quo dubio ita reseruato hodie proposito DD. pro non comprehensione responderunt.

Nam cum in actis non constet de possessione Archidiaconi percipiendi istas decimas locorum piorum necessario sequitur, quod dictum mandatum de manutenendo illas non

1 comprehendat, quia sicuti sententia, ita decretum, & mandatum ex actis declarantur, *Craneti. consil. 188. num. 1. Castr. cons. 376. num. 1. lib. 1.*

Quod autem in actis non constet de possessione Archidiaconi percipiendi istas decimas patet. Quia testes pro eius parte examinati deponunt, quod ipse percipit solum quartam partem decimarum bonorum Clericorum, & nunquam percepit decimas laicorum, & locorum piorum, & reddunt optimam causam scientiæ, nedum quia fuerunt præsentes diuisionibus dictarum decimarum, verum etiam quia id audiuerunt ab ipso Archidiacono, qui aliquando conquærebatur, quod in alijs locis perciperet quartam partem decimarum locorum piorum, in loco autem de Cenizeros illas non percipiebat. Et hoc idem comprobatur etiam ex alijs testibus pro parte Capituli examinatis. Vnde cum possessio dicti Archidiaconi sit restricta ad decimas bonorum Clericorum non potest ad decimas locorum pio-

2 rum fieri extensio, † cum manutentio non concedatur nisi ad limites possessionis, in eo statu, & modo, quo illa probatur, *Rota coram fan. mem. Greg. XV. decis. 569. num. 1. & seq. & cor. bon. mem. Card. Caualerio decis. 510. num. 4.*

Et ita altera tantum &c.

ROMANA IVRISPATRONATVS.

Veneris 7. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus de personis priuatis quando agitur ex quibus probetur: Confraternitates, locorum piorum non dicuntur personæ potentes.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus quando non agitur de personis potentibus, aut de vsurpatione suspectis probatur per consuetas probationes cum respectu istius Concil. Trid. nihil innouauerit.*

2 *Iuspatronatus priuatorum probatur quadragenaria cum fama, & adminiculis.*

3 *Præsentationes continuatæ, & ordine successiuo factæ præsumuntur effectuatæ.*

4 *Enunciatiuæ plures vna cum longissima possessione patronorum, probant iuspatronatus.*

5 *Libris Ecclesiæ in quibus adnotatur aliquam Ecclesiam esse de iurepatronatus plurimum deferendum venit.*

6 *Libri Ecclesiæ semiplenam faciunt probationem.*

7 *Insignia apposita in aliqua Cappella iunctis alijs probationibus benè probant iuspatronatus.*

8 *Institutio præsumitur data effectuatione præsentationum.*

9 *Prouisio, quæ non habuit effectum, non meretur attendi.*

10 *Quasi possessio conferendi non acquiritur sine scientia patronorum in præiudicium ipsorum.*

11 *Prouisiones non sunt aptæ immutare statum anteriorem beneficij, etiam si fuerint effectuatæ.*

DECISIO CXCV.

DOMINI resoluerunt constare de Iurepatronatus Custodum S. Saluatoris Capellæ Sanctæ Mariæ in eadem Ecclesiæ sitæ, quia

1 non † agitur de personis potentibus, aut de vsurpatione suspectis, sed de priuatis quarum respectu Concil. Trid. nihil innouauit quoad consuetas probationes, *Conzal. super regul. 8. gloss. 18. num. 58. Gabr. cons. 192. num. 1. lib. 2. Rota decis. 374. num. 1. par. 2. recent.* & in specie quod huiusmodi Cõfraternitates non dicantur potẽtes, & in illis cesset timor vsurpationis, tenuit *Rota in causa Bergomen. Cappellaniæ 18. Maij 1629. coram R.P.D. meo Merlino, & in Romana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso 7. Februarij 1628. coram R.P.D. meo Durano*, & propterea cum

verse-

2 versemur † in patronatu priuatorum ad illud probandum nō requiruntur ita rigorosę probationes, & pro illius iustificatione sufficit quadragenaria cū fama, & adminiculis, *Rota dec.77.n.1.par.1.recent.& in Tudertina Iurispatronatus Parochialis S. Laurentij 9.Iunii 1623. coram bon.mem. Patriarca Hierosolymitano, Cassad.dec.2. num.2.de probat. Seraph. decis.103. in fin. & decis. 1141. num.*6. & in terminis Iurispatronatus spectantis ad Custodes huius societatis fuit dictum *In Romana Iurispatronatus 13.Iunii* 1601. *coram Iusto*.

Quæ quidem quasi possessio quadragenaria immò longè antiquior visa fuit DD. concludenter probari ex præsentationibus pro parte Pauli Bonafaciæ exhibitis, quæ incipiunt ab anno 1530. vsque in præsentem diem, quæ
3 præsentationes † cum sint continuatæ, & fuerint ordine successiuo factæ vna, videlicet post obitum alterius præsumuntur habuisse effectum, *iuxta consil. Oldrad. 229. quod passim Rota sequitur Seraph.dec.1141. n.2. Rota decis.545.n.2. par.1.diuers.Caualer.decis.547.num.1.* & sic benè probāt istam quasi possessionem præsentandi, *Abb.cons.54.num.2. par.1. Dec.cons.124.numer.1. Caualer.decis.55. num.4. gloss. & Doct. in cap. cum Ecclesia Sutrina, vers.in trium Episcoporum de caus. possess. & propriet.* ponderato maximè quod in omnibus dictis præsentationibus, & signanter in duabus factis de anno 1530. enunciatur istam Cappellaniam esse de Iurepatronatus dd. Custodum in quorum manibus etiam de eodem anno Io.Georgius Drago primus pręsentatus illā dimisit tanquam de eorum Iurepatronatus, vnde sequitur, quod licet dd.pręsentationes non probarentur effectuatæ prout
4 probantur, † tamen negari non potest quin habeant vim duarum, vel trium enunciatiuarū, & sic quin vna cū quasi longissima possessione dd. Custodum probent d. Iuspatronatus *Acchill.decis.6.de iurepatronatus, Seraph.decis.1141. num.5. & seq. Rota decis.224. num.4. & 5. par.1.*
5 *recent.* † concurrentibus præsertim alijs adminiculis, nempè Cappellaniam esse adnotatam in libro aliarum Ecclesiarum, quæ sunt de Iurepatronatus Custodum, cui libro alias Rota in istis terminis fidem adhibuit, vt in præallegata Romana Iurispatronatus co-
6 ram Iusto, & regulare est, † quod huiusmodi libri semiplenam faciant probationem, *Bald. consil.310.lib.5. Crauett.consil.158.num.4.Rota decis.77.num.1. & decis.195.num.2.part.1.recent.* & fuit dictum *in dicta Tudertina Iurispatronatus Parochialis S.Laurentii coram bon. memor. Patriarcha Hierosolymitano*. Et quod in dicta Cappella adhuc extant insignia familię de Capiteferreo huius Cappellę fundatricis à qua familia hoc
7 Iuspatronatus transiuit in Custodès, † quæ insignia licet de per se parum operentur ad probandum Iuspatronatus, attamen iuncta cum præcedentibus probationibus, benè probant *Gabr.consil.296.num.10.lib.2. Rota decis.548.nu.7 par.2.recent.* & fuit dictum *in Comen. Iurispatronatus 2. Decembris 1604. coram bon.mem. Iusto.*

Non obstat, quod non constet de iustifica-
8 tionibus præsentatorum, quia † datis præsentationibus effectuatis, institutiones præsumuntur, *Federic. de Sen. consil.61.* & fuit dictum *in dicta Romana Iurispatronatus 13.Iunii 1601.coram Iusto.*

Non obstat, quod Felix Francus vltimo loco defunctus post obtentam de anno 1600. præsentationem patronorum obtinuerit etiā prouisionem à Cardinali Montalto tunc Abbate Farfensi tanquam de libero, quia vltra quod non probatur dictam prouisionem ha-
9 buisse effectum sine quo† non meretur attendi, *Oldrad.consil.229. Rota decis.415.num.4.par.2. recen.*& quod Custodes de illa habuerint scië-
10 tiam, † sine qua pariter quasi possessio conferendi in præiudicium ipsorum non poterat acquiri, *Calderin.decis.12.in fin. de iurepatronatus Rota d. decis.415. num.4. par.2. recent.* Respondetur quod cum anno 1530. vsque ad dictum annum 1600. adessent præsentationes continuatæ, & effectum sortitæ, vt supra dictum fuit satis, & sufficienter probatum erat Iuspatronatus, & per consequens dicta proui-
11 sio † quatenus etiam habuisset effectum non potuit statum anteriorem Cappellaniæ immutare, *Dec.consil.126.num.4. Acchill. decis.vlt. de iurepatron. Caputaq. decis.189.in princip. par.3. Greg.XV. decis.432. num.1.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SIMVLATIONIS CONTRACTVS.

Veneris 27. Februarii 1631.

ARGVMENTVM.

Contractus quando dicatur simulatus: pactum de retrouendendo, quando minuat valorem rei venditæ in tertia parte, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Periti æstimatio non releuat si sit facta à perito electo à parte absque decreto Iudicis, & citatione partis.*
2 *Soluisse non dicitur is qui ita soluit vt statim recuperet absque eo quod venditori commodum obueniat.*
3 *Contractus dicitur simulatus stante paucitate pretii, & pacto de retrouendendo.*
4 *Pactum de retrouendendo minuit valorem rei venditæ in tertia parte.*
5 *Pactum de retrouendendo minuit valorem rei venditæ in tertia parte, quando est perpetuum, & liberum quandocumque ad libitum venditoris.*
6 *Pactum de retrouendendo temporale minuit etiam valorem rei in tertia parte habita ratione temporis.*
7 *Pactum de retrouendendo temporale non minuit valorem rei in tertia parte, quando est limitatum in damnum venditoris.*
8 *Pactum redimendi est onus imponens seruitutem rei; Et facit eam minus valere quam si fuisset vendita liberè.*
9 *In pacto de retrouendendo pro tempore, quo res vendi*

vendita non potest redimi nullum potuit considerari onus, & consequenter nulla potest fieri diminutio veri valoris.
10 *Simulatio detegitur stantibus pactis insolitis contra naturam contractus, & num. 11.*

DECISIO CXCVI.

IN alia decisione emanata coram me in hac causa sub die 1. Iulij præteriti firmarunt DD. contractum venditionis domus initum inter D. Bartholomæum Quadrium, Claudium Maonem esse rescindendum ex capite iniustitiæ pretij; hodie reproposita causa super iisdem DD. steterunt in decisis, & dixerunt constare de simulatione.

Nam quoad iniustitiam pretij in alia decisione firmatam mouebantur DD. ex iisdem fundamentis decisionis, & præcipue ex eo quod, cum dicta domus esset vendita pretio scutorum 1300. illiusque verus, valor ascenderet ad scuta 3000. excessus apparebat, nedum vltra tertiam partem à statuto requisitam pro rescissione contractus, verum etiam vltra medietatem.

Non obstat, quod domus fuerit à perito æstimata valoris scutorum 950. quia vltra quod in dicta æstimatione non comprehenduntur fundamenta, cella uinaria, grotta, & tabulata, quæ si æstimata essent absque dubio pretium augerent respondetur etiam dictam
1 æstimationem † non releuare, quia fuit facta à perito electo à Quadrio absque decreto Iudicis, & citatione partis, *Bart. in l. Theopompus num. 9. vers. quandoque stat. ff. de dot. praleg. Rota decis. 554. num. 1. par. 2. recent.*

Et dato etiam quod dicta æstimatio releuaret, adhuc tamen iniustitia pretij vltra medietatem euitari non potest, quia ex pacto inito in dicto Instrumento venditionis, ibi, *& gli altri scudi 1040. per resto delli detti scudi 1300. per prezzo di detta casa il detto Bartolomeo compratore si obliga hauerli depositati per tutto il mese di Luglio prossimo, li quali detto Claudio venditore sia obligato spenderli per la fabrica di detta casa come sopra vendita, e che detto denaro depositato come sopra per fare le dette fabriche si pagbi per mandato dell'uno, e dell'altro alli muratori, & altri artisti, che faranno lauori in detta fabrica.* claré patet domum fuisse venditam solum pro scutis 260. quia reliqua scuta 1040. cum in executionem dicti pacti fuerint erogata in vtilitatem rei venditæ non possunt dici soluta pro
2 pretio illius † cum non dicatur soluisse qui ita soluit, vt statim recuperet absque eo, quod venditori commodum obueniat, *l. qui sic voluit, ff. de solut. Riminal. sen. consf. 407. num. 7. lib. 3. Honded. consf. 35. num. 14. & seq. lib. 2. Neuizan. consf. 50. num. 47.*

Quo verò ad simulationem ex eo DD. eam deducebant, quia vltrà iniustitiam dicti pretij concurrit etiam pactũ de retrouendendo, quę
3 duo † simul iuncta reddunt contractum simulatum. *Cagnol. in l. 2. num. 50. de pact. inter empt. & vendit. Aym. consil. 156. num. 7. Rolan. consil. 40. num. 21. & seq. lib. 2.* & hanc opinionẽ sequuta fuit *Rota decis. 49. num. 1. post 2. volum. cons. Farinac. & in Romana simulationis contractus 24. Februarii 1620. coram bon. mem. Remboldo.*

4 Neque obstat, quod pactum † de retrouendendo minuat valorem rei venditæ in tertia parte, & propterea pactum prædictum potius deseruire debeat pro minuenda iniustitia pretij vt supra firmata, quam pro inducenda simulatione; Quia fuit responsum conclu-
5 sionem procedere in pacto † perpetuo, & libero de retrouendendo quandocunque ad libitum, vendiroris quod solet minuere pretium in tertia parte, *Soccin. consf. 13. num. 55. in fin. lib. 1. Tiraq. de retract. connent. in præfat. num. 20. Roland. consf. 96. num. 40. lib. 2. Ioseph Ludou. decis. 97. num. 4. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 41. Rota decis. 146. num. 5. vers. ita quod, par. 4. diuers.* Vel etiam in
6 pacto temporali, † quod pariter minuit valorem non in tertia parte prout minuit pactum perpetuum, sed habita ratione temporis prout alias fuit decisum *in Romana domus de Montegatiis Veneris 29. Nouembris 1591. coram Orano.* Secus verò, quãdo pactum retrouendendi est
7 limitatum in damnum venditoris, vt scilicet, ipse non possit redimere nisi elapso tãto tempore, prout in casu nostro, quia tunc pro tempore, quo redimi nequit, pactum nihil
8 minuit de vero valore, & ratio est, quia † pactum redimendi est onus imponens seruitutem rei, & facit eam minùs valere, quam si libera vendita esset, *Rip. in l. 1. §. si hæres nu. 26.*
9 *ff. ad Trebell.* Et propterea pro tempore, † quo res vendita non potest redimi, nullum potest considerari onus, & consequenter nulla potest fieri diminutio veri valoris, *Burg. in repet. cap. ad nostram numer. 45. vers. pono exemplum, de empt. & vend. Rota in dicta Romana de Montegatiis coram Orano.*

10 Vlterius stantibus his, † & aliis pactis etiam contra naturam emptionis in instrumento contentis, nempè quod Claudius venditor teneatur in dicta domo facere omnes expensas, & non possit illa redimere nisi post nouem annos cum dimidio, ac etiam in casu redemptionis teneatur dicto D. Bartholomæo pro annua pensione scutorum 70. locare dictam domum, quæ est solita locari scutis 150.
11 annuis, & aliis de quibus in † Instrumento multo magis detegitur simulatio, & apparet dictum Bartholomæum fictum emptorem, animum habuisse simpliciter lucrandi vsumfructum domus illius temporis, & per quemcumque modum illum consequi voluisse. *Abb. in dicto cap. ad nostram, num. 10. de empt. & vend. Aym. consil. 165. num. 5. Rota in dicta Romana simulationis contractus coram bon. mem. Remboldo.*

Et ità vtraque &c.

ROMA-

ROMANA VINEAE SEV SALVIANI.

Veneris 21. Febr. 1631.

ARGVMENTVM.

Identitas rei in inuestitura concessæ, nec non prohibitio illam alienandi, seu hypothecandi etiã alienationis latè sumpto vacabulo si primæ inuestituræ instrumentum non reperiatur, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum probatur leuioribus probationibus.*

2 *Relatio operatur, vt omnia quæ continentur in relato dicantur expressa in referente.*

3 *Inuestitura posteriores præsumuntur concordare cum prima.*

4 *Pactum de nõ alienando etiam alienationis latè sumpto vocabulo, quando omninò sit seruandum.*

5 *Emphyteusis aliam naturam non habet quam eam quam assumit à partium conuentione.*

6 *Referens, quando disponit præcisè, relatio tunc censetur stare causatiuè non conditionaliter.*

7 *Emphyteusis hæreditaria venit sub generali obligatione omnium bonorum.*

8 *Emphyteusis siue hæreditaria, siue ex pacto, & prouidentia non cadit sub generali hypotheca omnium bonorum, quando fuit facta sub strictissimis verbis prohibitionis cuiuscumque alienationis etiam latè sumpto vocabulo.*

9 *Hypothecæ si quæ adesse potest super fructibus rei emphyteuticè extinguitur per obitum debitoris nec transit in singularem successorem.*

DECISIO CXCVII.

SVB die 27. Maij 1630. fuit in hac causa resolutum sententiam à R. P. D. Alifero latam in Saluiano ad fauorem Luciniæ super immissione vineæ, de qua agitur occasione fructuum cuiusdam census super d.vinea impositi, & ad D. Luciniam vti hæredem Alexandri eius viri spectantis esse confirmandam fundamentum decisionis fuit, quia non videbatur sufficienter probata identitas vineæ, quę supponitur habere expressam prohibitionem hypothecæ causa super ijsdem sub die 13. Ianuarij præteriti reproposita DD. ad hoc vt melius dignosceretur causa istius inuestituræ differentes resolutionem mandarunt, vt exhiberetur prima inuestitura istius vineæ facta de anno 1519. sed factis diligentiis pro parte Ludouici de reperiendo huiusmodi inuestituram illaque non reperta, & iterum causa à me proposita DD. visum fuit sufficienter aliunde probari identitatem d.vineæ, nec non prohibitionem illam alienandi, seu hypothecandi etiam alienationis latè sumpto vocabulo, & propterea recesserunt à decisis.

Nam quoad identitatem vineæ illa bene probatur ex inuestituris, quæ dantur pro parte Ludouici, ex quibus appãret illam perueniſſe à Bernardo Olgiato, in Matthæum Massam, ex Matthæo Massa, in Lelium Petronium, ex Petronio in Piatteum, ex Piatteo, in Dubiolum, à quo Ludouicus causam habet cum ijsdem demonstrationibus, videlicet in loco A Cerchi, & sub proprietate Collegij Germanici, & cum quantitate petiarum, & canonis quatuor barilium musti, & cohærentia confinium, ex quibus videtur bene probata dicta
1 identitas, † pro qua admittuntur leuiores probationes, *Seraph. decis. 1209 num. 3. Greg. XV. decis. 172. num. 6.* & secundum vulgarem doctrinam *Bart. in l. demonstratio falsa num. 14. & seq. ff. de cond. & demonstrat.* sufficerent duæ demonstrationes.

Quod verò super vinea, de qua agitur non possit cadere hypotheca, patet, ex quo in prętatione consensus donationi factæ Ludouico Rector Collegij Germanici sub cuius directo dominio est dicta vinea declarauit, quod per d. consensum non intelligeretur in aliquo recessum à pactis, & conuentionibus initis in Instrumentis inuestituræ olim factæ de d. vinea: quinimmo ea omnia remanere deberent semper intacta, & illæsa in omnibus, & per
2 omnia. † Vnde cum in instrumentis inuestiturarum antecedentibus expressè legatur ista prohibitio alienandi, etiam alienationis latè sumpto vocabulo benè sequitur, quod in donatione facta Ludouico adsit istud pactum non alienandi, *l. asse toto ff. de hæred. instit. Seraph. decis. 1209. num. 2. Gregor. XV. decis. 522. num. 9. Rot. coram R. P. D. meo Decano decis. 50. num. 2. & decis. 56. num. 1.* & fuit dictum *in Mantuana bonorum 8. Febr. 1616. coram Sacrato.*

Non obstat, quod concessiones factæ DD. Massæ, Piatteo, & Petronio prædecessoribus Dublioli sint relatiuę ad primam inuestituram, quæ non reperitur, quia sufficit dicere, quod vltima Dublioli non est relatiua ad primam simpliciter, sed ad concessiones factas suis prædecessoribus, in quibus adest expressa prohibitio alienandi, etiam alienationis latè
3 sumpto vocabulo, quia † hoc stante etiamsi in prima inuestitura, cum qua præsumuntur concordare posteriores inuestituræ, *Alex. cons. 145. num. 4. lib. 2. Decian. cons. 57. num. 65. vers. ex præmissis vol. 2. Crauet. 926. num. 8. Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 69. num. 4. & 9.* non adsit istud pa-
4 ctum † de non alienando tamen illud venit omnino seruandum, *Fulgos. cons. 4 Decian. d. cons. 58. num. 60. lib. 2.* Emphyteusis enim non
5 habet † certam aliquam naturam, sed eam solummodo assumit, quam sortitur ex voluntate partium, *l. 1. & 2. C. de iur. emphyt. Natt. cons. 114. nu. 6.* & propterea ista relatio subsequentium inuestiturarum ad primam non meretur
6 haberi in consideratione, nam † vbi referens disponit præcisè relatio censetur stare causatiuè non conditionaliter, *Decian. d. cons. 58. n. 61. Alex. cons. 26. num. 6. vers. nec habet obstare lib. 5. Rosental. vbi supra num. 10.*

Non obstat, quod hic agatur de emphyteusi
7 hæreditaria, † quæ venit sub generali obligatione omnium bonorum *iux. opin. glos. in l. fin. vers. alijs C. de iur. emphyt. Suarez de comm. opin. in vers. emphyteusis num. 104. Grat. resp. 54. num. 5. vol. 2. Neguſ. in tract. de pignor. par. 1. mem. 2. n. 28.*

vers. sexto amplia cum alijs relatis per Rotam apud Marcb. de commis. par. 1. fol. 133. num. 6. in Romana Domorum coram Cardinali Lancellotto sen. quia dd. iura loquuntur in emphyteusi † liberè, &
8 simpliciter † facta non autem in facta sub strictissimis verbis prohibitionis cuiuscumque alienationis, etiam alienationis latè sumpto vocabulo, quo casu siue emphyteusis sit hæreditaria, siue ex pacto, & prouidentia illa non cadit sub generali hypotheca omnium bonorum, *glos. in l. fin. vers. vel hypothecam C. de reb. alien. non alienan. Soccin. cons. 75. col. 2. vers. sed his non obstantibus vol. 1. Negus. d. tract. de pignor. par. 2 mem. 2. num. 31. & latius in 3. memb. num. 71. Barb. in rub. de reb. Eccles. non alienan. num. 77. Rebuff. in tract. de reb. Eccles. non alienan. in princ. Rot. in dicta Romana Domorum num. 8. & in Romona Saluiani coram R. P. D. meo Decano inter impress. sub eius nomine decis. 50. num. 5.*

Non obstat, quod saltem hypotheca sustineri valeat super fructibus, nam quicquid dicendum foret in vita Dubioli auctoris Aragatij clarum est ipso defuncto omnem, & quamcumque hypothecam fuisse extinctam, nec
9 transire † potuisse in singularem successorem, vt censuit *Rota coram R. P. D. meo Decano in 2. decisione in præallegata Romana Saluiani numer. 9. & 10.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA PECVNIARIA.

Vener. 21. Febr. 1631.

ARGVMENTVM.

Statutum Religionis Hierosolymitanæ cap. 17. de pœnis, quales officiales Religionis compræhendat, & an ex identitate rationis valeat extendi.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur sine grauamine.*
2 *Statutum Religionis Hierosolymitana cap. 17. sub tit. de pœnis, prohibet ne officiales Religionis quocumque modo possint participare in vllo armamento.*
3 *Lex semper loquitur, & disponit.*
4 *Statuta comprahendunt alios casus quam non expressos, quando concurrit ident tas rationis, vel maior.*
5 *Exempla non restringunt dispositionem generalem.*
6 *Statuti extensio eo facilius fit, quando non agitur de materia odiosa, sed tantum de occurrendo fraudibus, & de lucro captando.*
7 *Obseruantia quando non dicatur probata.*

DECISIO CXCVIII.

CVM Franciscus Ponterei Eques Hierosolymitanus præuia licentia Magni Magistri nauem armasset ad deprædandum Turcas, siue vt dicunt (per andar in Corso) D. Commendator de Viuuil, tunc Triremium Religionis Meleuitanæ Reuisor, mediante persona Petri da Cros societatem iniit super huiusmodi armamento. Vita functo Francisco Ponterei D. Commendator prætendens tres partitas ab hæreditate ipsius, vnam scilicet scutorum 450. pro participatione, & lucro in armamento d. Ponterei, alteram scutor. 712. pro medietate quinque mancipiorum ab illis emptorum, tertia verò scutorum 188. quam D. Commendator mutuasse eidem Ponterei prætendebat, egit cōtra Religionem, ad quam bona d. Equitis ex spolio peruenerant, & à Commissarijs, & Consilio, coram quibus respectiuè d. causa fuit agitata, fuit per tres conformes Religio à petitis absoluta silentiumq; d. Commendatario impositum, sed postmodum adita Signatura per d. Commissarium causaq; restitutionis in integrum mihi commissa, dubitaui, An constaret de causis restitutionis in integrum, & DD. respectu partitarum scutorum 450. & scutorum 188. censuerunt non constare.

Quia non visum fuit ex deductis per D. Commissarium constare de aliquo grauamine
1 ne sine † quo restitutio in integrum non conceditur *Rota decis. 1. num. 1. de restit. in integr. in nouis, & decis. 731. num. 1. par. 2. recent. Seraph. decis. 1238. num. 1.* Quinimo sententiæ benè remanent iustificatæ, ex quo ex Statuto Reli-
2 gionis † cap. 17. sub tit. de pœnis expresse cauetur, vt officiales Religionis, qualis erat d. Commendator cum esset Reuisor Triremiū non possint, nec directè, nec indirectè, aut per interpositam personam habere participationē in vllo armamento, sub pœna amissionis officij, & confiscationis armamenti, sub cuius Statuti dispositione Reuisor Triremium benè compræhenditur tùm quia præest distributioni munitionum dietim ijsdem seruis faciendæ directionemq; habet boni regiminis nauium. Tum quia ex ratione quæ est prædominans, & intrinseca virtus Statuti, Reuisor participans de lucris armamenti incumbendo priuatæ vtilitati posset negligere reuisionem triremium Religionis, & auiditate lucri, manifestis periculis Triremes exponere, victualiaque dd. Triremium in vsum priuati armamenti conuertere.

Et propterea non obstat, quod huiusmodi officium Reuisoris de tempore conditi Statuti non esset in rerū natura, quia vltra quod
3 lex † semper loquitur, & disponit, *Gonzal. super reg. 8. glos. 9. §. 5. num. 45. Caputaq. decis. 220. num. 5. par. 1.* benè compræhenditur sub dispositione d. Statuti propter identitatem ratio-
4 nis, imo maiorem † cum in hoc officio, vt dictum est, maiores possint committi fraudes, quam in alijs, *Alex. cons. 68. num. 18. lib. 2. & cons. 75. num. 3. lib. 5. Riminal. iun. cons. 340. nu. 12. Gabr. cons. 14. num. 14. lib. 1. Rota decis. 17. num. 11. par. 2. diuers.* Quod tanto magis suadetur consideratis verbis statuti prolatis per modum exem-
5 pli, ponderando dictionem illam, *come*, cum regulare sit exempla non restringere dispositionem generalem, *Tiraq. in l. si vmquam ver. libertis n. 37. C. de reuoc. donat. Surd. cons. 308. nu. 10.*

Et

Et attento quod hic non agitur de materia
6 odiosa † quo casu etiam supradd. DD. pro comprehensione responderunt,sed de occurrendo fraudibus, & de lucro captando quibus casibus facilius fit extensio, *Alex.cons.68. nu.5. & 6. lib.3.*

Non obstat, quod Ponterei obtinuerit licentiam à Magno Magistro; quia si Magnus Magister notitiam habuisset participationis D. de Viuuil verisimiliter d. licentiam non concessisset,& per d. licentiam licet remotum fuerit obstaculum alterius statuti,quo sancitur absque licentia Magni Magistri non posse armari naues, non tamen censeri potest sublatũ aliud obstaculum proueniens ex d. Statuto cap. 17. prohibente officiales participare in armamentis.

Non obstat, quod alias de anno 1628. Reuisor Triremium participauerit de huiusmodi lucro proueniente ex armamentis, quia ex hoc non potest deduci aliqua obseruantia, quoniam iste est vnicus actus, qui non apparet gestus cum scientia, & patientia Magni
7 Magistri, seu Religionis,& fieri potest,† quod ille Reuisor habuerit licentiam,& facultatem sufficientem participandi ideoque nihil facit ad probandum obseruantiam.

Non obstat aliud, quod dicitur respectu partitæ scut. 180. scilicet, quod illa fuerit mutuata à D. de Viuuil ipsi Ponterei, & propterea nihil habeat commune cum armamento; quia tantum abest, vt hoc probetur quinimmo ex computis inter ipsos postea factis apparet,quod d. partita fuit adscripta hoc modo nempe pro residuo totius summæ debitæ D. de Viuuil ratione prædæ, & lucri facti in armamento, & pretij nauis.

Quo verò ad partitam sc. 712. prætensam ex mancipiis mandarunt DD. vt de ea particulariter videatur.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Mercurij 26. Febr. 1631.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Implementũ per æquipollens suffragatur si effectus principaliter consideratus fuerit sequutus.*
2 *Fideiussor licet non possit agere nisi soluat, attamen id limitatur in obligatione fideiussoria restricta ad certum tempus, isto elapso.*
3 *Confideiussor reportando iurium cessionem à confideiussore potest agere pro tota summa.*

DECISIO CXCIX.

FIRMARVNT DD. in alia decisione emanata sub die 11. Martij præteriti, sententiam Rotalem reintegratoriam latam ad fauorem hæredum Marci Antonij Lambertini contra hæredes Guid-Antonii Lambertini esse infirmandam; quia fundamenta, quæ deducebantur pro iniustitia mandati relaxati in partibus, super qua dicta sententia fundatur non visa fuerunt subsistere. Hodie verò reproposita causa super iisdem DD. in decisis perstiterunt ex iisdem rationibus in decisione deductis quibus.

Non obstant ea, quæ denuò dicuntur circa primum fundamentum iniustitiæ d. mandati, quod scilicet non potuerit relaxari vigore Instrumenti releuationis indemnitatis promissæ à Marco Antonio; quia d. promissio fuit facta sub duplici conditione nempe dummodo Barzellinus, & Guid-Antonius intuitu eiusdẽ Marci Antonij fideiuberent in censu scutorum 3000. ac dummodo d. scuta 3000. peruenirent ad manus Procuratoris Elefantuccij ad effectum liberandi eum à carceribus, quæ conditiones cum non fuerint integraliter adimpletæ ex quo Barzellinus non fideiussit,nec Guid-Antonius fideiussit pro integra quantitate scutor. 3000. sed solum pro scutis 1700. obligatio prædicti Marci Antonij remansit inefficax. Quia fuit responsum, quod cum intensio Marci Antonij esset vt inuenirentur pecuniæ ad effectum liberandi Elefantucium à carceribus; parum refert, quod ipse Elefantucius loco Dardellini fideiusserit; † quia suf-
1 ficit, quod effectus principaliter consideratus fuerit sequutus etiam per æquipollens, *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 45. Seraph. decis. 309. nu. 1. cum alijs allegat. in alia decis. emanata in hac causa sub die 10. April. 1628.*

Nam quoad fructus obiectum tollitur ex facto, quia de tempore relaxationis mandati probantur soluta per Guid-Antonium scuta 1674. 60. mandatum autem fuit relaxatum pro scutis 500. monetæ.

Quo verò ad sortem principalem verum est,quod de tempore relaxationis mandati nõ fuit soluta à Guid-Antonio, sed placuit responsio data in decisione, quæ reuidetur.
2 Quod licet † fideiussor nõ possit agere pro releuatione nisi soluat,attamen quando obligatio fideiussoria restringitur ad certum tempus prout in præsenti casu, eo elapso potest agere absque eo, quod soluat, *Cenc. de cens. par. 2. c. 2. quæst. 3. art. 4. num. 1. cum alijs in d. decis. alleg.*

Denique nec etiam subsistit tertium fundamentum deductum ratione excessus tam respectu fructuum, quam sortis, respectu fructuum, quia mandatum fuit expeditum pro scu. 1500. & tamen non debebantur nisi scuta 1405. ex quibus debebant etiam excomputari scuta 169. soluta ab hæredibus d. Marci Antonij. Respectu autem sortis, quia Guid-Antonius non fideiussit nisi pro scutis 1700. & mãdatum fuit expeditum pro scutis 3000.

Fuit enim responsum, quod excessus consideratus in fructibus non subsistit, quia mandatum fuit relaxatum pro scutis 1500. monetæ,& fructus tunc temporis decursi erant scutor. 1405. auri in auro, quæ constituunt summam scutor. 1900. monetæ circiter. Quapropter dato etiã, quod prædicta solutio scu-

Q 2 tor.

tor. 169. facta ab hæredibus Marci Antonij cantaret in causam de qua agitur nullus tamen adesset excessus. Quia summa scut. 169. concertata cum altera scutor. 1500. comprehensa in mandato non ascendit ad d. sc. 1900. quæ pro dictis fructibus debebantur.

Alter excessus consideratur in sorte principali ex eo, quia Guid-Antonius fideiussit solum pro scutis 1700 & reportauit mandatum pro scutis 3. mil. pariter tollitur ex responsione data in decisione quia Guid-Antonius nedum respectu principalis creditoris obligatus in solidum pro tota sorte principali 3400. Verum etiam pro altera medietate scutor. 1700. quæ peruenit ad Elefantucium confideiussorem reportauit ab eo iurium cessionem, qua
3 stante † nulli dubium est, quin potuerit agere pro tota summa scutorum 3000. ex iuribus in d. decisione allegatis.

Et ità vtraque &c.

ANCONITANA LEGITIMAE.

Merc. 26. Febr. 1631.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta hæreditati paternæ, & maternæ ad fauorem fratrum ex quibus deprehendatur constituta fauore primogenituræ.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio dicitur facta fauore primogenituræ si fuerit concepta per verba, item declarauit*, che nō ostante, ch' habbia instituiti tutti li suoi figlioli il primogenito resti padrone, *& cum prohibitione legitimæ, & trebellianicæ.*

2 *Verba generalia quandoque resoluuntur in singularitatem.*

3 *Renunciatio cui annectitur aliqua ratio non extenditur ad alias personas, quam eas in quibus viget eadem ratio.*

4 *Proximiores in gradu succedunt defuncto ab intestato.*

5 *Filij succedunt Patri defuncto ab intestato.*

DECISIO CC.

POSTQVAM per duas decisiones fuit in hac causa dictum Com. Alexandro Ferretto ex persona Vgonis Partis deberi legitimā, & fructus illius in bonis Hieronymi eius Aui, sub die 14. Iunij proxime præteriti proposito dubio quanta esset ista legitima † DD. firmarunt illam esse trientem, & pro medietate spectare ad Alexandrum, ea scilicet ratione. Quia Hieronymus obijt relictis quatuor liberis, Cæsare; Horatio, Hercule, & Vgone, ex quibus cum Cæsar iura legitime cesserit Com. Vgoni, & alij duo eidem Vgoni prædecesserint, sine filiis, illę tres partes, nempe illa Cæsaris renūciantis, & aliæ duæ dd. fratrum præmortuorum ab intestato peruenerunt ad Vgonem effectęque fuerunt de eius patrimonio, qui Vgo eum reliquerit duos filios Ioannem scilicet, & Alexandrum, bene dictæ tres partes fuerunt ab intestato ad illos delatæ pro rata ex §. 1. *Auth. de hared. ab intest. venien.* Sed huic vltimæ resolutioni non acquiescente Com. Ioanne, & hodie iterum proposita causa super iisdem DD. dixerunt quoad portionem Cæsaris illam cessisse ad fauorem primogenituræ, & mouebantur ex verbis ipsius renunciationis factæ per dictum Cæsarem, ex quibus apparet ipsum renunciasse hæreditati Paternæ, & maternæ ad fauorem fratrum cum hac restrictiua videlicet iuxta formam testamenti Vgonis Patris. Vnde cum in d. Testamento appareat, quod Vgo voluerit instituere primogenituram, ibi, *item declarauit, che non ostante, ch' habbia instituiti tutti li suoi figlioli, il primogenito resti Padrone*, & cum prohibitione legitimæ, & trebellianicæ bene sequitur, quod
1 d. renunciatio † censeri debeat facta ad fauorem primogenituræ, *Alex. cons. 94. num. 1. lib. 3. & cons. 52. num. 24. lib. 4. Aym. cons. 135. num. 13. & cons. 231. num. 12. Surd. decis. 93. n. 25.*

Nec contrarium suadere possunt verba testamenti dum Hieronymus Testator voluit, vt Com. Cæsar. renunciaret ad fauorem fratrum, quia cum incertum esset apud eum, quis deberet tenere locum primogenituræ bene disposuit, vt renunciatio fieret ad fauorem fratrum, quia ex dd. fratribus vnus debebat esse primogenitus, & in omnibus aderat possibilitas primogenito succedendi, & ita
2 illa verba † generalia nempe ad fauorem fratrum bene possunt reduci ad singularitatem nempe ad primogenitum, *l. iubemus ad Velleian. Becc. cons. 74. num. 23. lib. 1. Surd. decis. 163. nu. 10.*
3 Certum enim est, † quod vbi renunciationi ratio aliqua aduectitur illa nunquam debet extendi ad alias personas, quam eas, in quibus eadem ratio viget, *Paris. cons. 12. num. 95. lib. 2. & cons. 12. numer. 90. & 91. lib. 1. Surd. decis. 252. num. 4.*

Quo verò ad portiones Horatij, & Herculis censuerunt DD. illas cessisse ad commodū
4 Com. Ioannis, & Alexandri, nam † vt fuit dictum in alia decisione cum dd. Horatius, & Hercules Com. Vgoni prædecesserint sine filijs illorum portiones ab intestato ad eum peruenerunt iuxta *Auth. cessante de hared. ab intest. venien.* & per consequens post eius obitum
5 ad † Com. Ioannem, & Alexandum eius filios, *Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat. 10. num. 1. vsque ad 9. cum alijs allegat. in decis. in hac causa facta 15. Febr. 1629.*

Vltra prædicta Com. Ioannes opponebat de portione debita Pantasileæ matri, quæ superuixerat duobus filiis, de quorum portionibus agitur, sed quia circa illam videbatur adesse aliqua difficultas DD. mandarunt, vt de illa particulariter videatur.

Et ità vtraque &c.



PERV-

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE BAPTISTIS.

Lunæ 13. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Substitutioni pupillati quando dicatur factus locus.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta decedente aliquo ex filijs hæredibus vniuersalibus desuperuiuentibus intelligitur de hæredibus vniuersalibus non de alijs.*

2 *Verbum (gli altri) refert alios similes supranominatis, & sic alios hæredes vniuersales si de his fuerit facta dispositio.*

3 *Verbum (medesimamente) confirmat præcedentia esse eodem modo ac subsequentia.*

4 *Verbum (sudetti) refert supranominatos.*

5 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum filij pupilli.*

6 *Substitutiones sequentes post primam dicuntur dependentes à præcedenti quando fuerunt continuatæ per verba (caso che).*

7 *Substitutio facta simpliciter refertur ad primam subordinatè.*

8 *Casus non dicitur omissus quando adest eadem ratio.*

9 *Substitutio facta per verbum (mancassero) propriè verificatur in casu natiuitatis.*

10 *Verba illatiua apposita in substitutione (e così estinta, e mancata) comprehendunt tam casum mortis, quam non natiuitatis.*

11 *Verbum (mancata) existente alio verbo (estinta) eo magis comprehendit casum non natiuitatis.*

12 *Substitutio non dicitur pupillaris si respicit tam vltimum ex filijs, quam vltimum ex descendentibus tãquam facta recasuris sub alterius potestatem vel vbi est facta vltimo ex filijs.*

13 *Substitutionis pupillaris euentus attenditur.*

14 *Substitutus capit ex pupillari decedente eo cui fuit substitutus in pupillari ætate.*

15 *Substitutio pupillaris continetur sub compendiosa quando testator substituit verbis vniuersalibus (in tutti li beni, & in tutta l'heredità di esso testatore.)*

16 *Verba vniuersalia (in tutti li beni, & in tutta l'heredità di esso testatore) quando dicantur apposita non ad restringendum, sed ex stylo testantium.*

17 *Verba, (di esso testatore) non determinant solum proxima verba (tutta l'heredità) sed referuntur ad præcedentia (in tutti li beni.)*

18 *Substitutus per vulgarem anomalam contentam in cõpendiosa succedit & pupillariter per subingressum in locum præcedentis gradus, & n. 19.*

20 *Primo substitutus pupillariter moriens antè institutum facit locum secundo substituto compendiosè, & supponit aditionem pupilli.*

21 *Substitutio pupillaris non deficit per aditionem pupilli immo requiritur & facit illi locum.*

22 Bart. in l. quandiù ff. de acquit. hæred. *in quibus terminis procedat.*

DECISIO CCI.

SENTENTIAM Rotalem absolutoriam D. Beatricis à petita per D. Antinorum immissione in possessionẽ bonorum, de quibus agitur DD. dixerunt esse confirmandam, Moti ex deductis in duabus decisionibus factis *coram R.P.D. meo Pironano*, sed præcipuè. Quia Petrus Iacobus relicto D. Antinoro eius filio naturali legitimato particulari legato scutorum 4. mil. in eius vita tantum cũ prohibitione amplius non petendi ex causa legitimæ alimentorum, & ex qualibet alia & declaratione, quod post eius mortem d. stabilia essent integraliter in omnibus, & per omnia hæredum vniuersalium ipsius Testatoris Hæredes vniuersales instituit Ioannem Baptistam, & Hieronymum omnemq; alium filium masculum ex se, & vxore nasciturum cum triplici substitutione, nempe prima si aliquis ex dd. filijs, & hæredibus vniuersalibus moreretur in pupillari, vel alias quandomque sine filijs masculis de legitimo matrimonio, de alijs prædictis filijs masculis superuiuentibus, & de filijs masculis ex legitimo matrimonio præmortuorum, Secunda si linea masculina ex legitimo matrimonio ex aliquibus suis filijs masculis hæredib. vniuersalibus quandocumque deficeret pariter de alijs filijs masculis hæredibus vniuersalib. superuiuentibus, & de præmortuorum filijs, vt proximè dictum est. Tertia si deficerent omnes descendẽtes masculi de legitimo matrimonio (& così (sunt verba testamenti) estinta, & mancata affatto la linea retta mascolina de maschi sudetti di esso Testatore, all'vltimo maschio, così mancante in tutti li beni, & in tutta l'heredità di esso Testatore, sustituisce le figlie femine de legitimo matrimonio nate di esso Testatore &c.)

Ex qua substitutionum serie duo pro confirmatione sententiæ Rotalis in dictis etiam decisionibus firmata colligebant DD. Alterũ scilicet D. Antinorum compræhendi sub ea non posse tanquam facta inter filios masculos de legitimo matrimonio hæredes vniuersales, vt patet ex natura substitutionis factæ
1 decedente aliquo ex filijs † hęredibus vniuersalibus de superuiuentibus, nempe hæredibus vniuersalibus, non de alijs *Bart. in l. fin. num. 2. ff. ad Trebell. cum alijs in secunda decis. alleg. vers. vnde præcipuè Ruin. Menoch. & Dec. cons. 185. & diligenter num. 4. Curt. Iun. cons. 69. num. 2.* & ex
2 adiuncto verbo † (gli altri) referente alios similes hæredes vniuersales *Alex. cons. 204. nu. 4. & 10. l. 2. Ceph. cons. 419. numer. 34. & 35. Menoch. cons. 565. ad fin. & seq. Rota coram Seraph. decis. 776 num. 1. & 11. & decis. 391. num. 5. & decis. 663. n. 8. par. 2. recent.* Et eodem modo semper continuata retentio eiusdem termini filiorum masculorum hæredum vniuersaliũ, vt sunt verba clara secundæ, quæ propter verbum (me-
3 desimamente) † confirmat præcedentem esse eodem modo de alijs hęredibus vniuersalibus *Menoch. cons. 124. num. 60. Seraph. decis. 1384. nu. 1.*
4 & ostendit verbum † (sudetti) positum in ter-

tia referens masculós hæredes vniuersales,&
de legitimo matrimonio. *Ruin. cons.206.nu.5.*
lib.2.Ceph.d.cons.419.num.35. Rota coram Gregor.
XV.decis.495.num.7. vltra rationem continua-
ti sermonis idem operantem *Peregrin. conf.31.*
num.4.lib.4.

Alterum vero D. Beatricem filiam Testa-
toris Hieronymo post Ioannem Baptistam
fratrem in pupillari ætate defuncto ex pupil-
lari substitutione succedere, atque ita cessare
disputationem an ab intestato esset Hæres
Hieronymi ipsa Beatrix, vel Antinorus, cum
5 pupillaris † iudicatur Testamentum filij pupil-
li *§.igitur inst.de pupill.subst.t.l.2.vbi Bart. nu.30.*
ff.eodem cum alijs in prima decisione, & causa Te-
stati cessare faciat causam intestati, *l.quamdiu la*
secunda ff.de acquiren.hæred. l. quandiu ff. de regul.
iuram.

Hoc autem dupliciter deducebatur. Pri-
mo ex eo quia primam expressam pupillarē
substitutionem Testator non terminauit in
persona filiorum superuinentium, vel descē-
dentium ab eis sed continuando sermonem
6 filias fęminas substituit per verba † (caso che)
coniungentia cum omnibus suis qualitatibus
Ruin.cons.184.num.6.lib.2.Menoch.cons.328.n.30.
Rota decis.230.num.12.par.2.diuers. & decis. 519.
7 *num.3. par.1. recent.* Vnde † non minus ex hac
sermonis continuatione dicuntur substitutæ
filiæ in casu pupillaris quam filij superuiuen-
tes, vel descendentes præmortuorum subor-
dinatè tamen in casu illorum non existentiū,
vt ex *Bald.cons.17.num.2.lib.2.Thes.Cran.Menoc.*
Pereg.cons.17.num.2.lib.2.fuit deductum in prima,
& ex Menoch: & Odd. fuit comprobatum in secunda
decis. Fusar.de substit.quæst.245. num.79. neque
enim facit variatio personarum substitutarū
imó præsupponitur à *Bald. & alijs praecitatis,*
Rota decis.453.num.8.par.2.recent.Gratian.discept.
773.num.29.

Quod confirmatur, quia ante d. tertiam
substitutionem vers. (& caso che) non legi-
tur prouisum casui deficiētiæ omnium filio-
rum masculorum hæredum vniuersalium.
8 Vnde † dici non debet omissus, sed sub illa
comprehensus *Menoch.cons.432. num.21. & seq.*
Fusar.cons.25.n.21.& 38.& cons.155.n.18.& seq.

Eoque magis dum substitutio facta fuit per
9 verbum (mancassero) † quæ propriè verifi-
catur etiam in casu non natiuitatis *Aleiat.resp.*
119.num.7.l.9.Soct.Iun.cons.181. num.23. & seq
lib.2.Beron.cons.102.num.18. lib.2. Menoch. cons.
1062.num.14.& 21. & cons.1063. num. 1. & 12.
10 Et † stantibus dictis verbis illatiuis (& cosi
estinta & mancata) comprehendentibus ca-
sum tam mortis quam non natiuitatis, vt re-
probato *Oldr. cons.177. firmant communiter DD.*
proximè relati, & allegati in prima, & latius in se-
cunda decisione vltra quos Dec. cons.276. in casu ad
ius transmisso num.4. Menoch.cons.432.nu.9.vers.5.
& cons.1088.num.24. Decian.resp.3.num.46.lib.3.
Fusar.cons.25.num.17. 22.& seq. Rot.in Bononien.
bonorum de Grifonibus 18.fol.1619. coram bon. me.
Buratto, & in Reatina fideicōmissi 14.Martij 1622.
coram bo.me. Vbaldo maxime ponderata repe-
titione, (mancassero, & mancata &c.) & ap-
positione verborum (estinta & mancata)
11 quia † stante verbo proprio circa extinctio-
nem verbum (mancata) clarius ostendit non
natiuitatem, *vt in term. Socc.iun.d.cons.181.n.23.*
& seq.lib.2.Bero.cons.66.num.19.& cons.102.n.18
lib.2.Dec.d.cons.225.num.4.Lud.cons.72. num. 9.
circ.med vers.inter cæteras Marzar. cons. 207. sub
num.36. Surd.decis.37.num.36.

Nec obstare dicebant, quod dum ex præ-
dictis substitutio respicit tam vltimum ex fi-
12 lijs,† quam vltimum ex descendentibus non
est pupillaris vti facta recasuris sub alterius
potestatē, ita nec facta vltimo ex filijs *Fusar.*
de substit.quæst.241. num.19. Quia † dum filij fi-
13 liorum non extiterunt,† & vltimus filius de-
cessit in pupillari D. Beatrix substituta capit
ex pupillari iuxta hunc euentum pupillaris,
qui attenditur *Ias. cons.132. numer.9. lib.2. &*
admittit. Fusar.in add.ad dictam quæst. 241. nu.19.
Alsfer.inter cons.eiusdem cons.189.num.40.vers. ad
14 *quartum,* Vt in cōpendiosa † attenditur euen-
tus, & substitutus capit ex pupillari decedeti-
te eo, cui fuit substitutus in pupillari ætate
Bart. in l. Centurio numer.30.ff. de vulg. & pupill.
Marzar.cons.28.num.37.& seq.Pereg.de fideicomm.
art.13.num.1.Fusar.de substit.quæst.241.num. 1. &
10.vers.ego vero, dicens non esse in consulendo
& iudicando recedendum.

Secundo quia dubitari non poterat, quin
d.tertia substitutio esset compendiosa conti-
nens pupillarem licet verbis cōmunibus fa-
cta,& quin ex euentu per mortem in pupilla-
ri iudicetur pupillaris ex proximè allegatis,&
fuit in prima decisione deductum.

Non obstat limitatio quando Testator re-
strixit se ad bona sua ex adductis à *Fusar. di-*
cta quæst.241.num.61. quia sublimitatur quan-
do Testator substituit verbis vniuersalibus vt
hic (in tutti li beni, & in tutta l'heredità di
15 esso Testatore) tunc enim) continetur sub
compendiosa pupillaris *Bart.in l.Centurio n.27.*
ff. de vulgar. & pupill. cuius oppinio licet ha-
beat plures contradictores per eundem *Fusar.*
in add.num.66. cumulatos, tamen est receptior
& sæpius vt magis conformis menti testato-
ris per Rotam approbata, quasi non possint
aliter omnia bona peruenire dictaque verba
16 vniuersalia † ostendant alia, (di esso Testato-
re)non ad restringen. sed ex communi testan-
tium stylo fuisse apposita, vt per *Odd. de com-*
pend.par.5.q.3.art.14.vers.retento Mant.de coniect.
lib.5.tit.7.num.16.Menoch. præsumpt.54. num.24.
& præs.56.num.12. & 13. lib.4. Honded.cons.73.
num.9.& 38. lib.1.Intrigliol.de substit.cent.3.q.21.
num.53. & alios cong. à *Fusar.d. num.66.* alios
adiciente in addit. licet ibi in contrariū ipse
teneat, *& quæst.242 num.88.& 109. testans vtro-*
bique de communi Pereg.cons.32.num.44.lib.2.Gra-
tian.discept.forens.522.nu.29.& discept.528. n.14.
& seq.& discept.542.num.29.& 30.& admittunt
licet contra pupillarē consuluerint *Bimius, &*
Bell. iun. inter cons.Fusar.cons.184.num.72.& 78.
& cons.185.num.16. 43. & 44. vbi quod hodie
est receptior *Rota coram Mantic.decis.357.n.3.&*
seq.& in recent.decis.639.nu.6.par.1. & decis.373.
num.11.& decis.431.num.5.par.2. Eoque magis
dum

dum non conuincitur per necesse verba (di
cto Testatore) non terminare solũ proxima
verba (in tutta l'heredità) sed referri etiam
17 ad † præcedentia (in tutti li beni) *Mantic. dicta*
decis. 367. sub num. 6. & 7. & semper intrat se-
quens fundamentum subingressus ad capien-
dum ex prima pupillari.

Minus obstat quod dicta tertia substitutio
non sit facta vltimo ex filijs masculis hæredi-
bus vniuersalibus, sed vltimo ex masculis ex
eis descendentib. Tum quia illam dici factã
etiam vltimo ex filijs hæredibus vniuersali-
bus, & in casu etiam non existentiæ filiorum
ex eis fuit supra deductum.

Tum quia hoc etiam admisso cum prima
substitutio sit pupillaris ob specificationem
obitus in pupillari aetate per non existentiam
masculorum descendentium prius vocato-
18 rum † D. Beatrix vocata in subsequenti cõ-
pendiosa peruulgarem anomalam in ea con-
tentã subintrat in locũ præcedentis gradus ad
capiendũ ex pupillari vt cępissent in d. pręce-
denti gradu existentes, vt in istis proprijs ter-
minis firmat *Bart. in l. quamdiu 68. n. 10. ff. de acq.*
hered. quem sequuntur ibi *Angel. nu. 8.* dicens
consuluisse florentiæ cũ duobus alijs, & fuis-
se iudicatum *Castr. num. 7.* dicens habuisse de
facto Bononiæ *Imol. num. 3. vers. secunda* dicens
vidisse pluries de facto *Aret. n. 7. in v. vbi de cõ-*
muni, & post med. vbi de verissima *Ias. in l. 1.*
num. 29. & 30. ff. de vulg. & pupill. Castr. cons. 422.
ad fin. lib. 2. Paris. cons. 73. num. 23. lib. 3. Alciat. resp.
59. num. 10. lib. 9. dicens vidisse sæpius iudicari
Socc. Iun. cons. 94. num. 40. & 41. lib. 1. Sim. de Pret.
de vlt. volunt. lib. 3. int. 2. dub. 1. fol. 6. sub num. 16.
fol. 246. Pereg. de fideicommissis art. 15. num. 14. di-
cens verissimam decisionem, *& num. 16. vbi*
de communi, & in vtraque decisione firmatur.

Neque subsistit responsio, quod cum hæ-
reditas fuerit adita per pupillum expirauerit
vulgaris. Quia procedit obiectio respectu
primi gradus institutorum, & substitutorum
sed non respectu graduum sequentium ad
quorũ fauorem intrat subingressus per vul-
garem in compendiosa in locum Priorum,
19 qui non extiterunt, nullo modo † cessans per
aditionem primorum hæredum *Bart. in d. l.*
quamdiu num. 10. post med. vers. qui secundus gradus,
& post alios Fan. cons. 283. sub num. 1. vers. sed in
casu nostro Ladereb. cons. 3. num. 10. Surd. cons. 347.
num. 10. Menoch. cons. 1086. num. 10. & seq. Gionag.
resp. 76. num. 6. & seq. lib. 1. Rota coram Seraph. decis.
20 *145. num. 3. & seq.* † Et aditionem pupilli sup-
ponit *Bart. vbi supra,* & cum eo cæteri præci-
puè *Paris. d. cons. 73. num. 28. Pereg. d. art. 15. nu. 14.*
& 16. Dec. cons. 237. proponitur nu. 2. & cons. 427.
21 *num. 9.* Nam † aditio pupilli non facit defice-
re pupillarem, imò requiritur, & facit illi lo-
cum iuxta formulam pupillaris, de qua *instit.*
de pupill. substit. in princ. & in l. 2. in fin. princ. ff. eo-
dem vbi Bart. num. 24. Odd. de compend. par. 3. de
pupill. quæst. 4. num. 9. Quod Bart. & cęteri non
ignorabant, & in puncto ita declarat Socc. in
contrariũ citatum *Socc. Iun. cons. 94. nu. 39. lib. 1.*
Paris. d. cons. 73. num. 32. lib. 2. Zanch. in l. heredes
mei §. cum ita nu. 32. & 56. Fusar. de substit. q. 469.
num. 28. qui licet referat in contrarium, *Alex.*
& Socc. primus nihil dicit repugnans & secũ-
dus est, vt supra intelligendus alias deciperè-
tur, *vt per Socc. Iun. Paris. & Zanch.*

Nec applicatur alia responsio, quod doctr.
22 Bart. † procedat, quando deficit gradus præ-
cedens substitutionis, non quando deficit cõ-
ditio sub qua facta est vltima substitutio, ex
not. in l. qui habebat ff. de vulgar. & pupil. Gabr. cons.
95. num. 21. & 22. lib. 1. Ex quo sumus in illo
non in isto casu, cum nullus prætendi possit
conditionis defectus, neque per existentiam
D. Antinori, qui nullo modo compræhen-
ditur sub conditione defectus lineæ masculi-
næ cum Testator semper fuerit expresse lo-
cutus de linea masculina filiorum hæredum
vniuersalium iuxta supra relatã dispositionis
seriem. Neque ob non natiuitatem filiorum
ex filijs cum hic sit casus non defectus condi-
tionis, sed caducationis gradus per illorum
non existentiam contingentem, siue ex præ-
decedentia, siue ex non natiuitate, vt fuit su-
perius comprobatum.

Et ita vtraque parte informante &c.

BASILIEN. CANONICATVS.

Lunæ 17. Martij 1631.

A R G V M E N T V M.

Litteræ Apostolicæ vt habeant executionem
paratam quid requiratur. In Ecclesia recep-
titia non datur vacatio, nec potest fieri resi-
gnatio, & si fiat in manibus Papę quando su-
stineatur.

S V M M A R I V M.

1 *Litteræ Apostolicæ propter sui reuerentiam habent executionem paratam.*
2 *Hoc procedit quando sunt iustificatæ.*
3 *Narratiua qualibet est ante omnia iustificanda.*
4 *Gratia quæ non iustificatur est nulla.*
5 *In Ecclesia receptitia non datur vacatio nec potest fieri resignatio.*
6 *Resignationes in Ecclesiis receptitijs factæ in manibus Papæ quando sustineantur, & n. 7.*
8 *Resignatio beneficij nulla si incontinenti probetur est apta impedire immissionem.*
9 *Actus vbi per se non valet absque confirmatione si sequatur confirmatio attenditur tempus confirmationis, & non ipsius actus.*
10 *Ordinarius ex se non potest immutare præcedentem statum Ecclesiæ.*
11 *Narratiua etiam si consistat in negatiua est iustificanda.*
12 *In sacris constitutus quis non præsumitur nisi probetur.*
13 *Ordinarius præsumitur bene informatus de qualitate personarum resignantium.*
14 *Intentionem suam quilibet tenetur probare non per præsumptiones sed plene, & concludenter.*
15 *Capitulum potest impedire immissionem vigore litterarum Apostolicarum quãdo allegat exceptionem resultantem ex indulto Apostolico.*

16 *Capi-*

10 *Capitulum vt dicatur legitimus contradictor ad impediendum immissionem sufficit quod alleget impedimenta respicientia obseruantiam statutorum Ecclesiæ.*

DECISIO CCII.

FVIT dictum Simoni non esse dandam immissionem, quia licet litteræ Apostolicæ
1 † propter sui reuerentiam habeant executionem paratam *glos. in cap. si capitulo in ver. exequatur de conceß. præbend. in 6. Rot. decis. 332. num. 1. & decis. 755. num. 1. par. 2. recent.* hoc tamen procedit
2 † quando sunt iustificatę, *Cas. de Graß. decis. 12. num. 1. & 2. de probat.* ea ratione, quia tacitam censentur habere conditionem si preces veritate nitantur, *l. fin. in princ. C. de diuers. rescript. cap. 2. de rescript. Felin. in cap. fin. num. 29. circa finem de præsumpt.* & propterea
3 omnis † narratiua est ante omnia iustificanda *Rot. decis. 20. de prab. in nouis. & fuit dictum in Leodien. Parochialis 14. Ianuary 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* in præsenti autem casu Simon resignatarius, qui petit immissionem,
4 & propterea † narratiuam suæ gratię iustificare tenetur *Mantic. decis. 358. nu. 4.* deficit, in probatione illius.

In primis enim non probat Ecclesiam istã esse numeratam, sed potius, vt dicam infra,
5 patet illam esse receptiuam † in qua cum nõ detur vacatio neque etiam potuit fieri resignatio *Gonzal. ad regnl. 8. glos. 9. §. 3. nu. 10. & 19. Mantic. decis. 229. num. 1.*

Non obstat quod possit dari casus quod re-
6 signationes in Ecclesijs receptitijs † factæ in manibus Papæ sustineantur. Quia hoc est verum, sed procedit quando Papæ fuit narratũ quod Ecclesia erat receptitia. Quia tũc ex voluntate Papę dum sciuit statum, & qualitatem Ecclesiæ, & ea non obstante voluit admittere resignationem dicitur remouere
7 obstaculum † non vacationis, & prouidere perinde ac si re vera beneficium vacasset, vt per *Gonzal. vbi supra num. 23.* Et ita cum Papa ignorauerit supradictam qualitatem in hac Ecclesia impedientem vacationem sequitur quod resignatio sit nulla, & cum nullitas sit
8 in † continenti probata est apta impedire dpetitam immissionem *Card. Canal. decis. 42. n. 2.* & fuit in simili dictum in *Romana hæreditatis de Agazzarys 11. Aprilis 1622. coram bon. memor. Remboldo.*

Quod verò huiusmodi nullitas in continenti sit probata patet tam ex narratiua litterarum, in qua dicta qualitas non legitur quã ex reductione facta per ordinarii ad certum numerum Canonicorum, & per Papam cõfirmata, quæ reductio cum fuerit confirmata à Papa de anno 1626. & resignatio sequuta fuerit de anno 1623. sequitur quod de tẽpore resignationis factæ Simoni Ecclesia erat adhuc receptitia, vbi autem actus per se
9 non † valet absque confirmatione, si sequatur confirmatio attenditur tempus confirmationis, & non ipsius actus, *Parif. consil. 19. num. 5. lib. 1. Verall. decis. 311. par. 2.*

Non obstat quod vsque de anno 1620. reductio fuerit facta ab Ordinario, quia illa ante confirmationem Apostolicam nihil ope-
10 rabatur † cum Ordinarius non possit ex se immutare præcedentem statum Ecclesiæ *Rot. decis. 161. num. 4. p. 1. recent.*

Præterea gratia non iustificatur in illa parte in qua fuit narratum quod Franciscus resignans nullos Sacros Ordines haberet, quæ qualitas ita narrata, etiam, quod consistat in
11 negatiua regulariter venit probanda, maximè quando prout hic est fundamentum gratiæ *Gabr. de probat. conclus. 6. in princ. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 13. num. 8. & ibi Addentum. 12.*

Non obstat, quod Simon habeat præsumptionem Iuris pro se secundum quam, quis
12 non † præsumitur in sacris constitutus nisi probetur, cum sit quid facti, *Rota decis. 756. num. 4. par. 2. recent.* maximè concurrente prouisione executoris, qui cum fuerit Ordina-
13 rius † bene præsumitur informatus de qualitate Francisci resignantis, *Felin. in cap. ad aures num. 15. vers. quæ ratio non cadit de rescript. Seraph. decis. 1026. num. 3.*

Quia secundum opinionem, quam sequat
14 Rota, † quilibet tenetur probare intentionem suam non per præsumptiones, sed plenè, & concludenter *Archid. decis. 1. de probat. Seraph. decis. 1171. num. 1. & 2.* Quod tanto magis procedit in præsenti casu, in quo Papa post narratiuam Partis fecit gratiam conditionalem, ibi mandamus, vt si dictus Franciscus in nullo ex sacris ordinibus constitutus existat.

Non obstat, quod Capitulum non sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem, quia hoc non procedit, quando alle-
15 gat exceptionem † sibi competentem vigore indulti Apostolici fuit dictum in *Hispalen. Canonicatus 27. Iuny 1605. coram san. mem. Greg. XV. & in Leodien. Abbatiæ 25. May 1622. coram bon. mem. Vbaldo.* Et sic ista conclusio non applicatur hic, ex quo Capitulum ex gratia Apostolica habet mutationem Status Ecclesiæ de receptitia ad numeratam nam adhoc vt Capitulum dicatur legitimus contradi-
16 ctor † sufficit, quod allegat impedimentum respiciens solum obseruantiam Statutorum Ecclesiæ, *Argel. de legitim. contradictor. quæst. 14. num. 47. & 48.* multo magis sufficere debet quando prout hic agit pro conseruatione Status Ecclesiæ suæ.

Et ita vtraque &c.

LEGIONEN. CANONICATVS.

Lunæ 24. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Resignatio sub conditione seu fauore certæ personæ non transfert aliquod ius in resignatarium nisi purificata conditione, seu acquisitione ipsi resignatario: Quando resignatio expedita dicatur potius vigore secundi, quam primi mandati.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Per resignationem sub conditione non abdicatur ius à resignante conditione non purificata.*

2 *Beneficium si non acquiratur resignatario non abdicatur ius à resignante nec intrat vacatio.*

3 *Procurator ad resignandum si habeat notitiam secundi mandati non potest se restringere ad contenta in primo mandato.*

4 *Testis vnicus iunctis præsumptionibus, & coniecturis probat.*

5 *Procurator non potest dici habere scientiam vnius Capituli mandati, quin etiam habuerit totius scripturæ.*

DECISIO CCIII.

DE Canonicatu de quo agitur fuerunt factæ duæ resignationes prima à Ioanne Marotto ad fauorem Gregorij, altera ab ipso Gregorio ad fauorem Ambrosij, per cuius obicetum, cum Adrianus obtinuisset de eo prouideri, & eius prouisionis vigore peteret immitti in possessionem sub diebus 10. Decembris 1627. & 9. Iunij 1628. fuit resolutum, ei non esse concedendam, ex quo tam prima resignatio, quam secunda fuerunt nulliter factæ ex rationibus latè deductis in decisionibus, & sic stante nullitate dd. resignationum beneficium non censebatur vacare, nec Ius abdicatum à Ioanne primo resignante, hodie verò cum dictus Adrianus de alio Canonicatu fuerit prouisus cessit omnia Iura sibi competentia super isto Canonicatu in manibus Papæ ad fauorem Francisci Vaccæ quare proposito à me dubio An dicto Vaccæ sit concedēda immissio, itaut sit recedendum à dd. Decisionibus iam emanatis ad fauorem Marotti DD. illam denegarunt, & sic remanserunt in decisis, quia adhuc bene subsistere visa fuerūt fundamenta dd. Decisionum exclusiua iuris Adriani cedentis.

Bene enim subsistit primum non vacationis Canonicatus, tùm quia resignatio facta à Ioanne ad fauorem Gregorij non habuit effectum, nec sustinetur tanquam facta vigore mandati anni 1617. in quo aderant nonnullæ conditiones, quæ non fuerant adimpletæ, &
1 propterea † ius non fuit abdicatum à Ioanne resignante *Rot. decis. 542. nu. 5. par. 2. rec. cum alys relatis in dicta decisione sub die* 10. *Decembris* tùm etiam propter concordiam postea secutam inter d. Ioannem, & Gregorium, & à Nuntio Hyspaniarum confirmatam per quam Gregorius renunciauit liti, & iuribus sibi competentibus super dicto Canonicatu illaque retrocessit Ioanni, vnde bene intrat conclusio firmata per *Rotam decis. 155. num. 6. par. 4. diuers. & decis. 111. num. 3. par. 2. recent. relat. in 1. decis. in*
2 *causa facta*, quod † vbi beneficium resignatum non acquiritur resignatario non abdicatur ius à resignante, nec intrat vacatio *Rot. d. decis. 111 par. 2. recent.*

Non obstant ea quæ deducuntur ad probādum dictam resignationem fuisse factam vigore primi mandati de anno 1617. in quo nō adsunt huiusmodi conditiones, quia vt dice-
3 batur in dd. decisionibus cum † procurator in Curia habuerit notitiam istius mandati secūdi non potuit se restringere solùm ad contenta in primo mandato *Card. in Clement. vnica n. 2 & 32. de renunciat. cum alys in decisionibus allegatis* quæ scientia secundi mandati in dicto procuratore satis probatur ex depositione Canonici
4 Culmesij qui fuit mediator, qui † licet sit vnicus tamen ex quo cum illius dicto concurrūt coniecturæ, & præsumptiones ex circumstantijs facti concludenter probat *Io. And. in cap. fin. col. 1. ad fin. de success. ab intest. Cesar. de Grass. decis. 3. num. 6. de Probat. Farinac. de Testib. qu. 63. num. 35. Mant. decis. 325. num. 4. Greg. XV. dec. 247. num. 6. & fuit dictum in Interamnen. Pecuniaria* 12 *Iunij* 1606. *coram R. P. D. meo Decano* vltra dictū siquidem d. Canonici concurrit quod in reseruatione pensionis fit mentio de scutis 475. soluendis antiquis pensionarijs, vnde fit quod
5 d. Procurator † non potuit habere scientiam vnius Capituli dicti mandati, quin etiam habuerit totius scripturæ *l. non est ferendum ff. de transact.*

Non obstat, quod dictus Procurator potuerit habere scientiam aliunde, quàm ex dicto mandato, quia hoc DD. non visum fuit verisimile propter mentionem, vt supra factam, & attestationem dicti Canonici mediatoris.

Non obstat, quod hæc mentio non sit in resignatione, sed in reseruatione pensionis, quoniam nihil refert an in vna, vel in alia scriptura, hoc fuerit insertum, & sat est quod procurator habuerit d. scientiam licet enim diuersus sit actus, est tamen gestus eadem die, & ab eadem persona, vt quotidie practicatur in Dataria.

Minùs obstat, quod diuersimode fuerit in reseruatione facta mentio de dd. scutis 475. & aliter quam fuerit expressum in dicto mandato, quoniam sat est, quod in substantia concordet Dataria enim habet certas formulas, vt honestati consulatur circa huiusmodi reseruationes, & conuentiones in solutione pensionum apponendas.

Et propterea stante, quod huiusmodi reseruatio Io: Marotti non habuerit effectum, nec ab eo fuerit ius abdicatum, & sic non intret vacatio benè sequitur, quod Gregorius, & alij ab eo ius successiuè pretendentes nullum Ius in hoc Canonicatu habere possunt, & merito venit deneganda immissio Francisco Vaccæ, verum quia etiam pro illius parte dicebatur omnibus conditionibus insertis in dicto secundo mandato fuisse satisfactum, & quod ipse Io: Marottus acceptauerat istas pensiones nec non pulsauerat Adrianum pro illarum solutione DD. steterunt in decisis, nisi obstet vsus dictæ gratiæ, & implementum de quibus mandarunt particulariter videri.

Et ità vtraque &c.

RO-

ROMANA TAXATIONIS DOTIS.

Veneris 28. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

In Dote illegitimæ assignanda, & taxanda quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Dos danda filiæ illegitimæ debet esse minor, quàm danda legitimæ.*

2 *In Dote constituenda filiæ illegitimæ debet haberi ratio facultatum, dignitatis parentum, conditionis mulieris numeri liberorum, & personæ mariti sicuti habetur in dote constituenda filiæ legitimæ.*

3 *Dos debet esse talis vt sufficiat pro alimentis mulieris, & filiorum num. 4.*

DECISIO CCIV.

PROPOSITO à me dubio mihi facto ab Eminentiss. Card. Gymnasio Iudice in hac Causa à Sanctissimo D.N. deputato, ad quam summam sit taxanda dos D. Orinthiæ de Maximis DD. responderunt illam esse taxandam ad scuta quatuor millia monetæ.

1 Licèt enim filiæ illegitimæ † minor dos sit
danda, quàm legitimæ *Abb. cons. 115. n. 2. par. 2*
cum alijs relat. per Surd. de Alim. tit. 1. quæst. 10. sub
num. 15. circa finem; attamen tàm in dote con-
2 stituenda filiæ † illegitimæ, quàm legitimæ
solet haberi ratio facultatum, dignitatis pa-
rentum, conditionis mulieris, quæ matrimo-
nio collocatur, numeri liberorum & personæ
mariti *Dec. cons. 611. sub num. 8. Gabr. Paleot. de*
Nat. & spur. cap. 50. num. 1. Surd. loco suprà citat.
num. 19. & in hoc exuberat arbitrium Iudicis
Mandell. cons. 768. num. 2. vers. & Iudicis arbitrio
Rol. de Lucr. dot. quæst. 94. num. 4.

In præsenti autem casu cum D. Orinthia sit
nobilis, & nobilibus orta parentibus, & bo-
na primogenituræ q. Lucæ Senioris de Maxi-
mis, ex quibus debet dotari, ascendant ad ma-
gnum valorem, illorumque redditus fuerit
firmatus coram bo: me: Pænia in annua sum-
ma sc. 2600. absque redditu, & valore Castro-
rum Pistertij, & Prossei DD. censuerunt di-
ctam dotem esse taxandam ad dictam summã
scutorum 4000. in qua summa videtur con-
grua dicta dos, tùm quia alteri filiæ legitimæ
fuit assignata dos in scutis 13000. & sic dicta
dos D. Orinthiæ erit in longe minori quanti-
tate, tùm etiam quia cum debeat esse talis, vt
3 sit sufficiens † pro alimentis mulieris, & filio-
rum *Vincent. de Franch. decis. 283. num. 14. par. 2.*
Rolan. dicto cons. 94. nu. 4. Couar. in cap. 8. de Spon-
sal. par. 2. §. 6. nu. 11. vers. sed procedit iuxtà quan-
titatem pro alimentis debitam *Abb. cons. 50. n. 3*
uol. 2. visum fuit Dominis non posse in mino-
ri summa sc. 4000. monetæ assignari, cum ex
illa in bonis stabilibus redacta non percipi
possint amplius quam 180. scuta annua, quæ
vix sufficiunt pro alimentanda ipsa matre, &
4 non filiis, † qui pariter debent alimentari *Pa-*
leot. de Noth. & spur. cap. 47. num. 6.

Et ità altera tantùm &c.

ROMANA, seù AQVILANA NVLLITATIS DONATIONIS.

Lunæ 31. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Pactum de hæreditate viuentis, quando subsistat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de hæreditate viuentis non valet, nisi viuens consentiat, & in eodem consensu vsque ad obitum perseueret.*

2 *Et ex tali consensu nullum ius parti acquiritur; & quando censeatur reuocatus num. 3. & an sufficiat tacita reuocatio num. 4. & vtrum ista procedant, stante iuramento num. 5.*

6 *Pacta de hæreditate viuentis sunt inualida etiam inter filios, & quoad filios quamuis sint iuramento firmata.*

7 *Pactum de hæreditate viuentis est omni iure improbatum ideo iuramento validari non potest.*

8 *Iuramentum non potest esse vinculum malitiæ, & iniquitatis.*

9 *Pactum affirmatiuum ad differentiam renunciationis super hæreditate viuentis non validatur iuramento*

10 *Delicta non præsumuntur nisi probentur.*

DECISIO CCV.

DOMINI resoluerunt donationem, seù
renunciationem factam per Alexandrũ
Bonannum ad fauorem fratrum non sustine-
ri, quia illa est facta de bonis sibi obuenturis
post mortem eius patris, & matris, & sic de
hæreditate viuentis; vndè benè intrat Con-
1 clusio, quod donatio, & pactum † de hære-
ditate viuentis non valeat, nisi ille viuens
consentiat, & in eodem consensu vsque ad
obitum perseuerauerit *l. fin. C. de pact. vbi Ca-*
stren. n. 8 vers. sed hic non obligatur Aret. n. 8. Corn. n. 4
in fin. Ias. nu. 12. vbi quod ex tali consensu nul-
2 lum Ius parti acquiritur *Dec. num. 6. Fulgos. n. 12*
in tertiò notabili Roman. nu. 5. vers. non obligare Do-
minum l. ex eo C. de Inutil. stipul. Bertran. cons. 197.
vol. 3. par. 1. & consensus censetur reuocatus,
3 quando † ille, qui consensit, fecit testamen-
tum, & hæredem instituit *Ancar. cons. 404. nu. 3*
Bertran. dicto cons. 197. vers. non perseuerauerit Go-
zadin. cons. 98. num. 3. vers. sed clarum Bero. cons. 3.
4 *num. 18. & 21. lib. 3.* sufficit enim † tacita reuo-
catio disponendo contra formam pacti etiam
inter viuos *Aquil. dicta l. fin. num. 8. Cagnol. nu. 38.*
5 & prædicta procedunt etiam in † donatione
facta mediante iuramento *Peregr. de fideic. art. 51*
sub num. 24. vers. hæc autem pacta, vbi quod hu-
iusmodi pacta sunt inualida inter filios, &
6 quoad filios, quamuis sint † iuramento firma-
ta ea ratione, quia censentur contra bonos
mores, vt de communi opinione post alios
testatur *Vin. opin. 578. num. 4. Thes. decis. 225. nu. 1.*
vbi conciliando opiniones dicit hoc procede-
re, quando sumus, prout in casu nostro, in
pacto super alterius hæreditate interposito *iux.*
text. in dicta l. fin. C. de pact. Tunc enim cum ta-
le

7 le † pactum sit omni iure improbatum, iura-
mento conualidari non potest, quia iuramen-
8 tum non debet esse † vinculum malitiæ, &
iniquitatis *cap. cum contingat de iur. iur.* & per
istas rationes, quod pactum affirmatiuum ad
9 differentiam renunciationis † super hæreditate
viuentis non validetur iuramento, tenent *DD.*
in l. pactum, quod dotale, & in dicta l. fin. vbi Bald.
num. 22. vers. nec iuramento Cagnol. num. 92. & 95.
C. de pact. Ancar. Imol. & Gemin. in cap. quamuis
pactum de pact. in 6. Alex. cons. 165. num. 10. lib. 7.
Surd. cons. 480. num. 21. & fuit dictum in Causa Ro-
mana de Marganis 17. Septembris 1584. & prima
Decembris anni sequentis coram Robusterio, & in
Asculana Bonorum 13. Iunij 1618. coram bo. mem.
Card. Sacrato.

Et cessare visa fuit omnis difficultas, ex quo
fratres Donatarij post mortem patris recesse-
runt à dicta donatione, eidemque Alexandro
donanti retrocesserunt, & licèt dicta retroces-
sio fuerit facta cum aliquibus pactis obseruã-
dis per Alexandrum; tamen cum pro parte dd.
fratrum non probetur inobseruantia dd. pa-
ctorum, & dicta pacta contineant delicta,
10 quæ † de iure non præsumuntur, nisi proben-
tur *l. cum pater §. rogo de leg. 2. Mandos. cons. 516.*
num. 2. satis tenet dicta retrodonatio, donec
probata fuerit dicta contrauentio in pactum
deducta.

Et ità &c.

PAMPILONEN. CANONICATVVM DE RONCISVAGLIEZ.

Veneris 24. Aprilis 1631.

ARGVMENTVM.

Ecclesia ex quibus deprehendatur receptitia, & ex quibus numerata.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum in Ecclesia receptitia, quando sunt redditus sufficientes potest deuenire ad electionem Canonicorum absque vitio attentatorum.*

2 *Canonici Regulares S. Augustini in Hyspania sunt veri regulares ex quo emittunt tria vota essentialia obedientiæ paupertatis, & castitatis.*

3 *Ecclesia regularis regulariter censeri debet receptitia.*

4 *Ecclesia, quod non sit numerata probatur ex obseruantia, quod scilicet modo fuerint plures modo pauciores.*

5 *Titulus personalis cùm persona extinguitur, & de nouo cum alia persona creatur.*

6 *Canonici regulares portiones sibi assignatas retinent quoad administrationem non quoad dominium, & quidquid acquirunt non ipsis, sed Ecclesia acquirunt.*

7 *Canonicorum numerus in Ecclesia regulari potest imminui in non recipiendo ob decrementum fructuum.*

8 *Ecclesiam esse numeratam non conuincit, quod prior & Canonici recipiant canonicos cùm etiam in Ecclesijs non numeratis talis receptio spectet ad Superiorem, & Monacos.*

9 *Electio facta à maiori parte Capituli sustinetur.*

10 *Electio tunc dicitur facta à maiore parte Capituli, quando concurrit maior pars congregatorum, qui conficiunt capitulum non autem maior pars respectu Ecclesiæ.*

DECISIO CCVI.

PRAETENDENTIBVS Didaco, & litis consort electionem factam in partibus à Priore, & Capitulo Sanctæ Mariæ de Roncisuaglies pendente lite in Rota inter ipsos ex vna, & Aquaretam, & litis consort: ex altera super eorum electione ad canonicatus, de quibus agitur esse attentatam sub die 17. Decembris 1629. proposui dubium an constaret de attentatis, quod fuit Didaco, & lit. consort. tantùm informantibus affirmatiuè resolutum. Verùm cum Capitulum, & Canonici obtinuissent sub die 29. Nouembris preteriti proponi causam super ijsdem DD. Animaduertentes dd. attentata esse turbida mandarunt vt videretur de bono Iure Capituli, de quo hodie DD. vnanimiter dixerunt constare.

Cuius dubij resolutio pendere videbatur ex
eo nempè An Ecclesiæ Beatæ Mariæ de
Roncesuaglies sit numerata, vel receptitia.
1 Quia si non est numerata, & † si redditus Ec-
clesiæ sufficiebant prout sufficere præsumitur
potuit deuenire ad dictam electionem absque
vitio attentatorum. *iux. tex. in cap. 1. de instit.*
Ostien. in cap. ex parte num. 7. de concess. Praben. Ol-
drad. cons. 97. num. 2.

Ex deductis igitur satis visum fuit probari
istam Ecclesiam non esse numeratam, sed re-
ceptitiam, nedum quia isti Canonici Sancti
Augustini in Hyspania verè sunt Regulares,
2 ex † quo emittunt tria vota essentialia, obe-
dientiæ, videlicet, paupertatis, & Castitatis.
Mirand. in Manual. Prælat. regul. quæst. 10. art. 20.
Rodriq. qq. Regul. tom. 1. quæst. 1. art. 3. & quæst. art. 1.
Io. Hieronymus Cenedo Probeza Religiosa dub. 49.
num. 1. & propterea regulariter loquendo di-
3 cta Ecclesia † regularis censeri debet receptitia
vt colligitur ex *Sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de*
regul. & ex d. c. 1. de Instit. Quibus in locis præ-
cipitur, vt monasterijs, tam virorum quam
mulierum bona immobilia possidentibus is
tantum numerus constituatur, qui ex reddi-
tibus proprij monasterij, vel ex consuetis ele-
mosinis commodè possit sustineri.

Sed etiam, ex quo in dicta Ecclesia Cano-
nici non fuerunt semper in eodem numero,
sed modo fuerunt plures, modo pauciores,
4 ex † qua quidem obseruantia benè remanet
firmatus status Ecclesiæ, quod non sit nume-
rata *iux. notat. in cap. cum de beneficio de preb. in 6.*
Rebuff. in prax. tit. quotupl. sit benef. num. 5. Quibus
accedit quod nunquã fuerunt factę electiones
ad Canonicatus tanquam vacantes per cessum
vel decessum Canonici prædecessoris. Vndè
non potest considerari aliquis titulus perpe-
5 tuus, sed solum personalis, † qui cum perso-
na extinguitur, & de nouo cum alia persona
creatur *Abb. in cap. ex parte num. 1. & ibi Ostien.*
num. 1. Imol. num. 2. de concess. preben.

Non

Non obstant, ea quæ deducuntur ad probandum contrarium nempè, quod Ecclesia sit numerata, & in primis non obstat, quod alias fuerit facta diuisio inter Priorem, & Conuentum, in qua fuit dictum, vt vna pars cederet fabricæ, & Hospitali, altera Priori, & eius mensæ. Tertia Conuentui, & eius mensæ, & vlterius vnusquisque ex Canonicis haberet portionem suam, vt refert *Nauarr. de regul. comment. 3. num. 7. par. 4. quæst. vers. anno 1531.* Quia fuit responsum, quod isti Canonici Regulares habent Ius administrandi, ea quæ victui suo sunt destinata, & portiones eis assignatas habent solum quoad administrationē,
6 non quoad Dominium, & † quicquid acquirunt non sibi, aut suis hæredibus, sed Ecclesiæ, & Monasterio acquirunt *Pet. Cenedus, qui fuit Canonicus Ecclesiæ del Pilar. Cesaraugustan. qu. Canonicarum quæst. 20. num. 15. 25. & 28. post. Nauar. huius Ecclesiæ Canonicum, & alios quos allegat,* & latissimè etiam dictus Io: Hieronymus *Cened. loco allegat.* ex quibus benè infertur, quod dicta Ecclesia non sit numerata, sed receptitia.

Non obstat concordia inita de anno 1554. inter Conuentum, & Priorem in qua enunciatur, quod ob defectum Commendarum in Anglia, & alibi numerus Canonicorum fuerit redactus ad quatuordecim, quia ex hoc non infertur, vt numerus Canonicorum sit certus, sed solum refertur numerus Canoni-
7 corum qui erat de eo tempore & † cum decreuerint fructus, & introitus Ecclesiæ numerus Canonicorum in non recipiendo potuit imminui, ex quo Ecclesia erat Regularis *dicto cap. 1. de instit. Conc. Trid. d. sess. 25. cap. 3. de regul. Host. in cap. ex parte nu. 6. de concess. præben.*

Non obstat quod Prior, & Canonici, recipiant Canonicos, quia ex hoc non potest dici
8 Ecclesiam esse numeratam, cum † etiam in Ecclesijs non numeratis talis receptio spectet ad Superiorem, & Monacos *Oldrad. dicto consil. 97. num. 1. vers. sed contrarium Lap. allegat. 31. num. 1. & fuit firmatum in Causa Cesaraugustana Electionis 20. May 1628. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Posito igitur, quod Ecclesia ista non sit numerata, sed receptitia clarè sequitur constare de bono Iure Capituli electionemque ab eo
9 factam sustineri † cum fuerit facta à maiori parte, quod sufficit, vt electio dignitatis inferioris ab illo per cuius obitum viduatur Ecclesia sustineatur *Glos. in cap. sicut in verbo formam, & ibi DD. communiter de elect. in 6. Franc.*
10 *Marc. quæst. 922 num. 1.* Tunc † enim dicitur facta à maiore parte Capituli quando concurrit maior pars Congregatorum, qui conficiunt Capitulum non autem maior pars respectu Ecclesiæ *cap. Ecclesia vestra 48. de elect. vbi Abb. num. 4.* vbi dicit hunc tex. habere locum in quacumque electione facta à Capitulo, etiam quod non intret dispositio *d. cap. quia propter.*

Non obstat, quod electio prætendatur inualida propter pendentiam litis in Rota super quatuor Canonicatibus. Quia si Ecclesia ista tanquam regularis est receptitia prout illam esse, & non numeratā supra fuit ostensū, hoc quoad illā nihil facit, quia non cōstat electionem fuisse factam in locum illorum Canonicatuum, super quibus dicta lis pendebat. Cū enim Ecclesia sit receptitia potuerunt Canonici non obstante dicta lite alios Canonicos recipere cum non detur sobrogatio in certo loco ex supra allegatis.

Et ita decis. vna tantum &c.

CAMERINEN. DONATIONIS DE CALCALARIS.

Luna 7. Aprilis 1631.

ARGVMENTVM.

Mandatum de associando licet regulariter detur vigore clausulæ constituti tamen quando hoc non procedat. Agens ad donationem vt obtineat quid probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando regulariter conceditur vigore clausulæ, constituti.*
2 *Mandatum de associando ex clausula constituti denegatur quando constitutarius post mortem constituentis est negligens in apprehendendo possessionem naturaliter & patitur per alium occupari.*
3 *Ex negligentia censetur amissa possessio quæ in solo animo contrahentium suam habet essentiam.*
4 *Ad donationis executionem non sufficit vt quis agat nisi probet illam esse validam.*
5 *Donatio ex defectu insinuationis est nulla.*
6 *Donatio quando est impropria non eget insinuatione.*
7 *Donatio quando est facta ex mera, pura, & gratuita voluntate & quia sic voluit donans, non potest referri ad actum correspectiuitatis & sic non potest dici ob causam.*

DECISIO CCVII.

CVM D. Andreas Calcalarius vigore cessionis sibi factę ab Ersilia vna ex Sororib. de Calcalarijs de bonis eisdem mulieribus donatis à quondā Io. Baptista Calcalario prætenderet mandatum de associando, vel de immittendo in possessionem bonorum vt supra donatorum proposui dubium an eidem Andreę esset dandum alterum ex dd. mandatis & DD. resoluerunt mandatū de associando ei non esse dandum, ea moti ratione.

Quia licet d. Andreas ad illud obtinendum nitatur clausula constituti apposita in prædi-
1 cto instrumento donationis, † cuius vigore regulariter conceditur mandatū de associando ad trad. per *Bart. in l. 3. in 4. quæst. 1. C. de pignor. Alex. consil. 131. sub. numer. 4. lib. 4. Afflict. decis. 326.* Attamen conclusio non procedit quādo con-
2 stitutarius post mortem † est negligens in apprehendendo possessionem naturalem, & patitur illam per alium occupari vt in præsenti casu cum prædictæ mulieres Donatariæ, & constitutariæ post mortem Io. Baptistæ donatoris, & constituentis neglexerint apprehendere

dere possessionem illamque passæ fuerint per D. Venantium & alios eiusdem Io. Baptistæ filios apprehendi. Quia tunc ex huiusmodi ne-
3 gligentia censetur amissa possessio, quę in solo animo contrahentium suam habebat essentiã ad *tex. in l. si de eo §. 1. & ibi Bar. ff. de acq. poss. glos. cap. cum venisset in fine, & ibi DD. de restit. spoliat. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 21. n. 9. Rota decis. 694. n. 8. par. 1. recent.*

Præterea ex alio quoque capite dixerunt DD. Andream non posse iuuari d. clausula
4 constituti. Quia donatio † est nulla non enim sufficit quę agere ad executionem donationis nisi probet illam esse validam *Gratian. discept. forens. cap. 895. n. 9. & 10. Rota d. decis. 694. num. 9. in Perusina hereditatis* 10. *Decemb.* 1628. *coram Emin. D. meo Card. Virili.*

Nullitas enim d. donationis visa fuit clara
5 ex defectu † insinuationis, quæ omnino requirebatur, tam ex dispositione statuti Camerini, quã Cõstitutionis Marchię prout alias firmauit *Rota decis. 694. n. 9. part. 1. recen. & in Camerinen. transactionis corã S. mem. Greg. XV. decis. 260. num. 1. 2. & seq. & in Montis Alti donationis 18. Iunij 1618. coram b. m. Card. Sacrato.*

Non obstat, quod donatio fuerit ob causam transactionis, propterea tanquam inpropria
6 donatio † non indigeret insinuatione *Roman. cons. 26. num. 2. Tiraq. in l. si vnq. in verbo donatione largitus num. 11. C. de reuoc. donatt. Seraph. decis. 416. num. 7. & decis. 1170. nu. 4.* fuit enim responsum quod cum d. donatio fuerit facta in capitulo
7 particulari, & ibi dicatur facta ex mera, pura, & gratuita voluntate, & quia sic voluit &c. non potest referri ad actum correspectiuitatis, & sic non potest dici ob causam *Surd. cons. 361. sub. n. 14. Seraph. decis. 181. n. 8.*

Et ità vtraque &c.

REGIEN. PENSIONIS.

Lunæ 5. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Papa si concedat facultatem alicui, vt possit transferre pensiones quas habet, in vnam, vel plures personas Ecclesiasticas per ipsum nominandas, si transferat eas in personas incertas ex certis nominandas arbitrio alicuius, an valeat translatio, & alia circa materiam subdelegationis.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis translatio non tenet quãdo pensio per mortem habentis pensionem extinguitur.*
2 *Nominatio quando est facienda in materia indifferente, debet specificè fieri.*
3 *Eligere est vnum, vel plures voluntariè capere.*
4 *Incertum, & nullum æquiparantur.*
5 *Antecedente destructo corruit etiam illud quod venit in consequentiam.*
6 *In familiam aliquid transferens censetur in omnes de familia transtulisse.*
7 *Cognationi si aliquid relictum sit, idem est ac si cognatis relictum sit.*
8 *Cognatio non est vniuersitas, quæ vnam personam repræsentat, ideo si aliquid ei relictum sit censetur vti eis particularibus relictum.*
9 *Text. in l. cognatis ff. de reb. dub. quando procedat.*
10 *Pensionis non omnes sunt capaces.*
11 *Pensionis capacitas non deducitur ex solo clericatu, sed etiam ex causa pia, & rationabili, num. 50. Vel propter paupertatem benemerita, aut vtilitatem quam Ecclesia sperat à pensionario.*
12 *Copula, &, quando est posita inter genus, & speciem, seu causam, & causatum exponitur pro, idest.*
13 *Copula, &, posita inter illas duas dictiones,* maior, & sanior pars, *exponitur pro, idest.*
14 *Copula, &, posita inter verba, lis, quæstio, & differentia stat declaratiuè.*
15 *Confessio qualificata non potest sine qualitate acceptari, quando præambula confessio fuit ratio qualitatis, & n. 16.*
17 *Ad contractum specificandum, quando quid exprimitur, illud attenditur etiam quod illa specificatio esset in causa, quod contractus non valeret.*
18 *Arbitrium intelligitur de arbitrio boni viri.*
19 *Electio personæ incertæ de certis potest committi, & sustinetur, & n. 20. distinguis.*
21 *Factum nudum solum potest delegari.*
22 *Pensionis translatio est transportatio de persona ad personam.*
23 *Pensionem translatarius non consequitur à transferente, sed immediatè à Papa, qui ius antiquæ pensionis extinguit.*
24 *Industria personæ, quando est electa, tunc illud ministerium non potest alteri committi.*
25 *Text. in cap. fin. §. vlt. ff. de offic. delegat. quando habeat locum.*
26 *Potestas subdelegandi pendet à iurisdictione.*
27 *Ministerium nudum habens non potest subdelegare, num. 56.*
28 *Executor datus à Papa, vt prouideat certæ personæ potest subdelegare, secus si sis datus, vt prouideat Ecclesiæ non expressa persona.*
29 *Arbitrium vel nudum factum à se prius declaratum quando dicatur alicui commissum remissiuè.*
30 *Executor debet exequi per se, & non potest circa illud facere subexecutorem.*
31 *Arbitrium non potest alteri committi, sed bene aliquid certum à se prius declaratum.*
32 *Minister nudus indistinctè non potest subdelegare potestatem sibi competentem.*
33 *Commissarius potest eligere incertum de certis, quod tamen procedit in dispositione hominis non autem legis.*
34 *Hæres licet sit certus, tamen si testator eum non nominet, & talis nominatio requiratur pro forma, non sufficit talis certitudo nisi expressè sit nominatus.*
35 *Testator si nominet certam personam ad faciendam certam eleemosynam pauperibus censetur elexisse industriam personæ, & n. 64.*
36 *Industria personæ censetur electa quando agitur de eligenda persona incerta.*
37 *Facultas data ab homine ad eligendum incertum de certis tenet, quia in vltimis voluntatibus causa efficiens est solus testator.*
38 *Testatoris dispositio vt eligatur incertus de certis, quare sustineatur.*

39 *Subdelegandi potestas, quando prætenditur à lege non intrat, quando ab homine requirit industriam.*
40 *Bald. in cap. ex litteris de offic. deleg. declaratur.*
41 *Papa si committat alicui vt conferat beneficium Titio, iste poterit subdelegare cum persona sit certa, & num. 42.*
43 *Persona quando est electa ad prouidendum aliquem de certo beneficio, tunc solum agitur de executione circa factum.*
44 *Industria personæ ad hoc, vt dicatur electa requiritur, quod negotium sit magnum non paruum, & num. 46.*
45 *Subdelegare quis potest negotium sibi commissum si partes consentiant.*
47 *Negotium an sit magnum, vel paruum relinquitur arbitrio Iudicis.*
48 *Industria personæ, vt ex commissione nudi ministerij censeatur electa requiritur, quod ministerium sit industriale, & n. 49.*
51 *Transferendi facultatem quis habens etiam, quod dicatur per se potest transferre per procuratorem.*
52 *Per procuratorem quis potest facere quod potest per seipsum, & num. 53.*
54 *Industria personæ, quando est electa tunc non intrat regula, quod possum per me ipsum &c.*
55 *Auctoritate propria quando quis potest aliquid facere tunc non interest siue per se, siue per alium faciat.*
57 *Text. in cap. qui potest, & in cap. qui facit de reg. iur. in 6. declaratur.*
58 *Facere aliquid per alium per seipsum facere videtur.*
59 *Concessum ex perpetuo priuilegio competit ex officio non ex ministerio.*
60 *Priuilegium quando est transitorium ad successorem dignitatis non videtur electa industria personæ.*
61 *Industria personæ non censetur electa quoties fit mentio hæredis, Priuilegium, quando est merè personale tunc eius occasione expedienda non possunt alteri committi.*
62 *Nominandi facultas per se cõpetens ex gratia Principis non potest per alium explicari cum sit personalis.*
63 *Executor constitutus ad nominandos aliquos de familia, si illos non declarat, omnes de familia veniunt.*
65 *Paris. cons. 38. num. 3. vol. 2. declaratur.*
66 *Mandatum de re quæ non est transitoria ad hæredes per mortem mandantis etiam re non integra expirat.*
67 *Administrator Curator, vel Tutor, aut Coadiutor si constituant Procuratorem, finita eorum administratione per mortem, aut lapsum temporis expirat mandatum etiam re non integra.*
68 *Auctoritas accessorij non debet esse maior, quam illa principalis.*
69 *Beneficiati mandatum expirat per illius mortem etiã re non integra.*
70 *Mandatum ad eligendum personam incertam de certis expirat morte mandantis.*
71 *Iudicis delegati iurisdictio non expirat mortuo mandante re non integra.*
72 *Decis. Caualer. 374. declaratur.*
73 *Res non sustinetur quando venit ad casum à quo incipere non potest.*
74 *Pensionis translatio facta cum clausula si, & post quam clericali charactere fuerit insignitus non expirat morte transferentis, & quando hoc procedat, num. 75.*
76 *Papa in beneficialibus habet omnimodam potestatem.*
77 *Consensus in translatione pensionis potest præstari per Procuratorem etiam post obitum transferentis, & quando procedat, n. 79.*
78 *Mohed. decis. 18. num. 31. de renunc. declaratur, & num. 92.*
80 *Gratia Papæ per solam Signaturam perficitur, & litteræ requiruntur tantum ad probationem gratiæ.*
85 *Pensionis translatio si non sit perfecta non potest post mortem transferentis perfici.*
83 *Consensus præsumitur durare.*

DECISIO CCVIII.

CLAR. mem. Princeps Perettus vigore facultatum sibi à fœl. rec. Sixto Quinto concessarum transferendi nonnullas pensiones, quas super diuersis beneficijs obtinebat inter alias transtulit vnam ducatorum mille auri de Camera, quam habebat super fructibus Abbatiarum Sanctæ Mariæ de Maiola, & Sanctissimæ Trinitatis Regieñ in fauorem eius familiæ, & personarum eius familiæ nominandarum ab Illustrissimis DD. Benino, & Abbate Peretto, & arbitrio ipsorum diuidendam, & distribuendam. Verum cum Eminentissimus Cardinalis Ludouisius harum Abbatiarum Titularis prætendat huiusmodi translationem fuisse inualidam obtinueritque causam mihi committi, proposui dubium, An d. translatio esset valida, itaut hodie esset locus nominationi, & distributioni d. pensionis inter familiares Principis, quo proposito DD. censuerunt non constare de
1 valida † translatione, & sic pensionem fuisse per obitum Principis extinctã ad *text. in l. qui plures ff. de vsuf. leg Alex. cons. 232. n. 3. & 4. lib. 6. Bald. in l. vendentis col. penult. num. 3. quæro, C. de contrah. empt. Fabian. de empt. & vend. q. 3. in princ. num. 19.*

Inualiditas enim d. translationis satis videbatur probari, ex quo Princeps transtulit in familiam, cum tamen facultas illius contineret, quod posset transferre in vnam, seu plures personas Ecclesiasticas per ipsum nominandas, & propterea in hac materia differenri
2 tenebatur † specificare personas in quas transferebat ad effectum, vt nominatio facta diceretur, nec non exprimere quantitatem pensionis, quam in singulos de familia transferebat, *Abb. super rub. de Postul. Prælat. num. 2. vers. vnde electio, Hostien. in summ. de elect. circa princ. glos. in cap. vnic. in vers. vera de postul. prælat. in 6. Bais. de elect. cap. 1. p. par. num. 2.*

3 Eligere namque † est vnum, vel plures voluntariè capere, *Bais. vbi supra cap. 6. par. 1. n. 2.* incertitudo enim resultans ex præfata nominatione familiæ causat nullitatem, cum in-
4 certum, † & nullum æquiparentur, *l. duo sunt Titij, ff. de test. tut. Aym. cons. 231. num. 3. vol. 2.* & hinc corollariè sequitur, quod cum translatio

facta

facta à Principe nulla ſit, & inualida poteſtas
quoque præfatis DD. Benino, & Abbati ab
eo conceſſa nominandi perſonas,& diuidendi
diſtribuendique penſionem corruat antece-
3 dente enim deſtructo, † ſcilicet translatione,
corruit etiam illud quod venit in conſequen-
tiam, *l.1. §. huius rei, ff. de off.eius l. ſed & hæres
§. prætor. ff.de procur.l.quod per manus ff. de iur.Co-
dicill.*& benè in ſimilibus terminis *Aym.d.conſ.
231. num.2.* & magis ad propoſitum *Bald. in l.
nulli num.4.C.de Epiſc.& Cleric.Felin.in §.fin.§.is
autem num.5.verſ. item executor de offic.deleg.Bntr.
ibidem in §.vlt. n.29. in fin.*

Nec d. incertitudo poteſt euitari, non qui
dem ratione perſonarũ ex eo, quod Princeps
6 tranſtulit † in familiam, & ſic tranſtuliſſe cen-
ſeatur in omnes de familia, *iux. tex. in l. ſi co-
gnatis 20. in fin. verſ. ſi quis cognationi leget. ff. de
reb. dub.* vbi dicitur ſi quis cognationi leget,
7 idem eſt, ac ſi cognatis † legaſſet, & dicit *ibid.
Bart.num.1.in fin.* quod cum cognatio non ſit
vniuerſitas, quæ vnam perſonam repræſentet
ideo non poteſt intelligi eis, vt vniuerſis reli-
8 ctum,† ſed eis,vt particularibus,*eod. loc.n.23.ad
med.& num.5.& ſeqq.Caſtren.ibid.§. ſi quis cogna-
tioni num.1.& ſeqq.& conſ.385.num.1. lib.1.* nam
huic fundamento dupliciter fuit reſpon-
ſum.

9 Primo, quod *tex. in d.l. ſi cognatis*, procedit
in materia indifferenti hoc eſt,quando omnes
ſunt capaces, & in caſu noſtro, vt dictum fuit
agitur de materia differenti,ſcilicet de penſio-
10 ne, † cuius non omnes ſunt capaces, & capa-
citas non deducitur ex ſolo Clericatu,ſed etiã
ex cauſa pia, & rationabili,hoc eſt vel propter
11 paupertatem, vel propter benemerita, † aut
ex vtilitate, quam ſperat Eccleſia à penſiona-
rio, prout præclarè reſpondet *Cordub.lib.1. qu.
Theolog.quæſt.21.col.3. pun.2.verſ. quoad ſecundum
punctum, Victoria relect.11.de Simoni. nu.30. Felin.
in cap. ad audientiam, il 2. num.2.& ſeq. de reſcrip.
& eſt de mente Oldrad. Soti, & aliorum, quos alle-
gat Cordub. loco citato*. Et propterea cum iſta
omnia ſint perpendenda incertitudo perſo-
narum non poteſt euitari.

Secundo pro reſponſione conſiderata fue-
runt verba translationis,quæ ſunt (tranſtulit,
& transfert in fauorem familiæ, & perſonarũ
eiuſdem familiæ nominandarum à DD. Be-
nino, & Abbate &c.) ex quibus clarè appa-
ret, quod Princeps non fuit contentus verbis
illis (in fauorem familiæ) ſed addidit (& per-
ſonarum nominandarum &c.) quæ copula,
12 &, † in hoc caſu exponitur pro, ideſt, cum
ſit poſita inter genus, & ſpeciem, & cauſam,
& cauſatum, *gloſ. in prag.Sanct.tit.de pacif.poſſeſ.
poſt princ.in verſ. & fol. mihi 569. Cened. ſing. 50.
num.6.Innoc.in cap. quia propter num.6. in verſ. &
13 de elect.*vbi copula,&, † poſita inter illas duas
dictiones (maior, & ſenior pars) exponitur
pro ideſt, ſequitur *Alex.conſ.192.numer.5. lib.6.
Rot.deciſ.327.n.3. par.2.diuerſ.* vbi dicitur,quod
14 copula, &, † poſita inter verba, lis quæſtio,
& differentia ſtat declaratiuè, vt verbum, *lis*,
intelligatur de contentione extraiudiciali,
prout importat verbum differentia.

Ex quibus ſequitur quod cum verba (&
perſonarum nominandarum)exponant verbũ
familiæ nominatio perſonarum ſit incerta
cum ſpectet ad DD. Beninum, & Abbatem,
nec translatio ad fauorem familiæ poſſit diui-
di à dd. perſonis nominandis cum nominatio
familiæ fuerit in ordine ad dd. perſonas no-
minandas per DD. Beninum, & Abbatem,
15 *Signorol. conſ.78. num.4.& ſeq.* vbi † confeſſio
qualificata non poteſt ſine qualitate acceptari
quando præambula confeſſio fuit ratio quali-
tatis, & ſi reſcinderetur qualitas perſonarum
nominandarum intraret alia diſpoſitio,quam
16 illa † facta à Principe, quod non licet, *Bald.
conſ.495.num.7.verſ. tertio caſu lib.1. Crot.in l.non
ſolum §. morte num.124. ff.de no. oper.nunc. Butrig.
in l. contra legem 29.num.2. & 3. ff.de leg.* quibus
17 locis, dicitur,quod quando quid exprimitur
ad ſpecificandum contractum illud debet at-
tendi, etiam, quod illa ſpecificatio eſſet in
cauſa quod contractus non valeret, quia quo
ad alia deficit conſenſus.

Nec enim euitari poteſt incertitudo quan-
titatis penſionis in ſingulos diſtribuendæ cum
diuiſio fuerit remiſſa arbitrio DD. Benini, &
18 Abbatis, quia etiam ſi arbitrium † intelliga-
tur de arbitrio boni viri, *Oldrad.conſ.254.in fin.
verſ. ad quæ omnia, Roman. conſ. 55. circa med.* &
ſecundum qualitatem perſonarum, *Menoch.
conſ.69.num.4. & 5.* negari tamen non poteſt
quin reſpectu Principis adeſſet incertitudo, &
quin hoc fuerit delegatum, quod non licuit
vt modo dicetur.

Non obſtat quod præfata procederent ſi
Princeps ſimpliciter commiſiſſet translatio-
nem prædictis DD.Benino,& Abbati ſed cum
tranſtulerit ipſe in familiam, & ſolum prædd.
commiſerit electionem perſonarum incerta-
rum de certis valuit huiuſmodi translatio ex
19 eo quod electio † perſonæ incertæ de certis
poteſt committi & ſuſtinetur *l.vnum ex familia
69.in princ.ff.de leg.2.l.vtrumque §.cum quidam ff.de
reb.dub l.fideicommiſſa §. ſic fideicommiſſum ff.de
leg.3.Couaru.qui alios cumulat.de teſtament.cap.13.
n.14.alias in cap.cum tibi Palat. Rub. ad l.31.Tauri
num.85.& ibi etiam Tellius Fernandes num.5.in fin.
& num.6.& in l.33.num.4. Velaſch.in d.l.31.nu.3.
Ant.Gomes numer.4.Caldaſ. de nomin.tt. Emphiteu.
quæſt.7. num.23.* Nauar.*conſ.14.num.3. de teſtam.in
nouis*.

Nam pro reſolutione huius obiecti DD.
20 viſum fuit eſſe diſtinguendũ quod † aut quis
habet poteſtatem deputandi alium ex ſe prout
habet teſtator,& de plano intrant prædicta,aut
non habet ex ſe, ipſo, ſed pretendit habere,
vel ex natura rei,vel a lege,qui eſt caſus noſter
& tunc ſi eſt electa induſtria perſonę iſto caſu
aut deputat alium concedendo illi arbitrium
& non poteſt, aut committit illi nudum factũ
& poteſt, vt bene *per Bal.in d.l.nulli licere num.4.
C.de Epiſc.&Cler.Barb.in cap.fin.§.vlt.de off.de leg.*
21 vbi quod ſolum † poteſt delegari nudum
factum, & ponit exemplum, vt eſt portare
ligna quia eſt factum aſininum, in quo nullũ
miniſterium ingenij, vel induſtriæ conſiderari
poteſt; & hanc diſtinctionem inter poteſtatẽ

subdelegandi, quam quis habet ab homine aut
prætendit à lege facit *Tellius Fernandes in d.l.31.*
num.4.& seqq.vbi allegat.Bal.loco citato, *& Cifu-*
entes ibidem n.5.Gomes.de Arias n.16.Ant Gomes.in
fin.Bertacch. in tract.de Episc.in 6.par.circa vlt. vol.
num.3.& 4.Rota decis.6.in fin.vers.quæ tamen intel-
liguntur de offic.delegat.in nouis, vbi distinguit,
quãdo aliquid competit iure proprio & quod
tunc intrat primum membrum distinctionis,
de quo supra aut iure alieno, & tunc intrat
secundum membrum de quo nunc dictum
est.

Quibus ita firmatis videndum est primo, an
præsenti casu fuerit electa industria personæ
principis. Quatenus sic, an fuerit commisũ
DD.Benino, & Abbati, arbitrium vel nudum
factum a se prius declaratum.

Et quantum attinet ad primũ cum trans-
22 latio † pensionis sit transportatio de persona
ad personam ad *tex.in l.vltima ff.de his quæ penæ,*
nomine, & faciunt notata per *Brissonium de verb.*
signif.in verbo translatio legati fol. mihi 33. & in
puncto dicit. *Paris de resignat. lib.6.tit.4.num.4.*
Mandos.de infirmis resignantibus q.11.n.3. Transla-
23 tarius non consequitur † pensionem a trans-
ferente, sed immediatè à Papa qui ius antiquæ
pensionis extinguit, & ad prædictum effectum
creat nudo ministerio transferentis, vt in
puncto *Gabr.cons.186.num.7.lib.1.Gig.de pension.*
q.79.num.2. & bene ad propositum *Abbas in c.1.*
in princ. de solut.Io.And.in cap.si tibi absenti num.2.
de præb. in 6. Sarnen.in regul.de triennal.q.11.n.14.
vers. Secundus casus Rota decis.13.vbi addentes n.2.
de procur.in nouis. Cũ igitur Summus Pontifex
commiserit nudum ministerium translationis
24 Principi, vtique † censebatur electa indu-
stria personæ, ita vt illud ministerium non
posset alteri committere *c.fin.§.vlt.de off.deleg.*
vbi dicitur (Nulli cui commissum fuerit præ-
dicare Crucem, excommunicare vel absoluere
aliquos dispensare cum irregularibus, vel in-
iungere pænitentias liceat hæc de cœtero alijs
demandare, hoc est, quando ista cõmittuntur
causa prius cognita ita vt remaneat sola exe-
cutio) & per *Butr. ibidem n.26.& ceteros DD.* &
subditur in textu (Quia non sibi iurisdictio,
sed certum ministerium potius cõmittitur in
hac parte) per quæ vltima verba dicit. *Abb.*
25 *ibidem nu.2.vers.sed.quero*, quod † text.iste habet
locum non solum in casibus expressis, sed in
omnibus casibus, in quibus cõmittitur nudũ
ministerium, non autem iurisdictio. Et ratio
est secundũ *Butr.ibidem num.20.* quia potestas †
26 subdelegandi pendet a iurisdictione *l.2. ff.de*
iuris omn.iud. Ergo habens nudum ministeriũ
27 non subdelegat ad idem est *tex.in c.15.cui 12.de*
*off.deleg.in 6.*vbi quod exequutor datus a Papa
vt prouideat certę personæ potest subdelegare,
28 † si verò datur, vt prouideat Ecclesiæ non ex-
pressa persona non potest, quia circa eligen-
dam personam cuius industria censetur electa,
vt vtrobique notant DD. & in terminis fa-
cultatis eligendi, *Tiraq.de Retract.lignag.§.26.*
gl.1.n.76.& 77.Molin.de primog. Hispan.lib.2.c.4.
num.62.

Quantũ attinet ad secundum an Principes
commiserit DD.Benino & Abbati Arbitrium
29 † vel nudum factum a se prius declaratum re-
currendum est ad ea, quæ notat *Bal.in d.l.nulli*
cap.4.C.de Episc.& Cleric.& Butr.in d.c.fin.§.vlt.
num.29.in fin.de offic.deleg. Inquit enim *Bal.* quod
30 † executor qui debet exequi per se non potest
circa illud facere subexecutorem, quia electa
est fides, & industria à testatore, & subdit, quod
alteri non possit committere arbitrium, sed
31 bene aliquid † certum à se prius declaratum,
quia non committit illi actum declaratiuum
sed actum nudi ministerij, in quo non differt si
fiat per se vel per alium ad hoc *cap.is cui de*
offic.de leg.lib.6.hactenus Bald. Butrius autem me-
lius ad propositũ nostrum dicit. Credo quod
nudus ministerialis indistinctè non possit sub
32 delegare potestatem † sibi competentem
possit tamen nudum ministerium aliquod
implendum quod sonat in merum factum
alteri committere, vt est casus in *cap.ex litteris*
de offic. deleg. & in cap. 2. de dolo in proposito
autem non fuit commissum nudum factum,
sed arbitrium circa electionem incertarum
personarum de certis, & circa distributionem
& diuisionem pensionis, quod non potuit
fieri ex prædictis, & in puncto dicunt omnes
præcitati DD. quos, vt dixi recenset *Tellius*
Fernandez in d.l.31 Tauri nu.4. Admittunt enim
33 in dispositione † hominis subsistere, quod cõ-
missarius eligat incertum de certis, secus
autem in dispositione iuris. Vnde, & si Prin-
ceps Perertus haberet potestatem transferendi
à summo Pontifice, non tamen habuit pote-
statem subdelegandi; sed illam solum poterat
prętendere a iure, quæ ideo illi non competit
cum electa fuerit industria Personæ ipsius, &
bene in facilioribus terminis facit, quod licet
34 hæres sit † certus, de quo senserit testator licet
eum non nominet tamen si pro forma requi-
ritur nominatio non sufficeret nisi expresse sit
nominatus, nec per equipollens adimpleri
poterit vt ex sententia *Alex.in cons.141.num.10.*
lib.2. & Ias.in l.1.num.7. & seq.ff. de lib. & posth.
Sarnen.in regula de Annali quæst.30.dicit. Matienz.
35 *vbi sup.glos.7.n.1.* Et in † facilioribus etiam ter-
minis ad faciendam certam elemosinam pau-
peribus censetur electa industria personæ *Bal.*
loco prox. alleg. Dec. cons.492. in princ. & num. 1.
Et exemplificant materiam *cap. is cui de offic.*
deleg. in 6.Dec.sequuntur Prob. ibidem nu.3.Franch.
num.2. & indistinctè hoc dicit ibidem *Gemin.*
36 *n.2.* videlicet, quod semper censetur † electa
industria personæ, quando agitur de eligenda
persona incerta & ratio diuersitatis est inter
potestatẽ subdelegandi concessam ab homine,
37 & potestatẽ, quæ prætenditur a lege † facultas
namque data ab homine eligendi incertum de
certis sustinetur quia in vltimis voluntatibus
causa efficiens est solus testator *Bald.in l.id quod*
pauperibus num. 15. vers. modo iuxta prædicta C.
de Episc. & Cler. Et sufficit ad effectum quod
dispositio testatoris sustineatur, quod eligatur
38 incertus † de certis cum non sit dispositio ca-
ptatoria vt dicunt omnes *D.D.supra citati Suarez*
de captatoria col.1. & 2. Paris.cons.38. num.3. 4.
& 58.vol.3. In casu autem nostro, quando po-
testas

39 testes subdelegati prætenditur à lege † vtique illa non intrat quando concessio facta ab homine requirit industriam personæ, quia Ius disponeret contra voluntatem hominis, qui confidit de certa persona, vt patet ex doctoribus supra allegatis.

40 Et prædicta confirmantur, quia † But. loco citato mouetur *ex tex. in c. ex litteris de offic. deleg. & in cap. 2. de dolo* Bal. verò *ex d. cap. is cui de offic. deleg. in 6.* iura enim allegata per Butrium procedunt quando agitur de executione sententiæ latæ per Iudicem, cuius industria fuerat electa, & sic illud nudum factũ executioni fuit subdelegatum in c. vero, is cui ex quo mouetur *Bal.* disponitur, quod si Papa committat alicui

41 vt † conferat beneficium Titio potest subdelegare personam quæ conferat, quod videtur nudum factum, cum persona sit certa. Secus tamen est vt dicitur in præfato, textu quando persona est eligenda ad beneficium. Nam

42 quando persona est certa † satis potest constare de beneficio, non è conuerso ibidem *Guglielmus de Cuneo post princ. vers. & sic nota*. Et sic quando agitur de prouidenda persona de

43 certo benefitio agitur † solum de executione circa factum non autem de electione personæ circa quam eligendã censetur electa industria personæ.

Neque etiam obstat quod ad hoc vt censeatur electa industria personæ requiratur, quod

44 negotium sit magnum non autem paruum *Innoc. in d. cap. fin. vers. eligere num. 2. & ibi Hostien. in eod. vers. num. 4. Felin. num. 9. Butr. in d. cap. is cui num. 1. & seqq. de offic deleg. in 6. Rota decis. 14. vers. Hæc est tale officium eod. tit. in nouis*, Huic nanque fundamento respondetur, quod aute *d. §. vlt. in d. cap. fin.* adest. §. is autem in quo disponitur, quod is cui committitur negocium potest si

45 partes consentiant † alteri subdelegare prætetquam (vt dicit tex.) si inquisitionem, vel Ecclesijs de Prælatis vel alijs ministris prouideri mandaremus cum in his omnibus casib. industriam & fidem personæ, cui talia committuntur eligere videamur & Innoc. expli-

46 cando verbum eligere, dicit † quod vbi magna committuntur censetur electa industria personæ prout censetur electa quando nudũ ministerium committitur, *vt in §. vltimo*, & ibi ad litteram dicit *Ostien. loco citato Butr.* magis clare in dicto §. vltimo vers. aut competit ex potestate iuris, & concludunt ibidem *Innoc. & Ostien.* quod relinquitur arbitrio Iudicis, an

47 negotium † sit magnum vel paruum, & sic prædicti DD. non tangunt articulum, quando est commissum nudum ministeriũ, sed quando committitur totum negotiũ qui non sunt termini nostri.

Minus etiam obstat, quod ad effectum vt ex commissione nudi ministerij censeatur,

48 electa † industria personæ requiritur, quod ministerium sit industriale *Abb. in d. cap. fin. §. vltimo num. 3 de off. deleg.* Quia quicquid sit de hac opinione Abbatis ex deductis superius ex *Dec. Probo. Baldo, & Franco*, quod videlicet, censetur electa industria personæ ad certam eleemosynam distribuẽdam cessat omnis dif-

ficultas in hoc casu, quia nudum ministeriũ

49 concessum † Principi erat industriale, cum vt dictum est supra de natura pensionis sit, vt reseruetur ex causa pia, vel rationabili, quæ quidem causa rationabilis in Clericis dicitur quando Clericus est pauper, qui ratione seruitij, quod impendit Ecclesiæ non habet redditus sufficientes ad decenter in tali statu viuendum, aut studet, & litteris incumbit, aut quia de Ecclesia benemeritus est, aut quia ex

50 eius labore,† & industria vtilitas Ecclesiæ generalis, vel specialis probabiliter speratur, aut causa litis dirimendæ, & pacis sperandę, de quo vltimo habetur, *in c. nisi essent de prab. & in cap. quamuis cod. tit. in 6. & in c. ad audientiam il secundo de rescripc. Corduba d. lib. 1. quæst. Theolog. q. 21. col. 3. puncto 2. vers. quoad secundum punctum cum alijs supra relatis*.

51 Minus etiam resistit, quod habens † facultatem transferendi etiam quod dicatur per te, potest transferre per Procuratorem, vt in puncto fuit resolutum in causa *Taurinen. Pensionis 18. Aprilis 1561. coram Rubeis vt dicit Garz. de benef. par. 1. c. 5. num. 246.* Nam quicquid dicendum esset si decisio loqueretur in casu, quo fuisset constitutus proc. ad transferendũ in talem, & talem quantitatem, vt in simili considerat Igneus in *l. dudum num. 40. C. de contrahen. empt. Crot. in l. non solum §. morte nu. 37. ff. de no. op. nunc. Cald. de nomin. Emph. lib. 2. q. 6. num. 22.* fundamentum illius decisionis, quod refert *Garz. loco cit.* non officit in casu nostro. Mo-

52 uetur enim decisio ex regula,† quod possum per me ipsum possum, etiam per Procuratorem, quæ conclusio est vera in abstracto, vt in *cap. potest quis per alium, quod poterat facere per se ipsum*, & in *cap. qui facit 72. eod. tit.* vbi quod, qui facit per alium perinde est, ac si

53 faciat, † per se, sed plures habet limitationes vt per *glos. in d. cap. potest*. Et inter alia limitatur, quando est electa industria personæ, *Dyn. in d. cap. qui per alium ver. sed oppositum Nauarr. cons. 2. num. 5. vers. sexto facit, de cognat. spiritual. quod est in nouis conf. 6. eodem tit.* Et quando ele-

54 cta † est industria personæ, quod non habeat locum regula, qui per aliũ &c. sed vbi autho-

55 ritate sua non potest facere, sed alterius tunc procedit *text. in cap. fin. §. vlt.* videlicet quod

56 quando † est commissum nudum ministeriũ non potest alteri subdelegari, *Butr. in d. §. vlt. num. 24. Abb. num. 3. Rota dec. 14. de offic. deleg. in nouis*.

57 Et huic responsioni nõ obstat, quod † *tex. in d. cap. potest, & in cap. qui facit*, non habent locum quando nudum ministerium conceditur ex priuilegio, sed quando ex commissione committitur, *Felin. in d. cap. fin. §. vlt. num. 8. vers. secundo limita istum text.* Vnde dd. iura non officiunt translationi Principis, qui habebat nudum ministerium eiusdem translationis ex priuilegio. Quia pro decis. huius articuli recurrendum est, *ad glos. huius opinionis magistrũ in cap. fin. in vers. casibus de off. Ord. & ad DD. ibid.* Glossa namq; prædicta loquitur quãdo priuilegium conceditur alicui dignitati, & dicit quod tunc obtinens dignitatem potest facere

 per

58 per alium nã qui per aliũ facit per se ipsum
facere videtur. In illo enim casu nõ censetur
concessum nudum ministerium cum sit con-
cessum perpetuum priuilegium. Et sic stante
priuilegio id quod cõpetit ratione dignitatis
non ex nudo ministerio sibi cõmisso, & ideo
iste talis potest subdelegari, qui non sunt ter-
mini nostri. Et dicit *Host. in d. cap. fin. de offic. ord.*
num. 2. quod concessum est in perpetuo priui-
59 legio † competit ex officio non ex ministe-
rio specialiter commisso, vt in *dicto cap. fin. §.*
vlt. de offic. deleg. & idem ad litteram dicit: *Io.*
Andr. ibidem num. 3. Abb. num. 2. vsque ad fin. &
Adden. ad Io. Andr. notant, quod ex quo priui-
60 legium † illud transit ad successorem digni-
tatis nõ videtur electa industria personę quo-
61 ties † fit mentio hæredum, si verò priuilegiũ
esset merè personale prout in casu isto expe-
dienda ex dicto priuilegio non possent alteri
committi *glos. in cap. prælatorum in verbo perso-*
naliter de accusat. & notatur in cap. cum dilecta de
rescript. nec isto casu locum habet regula qui
per alium &c. facit *glos. iuncto tex. in ver. Publicè,*
& personaliter in Clement. 1. de vit. & honest. cler.
Bart. in l. aut qui aliter §. hæc verba ff. quod vi aut
clam l. hæc verba ff. de adult. Azeued. lib. 7. recopil.
tit. 7. lib. 15. num. 3. in ver. prorsus personas, & ideo
62 facultas nominandi † per se competens ex
gratia Principis tanquam personalissima non
potest explicari per alium, siue per Procura-
torem *Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 47. num. 4.*

Nec tandem obstat, quod prædictis DD.
Benino, & Abbate non declarantibus omnes
63 de familia venirent, vt per *Paris. d. cons. 38.*
n. 31. volum. 3. & sic remaneret sola distributio.
Quia quatenus hæc etiam conclusio applica-
retur non afficeret. Etenim circa distributio-
nem pensionis censetur electa industria per-
sonæ, vt supra probatum fuit, dum diximus
64 Executorem † electum ad distribuendum
eleemosynam pauperibus nõ posse hoc mu-
nus alteri demandare cum censeatur electa
industria personæ illius, sed cessat omnis dif-
ficultas, quia Parisius & alij, qui possent alle-
65 gari † loquuntur quando est data facultas à
Testatore eligendi incertum de certis; tunc
enim dispositio Testatoris non est captatoria,
cum deputato non eligente omnes veniant
scilicet omnes incerti de certis, sed in casu isto
licet, vt dictũ est, Princeps habuerit facultatẽ
à Papa transferendi pensionem nõ habuit ta-
men potestatem ab eodem Papa subdelegãdi
alium. Et cum hanc sub delegationem solũ
à Iure, vel ex interpretatione Iuris, aut ex
natura rei possit prætẽdere, eique concessum
esset nudum ministerium non potuit illud
alteri committere, vt superius probatum
est.

Deniq; aliquibus ex DD. videbatur nõ esse
locum d. nominationi personarum & distri-
butioni, & diuisioni pensionis, quia conside-
rabant mandatum datum prædictis DD. Be-
nino, & Abbati per obitum Principis expi-
rasse & censeri reuocatum cum non adsit ali-
quis, quoad dictam pensionem, qui in specie
repręsentet personam ipsiusmet Principis ex
66 quo † non agitur de re transitoria ad hęredes;
quod etiam procedit re non integra *l. 1. C. de*
Action. & oblig. Roman. cons. 374. num. 5. vers. quar-
ta ratio, Imol. in Clem. fin. num. 4. de procur. Vital. in
nu. 12. & seqq. Hinc si quicunque administra-
tor, tutor, vel curator, aut coadiutor consti-
67 tuant † Procuratorem finita illorum admi-
nistratione per mortem, vel per lapsum tem-
poris expirat mandatum etiam re nõ integra,
68 quia non debet esse maior auctoritas † acces-
sorij, quam principalis *Petr. de Anchar. in dicta*
Clem. fin. num. 2. ante finem vers. ego dico de proc.
69 Hinc etiam † mandatum beneficiati expirat
per illius mortem etiam re non integra, vt
in *d. Clem. fin. & ibi omnes DD.* & in proprijs ter-
70 minis declarationis † personę incertę de cer-
tis *Rot. decis. 116. num. 4. vers. nam si non declaratur*
par. 1. recent. Per obitum enim Principis defe-
cit subiectum ex quo fieri possit nominatio,
vt pariter in terminis nominationis *Rot. decis.*
400. num. 13. in fin. par. 1. diuers. & bene Gabr. dicto
cons. 186. nu. 88, vers. idcirco oportet quę, & si pro-
cedant in Procuratore habent tamen locum
etiam in istis terminis ex *not. per Bellonum de*
mand. iurisd. cap. 1. q. 1. num. 2. & seqq. Et est spe-
71 ciale quod Iudex † delegatus procedat in cau-
sa mortuo mandante re non integra, quia in
mandato Iurisdictionis id est constitutum ad
celeriorem litium expeditionem, vt post *Zen-*
zilinum dicit Ancar. in d. Clem. fin. num. 3. vers. sed
quomodo respondebis.

Neque hoc casu pro declaratione potest in-
trare arbitrium Iudicis, vt in causa *Romana*
Legatorum 11. Ianuarij 1616. coram bon. me. Card.
Caualerio. Quia in casu illius decisionis
agebatur de legato, & sic de obligatione, quę
ad hæredes erat transitoria, & in casu illo lega-
tum erat collatum in arbitrium hæredis qui
cum non fuerit arbitratus benè potuit Iudex
adiri pro arbitrando *Bart. in l. 1. numer. 19.* vbi
etiam *Castr. sub num. 6. ff. de leg. 2.* At in casu
isto cum non agatur de re transitoria ad *hæ-*
redes, & mandatum DD. Benini, & Abbatis
72 expirauerit per obitum Principis † res venit
ad casum, à quo incipere non potuit, & sic
translatio fuit effecta nulla *l. pro parte 11. ff. de*
seruit. l. pluribus §. & si placet ff. de verb. oblig. l.
vsufructu ff. de vsufr. leg. Ita vt Iudex non pos-
73 sit † interponere arbitrium suum, vt be-
ne ad propositum *Castrens. cons. 436. column. 1.*
lib. 2.

74 Neque obstat, quod translatio † pensionis
facta cum clausula (si, & quãdo Clericali ca-
ractere fuerit insignitus) non expirat morte
transferentis *Gabr. cons. 186. numer. 3. lib. 1. & in*
puncto Paris. de Resignat. lib. 4. quæst. 2. nu. 77. cum
75 *seqq.* Quia hoc procedit † quando translatio
fit modo prædicto auctoritate Summi Ponti-
ficis, Tunc enim translatio censetur admissa
viuente trãsferente, secus suspensa auctoritate
Sũmi Pontificis, donec translatarius clerica-
76 li caractere fuerit insignitus Pontifex † enim
in his habet omnimodam potestatem, vt be-
ne ponderat *Paris. loco præcitato num. 73. vers. re-*
spondetur, & num. 79. cum seqq. Qui casus est lõ-
gè diuersus à nostro, in quo nulla adest au-
ctori-

ctoritas Papę nisi circa simplicē translationē.

77 Minus etiam obstat, quod consensus † trāslationi pensionis præstari possit per Procuratorem, etiam post obitum transferentis; vt per *Mohed. decis. 28. num. 31. de renunc.* Quia

78 Mohed. † loquitur in diuersis terminis quādo mandatum fuit datum ad transferendum, & procurat. transtulit fuitq; signata supplicatio. Hoc enim casu potest proc. præstare cōsensum post obitū, quia in prædicta facti spe-

79 cie mandatum † non censetur reuocatum per obitum, ex quo consensus, qui est præstandus post signatam supplicationem per obitum censetur durare, cum non sit necessarius ad perfectionem gratiæ, sed ob regulā Cancellariæ de consensibus præstandis *Cassad. decis. 1. & 3. de renunc. Crescen. decis. 7. eodem tit. & 9. de Procur. Mandos. super regula 19. quæst. 9. n. 6. Gabr. cons. 194. num. 3. lib. 1. Boer. decis. 348.* vbi *num. 4.* probatur hoc procedere ex dispositio-

80 ne iuris, quia per † solam signaturam perficitur gratia Papæ, & litteræ requiruntur solum ad probationem ipsius gratiæ, & *num. 7.* refert de verbo ad verbum Extrauagātes super consensibus editas per Alexandrum VI. & Leonem X. de quibus etiam meminit *Cassad. d. decis. 1. in fin. Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 24. num. 15. 20. 22. & per totum*, In casu autem no-

81 stro translatio non est perfecta, nec post obitum Principis potest perfici, quia cum mandatum datum DD. Benino, & Abbati, fit datum ad perficiendam gratiam, ideo expirauit per obitum Principis vt superius dictum est,

82 In casu vero † Mohedani gratia erat perfecta per Signaturam supplicationis, & nouus consensus requirebatur solummodo propter regulam Cancellariæ, qua regula stante supplicatio signata solum censetur habere tacitam conditionem, quatenus resignans, aut transferens in eadem voluntate vsque ad consensum præstandum ante expeditionem litterarum permanserit *gloss. antiq. super d. regula 44.*

83 Et ideo cum † consensus præsumatur durare potest præstari per Procuratorem, etiam post obitum, cum non sit præstandus ad perficiendam gratiam, sed ad satisfaciendum dispositioni Regulæ Cancellariæ, vt sæpius dictum est.

Et ita vtraque &c.

LVCANA VISITATIONIS.

Lunæ 12. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Quænam sit Episcoporum iurisdictio quoad actum visitandi etiam iure Ordinario in Ecclesijs exemptis attēta dispositione Sac. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. de reform.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in Ecclesijs & Capitulis non exēptis quoad actum visitandi aliaque iurisdictionalia habet intentionem fundatam in dispositione iuris Communis.*

2 *Episcopus etiam in exemptis visitat iure ordinari ex disposit. Sac. Conc. Trid.*

3 *Sacr. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. de reform. habet locum nedum in exemptis sed etiam in habentibus consuetudines, sententiam iuramenta & concordias.*

4 *Dictio*, etiam *apposita in d. sess. 6. cap. 4. de reform. Sac. Conc. Trident. facit vt possit visitare etiam authoritate ordinaria eum istam implicet.*

5 *Sac. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. de reform. habet locum in Capitulis habentibus statuta licet de his nulla mentio in illa habentur.*

6 *Sac. Concil. Trid. sess. 25. de reform. in fin. habet relationem ad d. cap. 4. sess. 6. de reform. & secundum huius terminos venit intelligen.*

7 *Sac. Conc. Trid. si tollat priuilegia & exemptiones multo magis tollit statuta.*

8 *Confirmatio Apostolica vt dicatur ex certa scientia sufficit si sit tantum inserta substantia concordiæ.*

DECISIO CCIX.

PRAETENDENTIBVS Capitulo, & Canonicis Luccē se exemptos à Iurisdictione Ordinarij necnon ad se spectare regimen, & administratione Ecclesiæ, & è contra prætendente Reuerendissimo Episcopo eosdem Capitulum, & Canonicos sibi, & iurisdictioni suæ subiectos esse, proposui dubium quo Iure, & quomodo dictus Episcopus visitare possit, & DD. responderunt illum posse visitare iure suo Ordinario seruata tamen forma concordiæ inter eum, & dd. Capitulum, & Canonicos de anno 1582. initæ, & successiuè à fel. recor. Sixto V. confirmatæ.

Mouebantur enim DD. quia aut Capitulū

1 non est exemptum, & † Episcopus habet intentionem fundatam ex dispositione iuris cōmunis *cap. conquerente de offic. ordin. cap. venerabilis de cens. cap. 11. §. fin. eod. tit. lib. 6.*

2 Aut Capitulum est exemptum, † & pariter Episcopus potest visitare iure Ordinario ex dispositione Conc. Trident. sess. 6. cap. 4. de refor. vbi sic disponitur Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum illarumque personę nullis exemptionibus consuetudinibus sententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum suos obligent authores, non etiam successores tueri se possint, quo minus à suis Episcopis, & alijs maioribus Prælatis per se ipsos solos vel illis, quibus sibi videbitur adiūctis iuxta Canonicas sanctiones, quoties opus fuerit visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica possint, & va-

3 leant, quod decretum † habet locum in Capitulis non solum exemptis, sed habentibus etiam consuetudines sententias, iuramenta, & concordias prout sunt verba clara eiusdem Cap. 4. Et quamuis Sacra Congregatio censuerit dispositionem dicti Concilij habere locum tantum in Capitulis exemptis, vt refert *Rota decis. 743. num. 9. par. 1. diuers.* attamen vt dicitur in eadem *decis. nu. 9.* capiendo exēptionem in genere declaratio est intelligenda vt conciliū non procedat in capitulis sub-

ditis

ditis, sed exemptis tantum, ita vt exempta dicantur non solum capitula, quæ habent consuetudines, iuramenta, sententias, & cōcordias, quarum vigore Capitula sunt exempta, & libera à visitatione, & vigore eiusdem Concilij Episcopi, & alij maiores Prælati possunt visitare, corrigere, & emendare Capitula non solum auctoritate Apostolica, sed etiā
4 ordinaria ponderando dictionem, † *etiam positam* in dicto Cap. 4. quæ implicat auctoritatem ordinariam. Et dicta dispositio Con-
5 cilij in Cap. 4. habet locum etiam † in Capitulis habentibus statuta licet de his in eo nulla fuerit facta mentio, ponderando verba cap. 6. sess. 25. de refor. in fin. ibi *ex constitutionibus*, quod quidem Capitulum 6. loquitur in iisdem terminis, in quibus loquitur d. Cap. 4. Videlicet in capitulis habentibus exēptiones, consuetudines, sententias iuramenta, concordias, & habet relationem ad d. Cap. 4.
6 & ideò † secundum terminos illius intelligi debet, & venit ampliatiuè, & limitatiuè ad d. Cap. quartum Ampliatiuè quatenus implicat d. Cap. quartum, vt procedat etiam quando Episcopus extra visitationem processerit limitatiuè verò quatenus limitat hanc ampliationem, vt habeat locum dummodo Episcopus, vel eius Vicarius de consilio, & assensu duorum Capitularium procedat, *vt per Rot. d. decis. 743. num. 3. 4. & 5.* & quod d. c. 4. etiam ex se tollat statuta dixit *Rota vbi supra num. 3. vers.*
7 *ac etiam mouebantur*, vbi † si Concilium tollit priuilegia, & exemptiones multò magis censetur voluisse tollere statuta.

Non obstant deducta pro parte Capituli ad probandam exemptionem, nam præterquam quod non videbatur ex illis resultare concludens probatio exemptionis DD. visum fuit posse responderi illa scilicet omnia esse sublata perConcilium, quòd solum non tollit concordias confirmatas ex certa scientia à Sede Apostolica, quæ concordiæ hic non probantur adesse ante dispositionem d. Concilij.

Et ita ex supradictis DD. censuerunt Episcopum posse visitare iure suo ordinario seruata tamen forma laudi cum fuerit confirmatum à Sixto Quinto ex certa scientia, ex quo fuit insertus totus tenor illius, cum
8 etiam † sufficeret, quod inserta esset substantia ad hoc vt Confirmatio dici posset ex certa scientia *Rom. cons. 327. num. 7. & seq. & cons. 336. num. 2. Abb. cons. 102. num. 3. lib. 1.*

Neque obstat, quod in secundo Breui non fuerit insertus totus tenor, quia illud secundum Breue solum imponit perpetuum silentium controuersijs, de nouo ortis, & sic non continet confirmationem laudi, & cessare visa fuit omnis difficultas, ex quo illud Breue emanauit ad relationem Cardinalium Albani, & Maffei, & sic videtur etiam emanasse ex certa scientia.

Et ità vtraque &c.

FERRARIEN. EXPENSARVM.

Lunæ 14. Maij 1631.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Expensa pro registro taxantur ad rationem iuliorum 66. pro quolibet centenario.*
2 *Expensæ iudiciales, & quæ viuæ appellantur debentur, & veniunt taxandæ.*
3 *Stylus circa expensarum taxationem est quod terminato iudicio per tres conformes, indistinctè taxentur omnes expensæ tam primæ, quam aliarum instantiarum.*
4 *Stylus circa expensarum taxationem est, quod si solutio fit in Curia illa fiat in scutis si verò extrà Curiam in ducatis.*

DECISIO CCX.

POSTQVAM ad fauorem Andreæ Guareschi latæ fuerunt in Rota tres sententiæ conformes super successione in bonis q. Alfonsi Guareschi vna cum condemnatione Alberti in expensis R. P. D. meus Verospius Iudex vltimæ instantiæ huiusmodi expensas taxauit in ducatis 70. à qua taxatione cum pro parte dicti Alberti fuisset appellatum, & causa mihi commissa dubitaui, an constaret de excessu, & DD. negatiuè responderunt.

Nam quo ad primum excessum prætensum ex quo registrum fuit taxatum ad rationem iuliorū 66. pro quibuslibet centenis folijs contra reformationem bonæ: Pauli V. Visum fuit cessare obiectum ex declaratione dictæ Bullæ
1 adiecta in fine §. 19. *vers.* † *quoad taxam in bullar. nouo part. 3. fol. 309.* ex qua apparet dictas expensas esse taxandas ad dictam rationem iuliorum 66. pro quolibet centenario.

Secundus etiam excessus prætensus super expensas executorialium, quæ vt prætenditur
2 non debuerunt taxari excluditur, quia † clarū est tales expensas esse necessarias ad hoc vt sententiæ suum sortiantur effectum, & esse iudiciales, & ex illis, quæ viuæ nuncupantur, & propterea de huiusmodi expensis fuit habita ratio in dicta taxatione iuxta stylum huius tribunalis.

Tertius etiam excessus deductus ex expensis factis pro registris fabricatis super causa fideicommissi, quæ adhuc pendet indecisa corruit, Quia sententiæ continent etiam causam fideicommissi pro portione *Petri*, & solum reseruant indecisa Iura Alberti quoad portionem Margharitæ & Hieronymæ; præterquā quod ex communione huius causæ, ex qua apparet litem ab initio fuisse introductam principaliter super bonis Emphyteoticis Abbatiæ Nonantulæ, & Episcopatus Imolæ, ac etiam ex scripturis, & iuribus in actis productis nihil aliud pertinet ad fideicommissum nisi codicillus, & quędam sententia de partibus. Vnde patet ex registratione talium iuriū mini-

minimam impensam factam fuisse. Quæ in causa hac tàm graui, & tàmdiu agitata non meretur haberi in consideratione prout etiam alius excessus deductus ob productionem cuiusdam inuestituræ Episcopatus Imolæ eum illam produxerit Albertus ad probandum Ius quod prætendebat super bonis Emphyteoticis dicti Episcopatus, vt apparet ex commissione vnde merito etiam illius expensę habenda fuit ratio.

Non obstat, quod huiusmodi inuestitura fuerit tantum producta coram Iudice secundę instantiæ, & propterea non esset habenda ratio illius in taxatione, quia stylus est in contrarium iuxta † quem terminato Iudicio per tres conformes taxantur indistinctè omnes expensæ tàm primæ, quam secundæ & vlterioris instantiarum quamuis in secunda, vel tertia instantia fuerint iura tantùm producta non autem in prima.

3

Denique cessare visus fuit excessus deductus ex quo taxatio fuit facta in ducatis non autē in scutis monetæ, † quia pariter obstat stylus, de quo si solutio fiat in curia illa fit in scutis si verò extra Curiam in ducatis, & ratio istius augmenti est propter impensas, quæ fiunt in transmittendis pecunijs ad Curiam.

4

Ex quibus vtraque parte informante attenta, vt dixi grauitate causæ per plures annos in pluribus instantijs agitatæ patrocinantibus etiam hinc inde multis Aduocatis non visum fuit constare de aliquo excessu &c.

SPOLETANA CENSVS.

Veneris 16. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Venditio quando dicatur effectum sortita ex parte venditoris itaut eidem sit debitum pretium conuentum: Tutor quando dicatur possedisse proprio, & non tutorio nomine.

SVMMARIVM.

1 *Venditori, qui ex parte sua omnia impleuit debetur pretium, & loco pretij extinctio census, & refectio damnorum passorum ob non illius extinctionem ad formam obligationis emptoris.*

2 *In stabilibus cùm non possit tradi res sufficit agere id quod ciuiliter, & naturaliter fieri potest.*

3 *Venditores tenentur ad ea, quæ sunt ipsorum partes & non emptorum itaut si isti, vel nolint, vel non possint eorum culpa vti re empta venditores non teneantur.*

4 *A Possessione proprio nomine non bene infertur ad possessionem tutorio nomine.*

5 *Duo in solidum possidere non possunt.*

6 *Possessio præsumitur ex aliquo legitimo titulo, vt excludatur delictum.*

DECISIO CCXI.

DOMINI persistendo in decisis in hac causa sub die 14. Iunij præteriti dixerūt exceptionem rei non traditæ oppositam ab hæredibus Patritij emptoris bonorum, de quibus agitur non obstare.

1 Nam † cum filij Bernardini Venditoris dd. bonorum ex ipsorum parte impleuerint dimittendo possessionem Terrarum venditarū dantes facultatem Betto emptori capiēdi possessionem propria authoritate non potest eisdē denegari prætium, & loco prætij extinctio Census, & refectio damnorum passorum ob non extinctionem iuxta formam suæ obligationis *ad tex. in l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt.* In † stabilibus quippè cum non possit tradi res sufficit agere id quod ciuiliter, & naturaliter fieri potest *Aret. in l. si mora n. 3. circ. med. vers. tu dic ff. solut. matrim. Bal. in l. acceptam num. 9. C. de vsur. cum alijs in dicta decis. alleg.*

2

Non obstat, quod non probetur Emptorē possedisse, & sic quod venditores tradiderint, quia sufficit, quod hoc non euenerit culpa, quia tenentur tantum ad ea, quę sunt ipsorum partes non autem emptoris itaut † si emptor non velit, aut non possit vti re empta eius culpa venditores non teneantur *ex alleg. in dicta decis.*

3

Minùs obstat, quod cum Pasquinus Tutor vendentium probetur post contractum possedisse non constet de rei traditione.

Quia Pasquinus, vt fuit responsum in alia decisione probatur possedisse proprio nomine & cum Testes pro parte hæredum de Bettis examinati deponant ipsum possedisse vsque ad decoctionem post decoctionem verò eius creditores † non benè infertur à possessione Pasquini nomine proprio ad possessionem tutorio nomine tanto magis, cum istam nunquam habuerit, vt Testes deponunt reddentes rationem, quia filijmet Bernardini arabant, seminabant, & fructus colligebant & de visu deponunt.

4

Vnde cum dd. Testes deponant ante dictā venditionem filios Bernardini possedisse, & post contractum Pasquinum nomine proprio & alios quamplurimos vtique probata est dimissio possessionis venditoribus cum † duo insolidum possidere nō possint *l. si vt certo §. si duobus, & ibi glos. & DD. ff. commodat.* qua dimissione probata † ad excluden. delictum in Pasquino præsumendum est eum possedisse ex aliquo legitimo titulo præcedente proueniente ex Patritio seu ex alijs ab eo causam habentibus *Dec. cons. 6. num. 6. & 14.*

5

6

ASCVLANA SOCIETATIS.

Mercurij 21. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Redditio rationis facienda est ab eo, qui administrauit.

SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis.*

2 *Testes singulares deponentes de diuersis actibus probant*

bant quando omnes actus referuntur ad eamdem causam.

3 *Consignatio Cartulariorum importat consignationem mercium.*

4 *Ratio mercium, vt sit reddenda etiam à deputato pro gubernio scripturarum sufficit si ipse solus merces recepit illarumque prætium exegit.*

DECISIO CCXII.

DOMINI censuerunt Fœlicem teneri reddere rationem mercium, quæ occasione societatis, de qua agitur ad eius manus per-
1 uenerunt mori ea ratione, quia † quilibet administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis. *ad tex. in l. qui proprio §. procurator ff. de procurat. Angel. consf. 286. nu. 2. & 3. Dec. consf. 1 10. num. 7.*

Quod autem Fœlix fuerit administrator, & merces ad eius manus peruenerint satis visum fuit probari, nedum ex eius confessione emanata in responsione ad positiones, & in examine ab eo facto vti Teste, in quibus fassus fuit se administrasse simul cum Bentiuolo, *vt in Summ. Tholomei num. 1. & 8.*

Verùm etiam ex depositionibus mulionum attestantium de consignatione mercium facta eidem Fœlici; *vt in Summ. num. Bentiuoli num. 3.*
2 qui quidem † muliones licet deponant de diuersis actibus consignationis, & quilibet in suo actu sit singularis attamẽ probant, quia ex dd. actibus infertur solum ad Consignationẽ, quæ fieri solebat in Nundinis Salerni vbi prędictæ merces fuerant transportatæ. *Felin. in c. licet in quadam col. 6. post vers. secundo restringenda est extra de Testibus Farinac. quæst. 64. num. 159.*

Maximè cum prædicta mulionum depositio sit coadiuuata ex alijs adminiculis, scilicet
3 ex consignatione Cartulariorum, † quæ importat consignationem mercium, vt deponunt Testes *in Summ. Bentiuoli num. 2.* ac etiam ex pluribus partitis Banchi, in quibus apponitur ipsum fœlicem exegisse prętium earundem mercium, *vt in eodem Summ. num. 4. & 5.* ex quibus, & ex alijs deductis in decisione in hac causa facta corã R. P. D. meo Vbaldo 11. Iunij 1629. clarè apparet dd. merces petuenisse ad manus fœlicis, nec non illum recepisse earum prætium, & sic illum teneri reddere earum rationem ex supra allegatis.

Non obstat, quod dicta decisio Domini mei Vbaldi emanauerit fœlice non citato, nec informante, quia ex deductis, hodie in propositione præsentis dubij tantum abest, vt illius fundamenta cõcutiantur quinimo magis corroborantur ex deductis pro parte Bentiuoli, & mercatorum.

Nec obstat, quod dictus Fælix fuerit Deputatus pro gubernio scripturarum non autem
4 ad vendendum, & prætium exigẽdi quia † ad effectum, de quo agitur, scilicet redditionis rationis sufficit, quod ipse solus merces receperit illarumque prętium exegetit *l. actione §. si communis ff. pro Soc. Put. decis. 323. par. 3. Rota decis. 769. num. 1. par. 2. recen.*

Et ità vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Veneris 23. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Sententia valida, & iusta est confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ comprobatur ex concursu requisitorum de quibus* per Verall. decis. 260. par. 2.

2 *Iustitia sententiæ probatur ex decisionibus in causa factis.*

3 *Actore non probante Reus absoluitur.*

DECISIO CCXIII.

SENTENTIAS Rotales reuocatorias alterius sententiæ A. C. qua pronunciatum fuit Franciscum Bentiuolum teneri reddere rationem mercium, de quibus agitur dixerunt DD. esse confirmandas, quia sunt validæ, & iustæ.

Validitas enim licèt non controuertatur pro ea tamen concurrunt omnia requisita
1 *per* † *Verall. decis. 260. par. 2.*
2 Iustitia verò patet ex decisionibus emanatis in prioribus instantijs prima sub die 28. Iunij 1628. coram Eminentissimo D. meo Virili, altera verò sub die 11. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Vbaldo, in quibus optime firmatur nullibi probari prædictum Franciscum recepisse, seu administrasse merces, de quibus agitur, sed illas peruenisse ad manus Fœlicis prout nouissimè etiam firmatum fuit coram me sub die 21. Maii præsentis Anni.

Et propterea sententia prædicta A. C. qua Franciscus fuit condemnatus ad reddendam rationem dd. mercium Iure merito fuit per sententias rotales reuocata, cum partes Iudicis essent in absoluendo non autem in condẽ-
3 nando ex Vulg. reg. † actore non probante reus debet absolui.

Et ità altera tamen &c.

PAMPILONEN. CANONICATVS DE RONCESVALLES.

Veneris 23. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Electio vt validè facta dicatur, quæ requisita exposcantur.

SVMMARIVM.

1 *Electio, vt dicatur valida requiritur concursus maioris partis Capituli eligentis.*

2 *Nec sufficit, quod concurrat maior pars votorum respectu minoris, nisi sit maior pars respectu totius Capituli.*

3 *Text. in cap. cum Ecclesia vestra 48. de elect. habet locum in quacumque electione facta à Collegio etiã quod non intret dispositio, cap. quia propter de elect.*

4 *Votum qualificatum propter eius prærogatiuam præualc-*

ualere debet etiam ad effectum vt electi censeantur habuisse maiorem partem Capituli.

5 *Vota quando sunt secreta non potest discerni cuius fauore quis votauerit, nec in hoc statur eius dicto, vt num. 6.*

7 *Votorum variatio publicato scrutinio non est permissa.*

8 *Vacatio non datur data inualiditate electionis, & quod Ecclesia sit receptitia.*

9 *Adiudicatio electo tunc tantum datur quando ipsi competit ius in re.*

10 *Auditor Rotæ potest prouidere de beneficio, quando pronunciauit beneficium esse debitum.*

DECISIO CCXIV.

DE Anno 1622. deficientibus nonnullis Canonicis in Ecclesia Regulari B. Mariæ de Roncesualles Prior, & Canonici volentes eligere quinque Canonicos conuocarunt Capitulum, in quo interuenerũt nouem Canonici, & Prior habens votum qualificatum, quod Capitulum sic congregatum ex multis concurrẽtibus per viam scrutinij concordibus votis elegit pro vno ex dictis quinque Canonicis eligendis Doctorem Atocham ad alia verò quatuor loca fuerunt electi Licentiatus Aqueretta, & litis consortes, sed quia omnes erant pares in votis, ex quo facto scrutinio vtraque pars reperta fuit habere quinque suffragia Prior, qui vt dixi, habet votum qualificatum declarauit facto scrutinio se votasse ad fauorem Aquerettæ, & consortium, & propterea orta lite super huiusmodi electione inter duos prætensos electos sub die 22. Maij 1623. contigit dubitari, An electio facta ad fauorem Licentiati Aquerettæ, & consortium esset valida, quod dubium fuit negatiuè resolutum.

Hodie proposito dubio super validitate electionis Didaci, & Consortium DD. dixerunt illam esse nullam, & sic Canonicatus eis non esse adiudicañ.

Et moti fuerunt ex ijsdem rationibus, ex quibus moti fuerunt ad respondendum pro nullitate d. electionis Aquerettæ, & litis consortium, ex quo scilicet publicato scrutinio compertum fuit vota hinc inde electorum fuisse paria, & sic bene visa fuit intrare conclusio, quod vbi electus non obtineret maiorem partem suffragiorum non potest dici,
1 quod adsit Canonica electio, † cum pro ea requiratur, quod concurrat maior pars Capituli eligentis, *iux. text. in cap. In Genesi, & cap. Ecclesia Vestra, il 2. & ibi Abb. num. 13. de elect.*
2 *cum alijs alleg. in d. decis.* † nec sufficit, quod concurrat maior pars votorum respectu minoris nisi sit maior pars respectu totius Capituli, *cap. cum Ecclesia vestra 48. de elect. vbi Abb. num. 4. idem Abb. cons. 25. num. 4. lib. 2. glos. in cap. si qui in verb. minorum,* quæ dispositio *text. in d.*
3 *cap. Ecclesia † vestra,* habet locum in quacunq; electione facta à Collegio, etiam quod non intret dispositio, *cap. quia propter de elect. vt* tradit *Abb. in d. cap. Ecclesia vestra num. 4. per tot.*

Non obstat, quod cum Prior habeat votum qualificatum, & declarauerit se votasse pro vna, vel alia parte, & sic cum votum ipsius propter prærogatiuam prævalere debeat etiã
4 ad effectum, vt electi † censeantur habuisse maiorem partem Capituli, vt fuit resolutum in causa *Tridentina Canonicatus 15. Decemb. 1603 coram bon. mem. Card. Millino,* sequitur, quod ab ipso electi habeant maiorem partem votorum respectu totius Capituli.

Nam huic fundamento respondetur, quod
5 cum vota fuerint secreta† discerni non potest, ad cuius fauorem Prior votauerit, vt fuit resolutum in causa *Cartaginen. Canonicatus 6. Feb. 1604. coram bon. mem. Cardin. Lancellotto,* nec in
6 hoc † statur ipsius dicto cum sit singularis, vt in puncto dicunt *Specul. lib. 4. tit. de elect. num. 3. Io. Andr. in cap. publicato num. 26. vers. 18. quæro, & ibi Butr. numer. 16. de elect.* alioquin aperiretur via fraudibus, & possent electores votare pro vno, & postea declarare votasse pro alio, & sic
7 fraudulenter variare, quæ quidem variatio publicato scrutinio non est permissa, *d. cap. publicato de elect. vbi Abb. num. 4. Card. num. 1. cum alijs alleg. in alia decis.*

Firmata igitur inualiditate dictæ electionis,
8 & stante † quod ista Ecclesia sit receptitia, vt firmatum fuit die 4. Aprilis proxime præteriti nulla datur vacatio, *Butr. in cap. dilecto §. præterea num. 8. & ibi Abb. num. 9. de prob. cum alys alleg. in d. decis. 4. April. 1631.* & per consequens vigore huiusmodi electionis nullæ, & inualidæ Didaco, & litis consortibus non potest
9 competere adiudicatio, † quæ solum datur, quando competit ius in re, non autem quando nullum ius competit, nec etiam ad rem, vt benè distinguit *glos. in Clem. Auditor in verb. debitum de rescript.* vbi etiam firmat Auditorem
10 posse † prouidere vigore illius Clem. quando pronunciauit beneficium esse debitum, prout etiam expressè dicit *text. & trad. ibi communiter DD.*

Et ità vna tantum &c.

ROMANA OFFICII NOTARIATVS.

Lunæ 26. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non competit sine nullitate, vel iniustitia.*

2 *Termini susceptio operatur, vt cuicumque exceptioni renunciatum censeatur.*

3 *Implementi exceptio non potest allegari ab eo, qui implere tenetur.*

4 *Mandatum, quando sit relaxandum habito respectu ad pretium de tempore euictionis.*

DECISIO CCXV.

DOMINI persistendo in iam bis decisis censuerunt non constare de causis restitutionis in integrum aduersus decretum Rotale

tale de consignando Righezzæ cedulam de-
1 positi scutor. 1000. ex quo † vt fuit dictum in alijs decisionibus non docetur de aliqua nullitate, vel iniustitia d. decreti sine qua non potest dici esse locum d. restitutioni, *Rot. decis. 381. num. 1. & decis. 635. nu. 4. in fine par. 2. rec. cum alijs in decis. alleg.*

Nec obstat nullitas prætensa, ex eo, quod decretum A. C. de deponendo esset conditionale, scilicet donec Aegidius fecisset Priorem, & potiorem Righezzam, & propterea R. P. D. meus Pirouanus Iudex appellationis ante relaxationem mandati de consignando debuerit eidem Aegidio præfigere terminum, vel saltem pronunciare super confirmatione d. decreti A. C. fuit enim responsum, quod cum Aegidius fuerit citatus ad adimplendum omnia in Instrumento contenta, & in specie ad faciendum priorem, & potiorem D. Righezzam, & in terminis dictæ citationis postquam Iudex contra ipsum decreuit mandatum susceperit terminū, non erat opus alia interpellatione, seu termini præfixione, sed elapso termino per eum suscepto potuit Iudex vlterius procedendo ad consignationē
2 cedulæ depositi deuenire. Quia † per susceptionem d. termini D. Aegidius censetur cuicunq; exceptioni renunciasse ad *tex. in l. ad solutionem, vbi Bald. n. 1. C. de re iudicat. Roman. cons. 9. in fin. Gratian. discept. forens. cap. 535. num. 11. Rot. decis. 299. num. 13. par. 1. rec. & decis. 773. num. 2. par. 2. rec.*

Minus obstat alia nullitas deducta ex motu proprio sanctæ mem. Pauli V. in quo mandatur, vt de officijs venditis debeat fieri resi-
3 gnatio infra 15. Quia † cum Aegidius ex sua propria obligatione teneretur ad implementum d. resignationis non potest ad sui fauorem hoc non implementum allegare, *Ferret. cons. 155. seu 755. num. 7. Gregor. XV. decis. 140. num. 10.*

Denique non obstat prætensa excessiuitas mādati, quæ videtur percutere tam illius nullitatem, quam iniustitiam ex eo, quod fuit relaxatum pro scut. 1000. habito respectu ad pretium de tempore emptionis cum tamen debuerit relaxari pro scutis 600. habito respectu ad pretium de tempore secutæ euictionis, *l. Titius §. fin. ff. de action. empt. Fulgos. in l. euicta,*
4 *ff. de euict.* Quia placuit † DD. responsio data in decisione sub die 5. Decembris 1630. nimirum conclusionē prædictam procedere, quando agitur pro restitutione pretij ad euictionē sequutam, secus verò quando prout hic fuit actum actione ex stipulatu pro adimplemento promissorum in cuius defectum Pars potest repetere, quod suum est nempè pecuniā solutam, ex quo dominium illius pecuniæ non transiuit in venditorem, prout firmatum fuit in hac eadem causa sub *die 26. Febr. 1627. coram R. P. D. meo Pironano.*

Et ita vtraque, &c.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Veneris 31. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Sententia quæ non iustificatur ex actis non est attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinati in iudicio executionis ad effectum exceptionis non probant in iudicio ordinario.*
2 *Testes examinati in vno iudicio non probant in alio etiam inter easdem personas, quando examen tendit ad diuersum finem.*
3 *Testes examinati in possessorio suspenso petitorio nō probant, quia stante suspensione Iudex non habet iurisdictionem.*
4 *Testes examinati in iudicio ordinario probant in executiuo, quando probationes sunt plenariæ.*
5 *Testes non probant etiam inter easdem personas, quando quis illos examinauit excipiendo, & postea illis vult vti agendo.*
6 *Seruatio terminorum substantialium in iudicio inducit reproductionem iurium alterius iudicij, quod intellige de iuribus eius, qui seruauit terminos substantiales.*
7 *Repetitio, seu reproductio testium inducta per seruationem terminorum substantialium sufficit, vt testes sint attendendi, quamuis examinati in alio iudicio.*

DECISIO CCXVI.

NON acquiescente Thoma Giletto duabus decisionibus in hac causa factis, quibus firmatum fuit sententiam ad eius fauorem à R. P. D. Mangiono latam super melioramētis, de quibus agitur esse infirmandam ex quo non iustificabatur ex actis, & pro tertia vice proposita causa super ijsdem DD. steterunt in decisis, quia vt firmatur in dictis decisionibus licet D. Mangionus potuerit examinare Testes ad retardandam executionem, attamen non potuit superueniente etiam iurisdictione in negotio principali melioramentorum se fundare in dictis istorum Testium, qui cum
1 fuerint † examinati in iudicio executionis ad effectum exceptionis non probant in iudicio Ordinario, vt benè explicat *Put. decis. 64. lib. 1. in correct. & decis. 14. de Testibus, & vtrobique testatur de communi contra Bart. in l. 2. C. de eden. Gabr. cons. 40. num. 43. lib. 20.* & hanc esse magis communem tenet *glos. in cap. cum dilectus in ver. exceptionis verf. sed quid, & ibi Abb. col. 9. vers. sed quæro de ordin. cognit.* & generaliter
2 testes † examinati in vno iudicio non probant in alio etiam inter easdem personas quando examen tendit ad diuersum finem, *Dec. in l. 2. num. 61. & 62. C. de eden. Put decis. 352. lib. 2. in correct. & decis. 1. de restit. Rot. decis. 588. num. 7. par. 2.*
3 *rec. Gabr. cons. 4. num. 44. lib. 2.* & hinc fit, † quod Testes examinati in possessorio suspenso petitorio non probant, quia stante suspensione Iudex non habet iurisdictionem, *Rota decis. fin.*

de Testib. in nou. & decis.35.num.6. & 7. par.2. diuers.

4 Non obstat, quod Testes examinati † in iudicio ordinario probant in executiuo, quando probationes sunt plenariæ, *Rot.decis.35.p.2. diuersor. & ex alijs allegatis per informantes pro Thoma*, quia hoc non visum fuit applicari, ex quo versamur in terminis, in quibus, vt

5 pra dictum est † Thomas examinauit excipiendo, & vult vti dictis Testium agendo, qui non probant etiam inter easdem personas ex supra allegatis.

6 Non obstat, † quod ex terminis substantialibus seruatis in iudicio melioramentorum insurgat reproductio, & repetitio dd. Testiū,

7 quæ sufficit, † licet fuerint examinati in alio iudicio, *iux.decis.35.par.2.diuers.* quia hoc benè procederet si probaretur dd. terminos substantiales fuisse seruatos à Thoma, sed cum illi fuerint seruati ad instantiam Victoriæ non intrat repetitio, quoad dd. Testes, ex quo Victoria non præsumitur repetiisse iura contra se, & proinde subsistit motiuum decisionum, quod sententia non iustificatur ex actis, & caret legitimis probationibus.

Et ità vtraque &c.

ROMANA VINEAE DE CAPOCEPHALIS.

Veneris 6. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Præscriptio obstat Domino, si vindicare intendat rem suam, & ea stante, cum bona fide, & legitimo titulo, non potest illius possessorem perturbare. Vxor, si vergente viro ad inopiam, accipiat aliqua bona d. viri pro sua dote, censetur ea accepisse pro satisfactione dotis, non autem in pignus, & hoc multò magis procedit, si accipiat ipsam dotem. Valor rerum, qualiter augeatur.

SVMMARIVM.

1 *Domino volenti vindicare rem suam, si ab alio, ea res fuerit legitimè præscripta, talis præscriptio ei obstat.*

2 *Dominus fundi, non potest molestare illius possessores, si ad eorum fauorem stet legitima præscriptio, cum bona fide, & iusto titulo.*

3 *Testes, ad hoc vt probent possessionem, debent deponere de tempore dicta possessionis.*

4 *Testes, si non concludant in suo dicto, non probant.*

5 *Vxor, si vergente marito ad inopiam, accipiat aliqua bona dicti mariti, censetur ea non in pignus accepisse, sed in satisfactionem sui crediti dotalis.*

6 *Vxor, si vergente marito ad inopiam, accipiat dotem suam, sine dubio censetur eam accepisse, vti rem suam, non autem tamquam pignus.*

7 *Creditor, si bona hæreditaria debitoris retineat, pro debito adequante illorum valorem, facit fructus suos.*

8 *Valor rei acceptæ in solutum, debet æstimari secundum tempus, quo creditor eam accepit.*

9 *Valores veri beneficio temporis augeri possunt.*

10 *Pretia rerum in dies variantur.*

11 *Valores rerum augentur ex melioramentis in eis factis.*

12 *Valor verus rerum ex locationibus non probatur.*

DECISIO CCXVII.

NON acquiescentibus Strinis duabus decisionibus pro manutentione in possessione Vineæ de qua agitur ad fauorem DD. de Capocephalis emanatis sub diebus 26. Iunij 1629. & 14. Ianuarij 1630. & tertia vice causa super eisdem posita die 29. Maij eiusdem anni, non fuit capta resolutio, sed placuit DD. retento eodem dubio gustare de bono iure, de quo hodie constare censuerunt ad effectum dictæ manutentionis. Quia hæc Vinea reperta fuit in hæreditate Alberici eorum patris cui in dotem fuerat data, & postmodum relicta in testamento ab Hortensia vxore, vnde cum habeant titulum hæreditarium, & ideò bona fide possederint per spatium longi tem-

1 poris, nempè annorum 27. † Ista præscriptio obstat Strinis, *l. si Vinea, & l. super, & tot. tit. C. de præscript. long. temp.* adeò vt non possint tanquam hæredes ab intestato, Iacobi amplius molestare Capocephalos possessores istius Vi-

2 neæ, † stante supradicto cursu temporis, cum bona fide, & iusto titulo, vt expressè disponitur in d. *l. si Vineæ*.

Non obstat, quòd prædicta Vinea fuerit possessa à Iacobo, quia vltrà quod sufficeret pro responsione allegare, supradictam præscriptionem testes ad hoc probandum, per Stri-

3 nos examinati non deponunt † de quo tempore possederit d. Iacobus, licet enim dicant, eam fuisse possessam ab eo, attamen depositio

4 illorum non concludit † de tempore mortis, cum alii testes examinati per Iacobum paulò antè obitum deponant, quod esset pauperrimus, & nihil possideret præter dotem Hortensiæ vxoris, quæ dos consistebat in hac Vinea.

Vnde cum vergente Iacobo ad inopiam, d. Hortensia hanc Vineam acceperit, siue an-

5 te, siue post mortem Iacobi censetur † illam accepisse in satisfactionem sui crediti dotalis, non autem in pignus, *Menoch.cons.201.num.18. & seq. Greg. XV. decis. 194. num. 10.* vbi quod

6 id multò † magis procedit fauore dotis, & multos alios cumulant, ibi Addent, *Grat. discept. 422. num. 13. & seqq.* vbi loquitur de re-

7 tentione bonorum † hæreditatis pro debito adæquante illorum valorem, ad effectum faciendi fructus suos.

Non obstat, quod vinea hodie sit maioris valoris, quam importet dos Hortentiæ, quia

8 debet attendi tempus † quo illam accepit insolutum, quod colligitur fuisse tempore mortis eius mariti, qui obiit decoctus anno 1592.

9 nam ab illo tempore vsque † ad diem motæ litis, quo effluxerunt 28. circiter anni, potuit valor istius Vineæ augeri, vel beneficio tem-

10 poris cum pretia † rerum in dies varientur, *l. pretia rerum, §.vlt. ff. ad leg. Falcid. l. 3. §. diui, ff. de iur. fund. Rot.decis.457.num.2. par.2. recent.* vel

11 quia fuerit † à possessoribus meliorata, & in omnem casum, cum ad probandū maiorem valorem non dentur, nisi locationes, intrat
12 conclusio, † quod verus rei valor ex locationibus non probatur. *Sarn. in reg. de valor. q. 11. Seraph. decis. 1009. num. 1. Cassad. decis. 20. num. 2. super reg. Rot. decis. 98. num. 24. par. 2. rec.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 13. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Testator si permiserit bona fideicōmissaria posse alienari pro dote non inde censetur permisisse illa posse alienari pro fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Peregr. de fideicommissis art. 42. num. 8. non dicit ex permissione alienationis bonorum fideicommissariorum pro dote illam etiam esse permissam pro fructibus, sed tantum examinat articulum, an bona subiecta fideicommisso possint alienari ex causa alimentorum pro descendentibus.*

2 *Rolan. de lucr. dot. q. 10. Menoch. consi. 93. num. 13. quibus terminis loquantur.*

DECISIO CCXVIII.

SVB die 16. Decembris 1629. fuit dictum Lauræ tantum informanti nō deberi fructus dotales, hodie verò eadem etiam tantum informante fuit confirmata hæc resolutio.

Siquidem pro parte illius non controuertebantur fundamenta decisionis, sed illa nitebatur sola dispositione testatoris, dum deficientibus bonis proprijs legatariorum permittit alienationem bonorum fideicommisso subiectorum in casu restitutionis dotis. Vnde informantes pro dicta Laura inferebant, quod stante huiusmodi permissione testatoris alienandi bona fideicommissaria pro dote, censebatur etiam permissa alienatio pro fructibus, qui inseruire debebant pro alimentanda dicta Laura ex *trad. per Peregr. de fideicomm. artic. 42. num. 86. Rolan. de lucr. dot. qu. 100. Menoch. consi. 93. num. 33.*

Sed hoc non obstante, fuit responsum non
1 deberi dictos fructus, nam † Pereg. non loquitur in istis terminis, cum in loco præallegato examinet articulum, An bona subiecta fideicommisso possint alienari ex causa alimentorum pro descendentibus grauatis, qui non est casus, de quo agitur cum Laura sit
2 transuersalis, † & *Roland. & Menoch.* loquuntur in augmento dotis, non autem in fructibus, pro quibus non competit priuilegium, vt bona fideicommisso subiecta alienari possint, prout competit pro ipsa dote, *Seraph. decis. 481. num. 2.*

Et cessare visa fuit omnis difficultas, ex quo licet alienatio pro restitutione dotis fuerit permissa, attamen cum testator nullum verbum fecerit de fructibus, sed solum de dote, & versemur in materia stricta, non potest
3 fieri † extensio ad dictos fructus, *glos. in cap. super eo in vers. intentionis de off. deleg. Rot. decis. 60. num. 3. par. 1. rec.* Maximè prout supradictum est, cum dos, & fructus dotales diuerso iure censeantur.

Et ita vna tantum &c.

CVSENTINA BENEFICII.

Mercurij 18. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Quænam sint subrogationis gratiosæ requisita.

SVMMARIVM.

1 *Immissio gratiosè subrogato passim conceditur concurrentibus reseruatione, obitu in possessione, & clericatu.*

2 *Reseruatio eo ipso inducitur quo beneficij possessor promouetur ad Episcopatum.*

3 *Reseruatio inducta dicitur in beneficijs retentis à promoto ex dispositione Apostolica.*

4 *Obitus in possessione promoti probatur ex litteris retentionis ex dispositione Apostolica.*

5 *Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad obitum.*

6 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Cardinalis Vicarij.*

DECISIO CCXIX.

PERRONO tantum informanti Domini dixerunt dandam esse immissionem vigore subrogationis gratiosæ in possessionem beneficij nuncupati Sanctæ Catherinæ loci
1 Montis Alti, de quo agitur, † cum satis doceat de tribus requisitis necessarijs, videlicet reseruatione obitu in possessione, & clericatu, quibus concurrentibus passim concedi immissionem gratiosè subrogato dixit *Rota decis. 700. num. 1. & decis. 715. num. 3. par. 1. rec. & sæpe in alijs.*

2 Reseruatio enim patet, † ex quo R.P.D. Paschalis vltimus possessor fuit promotus ad Episcopatum Casalen. & obtinuit ab Apostolica Sede facultatem retinendi d. beneficium. Vnde resultat reseruatio ex dispositione *Extrauag. Ad regimen. de præben.* quæ nedum habet locum in beneficijs vacantibus per promo-
3 tionem ad Episcopatum, sed † etiam in retentis à promoto ex dispensatione Apostolica, Ita vt deinde vacent per eiusdē promoti obitum propter prægnantiam, & generalitatem verborum ipsius extrauagantis, ibi (vacanria & imposterum quomodolibet vacatura) *Cassad. decis. 7. de Constit. cum alijs alleg. in Conchen. beneficij 24. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

4 Obitus in possessione probatur ex † litteris dictæ retentionis fidem facientibus quoad possessionem beneficiorum pro quibus conceduntur ob causæ cognitionem, quæ in ijsdem adhibetur, *vt in d. Conchen. Beneficij coram*
5 *Manzanedo*, & † quia probata semel possessio præ-

præsumitur continuata vsq; ad obitum., *Rota in eadem Conchen. & recen. decis. 321. num. 4. & decis. 700. num. 3. par. 1.*

6 Clericatus † denique remanet probatus ex litteris patentibus Cardinalis Vicarij *iuxt. gloss. in cap. Inter quatuor de Cleric. Peregr. cum allatis in Asculana Plebaniæ 12. Ianuar. 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et ità vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Lunæ 23. Iunij 1631.

Argumento, & Summario non eget.

DECISIO CCXX.

DOMINI steterunt in decisis sub die 23. Maij prox. præt. sub qua in hac causa fuit dictum Sententias Rotales absoluentes Franciscum Bentiuolum ab impetitis in iudicio redditionis rationis intentato à Tholomæo, & alijs Mercatoribus fore confirmandas, quia non probatur peruenisse ad d. Bentiuolum pecunias, nec merces, de quibus agitur, vt fuit dictum, & comprobatum in decisionibus in hac causa factis tàm coram Eminentissimo Cardinali Virili, & D. meo Vbaldo, quàm in decisione vltima corā me emanata, quarum rationes hodie DD. placuerunt.

Et ita vna tantum &c.

ARIMINEN. DOMVS.

Lunæ 23. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Agens in Saluiano interdicto, quid probare teneatur: Saluianum interdictum quando spatio decem annorum præscribatur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum quibus probatis intret.*
2 *Creditum cum hypotheca probatur ex Instrumento.*
3 *Instrumentum publicum facit rem claram, & manifestam.*
4 *Clausula,* constituti, *probat possessionem constituentis aduersus habentes causam ab eo.*
5 *Identitas bonorum benè probatur per duos confines.*
6 *Saluianum interdictum spatio decem annorum præscribitur.*
7 *Sed hoc non procedit contra non valentem agere.*
8 *Nec quando competit restitutio in integrum ex capite ignorantiæ.*
9 *Restitutio in integrum ex capite iusta, ac probabilis ignorantiæ concedi solet.*

DECISIO CCXXI.

CVM Diotaleuius prætenderet ex Saluiano immitti in possessionem cuiusdam domus ei inter alia bona à Magdalena matre in Testamento relictæ insimul cum Hieronymo eius patre, & d. Magdalenæ viro respectiuè, hodie proposito super hoc dubio, DD. dixerunt ei esse dandam immissionem, cùm pro illius parte benè probentur requisita Saluia-
1 ni, † nempè creditum eius cum hypotheca, possessio anterior debitoris, & posterior rei conuenti, nec non identitas domus, de qua agitur, quibus probatis intrat Saluianum, *Rolan. cons. 14. num. 13. lib. 1. Greg. XV. dec. 491. nu. 6. cum ibi alleg.*

2 Creditum siquidem cum † hypotheca dicti Diotaleuij benè probatur ex Instrumento dotali inter Magdalenam, & d. Hieronymum eius virum inito, in quo inter alia bona dotalia ista domus legitur descripta, quod quidem
3 Instrumentum † facit rem claram, & manifestam, *cap. cum dilecti, vbi Abb. num. 2. Bart. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de nou. oper. nunc. Paris. cons. 104. num. 64. & seqq. lib. 1.*

Possessio verò Hieronymi debitoris remanet etiam probata ex Instrumento venditionis d. domus ab eo factæ Francisco, à quo Iunipera emit, in quo Instrumento adest clausu-
4 la, *constituti*, † quæ probat possessionem constituentis aduersus habentes causam ab eo, *Rum. cons. 169. in fin. lib. 1. Grat. cons. 42 num. 12. & 13. lib. 2. Natt. cons. 439. n. 3. Tiraquell. de iure constit. par. 3. limit. 1. num. 23. vbi alios allegat. Rota decis. 324. num. 5. par. 2. recent.*

Identitas denique domus probatur tàm ex Instrumento dotis, quā ex instrumentis venditionum, in quibus plures confines d. do-
5 mus simili modo enunciantur, cum duo † sufficerent secundum vulgarem doctrinam *Bart. in l. demonstratio num. 14. ff. de condit. & demonstr. cum allegat. in Romana Vineæ 1. Iuly 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

6 Non obstat, quod Iunipera possederit † vltra decennium bona fide, & iusto titulo, & sic Saluianum dicatur præscriptum iuxta *text. in l. 1. & 2. C. si aduers. cred. & ibi scribentes Rolan. cons. 79. num. 7. & 8. vol. 1.* quia hoc non proce-
7 dit † nec contra non valentem agere, *Rot. apud Pacif. de Salu. dec. 147. num. 5.* nec quando com-
8 petit † restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, *Bart. in l. 1. §. si quis ff. de itin. actuq. priu. Rum. cons. 84. num. 4. lib. 4. Cagnol. in l. 2. qui de communi testatur qu. 74. num. 219. C. de pact. int. empt. & vend. Pacif. de Salu. inspect. 4. cap. 3. num. 24. & fuit dictum in Romana Saluiani 20. Nouembr. 1630. coram R. P. D. meo Merlino,* quæ limitationes intrant in casu isto; nam quoad ignorantiam Diotaleuij illa satis præsumitur, ex quo ipse de tempore mortis Magdalenę eius matris es-
9 set infans, † eique propterea ex capite iustę, & probabilis ignorantiæ competit restitutio in integrum, *Rot. apud Pacif. de Salu. dec. 171. nu. 1. Caputaq. dec. 207. in fin. p. 3.*

Quo verò ad impedimentum pariter benè iustificatur ex lite ei à Hieronymo eius patre intentata ad illum excludēdum ab vsufructu d. hæreditatis maternæ, vt colligitur ex decisione sub die 10. Maij 1630. coram me facta.

Et ita vna tantum &c.

CORNETANA LEGATI.

Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum olim possessorum ab eo in cuius bona petitur immissio in Saluiano, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Assertio Testatoris nocet eius haredibus, & ab istis causam habentibus.*
2 *Identitas bonorum bene probatur per testes expresse deponētes bona esse illamet qua olim à certa persona possidebantur.*
3 *Identitas bonorum in antiquis leuioribus probationibus probatur.*

DECISIO CCXXII.

FVIT in hac causa resolutum 4. Decembris 1620. coram bon. mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien. sententias extrà Rotā latas, quibus Capitulo Corneti, & aliis Collegatarijs ex Saluiano concedebatur immissio in possessionē domus, Vineæ & Olineti, quæ alias fuerunt relicta eidem Capitulo, & Collegatarijs prædictis à q. Sebastiano Spica esse confirmandas quæ decisio postea sub die 28. Ianuarij 1628. coram me subrogato in locū d. D. mei fuit confirmata quoad domum, & oliuetum tantum, & quoad vineam mandarunt Domini, vt particulariter de ea videretur, quapropter proposito hodie dubio, an etiam quoad dictam vineam esset standum in decisis, D. affirmatiuè responderunt.

Siquidèm benè probatur hanc vineā, quæ hodiè possidetur ab Alexandro Morello, possessam fuisse à dicto Sebastiano testatore tàm ex ipsius Sebastiani assertione in eius testamento emanata ibi, nec non eius vineam positam in Contrada mali temporis, quæ as-
1 sertio bene † probat tam cōtra Antonium heredem Sebastiani, quam aduersus dictū Alexandrum causam à dicto Antonio habentem *Bald. conf. 89. num. 3. lib. 1. Natt. conf. 235. num. 11. Peregr. conf. 48. num. 5. lib. 1.* quàm ex inuentario confecto per Curatorem dicti Antonij ibi, *Item vna vigna posta nella Contrada del Pozzo del mal tempo*; quam etiam ex depositionibus duorum testium videlicet secundi, & tertij pro parte Alexandri examinatorum, qui te-
2 stes† ex quo expressè deponunt hanc vineam quæ ab Alexandro possidetur, esse illammet, quam Sebastianus olim possidebat, benè probant identitatem dictæ vineæ licet ex mutatione temporum orta esset aliqua diuersitas in confinibus *Decian. conf. 17. num. 9.* qui alios cumulat *lib. 3. Afflict. decis. 23. num. 5. vers. Prædictis*. Quod tanto magis procedit, quia ver-
3 samur in antiquis; † in quibus leuiores sufficiunt probationes, *cap. cum causam de probat. vbi doct. Decian. d. conf. 17. num. 6. Rot. decis. 459. num. 3. par. 1. recent.*

Non obstat diuersitas denominationum, quibus vinea nuncupatur nimirum quod alicubi dicitur in Contrada Putei mali temporis alibi *in contrada delle Colonelle*, alibi *nel piano, & nel luogo detto l'Aleandra*, quoniam ex testibus remissorialibus nuper examinatis apparet dictam vineam sub dictis diuersis denominationibus nuncupatam esse vnam, & eandem in substantia, & illam, quæ fuit possessa per Sebastianum, diuersitas enim denominationum oritur ex diuersis lateribus, & Contradis, cum quibus adhæret vinea; adeò vt diuersis respectibus, vt deponunt dd. Testes, vinea sortiatur diuersa situationum nomina.

Non obstat, quod dicti Testes asserant cōtradas prædictas esse diuersas, & quod vna distet ab alijs spatio vnius milliarij, & vnus dicat Contradam Putei esse intra vineam, alter extrà, quoniam non negatur diuersitas Contradarum, nèc earum longitudo, & latitudo, sed dicitur vineam, de qua agitur, ob sui situationem in confinibus dictarum contradarum diuersimodè nuncupari, vt deponunt dicti Testes.

Non obstat, quod testes pro parte Alexandri examinati videantur etiam probare possessionem Chriseidæ matris Sebastiani testatoris, quia, vt fuit dictum in alia decisione, stante supradicta assertione Sebastiani in testamento, & inuentario Curatoris, nec non depositione ipsorum testium dicta possessio Chriseidæ, de qua deponunt dicti testes, debet intelligi de possessione Iure familiaritatis.

Et ita vtraque &c.

CAMERINEN. DONATIONIS.

Veneris 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Vigore clausulę constituti conceditur mandatum de associando: Insinuatio in quibus donationibus requiratur & donatio quando dicatur correspectiua alicui actui.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando regul. conceditur vigore clausula, constituti.*
2 *Clausula constituti, inutilis efficitur propter negligentiam.*
3 *Donatio ex defectu insinuationis est nulla.*
4 *Insinuatio in donationibus puris & simplicibus est necessaria non autem in factis ob causam, & num. 5.*
6 *Donatio ex quo resultat quod non sit simplex.*
7 *Donatio si sit facta alicui, & donatarius eodem die se obliget ad dandum donanti decem singulis annis, censetur hoc fecisse contemplatione pracedentis donationis.*
8 *Donatio quando est facta in eodem contractu & coram eodem Notario & testibus censetur facta ex causa d. contractus, & num. 13.*
9 *Donatio facta in aliquo contractu censetur facta cum-*

templatione illius contractus etiam si donatio fuerit posita in articulo separato.

10 Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate &c. ex stylo Notariorum solet apponi in qualibet donatione.

11 Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate &c. non facit donationem puram non solum quando causa donandi est expressa.

12 Sed etiam quando non est specialiter expressa dummodo aliter assignari possit causa.

DECISIO CCXXIII.

FVIT dictum 7. Aprilis præteriti Andreę Calcario Cessionario Herfilię, & aliarum sororum de Calcarijs non esse dandum mandalum de associando ex duplici capite.

Primò, quia licèt in Instrumento donationis factæ à Ioanne Baptista dd. sororibus ce-
1 dentibus adesset clausula constituti; † cuius vigore regulariter mandarum de associando conceditur ex tradit. per *Bart.in l.3.In.4.quæst. princ.de pignorib. cum alijs allegatis in decisione*: attamen illa d. Andreæ suffragari non poterat propter negligentiam dictorum sororū Constitutariarum, quæ nedum neglexerant apprehendere possessionem bonorum, de quibus agitur, sed etiam passæ fuerunt illam à Venantio, & alijs Io. Baptistæ donantis filijs
2 apprehendi, ex qua negligentia † dicta clausula cōstituti effecta fuit inutilis etiam respectu d. Andreæ Cessionarij *Rot.decis.694.num.8. par.1.recent. cum alijs in decisione allegat.*

Secundo quia donatio facta dd. Mulieribus erat nulla propter defectum insinuationis,
3 quę † ex constitutione Marchiæ necnon ex dispositione Statuti Camerini omninò requirebatur. *Gregor. XV. decis. 260. num.1. & seqq.*

Hodierna die posita causa super iisdē recessum fuit à secundo capite decisionis, ea ratione, quia licet Statutum Camerini & Constitutiones Marchiæ requirant Insinuationem in donationibus, attamen debent intelligi de
4 puris, † & simplicibus donationibus, *l. Aquilius Regulus ff.de donat. Alberic.in par.1.Stat.quæst. 122.* de prædicta materia *Surd.de aliment. tit.8. priuil.72.num.4.& seqq.Seraph.decis.416.num.17.*
5 non autem de factis † ob causam, in quibus de iure communi Insinuatio non requiritur, *Oldrad.cons.139.num.1.14.Curt.Iun.cons.140.n.5. Rom.cons.26.num.3.Clar.in §. Donatio quæst.3.n.1 & quæst.16.nu.6.Guidopap.decis.95. num.2. Tiraq. in l.si vnquam in ver. donatione largitus numer.127. C.de reuoc.donat.*

Quod autem donatio, de qua agitur fuerit ob causam, satis colligitur ex Instrumento transactionis inter dictum Ioannem Baptistā, & Hersiliam aliasque sorores initæ, ex qua apparet eos ad illam deuenisse occasione diuersarum prætensionum, super quibus inui-
6 cem se plenissimè quietarunt; † vndè resultat donationem non fuisse simplicem, *Soccin. cons.273.num.4.lib.2.* vbi in fortioribus terminis post Castr. infert quod si mulier aliquid
7 donat † Hospitali, & eodem die Hospitale se obligat ad dandum mulieri decem singulis annis censetur Hospitale hoc fecisse contemplatione præcedentis donationis, *Dec. in l. petens num.3.C.de pact.Ias.in l.lecta num.24. & seqq. ff.si cert. pet. Grammat. decis.103. num.156.& seq. Rot.in Parmen. Daty 27.Iunij 1612. coram Reuerendiss. D. meo Decano, apud glos. ad Gallef. decis. 113.num.5. 13. & seqq.* & vbi in eodem con-
8 tractu coram eodem Notario, & testibus est facta donatio, illa censetur ex causa dicti contractus fuit dictum in *Romana Societatis 16. Decembris 1619. coram bon.mem. Vbaldo præcipuè ex Menoch. præsumpt.12.num.4.& seq. lib.4.*

Non obstat quod donatio fuerit facta in Capitulo separato, quia ex hoc non sequitur
9 quin d. donatio fuerit facta contemplatione dictæ transactionis, ac proindè dicta donatio censeatur correspectiua ad dictam transactionem ad tradita per *Surd.cons.217.num.19. vers. his verò non obstan.lib.2. Alm.cons.98.num.12.*

Nec releuat quod donatio facta fuit per hæc verba, ex mera, pura, & gratuita voluntate, & quia sic voluit &c. quia vltra quod d.
10 clausula † ex stylo Notariorum in qualibet donatione apponi solet *Seraph.decis.1184.nu.2.*
11 illa non facit † donationem simplicem, nedum quando causa donandi exprecsa est in ipsa donatione *Dec.in l.si donatione num.4. C.de collat. Alex.cons.40.num.14.lib.4. Becc.cons.20.numer.21.lib.2.Surd.cons.407.num.21.lib.3.Gratian. discept.96.num.34.Fontanell.de pact. nupt. claus.4. glos.1.num.53. Marescott.var.cap.27. num.8. & 9.*
12 *lib.2.* sed etiam quando specialiter † expressa non est dummodò alias assignari possit causa resultans ex transactione, in qua plura correspectiua, & vicissitudinaria sint conuenta, *Riu.sen.cons.383. num.24. 29. 32. 37. lib.2.*

In præsenti autem casu licèt nō fuerit expressa causa donandi, attamen ex qualitate transactionis satis apparet donationem fuisse ob causam, non solum quia, vt dixi supra,
13 donatio † fuit facta in eodem Instrumento, sed etiam quia eædem res, quarum iura fuerunt donata, erant litigiosæ, & super illis inter donantem & donatarias vertebatur lis; vndè clarè colligitur donationem fuisse factam ex causa transactionis, idque clarius resultat ex exordio ipsius transactionis; vbi contrahentes affirmāt ad effectum obuiandi litibus se ad dictam transactionem deuenire.

Et ita vtraque &c.

THELESINA CENSVS.

Luna 10. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Confessio circa possessionem ex quibus potius sit referenda ad possessionem naturalem quam ciuilem.

SVMMARIVM.

1 *Defectus minoris ætatis suppletur per iuramentum.*

S 3 *Possess-*

2 *Possessio in solidum penes duos esse non potest.*
3 *Limita diuersis respectibus.*
4 *Limita pariter in possessione ciuili, & naturali cum vna possit esse penes vnum, & altera penes alium.*
5 *Confessio restringenda est vt minus noceat.*
6 *Confessio etiam cum iuramento potest reuocari si detegatur erronea.*

DECISIO CCXXIV.

SVB die 9. Decembris 1630. DD. denegarunt manutentionem in possessione bonorum, de quibus agitur, Petro, & Fabio de Petrontijs tunc solum informantibus, hodie causa iterum posita super iisdem, Clerico Francisco, altera parte etiam informante DD. steterunt in decisis.

Pro parte siquidem dd. de Petrontijs non impugnabantur fundamenta decisionis, quæ etiam hodie DD. placuerunt, sed solum ipsi ad probandam suam possessionem nitebātur transactione inter ipsos, & Clericum Franciscum inita de mense Martij 1629. in qua trāsactione dictus Clericus fatetur ipsos de Fabijs esse in possessione dictorum bonorum, ex qua confessione satis eorum possessionem probari prætendunt, cum nulla maior probatio detur confessione, quæ cōfessio licet emanauerit à dicto Clerico in minori ætate constituto; tamen ex quo transactio fuit facta
1 medio † iuramento, non obstante dicto defectu minoris ætatis videbatur suffragari dictis de Fabijs iuxtà *auth. Sacramenta puberum C. si aduersus vend. Bald. cons. 258. lib. 5. Castr. cons. 290. num. 2. col. 2. in princ. lib. 2.*

Sed istis non obstantibus DD. visum fuit huiusmodi confessionem Francisco non nocere, cum illa debeat intelligi secundum subiectam materiam, scilicet, quod dicti de Fabijs detinebant, ex quo Iudex eis dederat possessionem, non autem talis censeri debet, vt dictus Clericus fateatur à se esse abdicatā possessionem ciuilem, quia licet possessio in
2 solidum † penès duos esse non possit, secus
3 tamen est diuersis † respectibus, & secùs est
4 etiam in possessione † ciuili, & naturali, cum vnus possit possidere ciuiliter, & alius naturaliter *l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. poss. Rot. recent. decis. 85. num. 6. par. 2. & decis. 203. num. 3. coram san. me. Greg. XV.*

Et quod confessio dicti Clerici sit intelligenda de possessione naturali, non autem de ciuili deducebant DD. ex eo, quia (vt fuit dictum in alia decisione) decretum, cuius vigore Fabij fuerunt immissi in possessionem bonorum, de quibus agitur fuit iniustum, & sic per illud non potuit Clericus priuari ciui-
5 li possessione, & confessio † est restringenda, vt minus noceat, *l. si quis intentione ambigua ff. de Iudic. l. de ætate §. nihil interest ff. de interrog. act. Rota diuers. decis. 806. nu. 1. par. 1. & decis. 80. n. 21. par. 2. Mohed. de rest. spol. dec. 2. alias 37. & dec. 633. num. 7. par. 1. recent.*

Et in omnem euentum, quatenus dicta confessio esset intelligenda de vtraque posses-
6 sione, tamen cum sit erronea † potest reuocari, quamuis facta cum iuramento *Gutier. de iur. confirm. par. 1. cap. 40. num. 8.* vbi testatur de communi.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Veneris 14. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Pereunte seu irreuocabiliter euicto fundo cōstituto, census extinguitur, nec fructus amplius debentur, neque ad damna, & interesse tenentur fideiussores.

SVMMARIVM.

1 *Census resoluitur ipso iure, quo fundus census fuit auocatus ab imponente irreuocabiliter.*
2 *Census impositus super fundo onerato alio censu, sustinetur quousque fundus ille euincatur irreuocabiliter.*
3 *Fructus ex censu extincto non debentur citrà labem vsurariam.*
4 *Census impositus super re aliena sustinetur in præiudicium imponentis.*
5 *Imponens censum super re alio censu grauata, illa euicta tenetur ad damna, & interesse loco fructuum.*
6 *Fideiussor non tenetur ad damna & interesse, quando accedit duntaxat certæ obligationi, & non se obligauit pro toto contractu.*
7 *Fideiussoris obligatio non patitur extensionem.*
8 *Limita si obligatio sit indefinitè concepta.*
9 *Fideiussoris obligatio respectu vnius speciei non debet extendi ad obligationem diuersam ab ipsa specie.*

DECISIO CCXXV.

POSTQVAM sub die 29. Aprilis 1630. fuit resolutum censum, de quo agitur, fuisse extinctum, & DD. de Herrera, & Costa non amplius teneri ad solutionem fructuum illius, pro quibus fideiusserunt, placuit DD. iterum Monialibus S. Catherinæ huic resolutioni nō acquiescentibus indulgere audientiam super iisdem, necnon discutere, an saltem DD. fideiussores loco fructuum teneantur ad damna & interesse; vnde proposita hodie causa fuit confirmata supradicta decisio, & dictum fideiussores non teneri ad damna & interesse.

Nam quoad extinctionem census firma-
1 tam in decisione, de illa satis constat, eo ipso quod domus super qua fuerat impositus census, ab habente anteriorem hypothecam, fuit euicta, subsistere siquidem vila fuit conclusio firmata in dicta decisione, quod auocata re,
siue fundo censuali irreuocabiliter ab impo-
2 nente census, ipso iure resoluitur, † licet vsque ad talem irreuocabilem euictionem habeat statum implicitum validitatis, & subsistat vt vltrà alegata in alia decisione, tradit *Iurigl.*

suces

super bulla de cens. quaest. 29. num. 2. Petr. de Greg. de cens. quaest. 5. num. 9. Perus. de cens. qui alios cu-
3 *mulat par. 1. cap. 2. qu. 1. art. 6. num. 2.* & † sic se-
quuta extinctione census citrà labem vsuræ
fructus amplius non debentur à fideiussori-
bus, *Cenc. de cens. par. 1. cap. 3. q. 4. num. 1. & seq.*
4 Non obstat, † quod census impositus super
re aliena sustineatur in præiudicium impo-
nentis, *Rota decis. 13. num. 1. & decis. 17. num. 2. & decis. 138. num. 5. post Cenc. de cens.* & sic multo
magis sustineri debeat super hac domo post
impositionem census euicta, ad tradita per
Rotam decis. 90. num. 5. & seq. & num. 10. post dict. tract. de cens. quia hoc est verum cum hac ta-
5 men † declaratione, quod census sic imposi-
tus sustineatur non tamen ad effectum, vt ipse
imponens teneatur ad fructus census sequuta
euictione fundi, & sic extincto censu, sed ad
damna & interesse loco dictorum fructuum,
prout rectè declarat *Cenc. d. art. 1. num. 12. post Cabal. consil. ciuil. 94. num. 4. lib. 1. Seraphin. decis. 785. & 787. Marescott. lib. 2. var. cap. 61. num. 4. Fusar. qu. 706. num. 3.* & in his terminis loquun-
tur decis. supra allegatæ.

Quo verò ad aliam dubij partem, an scili-
cet fideiussores saltem teneantur ad damna &
interesse, fuit dictum eos ad illa non teneri,
nam licèt ex supradictis appareat imponen-
tem censum ad illa teneri, attamen hoc non
6 procedit respectu † fideiussoris, quando ipse
solum accessit certæ obligationi, & non se
obligauit pro toto contractu, & sic non re-
præsentat in totum ipsum principalem debi-
torē, & non est Correus in totum negocium
prout esset, si DD. de Herrera, & Costa ac-
cessissēt principaliter, & insolidum cum obli-
gatione Camerali, quia tunc tenerentur ad
damna, & interesse, prout principalis impo-
nens, *Bero. cons. 193. lib. 1. num. 34. vers. aggreditur, & num. 50.* verum cum obligatio eorum
sit restricta ad fructus census, ibi *per li frutti de*
7 *censi di scudi 2000.* † hæc obligatio non potest
referri ad damna & interesse, cum in hac ma-
teria fideiussionis non debeat fieri extensio
tanquam de actu stipulationis, *l. fideiussores Magistratuum, §. pro Aurelio, ff. de fideiuss.* vbi lo-
quitur de fideiussore ad certam quantitatem,
quod idem videtur dicendum in præsenti ca-
su, ex quo obligatio, de qua agitur, est restri-
cta ad certam speciem, nempe ad fructus.

Nec applicantur deducta per *Surd. de alim.*
8 *tit. 9. qu. 31. num. 75.* quia † procedunt in obli-
gatione indefinita absolutè concepta, quæ ad
vniuersum contractum potest referri, prout
de obligatione facta pro Scolari, intelligitur
etiam facta pro suppellectili, quia refertur ad
totam naturā negocij, sed in casu nostro re-
stricta est obligatio ad certam speciem, nem-
pè ad fructus Census, & sic cum obligatio
9 sit stricti iuris † non debet obligatio vnius
speciei extendi ad obligationem diuersam ab
ipsa specie, *l. quicquid adstringenda, ff. de verbor. obligat.* & benè conferunt tradita per *Bero. dict. cons. 193. num. 49. lib. 1.*

Et ita vtraque &c.

RAVENNATEN. CENSVVM.

Veneris 19. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Mandatum præsumptum ex quibus intret, & quando verum non faciat cessare præsumptum. Sententia licet concepta per vnum caput, quando adhuc dicatur continere plura separabilia, itaut cessante vno membro pro reliquis sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ex gestis, & ob expensas præsumitur.*
2 *Duo mandata benè possunt concurrere.*
3 *Mandatum verum quamuis insufficiens facit cessare tacitum.*
4 *Hoc procedit quando mandatum verum à principio fuit productum.*
5 *Sententia nulla parte non opponente potest confirmari, & si transeat in iudicatum amplius de nullitate opponi non potest.*
6 *Sententia vnius capituli est indiuidua.*
7 *Limita quando plura separata aquè principaliter fuerunt petita cum hoc casu sustineatur pro summis debitis licet in reliquis corruat.*
8 *Stipulationes tot sunt quot sunt res vel summæ in obligatione deducta.*
9 Text. in l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisc. *declaratur.*
10 *Tot sunt sententiæ quot articuli.*
11 *Sententia quamuis indiuidua, si tamen membra sint diuidua, vel separabilia, tunc stat firmitas in vno ex membris valido, & infirmitas in inualido.*

DECISIO CCXXVI.

PROPONENTE R. P. D. meo Vbaldo sub die 26. Februarij præteriti fuit resolutum sententiam R. P. D. mei Durani pro summa scut. 2025. latam ad fauorem creditorum olim Virginij Budrioli esse reformādam quoad summam scutorum 600. & pro reliqua summa scutorum 1425. confirmandam, sed quia DD. de Dezza, altera pars prætendebant dictam sententiam esse in totum infirmādam, hodiè sudrogatus in locum D. mei Vbaldi proposui dubium super eisdem, & DD. censuerunt standum esse in decisis.

Obiecta enim dd. de Dezza non releuant, nam licèt prima sententia in hac causa lata ab A. C. in qua declaratur censum fuisse extinctum, & Dezzas teneri ad restituendū fructus liquidādos à die peremptionis bonorum quàm bon. mem. Manzanedus Iudex deputatus cum clausula (appellatione remota) cōfirmauit, reseruata sibi facultate eam liquidandi quoad fructus repetendos, prout eam liquidauit D. meus Duranus in eius locum subrogatus ad prædictam summam scutorū 2025.) impugnetur ex defectu mandati R. P. D. Castellani procuratoris, tamen DD. visum fuit posse huic obiectioni duplicitèr responderi.

1 Primò, quod ex † gestis per D. Castella-
num

non potest, quam per registrationem in actis, ex alleg. per Felin. in c. quoniam contra sub nu. 1. de probat. Rota decis. 135. num. 1. & 2. par. 1. recen. Sed dato etiam, quod standum esset huiusmodi assertioni Notarij, adhuc tamen prætensa citatio nihil operaretur, cum sit admodum vaga, & incerta, dum in ea non exprimitur, pro qua die esset pars citata ad audiendum sententiam, vndè intrat conclusio, quod quā-
2 do citatio caret † termino, sententia dicitur lata sine citatione, Castren. in l. non eo die, num. 2. C. quando prouoc. non est nec. Rota decis. 474. num. 2. par. 2. recent.

Quo defectu citationis firmato, qui solus de per se sufficeret ad inualidandum sententiam. Dixerunt Domini etiā secundam nullitatem ex defectu publicationis benè subsistere, dicti enim testes pro Fratribus S. Augustini examinati quoad hanc secundam partem nihil relevans, deponunt quoad facultates Inquisitori circā superintendentiam in iurisdictione ab Episcopo concessas excepto secundo, quia vltrà quod est vnicus, cum se refe-
3 rat † ad litteras Episcopi d. Inquisitori datas, ipsis litteris non exhibitis nihil probat.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOTIS SEV LVCRI DOTALIS.

Lunæ 1. Decemb. 1631.

ARGVMENTO

Non eget.

SVMMARIVM:

1 *Bona fideicommissaria possunt alienari ex dispost. auth. resque C. comm. de leg. prò apparatibus, antifato, appendicijs & accessorijs dotis quæ opinio ponitur dubitatiuè.*

2 *Dictio, dumtaxat, operatur negatiuam quo ad non expressa.*

3 *Extensio in materia odiosa de vno ad aliud non potest fieri.*

DECISIO CCXXVIII.

POSTQVAM per duas decisiones primam sub die 13. Decemb. 1628. alteram sub die 7. Maij 1629. fuit resolutum Breue à Laura Bellapana obtentum a S. mem. Greg. XV. pro recuperatione suæ dotis ex fructibus hæreditatis q. Statilij Pacifici esse exequendum, & successiuè per alias binas decisiones vnam sub die 16. Nouembris 1629. alteram sub die 13. Iunij 1631. fuit dictū eidem Lauræ agenti etiam ad fructus dotales non deberi dictos fructus, dicta Laura cæpit prætendere lucrum dotale, obtinuitque mihi super eo causam à Signatura committi, vndè proposito a me dubio, an ei d. lucrum dotis deberetur DD. d. Laura tantum informante negatiuè responderunt ea ratione.

1 Quià licet bona fideicōmisso subiecta possint alienari iuxtà terminos auth. resque C. commun. de leg. Pro apparatibus, antifato, appendicijs, & accessoris dotis Rota decis. 556. par. 1. diuers. Fsuar. de substit. quæst. 531. num. 39. & 41. Franc. decis. 613. num. 12. Rouit. cons. 55. Io. Franc. de Pont. cons. 34. num. 39. in fin. attamen quidquid sit de hac oppinione, visum fuit DD. nos esse extrà hanc difficultatem, quia licèt S. mem. Greg. XV. per supradictū Breue voluerit Lauram satisferi de parte dotis scilicet scut. 600. non indè sequitur, quod voluerit grauare fructus bonorum subiectorum fideicommisso vltrà dictam quantitatem tam propter di-
2 ctionem, dum taxàt, † quæ operatur negatiuam quoad non expressa Bar. in l. omnib. nu. 1. vers. pro cuius declaratione ff. si quis ius. dic. non obtemp. Iaf. ibidem num. 9. Roman. cons. 512. num. 2. Gemin. cons. 76. num. 3. vers. contrarietas, quam ex eo, quod hic agitur de materia stricta & sic nō
3 potest fieri † extensio de vno ad aliud Rota decis. 60. n. 3. part. 1. rec.

Et ità &c.

DERTVSEN. CANONICATVS.

Lunæ 1. Decembris 1631.

Argumentum, & Summarium aliud non continent nisi quod

1 *Clausula*, Constito de assertis, *apposita in commissione suspendit iurisdictionem donec sit purificata dicta conditio.*

DECISIO CCXXIX.

PENDENTE coram me causa appellationis à Sententia A. C. inter Gabriellem Sortor Actorem ex vna, & Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Dertusīā Reos conuentos ex altera cum clausula, Parito litteris, fuit dubitatum sub 27. Iunij proximè præteriti, an constaret de paritione Capituli, Canonicorum etiam ad effectū absolutionis a censuris, in qua disputatione non potuit capi resolutio, sed fuit mihi ordinatum quod concederem absolutionem cum reincidentia vsque ad primam diem Decembris, prout eam concessi, & postmodum de ordine Rotæ prorogaui. Nuper autem præsentata mihi noua commissione præfixionis termini ad liquidandum fructus cum clausula, constito, de assertis, & facto verbo in Rota, vtraque parte informante super huiusmodi præfixione, DD. ordinarunt quod præfigerem terminum iuxtà formam d. commissionis, & desuper extenderem decisionem super purificatione d. Clausulæ constito &c. quæ cum suspendat iurisdictionem, donec sit purificata dicta conditio, debet ante omnia verificari iuxtà decis. Verall. 230. quæ incipit, Monitorium decretū vigore p. 2. Quæ conditio visa fuit DD. satis iustificata ex deductis in disputatione vt supra facta sub 27. Iunij quæ sumpta sunt ex actis, & ex tenore prædictæ commissionis mihi a principio directæ.

MELEVITANA BENEFICII.

Veneris 5. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Narrata in litteris debent iustificari, Deuolutioni ad formam Concilij Lateran. vt dicatur factus locus quæ requirantur, & alia de regula Annali.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio dicitur consumpta per antecedentem prouisionem.*
2 *Vacare non dicitur beneficium vnitum.*
3 *Deuolutioni ad formam Concilij Lateranen. vt sit factus locus quæ requirantur & numer. 4. Vbi quod tempora non currunt nisi a die scientiæ.*
5 *Clausula*, dummodo non sit alteri ius quæsitum, *est iuris præseruatiua.*
6 *Regula de Annali quo ad secundam partem requirit quod causa sit introducta intra sex menses, & quoad secundam partem quod causa fuerit expedita intra annum num. 7. Alias gratia remanet inualida numer. 8.*
9 *De Regula de Annali potest dari quandocumque.*
10 *Singula quæ non prosunt coniuncta faciunt rem claram & manifestam.*

DECISIO CCXXX.

PROPOSITO dubio, an gratia Ascentij sit iustificata, DD. negatiuè responderunt, duo enim narrauit, quod Saluius dum viueret obtinebat beneficium, de quo agitur, & per obitum illius ad præsens vacat. Secundo quod tanto tempore vacauerit, quod eius Collatio iuxtà Lateranensis statuta Concilij ad Sedem Apostolicam est legitimè deuoluta, quorum neutrum censuerunt DD. esse probatum.

Primo quod adhuc vacet, non iustificatur, quià post obitum dicti Saluij fuit prouisus Antonius Vellius *ex sum.* Collegij *n. 5.* in cuius juribus deindè fuit subrogatū collegiū *d. sum.*
1 *nu. 4.* & sic † consumpta fuit prætesa vacatio *Rot. decis. 24. de præb. in antiq. Cassad. decis. 4. num. 2. de Caus. possess. & propr. Rota decis. 498. numer. 1. part. 2. recent.* tum etiā quia stante vnione facta per Episcopum Melitē ad fauorem Collegij à Paulo V. confirmata *summ. num. 3. & 4.* non
2 dicitur † beneficium vacare *Oldrad. cons. 257. num. 15. Ferret. cons. 242. num. 8. Rota decis. 2. de excess. Prælat. in nou.*

Quoad secundā narratiuam, quod scilicet beneficium fuerit deuolutum non etiam iustificatur; deuolutio enim non simpliciter desumitur ex temporum decursu a die vacationis, quatenus intraret, supputando tempora de iure præscripta patronis ad præsentandum, & Episcopo, atque Metropolitano ad confe-
3 rendum, sed probanda est discretiuè de † inferiori ad superiorem cum scientia vacationis beneficij *cap. 2. c. licet. ib. de suppl. neglig. Prælat. glos. in Clemen. vnica in verb. locor. eodem tit. Mantic. decis. 260. Rot. rec. dec. 186. par. 2.* non enim cur-
4 runt tempora † nisi à die scientiæ *c. per. diuersitatē de concess. præben. idem Mant. loc. quo supra Garz. de benef. par. 10. cap. 3. n. 13. & seq.* & ad probandā huiusmodi scientiā nihil pœnitus pro Ascentio fuit deductum

Vlterius eidem Ascentio obstat clausula, *Dummodo non sit alteri Ius quæsitum*, per quam di-
5 citur † præseruatū ius Collegij tam ex vnione quam ex subrogatione in possessione, & iuribus Vellij eidem competens ad tradita per *Seraf. dec. 1218. num. 4. Card. Caual. dec. 231. num. 4. Adden. ad. S. mem. Gregor. dec. 351. cum concordantibus.*

Obstat etiam regula de Annali tàm quoad secundam, quam quoad tertiam partem, quo ad secundam ex quo causa non fuit introdu-
6 cta intrà † sex menses, *Crescen. decis. 4. de caus. possess. & propriet. Sarnen. in regula de Annali q. 45 & ibi Mandos. qu. 66.* & fuit dictum *in causa Siracusana Canonicatus 1. Decembris 1603. coram Attrebaten.* Obstat quoque tertia pars, ex quo
7 causa non fuit † expedita infrà annum, prout
8 in regula disponitur, vnde gratia remanet inualida, *Mandos. super regula de Annali quæst. 5. num. 3. Rota diuers. decis. 809. num. 1. par. 3.* & de
9 hac regula † potest dari quandocumque, *Cassador. decis. 12. super regul. Sarnen. super reg. de Annal. qu. 5.* & suffragatur etiam possidenti beneficium, vt vnitum, *Cassador. decis. 23. super regula Rebuff. super reg. de Annali gloss. 10. & ibi Mandos. quæst. 14.*

Quod autem regula suffragetur Collegio, non videtur posse dubitari, siquidem de possessione Annali constat ex confessione ipsius Ascentij in gratia impetrationis, ex Instrumēto capta possessionis cum subsequutis actibus possessorijs perceptionis fructuum, & ex enunciatiua Pauli Quinti in confirmatione cessionis factæ per Vellium, quæ singula apta sunt ad probandum, coniunctaque videntur
10 rem † facere omninò claram, & manifestam, *Cas. de Grass. decis. 10. de caus. possess. & propr. Rot. decis. 508. num. 1. par. 2. recent.*

Et ità vtraque &c.

COLIMBRIEN. PRAESTIMONIORVM.

Mercurij 10. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Prælatus nomine Ecclesię potest agere tàm in possessorio, quàm in petitorio, & tam remedio recuperandæ quam retinendæ etiam si ipse fecerit contractum inutilem, & se habuerit pro spoliato. Vigore possessionis ciuilis, quis potest recuperare naturalem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio posterior non est manutenenda, cùm præsumatur clandestina, & turbatiua.*
2 *Prælatus nomine Ecclesiæ, & Prælatura agere potest tàm in petitorio, quàm in possessorio nedum recuperandæ, quàm retinendæ.*

3 Quod

3 *Quod procedit etiam si Prælatus fecerit inutilem contractum, & habuerit se pro spoliato.*

Possessio bonorum Ecclesiæ non transfertur ex inutili contractu num. 3.

4 *Prælatus nomine Ecclesiæ potest petere manutentionẽ*

5 *Prælatura, & Ecclesia vt pupillus sunt ita vt non possint perdere manutentionem.*

6 *Ecclesia nunquam desinit possidere, & nunquam moritur.*

7 *Prælato nomine Ecclesiæ competit restitutio in integrum.*

8 *Possessio bonorum Ecclesiæ est penes ipsam Ecclesiã, & non simplicriter penes Prælatum.*

9 *Possessio Ciuilis bonorum Ecclesiæ est penes ipsam Ecclesiam.*

10 *Possessio bonorum Ecclesiæ dicitur plena, & nunquam vacua.*

11 *Ecclesia, vel dignitate vacante si bona occupentur per tertium Ecclesiæ competit interdictum Vnde vi & num. 20.*

12 *Itaut non competat Ecclesiæ aut dignitati manutentio.*

13 *Prælato mortuo penes Ecclesiam remanet possessio ciuilis, & considerabilis.*

14 *Et hoc sufficit ad effectum interdicti recuperandæ possessionis.*

15 *Interdictum vnde vi, quando alicui competit an possit petere manutentionem.*

16 *Interdictum, uti possidetis competit ratione ciuilis possessionis.*

17 *In possessione ciuili non potest, quis se tueri sine restitutione possessionis naturalis.*

18 *Interdictum, vti possidetis, licèt sit retinendæ possessionis habet vim recuperandæ.*

19 *Interdictum, vnde vi, datur ratione naturalis possessionis amissæ, & interdictum vti possidetis ratione ciuilis, & num. 26.*

21 *Vis sunt plures species.*

22 *Occupator si recurrentem Dominum non admiserit, vi magis videtur possidere, quàm clam.*

23 *Interdictum vti possidetis non datur possidenti.*

24 *Possessor vigore possessionis ciuilis potest recuperare naturalem, & expellere occupatores.*

25 *Prælatus quando nulliter alienat etiam, quod habeat se pro spoliato potest agere nomine Ecclesiæ.*

27 Decis. Seraph. & Blanchetri declarantur.

28 Decis. in causa Lucana Optionis coram Manzanedo declaratur, *& num. 29.*

30 *Possessio bonorum præsumitur adepta ex adeptione possessionis Ecclesiæ, vel dignitatis nisi tertius Ecclesia, vel dignitate vacante acceperit possessionem*

31 *Ecclesia, qui possessionem assequitur, consequitur & illius bonorum possessionem.*

32 Aretin. in l. possideri nu. 8. ff. de acq. possess. declaratur.

33 *Canonicus, qui post adeptam possessionem canonicatus reperit occupantem potest eum violenter expellere.*

34 *Possessio naturalis potest recuperari ex vi ciuilis.*

35 Rot. decis. 21. de restit. spoliat. in antiq. & aliæ declarantur.

36 *Beneficij possessionem si quis capiat si spolietur restituitur in integrum ad dictum beneficium.*

37 *Ecclesiæ possessionem si quis capiat per annulum, ad quæ bona restringatur d. possessio.*

38 *Prælatus potest agere nomine Ecclesiæ, & expellere occupatorem, & ex vi possessionis ciuilis recuperare naturalem.*

39 Decis. 1. de restit. spoliat. in nou. declaratur

40 Achil. decis. 4. de præscript. intellectus.

41 *Possessio ciuilis spatio 10. annorum perditur & quandoque minori, vt num. 42.*

DECISIO CCXXXI.

CENSVERVNT DD. Illustrissimo D. Domino Roderico de Mello nomine præstimoniorum, quæ possidet, competere restitutionem in integrum aduersus tres sententias in partibus latas ad fauorem Petri de Figueredo Prioris Sanctæ Catherinæ loci de Nobra super reintegratione ad possessionem, in qua obtinuerat manutentionem ab Archidiacono Visen, quia cum dicta Præstimonia essent in antiquiori possessione, quam esset Sebastianus de Affonseca antecessor dicti Petri prædicto D. Roderico nomine eorumdẽ Præstimoniorum non autem dicto Petro debeba-
1 tur manutentio, † cum possessio dicti Sebastiani, tanquam Iunior præsumeretur clandestina, & turbatiua *c. licet causam de probat. Bart. in l. si duo num. 4. ff. vti possid.* Indubitatum est
2 enim, quod Prælatus nomine Ecclesiæ, † vel Prælaturę potest agere tam in petitorio, quàm in possessorio, nedum recuperandæ, sed etiam retinendæ, *vt in cap. littera de dilat. cap. olim. 1. & 3. de restit. spol. Abb. in cap. cum super n. 19. 20. & 21. de Caus. poss. & propriet. & in dicto cap. litteræ nu. 3. vers. circa primum de dilat.* etiam quod
3 ipse Prælatus † fecerit inutilem contractum, & habuerit se pro spoliato, quia cum ex inutili contractu facto per Prælatum possessio nõ transferatut *Bart. in l. 1. §. si Vir uxori nu. 3. Ias. num. 28. Bologn. num. 65. ff. de acquir. possess. Verall. decis. 182. num. 9. par. 3.* nomine Prælaturæ, vel
4 Ecclesię potest petere manutentionem *Verall. loco allegato Seraph. decis. 1417. num. 4. & fuit resolutum coram Reuerendissimo D. meo Decano in Causa Theatina Iurisdictionis S. Ioannis 10. May 1621 vers. & vlterius fuit consideratum, alias quam sæpissimè, Adden. ad decis. 116. san. mem. Gregorij*
5 Prælatus † namque, & Ecclesia, prout pupillus sunt tales, vt non possint perdere possessionem *Bart. in dicta l. 1. §. si vir vxori num. 3.* quem sequitur *Paris. cons. 24. num. 7. vol. 1.* vbi
6 quod Ecclesia † nunquam desinit possidere, & nunquam moritur, ac propterea cum ex hoc constet de læsione Præstimoniorum eidem D. Roderico eorundem nomine compe-
7 tit † in integrum restitutio *l. nam, & postea §. si minor ff. de Iureiur. l. serò ff. de restit. in integrum Rot. decis. 1. eodem titulo in nou. & decis. 307. num. 1. par. 2. recen. Beniat. decis. 35. num. 10. & passim dixit Rot.*

Quod autem possessio Præstimoniorum esset antiquior, satis patet quia fructus per Paulum Tertium fuerunt à quibusdam Ecclesijs dismembrati vsque de anno 1541. & facto loco dismembrationi de anno 1546. capta fuit possessio quorundam Præstimoniorum, illorumque bonorum, & fructuum, nec non aliorum successiuè per D. Aluarum de Mello qui

qui possedit vsque ad annum 1580. quo tempore obijt, vt deponunt testes in Causa examinati, & cum per obitum dicti Aluari fuisset prouisus D. Ioannes de Barganza, qui pariter possessionem assecutus fuit, & in ea continuauit vsque ad annum 1609. quo tempore per obitum ipsius Ioannis, dum Præstimonia vacarent Sebastianus Prior de Nobra supradictus cæpit possessionem, prædictus autem D. Rodericus cum fuisset prouisus; mouit Iudicium; Vndè ex his satis constat de an-
8 teriori possessione Præstimoniorum, † quia possessio est penès Ecclesiam, & Prælaturam non simpliciter penes prælatum. *DD. in d. l. 1. in fin. ff. de acquir. poss. & de communi, & veriori Alexand. in cons. 81. nu. 17. vol. 3. Paris. cons. 24. n. 5.*
9 *vol. 1.* & respectu † Ciuilis possessionis Conclusio est sine contradictore *Bologn. in dicta l. 1. num. 324. vers. in Prælato Mathes. singulari 166.*
10 *& ibi Apost.* & quod possessio semper † dicatur plena, & nunquam vacare *Ripa in cap. sæpè num. 57. de restit. spol.* Non est enim hic agendum de Anteriori possessione Prioratus, quia vel ea fuit priuatus per dismembrationem factam per Summum Pontificem, vel saltem amisit naturalem, & Ciuilis ei non potest suffragari vltrà decennium à die captæ possessionis per præstimonia, vt inferius dicetur, nec decennium lapsum post possessionem captam per Priorem nocet Præstimonijs, cum lis semper perdurauerit.

11 Non obstat, quod si Ecclesia, † vel dignitate vacante occupentur bona per tertium Ecclesiæ competit interdictum, Vndè vi *cap. querelam vbi Abb. in fine*, vbi quod ille textus loquitur de restitutione per Interdictum. Vnde vi *de elect. Idem Abb. in d. cap. litteras tuæ num. 3. post medium vers. & etiam si spolietur Ecclesia de dilat. Rot. decis. 1. in princ. & ibi Adden. num. 4. vers. respondeo ad primum de restit. spoliat. in nou.* ità vt
12 non competat † Ecclesiæ, aut dignitati manutentio, vt videtur innere *Rot. in Causa Bergomen. bonorum 28. Ianuary 1594. coram bo: mem. Card. Blanchetto, & in Lucana Optionis 24. Aprilis 1606. coram bon: mem. Patriarcha Manzanedo, quæ est decisio 171. num. 3. part. 2. recent. & videtur facere decisio Seraph. 1127.*

Nàm pro Intelligentia huius obiecti, & pro faciliori illius dissolutione firmandu est, quod
13 mortuo Prælato † penès Ecclesiam remanet possessio Ciuilis, & considerabilis, vt optimè declarat *Rot. in Causa Senen. Pontis Arrighi 12. Iunij 1573. coràm Rubeo, quæ est decisio 390. nu. 3.*
14 *p. 1. diuers.* quę subdir istam possessionem † sufficere ad effectum interdicti recuperandę possessionis. *Allegatio dicti Adden. ad decis. 1. num. 4. de restit. spol. in nou.* cui allegationi addi possunt omnia deducta in obiecto. Vndè hoc posito dicendum est non inde resultare, quod Prælatus, si bona Ecclesiæ, vel Prælaturæ ab alio
15 fuerint occupata, † non possit petere manutentionem, etiam quod competat interdictū, *Vndè vi*, quia punctus stat in eo, vt videatur, quomodo competat illud interdictum, quod de directo contrariatur interdicto vti posside-
16 tis. Indubitatum est enim, quod † ratione Ciuilis possessionis competit interdictum vti possidetis, quod habet naturam mixtam possessionis retinendæ respectu Ciuilis, & recuperandæ respectu naturalis. Vndè est quoddam Iudicium habens simpliciter naturam retinēdæ, & in Consequentiam recuperandæ, & per Consequens pronunciabit Iudex me in Ciuili possessione tuendum, & quia non possum in
17 Ciuili † possessione tueri sine restitutione possionis naturalis, Iudex mandabit, vt pars, quæ occupauit, reddat possessionem, ità *Bald. in l. vti possidetis num. 12. in fin. vers. respondit interdictum C. vti possid. & benè etiam Bart. ibidem n. 4.*
18 *vers. & aduerte*, vbi quod est † mirabile, vt interdictum vti possidetis, licèt sit retinendæ possessionis, habet vim recuperandæ. Subdens non enim potes à turbatione desistere, nisi mihi restituas naturalem, quam abstulisti, quia per retentionem illius naturalis turbas me in mea Ciuili, *vt in l. clam. possidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. poss. l naturaliter §. nihil commune ff. eodem titulo, & idem dicit Azon. in summa C. vti possidetis num. 12. in fin.* inquiens,
19 differre † dari interdictum vndè vi ratione naturalis possessionis amissæ, & dari interdictum vti possidetis propter Ciuilem, quam inquietat, vndè secundū prędicta debent intelligi Iura, & DD. allegati in obiecto, dum dicunt
20 Prælaturæ, † atque Ecclesiæ competere interdictum. *Vndè vi*, vt scilicet competat pro naturali possessione occupata, sed non ideò excludunt, quin ratione Ciuilis competat Interdictum vti possidetis, in consequentiam cuius recuperatur naturalis per Interdictum, *Vndè vi*, non autem per vim expulsiuam, aut compulsiuam, sed propter vim inquietatiuam cum prohibeat Prælaturam, vel Ecclesiam naturaliter possidere *l. 1. §. quod si vi ff. quod vi, aut clam, vt per Azon. in sum. C. vti possidetis n. 11 in fin. vers. hic ergo loquimur*, vbi firmat, quod
21 sunt plures † species vis, vt ipse deduxit in eadem summa *titulo de his, quæ vi, metusuè caus. fiunt num. 1. & optimè declarat tex. in d. l. clam. possidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. poss.* vbi loquens de Occupatore, absente possessore, in-
22 quit, quod si occupator reuertentem † Dominum non admiserit, vi magis intelligitur possidere, non clam, & benè etiam declarat *Castrensis in dicto §. qui ad nundinas num. 7.* vbi
23 quod possidenti non datur † Interdictum, vti possidetis directè pro naturali recuperanda, quia est interdictum retinendæ, non recuperandæ possessionis, nec datur pro ipsa naturali retinenda, quia ipsam non habet, sed datur pro retinenda Ciuili, & ne in illa inquietetur, & quia hoc fieri non potest, nisi ille, qui occupauit naturalem, eam dimittat, condemnatur occupator ad illam dimittendam, & sic in consequentiam datur pro ipsa recuperanda & subdit idem *Castrensis, quod pro hoc est optimus tex. in cap. Pisanis de restit. spoliat.*

Et hoc est, quod dixit *Rota coram san. mem. Greg. in decis. 203. num. 3.* vbi quod quis vigore
24 suæ † possessionis Ciuilis potest recuperare naturalem, & expellere Occupatores, sicut possessor reuersus à nundinis, quinimò hoc

pacto

pacto dicitur remouere turbationes Iaſ. in d.l.
clam. poſſidere §. qui ad nundinas num. 62. ff. de ac-
quir. poſſ. Pariſ. conſ. 41. num. 38. & 39. lib. 1. Berou.
conſ. 102. num. 43. lib. 1. Natt. conſ. 572. num. 22. Put.
deciſ. 192. num. 3. lib. 1. in correctis Lancellott. de at-
tent. par. 2. cap. 4. lim. 1. num. 35. Menoch. de retin. re-
med. 3. qu. 2. & in proprijs terminis fuit reſolutum in
Cauſa Romana Cappellæ S. Mariæ Magdalenæ 24.
Febr. 1576. coram Lauretano, quæ eſt deciſio 19. n. 12
& 13. par. 2. diuerſ. Rot. deciſ. 560. num. 4. par. 1. in
recent. Et caſus iſte deciditur etiam ex ratione,
25 quia quando rector † nulliter alienat, etiam
quod habeat ſe pro ſpoliato poteſt agere no-
mine Eccleſiæ ad manutentionem pro Ciuili
quæ remanet penès Eccleſiam, quia ſcilicet,
dum occupans recuſat reſtituere naturalem,
facit vim inquietatiuam, cum prohibeat Ec-
cleſiam, vel Prælaturam naturaliter poſſidere,
26 & ſic per Interdictum† vti poſſidetis conſer-
uat Ciuilem, in cuius Conſequentiam ex In-
terdicto, Vnde vi, recuperat naturalem, vt in
ratione dicunt DD. & deciſiones in principio
allegatæ. Vndè inter vnum, & alium caſum
non poteſt conſtitui differentia.

Neque huic ſententiæ reſiſtunt deciſiones
in contrarium allegatæ, quia deciſiones Sera-
27 phini, † & Blanchetti ſunt intelligendę iuxtà de-
ciſionē Rubei in dicta Senen. Pontis Arrighi 370.
p. 1. diuerſ. quā allegant, quę deciſio non nocet,
imò facit, vt ſuperius ponderatum eſt, &
deciſio Seraphini non firmat, quod Eccleſiæ,
aut dignitati, occupata poſſeſſione naturali,
mortuo rectore non competat poſtmodum
manutentio, deciſio autem Blanchetti ſatis
perfunctoriè loquitur. Deciſio verò in Cauſa
28 Lucana† Optionis 24 Aprilis 1606. coram bo. me.
Patriarcha Manzanedo 171. num. 3. par. 2. in recent.
loquitur in Caſu, quo anteceſſor in Canoni-
catu poſſederat domum, & ſucceſſor præten-
debat manutentionem nomine dignitatis, ſed
cum alius optaſſet dictam domum, mortuo
Canonico, & valdè dubium eſſet, an domus
eſſet annexa Canonicatui vacanti, ità vt non
poſſet optari, vel eſſet potius Ius perſonale
circà dictam domum Canonici defuncti, non
erat certum, quod Canonicatum poſſideret,
quod erat conſiderandum in dicto poſſeſſorio
29 cum ſine iſta † annexione non poſſet dari iſta
manutentio Canonico Succeſſori nomine ip-
ſius Canonicatus Bald. conſ. 141. num. 3. lib. 1. id-
que diſputatum poſtmodum in petitorio ha-
buit magnam inſpectionem, atque difficul-
tatem, vt patet ex deciſione facta in eadem Cauſa
Lucana optionis Domus 24. Ian. 1607. coram eodem
Patriarcha Manzanedo, quæ eſt apud Marcheſ. par. 1
fol. 385. & ideò detentori ex optione data fuit
manutentio in detentione, cum tunc annexio
nō eſſet plenè iuſtificata, vt patet ex dicta deciſio-
ne apud Marcheſ. ibi quia tunc annexio fuit iuſtificata

Neque obſtant rationes ponderatæ in dicta
30 deciſione, nam dum † dicit quod licèt ex
adeptione poſſeſsionis Eccleſiæ, vel dignitatis
Eccleſiæ, vel dignitatis, cenſetur quoque
adepta bonorum poſſeſſio, niſi tertius digni-
tate vacante cæperit poſſeſſionem Aret. in l. poſ-
ſideri num. 8. verſ. hæc tamen dicta ſunt ff. acquir. poſ-
ſeſſ. vbi poſt quam firmauit, quod qui conſe-
31 quitur poſſeſſionem † Eccleſiæ conſequitur
etiam poſſeſſionem bonorum Eccleſiæ, ex
quo Eccleſia videtur poſsidere ſubdens. (hæc
tamen dicta ſunt intelligenda, niſi aliquæ res
Eccleſiæ poſsiderentur ab altero, quia tunc
non poſſet transferri poſſeſsio in Rectorem
per Eccleſiam, quàm ipſa Eccleſia non habet.)
32 Poteſt reſponderi, hoc dictum Aretini † in-
telligendum eſſe reſpectu naturalis poſſeſsio-
nis, non autem Ciuilis, quæ remanſit penès
Eccleſiam, vt pulchrè declarat Ancar. in reg.
ſine poſſeſsione num. 12. poſt medium verſ. ex his in-
33 fero, vbi inquit, quod ſi Canonicus † poſt
adeptam poſſeſsionem Eccleſiæ ſiuè Canoni-
catus, reperit occupantem, poteſt eum vio-
lenter repellere, ſicut poſſet poſſeſſor reuerſus
à nundinis inuaſorem talem, qui dicitur il-
lum Canonicum ſpoliaſſe illa poſſeſsione,
quam intelligitur retinuiſſe per appræhenſam
poſſeſsionem Canonicatus d.l. clam. poſsidere §.
qui ad nundinas ff. de acquir. poſſeſſ. & ſubdit. idem
Anchar. ſi verò ante appræhenſam poſſeſsionē
Canonicatus, fundum præbendæ aliquis oc-
cupaſſet, non nomine ſuo, ſed nomine ſuæ
præbendæ expellere poteſt, hoc eſt ſecundum
terminos ſupradictos videlicet, quod ex vi
34 Ciuilis † poſſeſsionis, quæ remanſit penès
Eccleſiam, recuperat naturalem, vt in pun-
cto dixit Rot. in dicta Cauſa Romana Cappellæ San-
ctæ Mariæ Magdalenæ 24. Febr. 1576. coram Laure-
tano, quæ eſt deciſio 19. num. 12. & 13. par. 2. diuerſ.
& in alijs deciſionibus ſupra allegatis.
35 Neque prædictis reſiſtunt † deciſiones 21. de
reſtit. ſpoliat. in antiq. & 8. eodem titulo apud Biſi-
gnet. & 1. eodem titulo in nouis & Achillis deciſ. 4.
de præſcriptionibus, quæ allegantur in dicta deciſione
Lucana, nam deciſio 21. de reſtit. ſpoliat. in antiq. ſo-
36 lum dicit, quod ſi quis † capiat poſſeſſionem
beneficij, ſi ſpolietur reſtituitur integrè ad di-
ctum beneficium, ſi verò eſſet potius in poſ-
ſeſſione certarum rerum, tunc ſi ſpoliatur, ad
dictas res ſolum debet admitti, & idem in
ſubſtantia dicitur in deciſ. 8. eodem titulo apud Bi-
ſignett. in fine, ibi enim dicitur, quod quando
37 alius eſt in poſſeſſione, † tunc capiens poſſeſ-
ſionem per annullum, non poteſt extendere
illam poſſeſſionem, quæ ſolum reſtringenda
eſt ad ea, quæ traduntur, ſeù quorum poſſeſſio
vacat, & ſic illæ deciſiones loquuntur ſolum
reſpectu Prælati, non autem dicunt, quod
38 Prælatus † non poteſt agere nomine Eccleſię,
& expellere occupantem, & ex vi poſſeſſionis
Ciuilis recuperare naturalem, vt modó ex An-
char. & alijs dictum fuit.
39 Deciſio autem † prima de reſtitutione Spo-
liatorum in nou. nihil penitus facit, cum ſo-
lummodo firmet, quod Prælatus, qui non-
dum fuit adeptus poſſeſſionem, poteſt agere
nomine Eccleſiæ, niſi alius poſſideat Eccleſiā,
& percipiat fructus vt patet ex verbis illis ibi ſi
vellet nō poſſeſſor fructus percipere, poſſeſſo-
rem ſine dubio ſpoliaret, quod nō licèt, & ità
intelligit hanc deciſionem. Abb. in dicto c. litteræ
tuæ num. 3. verſ. idem clarius de dilat. ibi, quando
40 alius non eſt in poſſeſsione Eccleſiæ † Achil.

T au-

autem *dicta decis.4.de prascript.* solũ dicit, quod præscriptio interrupta dicitur, & amissa possessio Ciuilis, si Monachi timore militum relinquerent Ecclesiam vacantem, quæ postea à filijs patrimonialibus fuerat occupata, quia si alias possessio Ciuilis pænes Ecclesiam, remaneret, nunquam contra illam curreret præscriptio, quod dictum verum esset si per decennium filij patrimoniales possedissent, tan-
41 to † enim tempore possessio Ciuilis perditur *Put.decis.258.num.2.& seq.& decis.260.num.lib.1 in correctis*, ità vt postmodũ currat præscriptio *Franc. in cap. fine possessione 3.nu.2. de reg. Iur. in 6.Bart. in l. Celsus num.13.ff. de Vsucap.Balb. de prascript.par.3. principali par.2. quast.7.nu.6.* imò
42 & per minus tempus, † quando quis est capax voluntatis, & scit alium possidere, & tacet *Franc. & Balb. loc.pracit.Aim.consil.325.num.1 & fuit resolutum in Causa Romana Canonicatus S.Marci 23.Febr.1620.coram Eminentissimo D.meo Card. Pamphilio.*

Ex quibus vtraque parte Informante fuit conclusum Illustrissimo D. Domino Roderico de Mello nomine Præstimoniorum competere restitutionem in integrum.

FERRARIEN. BONORVM.

Luna 15. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Bona emphyteutica status Ferrarieñ fuerunt redacta adinstar allodialium vigore Bonifacianæ, & Paulinæ: filiationis probatio quo casu sit necessaria ad effectũ validę legitimationis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutioni in integrum prabet causam lasio.*
2 *Substitutio si sine filys quis moriatur expirat si decedat cum filys.*
3 *Filiationis probatio omninò requiritur ad effectum valida legitimationis.*
4 *Filiatio satis remanet iustificata ex confessione illius qui illam impetrauit, & de cuius tantum praiudicio agitur.*
5 *Filiatio quando agitur de solo praiudicio confitentis, bene remanet probata ex ipsius confessione.*
6 *Filiationis probatio, quod omninò sit necessaria ad effectum valida legitimationis procedit quando agitur de aliquo excludendo secus quando agitur de praiudicio confitentis.*
7 *Citatio non requiritur quando quis de suis bonis liberè disponere potest.*
8 *Praiudicium quando dicatur prouenisse ex constitutionibus Apostolicis disponentibus bona emphyteutica reputari pro allodialibus, ad effectum libera dispositionis, etiam ex legitimatione alicuius, qui vigore dicta libera facultatis in illis bonis fuit institutus.*

DECISIO CCXXXII.

PRAETENDENTE Alberto Bendedeo restitutionem in integrum aduersus tres sententias Rotales contra eum ad fauorem Andreę Guareschi latas. Quibus pronunciatum fuerat ei nullum ius competere in bonis allodialibus, & emphyteoticis, de quibus agebatur, proposui dubium, An constaret de causis, itaut ei veniret concedenda restitutio, & DD. negatiuè resoluerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia non constat de iniustitia dd. sententiarũ, ex qua resultat læsio,
1 quæ † præbet causã restitutioni, *Rota decis.1.de restit.in integr. in nou. & in recent. par.2.decis.307. num.1. & decis.329.num.1. & decis.672. num.1.*

Quinimò ex decisionibus in omnibus instantijs factis satis visum fuit constare de illarum iustitia. Etenim in eis firmatum fuit Albertum in bonis allodialibus nullum ius habere, quia licèt ipse nitatur fideicommisso Francisci Proaui, qui in casu quo Petrus eius filius decederet sine filijs masculis & fœminis substituerat descendentes &c. sub quorum nomine se esse vocatum prætendebat, tamen quia Petrus cum filijs decessit, substitutio fa-
2 cta † de descendentibus expirauit, *iuxta vulg. consil. Oldrad.* 21. cum alijs allegatis in decisionibus.

Minus habere ius potest in bonis emphyteuticis, quæ ex testamento Alphonsi in eundem Andream peruenerant. Quia & si ipse Albertus in inuestituris eorundem bonorum videatur comprehensus, tamen cum bona prædicta vigore Bonifacianæ, & Paulinæ redacta fuerint adinstar allodialium benè potuit Alphonsus emphyteuta possessor vigore sui testamenti illa in Andream nepotem, licèt legitimatum per rescriptum transmittere, vt optimis rationibus vtrumque firmatum fuit in præteritis decisionibus, quarum fundamẽta hodiè iterùm examinata Dominis, placuerunt.

Nec visa fuerunt obstare duo obiecta excitata contra dictam Andreæ legitimationem, ad quæ informantes pro Alberto se restringebant, nempè ad defectum probationis filiationis Andreæ, & ad defectum citationis, quia illa fuerunt abundè sublata in dictis decisionibus, quæ hic iterum à DD. ponderatæ placuerunt.

Quoad obiectum deductum ex defectu di-
3 ctæ probationis filiationis (quæ probatio prætenditur omninò requiri ad effectum validitatis legitimationis, *ex Bald. consil.81. circa med. vol.1. Paris.consil.10.num.21.lib.2. Rolan. consil.89. num.39.lib.1. Peregr.de fideicomm. art.23. num.38. Bardellon.consil.68.num.95.& seq. Lup.de illegitim. coment.5. §.5. num.11. Menoch. consil.181.num.1. qui alios congerit*) fuit responsum, quod etiam si non iustificaretur, quod Andreas sit nepos Alphonsi ex Francisco fratre, nihilominus gratia legitimationis non redderetur nulla, quia ad successionem Alphonsi de tempore legitimationis non concurrebant aliqui qui cessante legitimatione de necessitate deberent succedere cum vigore Bonifacianæ, Alphonsus posset liberè disponere de bonis emphyteuticis etiam in extraneos, quamuis Albertus esset vocatus in inuestitura, & propterea cum ageretur de solo præiudicio ipsius Alphonsi

phonsi, qui obtinuit dictam legitimationem
satis ex confessione resultante ex narratiua per
eum facta in dicta impetratione remanet iu-
4 stificatum † Andream fuisse filium Francisci,
Mobed. decis. 35. de prab. & fuit dictum in causa
Giennen. Canonicatus 28. Nouembris 1605. coram
bon. mem. Penia, quod tanto magis procedit, ex
quo hic solum agebatur ad effectum succes-
5 sionis, quo casu † confessio filiationis, quan-
do agitur, prout hic, de solo præiudicio con-
fitentis sufficit, *Iason. consil. 105. num. 23. lib. 1.*
Natt. consil. 873. num. 4. Grat. consil. 62. num. 9. lib. 2.
Menoch. consil. 687. num. 24. Petr. à Petr. de fideic.
quæst. 11. num. 434. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11.
tit. 12. num. 21. lib. 2. Surd. consil. 552. num. 21. Se-
raph. decis. 1282. num. 3. Card. Mant. decis. 295. n. 2.
sa: me: Gregor. XV. decis. 349. num. 5. Rot. dec. 250.
coram Reuerendiss. meo Decano.
6 Non obstant, † *Bald. consil. 81. Peregrin. de*
fideicomm. art. 23. num. 38. Roland. consil. 89. nu. 39.
lib. 1. Alciat. respons. lib. 5. respons. 135. num. 4. &
alij quamplurimi qui tenent ad effectum va-
liditatis legitimationis filiationem esse omni-
nò probandam, quia loquuntur, quando le-
gitimatio tendit ad aliquem excludendum,
secus autem, quando non agitur de alio ex-
cludendo, sed solum agitur de præiudicio fi-
liationem confitentis, cum confessio ex Ias.
& supra allegat sufficiat.
Nec releuat, quod Albertus videatur vo-
catus in inuestitura, de qua agitur, quia cum
illa vocatio perneceße non operaretur, quod
deberet succedere ex quo, vt dicitur in deci-
sionibus vigore Bonifacianæ, & Paulinæ,
Alphonsus poterat liberè disponere de dictis
bonis, vocatio illa non est habenda in consi-
deratione, cum perinde sit, ac si bona fuissent
libera ipsius Alphonsi.
Et ex hac responsione tollitur aliud moti-
uum deductum ex defectu citationis, quæ hic
prætenditur non interuenisse, aut saltem mi-
nus legitimè, cum propter clausulam *voc. voc.*
prætendatur debuisse citari Albertum, quia
cum Alphonsus (vt superius dixi) liberè
posset disponere de suis bonis etiam in extra-
7 neos, non erat † necessaria alicuius citatio,
Marsil. in l. de vnoquoque, num. 55. versic. istud, de
re iud. Felin. in cap. cum ordinem, num. 3. ad med.
vers. & ad hæc de rescript. Rota decis. 12. num. 2. de
dol. & contum. in non. Roman. consil. 497. num. 5.
in fin. Vant. de nullit. tit. qualiter sentent. num. 114.
Præiudicium siquidem non proueniebat ex
8 ipsa legitimatione, † sed ex ipsis Constitutio-
nibus Bonifaciana, & Paulina, vt benè dedu-
citur in decisionibus, & pulchrè *Castr. consil.*
462. num. 4. vers. quo præmisso, & num. 5. vers. 2.
respondetur lib. 1.
Et ita vtraque &c.



ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 15. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Testator quando non habuit rationem conser-
uandæ agnationis tunc conditio si sine ma-
sculis descendentibus verificatur etiam in
masculis ex fœmina, & quando non dicatur
habita ista ratio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si sine descendentibus masculis verificatur etiam in masculis ex fœmina quando non fuit habita ratio agnationis, & num. 5.*
2 *Testator præferens ex fratre nepotem propria filia an ex hoc censeatur habuisse rationem conseruandæ agnationis.*
3 *Nepos ex propria filia est magis dilectus secundum ordinem naturalis charitatis, quàm nepos ex fratre.*
4 *Contrarietas est effugienda.*
6 *Mater quando viuit, appellatione descendentium masculorum non veniunt filij ex fœmina.*
7 *Mater quod sit deterioris conditionis quàm filij iura valdè abhorrent.*
8 Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 19. & 22. *declaratur, & reijcitur* num. 10.
9 Bellon. cons. 72. & 73. *declaratur.*

DECISIO CCXXXIII.

FVIT resolutum factum fuisse locum
fideicommisso ad fauorem Portiæ Ian-
nottæ, quia Carolus testator eam substituit
Ludouico eius nepoti ex fratre casu, quo di-
ctus Ludouicus sine filijs masculis decederet,
qui casus euenit, cum Ludouicus decesserit
sine filijs masculis.
Non obstat, quod non solum testator di-
xerit, si dicta Ludouica decesserit sine filijs,
sed etiam addiderit, si sine descendentibus
masculis; vnde cum Ludouicus reliquerit
filiam, & ex ea masculum, nempè Ludoui-
cum de Gridulphis deficere videatur con-
ditio vocationis Portiæ neptis, cum conditio
1 si † sine descendentibus masculis verificetur
etiam in masculis ex fœmina, quando non
fuit habita ratio agnationis, *Fusar. quæst. 414.*
num. 7. & seq. Rota decis. 463. num. 7. par. 1. recent.
Quoniam quicquid sit, an in casu præsenti
fuerit considerata agnatio; de quo potest du-
2 bitari, cum Testator † nepotem ex fratre præ-
tulerit nepti ex propria filia magis secundum
3 ordinem naturalis † charitatis prædilectæ, ex
quo desumi coniecturã conseruationis agna-
tionis, post alios firmat *Fusar. qu. 499. num. 4.*
& 15. præsertim iuncta repetitione masculi-
nitatis, & alijs per informantes pro Portia
congestis.
Cessat difficultas ex eo, quod in alio gradu
substitutionis nepotem prædictum Testator
vocauit, nempè casu, quo Portia decederet
sine filijs, vnde euidens, & intollerabilis esset

repugnantia, & contradictio eiusdem Testa-
toris, si appellatione descendentium mascu-
lorum intellexisset de masculis ex filiabus fœ-
minis, hoc enim modo prætulisset, & non
prætulisset Portiam dictis masculis ex fœmi-
nis, & modò posuisset in conditione mascu-
los ex fœminis ad exclusionem Portiæ, modò
vocasset eosdem masculos in defectu Portiæ.
& eius descendentium ad quam effugiendam
4 contrarietatem † dicendum est Testatorem
sensisse de descendentibus masculis ex mascu-
sculis, *Soccin. iun. consil. 125. num. 15. 16. & 17.*
lib. 1. Paris. consil. 53. num. 47. & 50. lib. 3. Præser-
tim quia extat mater dicti masculi, quam ta-
men idem Testator in casu deficientiæ Portię
& filiorum vocauit, & prætulit eidem filio
masculo ex quo benè arguitur, in conditione,
5 si † sine descendentibus masculis non conti-
neri masculos descendentes ex filia, ne præfe-
rantur in successione matri contra expressam
voluntatem eiusdem Testatoris, vt bene per
Gabr. cons. 116. num. 20. & 24. lib. 2. & regulari-
6 ter quando mater † viuit appellatione descen-
dentium masculorum, non veniunt filij ex
7 fœmina, ne ipsa mater sit † deterioris condi-
tionis quam filij; quod iura abhorrent, *l. si vi-*
ua matre. C. de bon. matern. Gabr. dicto consil. 116.
num. 20. Soccin. iunior consil. 2. num. 25. lib. 3. Curt.
iun. consil. 35 num. 2. Dec. consil. 310. num. 2. Tiraq.
de iur. primog. qu. 12. num. 12. vbi Fusar. de substit.
q. 404. num. 8.

Nec censuerunt DD. applicari distinctio-
8 nem † *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 18.*
num. 19. & 22. vt censeatur Testatorem sub
nomine descendentium masculorum in con-
ditione positorum voluisse vocare masculos
ex fœminis casu, quo illi extarent tempore
cedentis diei fideicommissi, quatenùs verò
tunc non extarent voluisse eos vocare in alio
gradu substitutionis facto in casu deficientiæ
Portiæ, quam distinctionem videtur etiam
fuisse amplexus, *Bellon. consil. 72. numer. 50. &*
conf. 33. num. 34.

9 Quoniam nec † Mantica, nec Bellon. lo-
quuntur in casu, quo in vocatione fuerint
prælatæ fœminæ matres masculorum, & sic
adhuc viget argumentum Gabr. & coniectu-
ra, quod Testator in præcedenti conditione
non senserit de masculis ex fœminis, dum
particularem fecit dispositionem, in qua illos
vocauit, benè subsistit, neque vllo iure, aut
ratione valida nititur præallegata distinctio, &
contra Manticam iudicatum fuisse, testatur
Peregrin. de fideicomm. art. 26. num. 19. in fine, &
latissimè hanc opinionem defendunt *Menoch.*
consil. 172. & Cephal. consil. 581. per tot. Corn. con-
sil. 124. num. 14. lib. 2.

Et ità vtraque &c.



SPOLETANA PRIMOGENITVRAE.

Lunæ 8. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Substitutio subordinata, & pendens ab alia sub-
stitutione, cessat ea cessante.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio si sit subordinata, & ab altera pendens,*
tunc prioris defectus influit in sequentem ab ea de-
pendentem.
2 *Copula, &, natura est copulare, & coniungere cum*
suis qualitatibus.
3 *Clausula,* in tal caso, *est restrictiua præcedentium.*
4 *Substitutio emanata sub conditione nominationis fa-*
ciendæ, illa non sequuta dicitur euanuisse.
5 *Substitutionibus sequentibus non est locus quan-*
do non euenit conditio primæ substitutioni adie-
cta.
6 Peregr. de fideicom. art. 15. num. 9. *declara-*
tur in quibus terminis procedat.

DECISIO CCXXXIV.

PRAETENDENTE D. Cap. Hieronymo
Gelusio vti proximiore de cippo familiæ
Gelusiæ se esse vocatum ad primogenituram
de qua agitur, duarum substitutionum ad fa-
uorem proximioris de Cippo à Benedicto
Gelusio in vltimo suo codicillo factarum sub
his verbis, *E se detto Addottiuo morrà senza figli*
maschi legitimi, e naturali, voglio, & ordino, e di-
spongo in tal caso, che tutto quello, che io hauerò la-
sciato à detto Adottiuo ritorni, e sia del più congionto
e maggior di età del ceppo di casa nostra Gelusii, &
paulò inferiùs, *e se detto Adottiuo, che io farò, e*
nominarò per detta poliza morisse auanti, che fusse
aperta detta poliza, cioè prima, che morisse Paolo
mio figliuolo, se non rimanessero di detto Adottiuo
figli maschi, come di sopra, in tal caso li detti beni
nelli quali doueua succedere detto Adottiuo, voglio,
ordino, e dispongo, deuoluino, e stiano doppo la morte
di Paolo mio figliuolo del più congionto del ceppo di
casa Gelusi come sopra. Proposui dubium, An
esset factus locus primogenituræ ad fauorem
eiusdem Capitanei, & Domini negatiuè re-
sponderunt.

Ea ratione moti, quia substitutiones factæ
ad fauorem proximioris de Cippo sunt sub-
ordinatæ, & dependentes ab altera substitu-
tione facta de Adoptiuo; vnde sublata ista
de Adoptiuo, aliæ quoque illi subordinatæ, &
ab ea dependentes tolluntur; quia defectus
1 illius † influit in omnes alias subsequentes, &
ab ea dependentes, *l. si mater, §. 1. & l. qui habe-*
bat, de vulg. & pupill. Rota decis. 490. num. 2. & 3.
par. 4. diuers. & decis. 19. num. 2. & 4. par. 1. recent.
cum aliis relat. in Florentina fideicommissi de Gui-
daccis 21. Iunij 1628. coram me.

Quod autem prædictæ sustitutiones ad fa-
uorem proximioris sint consecutiuæ, & de-
pendentes à substitutione, & nominatione
Adoptiui, satis visum fuit iustificari ex eo,
quia

quia factæ fuerunt continuatiuè per copulam
&, ibi, *E se detto Adottino morirà senza figliuoli,*
in tal caso &c. & in altera substitutione, *& se*
detto Adottino, che io hauerò, morisse &c. in tal ca-
2 *so &c.* cuius quidem copulæ† natura est copu-
lata coniungere cum suis qualitatibus, prout
in terminis substitutionis continuatæ, & de-
pendentis, tenet *Peregr. de fideicom. art. 15. nu. 31.*
vers. nisi saluando, Anchar. consil. 137. num. 8. Me-
noch. consil. 139. num. 18. Rota decis. 230. nu. 2. par. 2.
diuers. & decis. 519. num. 3. par. 1. recent.

Et eo clarius concurrente alia clausula in
3 vtraque substitutione repetita, ibi, † *in tal caso,*
quæ pariter restringit substitutiones iuxta ter-
minos substitutionis præcedentis, *Menoch. dicto*
cons. 399. num. 29. Alciat. resp. 228. num. 4. vers. vlte-
rius, par. 1. recent.

Quod verò substitutio facta de Adoptiuo
euanuerit, DD. non dubitarunt, quia cum ea
emanauerit sub conditione nominationis bis,
& ter repetita, ibi, *questa adottione, e dispositione,*
quãdo io la facci (e voglio, quãdo io lo nomini) all'adot-
tiuo, se io lo nominarò, dubitari nõ potest, quin
4 substitutio ob nõ factã a Testatore nominatio
nem d. Adoptiui expirauerit, *Peregr. de fideic.*
art. 16. num. 156. vers. aut impossibilitas, Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 3. vers. aliquando
& secundo, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 183
num. vlt. vers. aliquando & 2.

Non obstat, quod deficiente vno gradu sub
stitutionis, alter subsequens admittatur, quia
prædicta conclusio procederet, si gradus sub-
sequens immediatè penderet à prima condi-
tione, si Paulus moreretur sine filijs, secùs ve-
rò, quãdo, prout hic, substitutiones subsequẽ-
tes sunt subordinatæ, & dependentes à secun-
da vocatione, & nominatione adoptiui, quia
tunc deficiente d. conditione nominationis
5 adoptiui, sub qua proximior fuit † vocatus,
subsequens gradus non admittitur, *Ang. Imol.*
& alij in l. qui ab eo, de vulg. & pupill. substit. cum
alijs quos refert, & sequitur Fusar. de subst. qu. 469.
num. 79. Surd. decis. 144. num. 14.

Minùs obstat, quod conditio nominationis
adoptiui fuerit adiecta personæ nominandæ
ad conditionandam illius vocationem, non
autem ad præcludẽdam viam succedendi alijs
in subsequenti substitutione nominatis, iuxta
6 opinionem † *Pereg. de fideicomm. art. 15. numer. 9.*
cum alijs allegat. quia Peregr. & alij DD. loquũ-
tur iuxta terminos *l. sub conditione, & l. si quis ita*
hæres institutus, ff. de hæred. inst. in quibus iuribus
voluntas Testatoris transierat in dispositio-
nem, & deficiente conditione siuè affirmatiua,
siuè negatiua subsequens gradus venerat ad-
mittendus. In præsenti autem casu secùs di-
cendum est, quia voluntas Testatoris semper
remansit in suspenso, & nunquam transiuit in
dispositionem, vt patet ex illis verbis, ibi, *E*
questa adottione, e dispositione, quando io la facci; &
paulo inferiùs, *all'Adottiuo, se io lo nominarò,*
Vndè quicquid enixè fuit substitutioni de
Adoptiuo subordinatum, remansit sine effe-
ctu ex iuribus supra citatis.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Lunæ 8. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta per mulierem omnibus iuri-
bus & hypotecis sibi ratione dotis, eiusq; asse-
curationis competentibus operatur, quod nec
ipsa, neque eius hæredes possint petere im-
missionem super illis bonis distractis præuia
d. renunciatione.

SVMMARIVM.

1 *Immissio sine hypotheca non conceditur.*
2 *Renũtiatio doti mulieris vti generalis remanet nulla*
tam ex dispositione authen. si qua mulier, C.
ad Velleian.
3 *Quam ex dispositione statuti Bononiæ* in §. prohi-
bentes, tit. de dot. restit.
4 *Renunciatio vt dicatur nulla ex dispositione* auth.
si qua mulier, C. ad Vell. *requiritur quod sit*
facta fauore mariti, & quod vxor remanserit indo-
tata ex quo non adsint bona mariti ex quibus possit
de sua dote satisfieri, & num. 5.
6 *Renunciatio quantumuis generalis semper restringi-*
tur ad causam pro qua fuit facta.
7 *Hæreditas præsumitur soluendo, & contrarium al-*
leganti incumbit onus probandi.
8 *Hæres non potest impugnare factum sui authoris.*

DECISIO CCXXXV.

CAECILIA Fachinetta nupsit Camillo
Lambertino cum dote scutorum 3. mil.
auri, quæ fuit per eius virum super omnibus
bonis assecurata. Ex dictis coniugibus natus
est Marcus Antonius, ex M. Antonio Dia-
mantes, & ex ea ortus est M. Antonius Pe-
pulus, qui pro recuperatione dotis supradictę
Cæciliæ proauiæ instat pro immissione in bo-
nis, de quibus agitur, antedictæ assecurationi
obnoxijs, & nunc per Comites Lambertinos
tertios possessores detentis. Vndè proposito
à me dubio, An eidem Pepulo esset danda
immmissio, DD. negatiuè responderunt, ea
ratione moti, quia Cæcilia consensit distra-
ctioni dictorum bonorum factæ à M. Anto-
nio eius filio ad fauorem dictorum Comitum
de Lambertinis, ac renunciauit omnibus iu-
ribus, hypothecis sibi ratione dotis, eiusque
assecurationis competentibus super dictis bo-
nis, ex quibus quidem consensu, & renuncia-
tione clarè patet nullam ad fauorem Cæciliæ
1 & eius hæredum extare hypothecam, † sine
qua immissio non conceditur, *Bart. in l. 1. nu. 3*
ff. de salu. interd. Bald. in l. rem alienam, vbi Bart.
num. 5. ff. de pignor. act. Natt. cons. 434. num. 34. &
dixit *Rota in Bononien. de Marescottis 7. Februarij*
1629. coram me.

Nec obstare visum fuit fundamentum
D. Pepuli, quod scilicet renanciatio facta per
2 Cæciliam † vti generalis remanserit nulla tam
ex dispositione *authen. si qua mulier, C. ad Vell.*
3 quam etiam ex dispositione statuti † Bonon.
in §. prohibentes, tit. de dot. restit.

Nam quoad dispositionem authen. fuit re-
sponsum non applicari casui, de quo agitur,
tùm quia dicta obligatio, seù renunciatio nõ
4 fuit facta † ad fauorem mariti, qui iam erat
mortuus, *Thesaur. decis.223. num.5. & 17.* tùm
etiam quia non docetur Cęciliam per dictam
renunciationem remansisse indotatam, & alia
5 bona non extitisse,† ex quibus potuerit de sua
dote satisfieri, prout necessario probari debet
ad hoc, vt sit locus *d. auth. Castr. consil.71.nu.1.*
lib.1. Abb.cons.8.par.2.num.2.Paris.cons.75.vol.3.
Thes.d.decis. num.13. Rota decis.19. num.2. & de-
cis.422.num.2.par.2. recent.

Quo verò ad statutum fuit pariter respon-
sum non obstare, quia prohibet mulierem
obligare omnia bona, ne scilicet remaneat in-
dotata, vndè licèt in præsenti casu renuncia-
6 tio antedicta fuerit generalis, † venit tamen
restringenda ad suam causam, pro qua fuit
facta scilicet pro sc. 1700. auri, *l.iubemus, vbi*
gloss. & DD. C. ad Vell. Bald. consil.437. num.3.
lib.1. Soccin.consil.96. in fin. lib.1. Quæ quidem
quantitas non capit, nec absorbet totum pa-
trimonium Camilli Viri, & Marci Antonij
7 filij, & contrarium asserenti † incumbit onus
probandi, *d. l.iubemus, & ibi Bald. & gloss. C.ad*
Vell. Ang.cons.346. per tot.

Propterea dixerunt Domini in præsenti ca-
su cessare omnem difficultatem, quia cum
Populus sit hæres Diamantis, quæ pariter fuit
hæres Marci Antonij sui patris, & Cæciliæ,
non potest nunc dictorum suorum antecesso-
8 rum † factum impugnare, *vulg. cum à matre,*
C.de re vendicat. Honded. cons.3.num.46.lib.1.cum
alijs relat. per informantes.

Et ita vtraque &c.

ROMANA VINEAE DE CAPOCEPHALIS.

Mercurij 17. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio 10. vel 20. annorum cum titulo & bona fide sufficit ad præscriben.*

2 *Remedium quorum bonorum nonnisi spatio 30. annorum præscribitur.*

3 *Limita quando quis prætendit præscripsisse rem particularem à se titulo, & bona fide possessam.*

4 *Datio potius in solutum quam in pignus præsumitur quando aliquid datur mulieri ob vergentiam viri ad inopiam.*

DECISIO CCXXXVI.

POSTQVAM in hac causa bis fuit resolu-
tum Capocephalis dandum esse manda-
tum de manutenendo in possessione vineæ,
de qua agitur, placuit DD. concedere Strinis
nouam audientiam, & retento eodem dubio
gustare de bono Iure, vndè proposita causa
sub die 6. Iunij anni prædicti responsum fuit
de eo constare ad effectum concedendi ma-
nutentionem, hodie verò reproposita causa
super eisdem DD. in decisis permanserunt ex
eisdem rationibus, & fundamentis in decisio-
ne deductis.

Nam subsistere visum fuit decisionis fun-
damentum, quod scilicet cum vinea, de qua
agitur reperta fuerit in hæreditate Alberici
Patris auctoris supradicti de Capocefalis, cui
eadem vinea data fuerat ab Ortensia eius vxo-
re in dotem, & postmodum per testamentum
relicta, satis dicitur constare de bono Iure co-
rumdem de Capocephalis, cum pro eo con-
1 currat titulus; † & legitima præscriptio spa-
tio 26. annorum, quo tempore eãdem vineã,
pacificè possederunt iuxtà *tex. in l. si vinea,*
& l.super, & ibi *DD. communiter C. de præscript.*
long. temp.

Nec obstat, quod eadem vinea fuerat per
prius possessa à Iacobo eiusdem Ortensię pri-
mo viro, & propterea Capocephali non pos-
sint iuuari præscriptione 27. annorum ad im-
pediendum remedium quorum bonorum
intentatum à Strinis vti hæredibus ab inte-
2 stato supradicti Iacobi, cum regulariter † re-
medium hoc non nisi spatio 30. annorum
præscribatur *l.licet C.de Iur. delib. glos. in l. cum*
diu verb.potest ff.de acquir.hæred. quia fuit respõ-
sum prædictam conclusionem non procede-
3 re, quando † prout hic non impugnatur titu-
lus hæredis cum Capocephali solum præten-
dant præscripsisse rem particularem per eos
titulo, & bona fide possessam, quia tunc intrat
dispositio *text. in l. hæreditatem,* & ibi *Castr. C.*
in quib. caus.long.temp.præscript. Pereg.de fideicom.
art.46. num.12.vers. nam respondetur Ozasc. decis.
55.num.11.

Minus obstare dixerunt DD. quod eadem
vinea vti prius possessa à Iacobo præsumatur
ab eo tradita Ortensię loco pignoris pro sua
dote, & sic ex perceptione fructuum 27. an-
norum præsumatur de dote satisfacta, quia
placuit responsio data in decisione, quod sci-
4 licet stante † vergentia dicti Iacobi ad inopiã
potius præsumendum est traditionem dictæ
vineæ fuisse in solutum, quam loco pignoris,
prout vltra allegata in decisione tenet *Me-*
noch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.150.numer.1.&
seq. Gratian.discept.forens.422. num.13.& seq.Rot.
decis.168.num.1.par.1. diuers. cum alijs relatis per
Adden.ad Greg.XV.decis.194.num.12.& 27.

Nec prædictę traditioni in solutum aduer-
satur prætensio inæqualitatis pretij vineæ cũ
quantitate dictæ dotis Ortensiæ, cum dos
fuerit scut.500. vinea verò ascendat nunc ad
scut.1000. quia vt firmatur in decisione non
debet attendi valor de tempore præsenti,
sed de tempore dationis in solutum, scilicet
de anno 1592. à quo tempore citra potuit
5 augeri cum pretia † rerum in dies varientur,
l.pretia rerum §.vlt. ff.ad l.falcid.cum alijs in deci-
sione allegat, quod clarius comprobatur, cum
ista vinea fuerit per prius scilicet anno 1594.
locata pro annuo redditu scut.40. postea de
anno

anno 1613. pro scut. 50. nunc verò pro scu. 60. vt benè deducitur in facto.

Non obstat, quod non probetur identitas istius vineæ, & quod sit illa met, quæ fuit tradita q. Iacobo à Patre Ortensiæ, de qua in Instrumēto dotali, quia respondetur d. Instrumentū fuisse productum ad verificandū creditum dotale Ortensiæ, & vineam illam fuisse datam æstimatam pro scu. 350. ad computum dotis eius, & ideò cum illius dominium transiuerit in maritum, benè probatur ex illo instrumento Hortensiam fuisse creditricem in pecunia, pro qua vinea, de qua agitur, præsumitur ei fuisse in solutum data pro dote.

Et ita vtraque &c.

FIRMANA FIDEICOMMISSI DE CARRADORIS.

Lunæ 27. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta cum relatiuo, quibus, perinde est ac si nominatim institutis facta esset.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum, quibus, operatur vt substitutio proinde habeatur ac si omnibus institutis nominatim facta esset.*

2 *Relatio semper fit ad omnia præcedentia quando non adest specialis prouisio.*

3 *Filij positi in conditione si sint vocati ad portiones patruorum censentur etiam vocati ad portiones patrum.*

4 *Coniecturæ quæ singula non prosunt simul coniuncta iuuant ad effectum vt positi in conditione censeantur vocati.*

5 *Fideicommissum inducitur ex coniecturis etiam in extraneis licet hoc casu graues requirantur.*

7 *Perplexitas licet vitiet & operetur vt relatio habeatur ad præcedentem institutum attamen hoc non procedit quando perplexitas est dissolubilis, & num. 7.*

8 *Singula singulis congruè referenda sunt in materia substitutionum.*

9 *Duo vincula fortius ligant.*

10 *Ius accrescendi habet locum inter substitutos coniūctos verbis tantum.*

11 *Aequalitas vt seruetur etiam in transuersalibus interpretatio fieri debet.*

12 *Declaratio seu confessio heredū fideicommissum ordinatum probat.*

DECISIO CCXXXVII.

STANTIBVS duabus decisionibus coram me factis, quibus firmatum fuit Ludouicum agere posse ad portionem Lelij, & Philippi patruorum, quæ peruenit ad Baptistam fratrem, confirmando in hoc decisionem coram bo. mem. Buratto 10. Martij 1623. qua generaliter resolutum fuerat constare de fideicommisso Mariæ, eiusque purificatione ad fauorem Ludouicæ: proposui dubium in prima decisione coram me reseruatum, An Ludouica possit agere ad portionē Accursio patri obuentam ex eadem hæreditate Mariæ, quod fuit hodie affirmatiuè resolutum persistendo etiam in dicta decisione coram bon. me. Buratto.

Fundamentum fuit, quia cum Maria institutis Lelio, Philippo, Accursio, & Iosepho eius ex sorore nepotibus illis substituerit per verba (Quibus quandocumque decesserint sine filijs legitimis, & naturalibus vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit filios Accursij, & filios Ludouici pro æqualibus portionibus) ex propria natura dicti

1 relatiui (Quibus) † dicuntur relati singuli priùs instituti, ac si nominatim illis facta esset substitutio. *Bart. in l. Lucius 90. §. Lucius, vers. vnde Iacobus ff. de leg. 2. bene Peregr. de fideicom. art. 13. num. 13. & cons. 53. num. 3. in fin. & 4. lib. 2. Fusar. cons. 595. num. 25.*

Accedit naturali proprietati relatiui (Quibus) primo nullam fuisse factam specialem, prouisionem respectu Accursij, sicq; faciliùs

2 ad eum quoque iuxta † verbi proprietatem relationem fieri debere plenè *Rot. decis. 709. par. 1. recent.* secundo maiorem esse rationem patris, quam patruorum, & proinde videmus filios in conditione positos vocatos ad por-

3 tionem patruorum † censeri vocatos ad portionem patris *Rim. sen. cons. 189. num. 11. versic. quibus, & seq. Add. ad Alex. cons. 109. in addit. magn. vers. quinto lib. 5. Menoch. cons. 135. num. 7. & seq. Dec. resp. 44. num. 24. & seq. lib. 3. Rustic. de liber. in condit. lib. 5. cap. 3. num. 1. &* 2. firmans cum *Socc. Iun.* non esse bonam rationem, quod testator confiderit de patre, deductam per informantes pro Carradoris *Eugen. cons. 52. num. 27. lib. 1. Honded. cons. 4. num. 58. lib. 2. Fusar. de substit. qu. 437. num. 4.* & sæpius resolutum fuit in *Recanaten. hæreditatis, vt in recent. decis. 133. num. 5. decis. 146. num. 6. decis. 226. num. 2. & decis. 363. sub num. 2. par. 1.* & in alijs pluribus causis. Tertio alias vigere coniecturas per informantes pro Ludouica deductas, quibus etiam ex sola positione in conditione censerentur vocati, ex

4 quo simul † iunctæ considerandæ sunt, vbi etiam particulariter sumptæ pati possent difficultatem *Seraph. decis. 1329. nu. 13. Rot. decis. 266. num. 19. par. 1. recent.* cum alijs in *Auximana fideicommissi 4. Martij 1630. coram R. P. D. meo*

5 *Merlino,* quæ coniecturæ † plurimum pollent ad inducendum fideicommissum etiam in extraneis *Rot. d. decis. 266. nu. 6. par. 1. recent. Bacc. cons. 124. num. 27. Sim. de Pret. de interpr. vlt. volum. interpr. 2. dub. 1. solut. 1. num. 15.* multo fortiùs ad illud iuxta propriam verborum naturam confirmandum.

Non obstat fundamētum scribentium pro Carradoris fieri non debere relationem ad Accursium prætextu perplexitatis, & repugnantiæ, quæ resultaret ex eo, quod idem filij essent in cōditione positi ad exclusionem substitutionis, & simul vocati sub conditione vocationem excludente, si Accursius sine

6 filijs decederet, quæ † perplexitas vitiat *Bald. in l. si Titius ff. de condit. instit.* cum alijs allegatis:

Quia

Quia non procedit obiectio, dum perplexi-
7 tas est aliquo modo dissolubilis, vt in eadem *l. si titius post gloss. declarant Bald. in 2. oppos. & Castr. nu. 2. vers. item habet locum*, est autem prætensa repugnantia benè dissolubilis, tetenta proprietate relatiui (Quibus) singula singulis
8 congruè referendo, vt proinde fieri † debere in materia substitutionum scribunt *Dec. cons. 384. num. 6. vers. non obstant allegata Socc. iun. cons. 25. num. 15. lib. 1. Sim. de Pret. de interpr. lib. 2. interpr. 4. rub. sol. 2. num. 266. vers. præterea & 267. Rot. coram Seraph. decis. 1334. num. 7. & 8. & coram me in Bononien. fideicommissi de Volta 3. Iulij* 1628. & in puncto huius relatiui *Surd. cons. 336. n. 19. vers. & si dicatur Rota coram falic. rec. Greg. XV. decis. 433. num. 9.*

Diuersis itaque respectibus dicebant DD. positionem in conditione, & vocationē verificari, & congruere respectu omnium Institutorum singula singulis congruè referendo; nam respectu aliorum trium positio in conditione, & vocatio procedit sine dubio; respectu verò Accursij positio in conditione operatur exclusionem filiorum Ludouici instituti pariter substitutorum, ità vt filijs stantibus Accursij ex defectu cōditionis appositæ capere nō possint, & vocatio eorundem filiorum Accursij firma remanet iuxta proprietatem verbi, etiam in portione patris; adeo vt positio in conditione referri non debeat ad hunc, sed ad alios casus, vel si ad hunc etiam referatur solum demonstret eniziorem voluntatem eosdem vocandi tanquam habentes
9 duo vincula,† quæ fortius ligant *Add. ad Alex. dicto cons. 109. vers. quarto quia, & vers. quinto lib. 2.* ità vt in portione quoq; Accursij intret substitutio, sed in solidum, vel ad fauorem eius filiorum, si extant, cum filij Ludouici defectu conditionis non possint concurrere, vel filijs Accursij non extantibus ad fauorem fi-
10 liorum Ludouici † iure accrescendi tanquā verbaliter ab initio coniunctorum, vt in eisdem verbis substitutionis *Fusar. de substit. quæst. 495. num. 14.*

Hinc visa fuit nō obesse clausulā (ità quod in portione &c.) cum strictè ad limites verborum ducendo ex ea argumentum, vt fieri debet, & non vltra sequatur solum portionē decedentis cum filijs diuidi non debere inter filios Accursij pro medietate, & filios Ludouici pro alia, sed nullo modo sequatur portionem Accursij decedentis cum filijs non spectare ad ipsos, minusque portionem eiusdem decedentis sine filijs nō spectare ad filios Ludouici ex præcedenti substitutione cum clausula (Quibus) referente omnes quatuor præsertim ex infrascriptis.

Quod magis placuit DD. tum ex coniecturis supra deductis; tùm quia verborum proprietati obijciebant conformem testatricis mentem propter maiora absurda, quæ resultarent, nisi iuxtà verborum proprietatem relatio fieret etiam ad Accursium; tum ex eo, quod illius filij fuissent vocati in portionibus patruorum non in magis debita patris quod absurdum esse firmant superius allegati; tùm quia maxima induceretur inæqualitas inter hæredes, qui tamen erant pares in gradu, & æqualiter dilecti, & instituti, ex quo alij tres grauati fuissent restituere Accursius verò nō
11 quod absurdum est † & vitandum etiam in transuersalibus *Socc. Iun. cons. 122. sub num. 22. lib. 2. Menoch. cons. 489. num. 12. Fusar. de substit. quæst. 54. num. 40.*

Consideratum quoque fuit in priori testamento testatricē volendo grauamen restringere ad alios tres specificate, vt opus erat, *morendo li sopranominati Lelio, Filippo, e Giofeppe*, ideoque dum in secundo reuocante substituit cum absoluto relatiuo (Quibus) non se restringendo eum nominatione prædictorum, vt in priori fecerat, Accursio voluisse substituere mutando etiam in hoc voluntatem, vt bene deducitur in *Viterbien. fideicōmissi 26. Maij 1614. coram bon. memor. Patriarchæ Manzanedo*, & in idem conuenire deducebatur etiam declaratio Philippi vnius ex hæredibus per omnes de Carradoris acceptata,
12 quæ † valdè facit *Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 1. num. 26. & seq. Peregr. de fideic. art. 43. num. 6.*

Et itaque parte sæpius informante resolutum fuit Ludouicum hodie agere posse ad portionem Accursij patris respectu existentiæ, & purificationis fideicommissi etiam in portione illius persistendo in *decisis coram bo. mem. Buratto*.

FARFEN. DONATIONIS.

Veneris 26. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Filia cum consensu Patris si donet causa mortis suam dotem filiæ, & eidem si sine filijs substituat eumdem Patrem, vtrum talis donatio sustineatur, etiam sine solemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Validitas ex reuolutione actorum resultat.*
2 *Pater non potest authorare donationem filiæ in proprium commodum.*
3 *Hoc non procedit nisi quando fauor patris esset primarius & principalis secus si sit secundarius, & in consequentiam.*
4 *Ratio assignatur, quia inter primum, & secundum donatarium non requiritur stipulatio, & sic substitutio fauore patris sustinetur, num. 5.*
6 *Substitutio etiam sine stipulatione potest fieri in donatione causa mortis.*
7 *Consensus non potest considerari in infante.*
8 *Dicti consensus defectum supplet præsentia patris.*
9 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 149. procedit, quoad solemnitates etiam in donatione facta à matre filiæ, & hoc ad euitandas fraudes.*
10 *Contrarium est verius quando fraus non potest considerari, & cessat præiuditium tertij.*
11 *Actione eadem potest agi qua potest conueniri.*
12 *Sub obligatione Camerali continentur quæ veniunt in necessariam consequentiam.*

DE-

DECISIO CCXXXVIII.

LAVINIA cum consensu Valentini Patris donauit causa mortis dotem suam Fuluiæ filiæ, eique decedenti sine filiis substituit Valentinum Patrem, & Cæsarem maritum, & cum venerit casus d. substitutionis d. Valentinus dotem prælegauit Paulo filio, qui obtinuit per A.C. relaxari mandatũ pro medietate d. substitutionis contra hæredes Cæsaris Mariti, deuoluta causa ad Rotam; Dubitaui, an dictum mandatum esset confirmandum, DD. affirmatiuè responderunt, quia de validitate, & iustitia eius sufficienter constabat.

1 De validitate † ex reuolutione actorum, ex quibus apparet omnia requisita, interuenisse iuxta vulgarem *decis. Caputaq. 260. par. 2.*

Iustitia verò satis probatur ex Instrumento donationis, vbi Lauinia ex causa mortis donauit suam dotem Fuluiæ filiæ, & Fuluiæ decedenti sine filijs substituit in medietate dotis Valentinum patrem, & in alia medietate Cæsarem maritum; vndè cum sine filijs obierit filia Fuluię, & per consequens sit factus locus substitutioni ad fauorem Valentini; rectè fuit decretum mandatum pro medietate d. dotis in fauorem Valentini, seu Pauli causam ab eo habentis.

Non obstat, quod dicatur donationem fuisse nullam, eo quod Valentinus pater non poterat authorare donationem Lauiniæ filiæ in
2 sui ipsius fauorem, *Rot. dec. 218. num. 7. par. 2. rec. Clar. in §. donatio q. 6. num. 5. vers. quare etiam*, vbi quod ista opinio est communior, *& in §. donatio causa mortis q. 3. num. 2. vers. contrariam senten-*
3 *tiam*, vbi de magis communi, † quoniam id non procedit, quando prout in præsenti casu fauor patris non est primarius, & principalis, sed secundarius, & in consequentiam, *Soccin. sen. cons. 112. num. 4. vers. sed quando, & vers. vnde in casu lib. 1. Rot. decis. 710. num. 2. p. par. rec. & in puncto Gasp. Ant. Thesaur. q. 37. num. 6. lib. 2. Gabr. cons. 16. num. 10. lib. 2. Menoch. cons. 1153. num. 78.*
4 & ratio est, † quia inter primum, & secundum donatarium non requiritur stipulatio, *Gabr. d. cons. 16. num. 14.* & ideò Valentinus pater po-
5 tuit † pro filia pacisci, & substitutio ad sui fauorem hoc modo facta benè sustinetur, vt per *Gabr. loc. cit. num. 15.* dicentem, quod ex persona patris donanris valet talis donatio cum dicta substitutione, cum pater censeatur simul pacisci, & hanc sententiam tenent *Soccin. sen. cons. 125. num. 5. vers. praetereà lib. 2. Aym. cons. 19. num. 9. vers. Amplius dicendum*, vbi quod potest
6 fieri substitutio † in donatione causa mortis etiam sine stipulatione, *Gasp. Ant. Thesaur. & Menoch. loc. supra cit.*

Minus obstat, quod ad effectum, vt sustineatur substitutio prædicta requiratur consensus, & stipulatio Donatarij in fauorem
7 substituti, qui † considerari non potest in casu præsenti, cum Fuluia Donataria esset infans ex *Honded. cons. 32. num. 30. & 31. lib. 1.* quia ex
8 præsentia patris suppletur † talis consensus, & insurgit stipulatio, siue pactum Donatarij in fauorem substituti, etiam si ipsemet pater sit substitutus, & hoc sufficere pro validitate donationis, respondit *Gabr. d. cons. 16. n. 15. & 20. lib. 1. Gasp. Ant. Thesaur. d. cap. 37. num. 6. Menoch. cons. 1153. n. 77. & seqq.*

Non etiam aduersatur defectus solemnita-
9 tum Statuti † cap. 149. quæ solemnitates, cum requirantur ad euitandas fraudes, seruari debent etiam in donatione facta à matre filiæ: quidquid sit in solemnitatibus requisitis ad authorandam personam, vt resoluit *Rota in Perusina, seu Romana nullitatis Donationis in termin. Statuti 18. Aprilis 1608. coram Cardin. Lancell.* vbi decisiones contrariæ Sarneñ, Crescentij, & aliæ declarantur: Quoniam ex eadem decisione patet responsio, quod scilicet cum in casu præsenti fraus considerari non possit, nec agatur de præiudicio tertij, benè procedit, & applicantur decisiones Crescentij 1. *de donat. Sarnen. dec. 100. & 101. ac dec. 17. num. 1. par. 4. di-*
10 *uers.* vbi dicitur † solemnitates non esse necessarias in donatione facta à matre filiæ.

Non obstat, quod in Instrumento, dum prouidetur restitutioni dotis, non fiat mentio de obligatione Camerali, & sic ex hoc capite mandatum veniat reuocandum, cum cessante hoc vinculo ei nõ competat via exequutiua; nam hoc non obstante fuit responsum, mandatum posse sustineri, quia eo ipso, quod in promissione dotis adest obligatio Cameralis, in restitutione ipsius implicitè censetur conti-
11 neri eadem obligatio, † cum eadem actione possit agi, qua potest conueniri, *Gratian. discept 125. num. 27. & discept. 852. num. 34. Surd. decis. 62. num. 32. & 33.* affirmans eandem rationem esse in dote restituenda, quæ viget in
12 constituenda: atq; ita quæ † veniunt in consequentiam necessariam, semper continentur sub eadem obligatione Camerali, *Seraph. decis. 955. num. 2. Zacch. de oblig. Cam. q. 31. num. 16. & seq.*

Quo verò ad excessum, quia de eo in relaxatione mandati non fuit oppositum, neque ad præsens sufficienter fuit iustificatus, mandarunt DD. vt particulariter de eo videatur.

Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. DOMVS.

Lunæ 29. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Remedium Saluiani non competit sine hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Remedium Saluiani competit quoties constat de credito cum hypotheca, de possessione anterioris debitoris, & posterioris rei conuenti, necnon de identitate bonorum.*
2 *Hypotheca est mater Saluiani.*
3 *Infans per se possidere non potest.*
4 *Hypotheca in re propria non consistit.*
5 *Hypotheca etiam in re propria consistere potest, quan-*

quando scilicet, quis est effectus Dominus reuocabiliter.

6 *Et ad dictum effectum non attenditur penes quem existat possessio, sed solum an res fuerit acquisita reuocabiliter, seu incommutabiliter.*

7 *Dominium etiam possessione amissa conseruatur.*

DECISIO CCXXXIX.

DIOTALLEVIO tantum informanti fuit resolutum sub die 23. Iunij proxime præteriti dandam esse immissionem in possessionem medietatis vnius domus ei à Magdalena matre relictæ, quia constabat de eius credito cum hypotheca de possessione anterioris debitoris, & posterioris rei conuenti, nec non de identitate domus controuersæ,
1 quibus concurrentibus † ei competebat remedium Saluiani, *Gregor. XV. decis. 491. num. 6. cum alijs allegat. in decis.* hodie informantibus etiam Iunipera, quæ possidet dictam domum, & Hieronymo Lallio, qui illam vendidit, iterum proposita causa super ijsdem DD. dixerunt constare quidem de bono iure d. Diotalleuij, sed non competere ei remedium Saluiani, & illum debere agere alia via.

De bono iure enim Diotalleuij non potest dubitari, quia illud satis iustificatur ex testamento d. Magdalenæ, ex quo d. Diotalleuius expressè legitur hæres scriptus pro medietate; vndè cum d. domus fuerit reperta in bonis ipsius Magdalenæ, vt liquet ex Instrumento dotali inter ipsam, & D. Hieronymum inito, satis remanet iustificatum bonum ius d. Diotalleuij.

Quo verò ad remedium Saluiani, quod scilicet ipsi Diotalleuio non competat, benè etiā
2 colligitur, ex quo deficit hypotheca, † quæ est mater Saluiani, *Bald. in l. fin. §. sed & si quis C. comm. de leg. cum alijs latè congestis in Perusina Saluiani 21. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Durano;* Deficientia siquidem hypothecę deducitur ex eo, quia Hieronymus post mortem Magdalenæ cœpit possessionem totius hæreditatis tàm suo proprio, quam Diotalleuij tunc infantis nomine, per quam possessionem Diotalleuij,
3 ex quo † per se non valebat possidere ob ætatis defectum, *l. 1. §. adipiscimur ff. de acquir. poss.* etiam ignoranti possessio d. domus, & eius dominium fuerunt irreuocabiliter acquisita, *l. 1. §. per Procuratorem ff. de acquir. poss. Gabr. cons. 36. num. 13. & 21. lib. 1. Seraph. decis. 77. in fin.* & per consequens fuit omnis extincta hypotheca,
4 cum illa † in re propria non consistat, *Surd. cons. 195. num. 6. Bald. in d. l. fin. §. sed & si quis C. comm. de leg. Ruin. cons. 174. num. 15. lib. 1.*

Non obstat *Seraph. decis. 872. nu. 3.* vbi quod
5 etiam in re † propria potest consistere hypotheca, quia ista conclusio procedit; vbi quis effectus est Dominus reuocabiliter, non autem quando dominium fuit acquisitum irreuocabiliter, prout in hoc casu, in quo Diotalleuius infans, mediante persona eius patris acquisiuit Dominium domus, de qua agitur irreuocabiliter, vt supra dictum est.

Non obstat, quod hodie possessio sit penès tertium, nempè penès Iuniperam, quia non propterea sequitur, quod hypotheca semel extincta reuiuiscat, sufficit enim dominium remanere penès Diotalleuium, cum in hac materia non attendatur, apud quem possessio sit,
6 sed solum † an res fuerit irreuocabiliter, seu incommutabiliter acquisita, *Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 7. num. 70. & seqq.* & in his terminis loquitur *d. decis. Seraph.* Non enim benè infertur à probatione amissionis ad amissio-
7 nem dominii, quod † etiam possessione amissa conseruatur, *l. si quis §. differentia ff. de acquir. poss. Bart. in l. cum falsa num. 2. C. de iur. & fact. ignor. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 20. numer. 2. vers. secundo intellige.*

ANCONITANA LEGITIMAE.

Mercurij 21. April. 1632.

ARGVMENTVM.

Exceptio de iure tertij, quando sit permissa.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de iure tertij, quando est exclusiua iuris actoris potest à reo, & possessore opponi.*

2 *Possessionis causa præsumitur mutata per superuenientem nouum titulum.*

3 *Præscriptio semper cessat cessante negligentia*

DECISIO CCXL.

IN disputatione dubij à me propositi, quanta esset legitima debita Com. Alexandro Ferretto ex persona Vgonis patris in bonis Hieronymi aui, Rota primo loco respondit, legitimam, debitam in bonis d. Hieronymi esse trientem, illiusq; medietatem, scilicet pro duabus vnciis spectare ad Com. Alexandrum; pro reliquis duabus ad Com. Ioannem eius fratrem, quia Hieronymus quatuor reliquit filios, Vgonem, scilicet, Horatium, Herculem, & Cæsarem, quibus omnibus pro legitima debetur triens totius hæreditatis, & cum Cæsar iura legitimæ reliquerit Vgoni fratri; alij verò eidem Vgoni prædecesserint sine filijs; totus triens fuit effectum proprium patrimonium Vgonis, & consequenter pro rata spectat ad Com. Alexandrum, & Ioannem, eiusdem Vgonis filios, & ab intestato hæredes.

Repropofita postmodum causa super ijsdem DD. quoad portionem Cæsaris responderunt illam cessisse ad fauorem primogenituræ ab eodem Hieronymo constitutæ, ex quo Cæsar renunciauit iuxta formam testamenti Hieronymi, in quo fuerat constituta primogenitura cum prohibitione detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, & sic ad fauorem eiusdem primogenituræ censetur renunciasse. Quo verò ad portiones Herculis, & Horatij illas cessisse ad commodum Vgonis, & sic pro medietate spectare ad Alexandrum, & pro altera ad Ioannem.

Verùm quia Com. Ioannes ad effectum mi-

minuendi istam partem debitam Alexandro allegabat superuientiam Panthasileæ antedictorum Herculis, & Horatij Matris, quam pariter ad hæreditatem eorundem ab intestato defunctorum admittendam esse prætendebat, DD. mandarunt super ista portione debita Panthasileæ particulariter disputari. Vnde hodie proposito dubio, an, & quæ portio legitimæ debeatur Panthasileæ strictè quoad duas vncias debitas Herculi, & Horatio fuit dictum illas spectare ad Panthasilæam pro tertia parte, & DD. fuerunt moti ex dispositione Statuti Anconitani, secundum, quod licèt matres excludantur à successione filiorum propter existentiam fratrum, & nepotum defunctorum, attamen eis legitimam in illorum bonis reseruat, & ita stante huiusmodi Statuto Panthasilæa benè potest prætendere dictam secundam partem legitimæ debitæ (vt fuit dictum in alia decisione) dd. Herculi, & Horatio eius filijs in bonis Hieronymi, eorum aui paterni.

Nec obstat, quod Panthasilea non sit in causa, nec petat dictam tertiam partem legitimæ, quia sufficit, quod petere possit, & quod non sit exclusa à legitima supradictorum filiorum ad hoc, vt interim Com. Ioannes vti
1 reus, † & possessor possit opponere de iure Panthasileæ, quod in ista portione est exclusiuum iuris actoris ad *tex. in l. 2. ff. si pars hæred. pet. Thesaur. dec. 4. num. 8. vers. 3. Caual. dec. 346. n. 7. Surd. cons. 415. num. 10.*

Non obstat Panthasileæ prætensa præscriptio 30. annorum; nam placuit responsio aliàs data, quod cum ipsa vti Tutrix, & administratrix filiorum possederit eorum bona, dùm postea ei per mortem filiorū delata fuit successio, censetur sibi mutasse causam possessionis, & vbi priùs tutorio nomine possidebat,
2 censetur posteà iure proprio, † scilicet ex titulo delatæ sibi hæreditatis possedisse, *Soccin. sen. cons. 113. num. 2. & seqq. lib. 4. Caball. cons. 156. num. 20. & 21. lib. 1. Rot. in Romana hæreditatis de Coccinis 9. Decembris 1622. coram Nauarra, & dec. 495. num. 2. in fin. & num. 6. post med. par. 1. recent.*)

Vnde sequitur, quod cum ipsa possederit, & nunc possideat vti vsufructuaria relicta ab Hieronymo eius viro, & sic nomine proprio, nulla poterat ei imputari negligentia in non agendo, & consequenter nulla poterat contra
3 ipsam currere præscriptio, quæ † semper cessat, † cessante negligentia, *Bald. cons. 50. nu. 2. lib. 5. Socc. iun. cons. 64. num. 14. & 15. lib. 2. Grat. discept. forens. cas. 602. num. 7. Surd. dec. 236. nu. 14. vers. secunda verò, & cons. 260. n. 21.*

Et ita vtraque.

ROMANA IVRISPATRONATVS.

Luna 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Præsentationes patronorum ex quibus dicantur habuisse effectum adhoc, vt Iuspatronatus dicatur probatum, & præsentato sit debita institutio.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus in personis priuatis probatur ex quadragenaria quasi possessione cum fama, & adminiculis.*
2 *Præsentationum effectuatio probatur ex illarum continuatione.*
3 *Præsentationes non præsumuntur effectuatæ, nisi ostendantur institutiones cum possessio capiatur vigore institutionis non præsentationis, quod intellige, quando aduersus præsentationes ordine successiuo factas aliqua contraria præsumptio concurreret.*
4 *Iuspatronatus ex quibus præsumptionibus simul iunctis dicatur concludenter probari.*
5 *Laycus est spiritualium incapax.*
6 *Institutionis impropriæ per inductionē in possessionem realem præsentati est Laycus capax cum non importet institutionem collatiuam tituli.*
7 *Quasi possessio conferendi acquisita Ecclesiæ suffragatur Prælato successori.*
8 *Collatio spectat ad existentem in quasi possessione conferendi.*
9 *Collatio existentis in possessione conferendi venit attendenda, & non aliorum præsentatio.*
10 *Collatio non est attendenda, quando non probatur effectuata.*
11 *Possessio præsumitur ex titulo magis proficua.*

DECISIO CCXLI.

CONCVRRENTIBVS ad beneficium, de quo agitur, Paulo Bonafaccia præsentato à Custodibus Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum, necnon Petro Zoccholono prouiso de eo vti de libero ab Eminentissimo Cardinali Barberino Abbate Farfeñ. Dubitatum fuit sub die 14. Febr. 1632. An constaret de Iurepatronatus dd. Custodum, & fuit dictum constare ex rationibus in decisione deductis. Hodie verò causa super ijsdem proposita DD. steterunt in decisis.

Iuspatronatus siquidem Custodum visum
1 fuit sufficienter † probari ex quadragenaria quasi possessione cum fama, & adminiculis in alia decisione ponderatis iuxta *decis. Cassad. 2. num. 2. de probat. cum alijs in dicta decis. relatis, & ita declarasse Congregationem S. Conc. fuit dictum in Barchinonen. Vnionis 3. Decembris 1597. coram Gypsio, & in Mediolanen. Iurispatronatus 4. Nouemb. 1609. coram Attrebaten.*

Nec obstat, quod præsentationes, quæ dantur ad probandam quadragenariam, non pro-
2 bentur effectuatæ, quia † effectuatio præsumitur ex continuatione præsentationum factarū ordine successiuo iuxta *Oldrad. cons. 229. num. 2. quod sequuta fuit Rota coram Seraphin. decis. 1141. num. 2.*

Minus obstat, quod præsentationes nō præsumantur effectuatæ, nisi ostendantur institutiones subsequutæ, cum institutio, non autem præsentatio faciat præsumere possessionem, & effectuationem, ea ratione, quia pos-
3 sessio capitur † vigore institutionis, non autem

tem præsentationis iuxta tradita per *Bero. consi. 69. numer. 7. lib. 3. Aym. conf. 322. numer. 3. versic. rursus*.

Fuit enim responsum tunc demum obiectum posse procedere, si aduersus præsentationes ordine successiuo factas aliqua alia cōtraria præsumptio concurreret, vt quia probaretur, quod medio tēpore alij fuerint ab Ordinario prouisi, vel quod præsentationes fuerint impugnatæ, vel reiectæ. In proposito autem tantum abest, quod contra præsentationes antedictas aliqua detur contraria præsumptio, quinimò plures concurrunt pro illarum corroboratione, scilicet præsumptio, quæ oritur ex memoria huius Cappellaniæ descripta in libro, in quo aliæ Cappellaniæ reperiuntur descriptæ vti de Iurepatronatus dd. Custodum; concurrunt pariter insignia apposita in eadem Cappella, nec non alię enunciatiuæ descriptæ in alia decisione, quæ quidem coniecturæ clarificant, & corroborant præsentationes antedictas, & simul iunctæ

4 plenè † probant existentiam huius patronatus, *Gabr. conf. 196. num. 10. lib. 2. Rot. dec. 548. num. 7. par. 2. rec. cum alijs in decisione, quæ reuidetur allegatis*.

Denique non obstat, quod aliquæ ex dd. præsentationibus fuerint effectuatæ mediante institutione facta ab ijsdem Custodibus, quæ institutio non facit statum vti collatiua tituli infecti propter incapacitatem Layci iuris spi-

5 ritualis † iuxta dispositionem *text. in cap. si quis deinceps, & cap. per laycos 16. q. 7. Seraph. dec. 1382. num. 1.* nam animaduerterunt DD. verba prædictæ institutionis, ibi (DD. Custodes inuestierunt in possessionem Ioannem Dragum præsentem, & pulsantem campanam) non importare institutionem collatiuam tituli, sed inductionem in possessionem realem, † quæ

6 dicitur † etiam inuestitura iuxta *glos. in cap. 1. num. 4. vers. quadam est institutio de reg. iur. in 6.*

Nec obstat, quod informantes pro Zoccolono prætendant Eminentissimum Abbatem esse in possessione conferendi hoc beneficium, vti liberum, ex quo præclaræ mem. Cardinalis Montaltus eius antecessor per collationem de anno 1600. factam de eo vti de libero in persona Ioannis Franchi vltimi possessoris (cuius obitus dedit causam liti) acquisiuit quasi possessionem conferendi, quæ tanquam

7 acquisita † Ecclesiæ suffragatur etiam Eminentissimo Moderno Abbati successori iuxta doctrinam *Ripæ in cap. sæpè num. 57. extr. de resti. spol. Rot. coram Reuerendiss. meo Decano decis. 26. num. 2. & dec. 501. num. 2. par. 2. recen. & coram Greg. XV. dec. 246. num. 1. vbi Adden. num. 2.* & ita

8 cum d. Eminentissimus † Abbas sit in possessione conferendi, collatio ad illū spectat iuxta *consil. Bald. 437. incip. ex quo Abbas lib. 2. Rot. dec. 14. de iurepat. in antiq.* & per consequens colla-

9 tio † illius non autem præsentatio Custodum venit attendenda, *Felin. in tract. quando lit. Apost. limit. 9. Ferret. conf. 132. num. 10. vsque ad finem, Menoch. conf. 90. num. 130. lib. 1. Bald. supracit. conf. 437. Rot. supracit. dec. 14. de iurepatr. & dec. 167. num. 7. 8. & 9. par. 2. diuers. & fuit firmatum in Papien. Iurispatronatus coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*.

Quia licet conclusiones prædictæ sint verissimæ; attamen non visæ sunt applicari præsenti casui, ex quo non probatur collationem

10 Cardinalis Montalti † habuisse effectum, *Mohed. dec. 11. de præb. Rot. in Fanen. Beneficij 21. April. 1621. & in Regien. bonorum 21. Iunij eiusdem anni coram R.P.D. meo Pirouano*.

Nec effectuatio dictæ collationis deduci potest ex eo, quod beneficium vacauerit per obitum supradicti Franchi prouisi à Cardinale, quia cum idem Franchus per prius habuerit præsentationem à Custodibus, qui per plures præsentationes effectum sortitas erant in quasi possessione præsentandi, Cardinalis verò nuuquam anteà contulerit, præsumendum est Franchum vltimum possessorem ex titulo si-

11 bi magis proficuo, † & sic potius vti præsentatum à Custodibus, quam vti prouisum à Cardinale possedisse, *Bart. in l. gerit nu. 21. ff. de acqur. hæred. Alex. conf. 8. num. 20. lib. 3. Aym. supra cit. conf. 322. dixit Rota decis. 200. num. 3. par. prima recent.*

Quod suadetur etiam ex quo præsentatio Custodum ad fauorem d. Franchi facta fuit tamquam de vacante per obitum Benincasæ, quem constabat re vera fuisse alias ad hoc beneficium à Custodibus præsentatum; collatio verò Cardinalis facta fuit tanquam de vacante per obitum Rutilij de Vetera, quem nullibi constat illud possedisse; vnde tanto magis titulus collationis remansit inefficax.

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA TERRITORII.

Veneris 30. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum Ecclesiæ non seruata forma Breuis Apostolicī, si in euidentem, non sustinetur.

SVMMARIVM.

1 *Executores duo dati, vt coniunctim procedant vnus sine alio procedere non potest.*
2 *Clausula*, vocatis vocandis, *requirit citationem, & iudicialem informationem.*
3 *Citationis defectus probatur ex reuolutione processus.*
4 *Forma Concessionis si in euidentem, quando non fuit seruata eius confirmatio remanet nulla.*
5 *Gratia, si in euidentem, potest sustineri etiam non seruata forma rescripti, quando aliunde constat de vtilitate Ecclesiæ.*
6 *Attamen hoc non procedit, quando Papa præscribit executoribus certam formam in executione facienda.*
7 *Testes nulliter examinati nullum gradum probationis faciunt.*
8 *Supplicatio, vt præiudicet debet probari porrecta de mandato supplicantium.*
9 *Partes in causa propria non possunt esse testes.*

DE-

DECISIO CCXLII.

CENSVERVNT DD. alienationem Ter-
ritorij Tadelimar factam per fratres San-
cti Augustini in Petrum Bussitil fuisse inuali-
dam ex eo præcipuè capite, quod non fuerit
seruata forma Breuis (si in euidentem) cum
enim in dicto Breui essent dati duo Exequuto
res, Episcopus scilicet Meleuitanus, & The-
1 saurarius, vt coniunctim † procederent, non
potuit dictus Thesaurarius per se solus absque
Episcopo, etiam habens vices delegatas ab ip-
so Episcopo validè pronunciare *cap. cum causa*
de off. de leg. Vant. de nullit. ex defectu Iurisd. n. 175
cum alijs cumulatis in decisione in hac causa coram
me facta 6. Iunij 1629.

Præterea ex tenore eiusdem Breuis fratres
erant vocandi propter clausulam, *vocatis vo-*
2 *candis*, † quæ requirit Citationem, & Iudicia-
lem Informationem *cap. exhibita vbi Abb. nu. 6.*
de Iudic. Dec. cons. 123. num. 2. Rot. decis. 30. de re-
script. in nou. cum alijs, quos refert *Mart. de Claus.*
claus. 196. num. 3. par. 1.

Eoque magis, quia Iudex ipse mandauit il-
los citari Summario fratrum *num. 14.* & tamen
3 non fuerunt vocati, vt probatur † ex reuolu-
tione processus pro parte Bussitil producti.
Rot. rec. decis. 684. num. 3. & 4. par. 2. & decis. 207.
num. 20. par. 4. & decis. 167. num. 42. par. 1.

Vndè cùm non fuerit seruata forma dictæ
4 Concessionis (si in euidentem) eius † confir-
matio fuit nulla *cap. cum dilecta vbi DD. de re-*
script. Dec. in cap. prudentiam in quarto notabili nu-
mer. 20. de off. deleg. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Paris.
cons. 41. num. 15. lib. 4. Gozzad. cons. 73. num. 2. Ti-
raq. de retract. lignag. §. 1. glos. 21. num. 11. Redoan. de
reb. Eccl. non alien. tit. de caus. vtil. nu. 204. Seraph.
decis. 1195. num. 2. & fuit resolutum in Causa Cor-
tonen. locationis 26. Ian. 1590. coram Orano & in
Valentina Baroniæ 18. Aprilis 1603. coram Attre-
baten. & nouissimè in Causa Placentina Decimarum
28. Maij, & 3. Decembris 1629. coram R. P. D.
meo Durano.

Neque obstat, quod gratia (si in euidentē)
5 possit sustineri, non seruata forma † rescripti,
si aliundè constet de Ecclesiæ vtilitate. *Ruin.*
cons. 157. num. 25. & 26. Socc. cons. 15. num. 51. &
per tot lib. 1. Maresc. var. cap. 68. num. 1. lib. 1. & vi-
detur de mente Rotæ in decis. 651. num. 1. circà fin.
par. 1. & decis. 178. num. 8. par. 1. diuers. & dec. 557.
num. 1. par. 1. recen. nam huic obiecto fuit respō-
sum, quod licèt sufficiat, quomodocumque
constare de vtilitate Ecclesiæ etiam, quod non
proueniat ex causa narrata, attamen cum in
hoc casu Papa exequutoribus præscripserit
certam formam, certumque modum in fa-
6 cienda executione, † exequutio alitèr facta
perindè est, ac si nunquam facta fuisset. *Idem*
Maresc. vbi supra num. 3. & seq. Canal. decis. 347. &
latè fuit resolutum in dicta causa Placentina 3. De-
cembris coram R. P. D. meo Duran.

Nec obstat, quod ex testibus constet de vti-
litate Ecclesiæ, quia omisso, an ex illis probe-
tur huiusmodi vtilitas, sufficit dicere illos fuis-
se nulliter examinatos, ex quo fuerunt exami-
nati ab vno ex Exequutoribus, & tamen de-
buissent examinari à duobus exequutoribus
coniunctim datis; vndè, stante hac nullitate
7 examinis, dicti † testes nullum probationis
gradum conficere valent *ad text. in c. cum plu-*
res de off. deleg. Aret. cons. 132. num. 16. Rot. dec. 652.
num. 3. par. 2. recen. & coram san. mem. Greg. XV. de-
cis. 327. num. 1.

Nec pariter releuat confessio fratrum ema-
nata in supplicatione, dùm Papæ exposuerunt
contractum tendere in vtilitatem Ecclesiæ;
8 quoniam vltra, quod dicta supplicatio † non
probatur porrecta de eorum mandato, & ideò
ipsis non præiudicat. *cap. nonnullo §. cum autem*
de rescript. Rot. decis. 624. nu. 3. par. 1. recen. cum alijs
adductis per Informantes. In omnem euentum,
vt dicatur satisfactum dictæ clausulæ (si in
euidentem) deberet constare alitèr, quam ex
narratiua, & assertione partium, nempè per
legitimam Informationem, & sic non à parti-
9 bus, † quæ in causa propria non possunt esse
testes *Ruin. cons. 189. num. 8. lib. 1. Rol. cons. 33. n. 12.*
lib. 1. Rot. decis. 160. num. 4. part. 4. diuers.

Et ità fratribus tantum Informantibus fuit
resolutum.

MVTINEN. EMPHITEVSIS.

Veneris 7. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Emphiteusis renouatio spectat ad proximiores
quando Ecclesia non vult pro se retinere.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia tenetur renouare inuestituram proximiori-*
bus vltimi emphiteutæ si nolit pro se retinere.
2 *Emphiteusis renouatio iudicialiter petita à proxi-*
miore operatur, vt censeatur non solum ius ad se
spectans agnouisse.
3 *Sed etiam vt habeatur ac si renouatio illi concessa*
fuisset ad effectum vt ex ipsius persona d. inuesti-
tura sit debita eius hæredibus.
4 *Statuta laicalia non comprehendunt bona Ecclesia-*
stica & num. 5.

DECISIO CCXLIII.

FVIT resolutum in hac causa sub die 26.
Iunij 1630. renouationem inuestituræ, de
qua agitur deberi Eleonoræ sorori Antonij
Mariæ vltimi Emphiteutę vti proximiori;
postmodū eadem Eleonora lite pendente de-
functa, relictis hæredibus Alexandro Canano,
& Francisco Ariento, dubitaui, an eadem re-
nouatio, quam Rota dixit competere Eleo-
noræ, debeatur dd. suis hæredibus, & DD. af-
firmatiuè resoluerunt, nisi Ecclesia velit
prò se retinere, quia cum dd. Alexander, &
Franciscus ne dum sint heredes d. Eleonoræ,
1 sed proximiores Ecclesia nolente retinere
pro se eis renouatio denegari non potest, vt
de proximioribus vltra *Bart. in l. 1. §. permittitur*
ff. de aqua quotid. & est; & alios in alia dec. allegatos
tenent *Rom. cons. 22. nu. 26. Alexan. cons. 80. vol. 1.*

& cons.93.vol.2.Dec.cons.131.& 328. Gozad.cons. 71.col.1.& col.fin. qui testantur de magis communi: Et de heredibus, quando (prout hic) Emphiteusis est hæreditaria. *Ruin. cons. 5. num. 8. lib.1. Bero.cons.103.num.3.& 4.lib.1. Gabr. alios referens de iure Emphit.concl.1. num.18.*

Non obstat, quod huiusmodi qualitates hæreditariæ, & proximitatis non valeant suffragari dd. hæredibus, ex quo Eleonora non fuit inuestita nec ante obitum obtinuit reno-
2 uationem, quia sufficit, quod illa petierit renouationem iudicialiter ad hoc vt non solum censeatur ius ad se spectans agnouisse *Bald.cons.224.num.5.vers.& si quidam mouet quæst lib.2. Card.Mant.de coniect.lib.12. tit.12. num.13.* sed etiam, vt perindè habeatur, ac si renouatio illi concessa fuisset, vt in specie de petente
3 renouationem, & inuestituram, quod cum de iure esset inuestiendus habeatur pro inuestito respōdit *Castren.cons.338.in fin.lib.3.* Vndè cum dicta renouatio habeatur pro facta in persona dictæ Eleonoræ, renouatio debetur dd. Alexandro, & Francisco suis heredibus, perindè ac si illâ fuisset realiter facta.

Non obstat, quod dd. hæredes vti hæredes vigore statuti Mutinen. non possint acquirere stabilia in illo dominio, quia placuit re-
4 sponsio, huiusmodi statutum defectu potestatis non comprahendere bona Emphiteusis Ecclesiæ secundum opinionem, quam post Doctores *in cap.quæ in Ecclesiarum & in c. Ecclesia S.Mariæ de constit.* tenuit Rota in causa Romana de Scapuccijs 16. Februarij 1631. coram Reuerendis. D. meo Decano, & in specie,
5 quod inuestitura ab Ecclesia facta forensibus valeat, non obstante simili statuto, tradidit *Socc.Sen.cons.56.per tot.lib.1. quem sequitur Laderch.cons.103. num.3. post med.vers. & in decreto, & fuit dictum in causa ferrarien. bonorum de Sebianchis ven.28. Aprilis 1617. coram Eminentis. Card. Pamphil.*

Et ita vna tantum parte informante fuit resolutum &c.

APRVTINA, seù NVLLIVS IVRISDISCTIONIS.

Veneris 14. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Situatio alicuius loci intra fines alicuius diœcesis ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Situatio intra confines probatur per testes de publica voce, & fama.*
2 *Per testes de auditu ab eorum maioribus.*
3 *Præsertim si testes sint practici, & alias fuerint officiales, qui iurisdictionem in locis situatis exercuerint.*
4 *Testes numero plures sunt præferendi numero paucioribus.*
5 *Testibus magis informatis, & deponentibus de facto proprio multomagis deferendum est.*
6 *Testes magis adminiculati in concursu præferendi sunt.*
7 *Bulla etiam si sit sumptum de sumpto probat, & præcipuè concurrente illius obseruantia.*
8 *Scripturæ informi fides præstanda venit stante illius obseruantia.*
9 *Mappa impressa ante litem motam deseruit pro adminiculo.*
10 *Mappa approbata per testes eo magis creditur.*
11 *Testes super affirmatiua in concursu præferendi, & num.13.*
12 *Testes subditi, & vassalli non sunt idonei pro Domino.*

DECISIO CCXLIV.

PENDENTE lite in Rota inter Episcopum Aprutinum, & Abbatem B. Mariæ de Propezzano super exercitio Iurisdictionis spiritualis in Castris Murri, Musciani, & Notareschi fuit primo loco resolutum coram bon: mem: Archiepiscopo Seleucień Castra prædicta non esse intrà limites Iurisdictionis Aprutinæ.

Repropositâ postmodum causa super eisdē coram bon:mem: Remboldo, contraria capta fuit resolutio, in eaque firmatum Castra prædicta esse intra limites d. Diœcesis.

Cui resolutioni non acquiescente Abbate, examinatisque pro eius parte nonnullis testibus, causa fuit tertio proposita coram Eminentissimo Card. Virili, coram quo DD. recedendo à decisis coram bon: mem: Remboldo, & persistendo in decisis coram bon:mem: Archiepiscopo Seleucień, denuo firmarunt Castra antedicta non esse intrà limites d. Diœcesis, ea ratione moti, quia ex testibus pro parte Abbatis examinatis constat, quod Diœcesis Aprutina versus Orientem non se extendit nisi per decem milliaria, & quod eius confinia sunt Castra nuncupata Castel Basso, e Guardia exclusiuè, & quod Castra controuersa distant à Ciuitate Terami per 12. Milliaria, & sunt vltrà dd. Castra Castel Basso, e Guardia, & sic non possunt compræhendi intrà limites Diœcesis.

Nouissimè verò examinatis alijs testibus pro parte Episcopi, hodie pro quarta vice fuit dubitatum an esset standum, vel recedendum ab vltimo loco decisis coram Eminentissimo Card. Virili, in cuius locum fui subrogatus, & DD. per plures positiones re maturè discussa à decisis recesserunt, & firmarunt loca controuersa esse intrà limites Diœcesis Aprutinæ eo præcipuè fundamento, quia per testes pro parte Episcopi examinatos optimè constat fines Diœcesis versus Orientem se extendere vsque ad Mare; versus meridiem verò vsque ad Flumen Vomanum, Castra autem controuersa esse intrà Mare, & dictum Flumen, & per consequens intrà fines Diœcesis. Qui, quidem testes plenè probant dicta Confinia, nedum, quia aliqui deponunt de communi reputatione, & aliqui deponunt de publica vo-
1 ce, & fama, † quod sufficit ad hunc effectum *cap. cum causam, & ibi Butr. num.4. Imol. num.3. Felin.*

Felin num. 9. de probat. Verùm de auditu ab eo-
2 rum maioribus, † quod paritèr sufficit circa
materiam Confinium *Imol. in d. cap. causam. n. 3. Butr. num. 3. Socc. cons. 89. num. 2. lib. 1. Mantic. de-*
3 *cis. 143.* maximè quia sunt practici, † ex quo
tanquàm officiales Episcopi exercuerunt in dd. Castris plures actus Iurisdictionales vndè tanto magis probant *Bal. in dicto cap. cum causam num. 6. vers. item per exercitia de probat. Alex. cons. 23. num. 3. lib. 5. Rot. decis. 156. num. 3. par. 1. rec.*

Nec obstant testes Abbatis in alia decisione ponderati, qui circa dd. Confines contrarium videntur deponere, quia in concursu cũ testibus pro parte Episcopi examinatis non veniunt attendendi, tùm quia testes Episcopi
4 sunt † numero plures *cap. licet causam vers. ex præmissis de probat. cap. in nostra de testib.* Tùm
5 etiam quia † sunt magis informati, & deponunt in facto proprio. Primus enim fuit Cancellarius Episcopalis per plures annos, deponit se pluries vidisse loca controuersa, scripsisse gesta concernentia Iurisdictionem Episcopalem, fuisse in visitatione, adnotasse confines locorum, & deponit de communi reputatione. Secundus fuit Vicarius Aprutinus, visitauit dd. loca, vidit ea descripta in Tabella, in qua loca Diœcesis solent describi, deponit de exercitio Iurisdictionis in dd. locis, ac de communi reputatione. Tertius fuit Archydiaconus Aprutinus, & concordat cum secundò Alij verò deponunt de communi reputatione *Gabr. de testib. concl. 4. nu. 64. & 72. Felin. in cap. in nostra num. 11. de testib. Put. decis. 8. lib. 1. Rota coram Caualerio decis. 361. num. 1. in fin.*
6 *& seq.* Tùm etiam quia sunt † magis adminiculati *Crauett. cons. 400. num. 35. Mant. decis. 61. n. 8.*

Pro adminiculis enim cõcurrit primo Bulla Anastasiana, quæ licèt sit sumptũ de sump-
7 to, † tamen probat. *Verall. decis. 234. numer. 2. par. 1. Rot. decis. 418. sub num. 5. par. 2. recen.* Maximè stante illius obseruantia probata per testes
8 Episcopi qua stante etiam Scripturæ † informi venit fides adhibenda *Seraph. decis. 928. numer. 2. Rot. in recent. decis. 482. num. 3. par. 1.* & benè infertur, quod si dicta Bulla probat, multò magis deseruit pro adminiculo ad effectum coadiuuandi supradictos testes Episcopi, vt fuit ponderatum in decisione in hac causa emanata sub die 15. Iunij 1626. coram bo: me: Remboldo.

Concurrit secundò Mappa impressa, quæ licèt non sit facta seruatis seruandis, tamen cum sit impressa longè ante litem motam
9 benè † deseruit pro adminiculo *Rot. decis. 405. numer. 1. vers. & ex Mappis impressis par. 1. recent.* Quod facilius venit admittendum in præsenti casu, ex quo testes Episcopi, seruatis, seruandis, examinati dictam Mappam super situatione dd. locorum approbarunt, quo casu eo
10 magis † venit ei fides adhibenda, vt firmauit Rota in Nucerina Prædij 20. Maij 1622. coram R. P. D. Nauarra.

Accedit prædictis, quod testes Abbatis, in quibus fundatur decisio, quæ reuidetur, sunt Vassalli, & famuli D. Ducis Adriæ patroni Abbatiæ, & deponunt super negatiua: Te-
11 stes verò Episcopi deponunt super † affirmatiua, & sic sunt magis fide digni, & plures ipsorum sunt omni exceptione maiores, ex quo sequitur, quod in concursu semper ve-
12 niant præferendi. Prout de testibus † subditis, & Vassallis *Alex. cons. 88. n. 6. lib. 5. Ruin. cons. 53. n. 6.*
13 *lib. 4.* & de testibus deponentibus † super affirmatiua tenent *Alex. cons. 148. col. 1. lib. 2. & cons. 169. col. fin. lib. 5. Ruin. cons. 12. n. 2. vol. 5. Gabr. de testib. d. concl. 4. num. 1. & seq.*

Et ità &c.

PERVSINA DOTIS.

Lunæ 17. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Conueniri quando possit forensis in Ciuitate in qua exercuit magistratum. Procurator constiturus ad omnes causas & cum facultatibus ipsiusmet Domini quæ possit, Quando testes dicantur iurasse in termino præfixo ad probandum.

SVMMARIVM.

1 *Actor debet sequi forum rei.*
2 *Iudicium bene potest inchoari cum Procuratore.*
3 *Mandatum quando est generale tunc illius acceptatio non potest dici limitata sine aliqua protestatione.*
4 *Mandatum generale ad omnes causas & cum facultatibus ipsiusmet Domini comprehendit etiam lites mouendas.*
5 *Procurator ad lites non potest conueniri in foro in quo constituens conueniri non potest.*
6 *Forensis conueniri potest in Ciuitate vbi exercuit Magistratum ratione ciuilitatis per eum contracta.*
7 *Ciuilitas per exercitium magistratus dicitur acquisita actiuè & passiuè.*
8 *Terminus octo dierum datus ad probandum regulariter intelligitur de currentibus non de vtilibus.*
9 *Limita quando dies feriati in termino comprehensi maiorem partem termini absorbent.*
10 *Stylus in his quæ respiciunt ordinatoria probatur per attestationem Curialium etiam extraiudicialem.*

DECISIO CCXLV.

IN disputatione dubij alias à me propositi, An sententia de partibus lata ad fauorem Comitis Rainerij contra Marchionem de Monte super solutione dotis, de qua agitur, esset confirmanda; placuit DD. omissis nullitatibus, quæ contrà processum opponebantur affirmatiuam capere resolutionem super iustitia. Hodie verò prosequendo disputationem proposui dubium, & pro validitate responderunt.

Etenim pro parte Marchionis duæ contra dictum processum fuerunt excitatę nullitates vna ex defectu iurisdictionis altera ex eo,

quod testes non iurarunt in termino, & sic dicantur nulliter examinari, quæ quidem nullitas percutit etiam iustitiam.

Quoad primam ex defectu Iurisdictionis deducta ex eo, quod Marchio vti forensis nō potuerit conueniri in Ciuitate Perusiæ, & sic in foro Comitis actoris, sed debuerit conueniri in foro sui domicilij, cum regulariter
1 actor † sequatur forum *Rei. ad tex. in l. Iurisdictione C. de iurisdictione omn. Iudic. cap. cum sit generale de for. compet* Responderunt DD. eam euitari, quia Iudicium fuit inchoatum cum Procuratore Marchionis reperto in Ciuitate
2 Perusiæ, cum quo † sine dubio potuit Iudicium validè incohari *iuxt. text. in l. 3. C. de procur. vbi Bart. & Bald. Achil. decis. 16. num. 2. de dol. & contum. Cassad. decis. 1. num. 1. de dilat. Seraphin. decis. 654. num. 4. Gregor. decis. 86. num. 1. & decis. 127. num.* 8. & fuit plenè firmatum in *Beneuentana Salium 29. Martij præteriti coram Reu. P. D. meo Pirouano.*

Nec obstat, quod Procurator produxerit mandatum in alia causa, & propterea non dicatur illud acceptasse in hac causa agitata per Comitem, quia cum mandatum fuerit gene-
3 rale, acceptatio † non potest dici limitata, præsertim nulla interposita quoad hoc protestatione *Put. decis. 212. lib. 2. in non. & decis. 13. de procurat.*

Minus obstat, quod cum mandatum non habeat clausulam (ad lites motas, & mouendas) non posset extendi ad hanc causam à Comite post mandatum excitatam; fuit enim responsum sufficere, quod dictum mandatū
4 fuerit generale ad omnes † causas & cum facultatibus ipsiusmet Domini ad hoc, vt cōprehendere valeat etiam lites mouendas post dictum mandatum *Put. decis. 37. num. 1. lib. 1.* vbi datur simile de eo, qui obligat sua bona, qui censetur obligare & præsentia, & futura, & idem firmatur *in decis. 52. num. 1. & seq. de procur. in non,*

Nec releuat, quod Procurator ad lites cō-
5 stitutus † non possit conueniri in foro, in quo Dominus conueniri non potuisset *Bald. cons. 167. num. 5. lib. 3. Laderch. cons.* 15. *num. 6. Mantic. de tacit. ambig. lib. 14. tit. 39. num.* 11. quia hoc non visum fuit applicari præsenti casui, cum dictus Marchio potuerit conueniri in Ciuita-
6 te Perusiæ ratione † ciuilitatis per eum contractæ, ex quo in dicta Ciuitate principalem Magistratum gessit *l. Senatores 8. C. de Incol. lib. 10. Bart. in l. 1. num. 16. & in l. Ciues numer. 5. ad municip. Menoch. cons. 692. num. 9. lib. 7.* vbi quod
7 ciuilitas intelligitur acquisita actiue, & passiue *Soccin. in cap. fin. numer. 29. 30. & 34. de for. compet.*

Quoad alteram nullitatem ex eo desumptam, quod testes iurauerint in secunda die post terminum placuit Dominis responsio, quod imò testes iurauerint in termino, quia licet in præsenti casu fuerit datus terminus
8 quinque dierum ad probandum, & ille † regulariter de currentibus non autem de vtilibus tantū intelligatur *l. sive pars in fin. C. de dilat. Marant. de ord. iudic. p. 6. tit. de dilat. n.* 18. tamen quādo dies feriati in termino comprehensi maiorem partem termini absorbent, prout hic, cū ex quinque diebus datis ad probañ, tres fuerint feriati in honorem Dei, & Sanctorum,
9 tunc † non veniunt in termino computandi *Marant. loc. supra cit. num. 18. ad med. vers. quod tamen intellige Grauatt. ad Vestr. lib. 5. cap. 4. numer. 7. vers. sed hoc.* In proposito autem, subtractis diebus feriatis, testes dicuntur iurati in termino.

Sed cessare visa fuit omnis difficultas ex attestatione Curialium fori Perusini, quod in præfixione terminorum computantur dies vtiles, non autem feriati in honorem Dei, & Sanctorum, quam quidem attestationem, li-
10 cet extraiudicialem † sufficere, vbi agitur de probando stylo in his, quæ respiciunt ordinatotia; firmauit *Rota in Ferrarien. Decimarum 11. Aprilis 1621. coram bon. mem. Vbaldo, & in Perusina fideicommissi de Biganzinis 7. Februarij 1605. coram Litta, & in altera Perusina hæreditatis 29. Nouembris 1616. coram Buratto.*

Et ita vtraque &c.

VELITERNA PECVNIARIA.

Veneris 21. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Exceptio non implementi repellit ab agendo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi obstat non ex parte sua implentibus.*

2 *Exceptio non implementi sufficit ad retardandam executionem obligationis Cameralis.*

3 *Fideiussorum obligatio cum effectu intra tempus conuentum præstari debet vt releuet.*

4 *Ratificatio post tempus quo actus geri debuit non præiudicat habenti ad sui fauorem pactum resoluendum si ipso vti velit.*

5 *Præsuppositum ante omnia verificari debet alias cessat dispositio.*

6 *Statuta exclusiua fœminarum ab hæreditate fauore fratrum non procedunt quando fratres illas admittere voluisse apparet ad hæreditatem cum illis contrahendo.*

7 *Maior in Vrbe est qui compleuit annos 20. ex disposit. Statuti Vrbis lib. 1. cap. 47.*

8 *Statutum Vrbis comprehendit etiam loca existentia in districtu.*

9 *Quod intellige dummodo non adsit particulare statutum cum in huius defectum subintret statutum Vrbis & num. 10.*

DECISIO CCXLVI.

IN Transactione, de qua agitur inita inter Franciscum Innocentium, & Pompiliam de Bonis ex vna; & Iosephum Barellam ex altera; idem Barella promisit soluere scuta 4145. versaque vice prædicti Franciscus, & Innocentius pro obseruatione transactionis promiserunt dare fideiussores intra octo dies; nec

non

non facere ratificare prædictam Pompiliam
fororem statim ac maior effecta fuisset adle-
cto pacto resolutiuo, in casu non adimple-
menti eumq; postea vigore istius transactio-
nis fuisset contra Barellam relaxatum man-
datum exequutiuum, & deinde causa per ap-
pellationem ad Rotam esset deuoluta, mihi-
que commissa dubitaui, an dictum mandatũ
esset confirmandũ, vel reuocandum, & DD.
reuocandum esse resoluerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia cum prædicti
de Bonis promiserint intra octo dies dare fi-
deiussores, & hoc non adimpleuerint, obstat
1 eis † exceptio non adimplementi, *l. Iulianus*
§. offerri ff. de act. empt. quæ quidem exceptio
2 sufficit ad † retardandam executionem obli-
gationis Cameralis sub qua Barella est ligatus
Gallef. de oblig. Cam. q. 17. nu. 7. & ibi Zacch. n. 47.
Rot. post tract. de Salu. interd. decis. 90. num. 1. & alias
sæpè.

Nec obstat, quod fideiussores accesserint
intra tempus in dicta transactione conuentũ,
quia cum ipsi non purè, sed sub conditione
se obligauerint scilicet (dummodo infra duos
menses prædicti Boni promiserint eos indẽ-
nes releuare) non potest dici satisfactum pri-
mæuæ promissioni, cum ad id esset necessa-
3 ria † fideiussorum obligatio cum effectu in-
tra tempus in transactione conuentum *l. 1. §.*
doceri ff. si quis in Ius voc.

Minus obstat, quod præfati de Bonis post
dictos duos menses se obligauerint indemnes
releuare fideiussores, qui deinde hanc obli-
gationem acceptarũt, quia præterquamquod
nec obligatio dictorum de Bonis, nec accep-
tario fideiussorum præiudicare valerent Ba-
rellæ, si niteretur resolutioni transactionis
4 propter † pactum resolutiuum *Dec. cons. 661.*
numer. 14. Gabr. consil. 186. num. 31. in fin. & 32.
lib. primo.

Fuit etiam responsum quod cum Barella
solum prætendat implementum contentorũ
in transactione, & præcipuè veram, & realẽ
obligationem fideiussorum prout in transa-
ctione fuerat conuentum necesse est adhoc,
vt eorum obligatio habeat effectum, quod
conditio apposita in eorum obligatione per-
fectè adimpleatur, & sic nedum obligatio
Francisci, & Innocentij; verum etiam obli-
gatio Pompiliæ cum effectu purè, & simpli-
citer interueniat, prout fuit conuentum.

Nec releuat, quod prædicti fideiussores ac-
ceptauerint postea solum obligationem rele-
uationis præstitam à Francisco, & Innocen-
tio; obligationem verò Pompiliæ remiserint;
Nam obligatio Francisci, & Innocentij solũ
fuit acceptata ex eo, quia fuerat fideiussoribus
præsuppositum, quod Pompilia ad fauorem
dd. Francisci, & Innocentij fratrum puram
renunciationem fecisset de omnibus bonis
paternis, quod tamen præsuppositum non
iustificatur, quia Pompilia renunciauit cum
conditione, (dummodo ei fuerit soluta inte-
gra dos) & propterea cum non possit dici
5 ipsam purè renunciasse, sequitur † accepta-
tionem factam à fideiussoribus cum præsup-
posito non vero non subsistere *glos. in l. manci-*
pia C. de seru. fugit. Dec. cons. 230. numer. 5. Decian.
respons. primo numer. 16. lib. 1. Surdus consil. 150.
num. 78.

Præterea prò reuocatione mandati con-
currit etiam alter defectus non adimplemen-
ti ex eo, quod dicti de Bonis non fecerunt ra-
tificare Pompiliam, prout ipsi in transactione
expressè promiserunt.

Nec dictum adimplemẽtum euitari potest
sub prætextu, quod ipsa in hæreditate pater-
na nullum habeat interesse, cum tamquam
dotata rem meat ab hæreditate per Statutum
exclusa, quia ad effectum de quo agitur, suf-
ficit quod transactio fuerit stipulata etiam ad
6 fauorem Pompiliæ per fratres ad hoc, † vt si-
mul cum ipsis censeatur ad paternam hæredi-
tatem admissa, vt fuit dictum *in Romana Vineæ*
de Corbinellis 15. Martij, & 7. Iunij 1619. coram
Reuerendiss. D. meo Decano.

Nec pariter adimplementum prædictum
excusari potest ex eo, quod promissio de fa-
ciendo ratificare Pompiliam sit limitata ad
tempus, quo ipsa fuerit effecta maior, & pro-
pterea cum adhuc non attigerit 25. annum,
non dicatur maior, & consequenter non pos-
sit allegari defectus dictæ ratificationis; Quia
sufficit illam compleuisse 20. annum, vt prò
7 maiore habeatur † iuxta statut. Vrbis disposi-
tionem *lib. 2. cap. 47.* quod quidem statutum
comprehendit etiam Ciuitatem Veliternam
8 vti † existentem in districtu, vt firmauit *Rota*
in Balneoregien. Bonorum 30. Octobris 1589. coram
bon. mem. Card. Pamphilio, & in Tiburtina reddi-
tionis rationis 17. Martij 1608. coram bon. memor.
Manzanedo.

Nec obstat statutum Veliternum disponẽs
prò maiori ætate requiri annos 25. fuit enim
responsum, quod si verè extaret statutum
Veliternum, hoc explicitè disponens illud
9 non † autem Statutum Vrbis esset attenden-
dum iuxta doctrinam *Castrens. cons. 19. numer. 3.*
Dec. cons. 368. num. 12. Corn. cons. 151. num. 6. vol. 3.
sed non docetur de huiusmodi statuto; nam
particula statuti Veliterni, quæ datur, loqui-
tur de diuisione bonorum, nec explicitè di-
sponit circa maiorem ætatem, prout loqui-
tur; & disponit statutum Vrbis; & propterea
10 statutum † Vrbis venit attendendum iuxtà
opinionem *Alex. cons. 151. num. 6. lib. 2. Corn. cons.*
191. num. 6. vol. 3. Luc. Pet. in praxi Capitol. lib. 1.
cap. 6. n. 11. vers. & hæc adeo vera. Marches. de com-
miss. par. 2. §. 3. nu. 197. Rot. coram Mantic. dec. 250.
num. 2. & 3. & coram Greg. XV. decis. 260. num. 4.
& decis. 269. num. 2.

Et ita Vtraque &c.

TERRACINEN. SALVIANI.

Veneris 21. Maij 1632.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum excludi potest per ius offerendi.*
2 *Saluianum vt excludi possit per ius offerendi requiritur quod depositum sit integrum tam respectu sortis quam fructuum, & quod nullas contineat conditiones.*
3 *Et quod sit factum incontinenti, & non longè post immissionem.*

DECISIO CCXLVII.

IAM fuit resolutum in hac causa 5. Decembris 1614. coram bo.memor. D.meo Archiepiscopo Seleucien. intrare Aegidianã pro exequutione sententiæ Rotalis in summarissimo retinendę latæ per bon. mem. Patriarcham Manzanedum præuia decisione, quæ habetur *par. 2. recent.* 551. proposita deinde per me, in locum supradicti Reuerendissimi D. mei Seleucien. subrogatum, causa super eisdem sub die 4. Aprilis 1631. placuit DD. restringere disputationem ad ius offerendi, & validitatem depositi, quibus DD. de Bellis eredebant effectum immissionis ex Saluiano, & successiuè manutentionis prò Iosepho Guarini filio, & hærede q. Aurelię de Rubeis, obtentæ penitus excludi iudeque cessare Aegidianam; cumque hodie iuxta restricta proposuerim dubium ad eumdem effectũ manutentionis DD. iterum censuerunt esse locum Aegidianæ.

Nam licet DD. admitterent illis de Bellis tertiis possessoribus domus, de qua agitur, super qua Neapolio obtinuit immissionem, competere ius offerendi, cum Saluianum
1 excludi possit per Ius offerendi ad *tex. in l. Paulus in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Rol. cons. 14 num. 9. & seq. lib. 1. Menoch. de adipisc. remed. 1. numer.* 181. Attamen cum depositum per illos factum non fuerit integrũ nec respectu sortis principalis, nec respectu expensarum litis, vt considerat *Morot. de iur. offer. num. 68. vsque ad fin. tractatus*, vbi refert quinque requisita ad hoc vt petenti Ius offerẽdi illud suffragetur, etiã si non fuerit factum cum obsignatione pecuniæ iux. *tex. in l. si à te C. de pact. int. empt. & vend. Bart. in l. acceptas num. 3. C. de vsur.* nec fuerit purum, sed contineat diuersas conditiones, & inter cæteras, facta prius graduatione legiti-
2 mi crediti Neapolionis, † non potest illi suffragari. *Alex. cons. 75. num. 8. lib. 7. Menoch. de arbitr. cas. 232. num. 28. Rot. decis. 492. num. 7. par. 1. recent.*

Quod autem dictum depositum, quod fuit factum tribus interpellatis vicibus laboret supradictis defectibus bene iustificatur in facto quoad duo prima deposita; nã quoad tertium vltra prædictos defectus, quibus laborat fuit etiam animaduersum illud fuisse factum biennio post immissionem obtentam
3 cum † tamen debuisset fieri in continenti, vt fuit dictum *coram san. mem. Gregor. XV. decis. 28. num. 3.*

Ex quibus vna tantum parte informante fuit conclusum oblationem, seu depositum non suffragari illis de Bellis, & sic immissionem fuisse iustam, & per consequens mandatum de manutenendo concessum Neapolioni, & propterea locum esse Aegidianæ.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Veneris 4. Iunij 1632.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Examen sine citatione partis non subsistit.*
2 *Inuentarium non afficit interesse habentem in illius confectione non citatum.*

DECISIO CCXLVIII.

FVIT resolutum sub die 10. Decembris 1629. Clarici ex persona Catharinæ eius matris agenti ad residuum dotis scut. 1000. deberi residuum, quæ resolutio sub die 18. Martij 1630. fuit confirmata cum hoc tamen vt mobilia legata Catharinę ab Antonio restituerentur, vel compensarentur; posteà cũ sub die 3. Iunij eiusdem anni disputaretur cui nam deberetur dictum residuum, an scilicet Marco Antonio Catharinæ filio ex primo viro, vel Franciscæ, & Clarici natis ex secundo matrimonio, fuit dictum duas partes ex tribus deberi Clarici, vnam scilicet ex persona propria, alterã ex persona Franciscæ ipsius sororis prædefunctæ. Deindè cum sorores de Bolinis nõ acquiescerent resolutioni 18. Martij 1630. in illa parte, in qua firmatur mobilia esse compensanda sub die 16. Decembris eiusdem anni; iterum proposita causa super hoc DD. steterunt in decisis præuia tamen dictorum mobilium liquidatione & successiuè eum ad effectum liquidandi huiusmodi mobilia sub diebus 10. & 15. Decemb. 1630. proposuissem aliud dubium, nempè quæ mobilia ex descriptis in Inuentario à Francisca, & Elisabetha sororibus de Bolinis exhibito essent restituenda, vel compensanda, quia pro parte Claricis plura deducebantur contra fundamenta decisionum firmantium dictam restitutionem, seu compensationem, quæ decisiones cum incidenter ex stylo huius tribunalis non possent reuocari, placuit DD. sub dicta die 15. Decemb. prætermisso prò nunc articulo liquidationis earum reuisionem Clarici indulgere; vndè proposito à me dubio, an illis esset standum DD. ex duplici capite ab illis recesserunt; ex capite scilicet inualiditatis Inuentarii, seu descriptionis, & ex defectu examinis testium, ex quibus in dictis decisionibus firmatur probari existentiam dd. mobilium.

Nam quoad defectum examinis testium ille est euidens, ex quo fuerunt examinati
1 absque citatione partis † quo casu eorũ examen

men viribus non subbstit *cap. in nomine Domini de testib. &. si quando C. eodem Alex. consil. 79. lib. 2. Aret. cons. 165. Dec. cons. 54. Ias. in l. properandum §. siu autem reus num. 5. C. de Iudic. Afflict. decis. 28. num. 1. & decis. 39. num. 3.*

Inualiditas verò Inuentarij, seù descriptionis dd. mobilium est etiam clara, nam omisso, an in eo describantur distinctè mobilia Antonij, ità vt possint discerni, & distingui à mobilibus spectantibus ad Catharinam, illud fuit pariter factum ad instantiam dd. fororum de Bolinis inscia, & non citata dicta Catharina, & sic laborat eodem defectu, quo dicti testes nec est dubitandum, quin Catharina debuerit citari in confectione d. Inuentarij; nam cum ipsa post obitum Antonij patris deberet accipere propria mobilia, quæ erant permixta, & confusa cum mobilibus Antonij, vt ipse met Antonius ordinat in suo testamento ibi *Item vuole, ordina, e comanda esso Testatore, che circa alli mobili, che al presente si trouano nella Casa, doue esso Testatore habita, Madonna Catarina sua figliuola habbia da pigliar quelli, che sono suoi propry, & in questo si habbia da stare alla sua conscienza, &c.* Certum est, quod huiusmodi In-
2 uentariū † illam tale, & tam certum interesse habētem, non afficere valet vti non citatam *Bart. in l. fin. §. cum igitur nu. 3. de iur. delib. Bald. in auth. sed cum testator C. ad l. falcid. Dec. cons. 63. numer. 8. Aym. cons. 225. num. 1. fuit dictum in Romana restitutionis dotis de Rusconibus 17. Martij 1600. coram bo. me. Card. Sacrato:* vnde sequitur, quod cum dd. testibus, & Inuentario non probetur ex istentia dd. mobilium non sit locus eorum restitutioni, seù compensationi, & propterea veniat recedendum à dd. decisionibus.

Et ità conclusum vna tantum parte informantem; altera sæpiùs citata, & informare recusante &c.

ANCONITANA CAMBIORVM.

Lunæ 7. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Via executiua agi non valet sine obligatione Camerali, vel pacto executiuo.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis in scriptura si deficit, cessat via executiua.*

2 *Instrumenta quantumuis publica & liquida cessāte guarantigia vel obligatione Camerali, de sui natura non habent executionem paratam.*

3 *Obligatio Cameralis cum indigeat particulari expressione nunquam censetur apposita nisi fuerit expressa.*

4 *A. C. Facultas procedendi executiuè inter mercatores restringitur ad mercatores Vrbis.*

DECISIO CCXLIX.

IO. Baptista Fanellus dedit Hieronymo Ghoro Mercatori Anconitano scut. 1300. ad effectum illa tenendi sub Cambijs ad vtilitatem, & commodum ipsius Fanelli Hieronymus promisit soluere stipulata cambia, nec non sortem restituere, retenta tamen prouisione solita, & inter eos conuenta, vt in apocha inter ipsos confecta. Vita functo, Hieronymo Fanellus egit contra hæredes Hieronymi pro restitutione dictarum pecuniarum coram Eminentissimo Card. Spada tunc Prælato ab A. C. in hac causa Iudice deputato, à quo mandatum exequutiuum contra bona hæreditaria dicti Hieronymi reportauit; rebus hoc in statu stantibus Fanellus obiit relictis duabus filiabus hæredibus, quæ successiuè ab A. C. obtinuerunt decretum de exequeñ dictum mandatum, à quo Ghori hæredes dicti Hieronymi appellarunt, & propterea hodie fuit dubitatum, an dictum mandatum sit exequeñ, & DD. negatiuè responderunt.

Nam fuit relaxatum vigore dictæ apocæ, quæ cum non habeat obligationem Ca-
1 meralem † cessat via exequutiua, *Zacch. de obligat. Cam. q. 2. num. 2. & 7. Rot. decis. 33. num. 6. relat. post Zacch. de oblig. Cam.*

Non obstat, quod contrahentes voluerint Apocam habere vim publici instrumenti, quia non indè sequitur quod huiusmodi apoca habeat viam exequutiuā, cum Instrumen-
2 ta quantumuis publica, & liquida, † cessante guarantigia, vel obligatione Camerali de sui natura non habeant exequutionem paratam, *Becc. de commun. cons. 7. num. 2. Pedemont. decis. 129. num. 1. Greg. XV. dec. 362. num. 5.* & obligatio Ca-
3 meralis, † quæ indiget particulari expressione nunquam censetur apposita nisi exprimatur, *Ias. cons. 59. col. 1. ad fin. vers. secundo dicitur lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 68. num. 33. de oblig. Camer. q. 31. num. 20. & seq. Add. ad Gregor. decis. 30. littera A.*

Non obstat, quod versemur in materia Cambiorum, & inter Mercatores, quo casu Auditor Cameræ vigore suarum facultatum potest exequutiuè procedere, quia, vltra quod hic nō agitur vigore literar. cambij sed vigore apocæ, nec inter Mercatores, quia Fanellus non erat mercator, hoc procedit contra Mer-
4 catores Vrbis, † vt in facultatibus eiusdem A. C. post *Tiber. impressis §. 10. in his verbis* (inter, & contra Mercatores dictæ Curiæ) in quibus terminis loquitur, *decis. 449. par. 2. rec. ex allegata.*

Non obstat statutum Anconitanum, quia illud non dat viam exequutiuam apocis, nisi ipsæ fuerint subscriptæ per duos testes, in quorum præsentia fuerint factæ, quę subscriptio in præsenti apoca deficit.

Et ità vtraque &c.

BASI-

BASILIEN. CANONICATVS.

Merc. 9. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Narrata in litteris ex quibus dicantur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua etiam si consistat in negatiua concludenter probari debet quando est fundamentum gratiæ & num.3.*

2 *Fides Baptismi quando non est formiter extracta, immo est mera attestatio non probat.*

4 *Executori mixto iudicialiter non procedenti preuia processus fabricatione non statur.*

5 *Episcopus non habet facultatem immutandi statum Ecclesiæ.*

6 *Episcopus cum consensu capituli potest Ecclesiam quæ prius erat receptitia facere numeratam.*

7 *Episcopus potest cum consensu Capituli minuere numerum prebendarum & canonicorum si subsistit iusta causa.*

8 *Episcopus etiam concurrenti iusta causa non potest minuere numerum Canonicorum quando fuit à Papa vel eius authoritate prefixus. sed vide n.11.*

9 *Episcopus cum Capitulo potest numerum antiquum canonicorum restringere ex pluribus prebendis constituendo pauciores.*

10 *Ecclesiæ dedecus reputatur quod Canonici qui constituunt vnum corpus non possint congruè sustentari.*

11 *Canonicor. numerus potest per Episcopum cum Capitulo minui ex iusta causa etiam si adsit confirmatio Apostolica quando causa minuendi fuit orta ex post facto.*

12 *Canonicorum numerus sicuti potest augeri si fructus Ecclesiæ fuerint aucti non obstante quod numerus fuit à Papa confirmatus, ita potest minui si fructus fuerint deminuti.*

DECISIO CCL.

SVB die 17. Martij 1631. fuit denegata Immissio Simoni in possessionem Canonicatus de quo agitur, quia litteræ illius non iustificabantur in duobus, nempè quoàd narratiuam, quod Ecclesia Collegiata B. Mariæ Monasterij Grandis Vallis esset numerata de tempore resignationis ei facta, & quod Franciscus resignans non esset in Sacris Ordinibus constitutus. Hodie causa super iisdem reproposita fuit recessum à prima parte decisionis, & quoad secundam partem DD. steterunt in decisis.

Nam quoad secundam partem, quod non probetur negatiua, quod Franciscus resignans non esset in sacris ordinibus constitutus, visa fuit subsistere decisio, nec ex deductis hodie d.
1 negatiua sufficienter probari, prout deberet concludenter, cum sit fundamentum gratiæ Simonis *Gabr. de probat. cõcl. 6. in princ. cum alijs in decis. alllegatis*, & certum est, quod Papa, si resignans fuisset in Sacris ordinibus constitutus, aut non admisisset resignationem, aut admisisset cum solita clausula *dummodo resignans habeat aliunde, vnde commodè viuere possit* ne cogeretur cum Ordinis dedecore mendicare contra prohibitionem Sacr. Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. de reformat. vbi decernitur; quod resignatio aliter facta sit nulla.

Non obstant fides, quæ dantur ad probandam d. negatiuam, & primo non obstat fides Baptismi, quæ datur in sum. num. 9. ad ostendendum Franciscum de tempore resignationis non habuisse ætatem idoneam ad suscipiẽdos ordines, quia non est fides formiter extracta ex libro Baptismali, sed est mera attestatio,
2 quæ propterea † non probat *Rot. dec. 255. num. 3. in fin. & dec. 441. num. 6. p. 1. rec. & coram S. M. Greg. X. V. dec. 359. num. 4. & seq.*

Nec pariter obstant aliæ attestationes scilicet vna Vicarij Episcopi Basilien. & altera facta ab Episcopo fratre Francisci resignantis, quia eodem morbo laborãt, & sic ex illis nulla concludens resultat probatio d. negatiuæ,
3 † quæ debuisset probari per diligentias faciendas in registris Cancellariæ Episcopalis parte citata, vt tenuit *Rota coram S. M. Greg. XV. d. dec. num. 1. vbi Adden.* & fuit dictum *in Albanen. beneficior. 9. Aprilis 1612. & in Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D. Pirouano; & in Meleuitana Prioratus nauarræ 18. Febr. 1628. coram Eminentis. Card. Virili.*

Non obstat, quod exequutor in partibus dederit gratiam pro iustificata, quia cum d.
4 Exequutor esset mixtus, † tenebatur facere processum, & in actis redigere probationes, & aliter procedenti non statur *Rot. dec. 659. lib. 3. par. 3. diuers. & dec. 413. num. 1. coram S. M. Greg. XV. fuit dictum in Cæsaraugustana Dismembrationis 16. Ian. 1623. coram bo. me. Vbaldo.*

Quouerò ad aliam partem decisionis, in qua firmatur non probari narratiuam, quod Ecclesia sit numerata, fuit ab illa recessum, quia licet vera sit conclusio firmata in alia
5 decisione quod Episcopus † non habeat facultatem immutandi statum Ecclesiæ *Rot. dec. 163 num. 4. par. 1. recent.* tamen illa non visa fuit applicari ad presentem casum, quo Episcopus cum consensu Capituli presentem Ecclesiam, quæ prius erat receptitia, fecit numeratam,
6 quod † potuisse fieri legitimè ab Episcopo DD. censuerunt, moti ex doctrina *Abb. in cap. cum accessissent numero 4. ante finem vers. an autem possint diminuere iunct. princ. numero* vbi ponit quæstionem, an Episcopus cum cõsensu Capituli sine auctoritate Papæ possit augere numerum Canonicorum, *& in d. vers. an autem*, quærit, an possit Episcopus de consensu Capituli minuere numerum præbendarum, & Canonicatuum, & distinguit, quod
7 aut non subest iusta causa, † & non potest, *vt in cap. ex parte de constitut.* aut subest causa, &
8 substinet, quod aut numerus fuit † à Papa præfixus, vel eius auctoritate, & tunc non potest diminuere *arg. text. in cap. cum venissent de Iudic. & in cap. & 2. de confirm. vtil. vel inutil.* aut numerus non fuit præfixus à Papa, vel eius auctoritate, & potest, subditq; hanc esse communem DD. sententiã, prout hunc etiã sensũ

Rota

Rota habuit *in causa Siracusana Canonicatus 1. Decembris 1631. coram R.P.D. M.Pirouano, vt in copia, quæ datur.* Imò idē Abb. hoc repetit *in c.cū M. Ferrarien.nu.1.de constit.per illum text.* dicens, quod legitima causa restringendi numerum præbendarum, & Canonicorum est, quando redditus præbendarum non sufficiunt ad sustentandos congruè Canonicos; nam tot sunt instituendi in Ecclesia, quot congruè possunt viuere ex redditibus illius, *vt in cap.1. de instit. & in cap.vnic.§.1.de stat.regul.in 6.* & subiungit; & puto per ea, quæ dixi in cap. proximo *hoc*
9 *est in d.c.cum accessissent prealleg.loc.* quod † Episcopus cum capitulo possit numerum antiquum restringere ex pluribus præbendis constituendo pauciores: tendit enim in dedecus Ecclesiæ, quod Canonici, qui constituunt vnum
10 corpus cum capitulo, † non possint congruè substentari: hactenùs *Abbas, qui id etiam repetit in cap.2.post Innoc.de instit.Io. Imol.num.11. Io. Andr.Hostien.in princ.* qui videtur concludere, quod consensus Episcopi requiritur, quando agitur de Ecclesia Cathedrali, secus si de Collegiata, vt videtur dicere *tex. in d.cap. de instit.*

Hoc dictum sequitur *Laym. in Theolog moral. tom.2. tractat.2. cap.16. num.3. vers. sic etiam vice versa, & faciunt tradita per lambertin. de Iurep.lib. 1.quæst.6.art.6.* vbi notat, quod si Ecclesia, vel beneficia patronata sint, patroni etiam consensus adhibendus est; præsertim in diminutione, vel suppressione alicuius beneficij. Si verò patronus consentire nolit, eo etiam inuito Episcopus disponere potest, quantum Ecclesiæ necessitas vel magna postulat vtilitas, quia patronus Ecclesiæ vtilitatem impedire non debet, & sic in casu isto cum interfuerit consensus Capituli, quod Episcopo supplicauit pro certo numero Canonicorum, ex quo redditus Ecclesiæ erant diminuti cessat omnis difficultas.

Ex quibus resultat, quod d. reductio potuit fieri per Episcopum de consensu Capituli ex iusta causa, cum decreuerint fructus Ecclesiæ, & non adesset auctoritas Apostolica, quod Ecclesia esset receptitia secundum communem opinionem, de qua testatur *Abb. in d. c.cum accessissent num.4.* (vt supra dixi) Imò idem Abbas ibidem dicit, quod diminutio posset fieri, etiā
11 quod † adesset confirmatio Apostolica, quando causa diminuendi esset orta ex post facto, & mouetur ex eo, quod sicuti potest augeri
12 numerus Canonicorum, si fructus Ecclesiæ augerentur, *vt in dict. cap. cum M. Ferrarien. de constit.* non obstante quod numerus fuerit à Papa confirmatus; ita potest minui, si fructus minuantur, & hoc dictum sequitur Laym. *loco prox. alleg. num.3.* Sed non est opus discutere, an hoc dictum Abbatis sit verum, quia sufficit non probari, quod Ecclesia ista esset receptitia cum confirmatione Apostolica.

Et ita vtraque &c.

DERTVSEN. CANONICATVS.

Lunæ 15. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Paritum ex quibus dicatur ad hoc vt sit locus absolutioni.

SVMMARIVM.

1 *Paritio, & clausula, parito Breui, consistit in traditione possessionis, & restitutione fructuum.*
2 *Traditio possessionis resultat ex assignatione stalli in Choro.*
3 *Et hoc sufficit vt ei dicatur datus locus in Capitulo.*
4 *Quietantia cantans pro residuo denotat integram summam.*
5 *Mandatum legitimum procuræ ex quibus præsumatur.*
6 *Censurarum fundamentum est contumacia in non parendo.*

DECISIO CCLI.

CVM post obitum Michaelis factus esset locus Coadiutoriæ Canonicatus Ecclesiæ Dertusēn ad fauorem Gabrielis; idem Gabriel intimauit Capitulo processum fulminatum A.C. ad consequendam possessionem dicti Canonicatus, quam tamen Capitulum ei denegauit, propter quam denegationem subexecutor processit per censuras excommunicando Canonicos, & interdicendo Capitulum, à quo processu pro parte Capituli fuit appellatum, & A.C. ad quem causa appellationis fuit per Signaturam remissa, concessit immissionem Gabrieli declarādo excommunicatos singulares de Capitulo, & apponendo interdictum contra Capitulum, nisi infra quindecim paruisset. Causa postea per appellationem ab huiusmodi sententia ad Rotam deuoluta, mihique commissa cum clausula (parito litteris) dubitaui, an constaret de sufficiēti paritione dicti Capituli etiam ad effectum absolutionis à censuris, & DD. affirmatiuè resoluerunt.

Nam pro parte Capituli sufficienter docen-
1 tur de paritione † eo ipso, quod probatur traditio possessionis, & restitutio fructuum, iux. *decis. Caualer.261. & 132.num.10.* Nam quoad
2 possessionē illa probatur ex traditione stalli in Choro facta Gabrieli, & licèt non fuerit datus ei locus in Capitulo; attamen cum non fuerit
3 petitus ab eo, sufficit possessio in vno capite ad effectū, vt in omnibus aliis suffragetur, *Innoc. in cap.in litteris,num.7.de restit. spol. Rota decis.19. num.7.par.2.diuers.& decis.171.num.2.par.2.recen.* maximè stante protestatione Capituli, quod in omnibus esset paratum obedire.

Quantum attinet ad fructus probatur illorum restitutio ex prima quietantia, & ex se-
4 cunda, quæ hodie datur, quæ cantat † pro residuo distributionum, quod denotat integram satisfactionem, *Dec.in l.creditor,num.6.C.de pact.*

Rota

Rota Ianuen. decis.60. per tot. & in istis terminis *Seraph.decis.1141.num.3.*

Non obstar, quod dicatur liquidationem fructuum nō fuisse factam cum legitimo procuratore, quia cum Notarius, qui se rogauit de Instrumento paritionis expresse enunciet mandatum dicti Gabrielis rogatum per talem Notarium sub tali die; ista attestatio indiuidua concurrente solutione notabilis summæ
5 facta per Capitulum, † mandatum sufficienter probatum remanet, *Cassador. decis.3.num.4. vers.item vult.* & fuit dictum *in Veliterna Casalis 7.Iunii 1574. coram Card.Lancellotto, & in Valentina Pensionis coram san.mem. Greg.XV. quæ est decis.111.* & ità firmata ex supradictis paritione ex parte Capituli, sequitur resolutio secundæ partis dubij, videlicèt, Capitulum esse absol-
6 uendum à censuris, quia † cessat contumacia, quæ est fundamentum earum, *Rota par.1. recent. decis.541. num.6. Aegid. decis.586. Tholom. decis.32.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

COLIMBRIEN. PRAESTIMONIORVM.

Veneris 18. Iunii 1632.

ARGVMENTVM.

Ecclesia cum retineat apud se ciuilem possessionem bonorum potest eius vigore naturalem possessionem recuperare, & quid si dicta possessio naturalis sit occupata sede vacante: Colonus an possit interuertere possessionem sui Domini, & plura circa interdictum vti possidetis, & vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Ex sententia iniustitiæ resultat læsio, quæ est causa restitutionis in integrum.*
2 *Et hoc multo magis procedit quando constat de notoria iniustitia, licet sufficiat valde concludens, & si non sit notoria.*
3 *Et hoc multo magis habet locum in supremis Tribunalibus.*
4 *Spolio agens tenetur probare primum extremum, & quidem concludenter.*
5 *Dismembrationis effectuatio, ex quibus minimè iustificari possit.*
6 *Gratiæ iustificatio non potest controuerti stante lapsu longissimi temporis, iuncta obseruantia cum littera concessionis præsumantur iustificatæ.*
7 *Executor ritè & rectè procedendo, priuat possessione.*
8 *Canonis reintegrandæ remedium secundum communem sententiam est perscriptibile.*
9 *Ecclesia retinet penes se possessionem ciuilem, quæ propterea non potest esse penes alium, num.10.*
11 *Possessionem naturalem si quis tantum habebat in aliquo beneficio, illa euanescit per assecutionem alterius beneficii, & vide num.12.*
12 *Beneficiatus potest propria authoritate possessionem vacantem beneficii, quando fuit sibi occupata, recuperare.*
13 *Et hoc ea ratione quia qui suam possessionem vacantem, reassumit, neminem spoliare dicitur, & num.24.*
14 *Possessionem recuperans suam habet commodum retentionis, nec contra eum potest competere interdictum, vnde vi.*
15 *Ecclesia cum retineat ciuilem possessionem eam non perdit ex eo, quod quis sibi occupet naturalem.*
16 *Et istius vigore potest expulsis turbatoribus naturalem possessionem continuare.*
17 *Et ista propulsatio quando fieri possit.*
18 *Decretum iniustum non opitulatur.*
19 *Ciuilis possessio cum resideat seu conquiescat super naturali, ideo si quis naturalem amiserit, censetur amisisse omnem possessionem.*
20 *Colonus vt interuertat possessionem Domini alium recognoscendo in Dominum quid requiratur.*
21 *Colonus tradendo possessionem alteri, vel illum recognoscendo in dominum interuertit possessionem primi Domini, & hoc de iure antiquo.*
22 *Colonus non interuertit possessionem Domini alium recognoscendo in Dominum, vel illi tradendo possessionem, & hoc de iure nouo.*
23 *Ciuilis possessio non amittitur quando non interuenit aliqua negligentia Domini in recuperanda naturali.*
25 *Prælatus nouus possidet bona Ecclesiæ absque alia apprehensione, quia Ecclesia possidet.*
26 *Possessio bonorum Ecclesiæ continuatur in Prælatum absque noua apprehensione.*
27 *Prælatus potest nomine Ecclesiæ agere iudicio manutentionis, quando aliquis Ecclesia vacante occupauit naturalem possessionem.*
28 *Prælatus si male alienat bona Ecclesiæ, potest ipsemet nomine ipsius Ecclesiæ agere interdicto retinendæ, & hoc plus est quam si possessio naturalis occupetur sede vacante, num.29.*
30 *Bona Ecclesiæ quando occupantur sede vacante, Ecclesiæ competit interdictum, vnde vi, & num.4.*
31 *Interdictum vti possidetis habet duos effectus, alterum principalem pro conseruatione ciuilis possessionis, alterum verò consecutiuum pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, & in hoc æquiparatur interdicto recuperandæ.*
32 *Interdictum vti possidetis habet naturam mixtam, nempè ciuilis retinendæ quæ est penes actorem, & recuperandæ naturalis ab aduersario occupatæ.*
33 *Interdictum vnde vi, datur ratione naturalis possessionis amissæ.*
Interdictum vti possidetis datur propter ciuilem possessionem quam aduersarius inquietat.
34 *Interdictum vti possidetis licet sit retinendæ possessionis habet tamen vim recuperandæ naturalis, quod est mirabile.*
35 *Decisio in Senen. Pontis Arrighi 12. Iunii 1593. coram de Rubeis, in quibus terminis loquatur, & vide num.38. & 40. cum seq.*
36 *Ecclesiæ possessio non est ciuilissima sed ciuilis, & est considerabilis ad effectum recuperandi naturalem possessionem.*
37 *Possessio naturalis posterior tertii non est sufficiens ad effectum summariissimi possessorii stante possessione ciuili Ecclesiæ anteriore, & vide num.39.*
42 *Remedium retinendæ antiquitus raro practicabatur, & hoc probatur* ex decis. Bisignet. vlt. de restit,

stit. spol. *vbi Capitulum cui fuerant denegatæ candelæ, quas percipere solebat intentauit iudicium spolii.*

43 *Interdictum retinendæ cœpit esse obuium, ac frequentius practicari non multis abhinc annis, prout hodie passim practicatur.*

44 Decis. 1. de restit. spoliat. *& alia decisiones, in quo casu loquantur, & num. 45.*

46 *Ecclesia possessio dum cognoscitur an sit valida, nec ne possessor est manutenendus.*

47 *Decisiones sunt intelligendæ iuxta terminos decisionum quas allegant.*

48 *Prælatus si fuerit negligens in recuperanda possessione naturali per decennium, eadem possessio naturalis amittitur.*

DECISIO CCLII.

ILLVSTRISSIMVS D. Rodericus de Mello obtinuit ab Ordinario Colimbrieñ sub die 22. Maij 1612. reformari mandatum de manutenendo ab eodem Ordinario die 26. Martij eiusdem anni 1612. concessum D. Petro de Figuereoo Priori Parochialis Ecclesiæ Cathedralis loci de Nobra in possessione exigendi omnes fructus dictæ Ecclesiæ, itaut intelligeretur pro tertia parte fructuum, relinquendo prædictum D. Rodericum in duarum aliarum partium possessione. Verùm cum latæ postmodum fuerint tres sententiæ conformes super reintegratione dicti D. Petri causa restitutionis in integrum commissa in Rota, & sub die 10. Decembris præteriti proposito dubio, An constaret de causis restitutionis in integrum, fuit dictum constare, quæ resolutio, hodie causa iterum repropositā, fuit confirmata.

Cum enim constet de bone Iure D. Roderici, euidenter sequitur claram esse iniustitiam sententiarum de partibus, quæ ab Ordinario Bracharen, aliisque Iudicibus super restitu-
1 tutione dicti D. Petri emanarunt, ex † qua quidem iniustitia resultat læsio, quæ est causa restitutionis, *cap. 1. vbi Abb. numer. 2. de restit. in integ. Salicet. in l. 1. num. 8. & seq. C. si aduersus rem iudic. Caputaq. decis. 94. par. 3. Benint. decis. 85. n. 9. & 10. Guidopap. decis. 215. sub num. 3. & 368. Rota doctis. 354. num. 1. post 2. volum. Farinac.* & fuit latè deductum *in Pistorieñ Beneficii 11. Martij 1618. coram bon. mem. Buratto*, quod maximè proce-
2 dit in casu isto, in quo constat de † notoria iniustitia, licèt sufficiat valdè concludens, etiamsi non sit notoria, *Cas. de Graff. decis. 10. num. 12. de sent. Seraph. decis. 251. num. 2. Rota decis. 321. num. 5. par. 1. diuers.* vbi dicitur hoc magis
3 procedere in † supremis Tribunalibus, *Rota in recentior. decis. 635. in fin. par. 2. & 492. numer. 1. parte 1.*

Notoria autem iniustitia, vel saltèm admodum concludens dictarum sententiarum clarè deprehenditur ex duobus, & primo ex eo, quod non constat de primo extremo ad fauorem dicti D. Petri Prioris; secundo quia in omnem euentum non poterat negari manutentio D. Roderico.

Et quantum attinet ad primum cum D. Pe-
4 trus tanquam agens spolio teneretur † probare primum extremum, & quidem concludenter *Rota diuers. par. 2. decis. 165. num. 1. & part. 3. decis. 543. num. 3.* in illius probatione omninò defecit.

Nam aut nititur antiqua possessione Parochialis, & illa non suffragatur, quia cum fel. recor. Paulus Tertius de anno 1541. dismembrasset duas ex tribus partibus fructuum dictæ Parochialis pro præstimonio in eadem Ecclesia erecto de anno 1546. dicta dismembratio habuit effectum per prouisionem D. Aluari de Mello, qui pacificè possedit vsque ad annū 1580. per cuius obitum prouisus fuit Ioannes de Berganza, qui possedit vsque ad ann. 1609.
5 ex quibus † inficiari minimè potest dicta dismembrationis effectuatio, *iuxta notata per Oldrad. in consil. 229. num. 2. Seraph. decis. 1483. nu. 4. Caualer. decis. 373. num. 1.* & fuit dictum *in causa Lauretana Iurisdictionis 2. Iunij superioris anni 163 t coram R. P. D. meo Durano.* Prout neque etiam istius gratiæ iustificatio potest controuerti, cum per lapsum tanti temporis iunctā obser-
6 uantia litteræ ipsius dismembrationis † præsumantur iustificatæ, *Seraph. decis. 642. num. 3. Rota decis. 534. num. 2. par. 1. diuers. & in recentior. decis. 122. num. 5. & decis. 406. sub num. 3. par. 1.* & fuit resolutum *in causa Oscen̄ Pensionis coram Card. Lancellotto penes Marchesi. de commiss. tom. 2. fol. 538. late Garzia de benef. par. 1. cap. 5. num. 478. & seq.* Vnde penes Ecclesiam Parochialem quoad istas duas tertias partes nulla remansit
7 possessio, † quia executor ritè & rectè procedendo priuat possessione, *Ang. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 2. vbi etiam Alex. Socc. Ias. & alij, ff. de acq. possess. Socc. in cap. quoniam, §. quod si super, num. 152. ante med. vers. secus autem in Iudice, vt lite non contest. Sarnen. in regul. de annal. qu. 45. nu. 2. & 3. Ferrett. consil. 18. num. 10. Mohed. decis. 10. num. 4. & 5. de restit. spol. Rota decis. 802. num. 1. par. 1. & 62. num. 3. par. 2. diuers.* & fuit latè deductum *in causa Gudrienſ. Beneficii 17. Iunii 1605. coram bon. mem. Card. Horatio Lancellotto.* Et cessat omnis difficultas, quia cum reme-
8 dium Canonis † reintegranda 3. q. 1. secundum communem sententiam sit præscriptibile, vt latè per *Seraph. decis. 1360.* antiquæ possessioni obstaret præscriptio 40. annorum, *Castr. consil. 105. sub num. 9. vers. ex quibus omnino, lib. 1. Balb. de præscript. 4. par. 4. partis principalis q. 24. sub nu. 5. vers. sed quod ad Ecclesiam, Menoch. de recuper. remed. 15. num. 247.*

Aut verò nititur possessione per Sebastianum de Affonseca Priorem Parochialis capta vacante præstimonio per obitum D. Ioannis de Barganza, cuius quidem possessionis vigore, siue ex alio titulo de quo non constat, obtinuit idem D. Petrus mandatum de manutenendo ab Archidiacono Viseñ sub die 5. Aprilis 1612. & illa minùs suffragatur, cum præualeat possessio D. Roderici, qui prouisus dicto præstimonio, eadem Parochiali Ecclesia vacante, adeptus fuit possessionem dicti Præstimonij, necnon duarum ex tribus partibus fructuum eiusdem Ecclesiæ; Vnde si Præ-

9 si Præstimonium † ipsum retinebat possessio-
nem ciuilem, vt latè fuit deductum in alia
decisione, & probant *Innoc. in cap. cum super*
num.4. post princ. & vers.& propter hoc dicimus, de
caus.possess.& propr. & in cap.1.cum in officiis,nu.6.
versicul. si autem solummodo de testam. Bart. in l.1.
§.fin. num.4. vers. sed in Collegio Ecclesiæ, ff. de
acquir. possess. & in l. sicut, §. fin. ff. quod cuiusque
vniuers.nom. Bald.in l. non minus, §. hæreditarium,
vers.& dico,quod non, ff.de hæred.instit. Castr.in l.si
sorori num.2. circa finem, vers. sed non sic meo,C.de
iur.delib. Natt.consil.562.num.10.in fin.vers.secun-
do præsuppono cum seq. Paris.cons.24.num.7.& seq.
vol.1. Felin.in cap.constitutus, num.19. vers.ista non
parum de refer. Ripa in cap. sæpè num.57. de restit.
spol. Guidopap.decis.355. Pontan.de spol.lib.1.num.
114. & latius lib.3.num.148.& 149. Cassad.dec.7.
num.13.de caus.poss.& propr.Tiraq.in tract.le mort.
*saisit le vif. 1.par.in præfat.declarat.5.*clarè sequi-
10 tur, quod eadem ciuilis† possessio non potuit
esse penès dictum Sebastianum Priorem, *l. si*
vt certo, §. si duobus vehiculum, vbi gloss. in verb.
dominium, & Castr. num.7. ff. commod. ac propte-
rea cum dictus Sebastianus haberet solum
11 possessionem † naturalem in ipso illa euanuit
per assecutionem alterius Parochialis, ad tra-
dita per *Alex.consil.94.sub num.5.vers.& modo sic,*
aut nos dicimus vol.5. vnde prædictus D. Rode-
ricus obtinens Præstimonium penès quod re-
sidebat dicta ciuilis possessio, vt dictum est,
12 rectè † potuit Parochiali Ecclesia vacante
dictam possessionem naturalem capere, *c. cum*
dilectus, §. verum, vbi Butr.in 4.notab.sub n.4.vers.
sed habenti proprietatem,de ordin.cognit. Alex. dicto
consil.94.num.6. vers.5. & in puncto Bald.in consil.
387.sub num.1. col.2. post med. vers.& si diceretur,
vol.1. dicens Archidiaconum potuisse aucto-
ritate propria possessionem naturalem vacan-
13 tem, quando sibi fuerat occupata,†reassume-
re, ea demum ratione, quia qui suam posses-
sionem inuenit vacantem, neminem spoliare
dicitur, *ex notat.in l. si quis in tantam, C.vnde vi,*
benè etiam Specul.de petit.possess.& spol. §.1. n.35.
14 dicens ità recuperantem†suam possessionem
habere commodum retentionis, nec contra
eum posse competere interdictum, vnde vi,
& idem dicit *Paris.d.consil.24.num.31. vers.stan-*
tibus istis,cum seq. vol.1. Rota decis.390. par.1.div.
15 Ecclesia enim retinet† ciuilem possessionem
quam non perdit ex eo,quod sibi occupat na-
turalem, itaut ratione ciuilis possessionis pro-
16 pulsare possit turbatores,† illisque reiectis na-
turalem primæuam continuare, *iuxta theoricā*
Bart.in l.1. §.interdictum, num.3.vers.quandoq. per
illā clandestinā apprehensionem,ff.vti possid.et in l.3.
§.cum igitur,n.1.vers.ideo in istis,ff.de vi& vi arm.
Ias.in l.clam possidere, d. §.qui ad nundinas, nu.24.
vers.& si tenent, ff.de acq.poss.Paris.d.cons.24.n.24.
17 *vers.ita in terminis,qui alios refert,& n.15.* dicens
huiusmodi propulsationem fieri in cōtinenti
eo ipso, quod turbatio continuauit ad ciui-
lem, quam semper Ecclesia penès se retinuit.
Aut tertio nititur mandato de manute-
nendo obtento die 26. Martij 1612. ab Ordi-
18 nario Colimbrieñ, & illud † tanquam iniu-
stum non potest opitulari, cum fuerit obten-
tum ex possessione dicti Sebastiani, quæ non
suffragatur ex deductis. Nec dicatur suffra-
gari ex eo, quod cum dictus Ordinarius præ-
cepisset laboratoribus bonorum sub pœna
excommunicationis, ne amplius dicto D.Ro-
derico de fructibus responderent,prædicti la-
boratores de ijsdem fructibus responderunt
antedicto Sebastiano; ac propterea cum pos-
19 sessio ciuilis † resideat, seu conquiescat super
naturali, d. Rodericus amisit omnem posses-
sionem ex eo quod Coloni prædictum Seba-
stianum in Dominum recognouerunt, *Socc.*
iun.consil.75.n.2.lib.3. Dec.consil.103.per tot.Ripa
in l.1. ff.de interdict.Menoch.recup.remed.14.lib.3.
Quia huic obiecto responderunt, aduerten-
dum esse non constare, quod Coloni reco-
gnouerint in Dominum vel dictum Sebastia-
num, vel prædictum D. Petrum, prout nec
20 etiam constat, quod voluerint † interuertere
possessionem D. Roderici, vel quod ad effe-
ctum, vt dicatur illatum præiudicium ipsius
possessioni, concurrant alia requisita, de qui-
bus per *Benintend. d. decis.33. num.3.* sed in om-
nem euentum, quatenus etiam de prædictis
posset constare, adhuc illa non releuarent,
nam omisso quod licet de iure antiquo Co-
21 lonus † tradendo possessionem alteri, vel illū
recognoscendo in Dominum, interuerteret
primi Domini possessionem, in quibus ter-
minis loquuntur Doctores præcitati;attamen
secus esse videtur hodie de iure nouo, secun-
22 dum cuius dispositionem Colonus † non in-
teruertit possessionem Domini alium reco-
gnoscendo in Dominum, vel illi tradendo
possessionem, *l. fin. C.de acquir. poss. vbi Castr.*
id notat in finalibus verbis,& hanc esse com-
munem Modernorum sententiam dicit *Bald.*
in consil.730. num.7. versi sed in quantum dicit, &
consil.325. num.4. vers.aut tradit alteri lib.1. gloss.
in l.1. in verb.Domino, C.comm. de vsucap. Cessat
omnis difficultas, quia cum dictus Rodericus
retineret vtramque possessionem ciuilem,
quidem animo proprio, naturalem verò cor-
pore Colonorum, etiam quod ijdem Coloni
voluissent, aut potuissent interuertere illius
possessionem naturalem, eamque Sebastia-
23 nus † fuisset ingressus, non propterea perdi-
dit ciuilem, cum non interuenerit aliqua ip-
sius negligentia,in recuperāda naturali,*Castr.*
in d. l.fin. post princ. C. de acquir. possess. Socc. sen.
cons.266. num.20. in fin. vers. sed illum amisit cum
seq. vol.2.


Quantum verò attinet ad secundum, quod
D. Roderico denegari non posset manuten-
tio, quoad duas ex tribus partibus fructuum
dictæ Ecclesiæ, itaut reintegratio D. Petro
concessa sit iniusta, patet euidenter tàm ex
persona propria ipsius D.Roderici,quam no-
mine Præstimonij, & ex propria quidem per-
sona competebat manutentio D. Roderico
duplici ex capite, & primò quia cæpit posses-
sionem dictorum bonorum, & quidem legi-
timam, vt superius probatum fuit. Secundo
quia licet Sebastianus occupasset naturalem,
cum

cum ipse illam postea dimisisset per alterius
Parochialis assecutionem possessio illa natu-
ralis vacua remansit, itaut ratione ciuilis, quę
24 penès præstimonium ipsum licèt vacans, re-
sidebat adipiscendo Dominus Rodericus pos-
sessionem eiusdem Præstimonij consequutus
fuerit possessionem etiam bonorum d. Præsti-
monij, *Anchar. in reg. beneficium col. vlt. ante n. 12.
vers. & ideo ego, & in reg. sine possess. num. 10. in fine,
& seq. de reg. iur. in 6. Lambert. de iurepatron. lib. 2.
par. 3. art. 9. qu. 11. num. 3. Conarr. var. lib. 1. cap. 16.
num. 13. Ferrett. consil. 14. num. 4. & 5. volum. 1. &
consil. 236. num. 10. lib. 2. cum aliis per Rotam decis.
19. par. 2. diuers. Bart. in l. cum hæredes, num. 1. in fin.
ff. de acquir. poss.* vbi quod nouus Prælatus pos-
25 sidet † absque noua apprehensione, quia Ec-
clesia possidet, *Pontan. de spol. lib. 3. num. 149.* vbi
26 quod possessio rerum Ecclesiæ † continuatur
in Prælato absque noua apprehensione, *Gui-
dopap. decis. 355. num. 1.* Nominè etiam Præsti-
monij competebat D. Roderico manutentio,
quia (vt ostensum fuit in alia decisione) potest
27 Prælatus nomine Ecclesiæ agere iudicio ma-
nutentionis, quando aliquis Ecclesia vacante
occupauit naturalem, ex Doctoribus ibidem
cumulatis, & vltra illos faciunt *Bald. in disput.
incipien. accusatus de vi turbatiua, col. 6. vers. venia-
mus ad solutionem*, & declarat *Menoch. de retiuend.
remed. 3. num. 507. ante fin. vers. qui ergo naturali cũ
seq.* prout etiam videmus, quod si Prælatus
28 malè † alienat bona Ecclesiæ potest ipsemet
nomine ipsius Ecclesiæ agere interdicto reti-
nendæ, *Cassad. decis. 7. num. 13. de caus. poss. & propr.
Seraph. decis. 1417. num. 3. Add. ad decis. 116. num. 5.
san. mem. Greg. XV.* & fuit dictum *in causa Thea-
tina Iurisdictionis 10. Maii 1621. coram Reuerendiss.
29 D. meo Decano*, quod plus est, quã si † possessio
naturalis occupetur sede vacante per ea, quæ
notat *Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 18.
vbi etiam Rip. num. 74. ff. de acquir. poss. Seraph. de-
cis. 756. Mant. decis. decis. 332. num. 1.*

30 Non obstat, quod quando bona † ab altero
occupantur sede vacante Ecclesiæ competere
interdictum vnde vi, dicant *Innoc. in cap. cum
super, num. 4. vers. & si spolietur, de caus. possess. &
propr. & in d. cap. cum in officiis, num. 6. versic. ideo
videtur, de testam. Specul. in tit. de petit. & poss. §. 1.
num. 36. Abb. in cap. littera, num. 3. vers. & si spolie-
tur, de dilat. & in d. cap. cum super, num. 19. Felin. in
cap. constitutus, num. 19. vers. similiter important, de
præscript. Add. ad decis. 1. num. 4. vers. respondeo ad
primum, de restit. spol. in nou. Guidop. decis. 355. n. 1.
vers. vnde dicit, Natt. consil. 562. num. 14. & sequen.*
31 Quia pro responsione aduertendum est † in-
terdictum vti possidetis habere duos effectus;
alterum principalem pro conseruatione ciui-
lis possessionis, alterum verò consequtiuum
pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ,
& in hoc æquiparatur interdicto recuperandæ
*Bolognet. in repet. leg. natural. §. nihil commune, num.
43. vers. vnus est principalis, & vers. secundum habet
ff. de acquir. possess. gloss. in l. clam possidere, §. qui ad
nundinas, in vers. clam post med. vers. erit ergo*, vbi
32 quod hoc † interdictum vti possidetis, habet
naturam mixtam, nempè ciuilis retinendæ,
quæ est penès actorem, & recuperandæ natu-
ralis ab Ordinario occupatæ, *Berou. consil. 102.
num. 38. & 43. lib. 1. Menoch. de retin. rem. 15. n. 20.
Surd. consil. 160. num. 71. & 73. vol. 2. Rota dec. 560.
num. 4. par. 1. recent.* Hinc Doctores in alia deci-
sione allegati dicunt dari interdictum vnde
33 vi ratione † naturalis possessionis amissæ, &
interdictum vti possidetis propter ciuilem,
quam Ordinarius inquietat, & dicunt hoc esse
34 mirabile, quod † interdictum vti possidetis,
licèt sit retinendæ possessionis, habeat tamen
vim recuperandæ respectu naturalis, *Azor. in
summa num. 12. C. vti possid. Bart. in l. vti possid. n. 4.
vers. & aduerte, C. eod. tit. vbi etiam Bald. num. 12.
in fin. vers. respondet*; quorum Doctorum
tanta est authoritas, vt sola sufficiat, & in istis
35 terminis loquitur *decisio in causa † Senen. Pontis
Arrighi 12. Iunii 1593. coram R. de Rubeis parte 1.
diuers. decis. 390. num. 3. vsque ad finem*, dum dicit
quod possessio Ecclesiæ non est ciuilissima,
36 sed † ciuilis, & est considerabilis ad effectum
recuperandæ, scilicet naturalis, prout est sensus
dictæ decisionis, dum vult, quod possessio
37 posterior † illius Eq. Thomasij ad effectum
summarijssimi possessorij non suffragatur
stante possessione ciuili Ecclesiæ.

38 Nec dicatur possessionẽ istã fuisse reuocatã
*12. Decemb. 1580. cor. Scipione Card. Lancellotto,
vt in decis. 682. par. 1. diuers.* in qua fuit resolutũ,
quod idemmet Eques Thomasius, licèt agere
non possit iudicio manutentionis, poterit ta-
men agere iudicio spolij, & fuit reseruatum
vt videretur an constaret de primo extremo,
vnde per consequens dicendum videtur Ec-
39 clesiæ non competere † interdictum retinen-
dæ, quando tertius sede vacante acquisiuit
possessionem, itaut si ista spolietur, ipsi com-
petat interdictum recuperandæ, ex quo fun-
damento deducitur iustitia sententiarum de
partibus; nam pro responsione aduerterunt
40 DD. quod in eadem causa *26. Iunii 1587. † co-
ram eodem Scipione Card. Lancellotto*, vt in copia
decisionis, quæ data fuit manuscripta, resolu-
tum fuit, mandatum de manutenendo relaxa-
tum ad fauorem prædicti Eq. Thomasij fuisse
iustum, & postmodum *sub die 8. Martii 1587.
coram sanct. me. Clem. VIII. vt in decis. 240. par. 2.
diuers.* fuit recessum ab ista decisione Lancel-
lotti, ea demum ratione, quod Ecclesia Sancti
Leonardi melius probabat suam possessio-
nem; vnde in casu dictarum decisionum
opus erat videre, quis possessionem probaret,
quia cum quidam Ascanius vtramque Com-
mendam S. Leonardi, & S. Martini possideret,
non constabat, an Tenutam Pontis Arrighi
possideret magis ratione vnius, quàm alterius
Commendæ, vt videre est in eadem decisione
sub num. 2. ac propterea iure merito in casu
dictarum decisionum debebat inspici actualis
possessio, cum non constaret, an vna, vel alte-
ra Ecclesia possideret; vnde stante hac serie
facti fuit in eadem decisione 682. opportunè
ordinatum, vt videretur, an constaret de pri-
mo extremo dicti Equitis Thomasij, & tan-
tum abest, quod in prædictis decisionibus re-
probetur conclusio firmata in dicta decisione
Senen. Pontis Arrighi 390. par. 1. diuers. nempè

41 quod si sede vacante † naturalis possessio oc-
cupetur, competat Ecclesiæ manutētio,quod
immò expressis verbis confirmatur in eadem
decis.240. par 2. diu.coram san.mem.Clemen.VIII.
in fine, dum allegatur eadem decisio sub die 12. Iunij
1573. coram D. de Rubeis Decano, & prædictæ con-
clusioni assentit etiam decisio 203. num.3. apud san.
mem.Greg.XV.dec.79.num.12. & 13. par.2.diuers.
& dec. 560. num.4. par.1. in rec. quæ in alia de-
cisione fuerunt etiam ponderata; pro quorum
corroboratione fuit etiam ponderatum,quod
42 antiquitus † remedium retinendæ rarò pra-
cticabatur, vt videre est ex *decis. Bisig.vlt. de re-*
stit. spol. vbi Capitulum, cui denegatæ fuerant
candelæ, quas percipere solebat,intentauit iu-
dicium spolij ex vnica denegatione,& hoc in-
43 terdictum † retinendæ cœpit esse obuium,ac
frequentius practicari non multis ab hinc an-
nis, vt videre est apud *Put.dec.192. n.3. lib.2. &*
decis. 409. lib.2. in correct. prout hodie passim
practicatur.
Nec obstat Rotæ auctoritas in decisionibus
in contrarium allegatis, quia decisioni primæ
44 *de restit. spol.in nou.* † visū fuit DD.sufficienter
satisfactum in alia decisione, prout *decis. 390.*
& 682.par.1.diu. quibus etiam ex proximè de-
ductis patet responsio,quemadmodum ex alia
decisione deducitur quoque responsio ad de-
cisionem *Seraph.1127. ad decis.171. par.2. recen.*
& ad aliam in causa Bergomen.bonorum 18.Ianuarij
1594. coram bon.mem. Card. Blanchetto. In præ-
45 dictis enim † decisionibus, Rota iuxta casuū
diuersitatem respondit. Nam in casu d. deci-
sionis Seraphini clarè patet, quod dubitaba-
tur de validitate vnionis, & dū ea cognosce-
46 batur, † manutenendus erat possessor, prout
etiam in *d.decis.171. par.2.rec.* ambigebatur,an
domus esset annexa Canonicatui. In decisio-
nibus verò bo. me. Peniæ in causa Hypore-
gieñ Cappellæ S. Martini 25. Maij, & 21. De-
cembris 1611. agebatur idem casus,de quo in
in d. Seneñ Pontis Arrighi, quia eadem per-
sona possederat Ecclesiam S. Martini in Ca-
stro, & extra Castrum, & dubium erat, cuius
Ecclesiæ bona essent, decisioni bo. me. Card.
Caualerij 209. respondetur illam esse intelli-
47 gendam † iuxta terminos decisionum Sera-
phini, & d. Seneñ Pontis Arrighi, quas alle-
gat, rationi verò repetitæ, quod alias nunquā
daretur præscriptio contra Ecclesiam,placue-
runt DD. responsiones datæ in alia decisione
ponderando, quod si Prælatus fuerit negligēs
in recuperāda naturali per decennium,eadem
48 naturalis possessio amittitur, vt in puncto di-
cit, *Socc. sen.alleg.cons.266.num.20.in fin.vers. sed*
illam amisit, vol.2. Rip.in cap.cum Ecclesia Sutrina
num.23.de caus. poss. & propr. Rol.cons.50. num.26.
lib.2. Aym.cons.235.n.1.
Et ita vtraque parte informante &c.



BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Renunciatio filiarum de bonis paternis, mater-nis, & fraternis, est strictè accipienda,& prout iacet interpretanda.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis materia strictè venit interpretanda.*
2 *In renunciatione ea tantum veniunt, quæ sunt expressa.*
3 *Hæreditas per aditionem desinit esse; & efficitur proprium patrimonium hæredis.*
4 *In renunciatione filiarum de bonis paternis, & maternis non veniunt ea, quæ per aditionem sunt effecta proprium patrimonium fratrum.*
5 *Pater quando censeatur adire hæreditatem maternam filio delatam.*
6 *Hæreditas solo animo aditur.*
7 *Renunciatio sororis de bonis fratrum nominatorum non extenditur ad non nominatos.*
8 *Verbum,* dictum, *est personalissimum, & n.10.*
9 *Renunciatio bonorum debet tantum referri ad bona, & personas speficatas.*

DECISIO CCLIII.

COMES Ferdinandus Barbatius de Mangiolis ex persona Blanchæ Bētiuolæ eius matris prætendebat ratam partem bonorum, quæ ex hæreditate Peregrinæ Capellæ Auiæ peruenerant ad Georgium eiusdem Blanchæ fratrem ab intestato prædefunctum. Exaduerso autem Comes Alexander Bentiuolus frater prædictæ Blanchæ excipiebat de renunciatione facta à Blancha occasione dotis sibi à patre constitutæ. Vnde proposito à me dubio; an prædicta renunciatio obstaret, DD. vnanimiter negatiuè responderunt.

Licet enim renunciatio amplissimis verbis legatur,tum in narratiua ibi (dummodo ipsa quoque renunciet, & cedat, omnia, & quæcumque iura præsentia, & futura sibi competentia, vel competitura in bonis,vel hæreditate olim D.Peregrinæ eius matris,& DD.Francisci,& Alexandri eius fratrum vtrinque coniunctorum, & omnium, & singulorum aliorum eius ascendentium tàm ex causa successionis ab intestato &c. tum etiam in dispositiua ibi (renunciauit Comiti Vlissi eius patri pro se, suisque hæredibus &c. omnia, & quęcumque iura, actiones cuiuscumque qualitatis, & conditionis, omneque edictum, & interdictum, quæ, quas,& quod ipsa habuit,habet, & habitura est in futurum ex causa successionis ab intestato &c. sibi debita, seu debeñ in bonis, & hæreditate, seu hæreditatibus dd.Parentum,& fratrum,& cuiuslibet eorum ex causa legati &c.quę iura,& alia sic,vt supra &c.)& propterea videatur cōpræhendere etiā bona, quæ ex hæreditate Peregrinæ peruenerant ad Georgium eius filium; tamen cum agatur de maternæ successionis renunciatione, quæ

1 quæ strictè † venit interpretanda, *Purpurat. cons.372.num.4.Gabr.cons.60.num.6.lib.1.Gozzad. cons.1.num.7.Surd.cons.431.num.2.Caual. dec.340. nu.1.* tantum censetur per eam renunciatum,
2 quantum fuit † in ea specificatum; quapropter cum de ista portione Georgij nulla fuerit facta mentio, non potest dici in renunciatione compræhensa, *Surd. d. cons.431. num.13. & seq. par.1.diuers.*

Nec obstare visum fuit, quod ista portio Georgij prouenerit ex hæreditate Peregrinæ; quia eum per mortem eiusdē Peregrinæ hereditas illius statim delata fuerit ad singulos filios, & sic etiam ad Georgium pro rata sequuta deinde aditione facta per eundē Georgium
3 gium non dicitur † amplius hereditas, & patrimonium Peregrinæ, sed efficitur proprium patrimonium filiorum ad *tex. in l.1. §.veteres, ff.de acquir. poss.Alex.cons.12.lib.1. per tot.Menoch. cons.124.num.5. Cæphal. cons.489. num.73. & 74. Surd.cons.562. in princ.*

4 Vndè licet in renunciatione fuerint † compræhensa bona materna, non tamen veniunt ista bona, quæ per aditionem fuerunt effecta proprium patrimonium Georgij filij, *Alber. in l. si quam §. illud num.7.C.de inoff. testam. Dec. in l.hæreditas nu.8. ff.de reg. iur.Bald.cons.48.lib.2. Alba cons.7.num.16.Affl.dec.178. n.4.*

Quod Georgius maternam hæreditatem adiuerit, satis iustificatur; nam cum de tempore obitus matris esset infans, pater retinendo dotem, & bona mulieris, illorumque fru-
5 ctus exigendo, † censetur nomine filiorum hæreditatem mulieris adiuisse iuxta doctrinā *Bart. in l. gerit num 28. in fin. ff.de acquir. hæredit. Surd.d.cons.652. num.7. & dec.140. num.1. & 10. vers. sed quia alias.*

Quod in præsenti casu absque difficultate procedit, ex quo pater circa aditionem d. hæreditatis plures actus positiuos fecit nomine Georgij filij semper ipsum matris hæredem
6 enunciando, quod ad hunc effectum † sufficit, cum hæreditas solo animo adeatur, *l. pro hærede ff. de acquir. hæred. glos. in l. potuit in vers. voluntas C.de iur.delib.cum alijs relatis per Mart.de successi. p.4.q.14.art.2.num.2. & 3.*

Minus obstat, quod Blanca renunciauerit hæreditatibus, & bonis fratrum, & sic censeatur renunciasse etiam bonis Georgij fratris; quia cum in d. renunciatione fuerint specificata nomina fratrum, scilicet, Comitum
7 Francisci, & Alexandri, † renunciatio facta de bonis fratrum nominatorum non potest extendi ad bona Georgij fratris non nominati, *Dec. cons.379.num.3. & 4. & cons.419. n.9. Bald. cons.48. per tot. lib.2.Aret.cons.161.num.5. Eugen. cons.88.num.82.lib.1.Caual.decis.340.num.2.Greg. dec.15.num.3.*

8 Ponderato maximè verbo, *dictorum*, quod est personalissimum, & demonstratiuum personarum prius nominatarum, ad quarum portiones restringit renunciationem *Ias. in l. filiusfamilias §. Diui in 2. lectura num.51. de leg. 1. Mandos.cons.201.num.3.Surd.cons.464.num.2.Rot. coram Greg. decis. 495. num.1. & 7. & decis. 607. num.6.lib.2. recen.*

Denique non obstant verba generalia ibi (pro eo, & toto, quod prætendere posset.) quæ verba sunt apta compræhendere etiam hæreditatem Georgii. Quia nihilominus referun-
9 tur † ad bona, & personas specificatas, *Surd. cons.431.num.12.* Maximè stantibus verbis restrictiuis, & repetitiuis, ibi (*dictorum, vt supra*) & similibus, quæ restringunt dispositionem ad superius specificata, prout de dictione, seu
10 verbo, † *dictorum*, tenent DD. proximè relati, & de altera, *vt supra*, firmat *Surd. dec.291.n.13. Rot.dec.125. in fin. par.1.rec.*

Et ita vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Nemo tenetur reddere rationem de rebus à se non habitis, nec administratis.

SVMMARIVM.

1 *Rationem reddere nemo tenetur de rebus à se non habitis, nec administratis.*
2 *Testis homicida non meretur fidem.*
3 *Testis affinis non est integer testis.*
4 *Testes de auditu regulariter non probant.*
5 *Confessio extraiudicialis vt probetur per testes, requiritur, quod sint contestes de loco, tempore, & verbis.*
6 *In concordijs multa fiunt ex benignitate, quæ de necessitate in iudicijs non obligant.*
7 *Pecuniæ quando præsumantur prouenisse potius de mercibus proprijs, quam societatis.*
8 *Fides simplex facta lite pendente fidem non facit.*
9 *Fides quando est suspecta non probat.*

DECISIO CCLIV.

FVIT hodie pro tertia vice resolutum sententias Rotales absoluentes Bentiuolum à redditione rationis mercium, de quibus agitur, esse confirmandas; quia ex latè deductis in decisionibus coram Eminentissimo Card. Virili, & coram R.P.D. meo Vbaldo, & coram me emanatis, quarum fundamenta etiam hodie examinata DD. placuerunt, non probatur aliquam quantitatem Saiarum peruenisse ad manus Francisci Bentiuoli, sed immo cōstat illas peruenisse ad manus Felicis, vt fuit firmatum coram me sub die 12. Maij 1631. vnde bene sequitur, quod Felix non autem à Bentiuolus tenetur ad redditionem rationis
1 dd. mercium, cum † nemo teneatur reddere rationem de rebus à se non habitis, nec administratis, *glos. in l.Creditor §.duobus in ver. pro solido ff. mandat. Ang.cons.267.col.1.Decian. cons.27. num.2. & 5. vers. stat ergo lib.5. Natt. consil. 134. num. 10.*

Non obstāt quinq; testes remissoriales vltimo loco ad instātiam Felicis examinati, quia patiuntur multas exceptiones contra personas, & contra dicta; primus enim fuit condemnatus propter homicidium, vt ipse fate-

tur, & sic non meretur fidem, *Speculat. de testib. §. 1. num. 8. vers. item quod est homicida, Rot. decis. 138. num. 4. post 2. volum. cons. Farinac.* Secundus † verò testis est affinis Felicis, de quo exonerando agitur. Quartus verò fuit sollicitatus ad subijciendum se examini ab ipso secūdo teste. Præterea nullus ex dd. testibus, excepto dicto quarto fuit in nundinis Salerni, ad quas fuerunt transportatæ merces, vt ipsi asseuerant, nec sciunt quantitatem, qualitatem, vel consignationem saiarum, & pretium illarum, ac vt plurimum † loquuntur de auditu post litem motam, & sic non probant, *cap. licet ex quadam, vbi glos. in ver. motam de testib.* & se fundant in multis, quæ fuerunt reiecta in dd. decisionibus in hac causa factis.

2 3 4

Nec ex ipsis probatur confessio Bentiuoli, dum dicunt se audiuisse illum dicentem, quod esset paratus reddere rationem, si mercatores eius aduersarij excomputarent sibi pecunias furto ablatas Neapoli, quia nihil pernecessè concludunt, & non sunt contestes de loco, tempore, & verbis, prout requiritur ad effectum probandi † confessionem extraiudicialem, prout est ista, *Rot. dec. 406. num. 3. & decis. 700. num. 33. & dec. 701. num. 3. par. 2. recen.* Vltra quod fuit consideratum huiusmodi confessionem emanasse à Bentiuolo ad effectum concordiæ, quæ inter ipsum, & mercatores tunc tractabatur, vt deponunt testes. Vndè quatenus probaretur, non noceret Bentiuolo, quia † in concordia multa fiunt ex benignitate, quæ de necessitate in iudicijs non obligant, *Mant. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 48. Rot. decis. 683. n. 5. par. 2. rec.*

5 6

Non obstat exactio pecuniarum facta per Bentiuolum ex banco Sancti Eligij Ciuitatis Neapolis, & remissa per eum facta ad Ciuitatem Asculi, quia non inde sequitur, quod dd. pecuniæ essent societatis, quinimò cum ipse detulisset Salernum proprias merces, vt probant testes examinati pro mercatoribus; dd. pecuniæ † præsumuntur de mercibus ipsius, *Menoch. præsumpt. 46. lib. 2. n. 4.*

7

Nec releuat attestatio, quæ hodie datur Hieronymi Paghinecha asserentis Bentiuolum in nundinis Salerni exegisse pecunias societatis, tum quia est simplex fides † facta lite pendente, quæ nullam facit fidem, *Rot. dec. 471. num. 6. in fin. par. 2. rec.* Tum quia est valdè suspecta † tamquam facta post remissoriam, ab eo, qui poterat, & noluit se subijcere examini, & sic non probat, *Gregor. XV. decis. 553. num. 10. vbi Add. num. 17.* Tum etiam quia est valdè inuerisimilis, stantibus imperitia d. Bentiuoli, depositionibus testium, scripturis formiter compulsatis in Ciuitate Neapolis, & alijs latè ponderatis in dd. decisionibus in hac causa factis, ex quibus probatur, nec saias, nec earum pretium peruenisse ad manus d. Bentiuoli.

8 9

Et ita conclusum Felice, mercatoribus, & Bentiuolo informantibus.

ROMANA DE GVIDIS.

Veneris 25. Iunij 1632.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana est locus in sententia valida, & iustitia lata in possessorio.*

2 *Transactio super fideicommisso non sustinetur non visis prius verbis testamenti.*

3 *Sufficit ad dictum effectum, quod in transactione fuerit relata substantia fideicommissi, vt ex ea resultet indubitata scientia.*

4 *Nemo dat, quod non habet.*

DECISIO CCLV.

ESSE locum Aegidianæ DD. responderunt, quia Sententia Rotalis, quæ dat immissionem Fabijs, & Bussijs fuit lata in possessorio, quo casu stante illius validitate, & Iustitia † intrat dispositio Aegidianæ *iuxta Decis. Caputaq. 225. lib. 1. in manuscript. Rot. decis. 150. num. 5. par. 1. recen. & in Romana Domus coram bo. mem. Card. Pamphilio apud Marches. par. 1. fol. 1016 num. 1.*

1

Validitas enim prædictæ Sententiæ non cōtrouertebatur, iustitia verò fundatur super trāsactione inita inter Bernios ex vna, & dd. Fabios, & Bussios ex altera, qui vti vocati ad fideicommissum Guidi Senioris conuenerunt, vt bona recuperanda ex dicto fideicommisso, inter ipsos amicabiliter diuiderentur, vndè Iure merito per Sententiam antedictam iuxtà tenorem transactionis fuit data immissio Fabijs, & Bussijs pro rata parte ipsos tangeñ, vt optimis rationibus firmatur in decisione in priori Instantia emanata.

Nec obstat obiectum contra dictam transactionem excitatum, quod scilicet fuerit transactum super fideicommisso † non visis prius verbis testamenti, & propterea transactio nulla remaneat iuxtà *tex. in l. de his vbi Gloss. & DD. ff. de transact.* Nam fuit responsum, quod cum in dicta transactione fuerit relata substantia prædicti fideicommissi, ac vocationis tam Masculorum, quam Fæminarum, ex ea resultat certa, & indubitata scientia fideicommissi, quæ † ad hunc effectum erat sufficiens *iuxta opin. Bart. in dicta l. de his num. 6. ff. de transact. Pereg. de fideic. art. 52. num. 32. Fusar. de substit. q. 194. num. 3.*

2 3

Minùs obstat altera transactio, seu cessio Iurium facta ab ijsdem de Bernis ad fauorem Francisci de Alexandris. Quia stante validitate primæ transactionis factæ cum Fabijs, & Bussijs, posterior transactio non nocet ex quo prædicti de Bernis per eam non poterant in Franciscum Alexandrum transferre istā portionem, quam vel non habebant, † vel vigore primæ transactionis amiserant ad *tex. in l. nemo plus Iuris de reg. Iur. cum concordant.*

4

Et ità vtraque &c.

ARI-

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 25. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur releuantia articulorum concurrente, sed sine retardatione iudicij executiui, quando vigore testamenti, quis instat immitti.

SVMMARIVM.

1 *Ad immissionem impediendam venienti ex testamento non est legitimus contradictor possidens, & excipiens nisi doceat de iure incontinenti.*

2 *Remissoria ad retardandam immissionem non datur cum retardatione iudicij executiui.*

3 *Melioramenta, æs alienum fideicomnisi: ac impensæ funeris veniunt reficienda hæredi grauato per fideicommissarios.*

4 *Remissoria conceditur data releuantia etiam vnius articuli.*

DECISIO CCLVI.

STANTE releuantia articulorum pro parte Battaglinæ exhibitorum DD. dixerunt remissoriam ei esse dandam sine tamen retardatione Iudicij exequutiui, quia cum Portia Iannotta fideicommissaria agat pro immissione ex remedio *l. fin. C. de Aedict. Diu. Adr. toll.*
1 quo casu † possidens, & excipiens contra petentem immissionem vigore testamenti, non est legitimus contradictor, nisi doceat de Iure suo in continenti, quia ne consoueat se in possessione spoliatiua aduersus hæredem, vel fideicommissarium iuuari nō potest remediis ordinarijs ad faciendas suas probationes. *Nenizz.conf.56.num.4. Rolan.conf.2.num.42.verf. aut volunt audiri lib.3.Seraph.decif.1364.n.1.Greg.XV*
2 *decif.367.num.*1. non potest concedi † remissoria ad retardandam d. immissionem, vt latè *fuit dictum in Perusina hæreditatis 28. Nouembris 1616. coram bon.mem. Buratto, & in Ariminen.bonorum 31. Ianuarij 1620. coram bon.mem. Vbaldo*, & aliàs sæpè.

Quo verò ad releuantiam articulorum, illa DD. visa fuit euidens, quia agitur de probandis melioramentis, ære alieno, impensis
3 funeris, & alijs solutis, & factis à † grauato, quæ sunt detrahenda ex bonis fideicommisso subiectis *l. cum hæres ff. ad Sen.Conf. Trebell. Peregr. de fideic.art.35.num.1. & 2. & seq. Card.Caual.decis.476. num.1.* Vndè data releuantia articulorum remissoria non potest denegari, cum
4 ad illam obtinendam sufficeret, quod † vnus esset releuans *Caual.decis.59.num.1. & decis.232 num.1. & decis.289.num.2.* & aliàs sæpè.

Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 28. Iunij 1632.

Argumentum, & Summarium habet quod

1 *Fideicommissario non potest denegari immissio super bonis per fideicommittentem possessis vsque ad eius obitum probata illorum identitate.*

DECISIO CCLVII.

CVM Iam fuerit in hac causa resolutum constare de fideicommisso ad fauorem Portiæ Iannottæ de Simulis purificato; hodiè proposito dubio, an illi esset danda immissio, & in quibus bonis, DD. resoluerunt ei esse dandam, in infrascriptis Corporibus.

1. In possessione domus sitæ in territorio S.Archangeli in Contrata Sancti Martini delli Molini.

2. In possessione duarum tornaturarum Terræ aratiuæ, & frascatæ, sitarum in d cto Territorio, & loco.

3. In possessione alterius petij terræ aratiuæ & frascatæ tornaturarum duarum cum dimidia sitæ in eodem territorio, & loco.

4. In possessione tornaturarum decem & octo terræ aratiuæ, & frascatæ positæ in dicto territorio, & loco.

5. In possessione tornaturarum decem terræ aratiuæ, & frascatæ in d. territorio, & loco.

6. In possessione tornaturarum octo cum dimidia terræ aratiuæ in d. territorio, & loco.

7. In possessione alterius tornaturarũ quatuor in eodem territorio, & loco.

8. In possessione tornaturarũ quatuor terræ aratiuæ, & frascatæ in d. territorio, & loco.

9. In possessione alterius petiæ tornaturarum duarum, & tabularum 25. Terræ vineatæ in d. territorio, & loco.

10. In possessione tornaturarum sex terræ aratiuæ positæ in d. territorio S.Archangeli in Contrata S. Hermetis Cappellæ S. Blasij in fundo l'Hostariola.

11. In possessione quatuor tornaturarum in circa terræ aratiuæ positæ in prædicto territorio, & loco.

12. In possessione tornaturarum decem terræ aratiuæ cum duobus vlmis positarum in d. territorio in fundo il Riale.

13. In possessione vnius petij terræ tornaturarum 23. cum domo, & alijs pertinentijs in d. territorio S.Archangeli in Contrata Sancti Hermetis in Cappella S. Blasij in fundo Communi Thomasini.

14. In possessione tornaturarum duarum in d. territorio in fundo della Garussa, ò Bontanelle.

15. In possessione vnius petiæ Terræ tornaturarum septem in territorio Arimini in Cōtrata Virgiani in Cappella S. Mariæ in fundo Brugagna, ò vero Pradelle.

16. In possessione vnius Domus in Ciuitate Arimini in Parrochia S. Martini cum suis pertinentijs.

17. In possessione vnius Stantiæ ad vsum Remissæ pro Curru in d. Ciuitate Arimini, & d. Parrochia.

Nam cum prædicta 17. corpora bonorum fuerint possessa per Carolum Battaglinum fideicommittentem de tempore sui obitus, ca-

demque possideantur hodiè per Portium Battaglinum, prout clarè patet ex testium depositionibus formiter examinatorũ, non potest supradictæ Portiæ Iannottæ fideicommissariæ
1 denegari Immissio† ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Seraph. decis.* 828. *nu.* 1. & *fuit dictum in Perusina de Ciucijs* 19. *Aprilis* 1630. *coram me*.
Et ità vtraque &c.

VRBEVETANA TERRARVM.

Lunæ 28. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Requisita ad hoc, vt quis sit admittendus ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Admissioni ad causam, vt sit locus sufficit, quod quis apparenter doceat de suo interesse.*

DECISIO CCLVIII.

PENDENTE hac causa inter Pantaleonẽ ex vna, & filios q. Caroli Morelli ex altera super nonnullis terris in territorio Aquipendij sitis D. Angelus Lucianus obtinuit admitti ad causam per particularem commissionem cum clausula *Constito de Interesse* vndè proposito à me hodiè dubio, an constet de huiusmodi eius interesse D D. affirmatiuè responderunt.

Nam ad effectum, vt quis admittatur ad
1 causã sufficit quod† apparenter doceat de eius interesse *cap. veniens il secondo vbi Felin. n.* 13. *de testib. Bisignett. decis.* 1. *de rescript. Mandos. commiss.* 9 *vers. ad Causam Put. decis.* 166. *num.* 3. *lib.* 3. *in antiq.* De interesse autem D. Luciani satis constat ex publicis Instrumentis, quæ dantur in *Summario num.* 4. ex quibus apparet Franciscum Morellum mandasse construi, & dotari Cappellam in Ecclesia S. Mariæ in terra Aquipendij, cuius Cappellæ cum D. Lucianus sit hodiè Rector, & prædicti filij Caroli Morelli vti heredes Francisci Morelli mediante persona dicti Caroli eorum patris sint obligati d. fundationem exequutioni demandare, vt apparet ex iisdem Instrumentis, satis, & abundè constat de illius interesse ad prędictum effectum, cum ipsius intersit, vt fundatio supradicta suum sortiatur effectum.

Et ità vtraque &c.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Lunæ 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Melioramenta ex quibus dicantur facta mala fide ita vt non sint reiicienda, & ex quibus inducatur d. mala fides.

SVMMARIVM.

1 *Testes nulliter examinati nullum gradum probationis faciunt.*

2 *Melioramenta, quando difficultant reducendã domum in pristinum statum operantur, quod debeat solui valor domus antiquæ, vel detur alia domus æquiualens.*

3 *Pro melioramentis factis mala fide non debet concedi retentio seu refectio, sed tantum illorum ablatio, & separatio sine tamen læsione prioris status domus.*

4 *Mala fides inducta per inhibitionem cessat per huiusmodi moderationem.*

5 *Melioramenta non denegantur ob malam fidem, quæ resultat ex lite, & num.* 6.

DECISIO CCLIX.

PER tres decisiones fuit in hac causa firmatum Sententiam R. P. D. Mangioni, per quam Sententiam Victoria Grammatica condemnatur ad solutionem, seu refectionem Meliorarnentorum, de quibus agitur, esse infirmandam, & ratio harum resolutionum fuit, quia dicta Sententia non iustificabatur ex actis ex quo testes, qui tunc dabantur pro parte Thomæ Giletti ad probanda hæc melioramẽta fuerunt examinati à dicto R. P. D. Mangiono ad hoc carente Iurisdictione, vt latius deducitur in dictis decisionibus. Vndè, stante huiusmodi nullitate examinis, dicti testes nul-
1 lum † probationis gradum faciebant *Rot. decis.* 493. *num.* 4. *par.* 2. *cum alijs in dd. decisionibus*. Sed cùm post huiusmodi resolutiones idem Thomas eosdem testes repeti curasset, & propterea pro quarta vice Causa hodiè fuerit proposita, DD. quia ex dd. testibus benè probantur hæc melioramenta, illaque ascendere ad sc. 1500. in circa, qui testes reddunt optimam scientiæ causam, quia fuerunt præsentes, imò & operam præstiterunt constructioni domus, cum sint Architecti, & fabri, ponderando etiam
2 difficultatem reducendi domum ad † pristinã formam. inhærendo temperamento deducto per *Magon. dec. Lucen.* 33. *num.* 52. *vers. quidquid* firmarunt vt Victoriæ solueretur valor domus antiquæ, vel alia domus ei daretur æquiualens.

Non obstat, quod huiusmodi melioramenta fuerint facta à dicto Thoma post inhibitionem ei factam de non fabricando: ex quo Informantes pro Victoria deducunt malam fidem, qua mala fide stante non debet concedi
3 retentio, † seu refectio melioramentorum, sed tantum ablatio, & separatio, sine tamen læsione prioris status, domus iuxta *tex. in l. domos C. de rei vendic.* quod secus est in bonæ fidei possessore, *Menoch.* 15. *remed. nu.* 524. *Redoan. quæst.* 17. *in princ. num.* 21. *vers. si verò sumus in mala fidei num.* 10.

Quia cessat difficultas, ex quo huiusmodi inhibitio fuit posteà moderata per quam mo-
4 derationem fuit sublata † mala fides *Lancell. de attent. post inhibit. limit.* 2. *num.* 10. iuncto principio limitationis, sublata enim inhibitione re-
5 mansit sola lis, † quæ non inducit malam fidem

dem ad effectum denegandi melioramenta. Rot. decis. 356. num. 2. par. 2. recen. quia mala fides,
6 quæ oritur ex lite † præsumpta non sufficit, vt melioramenta facta lite pendente amittantur *Magon. decis. 81. num. 12. & 15.*

Et ita &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Lunæ 5. Iulij 1632.

Argumento neque Summario eget.

DECISIO CCLX.

SVB diebus 18. Martij 1630. & 16. Decembris eiusdem anni fuit firmatũ in hac causa quod mobilia legata Catharinæ à q. Antonio eius patre restituerentur Franciscæ, & Elisabethæ de Bolinis, vel compensarentur cum dote prætensa à Clarice ex persona Catharinæ eius matris; sed causa super iisdem reproposita sub die 4. Iun. proximè præteriti, fuit quoad hoc recessum ab huiusmodi decisionibus ea ratione, quia testes, & Inuentarium ad id probandum tunc deducta visa fuerunt minus releuantia, cum tam dd. testes, quàm Inuentarium nil probent; ex quo testes absque citatione partis fuerunt examinati, & Inuentariũ non continet distinctionem mobilium Catharinæ à mobilibus Antonij, & fuit factum pariter non citata Catharina *Bart. in l. fin. §. cum igitur num. 3. de Iur. delib. cum aliis in decisione allegat.* sed quia huiusmodi resolutio emanauerat Clarice tantum informante, placuit DD. indulgere audientiam Franciscæ, & Elisabethæ sororibus super iisdem; quapropter proposita hodiè causa, dd. Sororibus adhuc informare recusantibus, DD. steterunt in Decisis ex rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

Et ità vna tantum &c.

BARCHINONEN. BENEFICII.

Lunæ 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non possidente est manutenibilis.*

2 *Possessio posterior tanquam clandestina, & turbatiua non impedit prioris possessoris manutentionem.*

DECISIO CCLXI.

CENSVERVNT DD. Antonio Moraghes dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficii, de quo agitur; quia ex Instrumento publico constat de illa ab eo capta mediante persona Ioannis Moraghes eius ad hunc effectũ procuratoris, quæ
1 quidem possessio † alio non possidente est manutenibilis. *l. prædia ff. de acquir. poss. vbi Bart. Cassad. decis. 20. de præben. Put. decis. 360. num. 1. & decis. 652. & 660. num. 1. par. 1. recent.*

Non obstat possessio Iacobi, quia cum illa
2 sit posterior, præsumitur clandestina, † & turbatiua, & sic non potest impedire Antonio priori possessori manutentionem *Rot. d. dec. 652. numer. 2. & fuit dictum in Burgen. Præstimonij 26. Maij 1628. coram R. P. D. meo Verospio*, & aliàs sæpè.

Et ità vna tantum &c.

VALENTINA BENEFICII.

Lunæ 5. Iulij 1632.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ non iustificatæ non possunt executioni Demandari.*

2 *Narratiua ex qua fuit Papa motus ad concedendam gratiam, debet iustificari.*

DECISIO CCLXII.

DOMINI resoluerunt gratiam Cosmi Amiguet non esse iustificatam, quia inter alia, quæ ab ipso fuerunt exposita Papæ fuit narratum, beneficium, de quo agitur, esse de Iurepatronatus Laicorum, & Clericorum mixto, quod tamen nullibi probatur, vndè ex hoc capite gratia remanet iniustificata,
1 & sic litteræ † Apostolicæ ab eo obtentæ non possunt exequutioni demandari *Put. decis. 127. lib. 2. Mant. decis. 358. num. 4.*

Nec obstat particula Testamenti; quæ datur *in Summario num. 4.* ex qua apparet testatorem mandasse fundari hoc beneficium, quia ex hoc non potest resultare aliqua probatio fundationis dicti Iurispatronatus effectuatæ, sed benè voluntas, & mandatum testatoris de fundando beneficio, quod multum differt, cũ possit fieri, quod voluntas testatoris non fue-
2 rit exequutioni demandata; † vndè cum sit quid facti, venit probandum ad hoc, vt gratia dicti Amiguet dicatur quoad hoc iustificata, maximè cum sit fundamentum eius gratiæ *Put. cit. decis. 127. Caputaq. decis. 128. par. 1. nu. 1. Rot. decis. 13. num. 8. coram san. mem. Greg. XV.*

Et ità conclusum fuit vna tantum parte Informante &c.

CESENATEN. CENSVS.

Lunæ 15. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Census impositus priuato ac particolari nomine ex quibus probetur fuisse creatum intuitu communitatis & sic tanquam ad illam spectan fuisse comprehensum sub constitutione Clem. VIII. in Bullar. nou. in ordine 615. reducente Census communitatum.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Legis forma inducta ad certum effectum, ipse effectus consideratur & sufficit quod sequatur.*

2 *Legis effectus sufficit quod probetur per aequipollens.*

DECISIO CCLXIII.

CENSVERVNT DD. fructus Census de quo agitur, deberi ad rationem septem pro Centenario, & sic d. Censum cadere sub dispositione cõstitutionis fœlic. record. Clem. VIII. in Bullario nouo in ord. 615. reducentis Census communitatum ad rationem septem pro centenario, quæ constitutio per chyrographum eiusdem Pontificis fuit exemplificata, & declarata comprœhendere etiam omnes census à particularibus constitutos, & venditos; quorum pretium constaret versum fuisse in vtilitatem ipsarum communitatum, prout est census iste; quia licèt fuerit impositus priuato, & particulari nomine à DD. Angelino, Taurello, & Saxatello: attamẽ satis apparet ipsum spectare ad Communitatem Cæsenæ.

Primò quia constat de ordine, & mandato Consilij generalis ipsius Communitatis facto sub die 23. Iulij 1621. in quo fuit data facultas ipsis Abundanzeriis, qui tunc temporis erant dd. Taurellus, & litis consortes accipiendi pecunias ad Censum sum. n. 6.

Secundò quia Instrumentum d. Census prævia licentia Sac. Congregationis boni regiminis fuit confectum 21. Augusti eiusdem anni, & sic intra mensem d. ordinis.

Tertiò quia eadem die, in qua d. Taurellus, & alij Abundanzerij acceperunt dd. pecunias ad Censum, eas deposuerunt penes depositarium d. Communitatis pro vsu, & seruitio Annonæ, vt ex fide ipsius Depositarij sum. numero 6.

Demùm quia ipsa Communitas agnouit d. Censum soluendo fructus hæredibus vsufructuarijs d. Lelij emptoris sum n. 7. Ex quibus sufficientèr probari visum fuit d. Censum licèt impositum priuato, & particulari nomine fuisse tamen creatum intuitu, & contemplatione d. Communitatis, & sic tamquam ad ipsam spectantem intrare sub d. constitutione.

Non obstat, quod in d. Chyrographo dicatur, quod Bulla seruetur *In tutti quei Censi, che vi costarà esser descritti nelli debiti publici nella Tabella da noi ordinata;* Census autem, de quo agitur non reperiatur in tabella descriptus, & sic non videatur sub d. Constitutione comprœhensus. Quia descriptio prædicta cum sit inducta sollummodò ad effectum probandi pertinentiam Censuum, nè sub nomine Communitatis particulares peterent reductionem, satis est, quod ex supradictis appareat dictum Censum spectare ad Communitatem ad hoc, vt intret ipsa Constitutio, nam quando forma 1 † legis est inducta ad certum effectum, ipse effectus consideratur, & sufficit, quod effectus sequatur *l. mulier ff. ad Trebell. l. si mater C. de cond. & dem. Alex. conf. 100. num. 8. & 9. lib. 4. Ruin. conf. 74. num. 5. in fin. lib. 5.* Quia tunc, cùm intentio legislatoris habeat suum effectum, & menti, & rationi finali ipsius constituentis sit 2 satisfactum, probatio † illa per æquipollens fieri potest. *iuxta tradita per Mant. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 15. num. 41. & seqq. cum ibi alleg. Rota coram Seraph. dec. 309. num. 1. & fuit dictum in vna Romana nullitatis obligationis 28. Iun. præter coram R.P.D.M. Merlino.* & in simili de Constitutione mandante non posse extrahi officialem in aliqua arte, nisi sit descriptus, & matriculatus inter artifices: attamen officialem extrahi posse, si aliunde cõstet per illum exerceri talem artem consuluit *A g. conf. 33. num. 4.* Porro apparet, illa verba (*s'osserui in tutti quei censi, che vi costarà esser descritti nelli debiti publici nella tabella da noi ordinata*) non fuisse taxatiuè prolata, sed per illa expressam fuisse illam speciem pro bonis per descriptionem in Tabella ratione frequentioris vsus probandi rem spectare ad Communitatem, cum vt plurimum res Communitatum describantur in huiusmodi Tabellis, non autem ad excludendum omne aliud genus legitimæ probationis.

Non obstat, quod non fuerit à d. Communitate promissa indemnitas ipsis Census impositoribus, prout videtur in d. Constitutione requiri; tum quia Bulla d. promissionem idemnitatis necessariò non exigit, sed solum videtur hoc requirere, vt appareat Censum fuisse conuersum in vsum Communitatis; tum etiam quia dum dd. Abbundanzerij præficiũtur Curæ Annonæ tacitè cẽletur eis promissa indemnitas ab ipsa Communitate, prout ex supradictis apparet in præsenti casu fuisse factum, & sic videtur etiam quoad hoc adimpleta requisita per d. constitutionem.

Et ita vtraque &c.

PLACENTINA BENEFICII.

Veneris 19. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo datur possidenti.

SUMMARIUM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*

2 *Iudex nulliter procedens non spoliat quem sua possessione.*

3 *Notario attestanti de actu præterito non creditur.*

4 *Citatio reproducta post sex menses non afficit sed perdictum tempus dicitur circumducta.*

DECISIO CCLXIV.

CENSVERVNT DD. Ioanni Baptistæ de Callcibus informanti dandum esse mandatum de manutenen. in possessione beneficij de quo agitur quia constat de illa ab eo capta sub die vlt. Ianuarij 1630. ex publico Instru-1 mento, quæ † quidem possessio alio in possessione non existente est manutenibilis *l. prædia vbi DD. ff. de acquir. poss. Verall. dec. 354. num. 6. par.*

6.par.2. Bisignett. decis.8. de rest. spol. Rot. decis.92. num.1. par.1. rec. & alibi.

Non obstat possessio d. Gabrielis prouisi de
hoc beneficio à Papa vti de reseruato capta
vigore mandati relaxati ab A.C. quia cum d.
mandatum fuerit nullum, ex quo Io. Baptista
2 non fuerit citatus; † non potuit d. Io. Bapti-
sta priuari sua anteriori possessione *Bart. in l.1.
§. huiusmodi num.3. ff. vti possidet. Castr. cons.10.
num.9. lib.1. Greg. XV. dec.549. num.5.*

Non obstat, quod ex fide Notarij appareat
huiusmodi citationem interueniße, quia cum
ista fides careat testibus, non meretur attendi,
3 cum Notario † attestanti de actu præterito
non credatur, *vt in puncto firmauit Rota decis.624.
num.10. par 1. & decis.209. num.1. par.2. rec. Put.
decis.5. lib.3. Greg. decis.426. num.4.* vbi quod hu-
iusmodi fidei Notarij etiam vno teste admi-
niculatæ non statur.

Insuper aduertebant DD. quod vbi etiam
ex huiusmodi attestatione probaretur citatio,
4 adhuc ea non releuaret, quia cum † post se-
mestre fuerit reproducta, circumducta reman-
sit *cap.1. de dol. & contum in 6. felin. in cap. illud
num.5. de præscript.* & sic pro non facta habetur
sententiaque indè emanata fuit nulla *Ias in l.
properandum §. & si quidem num.7. C. de Iudic. Cas.
de Grass. decis.11. num.2 de sent. & re iudic.*

Et ita vna tantum &c.

ANCONITANA PRAEDII.

Lun. 29. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Statutum Anconitanum demandans debitori fa-
cto deposito licere reluere infra sex menses
pignus datum in solutum creditori præuio Iu-
dicis decreto vtrum sibi vendicet locum etiã
in adiudicatione cum obseruantia: Et quæ
obseruantia ad dictum effectum requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Anconitanum dat debitori terminum sex
mensium ad reluendum pignus subhastatum facto
deposito.*
2 *Statuti dispositionem habens pro se dicitur habere
casum legis.*
3 *Statutum loquens de datione in solutum factã credi-
tori an comprahendat adiudicationem factam tertiò
& num.5.*
4 *Prælatio longè differt à facultate reluendi.*
6 *Obseruantia quoad iudicialia probatur ex testibus
curialibus.*
7 *Et ex sententijs latis. declara num.10.*
8 *Obseruantia non probatur nisi quadragenaria.*
9 *Hoc non procedit in obseruantia interpretatiua ad
sui essentiam non requirente tempus limitatum.*
10 *Obseruãtia vniformis nõ est necessaria in materia in-
terpretatiua sed attẽditur quod est magis obseruatũ.*

DECISIO CCLXV.

CENSVERVNT DD. sententiam A. C.
reuocatoriam alterius de partibus, quæ
fuerat pronunciatum Ascanio Marganetto
non competere ius reluendi prædium subha-
statum, & adiudicatum Iacobo Bellollio lici-
tatori plus offerenti vti iustam esse confir-
mandam.

Iustitia enim fundatur super dispositione
1 Statuti Anconitani, † quo cauetur, debitori
facto deposito licere reluere infrà sex menses
pignus in solutum datum Creditori præuio
Iudicis decreto; dum igitur Marganettus in
termino d. Statuti depositum, & pignus redi-
mere velle declarauit, iuremerito fuit per sen-
2 tentiam A. C. admissus; quia † habens dispo-
sitionem Statuti pro se dicitur habere casum
legis, iuxtà quam semper venit iudicandum
*l. ancillæ C. de furt. Ozasc. decis.28. num.13. Surd.
decis.195. num.2.*

Nec obstat, quod Statutum loquatur de da-
tione in solutum facta Creditori, non autem
de adiudicatione facta tertio licitatori, quia
3 quidquid sit, † an Statutum loquens de datio-
ne in solutum facta Creditori compræhendat
adiudicationem factam tertiò de quo DD.
valdè dubitarunt, cum inter vnum, & alte-
rum casum magna adsit differentia, & DD.
qui pro compræhensione d. casus allegantur,
loquantur in diuersis terminis, scilicet in ma-
4 teria alienationis ad effectũ Prælationis † quæ
longè differt à materia reluitionis.

5 Tamen ex quo † Statutum in predi⁊a Ci-
uitate ita obseruatur, vt debitores etiam in
casu adiudicationis factæ tertiò licitatori ad-
mittantur ad reluendum, Domini propter
huiusmodi obseruantiam firmarunt esse lo-
cum eidem d. Statuto.

Obseruantia autẽ visa fuit sufficienter pro-
bata tam ex testibus Curialibus d. Ciuitatis
6 formiter examinatis, † quos sufficere ad eam
probandam tenent *Bart. & Cin. in l.2. C. quæ sit
long. consuet. DD. in l. de quibus ff. de leg.2. Gnid. Pap.
cons.116. num.3. & cons.171. num.3.* quam etiam
ex pluribus sententijs latis in præfatis casibus
7 † quæ pariter deseruiunt ad probandam obser-
uantiam *l. si de interpretatione, & l. nam Imperator
ff. de leg. Gratian. discept. forens. cap. 745. num.20.*

8 Nec releuat, quod ad probandam † obser-
uantiam requiratur quadragenaria, etenim
9 † conclusio procederet, si ageretur de con-
suetudine noui iuris inductiua, secus autem
venit dicendum in obseruantia interprætati-
ua, ad quam probandam non requiritur tem-
pus aliquod determinatum *Surd. cons.140. num.
45. Menoch. cons.21. num.15. Crauet. cons.117. num.2
Rot. decis.448. num.3. par.1. rec.*

Denique nec prædicta obseruantia eliditur
ex alijs sententijs contrarijs quæ dantur in
10 *Sum. Bellolly num.4.* Quia † præter quam quod
sunt dubiæ, & equiuocæ, nec apparent latæ in
casu adiudicationis factæ tertio licitatori DD.
dixerunt illas non esse attendendas in concur-
su aliarum sententiarum, quæ dantur pro hac
obseruantia, quia illæ fuerunt latæ super ne-
gatiua, istæ verò super affirmatiua, & vlterius
cum eis concurrunt dispositiones dd. testium,
ideoque veniunt præferendæ, & ad effectum,
de quo agitur visæ fuerunt sufficientes, quia
obser-

11 in † materia interpraetatiua non est necessaria obseruantia vniformis, sed id venit attendendum, quod magis fuit obseruatum *Menoch. cons. 75. num. 66. Dec. cons. 11. num. 12. Bart. in l. de quibus n. 16. ff de leg. vers. secundo respondetur Bec. cons. 101. num. 51. lib. 1.*
Et ita vtraq. &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI, SEU EVICTIONIS DE LEONORIIS.

Veneris 3. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Euictioni promissae quando dicatur factus locus.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei prohibitae alienari ex dispositione Testatoris, est nulla.*
2 *Sententia secunda si primam qualificet scilicet, deducta legitima filio debita, quousq; ista non fuerit liquidata non poterit dici constare de re iudicata ad effectum immissionis, itaut sequuta sit euictio.*
3 *Filius grauatus ob non confectionem inuentarij licet non amittat legitimam, attamen ei incumbit onus probandi, quod bona alienata non sufficiunt pro sua legitima.*
4 *De re iudicata non dicitur constare contra non citatum.*
5 *Interpellatus, & notitiam habens molestiarum sibi imputet si pro suo interesse non comparuerit, & se defenderit.*

DECISIO CCLXVI.

PROPONENTE R. P. D. meo Ottepo (in cuius locum fui in hac causa subrogatus propter eius discessum ab Vrbe) fuit confirmata decisio alias coram eodem emanata sub die 9. Iunij praeteriti, in qua fuerat dictum constare de re iudicata aduersus D. Honoriū Beatum possessorem praedij S. Aegidij ab eo empti ab Ascanio Vetia, qui promiserat de euictione respectu praedij Argilis empti per Paulum Zambeccarium. Benè enim subsistere visa fuerunt fundamenta d. decisionis, ex quibus probata fuit iustitia sententiarum latarum ab Auditore generali legationis Bononieñ, & à Rota eiusdem Ciuitatis firmantium factum fuisse locum fideicommisso D. Leonis ad fauorem DD. de Leonoriis, ipsosq; fore immittendos in possessionem d. praedij Argilis; nam cum Iacobus alienauerit istud praedium contra mentem Leonis fideicommittentis, qui prohibuerat alienationem bonorum suorum, sequitur † alienationem fuisse
1 † nullam, *Surd. cons. 116. num. 18. lib. 1.* cum alijs in decisione relatis, & propterea locum esse euictioni promissae per Ascanium Paulo Zambeccario emptori d. praedij.

Nec visa fuerunt obstare quae hodie de nouo opponebantur. Et primo non obstat, quod dd. sententiae non videantur conformes, ex quo licet vtraque dicat fideicommissum fuisse purificatum ad fauorem DD. de Leonoriis, & sic ipsis dandam esse immissionem, secunda tamen sententia primam qualificat, nempè deducta legitima debita Iacobo in bonis paternis, quae cum adhuc non fuerit liquidata, dici non potest constare de re iudicata
2 ad effectum immissionis, † itaut sequuta sit euictio, *Bald. in l. 1. num. 4. vers. conclude ergo, C. de iur. & fact. ignor. Castr. cons. 270. n. 3. lib. 2. Socc. iun. cons. 67. num. 16. lib. 1. Rot. decis. 689. num. 3. p. 1. recent.* Quia fuit responsum, quod d. secunda sententia hoc simpliciter non dicit, sed apponit aliam conditionem, videlicet, quatenus acquisitiones factae per Zambeccarium sint ex primis alienationibus bonorum fideicommisso subrogatorum, quae tamen conditio iustificata non fuit, quia per Iacobum fuit primo loco vendita domus magna pro lib. 30. m. deindè fuit venditum praedium pretio lib. 16442. vt in *Summ. num. 3.* Ex quibus pecunijs ipse emit d. praediū Argilis pretio lib. 40. & sic remanserunt penès eum lib. 6442. praetereà fuerūt etiam per ipsum alienatae quamplures aliae tornaturae terrarum d. Zambeccario, & DD. Sacchis, vt patet ex Instrumentis datis in Summario dato per DD. de Maluetijs, & Blanchino; post quas alienationes, scilicet de anno 1591. vendidit partem d. praedij Argilis eidem Zambeccario pretio lib. 5414. vnde appatet d. alienationem factam à Iacobo ipsi Zambeccario, de qua nunc agitur, non fuisse ex primis alienationibus bonorum fideicommisso subrogatorū iuxta conditionem appositam in d. secunda sententia, meritò igitur dicta conditione non iustificata lata fuit sententia exequutorialis.

Eoque magis, quia cum Iacobus grauatus, qui vendidit bona fideicommisso subiecta, nō
3 fecerit inuentarium, † licet propterea legitimam non amittat, nihilominus ei incumbit onus probandi, quod alienata non sufficiant pro sua legitima, vt latè fuit deductum in *Perusina de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Ciuitatis Castelli legitima 30. Aprilis 1632. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana de Cincijs 19. Aprilis 1630. coram me.*

Secundò non obstat, quod Beatus non fuerit citatus in iudicio facto inter dd. fideicommissarios, & Zambeccarium, & consequenter
4 non constare contra ipsum † non citatum de re iudicata ad *not. per DD. in l. saepè ff. de re iudic. Rot. decis. 584. num. 3. par. 2. recent. & coram Cauaterio decis. 353. num. 3. Cranett. cons. 272. n. 7.*

Quia autem praetenditur Beatum debuisse citari per fideicommissarios, & hoc non subsistit, quia nihil inter fideicommissarios, & Beatum; aut per Zambeccarium, & hoc necesse non erat, quia sat est, quod Zambeccarius litem intimauerit Aldourando causam habenti à Maluetijs, & Blanchino, qui emerant istud praedium ab Adurno fideiussore, & quod Maluetius, & Blāchinus litem intimauerint Vetię, & ipsi Beato, qui cum fuerit interpellatus, &
5 notitiam † habuerit molestiarum in d. iudicio latarum, sibi imputet, si pro suo interesse non com-

comparuit, & se defendit ad *not. in l. 1. C. de commod. & per rei vend. l. si de controuersia, C. de euict. l. 1. C. vbi rem actio,* tunc enim debuisset citari, si pro suo interesse comparuisset, quod non fecit.

Non obstat deniq; cessio, quam habet Beatus à Monialibus de Leonorijs, ad quarum fauorem prætenditur fuisse d. fideicommissum purificatum, & cuius cessionis vigore dicitur posse Beatum cessionarium ratificare alienationem factam à Iacobo; quia cum non constet de iure illarum, & fideicommissum iam sit purificatum ad fauorem masculorum de Leonorijs, sat est, quod euictio remaneat iam probata ad hoc, vt sit locus rei iudicatæ.

Reliquis obiectionibus visum fuit sufficienter satisfactum ex responsionibus datis in alia decisione.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 3. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Dos libera promissa in primo matrimonio libera etiam tradi debet secundo viro, nec pater illi potest aliquod onus imponere. Dos quando dicatur successisse loco legitimæ. Dos ad patrem reuersa, quando non dicatur confusa cum illius patrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Dos à Patre libera promissa, libera tradi debet.*
2 *Dos eo magis libera debet dari, quando successit loco legitimæ ob renunciationem isti factam à filia ex causa dotis.*
3 *Nec pater eo casu aliquod onus super illa imponere potest.*
4 *Dos sortitur naturam legitimæ post obitum patris.*
5 *Dos sortitur naturam legitimæ etiam in vita patris, quando pater dotat filiam in recompensam portionis hæreditatis, & legitimæ.*
6 *Dos vigore Statuti Vrbis dicitur subrogata loco legitimæ.*
7 *Dos reuersa ad patrem ob dissolutionem matrimonij confunditur cum patrimonio illius, quod procedit si filia cum fratribus ad hæreditatem succedere velit.*
8 *Dos libera promissa in primo matrimonio libera repetitæ censetur in secundo.*
9 *Fabr. in suo C. tit. 14. lib. 5. diff. 4. vers. sed tamen opinio, quod pro dote de æquitate dari debent fideiussores, est reiecta, & contra communem DD. sententiam, & n. 10.*
11 *Dos sine culpa à filia amissa, denuo à patre constituenda venit.*
12 *Dotis assecuratio potest tantum peti si vir vergat ad inopiam.*
13 *Pro dotis restitutione possunt alienari bona fideicommisso ascendentis obnoxia.*
14 *Auth. resque C. commun. de legat. non procedit, quando à principio fuit notum fideicommissum, & nihilominus non fuit Curatum dotem reinuestiri.*
15 *Pro dotis restitutione possunt bona fideicommissaria alienari etiam concurrente scientia à principio, quod fideicommissum adesset.*
16 *Hoc ampliatur, quando in fideicommisso non fuit prohibita alienatio, seu restitutio ex causa dotis.*

DECISIO CCLXVII.

MARCHIO Asdrubal Matthæius nuptui tradidit D. Mariam eius filiã Marchioni Io: Paulo de Pepulis cum dote scut. 30. m. quam dotem d. Marchio Pepulus restituere promisit tam constante, quam soluto matrimonio eidem D. Mariæ, vel illis, quibus de iure, & ipsa Maria renunciauit omnibus bonis, & successionibus paternis, maternis, fraternis, auitis, & omnibus, & quibuscumque alijs bonis, & successionibus præsentibus, & futuris, nec non etiam iuri legitimæ, & omni alij, quod prætendere posset.

Defuncto postmodum Marchione Pepulo, D. Maria secundo nupsit D. Marchioni Ruino cum eadem dote, quam cũ Marchio Asdrubal in tot locis montium inuestitam pro assecuratione eiusdem dotis tradere vellet, Marchio Ruinus recusauit illam sic vinculatam recipere prætendens illam habere liberam: Vnde contigit dubitari, an illa debeatur libera, vel inuestita, & DD. liberam deberi responderunt.

Ea moti ratione, quia dum in Instrumento Constitutionis dotis de illa reinuestienda, vel assecuranda actum non fuerit, sed illam dictus
1 Marchio Mattheius liberam † soluere promiserit, sequitur nec reinuestimentum, nec assecurationem de iure prætendi posse, *vt tot. tit. C. ne fideiuss. vel mand. dot. dent. & fuit resolutum in nullius dotis 15. Decemb. 1597. coram Litta, & respondit Cæs. Manent. cons. 65. num. 8. & seqq.*

Eoque minus, quia dos fuit correspectiua prædictæ renunciationi factæ per filiam, quo
2 casu successit † loco legitimæ, & in proprium patrimonium filiæ transiuit, *Card. cons. 111. n. 1. & 2. Aym. cons. 34. num. 4. & 5. & 543. num. 1. 5. & 6. Castr. cons. 372. nu. 4. lib. 1. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 3. glos. 7. num. 67. vers. neque etiam*; taliter, 3
3 quod † Pater nullum super ea potest imponere onus, *Bart. in l. post. num. 23. vers. nota quod dicit, iuncto vers. præterea per hanc stipulationem, ff. solut. matrim. Gratian. discept. forens. cap. 882. nu. 13. Rot. dec. 156. num. 3. par. 2. diuers.*

Nec obstat, quod dos sortiatur naturam le-
4 gitimæ † post mortem patris, non autem ipso viuente, *Seraph. dec. 815. num. 4. Rot. dec. 708. n. 3. ad med. par. 1. rec.* quia contrarium venit dicendum, quando ipsemet pater dotat filiam in recompensam portionis hæreditatis, & legitimæ (prout hic) tunc enim censetur præuenisse in vita, quod facere tenebatur post mor-
5 tem, & tempus traditionis dotis † censetur subrogatum loco temporis mortis patris, *iux. doctr. Bald. in l. cum oportet, §. non autem num. 8. C. de bon. quæ liber. Castr. cons. 372. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 616. num. 6. Bellon. sen. cons. 15. num. 18. Fontanell. de pact. nupt. par. 1. claus. 9. glos. vnic. nu. 27. & seqq. & 54. Gratian. discept. forens. cap. 270. numer. 27. & cap. 692. num. 17. Seraph. d. dec. 815. in fin.*

Nec

Nec pariter dicatur prędictam renunciationem non plus operari, quam Statutum, & sic seruire de vento, cum filia per Statutum esset exclusa à successione omnium prędictorum; quia pręmisso, quod Statutum reseruat filię ius petendi supplementum legitimę, quod tamen per renunciationem, de qua supra fuit remissum, & sic renunciatio plus operatur, quam Statutum. Responsum fuit, quod siue attendatur renunciatio, siue sola dispositio Statuti, semper erit verum, quod hęc dos
6 successit loco legitimę etiam in vita patris, & transiuit in proprium patrimonium filię, quia idem Statutum subrogat dotem loco legitimę, *Gratian. discept. forens. cap. 700. num. 29. & 30. & cap. 882. num. 36. Rot. dec. 540. num. 1. & 5. & decis. 538. num. 5. par. 1. diuers. & decis. 408. num. 2. par. 2. rec.*

Minus releuat, quod pars d. dotis per obitum primi viri reuersa fuerit ad patrem, qui propterea iterum dotando potest petere assecurationem.

Placuit enim responsio, quod etiam si tota dos fuerit reuersa ad patrem, non tamen dici potest confusa cum patrimonio illius, taliter, quod ab illius voluntate pendeat illam inuestitam restituendi; quia in tantum dos reuer-
7 sa confunditur, † in quantum filia communicando dotem vult vna cum fratribus ad hęreditatem succedere iuxta opinionem *Castr. in l. fin. num. 7. vers. secundum tempus iuncto vers. est tertium tempus C. comm. quem sequuta fuit Rota in Romana dotis de Puliaschis, Lunę 18. May 1630. coram me*. Applicando igitur conclusionem, cum filia vsque à principio renunciauit successioni, & dote contenta fuit, sequitur dotem per reuersionem non fuisse confusam, quia voluntas filię vsque à principio confusioni prędictę prębuit impedimentum; vnde sequitur, quod pater restituendo dotem filię secundo nuptę, non possit illam immutare, nec petere assecurationem, sed sicuti liberam promisit in primo matrimonio, liberam pariter restituere debet in secundo, in quo repetita
8 censetur cum eisdem † qualitatibus, *iuxt. text. in auth. sed quamuis, C. de rei vxor. act. Rol. de lucr. dot. q. 75. num. 1. & seq. Gratian. discept. forens. c. 882. num. 6. Rot. dec. 156. num. 1. & seq. par. 1. diuers. Greg. dec. 173. num. 9.*

Nec obstat opinio Fabri in suo *C. tit. 14. lib. 5. diff. 4. vers. sed tamen*, vbi quod pro dote
9 de ęquitate dari debent † fideiussores, & quod *tit. C. ne fideiuss. vel mand. dot. dent.* procedit in vxore, videlicet, quod ipsa non possit petere fideiussores, nō autē in patre, quia pręterquā quod doctrina Fabri non applicatur, cum loquatur de dote tradenda in primo matrimonio, non autem de illā restituendo in secundo matrimonio, quando in primo dos libera tra-
10 dita fuit (prout hic.) Opinio illius † est contra *gloss. in l. 1. in verb. vel fortè C. ne fideiuss. vel mand. dot. dent.* & contra communem opinionem, vt testatur *Ias. in l. si constante num. 60. ff. sol. matr. Bald. Nouell. de dot. par. 1. in princ. priuil. 21. num. 12.*

Neque obstat, quod patris intersit assecurare dotem propter periculum iterum dotandi,
11 si dos † sine culpa, vel dolo filię pereat iuxta opinionem, *Alex. in l. si cum dotem, §. si post solutum num. 6. ff. solut. matrim. Iacob. Canc. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 18. ver. pro his in fin.* quia prędi-
12 cta benè procederent, † si vir vergeret ad inopiam, tunc enim non solum pater, sed ipsa mulier potest petere assecurationem, secus verò quando non constat de vergentia (prout hic) *Alex. in l. si constante num. 19. Ias. num. 13. ff. solut. matr. Gratian. discept. forens. cap. 100. num. 3. & cap. 689. num. 34. Put. decis. 264. num. 4. lib. 5. Rot. dec. 292. num. 1. par. 1. rec.*

Minus obstat, quod in patrimonio Marchionis Ruini adsint fideicommissa, quia vltra quod adsunt etiam bona libera, vt patet ex pluribus Instrumentis datis in eius Summario, fuit responsum, quod dato etiam, quod non adesent nisi bona fideicommissi, adhuc tamen ex eis posset in subsidium fieri restitutio dotis, quamuis essent prohibita alienari,
13 cum agatur de fideicōmisso facto † ab ascendente, prout disponit *text. express. & gloss. in auth. res quę, C. comm. de leg. Fusar. de subst. q. 532. nu. 1. Rota coram Seraph. dec. 678. num. 5. & coram Greg. XV. decis. 266. num. 1. & seqq. in Romana dotis 30. May 1618. coram Eminentissimo D. Card. Verospio, & in Recanaten. fideicomm 15. Aprilis 1630. coram R. P. D. meo Merlino.*

14 Denique non obstat, quod *auth. res quę*, non procedat, quando mulieri à principio notum fuit fideicommissum, & nihilominus non curauit dotem inuestiri, quia vltra quod dos fuit iam per d. Mariam constituta, & promissa D. Marchioni Ruino libera, & partim soluta, antequam superueniret notitia fideicommissi, contraria opinio est magis vera, & recepta, quod scilicet possit fieri restitutio dotis ex bonis fideicommissarijs ad fauorem mulieris, li-
15 cet † à principio sciuerit fideicommissum adesse, vt per *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6. nu. 10. col. 3. ad fin. illius num. vers. ego opinor ignorantiam. Peregr. de fideic. art. 42. num. 17. ad med. Thes. decis. 151. num. 4.* vbi de ęquiori in iudicando amplectenda, *Menoch. cons. 33. nu. 35. & seq. lib. 1. Surd. decis. 62. num. 35. ad med. & seqq. Fusar. de substitut. q. 532. num. 15. Intrigl. dec. 4. nu. 23. lib. 1.* Maximè
16 quando (vt hic) non est † prohibita alienatio, seu restitutio ex causa dotis; nam tunc pręsumitur Testatorem voluisse, vt dos restitueretur etiam ex fideicommisso, quę causa iuncto fauore mulieris, & dotis propter publicam vtilitatem, vt matrimonia contrahantur, pręponderat cuicumque priuato pręiudicio vocatorum, *Peregr. d. art. 42. num. 5. Menoch. d. cons. 33. num. 15. lib. 1. Gratian. disc. 331. n. 8. & 11.* Quinimò cum ista exceptio respiciat ius substitutorum adhuc non purificatum, non est admittenda, *Peregr. cons. 49. num. 7. lib. 4. Rot. dec. 265. n. 3. par. 1. recen.*

Et ita vtraque &c.

BONO-

BONONIEN. EXEQVVTIONIS, SEV Pœnæ conuentionalis de Leonoris.

Veneris 3. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Euictio ex quibus probata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Euictio probatur ne dum per sententias.*
2 *Sed etiam per realem rei euictionem, & executionem bonorum iam consummatam vigore sententiarum.*
3 *Obligatio fideiussoris, seu releuatoris intelligitur de euictione valida, & iusta.*
4 *Euictionis iustitia resultat ex decisionibus illam canonizantibus.*

DECISIO CCLXVIII.

SENTENTIAM Rotalem, qua fuit relaxatum mandatum exequutiuum de associando contra D. Honorium Beatum super prædio S. Aegidij, de quo agitur, dixerũt DD. esse confirmandam, moti ex his, quæ optimè deducta fuerunt in duabus decisionibus factis coram R. P. D. meo Pirouano sub diebus 7. Febr. 1628. & 16. Febr. 1629. in quibus fuit resolutum constare de re iudicata, quæ veniat exequenda, & sic relaxandum esse mandatum de associando.

1 Verè enim euictio † prædiorum Argilis, & Cappellani probata remanet non solum per sententias obtentas per DD. de Leonorijs, *l. qui rem, l. qui non iniuria, l. empti actio, C. de euict. glos. in l. atqui natura, §. cum me absente, verb. com-*
2 *mittat, ff. de neg. gest.* Sed † etiam per realem rei euictionem, & exequutionem bonorum iam consummatam vigore dd. sententiarum, & mandati immissiui in dd. bona, *l. si sensum, & ibi glos. & DD. ff. de act. empt. Ias. in l. quoties, n. 48. C. de rei vend. Alex. cons. 4. nu. 1. lib. 3.* Vnde cum Beatus iudicialiter se obligauerit relaxare d. prædium S. Aegidij casu, quo sequeretur euictio, & d. conditio vigore rei iudicatæ fuerit iam purificata, benè sequitur, quod præcepta exequutiua erant contra ipsum Beatum relaxanda, & sic sententia remanet iustificata.

3 Non obstat, quod † obligatio fideiussoris, & releuatoris intelligatur nõ de qualibet euictione, sed de ea, quæ iusta sit, & valida iuxta *cons. Bald. 460. lib. 4.* Euictio autem, de qua agitur, iniusta, & inualida prætendatur. Quia vltra quod in hoc iudicio stante clausula (non retardata exequutione, non est videndum de validitate, & iustitia d. euictionis, satis super-
4 que de illa † constare visum fuit ex decisionibus factis coram R.P.D. meo Queipo, in quibus benè firmatur iustitia d. euictionis.

Et ita vtraque &c.

SPOLETANA PENSIONIS.

Veneris 10. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Pensionarius tenetur iustificare narratiuam valoris etiam si sit in quasi possessione exigendi: Et quid si accesserit consensus titularis.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius agens pro consecutione pensionis tenetur iustificare narrata in gratia reseruationis.*
2 *Pensionarius narrans beneficium ascendere ad ducatos 140. tenetur ad valoris narrati iustificationem etiam si sit in quasi possessione exigendi.*
3 *Pensionarius tenetur ad iustificationem valoris narrati contra successorem in beneficio non obstante consensu antecessoris in pensionis reseruatione.*
4 *Narrans beneficiũ esse pensione grauatũ non dicitur fateri pensionem esse validam, sed solum affirmat factum non autem legitimè factum.*
5 *Resignatarius non potest contrauenire consensui à resignante præstito quando fuit correspectiuus.*

DECISIO CCLXIX.

FVIT dubitatum, an sententia A. C. qua Ioseph Dragonius Pensionarius fuit absolutus à petitione D. Eusebij Anchaiani Titularis beneficij de quo agitur, sit iusta, vel iniusta; cuius resolutio cum pendere videretur ex eo, videlicet, an dictus Pensionarius teneatur nec ne iustificare gratiam iuxta narratiuam valoris super qua fundatur validitas pensionis DD. pro nunc firmarunt dictum Pensionarium teneri ad huiusmodi iustificationem.

Certum siquidem est, quod Pensionarius
1 agens † pro consecutione pensionis tenetur iustificare narrata in gratia reseruationis, *Abb. in cap. querelam num. 12. de elect. Garz. de benef. p. 1. cap. 5. num. 424. Mantic. decis. 196. num. 3. & fuit dictum in Salamantina Pensionis 20. Martij 1593. coram Gypsio, & aliàs sæpè.* Vnde cum per dictũ Iosephum fuerit Papæ narratum talem Canonicatum ascendere ad valorem 140. ducat.
2 auri de Camera, † tenetur absque dubio ad huius valoris iustificationem etiam si sit in quasi possessione exigendi, vt fuit dictum in *dicta Salamantina Pensionis, & in vna Oscen. Pensionis 27. Iunij 1601. coram Reuerendissimo P. D. meo Decano.*

Non obstat consensus prꝺstitus à Petro antecessore Eusebij, quia dictus consensus non potest præiudicare ipsi Eusebio successori in beneficio, cum ipse non habeat causam à dicto Petro consentiente, sed à Papa & propterea adhuc contra ipsum est necessaria iustifi-
3 catio † narratorum *Seraph. decis. 1022. Guidopap. decis. 541. Garz. loco sup. cit. num. 448.*

Nec obstat Pensionarium releuari ab onere probandi valorem ex eo, quod Eusebius in impetratione beneficij narrauit Canonicatum esse grauatum hac pensione, ac proinde videatur illi consentire adeò vt Pensionarius

non sit ad aliam iustificationem compellendus: Quia benè applicantur in casu nostro, quæ fuerunt ponderata in allegata *Auersana Pensionis 27. Martij 1626. coram R.P.D. meo Merlino*, quam postea sequuta fuit *Rota coram Reuerendiss. P.D. meo Decano in Meliten. Pensionis 7. Iunij & 6. Nouembris 1630*. Quod scilicet narrans
4 beneficium † pensione grauatum non dicitur fateri pensionem esse validam, sed solum affirmare censetur factum, non autem legitimè factum, quod optimè comprobatur exemplis in dd. decisionibus adductis.

Nec in casu præsenti applicatur allegata decisio in *Toletana Pensionis prima Iulij 1630. coram eodem R.P.D. meo Merlino*, quia in casu illius decisionis Resignationis, qui litteras expediuerat, & illarum vigore beneficij possessionem adeptus fuerat, idem erat, qui narrauerat beneficium pensione grauatum, qui propterea habens causam à Resignante non poterat contrauenire consensui ab eodem resignante præstito, & cũ fuerit correspectiuus, & in vno eodemque actu, & indiuiduo con-
5 textu, vnus, & idem dicebatur† consensus resignantarij *Put. decis. 511. na. 2. & 3. lib. 2. Caual. decis. 26. num. 3*.

Cæterum ad iustificandum huiusmodi valorem afferebantur nonnullæ probationes pro parte Iosephi, quæ quia non visæ fuerunt sufficientes mandarunt DD. vt illæ coadiuuentur.

Et ita vtraque &c.

BENEVENTANA SALIVM.

Mercurij 15. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Sententia valida & iusta confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ desumitur si concurrant requisita de quibus per* Caputaq. decis. 260. par. 2.
2 *Iustitia sententiæ deprahenditur ex decisionibus in causa editis.*

DECISIO CCLXX.

SENTENTIAM Rotalem reuocatoriam alterius Vicarij Archiepiscopi Beneuentani, qua fuerat pronunciatum benè fuisse appellatum, & malè iudicatum per Vicarium Temporalem Regiamque Cameram Ciuitatis Neapolis non attentasse. Dixerunt DD. esse confirmandam tanquam validam, & iustam.
1 Pro validitate † enim concurrunt omnia requisita per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*
2 Iustitia verò patet † ex duabus decisionibus emanatis coram R.P.D. meo Pirouano, prima scilicet sub die 15. Decembris 1631. altera 29. Martij 1632. in quibus benè firmatur, quod cum Vitus-Antonius intentasset iudicium contra Arrendatarios super redditione rationis administrationis salis coram Vicario Temporali Beneuentano, illoque adhuc coram eo pendente non poterant Arrendatarij pro summa per eos prætensa ratione d. administrationis præfatum Vitum, & Augustinũ eius fideiussorem citrà vitium attentatorum Neapoli in Regia Camera conuenire, quia vbi Iudicium fuerat inchoatum, ibi terminandum erat, & propterea omnia acta in d. Regia Camera contra prædictos Vitum, & Augustinum vna cum exactione pecuniarũ inde sequuta fuerunt nulla, & attentata, sententiaque Vicarij Archiepiscopi confirmatoria prædictorum iure meritò fuit per sententiam Rotalem reuocata.

Et ità vtraque &c.

OVETEN. BENEFICII.

Mercurij 15. Decembris.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica quando fuit iustificata debet executioni demandari.

SVMMARIVM.

1 *Littera Apostolica ob sui reuerentiam habent executionem paratam.*
2 *Immissio non potest denegari prouiso Apostolico habenti suam gratiam iustificatam.*
3 *Obitus possessoris beneficij in tali mense probatur per testes deponentes illum vidisse mortuum & interfuisse sepulturæ.*
4 *Liber nuncupat. il Perobitum qui est in Dataria & in quo adsunt descripti omnes Episcopi qui gaudent alternatiua ad prædictum effectum benè probat.*
5 *Papæ assertioni quoad idoneitatem prouisi statur.*
6 *Valor per testes probatur.*

DECISIO CCLXXI.

VACANTE in Ecclesia Cathedrali Oueteñ de mense Septembris 1629. Sedi Apostolicæ reseruato: propter alternatiuam acceptatam ab Episcopo eiusdem Ecclesiæ. Canonicatu per obitum q. Garziæ de la Madriz fuit de eo à Sede Apostolica prouisus D. Augustinus Rodriquez, qui in partibus fuit impeditus à Ioanne Gudril prouiso ab Ordinario capere eius possessionem; quare hodiè fuit dubitatum, an ei esset danda immissio, & DD. affirmatiuè responderunt, quia illius gratia visa fuit in omnibus iustificata, & ita
1 cum litteræ Apostolicæ † ob sui reuerentiam habeant exequutionem paratam *gloss. in cap. si capitulo in ver. exequatur de conceß. præben. in sexto Mohed. decis. 13. de lit. pend. Rot. decis. 45. num. 1. & 633. num. 2. par. 1. recent.* non potest ei denegari
2 immissio † *Gig. de pens. q. 85. num. 2. Rot. decis. 57. & 615. num. 2. par. 2. rec.*

Probatur siquidem obitus Garziæ vltimi possessoris de dicto mense Septembris rese-
3 ruato Sedi Apostolicæ per testes, † qui vide-

runt

runt illum mortuum, & interfuerunt sepulturæ, quæ probatio est sufficiens *Seraph. decis. 1199. num. 1. Cassad. decis. 3. de probat. Corn. consil. 10. num. 2. lib. 1. Rot. decis. 17. nu. 1. & decis. 49. nu. 2. par. 2. recent.*

Reseruatio etiam propter alternatiuam acceptatam ab Episcopo Oueten. benè probatur ex libro Datariæ existente penes officialem vulgò nuncupat. il Perobitum, in quo sunt descripti omnes Episcopi, qui alternatiuam
4 acceptarunt, † qui quidem liber ad hunc effectum benè probat, *Rot. decis. 419. in fin. lib. 3. par. 3. diuers. Capataq. decis. 77. lib. 1. in manuscript.*

Idoneitas quoque dicti Augustini remanet
5 probata ab assertiua Papę, † cui statur *Rot. decis. 613. num. 5. par. 1. rec.*

Valor denique in gratia expressus scilicet, quòd hoc beneficium non excedat 24. ducat.
6 de Camera bene etiam iustificatur † ex depositionibus dd. testium *Mant. decis. 193. numer. 3. Seraph. d. decis. 1199. num. 4. decis. 572. num. 3. & 4. par. 1. recent.* quorum cum vnus sit præbendatus, & alter Canonicus istius Ecclesiæ benè præsumuntur informati.

Et ità &c.

ROMANA CENSVS.

Veneris 17. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Census resoluitur si fundus censitus remaneat infructiferus ac fideiussores desuper præstiti remanent liberati.

SVMMARIVM.

1 *Census perit si fundus infructiferus fuerit effectus.*
2 *Fideiussoris obligatio finitur per interitum rei pro qua interuenit.*
3 *Census translatus super alio fundo dicitur durare nec eius fideiussores liberantur, & quid si loca montium fuerint subrogata pro euictione areæ redditæ infructiferæ, num. 4.*
5 *Fideiussor nouatione liberatur.*

DECISIO CCLXXII.

CENSVERVNT DD. censum de quo agitur, fuisse extinctum, quia cum vinea, super qua erat impositus, fuerit redacta ad aream propter munimentum Castri S. An-
1 geli, & sic effecta infructifera † census periit, vt clara sunt verba Bullæ san. mem. Pij V. in qua disponitur, quod fundo censuali effecto infructifero census pro rata, vel in totum debet perire *Modern. de censib. par. 3. cap. 1. art. 3. q. 2. per tot. & fuit dictum in causa Rauennaten. Census 88. apud eundem.*

Hinc sequitur quod cum census perierit, cesset quoque obligatio fideiussorum cum
2 obligatio † fideiussoris tollatur, vel finiatur per interitum rei, prò qua fideiussor interuenit, *l. penult. ff. de solut. l. si ex legatis 23. cum seqq. de verbor. oblig. l. 5. §. quod verò senectute l. in rebus in princ. ff. commod. latè Henriq. de fideiuss. cap. 20. §. 27. num. 1.*

Non obstat, quod si census transferatur super alio fundo, census duret nec eius fide-
3 iussores † liberentur *Gregor. XV. decis. 60. & dec. 445. Gratian. discept. 943. num. 24. lib. 5.* quia huic motiuo dupliciter fuit responsum. Primo quod nos non versamur in casu isto, cum loca montium fuerint subrogata pro euictione areæ, non autem census fuerit translatus in
4 dd. loca montium, † & sic creditoribus quoad dd. loca Montium remanet ius saluum, quoad repetitionem sortis, & quoad fructus interim decursos. *Nauar. super Constit. Pij V. de censib. q. 225. num. 118.* & benè ad propositum *Caphal. cons. 20. num. 8. cum seqq.*

Secundo respondetur, quod loca montium pro re stabili, non tamen sunt res propriè stabiles; vndè in hac parte facta est nouatio, ideoque fideiussores remanent liberati, fide-
5 iussor enim † nouatione liberatur cum scilicet prioris debiti in aliam nouam obligationem vel ciuilem, vel naturalem fit transfusio, & translatio, modò ipse in sequenti non se obligauerit, *l. nouatione ff. de nouat. l. nouatione C. de fideiuss. l. vbicumq. 60. ff. eodem l. 1. & 2. ff. de nouat. latè Henriq. de fideiuss. cap. 20. §. 3. num. 1.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA NVLLITATIS CONTRACTVS.

Lunæ 10. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Decretum Iudicis ex falsa causa interpositum corruit, mater si transeat ad secundas nuptias an possit prætendere legitimam in bonis filiorum mortuorum, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis decretum interpositum ex falsa causa est inualidum & nullum.*
2 *Mater si de tempore obitus filiorum conuolauerit ad secundas nuptias ei non debetur legitima.*
3 *Intellige existentibus alijs filijs de primo matrimonio.*
4 *Quia & hoc casu mater habebit solum in ea vsumfructum qui per eius obitum expirabit.*

DECISIO CCLXXIII.

CVM decessisset Franciscus Sangallus relictis tribus filijs masculis, & Aurelia fœmina Plautilla eius vxor secundo nupsit Iusto, qui dictorum filiorum curam suscepit, ac bona administrauit, ex quibus masculis duobus postea vita functis, & altero Religionem Cappuccinorum ingresso sola Aurelia hæres remansit.

Decessit quoque Plautilla relictis d. Aurelia ex primo, & alij filijs ex secundo matrimonio, quos omnes in sola legitima instituit instituto hærede d. Thoma Iusto eius secun-

do viro, qui à dicta Aurelia quietantiam per Instrumentum publicum de administratis extorsit, nec non sibi consignari fecit scuta 60. ex annua responsione scutor. 150. d. Francisco Sangallo eius Patri debita. Cum autem Aurelia pro nullitate d. Instrumenti ab A. C. sententiam reportasset, fuit ab ea appellatum, & causa mihi commissa. Dubitaui, an dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda; & DD. pro confirmatione responderunt.

Fundamentum resolutionis fuit, quia decretum Iudicis, quod in dicto Instrumento
1 interuenit, fuit interpositum † ex falsa causa, & sic illud remansit inualidum, & nullius roboris, *l. sed & si Præses C. de præd. min. l. 1. §. hæc verba ff. ne fiat ei. Bart. in l. instè ff. de acquir. possess. Alexan. consil. 69. numer. 3. Gregor. decis. 496. num. 11.*

Falsitas verò causæ satis elucescit, quia fuit suppositum, quod legitima fratrum Aureliæ vtrinque coniunctorum iam prædefunctorum ab intestato deuenerat ad Plautillam matrem, quod tamen non subsistit; quia cū
2 ipsa † de tempore eorum obitus ad secundas nuptias conuolasset, d. legitima ipsi non erat
3 amplius debita existente † d. Aurelia filia ex primo viro, vt disponit *text. in l. fœminæ §. illud C. de secundis nupt. §. hinc nos. vers. quod si intestatus auth. de nupt. Aret. cons. 40. Alex. cons. 63. num. 2. lib. 5. Ruin. cons. 86. num. 3. vers. alia etiam ratione lib. 5. latè Menoch. cons. 237. num. 7. & seqq.* solum
4 enim in hoc casu † habere debebat vsumfructum, qui per illius obitum expirauit *d. l. fœminæ, C. de secundis nupt. l. mater C. ad Tertull. Bal. cons. 340. lib. 4. Crauett. cons. 513. & 523.*

Et ità vna tantum &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 14. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Fructus dotis quæ successit loco legitimæ sunt debiti, Quando per acceptationem legati ex causa dotis ad patrem reuersæ nō dicatur filię præiudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Dos succedit loco legitimæ filiæ debitæ in bonis patris.*
2 *Fructus veniunt in legitima.*
3 *Pariterque veniunt in dote, quæ successit loco legitimæ.*
4 *Renunciatio doti non potest fieri per mulierem in præiudicium secundi matrimonij.*
5 *Insinuatio omnino requiritur in renunciatione mulieris prout etiam subscriptio.*
6 *Etiamque in renunciatione cum iuramento.*
7 *Certioratio requiritur in muliere de præiudicio quod sibi ex renunciatione prouenire potest.*
8 *Fructus dotis debentur ad rationem scut. 5. quando fuit reinuestita in stabilibus.*

DECISIO CCLXXIV.

VT sæpius dictum fuit in decisionibus in hac causa factis, Catharina fuit primo nupta Aloysio cum dote scut. 3500. ad quorum computum Antonius eius pater ei assignauit domum magnam pro scut. 2500. pro residuo autem assignauit nonnulla credita, quæ ipsemet Antonius exegit, de illorumq; pretio domunculas emit. Posthæc decessit dictus Aloysius sine filijs; vndè d. dos reuolauit ad ipsum Antonium patrem Catharinę qui Antonius durante viduitate Catharinæ ex hac vita migrauit, relicta iure legati domo magna Catharinę, deindè ipsa Catharina secundo nupsit Puliasco cum dote scut. 4000. ad cuius computum dedit domum magnam & Clarix eius filia ex persona ipsius Catharinæ egit pro residuo, quod ei per plures decisiones fuit dictum deberi. Hodiè fuit dubitatum, an ei d. residui fructus deberentur, & ad quam quantitatē, DD. censuerunt illos ei deberi à die obitus d. Antonij patris Catharinæ vsque ad præsens ad rationem quinque pro centenario.

1 Et moti fuerunt ea ratione, quia dos † successit loco legitimæ debitę Catharinæ in bonis Antonij patris, *Rot. decis. 538. sub num. 3. & 5. & decis. 540. ante num. 4. par. 1. diuers.* & ità si-
2 cuti in legitima † veniunt fructus *auth. nouissima, & ibi DD. C. de inoff. testam. l. Papinianus §. vnde si quis ff. eodem tit. glos. in l. in fideicommissaria in glos. 1. ad fin. ff. ad Trebell.* & ibi declarat *Bald. in l. non est C. fam. hercisc.* vbi concludit hoc esse verum, etiam si tales fructus essent consumpti ab hærede bona fide possidente, eodem etiam modo debentur fructus dotis, quæ suc-
3 cedit loco d. legitimæ cū subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cantion. iudic. sisten. c. Ecclesia vt lit. pend.*

Non obstat, quod Catharina acceptauerit legatum ei factum à patre de d. domo, & sic nil ampliùs petere possit, quia huic motiuo iam fuit plenè responsum in *decis. in hac causa facta sub die* 10. *Decembris* 1629. *coram me*, vbi fuit dictum renunciationem factam à Catharina propter d. legati paterni acceptationem non obstare; tum quia non poterat fieri in
4 præiudicium † secundi matrimonij *ad text. in l. de die & l. Attilicinus ff. de pact. dotal. Surd. consil. 78. num. 5. 9. & 10. Vinc. de Franch. decis. 54. num. 4. Afflict. decis. 154. per tot.* tum quia fuit
5 nulla defectu insinuationis, † & subscriptionis iuxta Statutum Vrbis *cap. 149. & 350. lib. 5. Gratian. discept. 358. num. 10. & seq. Gregor. dec. 15. num. 6.* quæ solemnitates necessariò requiri-
6 tur etiam si renunciatio sit facta cum † iuramento, *Rota coram Gregor. XV. d. decis. 15. num. & 7.* tum etiam quia eadem Catharina non fuit certiorata in specie de qualitate legati cū
7 prohibitione nihil amplius petendi, & de præiudicio, quod ei inferebatur circa residuum dotis per talem acceptationem, *l. mater C. de rei vend. Paris. cons. 100. num. 71. lib. 1. Gregor. decis. 179. num. 7.*

Quod

Quod autem fructus debeantur ad rationē quinque pro centenario, ex eo deducebatur, quod residuum dotis, de quo agitur, fuit inuestitum à d. Antonio in tot bonis stabilibus, quæ cum successerint loco quantitatis pecuniæ, censuerunt DD. prædictos fructus deberi ad rationem d. inuestimenti scilicet ad ra-
8 tionem quinque pro centenario, *iuxt. doctrin. gloss. in auth. perpetua C. de sacros. Eccles. Iaf. in l. si fundum per fideicom. num. 5. ff. de leg. 1. Roman. conf. 369. num. 9. vers. si consuetudo Corn. conf. 15. num. 2. lib. 3. Natta conf. 498. num. 10. Crauett. conf. 189. num. 6. in fin. Rot. decis. 552. numer. 2. parte pr. ma recent.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SVMPTVVM LITIS.

Veneris 19. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis quo casu per colliti-gantem sint præstanda.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis sunt subministranda colitiganti pauperi.*

2 *Etiam si non agatur ad vniuersitatem, vel ad maiorem partem bonorum.*

3 *Limita tamen quando pauper actione personali experitur pro aliquo suo credito vel pro aliqua re singulari quam prætendit vti suam.*

4 *Alimenta & sumptus litis vt debeantur requiritur copulatiuè paupertas & bonum ius.*

5 *Rota non solet attendere sententias aliorum tribunalium nisi degustata illarum iustitia.*

6 *Collusio facilius inter hebreos oritur.*

7 *Alimenta & sumptus litis vt sint debita requiritur quod res qua petitur sit fructifera.*

8 *Alimenta & sumptus litis sunt subministranda per diuitem vel ad minus per possessionem quæ sit in statu vt illa valeat subministrare.*

9 *Pauper non tenetur alium alere.*

DECISIO CCLXXV.

SAMVEL Zadich hebreus legauit certam pecuniarum summam societatibus Mortis hæbreorum, quæ pro huiusmodi legati consequutione obtinuerunt subhastari quoddam ius fœnerandi hæreditatis d. Samuelis, cuius deinde pretium acceperunt data fideiussione de restituendo prioribus, & potioribus.

Dulcetta mater d. Samuelis iudicium instituit contra beniamin fratrem, & hæredem d. Samuelis, pro consequutione scut. 4. mil. & vltra à se prætensorum ex causa administrationis tutelæ, quam ipsa gessit per annos 20. super quo sententiam fauorabilem reportauit.

Hodie d. Dulcetta agens contra dd. societates legatarias pro d. suo credito, petijt subministrari sibi alimenta, & sumptus litis; vnde proposito dubio, an ei veniant subministranda; Domini negatiuè responderunt.

1 Quamuis enim colliganti pauperi sint † subministranda alimenta & sumptus litis *l. fi. §. quod si, & ibi Bald. & Salic. C. de ordin. cogn. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 120. num. 2. Verall. decis.*
2 *20. num. 2. lib. 1.* etiam si non agatur † ad vniuersitatem, vel ad maiorem partem bonorum *Rota decis. 748. num. 5. par. 2. recent.* Hoc tamen non procedit, quando pauper actione
3 personali (prout hic) experitur † pro aliquo suo credito, vel pro aliqua re singulari, quam prætendit suam *Lup. in cap. per nostras §. 39. col. 2. de donat. int. vir. & vxor Surd. in. d. quæst. 120. n. 14. Aret. in cap. si quis testium n. 15. de test. ibi tertia Conclusio*; in quibus terminis non loquitur Rota *dicta decis. 748.* quæ ab hac opinione recedere videtur.

Sed vtcumque sit de hoc; vera est conclusio, quod ex parte petentis ne dum requiritur
4 † paupertas, sed etiam præsumptio boni iuris quæ causam præbeat alimenta decernendi *arg. l. si instituta §. si de inofficioso ff. de inoff. test. Lup. in d. §. 39. col. 2. Surd. d. quæst. 120. num. 9. Seraph. dec. 1098. num. 1.* quæ tamen præsumptio hic non visa fuit probari.

Non obstat sententia lata pro Dulcetta, ex qua videtur talis præsumptio probari posse; tum quia illa non fuit habita in consideratione, ex quo non fuerunt transportata illius acta,
5 ex quibus † Rota potuerit degustare illius iustitiā tum etiā quia talis præsumptio eliditur ex contraria præsumptione collusionis. Etenim cum d. sententia sit lata inter matrem, & filium insimul cum ea habitantem, qui non appellauit, nec causam defendit, & cum quo d. Dulcetta prius substinuerat litem contra dd. Societates super prætensa nullitate subhastationis, cumque etiam agatur de hæbreis,
6 oritur non leuis † suspicio collusionis.

Requiritur vlterius quod res, de qua agitur
7 sit fructifera, cum † alimenta ex fructibus rei, quæ agitur, mensurentur *Ang. in l. quibus bonis num. 2. ff. de cess. bon. Bald. in l. voluntatis num. 4. C. de fideicom. Roman. conf. 110. num. 31. Rot. decis. 470. num. 5. par. 2. rec.* Cum autem dd. Societates conueniantur solum ratione iuris fœnerandi Samuelis, ex pretio cuius habuerunt legata sibi relicta pro erudiendis pueris, que non sunt magni momenti, non visum fuit posse ex eo tamquam re fructifera alimēta subministrari.

Demum requiritur, quod altera pars, contra quam petuntur alimenta, sit diues, vel
8 saltem † in statu, vt possit alimenta subministrare *Couarr. pract. quæst. cap. 6. num. 5. Rota d. decis. 470. num. 6.* Vnde cum dd. Societates diuites non probentur, imò præsumantur nihil de proprio habere, sequitur conclusio, quod pau-
9 per alium † pauperem alere non teneatur *l. non quemadmodum ff. de libr. agnosc. glos. in l. si quis à liberis §. si mater. verb. necessariò ff. eod. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 8. num. 1.*

Et ità vtraque &c.

FIRMANA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 24. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Prouisio Papæ de beneficio Iurisp. quando non dicatur subreptitia ex eo quod prouisus exposuerit se præsentatum, & tamen non habet nisi patronorum nominationem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est valida si concurrunt requisita de quibus per Cuputaq.* decis.260. par.2.
2 *Iustitia sententiæ patet ex decissionibus in causa factis.*
3 *Datarius repræsentat personam Pontificis.*
4 *Papa prouidendo beneficium de iurepatronatus nihil aliud considerat nisi consensum patronorum.*
5 *Papa prouidendo beneficium iurispatronatus sub narratiua præsentationis sufficit pro iustificatione narratiuæ nuda nominatio, & consensus patronorum siue antecedat, siue subsequatur.*

DECISIO CCLXXVI.

SENTENTIAM Rotalem, qua fuit pronunciatum, gratiam D. Abb. Francisci Panici esse in omnibus iustificatam, dixerunt DD. esse confirmandam.

De eius namque validitate visum fuit dubitari non posse; quia concurrunt in ea om-
1 nia requisita,† de quibus *Verall. dec.260.par.2.*
2 Iustitia verò etiam patet ex his,quæ † optimè deducta fuerunt in duabus decisionibus coram R.P.D.M. Ghislerio emanatis, in quibus omnia in litteris narrata visa fuerunt sufficienter iustificata.

Non obstat, quod non constet de præsentatione Patronorum legitimè facta in personam d. D. Panici, & sic gratia eius quoad hoc non sit iustificata; quia vt dicitur in secunda decisione cum D. Panicus exhibuerit coram Datario Instrumentum suæ præsentationis, illiusque vigore obtinuerit prouisionem,satis
3 dicitur de illa constare, cum Datarius†in istis materijs repræsentet personā Pontificis *Paris. de resign.lib.*11.*quæst.*13.*num.*117.*cum alijs alleg. in dd. decis.*

Nec obstat id, quod dicebatur, tale scilicet instrumentum fuisse potius instrumentum nominationis, quam præsentationis, ac proindè non suffragari; quia (vt fuit dictum in secunda decisione) cum in hoc casu agatur solum ad effectum nouæ prouisionis Apostolicæ, ad quem effectum Papa nihil aliud con-
4 siderat, † nisi consensum Patronor. *Rota decis.* 10.*num.*5.*de iurepatronat. in nou. Seraph.dec.*1165. *n.*12. ista expressio non causat subreptionem, nec impedit,quin noua prouisio substineatur, *vt firmat Achil. decis.*12.*num.*3. *de iurepatron.*

Quando enim Papa prouidet de beneficio Iurispatronatus sub narratiua præsentationis. sufficit pro iustificatione narratiuæ nuda nominatio,& consensus patronorum vndecum-
5 que collectus,siue antecedat, † siue subsequatur. *Canal.decis.*28. *num.*4. *Achil.d. decis.*12.

Non obstant articuli exaduerso in actis producti ad probandum prætensum stylum Datariæ,nunquam scilicet requiri huiusmodi instrumenti exhibitionem, sed prouisionem pro præsentato semper fieri ad narratiuam Oratoris asserentis se infrà legitima tempora præsentatum,& sic gratiam D.Panici asserentis se infrà legitima tempora præsentatum non esse iustificatam.

Tum quia super dictis articulis nunquam fuit examinatum; tum etiam quia datur à D. Panico fides officialium Datariæ contrarium attestantium; tum demum quia etiam si probaretur non adfuisse præsentationem,sed tantum nominationem, adhuc gratia non esset subrèptitia, cum (vt dictum fuit supra) sola nominatio ad Apostolicam prouisionem substinendam sufficiat; nam cum intentio Papæ in hoc casu sit non præiudicare patronis, satis est, quod constet de eorum consensu siue ex instrumento præsentationis, siue ex instrumento nominationis ex alleg. in dd. decis.

Reliqua, quæ opponebantur, & præcipuè circà iustificationem valoris, & pertinentiam iurispatron. de quo agitur iam fuerunt in dd. decisionibus sublata: cumq; hodie nihil noui exaduerso adducatur,visum fuit in illis persistendum.

Et ita vna tantum &c.

VERVLANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 28. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ex quibus demonstrationibus probetur Is tenetur idētitatem bonorum probare cuius facto euenit confusio.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum vt probetur sufficiunt duæ tantum demostrationes.*
2 *Demostrationes non concludunt identitatem bonorum si alijs bonis conueniant, & num.3.*
4 *Bonorum confusione stante concludens debet esse probatio identitatis nec suffragantur demostrationes aequiuocae.*
5 *Bonorum confusio vbi ex alienius facto processit ei incumbit onus probandi antiqua confinia.*
6 *Dolus actoris non debet extendi ad successores.*

DECISIO CCLXXVII.

IOANNES de Amatis vigore fideicommissi q. Bartholomei eius aui paterni *ex remed. l.fin.C. de edict.Diu.Andr.toll.*fauorabilem à D. de Rosis obtinuit sententiam, per quam ei concessa fuit Immissio in possessionem tenutæ nuncupatæ il Colle Mausoleo per DD. de Filonardis tertios possessores detentæ.Causa postmodum in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, mihique commissa, dubitaui an d. sententia esset confirmanda, vel infirmanda.

Pro

Pro Infirmatione pro parte dd. de Philonardis plura allegabantur, & præcipuè vltra nullitatem ex defectu citationis dicebatur sententiam esse iniustam; primò quia non fuit probata identitas bonorum, secundò quia erant prius faciendæ detractiones, quæ Prospero fiso fideicommittentis, & auctori dd. de Philonardis competebant tertio ex quo prædictus Ioannes vti hæres eiusdem Prosperi venditoris bonorum controuersor. non potuit alienationem, per eum factam ad fauorem prædictorum de Philonardis impugnare, cum vires hęreditatis suppetant.

Verum DD. omissis alijs solummodo insteterunt super identitate bonorum de qua minime constare responderunt, ea moti ra-
1 tione, quia licet ad illam † probandam plures concurrant demonstrationes, quarum duæ tantum regulariter sufficiant iuxtà theoricam *Bart. in l. demonstratio falsa n. 14. & seq. ff. de cond. & demonstr. Crauet. consf. 112. num. 3. Surd. consf. 44. num. 20. Rota coram Greg. XV. decis. 575. num. 4.*
2 *cum seq.* tamen cum prædictæ demonstrationes etiam alijs bonis in eadem tenuta sitis conueniant, non concludunt identitatem, quæ plenè probari debet *Rot. dec. 295. num. 8. & seq. par. 1. recent. Cranett. consf. 293. num. 7. Rota in Nucerina Praedij 25. Iunij 1618. coram bo: me: Sacrato, & in Ariminen fideic. 20. Iunij 2622. coram bo: me: Buratto.*

Maximè cum in præsenti casu contraria concurrat præsumptio ex eo desumpta, quod testes pro parte Ioannis examinati vno ore concludunt fideicomittentem in d. tenuta Mausulei vnicum tãtum prædium possedisse, & tamen ex depositionibus eorumdem testiũ ex Inuentario, & ex confinibus specificatis in eadem sententia, de qua agitur constat Ioannem vnum prædium in eadem tenuta possidere, vnde nisi doceat de titulo suę possessio-
3 nis † semper contra eum militat præsumptio, quod d. prædium sit illud idem, quod à fideicomittente possidebatur. *Bald. cons. 89. num. 4. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 44. num. 22. & consf. 48. n. 2. & 13. lib. 1. Natt. consf. 235. num. 17. Rot. dec. 13 t. suo num. 5. par. 2. recent. Marescott. var. resol. lib. 1. c. 12. num. 36. & 49.*

Quæ omnia eo fortius visa fuerunt in præsenti casu procedere, quia prædium super quo fuit data Immissio, non reperitur distinctum, & separatum ab alijs, prout à Ioanne non controuertitur, sed illud fuit confusum, & incorporatum cum alijs prædijs, vndè hac
4 stante† confusione concludens debet esse probatio identitatis, nec dd. demonstrationes vti æquiuocæ sufficiunt *Crauett. d. consf. 293. num. 7. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 22. & melius n. 32. & 33. Rota d. decis. 295. n. 8. & 9. par. 1. recent.*
5 Nec obstat replicatio, quod confusio† processerit facto dd. de Philonardis emptorum, quo casu eis incumbit onus confinia antiqua probandi, nisi immissionem pati velint in totum corpus bonorum iuxta opinionem *Angel. in l. si in rem num. 4. ff. de rei vendic. fusar. de substit. quæst. 618. num. 49. Addi. ad Greg. dec. 575. num. 11. in fin. Rota in Bononien. fideic. de desiderys 7. Maij 1629. coram R. P. D. M. Merlino.*

Etenim placuit responsio, quod cum confusio primæua fuerit facta à Prospero præd. Ioannis patre, qui plura bona emit, & simul incorporauit, illaque postea sic incorporata vendidit Philonardis, confusio prædicta non potest dd. Philonardis præiudicium afferre, & ratio est, quia pęna, quæ per confusionem irrogatur, fundatur in dolo, vel præsumpta culpa eius, qui malitiosè confinia mutauit, qui
6 quidem dolus † licèt cadere potuerit in Prosperum emptorem dd. bonorum, non tamen extendi potest in Philonardos successores, qui propterea ad dd. cõfinium indicationem non tenẽtur *Alberic. in l. si in rem num. 5. in fin. ff. de rei vendic. Ang. loc. supra cit. num. 4. Rota in Tudertina fideic. lunæ 16. Iunij 1608. coram bo: me: Manzanedo, & in Romana de Spinosis 10. Maij. 1623. coram R. P. D. meo. Pirouano.*

Et ità vtraq. &c.

FAVENTINA, seù CAESENATEN PRAEDII.

Lunæ 31. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstita vigore propriæ obligationis repeti non possunt.*
2 *Expensę factæ ab eo qui defendere tenebatur rem assignatam non repetuntur cum dicatur propriæ obligationi satisfecisse.*

DECISIO CCLXXVIII.

CVM Laura de Naldis fuisset effecta demens, fuit ei datus Curator Eq. Horatius de Naldis, qui in Inuentario bonorum descripsit prædium, de quo agitur, & creditum scut. 600. Laura postcà defuncta extiterunt eius hæredes idem Horatius, & Isabella de Naldis.

Cumque Eq. Petrus, & Ioannes de Naldis hæredes pro medietate d. Lauræ ex persona d. Isabellæ eorum matris obtinuissent vigore rei iudicatæ mandatum exequutiuum contra Alexandrum, & Franciscum de Naldis filios, & hæredes d. Horatij Curatoris pro redditione rationum, ac pro consignatione medietatis d. hæreditatis fuit pro parte dd. Alexandri, & Francisci ab eo appellatum, & causa mihi commissa, Proposui dubium, an d. mandatum esset exequendum, & pro qua summa. Verùm quia pro parte dd. Alexandri & Francisci inter alia opponebatur illos esse Creditores alimentorum, quæ d. Horatius eius pater suppeditauit d. Lauræ dementi, nec non expensarum quas ipse fecit pro substentatione litis occasione d. prædij DD. firmarunt dd. alimenta, & expensas non esse reficienda.

Quia quod attinet ad alimenta, cum in instrumento dotis d. Laurę assignatæ à Ioanne eius

eius patre fuerit expressè conuentum, quod d. Laura in euentum viduitatis posset redire ad domum patris, & ibi habere alimenta, quæ etiam vlterius ipse pater in suo testamento legauit, prout constat ex eius obligatione, & particula testamenti *Summ. num. 1. & 2.* sequitur, quod Horatius tanquam hæres, & successor d. Ioannis tenebatur ad illa, & sic tanquàm præstita in exequutionem obligationis
1 præcedentis repeti non possunt *arg. l. cum is §. 1 ff. de cond. indeb. l. qui hominem §. fin. ff. de solut. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 8.*

Nec minùs debentur expensæ, quæ dicuntur factæ in lite mota super d. prædio, quia cum illud iam fuisset datum in dotem d. Lauræ, ac per Ioannem patrem promissa esset illius defensio, Horatius ad eam vti hæres pro-
2 mittentis tenebatur, & sic causam† sustinendo propriis expensis suæ obligationi satisfecit *Honded. cons. 50. num. 18. lib. 2. Grat. dec. March. 19. num. 42. & fuit dictum in Romana pecuniaria 21. Iunij præteriti.*

Et ita vtraque &c.

FAVENTINA, seù CAESENATEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Euictionem à testatore promissam quando eius hæres præstare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Actiones defuncti tàm actiuè quàm passiuè transeunt ad hæredes, Ampla vt num. 2.*
2 *Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.*
4 *Probatio maior non datur, quam propria confessio.*
5 *Obligatio Cameralis continet stipulationem Notarij pro omnibus interesse habentibus.*
6 *Dos quando incipit à traditione non autem à promissione dotans non tenetur de euictione nisi constet de dolo aut mala fide. Declara vt num. 7.*
8 *Euictio quæ prouenit ex natura rei non venit in generali promissione de euictione, Declara, vt nu. 9.*

DECISIO CCLXXIX.

IVLIA de Balneo in testamento, sub quo decessit, instituit hæredem Ioannem Paulum eius filium, cui sine filijs decedenti pro medietate substituit Lauram filiã. ac pro altera Conuentum S. Dominici de Cæsena. Nupsit deindè Laura Ioanni Masino, cui Ioannes de Naldis pater dedit in dotem prædium, de quo agitur, d. fideicommisso Iuliæ suppositum quod tamen liberum esse, ac defendere, & disbrigare ab omni onere promisit.

Obijt Ioannes Paulus sine filijs, obijt etiam Ioannes de Naldis, hærede instituto Alexandro fratre: Quarè cum Conuentus prætenderet fuisse purificatum fideicommissum ad sui fauorem, egit pro vindicatione medietatis d. prædij contra dd. Lauram, & Masinum eius maritum, qui litem deindè intimarunt Horatio de Naldis hæredi Alexandri, fratris, & hęredis d. Ioannis, qui de euictione promiserat, qui Horatius lite in se suscepta cum dd. fratribus concordauit, cessionemque Iurium ad ipsos spectantium super d. fideicommisso reportauit. Vita functo Horatio, Franciscus, & Alexander eius filij, & hęredes pulsati ad reddendam rationem de bonis Laurę administratis per d. Horatium, fulti hac cessione Conuentus exceperunt de d. fideicommisso, prętendentes illius vigore medietatem d. Prędij ad ipsos spectare, & sic non teneri de illa reddere rationem. Quapropter proposito dubio, an constet de fideicommisso d. Iulię, quod eis suffragetur. Censuerunt DD. constare de fideicommisso, sed tamen eis non suffragari.

De fideicommisso siquidem non potest dubitari, nam de eo constat ex publico Instrumento, in quo d. Conuentus post obitum Ioannis Pauli filij testatricis sine filijs legitur substitutus in medietate prędij, de quo agitur & hoc vtraque pars etiam videbatur admittere. Difficultas igitur reducebatur ad aliam partem dubij, nempè ad releuantiam d. fideicommissi de qua (vt dixi) DD. dixerunt non constare ad fauorem dd. Cessionariorum.

Nam cum Ioannes de Naldis pater Laurę promiserit de euictione huius prędij, sequitur quod filij Horatij eius (vt supra) hęredes de
1 tali euictione teneantur, cum † actiones tàm actiuę, quàm passiuę transeant in, & contra hęredes *vt tot. tit. C. vt act. ab hæred. & contra hæred.* & sic ipsis agentibus ex d. iure cesso ad hoc prędium obstat huiusmodi obligatio eorum
2 authòrum ex regula quem † de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vindicantem ff. de except. Surd. cons. 15. num. 3. & cons. 79. num. 16. Socc. Iun. cons. 128. num. 112. lib. 1. & fuit dictum in vna Maceraten. Cessionis 17. Mar-*
3 *tij præteriti coram R. P. D. meo Merlino:* quę † quidem conclusio locum habet non solum in primo herede, sed etiam in hęrede hęredis. *Barz. dec. Bon. decis. 64. n. 50. Mangil. de euict. q. 112. num. 3. Fusar. quæst. 557. num. 5.*

Non obstat, quod non probetur Horatium esse hęredem Ioannis, ex quo non probetur, Alexandrum, ex cuius persona venit Horatius, fuisse d. Ioannis hęredem, quia vltra confessionem, de qua in transactione, in qua ipse se talem fatetur, datur etiam in Summario alia confessio eiusdem Horatij se pariter hęredem Ioannis asserentis, ex quibus duplicatis confessionibus resultat sufficiens probatio, quod sit hęres, cum nulla maior detur
4 probatio † confessione *cap. per tuas de probat. c. si cautio de fid. instr. l. cum te C. de transact. Rot. coram Greg. XV. decis. 143. num. 3. & decis. 98. num. 2. par. 2. recen.*

Nec obstat, quod bona Ioannis fuerint cõfiscata de anno 1533. & de anno 1543. d. Alexander emerit bona à Fisco, ex quo infertur ipsum Alexandrum fuisse successorem in bonis Ioannis vigore acquisitionis bonorum à Fisco, non autem titulo hęreditario, quia cum testamentum Ioannis, in quo instituitur

hæres

hęres Alexander, fuerit factum de anno 1549.
& sic post d. confiscationem, non implicat d.
Alexandrum fuisse d. Ioannis hęredem.

Minùs obstat, quod euictio fuerit promis-
sa Ioanni Masino marito Laurę non autem
ipsi Laurę, ideoque talem promissionem hę-
redibus Laurę non suffragari, quia cum d. pro-
missio habeat clausulā *Pro quibus &c.* & obli-
5 gatio sit in forma Cameræ, in qua Notarius
stipulatus fuit pro omnibus, quorum interest
aut interesse poterit, benè omnibus interesse
habentibus ea suffragatur. *Grat. cons. 12. num. 7.
vol. 1. & fuit dictum in causa Romana fideicommissi
28. Ianuarij 1577. coram Robusterio, & apud Zacch.
decis. 97. num. 1.* Et propterea cum d. stipulatio
Lauram etiam implicite afficiat, illi quoque
d. promissio fauet, & eius hęredibus.

6 Nec releuat, quod quando † dos incipit à
traditione, non autem à promissione, si non
constat de dolo, aut mala fide, dans non te-
netur de euictione *l. fin. C. de Iur. dot.* quia cum
7 in † hoc casu adsit expressa promissio de eui-
ctione, non est opus aggredi hanc quęstionē,
8 cum sufficiat dicere euictionem fuisse expres-
sè promissam, & propterea promittentem li-
gare *ad text. in cap. qualiter. de pact.*

Demum non obstat, quod euictio in causa
fideicommissi tanquam proueniens ex natu-
ra rei non veniat in generali promissione eui-
ctionis *Rot. decis. 152. num. 4. & decis. 211. num. 5.
9 par. 2. diuers.* quia quando verba † promissionis
sunt vniuersalia, & prægnantia, qualia sunt
ista (promisit esse liberum, & defendere, li-
berare, & disbrigare ab omni onere &c.) com-
prehenditur etiam casus euictionis prouenien-
tis ex fideicommisso, vt in ijsdem decisioni-
bus admittitur cum ibi alleg.

Et ità vtraque &c.

SPOLETANA PRIMOGENITURAE.

Veneris 18. Februarij 1633.

ARGUMENTUM.

Primogenitura cōstituta in substitutione subor-
dinata, quando dicatur corruere ex quo præ-
cedens substitutio fuerit sublata.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta posthumo nascituro si sine filijs de-
cesserit habet locum etiam posthumo non nato.*
2 *Conditio apposita in prima substitutione, quando ope-
retur exclusionem primi non autem aliorum si non
fuerit impleta.*
3 *Conditio refertur ad personam primi substituti quan-
do cohaeret illius persona, & non censetur repetita
in persona proximioris.*
4 *Conditio semper referri debet ad illum, in quo de
necessitate inest.*
5 *Substitutiones sub diuersis orationibus perfectis di-
cuntur distincta, & non dependentes etiam si sint
coniuncta per copulam.*
6 *Testator censetur substitutionem faciendam fauore
nominandi reuocasse, quando illum non nominauit.*
7 *Voluntas quando dicatur perfecta etiam non sequuta
nominatione adoptiui ex quo reseruatio nominandi
processerit extra dispositionem.*
8 *Imperfectio substitutionis non voluntatis percutit
tantum vocationem substituti, & non aliorum quā-
do sunt plures vocationes distincta.*
9 *Substitutio vulgaris concepta in casu mortis exten-
ditur ad omnem alium casum impotentia, & vo-
luntatis.*
10 *Quod intellige etiam si impotentia proueniat facto
testatoris.*
11 *Substitutio vulgaris operatur, vt substitutus capiat
bona iure proprio non considerata persona primi
substituti.*

DECISIO CCLXXX.

IN alia decisione emanata in hac causa sub
die 8. Martii proximi firmarunt DD. non
esse factum locum Primogenituræ ad fauorē
proximioris de Cippo familiæ de Gelusiis,
quia substitutio ad eius fauorem facta visa fuit
DD. subordinata, & dependens, ex altera
substitutione facta de adoptiuo nominando,
& propterea sublata ista ob non factam nomi-
nationem, altera quoque ad fauorem
Cippi corruere videbatur ex allegat. in deci-
sione.

Verùm hodiè reproposita causa super iisdē,
& per DD. maturè discussa, partibus acerri-
mè informantibus, fuit à decisis recessum, &
firmatum ad fauorem D. Capitanei vti proxi-
mioris de Cippo factum esse locum Primoge-
nituræ, idque ex duplici fundamento.

Primò quia substitutio ad fauorem proxi-
mioris de Cippo legitur facta non in casu, quo
adoptiuus nominaretur, sed tantum in casu,
quo idem adoptiuus sinè filijs moreretur, qui
casus dicitur euenisse etiam non facta nomi-
natione cum paria sint adoptiuum non esse
nominatum, vel esse nominatum, sed mor-
tuum sinè filijs, prout in simili de substitutio-
1 ne † facta posthumo nascituro, si sine filijs de-
cesserit, quod habeat locum etiam posthu-
mo non nato firmat *text. in l. ab exheredati §. fin.
ff. de leg 1. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 6. nu. 2. Ti-
raq. qui plures cumulat. in l. si vnquam in verb. li-
bertis num. 50. C. de reuoc. donat. Crau. cons. 904. per
tot. Surd. cons. 236. nu. 19. & seqq. & cons. 347. n. 23.
& decis. 37. num. 26. Laderch. cons. 72. num. 2. & 9.*

Nec obstat, quod verba illa apposita in sub-
stitutione adoptiui, ibi *è detto adottiuo, se lo no-
minarò è questa nominatione dell' adottiuo se la farò,*
importent conditionem, quæ influat in sub-
stitutionē subsequentem factam ad fauorem
Cippi; nam tunc conditio primæ substitutio-
nis influit in sequentes, quando legitur adie-
cta ad releuan. hæredem ab illis substitutioni-
bus fideicommissarijs secus quando adijcitur
personæ primouocatæ ad conditionandum il-
lius vocationem, quia tunc defectus huius
conditionis operatur tātum exclusionem pri-
2 mi, non autem aliorum, vt egregiè declarat
Peregr. cons. 33. num. 10. lib. 5. at in præsenti casu
conditio futuræ nominationis adoptiui debet
censeri adiecta personæ primi substituti, quia
co-

cohærebat illius personæ, & tacitè subintelli-
geretur, etiam si non fuisset expressa, cum nõ
potuisset aliter admitti, nisi præcessisset adop-
3 tio: Ideoque talis conditio † non potest cen-
seri repetita in persona proximioris *ad text. in*
l. fin. §. Seio de leg. 2. Peregr. de fideic. art. 16. nu. 43.
Surd. conf. 110. num. 3. & 4. sed est referenda so-
4 lum † ad illum, in quo de necessitate inest:
optimè *Ruin. conf. 33. num. 5. & conf. 176. n. 6. 7. 11*
lib. 2. maximè quia prædictæ substitutiones
sunt factæ sub diuersis orationibus, perfectis,
5 propter quod illæ dicuntur † distinctæ, & se-
paratæ, non autem dependentes non obstan-
te, quod sint coniunctæ per copulam *Fusar.*
de substit. quæst. 450. num. 10. Pedroch. conf. 12. nu. 14
& seq. Castil. lib. 3. controuers. cap. 15. num. 43. vers. 3
& num. 58. in fin. Peregr. conf. 23. num. 4. & 5. lib. 4.
Nec pariter obstat, quod prædicta verba *è*
questa adottione, è dispositione, quando io la facci
ostendant imperfectam testatoris voluntatem
ita vt non transierit in dispositionem, tanquã
esset terminanda per actum sequentis nomi-
nationis, quia fuit responsum, quod cum
prædicta nominatio penderet à mera volun-
tate testatoris, dum adoptiuum non nomina-
6 uit, censetur † substitutionem ad illius fauo-
rem reuocare voluisse *Menoch. de præsumpt. lib. 4*
præsumpt. 183. in fin. Ruin. conf. 215. sub nu. 9. lib. 1
Præterquam, quod illa reseruatio nominã-
di adoptiuum non reddit voluntatem imper-
fectam, ex quo testator non dixit velle nomi-
nare in illo Codicillo, sed post, & ab extra
per Schedulam, ideoque voluntas testatoris
7 dicitur perfecta, † etiam si postea non sit se-
quuta nominatio *Franc. Aret. in l. si testamentum*
sub num. 2. vers. 2. nota C. de instit. & substit. Ias.
num. 1. scilicet. in l. Iubemus 29. C. de testam. num. 3.
vers. dic melius Ruin. conf. 1. num. 32. vers. 4. ad istud
respondetur & conf. 15. num. 19. lib. 2. Gratian. c. 220.
num. 28.
Et licèt non sequuta nominatione substitu-
tio prædicta remaneat imperfecta, hæc tamen
est imperfectio substitutionis non voluntatis,
vt præter relatos probatur per *text. in l. qui*
8 *plures de vsufr. legat.* quæ † imperfectio percu-
tit tantum vocationem adoptiui, non Cippi,
cum sint duæ vocationes distinctę, & separa-
tę, quarum vnaquæque stat de per se, & in-
dependenter ab altera *Castill. controuers. lib. 3.*
cap. 15. sub num. 44. Palaez de maiorat. par. 2. q. 10.
num. 1. in fin. & 4. Molin. de primog. hispan. lib. 5.
cap. 11. num. 39. idcircò sublata de medio voca-
tione adoptiui Cippus remanet vocatus solũ
sub conditione, si Paulus institutus decesserit
sinè filijs, prę̃sertim cum militet eadem ra-
tio Conseruationis familię, & Cippi tàm in
in casu adoptionis non sequutæ, quàm in
casu obitus adoptiui sinè filijs ex supradictis.
Rursus tollitur dependentia (& in hoc stat
alterum fundamentum deductum pro voca-
tione proximioris) ex eo quia substitutio pro-
ximioris legitur etiam concepta, & ampliata
in casu, quo adoptiuus pręmoreretur Paulo
sine filijs, ibi *è se detto adottiuo, che io farò è no-*
minarò per detta poliza morisse prima, che fosse aper-
ta detta poliza, cioè prima, che morisse Paulo mio
figliolo &c. & sic dicitur vocatus per vulgarem
ad effectum subintrandi in locum adoptiui, &
capiendi fideicommissum à Paulo, quę qui-
9 dem vulgaris concepta in casu mortis † exten-
ditur ad omnem alium casum impotentię, &
noluntatis *Surd. conf. 236. n. 23. & plurib. seqq. lib. 2*
& conf. 347. num. 15. 18. 20. & 23. vbi loquitur
de vulgari facta incertis rebus *& decis. 37. n. 10.*
10 *& alijs seqq.* etiam si proueniat † impotentia
facto testatoris *Bart. in l. 1. de vulg. num. 28. De-*
cian. conf. 1. num. 78. lib. 1. Fusar. conf. 94. num. 5. &
in specie, quod comprẹhendat casum non fa-
ctę nominationis probat. *text. in l. ex facto 19.*
ff. de hæred. instit. iuxta communem intellectũ,
de quo ibi per *Imol. num. 2.* Quapropter cessat
dependentia, cum proximior de Cippo dica-
tur immediatè substitutus Paulo instituto de-
cedenti sinè filijs, & ad illius successionem
admittatur ex persona propria quia vulgaris
11 operatur, vt † substitutus capiat bona iure
proprio non considerata persona primi substi-
tuti, scilicet adoptiui, cuius gradus fuit per-
emptus, & successio independenter ad eum
dicatur deuoluta *Peregr. de fideic. art. 15. num. 12.*
Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 3. solut. 2. fol. 131
num. 1. & seq. Fusar. conf. 5. nu. 27. & conf. 43. n. 32.
Et ita vtraque &c.

TERRACINEN. SALVIANI.

Veneris 18. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Depositum vt suffragetur aduersus obtentam
immissionem, quę requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Depositum effectuatum post sententiam immissionis in Saluiano non releuat bonorum possessori si non deponat etiam fructus postea decursos adhoc vt depositum dicatur integrum.*

DECISIO CCLXXXI.

IN alia decisione emanata in hac causa corã me sub die 21. Maij 1632. firmarunt DD. Guarino immisso ex Saluiano in possessione bonorum de quibus agitur, non obstare depositum factum ab Hęredibus de Bellis possessoribus, & sic sententiam ad eius fauorem latam in summarijssimo possessorio manutentionis esse exequutioni demandandam, & sic intrare Aegidianam.

Hodiè reproposita causa super ijsdem DD. in decisis perstiterunt. Et fundamenta decisionis fuerunt duo; vnum quod depositum vti factum biennio post Sententiam non fuerit in tempore, alterum quod non fuerit integrum.

Et quidquid sit de primo an passus Immissionem possit quandocumque etiam post Sententiam deponere ad tollendum effectum Saluiani. Circa secundum quod scilicet depositum non fuerit integrum, DD. nullam

ha-

habuerunt difficultatem, & subsistere visum fuit ex eo, quod sententia dedit Immissionem pro fructibus decursis, & decurrendis; vndè licèt de tempore sententię essent debita scuta 936. 73. vt prętendunt Informantes pro Bellis, tamen cum depositum fuerit factum biennio post sententiam, de quo tempore erant decursa alia scut. 100. illa quoque erant deponenda; & propterea depositum habito respectu ad Sententiam nullo modo potest
1 dici † integrum *Scappucc. de Salu. Interd. lib. 1. quest. 14. num. 7. Ceuc. de Cens. par. 2. cap. 2. quest. 5. art. 9. num. 27. & seqq.*

Nec obstant testes pro parte illorum de Bellis examinati ad probandam integrę summę satisfactionem ex fructibus à Guarino perceptis in maiori quantitate, quia hoc visum fuit respicere iudicium reintegratorium, quod nihil commune habet cum summarijssimo possessorio manutentionis, de quo solum in presenti agitur.

Et ita vtraque &c.

ROMANA ALIMENTORVM DE MAXIMIS.

Lunæ 21. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

In alimentorum causa quando non dicatur probata certa summa ita vt pro ea competat manutentio.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur sine quasi possessione.*
2 *Possessio regulatur à titulo præcedenti.*
3 *Mandata seu assignationes illorum de causa factæ, quando non dicantur continere summam præcisam.*
4 *Possessio ad effectum manutentionis sufficit deducere ex confessione partis.*
5 *Articulans non fatetur.*
6 *Mandatum speciale, & indiuiduum requiritur ad articulandum.*
7 *Articulorum productio facta ad vnum finem quoad alium non nocet.*
8 *Exactio non probatur ex verbis Breuis Apostolici in quo tantum refertur pretensio partis exigendi certam determinatam summam.*

DECISIO CCLXXXII.

SVb die 2. Decemb. 1630. fuit resolutum non esse dandum mandatum de manutenendo D. Ferdinando de Maximis in quasi possessione exigendi annua scuta 50. vltra scuta 300. ei & D. Orinthię eius sorori à bo: me: Ala ex causa alimentorum assignata, quia extunc deductis nō probabatur quasi possessio illa exigendi, sine qua manutentio non datur *vulg. §. retinendæ instit. de interd.* huic resolutioni non acquiescente D. Ferdinando, causa iterum fuit super iisdem proposita, & tandem post multas causę propositiones hodie DD. steterunt in decisis.

Nec obstare visa fuerunt nouiter deducta ad probandam d. quasi possessionem, & primò non obstat instrumentalis possessio Palatii, & eius apothecarum in via Vallis capta à D. Ferdinando, & Orinthia in vim mandati Rotalis relaxati à bo: me: Penia pro concurrenti quantitate alimentorum, quę cum fuissent à bo: me: Ala prius taxata in annuis scut. 300. deinde ad fauorem ipsius Ferdinandi aucta in aliis scutis 50. videatur adepta possessio, ne dum pro quantitate, pro qua alimenta taxata erant, sed etiam pro d. augumento scut.
2 50. cum possessio regulerur † à titulo præcedenti *Bartol. l. 2. num. 2. C. de acquir. poss. Surd. cons. 16. num. 17. lib. 1. Mantic. decis. 3. num. 6. Rota decis. 100. num. 21. par. 1. diuers.* quia fuit responsum mandatum Rotale non continere aliquam certam, & determinatam summam, nec assignationem domorum factam per D. Marchionem Ferdinando in essequutionem illius fuisse factam pro d. summa scutorum 350. aut pro alia determinata, sed simpliciter pro illa
3 summa, † quę ex illis exigi posset, siue plus, siuè minus exigeretur *iuxt. text. in l. obligationum in fin. vbi gloss. & Bart. ff. de act. & obligat. l. ita stipulatus. vbi DD. ff. de verb. obligat.* Vndè ex d. mandato, & possessione in vim illius subsequuta inferri non potest ad quasi possessionem exigendi dd. scuta 350. nisi probetur actualis illorum possessio, quę solum ex dicto mandato, & assignatione non probatur, maximè quia de tempore relaxationis d. mandati non constabat Rotę de tali augmento scutor. 50. quia licèt decretum bo: me: Alę pro d. augmento fuerit factum 23. Decembr. 1604. & sic ante mandatum Rotale, quod fuit relaxatum 3. Iunij 1605. attamen productio d. mandati in Rota fuit facta post relaxationem d. mandati, nempè sub die 13. Iunij 1605.

Secundò non obstat quod Ferdinandus, & Orinthia exegerint mediante eorum tutore per plures annos pensiones Palatij ad rationem annuorum scut. 300. & insuper eodem contextu exegerint etiā pensiones apothecarum eiusdem Palatij, vt constat ex quietantiis per d. Marchionem contrà Ferdinandum exhibitis *sum. nouo Ferdinandi num. 3.* quia vltra quod dd. quietantiæ sunt inequales, cum aliquæ sint factæ pro maiori, aliæ pro minori summa, non constat d. pensiones vt supra exactas ex apothecis Palatij fuisse exactas in causam d. præfati augmenti, & sic ex illis elici non potest certa probatio ad effectum, de quo agitur.

Tertiò non obstat confessio moderni Marchionis de Maximis desumpta ex articulis datis *in sum. num. 9.* in quibus D. Marchio dicit Ferdinandum, & Orinthiam exegisse annua scuta 300. ex palatio, & eodem tempore exe-
4 gisse pensiones apothecarum, quæ † confessio videtur sufficiens ad effectum manutentionis
5 *Greg. XV. decis. 365. num. 1.* quia vltrà quod † articulans non fatetur dupliciter fuit responsum; primò productionem dd. articulorum non fuisse factam per D. Marchionem, qui de eo tempore erat minor sed per eius procuratorem de cuius mandato non constat, cum tamen

6 men speciale, † & indiuiduum mandatum ad hunc effectum requiratur *Bald. in l. fin. num. 3. C. de probat. Honded. cons. 66. num. 71. lib. 1. Rota decis. 776. num. 4. & 5. par. 2. recen.* secundò dd. articulos fuisse productos ad alium effectum, nempè ad docendum dd. Ferdinandum, & Orinthiam fuisse satisfactos de alimentis decursis, expensis, & melioramentis factis in dd. domibus, & de alijs prætensionibus dd. Ferdinandi, & Orinthiæ, de quibus per informan-
7 tes; ideoque productio † dd. articulorum facta ad vnum finem, quoad alium non præiudicat. *Surd. cons. 252. num. 17. Grat. cons. 54. num. 17. lib. 1. Greg. XV. decis. 467. num. 8.*

Quartò Non obstat alia confessio eiusdem Marchionis deducta ex eo, quod ipse volens assignare dd. Ferdinando, & Orinthiæ loco dd. palatij, & apothecarum aliud corpus æquiualēs pro dd. alimētis exhibuerit in actis quemdam ordinem scut. 175. pro quolibet semestri directum Collegio Romano eiusdem Marchionis debitori ex quo infertur, quod si D. Marchio assignauerit scuta 175. pro vno semestri iam fateatur se debitorem pro annuis scutis 350.

Etenim d. ordo non cantat pro alimentis, nec fuit productus à D. Marchione, sed à procuratore de cuius mandato non constat, nec fuit à Marchione subscriptus, sed à D. Cleria eius matre, quæ filio præiudicare non potuit, & demum nullum probatur habuisse effectum, ideoque non fuit habitus in consideratione.

Quintò non obstat assertio felic. record. Paul. V. in suo breui emanato motu proprio, in quo enunciatur dd. Ferdinandum, & Orinthiam annua scuta 350. pro eorum præfatis alimentis percipere, ac pro illis pensiones dd. Palatij, & apothecarum exigere, quia vt dictum fuit in alia decisione, Papa non asserit explicitè Ferdinandum, & Orinthiam exigere annua scuta 350. sed solum refert eorum possessionem exigendi dd. alimenta, ibi prætendentes DD. Ferdinandus, & Orinthia esse de familia &c. & annua scuta 350. per-
8 cipere, † quæ verba factum exactionis non probant *Dec. in cap. iurauit. n. t. de probat. Mart. claus. 200. vers. & ideo par. 1.*

Demum non obstat, quod in Instrumento venditionis Castri Praticæ, factæ à D. Marchione in executionem d. motus proprij fuerit eidem Marchioni data facultas assignandi DD. Ferdinando, & Orinthiæ loco dd. Palatij, & apothecarum annua scuta 350. ex fructibus reinuestimenti d. prætij, quia vltrà quod per d. facultatem non probatur quasi possessio exigendi, fuit responsum, quod post expressionem d. summę scut. 350. fuerunt addita alia verba, nempe, seu pro alia quacumq; minori summa per Cardinalem Camporeum declaranda, per quę verba d. summa prius expressa in scutis 350. restringitur, & limitatur iuxta declarationem d. Cardinalis, qui dd. alimenta solum ad scuta 300. restrixit.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DIVORTII.

Lunæ 4. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Impotentia Viri qualiter sit probanda, vt sit locus matrimonij dissolutioni.

SVMMARIVM.

1 *Mulier compellitur ad cohabitandum cum viro eiq; obsequia matrimonialia præstandum stante matrimonio celebrato valide in facie sanctæ Matris Ecclesiæ.*

2 *Mulier opponens de impotentia viri post biennium non auditur nisi expressa probauerit.*

3 *Viro potius de potentia asserenti statur quam mulieri de potentiam neganti.*

4 *Testes singulares, & de auditu ab ipsa parte non probant.*

5 *Relationi medici plurimum defertur circa potentiam viri.*

DECISIO CCLXXXIII.

ANTONIVS Farus de anno 1624. matrimonium cum Maria Soderina solēniter contraxit, cum qua per biennium cohabitauit: biennio transacto d. Maria (septuagenaria tamen) vel quia adhuc essent apti lusibus anni, vel forsan quia, quod non licet, & acrius vrit, ipsum Antonium, qui annoso quoque degit in æuo, frigiditatis, ac impotētiæ arguit, quo circa iudicium dissolutionis matrimonij coram Locumtenente Vicarij Vrbis instituit, qui sententiam tulit per quā fuit dictum, Mariam teneri cohabitare cum Antonio eius viro, eique obsequia matrimonialia præstare, & licet d. mulier huic sententiæ acquiescere debuisset, cum si eius maritū naturæ robur, & corporis vires vel senio, vel alio modo defatigatas, torpore aliquo affici contigerit, non propterea ipsa coniugalis charitas minui, aut tepescere debeat. In bono enim, inquit Diu. August. lib. de bon. coniug. tom. 6. licet annoso coniugio, & si emarcuerit ardor ætatis inter coniuges tamen vigere debet charitatis ardor. Amare enim licet, si potiri non licet ab illa tamen appellauit, & causa mihi commissa, dubitaui, an esset confirmanda, & fuit affirmatiuè responsum.

Nam validitas non controuertebatur, iustitia vero satis elucescebat, quia de matrimonio inter dictos Coniuges contracto in faciē
1 Ecclesiæ iuxta formam Sac. Concil. Trident. non dubitatur, vnde † mulier rectè compellitur ad cohabitandum cum viro, & ad obsequia matrimonialia ei præstanda, *cap. litteras, & ibi Abb. nu. 7. C. de restit. spol. cap. 1. & ibi DD. de sponsal.*

Non obstat exceptio impotentiæ eiusdem viri à d. Maria allegata, quia cum Maria per biennium cohabitauerit cum Antonio marito absque eo quod de tali impedimento vn-
2 quam opposuerit † illi non creditur, nisi hoc ex-

expressè probauerit cap. 1. & ibi DD. extra de frigid. & malef. Host. in cap. fin. eod. tit. Menoch. de arbitr. cas. 519. num. 22. cent. 6. quod tanto magis procedit stante assertione ipsius Mariti se cōsummasse matrimonium, pluriesque postea
3 rem cum dicta Maria habuisse, † cui magis est credendum, quàm vxori neganti, cap. continebatur, & cap. duo pueri extr. de desponsf. impub. Menoch. de arbitr. d. cas. 519. num. 2. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 104. num. 33. Rot. decis. 111. post 2. volum. cons. Farin.

Non obstant testes prò parte dictæ Mulieris examinati ad probandam huiusmodi impotentiam, tum quia sunt singulares, & de-
4 ponunt † de auditu ab ipsamet muliere, propterea non probant, Bart. in l. testium C. de testib. vbi glos. & communiter DD. tum etiam quia in contrarium adest relatio vnius medici ad faciendam inspectionem extraiudicialiter à me deputati, qui attestatur de potentia Antonij, &
5 cuius † relationi plurimum DD. detulerunt. Et ita vtraque &c.

PLACENTINA PAROCCHIALIS TRAVAZZANI.

Veneris 4. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
2 *Iudex nulliter procedendo non priuat quem sua possessione.*
3 *Notario attestanti de actu praterito & sine testibus non statur.*

DECISIO CCLXXXIV.

IN decisione emanata in hac causa coram me sub die 19. Decembris anni præteriti fuit dictum Ioanni Baptistę de Calicibus tunc informanti dandum esse mandatū de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur. Hodie reproposita causa super eisdem, & altera quoque parte informante DD. steterunt in decisis, quia fundamenta in d. decisione adducta visa fuerunt adhuc subsistere.

Constat enim de possessione ab eo capta
1 ex publico Instrumento, quæ † possessio alio in possessione nō existente est manutenibilis. Verall. decis. 334. num. 6. par. 2. cum alijs in d. decis. allegatis & fuit sæpè resolutum.

Nec obstare visa fuit possessio Dominici Gabrielij prouisi de hoc eodem beneficio vti de reseruato capta vigore mandati relaxati ab A. C. quia cum Io. Baptista possessor non fuerit citatus, dictum mandatum fuit nullum
2 & sic † priuare non potuit d. Ioannem Baptistam sua anteriori possessione, Greg. XV. decis. 549. num. 5. cum alijs in d. dec. allegat. &c.

Nec minus obstare visa fuit fides Notarij, quæ ex aduerso adducebatur ad probandam huiusmodi citationem interfuisse, quia iam fuit in d. decisione responsum, quod cum ista fides careat testibus, non attenditur, quia No-
3 tario † attestanti de actu præterito, & sine testibus non statur, Bot. dec. 624. nu. 10. & dec. 209. num. 1. par. 2. rec.

Nec hodie idem fundamentum tollitur ex eo, quod in Instrumento immissionis Gabrielij nouiter deducto videantur esse adhibiti tres testes, per quos prætenditur constare de huiusmodi citatione, quia ex eiusdem Instrumenti lectura apparet dd. testes fuisse adhibitos non ad effectum citandi, sed solum ad effectum immittendi ipsum Gabriellium, immissumque manutenēn, & defendēn, & sic firma remanet supradicta responsio.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Veneris 11. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Probationes quando nō censeantur sufficientes ad effectum vt ex illis dicatur probatum mobilia deuenisse ad manus certæ personæ, Vnicus testis quando plenè probet.

SVMMARIVM.

1 *Actoris partes sunt suam intentionem probare.*
2 *Probatio incerta & æquiuoca non releuat.*
3 *Hæres non potest impugnare confessionem sui authoris.*
4 *Testis vnicus omni exceptione maior facit semiplenam probationem.*
5 *Et invlis adminiculis facit plenam probationem.*
6 *Testi attestanti in proprium præiudicium plurimum defertur.*
7 *Sententiæ etiam sine actis defertur quando non agitur de illius executione, sed tantum de desumendo adminiculo ex illa.*

DECISIO CCLXXXV.

PLACVERVNT DD. duæ decisiones in hac causa factæ; prima sub die 4. Iunij altera sub die 5. Iulij 1632. in quibus Rota recedendo ab alijs duabus decisionibus, vna sub die 18. Martij altera sub die 36. Decembris 1613. in illa parte, in qua firmabatur mobilia quond. Antonij Bolini, peruenta ad manus Catharinæ esse compensanda cum residuo dotis petito à Clarice ex persona d. Catharinæ eius matris, dixit non esse locum huiusmodi compensationi, cui resolutioni non acquiescentibus sororibus de Bolinis, & pro earum parte ad probandam earum intentionem nouiter examinatis alijs duobus testibus placuit DD. ipsis dd. decisionum reuisionem concedere: vndè proposito dubio, an ijs esset standum fuit affirmatiuè responsum.

Fundamenta siquidem dd. decisionum visa fuerunt DD. subsistere nam cum dd. sorores excipiant de supradictis mobilibus contra Claricem, quę habet fundatam intentionem in credito dotali per plures decisiones canonizato, illaque prætendant peruenisse ad manus Catharinæ tenentur huiusmodi earum exceptionem plenè, & concludentèr probare,
1 cum in hac parte substineant vices † actoris, *l.1.ff. de except. Corn. conf. 227. num.7.lib.3. Rota coram sanct.mem.Gregor.XV. decis.228. num.2. & decis.279. num.2.* quæ exceptio non probatur neque ex inuentario aliàs producto, & testibus primo loco examinatis nam quod dd. Inuentarium, & testes non probent, hoc satis demonstratur in decisionibus, quæ reuidentur, in quibus dicitur, nec d. inuentarium, nec supradictos testes aliquo modo probare, ex quo non distinguunt mobilia Antonij à mobilibus Catharinæ, vt latius deducitur in dd. decisionibus, & sanè quia probatio ex illis
2 deducta satis incerta, † & æquiuoca videtur, quæ regulariter non releuat *sup.in præsentia de probat. Rolan.conf.46.num.29. lib.3. Seraph. decis. 1137. sub num.2.*

Quo verò ad testes nouiter examinatos DD. pariter censuerunt ex illis non probari d. exceptionem, quia præterquamquod patiuntur plures contrarietates, & exceptiones in dicto ab informantibus pro Clarice ponderatas, licet dicant, bona existentia in domo Antonij remansisse penès Catharinam; attamen ex hoc non resultat sufficiens probatio, quia aut eorum dictum est intelligendum de omnibus bonis tam Antonij, quàm Catharinæ, & ipsi non loquuntur de omnibus bonis, & sic non concludunt, aut eorum depositio est intelligenda de mobilibus Antonij, & id pariter ab ipsis necessariò non probatur, cum possint intelligi de illis bonis, quæ erant propria ipsius Catharinæ, licet essent in domo Antonii, ac eorum depositio valeat verificari in quarta parte eorumdem mobilium Antonij, quæ iuxta quadruplicem diuisionem, quã mandauerat Antonius fieri in suo testamento ad eandem Catharinam spectare debebat, & eo magis dd. testibus non est deferendum, tum quia non videntur informati, ex quo ignorant distinctionem mobilium Antonii, & Catharinæ, nec sciunt, an ipsa haberet bona propria, cum tam in confessione eiusdem Antonij in suo testamento emanata, quam
3 dd. † sorores vti hæredes d. Antonij impugnare non valent *l. cum à matre C.de rei veudic. l. si ab eo C.de liber.caus. Rota coram san.me. Greg.XV. decis.256.num.4.& decis.697.num.2. par.2. recent.* quàm etiam ex confessione earumdem met sororum emanata in libello ab illis porrecto de anno 1607. nec non etiam ex testibus examinatis pro Clarice constet ipsam habuisse plura mobilia, tum etiam quia datur vnus testis omni exceptione maior, nempè Elisabeth Bolina ipsarum amita, quæ expressè dicit factam fuisse diuisionem mobilium spectantium ad dictum Antonium, eaque assignata eisdem de Bolinis, quæ mulier licet sit vnicus testis, tamen cum interuenerit consignationi, & de facto proprio deponat, facit
4 semiplenam probationem *Cæs.de Graff.decis.2. num.11.de empt.& vend.Seraph. decis.889. num.3. Rota decis.252.sub num.2. par.2. recent.* quinimò plenam, ex quo prò illius comprobatione
5 concurrunt † adminicula, *Cæs.de Graff. dec.3. num.6.de probat.Gregor.XV. decis.521.num.4. & fuit dictũ in Parmen.Status 24.Martij 1628. coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

Pro adminiculis scilicet concurrit primo interesse ipsiusmet mulieris, ex quo ad eam quarta pars dd. mobilium spectabat vigore legati ei facti à dicto Antonio, contra quod
6 etiam in sui † præiudicium videtur deposuisse, & propterea multum ei defertur, *Socc.iun. conf.51.sub num.19.lib.2.Surd.decis.107.numer.5. Rota coram san.mem. Greg.XV.decis.351. num.15.* Concurrit secundo pro alio adminiculo sententia Capitolina, quæ transitum fecit in iudicatum, ac emanata in vim præcedentium duarum resolutionum illius Assettamenti, per quam sententiam Catharina fuit absoluta à dd. mobilibus & cui, cum non tractetur de
7 illa † exequenda, vel iuxta eam iudicando, sed dumtaxat ad effectum huius adminiculi deducatur, procul dubio etiam absque alio processu valdè deferendum est, vt benè per *Put.decis.198.num.2. lib.1. in Correct. & per Rot. coram Caual.decis.22.sub num.6. cum seqq.*

Et ità fuit decisum Clarice tantum informante, & sororibus de Bolinis, licet sæpius citatis informare recusantibus.

ROMANA VINEAE DE GRANVELA.

Veneris 11. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Causa criminalis, quando est præiudicialis causæ ciuili, & è contra prius est terminanda, quæ prius fuit cępta ne sequatur sententia contra sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Causa vna dicitur præiudicialis alteri, quando sententia lata, vel ferenda in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in altero.*
2 *Causa ciuilis, vt sit præiudicialis criminali sufficit sola possibilitas illi præiudicandi.*
3 *Causa ciuilis, quando est cœpta prius debet terminari, quam criminalis ventiletur.*
4 *Et hoc ne contingat contrarias ferri sententias.*

DECISIO CCLXXXVI.

PRO informante fuit responsum, nempè causam ciuilem, quæ pendet in Rota, esse præiudicialem criminali introductæ coram Locumtenente Eminentissimi Vicarij Vrbis:
1 Quia tunc vna causa † est præiudicialis alteri, quando sententia lata, vel ferenda in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in alio, *l. fendum, l. fundi, quem ff. de except.rei iudic.l.ediis,*

ta, vbi DD. C. de eden. Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. Socc. in cap. fin. n. 18. de libell. oblat. Salic. in l. vnic. num. 10. C. quand. act. ciu. crim. praeiud. Surd. cons. 159. num. 2. lib. 1.

Cum igitur exequutio Apocæ, de qua in Rota agitur, sustineri non possit, nisi excludatur simulatio eiusdem Apocæ super qua fuit exaduerso intentatum Iudicium criminale, benè sequitur, quod d. causa ciuilis parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, & sic illi præiudicat ex supra allegatis, cum sola possibilitas sufficiat ad hoc, vt causa ciuilis di-
2 catur † præiudicialis criminali, *Bart. in d. l. edita C. de eden. num. 19. Alex. num. 16. Cuet. iun. nu. 156. Bologn. num. 102. vers. secunda ampliatio, Farin. in prax. q. 100. nu. 75.* Quinimò cum d. iudicium criminale fuerit intentatum post iudicium ciuile, postquam scilicet in vim d. Apocæ fuit relaxatum mandatum de euacuando, ac exequutum pro pensionibus afflictus contra Antonium de Cardenas conductorem vineæ, se-
3 quitur, quod prius est causa † ciuilis terminanda, quam criminalis ventiletur, *Cin. in l. vn. vers. sed breuiter, C. quand. act. ciu. praeiud. crim. Bart. ibid. num. 3. & in l. 2. §. hoc edicto in princ. Rot. decis. 201. num. 3. post 2. lib. cons. Farin.*

Quod autem causa simulationis fuerit in Rota introducta, DD. non dubitarunt, tum ex clausula (quam, & quas) in commissione causæ apposita vna cum clausulis (cum inciden, emergen, dependen) quæ continent cognitionem totius negocij, tum etiam quia de hac simulatione fuit in Rota oppositum ab Alonso quærelante, & Anselmus ad petitionem eius medio iuramento declarauit d. Apocam esse veram, & non simulatam, ac Rota deinde vigore illius mandatum relaxauit; vnde negari non potest, quin huiusmodi causa censeatur iam cœpta ciuiliter, quæ cum ex supradictis præiudicet criminali, debet prius
4 expectari finis illius, ne contingat contrarias ferri sententias, *Farin. q. 100. num. 79. & 130. Salic. in l. vlt. num. 1. C. de ord. iud. Aym. cons. 260. n. 2. Rot. d. dec. 201. num. 6. Caual. dec. 443. n. 2.*

Et ità vna tantum &c.

ROMANA ANNVAE PRAESTATIONIS Scutor. 10.

Lunæ 14. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ suppressæ bona spectant ad illos, quibus bona, & omnia iura d. Ecclesiæ pro dote fuerunt assignata.

SVMMARIVM.

1 *Approbans semel personam alicuius tanquam legitimam non potest amplius de illius illegitimitate opponere.*
2 *Dictionis*, vltra, *natura est implicare qualitates, conditiones, & modos præcedentes.*
3 *Dictio*, forte, *non importat deliberatam, & certam causam.*
4 *Conclusio non autem tractatus contractus est attendenda.*
5 *Multa tractantur quæ non perficiuntur.*
6 *Gesta tempore contractus veniunt attendenda.*
7 *Transactio habens in ventre obligationem Cameralem dicitur habere executionem paratam.*

DECISIO CCLXXXVII.

PRAETENDENTIBVS DD. Ioãne Iacobo Maggio, & Iulio Canonicis Ecclesiæ SS. Laurentij, & Damasi sibi deberi à D. Antonio Nigro nonnullos terminos decursos cuiusdam annuæ præstationis scut. 10. à d. Antonio promissæ: proposui dubium, an dd. Canonici fundarent intentionem suam, itaut esset relaxandum mandatum contra præfatum Antonium Nigrum, & fuit affirmatiuè responsum.

Nam quod dd. Canonici fundent eorum intentionem, hoc clarè deducebatur ex eo, quòd cum ipsi successerint in bonis Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai in Agone, quæ fuit per Bullam san. mem. Greg. XV. suppressa, inde sequitur, quod si d. annua responsio spectabat ad d. Ecclesiam Parochialem, eodem modo hodie spectare debeat ad dd. Canonicos, pro quorum dote fuerunt bona, & omnia iura d. Ecclesiæ assignata, vt in d. Bulla Gregor. XV. latius deducitur.

Quod antem dd. Iacobus, & Iulius fuerint prouisi de huiusmodi Canonicatibus, hoc benè iustificatur ex eorum prouisionibus datis in *Summ. num. 7.* ex quibus apparet Iacobum fuisse de vno ex ipsis in primæua erectione prouisum à bon. me. Card. Montalto: Iulium verò de altero fuisse prouisum à Papa mediãte resignatione facta ab Orsino in eius persona, quæ prouisiones dubitari non potest, quin suum habuerint effectum, cum hodie dd. Canonici reperiantur in possessione. Quibus sic stantibus satis constat de fundamento intentionis dd. Canonicorum.

Quod verò d. Ecclesia Parochialis antè suppressionem haberet istam annuam præstationem scut. 10. benè iustificatur in transactione inita inter d. Antonium, & Rectorem pro tempore eiusdem Ecclesiæ, in qua transactione præfatus Antonius promisit soluere dd. scut. 10. monetæ annuatim, donec emeret duo loca montium &c. quæ transactio fuit à Papa confirmata cum clausula (si in euidentem) quæ clausula fuit per sententiam verificata, nec nõ etiam transactio per eam canonizata, vt benè comprobatur ex datis in Summario pro parte dd. Canonicorum.

Non obstat, quod d. transactio fuerit facta inter d. Antonium, & Rectorem pro tempore, & sic non loquatur de dd. Canonicis, quia vltra quod sufficeret, quod per suppressionem & applicationem respectiuè prædicti Canonici successerint in omnibus iuribus d. Ecclesiæ suppressæ ad hoc, vt possint agere contra d. Antonium vigore prædictæ transactionis, cessat omnis difficultas, ex quo idem Antonius agnouit ipsos in successores iuriũ d. Ec-


clesiæ bis faciendo depositum scut.8.& consentiendo illius consignationi facta quietantia, vnde sequitur, quod cum † semel illorum
1 personas approbauerit, nō possit amplius dare de defectu legitimationis eorum, *Rot. decis. 511.num.5.& decis.12.num 2.par.2.rec.*

Non obstat, quod Antonius prætēdat promissionem fuisse ex falsa causa sub prætextu, quod fuerit facta ob diminutionem pensionis quam quadā domus ipsius Ecclesiæ S. Nicolai soluebat propter damnū appodij, quæ tamen diminutio sequuta nō fuit, cum semper pro eodem pretio fuerit domus locata tam ante, quam post transactionem; Quia DD. aduerterunt, quod pro causa transactionis non solum narratur in d. transactione diminutio affictus, sed etiam recessus à lite, & alia damna, quæ patiebatur, & pati poterat domus ibi, *e per il prezzo di detto fito, cementi, e appoggio, e interesse di rifare noua scala dentro la detta Casetta, e conseguentemente di restringerla, e forsi diminuire pigione, e per ogn'altro danno &c. constituisce vn'annua prestatione &c.* ex quibus verbis clarè apparet, quod nō sola diminutio affictus fuit causa trāsactionis, sed omnia supradicta simul vnita, maximè ponderando illa verba transactionis, ibi, *mà in oltre constituisce vn' annua prestatione*,
2 natura enim † dictionis (vltra) est implicare qualitates, conditiones, & modos præcedentes, vt benè per *Barb. de diction. dict.373. num.1.*
3 Quinimo causa diminutionis pensionis † fuit dubitatiuè posita, vt denotat dictio illa (forsan) quæ non importat determinatam, & certam causam, *l.Gallus,§. forsitan, ff.de lib.& posth. Barb.de dict.dictione forsan n.1. & 3.*

Non obstant testes examinati pro parte Antonij ad probandum d.annuam præstationem fuisse promissam ex causa diminutionis pensionis supradictæ domus, quia dd. testes deponunt tantum de tractatu circa hanc causam,
4 atqui † non tractatus est attendendus, sed cōclusio, *l.contractus, C.de fid. Instr.Surd.dec.8 2.n.6. & conf.202.num.6.lib.2.* præsertim cum ipsi non
5 interfuerint contractui † multa enim tractantur, quæ deinde nō perficiuntur, *cap. in præsentia de probat. l. non hoc C. vnde legit.* & attendi
6 debet † quod fuit actum tempore celebrati Instrumenti, *l. pacta nouissima, C. de pact. Decian. conf.463.num.1. lib.2. & fuit dictum in causa Romana Archiuij 19. Ian.1611. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Ex quibus cum appareat dd. Canonicos habere fundatam intentionem, sequitur, quod veniat relaxandum mandatum contra d. Antonium vigore prædictæ transactionis, quæ
7 cum † habeat obligationem Cameralem, pariter in ventre paratam habet exequutionem, *Gallesi. ad form. Cam. oblig. par.1.q.2.num.11. Rota diuers. dec.741. num.1.par.1. & decis.545. num.1. par.1.recen.*

Et ità vtraque &c.



ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Luna 4. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Commissio plenè probat contra impetrantem, & illius heredes.*

2 *Confessio plenè probat contra hæredes confitentis.*

DECISIO CCLXXXVIII.

POST plures decisiones in hac causa factas tam super residuo dotis à Clarice petito, quam super fructibus, & exceptione compensationis mobilium à sororibus de Bolinis allegatæ, cum d. Clarix in relatione causarum instaret pro causæ expeditione: dd. sorores instabant pro reuisione decisionum firmantium d. residuum deberi d. Catherinæ, eo quia (vt dicebant) non constabat duo credita, vnum scut.300. alterum scut.700. data in dotem Catharinæ, fuisse exacta ab Antonio Bolino, de illorumq; precio emptas fuisse domunculas, prout firmatur in dd. decisionibus, sed prædictas domunculas peruenisse ex alio credito ad d. Antonium, quàm ex d. pretio: verùm quia istud obiectum cessabat ex facto, DD. ne causę expeditio longius protraheretur, ordinarunt mihi, vt responsionem ad huiusmodi obiectum in scriptis redigerem.

Dicto ergo Dominorum obtemperans dico, ex deductis per informantes pro Clarice probari d. residuum dotis scut.1000. inuestitum fuisse in duabus domunculis, vna posita ad Macellum Corborum, & altera nuncupata, *la Casa del Lauatore*.

Nam licèt Antonius pro d. residuo assignauerit dd. duo credita Catherinæ, quæ consistebant in pecunia: attamen non fuerunt exacta à Catherina, sed ab ipso Antonio, qui loco pecuniæ habuit domunculas, nempè illā nuncupatā, *la Casa del Lauatore* à Tiberio, olim expenditore Cardinalis Gaetani, vt patet ex Instrumento consignationis dato in *Summ.n.2.* alteram positam ad Macellū Corborum à Ludouica Carretta hærede Io: Baptistæ Ghezij debitoris vigore mandati relaxati contra eam, à R.P.D. Bilio in *Summ.num.3.*

Quod autem D. Ludouica esset hæres dicti Ioannis Baptistæ Ghezij probatur ex commissione exequutoriali tunc porrectâ per Antonium Bolinum contra eandem Ludouicā tamquam hæredem d. Ghezij, quæ commis-
1 sio plenè probat contra Antonium, & dd. sorores eius hæredes, *l.cum precum, C.de liber.caus. Gabr.comm.conclus. tit.de confessis, concl.4. Marchesi. de commiss. par.1. cap.3.num.8.*

Et pro comprobatione inuestimenti dd. domuncularum accedit confessio ipsius Antonij emanata in eius testamento, dum ipse in eo fatetur dd. domunculas fuisse in dotem da-
2 tas Catharinæ, quæ sola confessio † sufficeret

ad probañ d. Inuestimentum etiam contra dd. sorores de Bolinis eius hæredes, *l. si superatus, vbi Bart. ff. de pign. Bald. cons. 364. n. 2. lib. 2. Rot. dec. 349. num. 2. par. 2. rec.*

TVLLEN. COADIVTORIAE.

Veneris 8. Aprilis 1633.

ARGVMENTO

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*
2 *Validitas sententiæ probatur si concurrant requisità de quibus per Caputaq. d. 260. p. 2.*
3 *Iustitia sententiarum probatur ex decisionibus in causa factis.*

DECISIO CCLXXXIX.

PRO Iolanda informante fuit responsum, nempè non constare de causis restitutionis in inregrum aduersus sententias Rotales contra Capitulum, & Carlottam latas, quia stante validitate, & iustitia sententiarum ex-
1 clusa remanet omnis læsio, sine qua † restitutio non datur, *cap. 1. & ibi Abb. num. 2. de restit. in integr. Salyc. in l. 1. num. 7. C. si aduers. rem iud.* vbi quod læsio plenè, & concludenter probari debet *Innoc. in cap. cum ex litteris, num. 7. & Abb. num. 16 de rest. in integr. Rota coram Gregor. XV. decis. 83. num. 2.*

Validitas autem dd. sententiarum benè iustificatur ex reuolutione processus, in quo ap-
2 parent omnia requisita, † de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*
3 Iustitia verò constat ex multis † decisionibus in hac causa factis, in quibus firmatum fuit Iolandæ, quæ est in possessione coadiutoriæ, de qua agitur, dandã esse absolutoriam, quarum fundamenta benè subsistere visa fuerunt.

Et ira vna tantum parte &c.

TOLETANA APPLICATIONIS.

Veneris 8. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Declaratoriæ requisita.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria semper datur quoties litteræ iustificatæ fuerunt intimatæ parti, & seruati fuerunt termini de stylo seruari soliti ad docendum de paritione, & non constat de paritione.*
2 *Pensionis reseruatio, quando efficiatur conditionalis per clausulam*, etiam si super eis aliæ pensiones existant dummodo duas ex tribus partibus fructuum &c. non excedant, *& quando non.*
3 *Pensionis reseruatio, quando regitur ab vnico verbo, reseruamus, est conditionalis cum conditio debeat censeri repetita in qualibet parte gratiæ, & quando dicta conditio non censeatur repetita, & n. 4.*
5 *Regulæ renocatoriæ vnionum non comprahendunt pensiones etiam quod perpetuo fuerint vnitæ, quia verè non important vnionem.*

DECISIO CCXC.

IAM fuit bis resolutum dandam esse declaratoriam contra Ambrosiũ Diaz ob eius contumaciam in parendo litteris reseruationis annuæ, & perpetuæ pensionis ducatorum 400. reseruatæ ad fauorem Collegiatę de Lerna super fructibus Parochialis loci de Carmena: Hodie pro tertia vice causa proposita super eisdem DD. steterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in decisionibus deductis, quæ subsistere visa fuerunt; nam cum dd. litteræ fuerint iustificatæ, illæque fuerint intimatæ Ambrosio, & seruati etiam fuerint termini de stylo seruari soliti ad docendum de paritione, de quibus per *Vestr. in prax. c. vlt. num. 19. lib. 8. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & propriet.* & non doceatur de aliqua paritione ex parte d. Ambrosij, clarè sequitur contra
1 ipsum esse decernendam † declaratoriam, *Rota decis. 445. & decis. 641. num. 3. par. 2. recent.*

Nec obstant ea, quæ denuò contra iustificationem dd. litterarum obijciuntur, & primo non obstat, quod prætendatur d. reseruationem fuisse conditionalem propter clausulam illam appositam in litteris (etiam si super eis aliæ pensiones existant dummodo annuæ pensiones duas ex tribus partibus fructuum &c. non excedant.) & sic debere iustificari per Collegiatam. Quia placuit respon-
2 sio alias data, quod reseruatio † nõ potest effici conditionalis, nisi probetur, alias pensiones: alijs validè fuisse reseruatas, vt fuit resolutum in causa *Carpentoraсten. pensionis 15. Martij & 20 Nouembris 1602. coram bon. mem. Card. Lancellotto iuniore.*

Nec releuat, quod d. reseruatio pensionis regatur ab vnico verbo (reseruamus) & sic
3 conditio † censeri debeat repetita in qualiber parte gratiæ *iux. doctr. Bart. in l. prætor. la 2. §. eritque differentia in princ. vers. breuiter dic, ff. de vi bonor. raptor.* Quia d. doctrina non visa fuit applicari, cum *Bart.* loquatur, quando lex disponit circa plura in eadem oratione, & omnia reguntur ab eodem verbo, quo casu dictum in vno censetur repetitum in alio. In præsenti autem casu licet verbum (reseruamus) sit positum in fine, non propterea tamen omnia reguntur ab eodem verbo, quia solæ pensiones reseruatæ ab illo reguntur; & vlterius, vt dictum fuit in alia decisione, dicta
4 clausula † (dummodo) non est apposita principaliter ad totam orationem, sed consequutiuè, & qualificatiuè ad clausulãm (etiam si aliæ pẽsiones alijs reseruatæ existant.) quo casu illa non refertur ad alia, *l. fin. §. Titia, vbi Bart. ff. de liber. legat. Felin. in cap. causam num. 4. limit. 3. & 4. de rescript. Capic. dec. 108. num. 12. & fuit dictum in causa Ceruien. Bonor. 23. Martij 1585. coram Card. Seraph. & in Salamantina pensionis 16.* Febr.

Febr.1583. coram Bubalo, & Perusina Sancti Beneueniatis 12. Decembr.1588. coram bon. mem. Card. Pamphilio.

Non obstat, quod reseruatio vti perpetua censeatur reuocata per regulas Cancellariæ reuocatorias vnionum, quæ suum non sunt sortitæ effectum. Quia vltra alias responsiones datas in decisionibus, quæ adhuc hodie DD. placuerunt, fuit animaduersum, quod regulæ reuocatoriæ tam Sanctissimi D. N. quam aliorum Pontificum eius antecessorum non loquuntur de pensionibus, & ideò non censentur comprehendere pensiones, etiam quod perpetuò fuissent applicatæ, quia verè
5 non important † vnionem, *Caputaq. decis.297. & decis. 312. par.2. Paris.de resign. lib. 6. quæst.2. num.47.*

Et ità vtraque &c.

PRAENESTINA CENSVS.

Lunæ 18. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam ex quibus concedatur; Compensationi vt sit locus, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur aduersus rem iudicatam quando constat de bono iure illam petentis.*
2 *Instrumentum publicum facit probationem probatã.*
3 *Subscribens censetur approbasse contenta in scriptura.*
4 *Compensatio non intrat nisi, quando constat partes compensare voluisse.*
5 *Compensatio non inducitur ipso iure, sed requiritur explicita declaratio partis compensare volentis, & num.7.*
6 *Pro compensatione inducenda ipso iure non sufficiant verba generalia, sed requiruntur clara & præcisa, & num.7.*
8 *Census extinctio debet fieri per actum verosimilem saltem per verba de sui natura extinctionem importantia.*
9 *Debitum extinguitur per compensationem.*
10 *Debitor nequit dici, qui iam fuit liberatus.*
11 *Vna & eadem res non venit diuerso iure censenda.*
12 *Per relationem censentur repetita omnia contenta superius cum omnibus suis qualitatibus.*

DECISIO CCXCI.

FVIT lata Sententia à Reuerendissimo P. D. meo Decano per quam præuijs tribus decisionibus conformibus sub diebus 4. Martij.& 14. Iunij 1630. & 25. Iunij 1632. fuit dictum Censum, de quo agitur, scut. 600. in sorte impositum à q. Ioanne Vberto ad fauorem q. Hieronymi Belli fuisse vsque ab anno 1590. pro rata scutorum 350. in sorte per cõpensationem extinctum, & sic mandatum A. C. relaxatum ad fauorem Alexandri, & fratrũ de Bellis filiorum, & hæredum d.q. Hieronymi contra Annibalem Cagnam heredem d.q. Vberti pro fructibus totius Census scutorum 600. esse reuocandum. A qua Sententia cum dd. de Belis non appellassent infra legitima tempora, obtinuerunt committi mihi causam restitutionis in integrum. Vndè proposito à me hodiè dubio, An constet de dd. causis DD. affirmatiuè responderunt; quia constat de bo-
1 no Iure dd. de Belis; quo stante † Restitutio aduersus Sententiam, & rem iudicatam denegari non solet *l.1. & tot.tit. C. si aduers. rem Iudic. Bart. in l. nam & postea §. si minor. ff. de Iureiur. Caputaq. decis.94.par.3.num.1. Rot. decis.1.nu.3. de rest. in integr. in non. & coram Greg.XV dec.459. num.2.*

De bono autem Iure satis patet ex publico
2 Instrumento d.Census, quod facit † probationem probatam *Bald. cons.34. num.1. lib.3. Dec. cons.36.num.5. Alciat.reg.3. præsumpt.13.n.9. Rot. decis.634.num.2.par.1.recent.*

Non obstat prætensa extinctio Census pro d. rata scutorum 350. deducta ex eo, quod d. Vbertus sub die 5. Martij 1560. descripserit in suis libris ad Creditum d. Beli partitam subsequentis tenoris, *à dì 20. di Ottobre 1589. Deue hauere*, (scilicet Belus) *per vn' semestre delli denari hauuti à Roma à censo da lui, che sono stati scudi 600. delli quali ue hà hauuto fino ad hoggi scudi 367. come nelle partite di rincontro si vede; di modo che resta in sc.233. per li quali deue hauere per li frutti del semestre del dì sopradetto scudi* 8.b.74 & quod deindè sub die 9. eiusdẽ mensis Martij factis solidationibus computorum idem Vbertus descripserit e regione ad debitum eiusdem Beli partitam tenoris infrascripti *à dì 9. di Marzo 1590. sopradetto. Si è saldato il conto con il Sig. Girolamo, ci resta debitore de scudi 350. defalcatosi tutti li frutti, che lui haueua hauere da noi fino al dì detto tanto del Censo, come del resto della dote, & altri denari spesi per noi, s'ne è fatto il dì detto l'Instromento per mano del Ricchetto, è sé le sono anco menate buone le partite di rincontro.* Cum-
3 que d.Belus vtramque partitam † subscripserit per hæc verba *Io Girolamo Belo accetto, e confermo quanto di sopra è scritto da vna banda è l'altra* censeatur approbasse extinctionẽ Census pro d. rata scutorum 350. in quibus ipse remanserat debitor Vberti, & sic creditum census ipsius Beli scutorum 600. fuerit redactum ad scuta 250. in sorte principali.

Etenim non controuertebatur Censum per compensationem extingui posse, & quidem pro quacumque parte consentiente creditore vel etiam eo inuito pro parte considerabili ex allegatis in dd. decisionibus, sed fuit responsum hoc non procedere, nisi constet ipsas par-
4 tes † compensare voluisse. *§. compensationes Inst. de act. Azo. in Summ.tit. de compensat. num.13. fuit dictum in Romana Census 20. Nouembris 1593. coram bo.me. Card. Pamphilio* Compensatio nã-
5 que non inducitur ipso Iure, † sed requiritur explicita declaratio partis compensare volentis. *Nauar. de vsur.n.125. Lup. de vsur.comment.2. num.113. Felician. de censib.tom.2. lib.4. cap.vnic. num.12. vers. sed an in compensatione Ludernb. consil.164.num.3.& 4. Cenc. de censib.par.3.cap.1.q.3. art.6. nu.4. Rota in Romana Census coram Iusto impress.*

press. post d. tract. de censib. decis. 160. num. 10. &
6 *seqq.* Nec sufficiunt verba generalia, & facul-
tatiua, sed clara, & præcisa requiruntur. *Rota*
diuers. decis. 627. num. 2. & 3. par. 1. cum etiam in
casibus, in quibus inuito creditore sit facien-
da compensatio, illa non inducatur ipso Iure,
7 nisi de compensatione † opponatur, vel fiat
expressa declaratio à debitore, quod velit cō-
pensare *l. fin. C. de compensat. §. in bonæ fidei & ibi*
glos. & DD. Instit. de act. Tiraq. in l. si vnquam vers.
reuertatur num. 15. C. de reuoc. donat. Corn. cons. 115.
col. 2. lib. 1. Cenc. de Cens. d. art. 6. num. 5. In præsen-
ti autem casu huiusmodi voluntas compesan-
di visa fuit deficere tam quoad ipsum Vber-
tum debitorem, quàm quoad ipsum Belum
creditorem Census. Et quidem quoad ipsum
Vbertum potius colligitur noluisse compen-
sare; tum quia in partitis ab eo descriptis nul-
la fit mentio de prætensa extinctione, sed so-
lum Belum remāsisse debitorem ipsius Vber-
ti, quod pernecesse non concludit d. Census
extinctionem, cum illa debuisset fieri per actū
8 retrosimilem † saltem per verba de sui natura
extinctionem importantia *Rot. decis. 56. num. 1.*
& 2. par. 1. recen. Greg. XV. decis. 156. num. 3. & ibi
Add. tum etiam, quia post d. partitam ab eo
descriptam sub die 5. Martij, in qua declara-
uit Belum debitorem in scutis 367. iterum
calculando descripsit d. aliam partitam sub
die 9. eiusdem Mensis, in qua declarauit eun-
dem Belum debitorem in scutis 350. At si
Vbertus creando d. partitam, ex qua exad-
uerso arguitur compensatio, voluisset extin-
guere Censum pro d. rata vtique non consti-
tuisset in secunda partita Belum iterum debi-
9 torem in d. summa; quia cum per † compen-
sationem debitum extinguatur. *l. si debitor ff.*
qui pot. in pign. hab. sequitur amplius dici non
10 posse debitorem, † qui iam liberatus fuit, vt
benè *Paris. cons. 83. num. 27. lib. 1.*

Idque multo clarius colligitur non solum quoad ipsum Vbertum, sed etiam quoad ipsum Belum ex eo, quod eadem die 9. Martij in qua Belus solidatis computis fuit creatus debitor in scutis 350. subscripsit partitas (de quibus agitur) fuit confectum publicum Instrumentum per acta Ricchetti inter dd. partes, in quo d. Belus constituit se debitorem Vberti pro eademmet summa scutorum 350. quæ promisit soluere ad omnem requisitionem, & beneplacitum ipsius Vberti, ex quo satis apparet d. compensationem minimè inductam fuisse, quia incompatibilia sunt, quod Census fuisset extinctus per compensationem pro d. rata scutorum 350. & quod Belus creditor census remanserit debitor eiusdem sum-
11 mæ mediante, Instrumento Camerali obligatione vallato, ac possit quandocumque compelli ad eorum solutionem; hoc enim modo eadem partita scutorum 350. duos operaretur effectus in fauorem Vberti, quia & extinxisset censum pro d. rata, cuius erat debitor, & creasset nouum creditū pro eademmet sum-
ma, & sic † eadem res veniret diuerso iure censenda contra *text. in cap. cognouimus 12. q. 2. l. cum is §. fideiussor. & ibi glos. in verb. & ideo ff.* [illegible]

de cond. indeb. Rot. decis. 769. num. 4. par. 2. recent.

Nec obstat, quod d. Instrumentum fuerit confectum antequam d. partita describeretur in libro, & subscriberetur à Belo, idque ad firmius docendum de debito ipsius Beli; vndè cum Belus post d. Instrumentum subscripserit partitas, de quibus agitur, inter quas est illa prætensæ extinctionis Census, videatur per d. posteriorem subscriptionem non solum approbasse extinctionem Census, de quo erat creditor, sed etiam extinctionem debiti, pro quo eadem die se obligauerat per acta Ricchetti, cum in contractibus posteriora derogent prioribus, vt fuit responsum in dd. decisionibus. Quia, vltra quod videbatur hoc in ordine non posse subsistere, prius scilicet fuisse confectum Instrumentum, deindè factam fuisse solidationē, & ipsius subscriptionem, cū potius ordo requirat, vt prius præcedere debeat solidatio, & ipsius solidationis approbatio, deindè subsequatur Instrumentum de eo, quod solidatum fuit, responsum fuit, quod adhuc si talis subscriptio emanasset post Instrumentum non tamen hinc sequi fuisse à tali Instrumento recessum: tùm quia in dd. partitis, vt supradictum fuit, nulla fit mentio de extinctione; tùm etiam quia cum Belus approbauerit d. partitam solidationis, in qua declaratus debitor, & in ea fiat relatio ad d. Instrumentum, censetur de nouo illud approbare, quia per huiusmodi relationem censen-
12 tur † repetita omnia contenta in ipso Instrumento cum omnibus eius qualitatibus perindè ac si de verbo ad verbum esset insertum in d. partita, vbi refertur *l. asse toto ff. de hær ed. instit. Bart. in l. 1. §. vlt. circa fin. ff. famil. hercisc. Dec. cons. 47. num. 1. Cranett. cons. 45. num. 4. Paris. cons. 9. num. 17. in fin. lib. 3. Rot. decis. 35. nu. 6. in fin. par. 1. recent.*

Cœterum aduertebant DD. Intentionem Vberti fuisse non quidem extinguendi Censum in sorte pro d. rata, sed tantum effugiendi solutionem fructuum Census pro rata pecuniarum propriarum, quæ pro tempore reperiebantur penes Belum; nam constat tàm ex dd. partitis, quàm ex alijs præcedentibus, & subsequentibus, quæ fuerunt datæ in summario pro parte dd. de Belis, ipsum Vbertum consueuisse accrescere, & diminuere fructus census iuxtà quantitatem pecuniarum ad se spectantium, quæ pro tempore existebant penès Belum; manifestum autem absurdum esset dicere, quod in creatione plurium partitarum pro quolibet incremento, & decremēto crediti ipsius Vberti modo extingueretur, & modo reuiuisceret d. census.

Idque confirmatur ex eadem partita solidationis, in qua videtur habita tantum ratio fructuum, & non sortis census, ibi *defalcatosi tutti li frutti, che lui doueua hauere da noi fino al dì detto tanto del Censo, come del resto della dote &c.*

Et ità vtraque &c.

RO-

ROMANA NVLLITATIS CONTRACTVS.

Lunæ 18. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Pœna *l. Fæminæ C. de secundis nuptijs* cessat accedente consensu filij super transitu matris ad secunda vota, An iste consensus eliciatur ex illius cohabitatione cum matre, & quid hoc casu requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Mater transiens ad secunda vota quid amittat.*
2 Text. in l. Fœminæ C. de secundis nuptiis *non procedit, quando filius tacitè, vel expressè consensit, quod mater transeat ad secunda vota.*
3 *Filius an dicatur tacitè consensisse matri transeunti ad secunda vota propter cohabitationem illius cum matre.*
4 *Filius adhoc vt dicatur consensisse matri pertranseunti ad secunda vota præter cohabitationem cum illa quid requiratur.*
5 *Ignorantia præsumitur ratione minoris ætatis.*
6 *Instrumentum minoris celebratum sine interuentu proximiorum, qui commodè in illius celebratione poterant interuenire à vitio nullitatis excusari non potest*
7 *Instrumentum redditur nullum ex defectu non adimplementi in eo narratorum.*
8 *Rationes sine quibus reddi non possint.*

DECISIO CCXCII.

SVB die 10. Ianuarij præteriti fuit resolutum (Aurelia tantum Informante) Sententiam ab A.C. latam, per quam fuit declaratum nullum Instrumentum, de quo agitur esse confirmandam, quia Decretum Iudicis, quod in d. Instrumento interuenerat, fuerat interpositum ex falsa causa, quæ falsitas ex eo deducebatur, quia fuerat suppositum legitimam vnius ex fratribus Aureliæ Religionem Cappuccinorum professi deuenisse ad Plautillam matrem, alteri autem fratri, qui vltimo loco decessit, Plautillam matrem, & d. Aureliam sororem ab intestato successisse, quod tamen non subsistebat, ex quo ipsa ma-
1 ter legitimam, † & successionem per transitum ad secundas nuptias amiserat ex dispositione *text. in l. fæminæ C. de secundis nupt.* Hodiè reproposita causa super eisdem, & altera quoque parte Informante DD. steterunt in decisis.

2 Non obstat, quod dispositio d. text. † non procedat, quando filius tacitè, vel expressè consensit, quod mater transeat ad secundas nuptias, ex quo propter d. consensum censetur remissa iniuria illata per matrem primo viro defuncto *iux. opinionē glos. in auth. de non elig. secun. nub. in verb. copulantur Bald. in auth. ex testam. num. 3. vers. modo quæritur C. de secundis nuptijs Castill. de vsufr. cap. 2. num. 93. & 94. Gratian. discept. 40. num. 3. cum ibi alleg.* & hic prætenda-
3 tur adesse tacitum † consensum Aureliæ propter cohabitationem illius cum Plautilla matre *ex trad. per dd. Castill. & Gratian. loco supra cit. Paris. cons. 29. num. 84. lib. 3. Rolan. cons. 81. num. 18. vers. item de tacito lib. 3. Surd. inter decis. Sen. Mantuan. decis. 99. num. 12.* Quia quidquid sit an in præsenti casu requiratur consensus expressus, vel tacitus fuit responsū ex sola cohabitatione
4 elici † non posse approbationem, seù consensum Aureliæ absque Scientia, & certioratione Iuris sibi quæsiti ex dispositione d. text. *Aym. cons. 142. num. 11. & 20. Ias. cons. 55. num. 10. lib. 1. Menoch. cons. 237. num. 28. Rota decis. 638. num. 6. & 8. par. 1. rec.* de qua tamen Scientia hic non
5 constat, quinimò ignorantia † præsumitur tàm ratione *text. l. reg. ff. de Iur. & fact. ignor. Aymi. d. cons. 142. num. 11. Capic. decis. 159. nu. 22. Cephal. cons. 34. num. 39. lib. 1.* quàm ex eo, quod bona ab alio administrabantur.

Non obstat, quod narratiua d. Instrumenti dum dicitur legitimam spectasse ad Plautillam, & alteri fratri ipsam, & Aureliam successisse ab intestato, debet intelligi, & declarari quoad vsumfructum, nō autem quoad proprietatem ad substinendum actum, quia verba d. Instrumenti hanc declarationem non patiūtur, dùm simpliciter dicatur in eo, quod in bonis Bernardini respectu legitimæ successit Plautilla mater, & in reliquis Franciscus frater Francisco verò defuncto Plautilla mater, & Aurelia soror &c. quæ dictio (in reliquis) tamquam exceptiua denotat successionem Plautillæ fuisse respectu proprietatis, maximè cùm DD. & Iura semper discretiuè loquantur de legitima, & de vsufructu legitimæ tamquàm de diuersis.

Præterea aliquibus ex DD. videbatur d. In-
6 strumentum † non posse excusari à vitio nullitatis tàm ex eo, quod non fuit celebratum cum Interuentu proximiorum Aureliæ cùm de illo tempore ex testibus, qui dantur constet aliquos adfuisse in Vrbe, commodeque
7 potuisse accedere, quàm † etiam ex defectu non adimplementi narratorum ex parte Thomæ quia in d. Instrumento d. Thomas asserit se reddere rationem suæ administrationis ibi *nec non d. Thomas volens reddere rationem d. suæ administrationis &c.* & tamen apparet nullum per cum fuisse exhibitum Calculum Inuentariū,
8 & librum rationis, † sinè quibus d. ratio reddi non poterat *Gratian. discept. 71. num. 1. Seraph. decis. 1473. num. 1.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE SIGHICELLIS.

Veneris 22. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio plurium descendentium regulariter intelligitur facta discretiuè de descendentibus vniuscuiusque substituti.*

2 *Dispo-*

2 *Disposita in Codicillis habentur pro scriptis in testamento.*
3 *Descendentes succedunt ascendentibus per stirpes.*
4 *Conditione casuali non impleta omnino deficit dispositio.*

DECISIO CCXCIII.

POSTQVAM per duas decisiones fuit firmatum coram R. P. D. meo Queipo (in cuius locum fui in hac causa subrogatus) non constare de fideicomisso vniuersali q. Rodulphi de Sighicellis ad fauorem Camilli filij q. Alberti d. Testatoris consobrini propter existentiã Gulielmi nepotis ex Diamante filia q. Alberti nepotis, & hęredis respectiuè eiusdem fideicomittentis, Camillus cępit prætendere saltem se admittendum fore pro rata ad fideicomissum vniuersale in concursu cum d. Gulielmo. Vnde proposito à me dubio, an intret concursus: DD. negatiuè responderunt.

Et ratio resolutionis fuit, quia cum linea Alberti hęredis diuersa sit à linea Alberti consobrini, & substitutiones de quibus agitur sint distinctæ, & separatæ, intelliguntur factæ discretiuè, non autem simultaneę, non
1 solum quia regulariter substitutio † plurium descendentium intelligitur facta discretiuè de descendentibus vniuscuiusque substituti *Ruin. cons. 121. num. 6. lib. 2. cons. 141. num. 13. & cons. 113. num. 12. lib. 3. Seraph. dec. 1023. num. 3. & in recent. dec. 145. num. 5. par. 1.* sed etiam quia hic concurrit particularis dispositio testatoris, qui voluit filios masculos ex filiabus d. Alberti hęredis succedere in stirpes in casu ab eo destinato, & eos præferri d. Alberto consobrino, eiusque filiis, & descendentibus; vndè bene sequitur non intrare concursum ad fauorem d. Camilli filij d. Alberti consobrini.

Non obstat, quod Camillus in testamento fuerit substitutus in casu deficentiæ lineæ masculinæ d. Alberti nepotis, quæ dicitur defecisse, & de qua prætenditur Guglielmum vti illius ex filia nepotem dici non posse. Quia cum testator postea in Codicillis per viam declarationis, & additionis, in euentum, quod non adfuissent masculi ex d. Alberto eius nepote. substituerit, seù subrogauerit masculos ex foeminis, perindè est, ac si id in ipso testa-
2 mento disposuisset, cum disposita † in Codicillis habeantur pro scriptis in ipso testamento *l. 2. §. Codicillor. ff. de iur. Codicill. Ruin. cons. 15. sub n. 12. lib. 2. Natt. cons. 476. num 16. lib. 2. Surd. cons. 430. num. num. 5. lib. 2. Peregr. de fideicomissi art. 16. num. 49.*

Non obstat, quod testator vocauerit descendentes masculos ex fœminis Alberti nepotis in stirpes, quia ex hoc non sequitur quod linea Alberti consobrini sit vocata, & debeat concurrere cum linea d. Alberti nepotis, quod clarissimè depræhenditur ex eo, quod huiusmodi successio in stirpes consideratur in qualibet linea descendenti respectu ascendentis, non autem in linea transuersali, cum descen-
3 dentes † succedant ascendentibus per stirpes. *Socc. cons. 104. num. 2. & 3. lib. 3. Peregr. cons. 35. n. 3. l. 4. Paris. cons. 87. num. 25. lib. 2. Menoch. cons. 376. num. 35. lib. 4.*

Ex quibus sequitur, quod cum d. Camillus non sit vocatus nisi post finitam lineam Alberti nepotis, quæ adhuc durat mediante persona Gulielmi in d. fideicomisso nequa-
4 quam concurrere debet, † quia casus eius vocationis adhuc euenisse non dicitur *l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell. l. in testamento & ibi glos. & Bart. num. 2. ff. de cond. & demonstrat. Peregr. de fideic. art. 16. num. 116. & art. 51. num. 19.*

Et ità vna tantum &c.

FIRMANA FIDEICOMISSI DE CARRADORIS.

Veneris 22. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Interpraetatio si sit contraria verbis testamenti nõ est attendenda. Substitutio quando non suffragetur. Verborum generalitas quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Interpratatio de directo contraria verbis testamenti non est attendenda.*
2 *Relatum censetur in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
3 *Substitutio non suffragatur vocato post obitum alicuius si casus nondum venit.*
4 *Verborum generalitas nihil incomprahensum relinquit.*
5 *Dictio, supradictus, cuius sit natura.*

DECISIO CCXCIV.

PER binas decisiones emanatas in hac causa resolutum fuit Ludouicam filiam Accursij vigore testamenti Mariæ non posse agere ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici ea ratione, quia cum in d. testamento fuerint vocati tam Accursius, quam Ludouicus, eorumque filij æquis portionibus, sequitur Ludouicam filiam Accursij esse vocatam ad portionem, quæ peruenit ad eumdem Accursium, non autem ad alteram portionem peruentam ad Ludouicam, & eius filios, vt firmatur in vtraque decisione cui resolutioni non acquiescente Ludouica. Placuit DD. pro tertia vice audientiam concedere; quapropter reproposito hodie eodem dubio DD. in decisis perstiterunt ex ijsdem rationibus in vtraque decisione deductis.

Quibus non visum fuit obstare, quod substitutio ad fauorem Ludouici fuerit addita à testatrice suasionibus Philippi, qui in Instrumento communionis bonorum, factæ cum fratribus pro exoneratione suæ conscientiæ declarauit mentem testatricis fuisse, vt filij Ludouici nihil habere deberent ex bonis Mariæ testatricis, quæ declaratio fuit postea accepta à Ludouico, & eius filijs pro vera; vnde iuxtà illius tenorem substitutio prædicta perindè habetur, ac si facta non fuisset, & sic

Ludo-

Ludouicam ad vtramque portionem esse admittendam:

Nam quoad declarationem Philippi separatim sumptam placuit responsio alias data in
1 dd. duabus decisionibus, quod † cum illa sit de directo contraria verbis testamenti, non veniat attendenda ad tradit. per *Tiraq. in l. si vnquam verb. libertis n.13. C. de reuoc donat. Surd. cons. 179. num. 47. Crauett. cons. 84. num. 13. & cons. 194. num. 4. Rota decis. 229. num. 4. par. 2. recent.*

Quoverò ad acceptationem respondetur, quod cum non sit facta simpliciter, sed relatiuè ad fideicommissum conuentionale factum ad fauorem Masculorum domus de Carrado-
2 ris, debet † intelligi iuxta tenorem d. fideicomissi conuentionalis. *ad text. in l. cum quærit §. de administr. tut. Gratian. discept. forens. cap. 301. nu. 57. decis. cons. 47. num. 1. Ruin. cons. 127. num. 4. Greg. XV. decis. 522. num. 10.* & consequenter non po-
3 test Ludouicæ † suffragari, cum in eo sint vocatæ fœminæ post obitum masculorum, qui casus nondum euenit *l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell. l. in testamento vbi gloss. & Bart. ff. de cond. & demonstrat. Peregr. de fideic. art. 16. n. 116.*

Nec obstat, quod in d. fideicomisso conuentionali non sint comprehensa bona relicta per Mariam testatricem. Quia imò con-
4 trarium apparet non solum ex † generalitate verborum, ibi (*tutti li beni in qualsiuoglia luogo*) quæ nihil incomprehensum reliquit *Pedroch. cons. 6. num. 48. & cons. 7. num. 98. Alex. cons. 118. n. 5. lib. 5. Decian. cons. 84. num. 13. lib. 3.*

Verum etiam ex specifica mentione facta de illis, ibi (*mettono in vnione tutti li beni, che si ritrouassero tanto stabili &c. come quelli lasciateli da Maria*) & infetius (*item che tutti li sopradetti beni non si possino alienare, ma che debbano stare perpetuamente per li figli maschi della sopradetta casa*
5 *de Carradori*) ponderata dictione † (*li sopradetti*) quæ operatur, vt bona Mariæ supranominata censeantur indiuidualiter in d. fideicomisso conuentionali repetita *l. 1. §. hoc edicto. & ibi Bart. ff. de postul. Bart. in l. talis scriptura §. fin. vers. quaro ergo. ff. de l. 1. Crau. cons. 98. num. 8. Ruin. cons. 55. num. 4. lib. 3. Rota decis. 713. num. 2. & seqq. par. 1. diuers. Seraph. dec. 584. num. 5.*

Et ita &c.

ROMANA SVPERVIVENTIAE.

Lunæ 2. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Sententiæ eiusque executionis nullitas ac iniustitia ex quibus resultet Tempus si reperiatur præfixum in gratia quando incipiat currere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla & iniusta quando fuit lata non iustificatis, & verificatis narratis in breui & n. 2.*
2 *Ecclesia licet teneatur pro expensis factis per Abbatem in ingressu monasterij non tamen tenetur pro excessiuis & factis ad meram pompam.*
3 *Executio est nulla & iniusta si oriatur ex sententia nulla & iniusta & sit ex radice infecta.*
4 *Executor tenetur ad vnguem seruare formam breuis num. 4.*
5 *Rescriptum Papa non capit personam non expressam.*
6 *Gratia impetrata à Papa de locando bona beneficij, quæ solemnitates requirantur in locatione.*
7 *Tempus præfixum in gratia quando est expressum incipit currere à die data breuis.*
8 *Temporis adiectio in gratijs quando fiat taxatiue.*
9 *In beneficijs omni seruitutis non debet prorogari arbitrio tertij.*
10 *Amplia in impositore temporis cum aliqua dictione limitatiua.*
11 *Beneficium habere aliud est, & aliud habere eius fructus.*
12 *Locatio est ipso iure nulla quando certa merces non fuit constituta.*

DECISIO CCXCV.

CINTHIVS Clemens sub prætextu quod pro monachanda Maria Isabella eius filia æs alienū contraxisset vsq; ad summā scut. 2. mil. ad effectum illud extinguendi obtinuit à S. D. N. Vrb. VIII. feliciter regnante facultatem locandi fructus quinque beneficiorum, quæ obtinebat per hæc verba nobis propterea humiliter supplicari fecisti, vt pro extinguendo dumtaxat ære alieno scut. 2. mil. huiusmodi per te, vt præfertur, contracto, omnia, & singula, fructus, redditus, prouentus, iura obuentiones, & emolumenta Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum per te, seù Procuratorem tuum infra sex menses proximos vni, vel pluribus personis melioren conditionem offerentibus pro iusto tamen, & rationabili pretio in vna, vel pluribus vicibus locare, & arrendare, seù ad annuam, seù aliam pensionem concedere &c. nec non fructus, & redditus huiusmodi & eisdem qui pecuniam tibi crediderint pro d. summa dumtaxat obligare, & hypotecare, vel insolutum, seù alias dare &c.) cuius breuis vigore fuit facta locatio à Procuratore Cinthij, quæ locatio non habuit effectum. Vita postea functo Cinthio R. D. Alterius fuit prouisus de tribus ex dd. quinque beneficijs, & biennio postquam per ipsum fuisset adepta illorum possessio, Creditores d. Cinthij d. Breue ei intimarunt, illumque coram A. C. conuenerunt, à quo fauorabilem sententiam reportarunt pro eius exequutione. Cuius sententiæ vigore per ipsos fuit capta possessio bonorum beneficiorum, & successiuè facta noua locatio fructuum beneficiorum, sequuta etiam illorum exactione, à quo sententia, & exequutione cum fuisset appellatum pro parte D. Alterij, & causa mihi commissa: Dubitaui, an exequutio esset reuocanda, & DD. censuerunt esse reuocandam via ordinaria.

Et moti fuerunt primo ex eo, quod visum fuit constare de euidenti nullitate, & iniusti-
1 tia sententiæ A. C. quia fuit lata † non verificatis, & iustificatis narratis in breui per d. D. Cinthium *cap. 2. vt lit. pend. Mohed. decis. 303. de renunc. Caputaq. dec. 27. num. 3. par. 1.* quod præcipuè

cipuè iustificare debuerat in ea parte, quæ narratur, debita fuisse contracta ex præuisa causa Monachationis filiæ; adeò vt si appa-
2 reat † contracta ex alia causa voluntaria successor non teneatur *Innoc. in c. 1 de solut. Butr. in cap. penult. num. 9. vers. si autem recipitur de fideiuss. Meiochi. de arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 432. & num. 18. Nauar. de spol. Cleric. §. 10. num. 6. benè Castren. cons.*
3 *337. num. 1.* Vbi quod licèt Ecclesia † teneatur pro expensis necessarijs factis per Abbatem in ingressu Monasterij, non tamen tenetur pro excessiuis, & factis ad metam pompam, & faciunt tradita *per Redoan. de spol. Cleric. quæst. 10 num. 38.*

Fuit etiam executio nulla, & iniusta nè dum q ia oriebatur ex sententia iniusta, &
4 sic ex † radice infecta; verum etiam quia in multis executor excesserat formam Breuis, quæ ad vnguem erat seruanda *cap. cum dilecta, & ibi notat de rescript. cap. venerabilis de off. deleg. cap. Pisanis de restit. spoliat. Capmq. decis. 43. num. 5. par. 3.*

Excessus autem primò deducebatur ex quo cum facultas locandi fructus beneficiorum esset directa ipsi Clinthio, vel eius Procuratori, non poterat exerceri per eius creditores,
5 rescripta enim † Papæ non capiunt personas non expressas *cap. 1. & 3. de offic. deleg.* verisimiliter enim Papa voluit confidere de legitimo Titulari, aut de persona ab eo deputata circà actum locationis, qui propterea non poterat explicari per alium *arg. text. in cap. fin. §. is autem & ibi notat. de offic. deleg. cap. 15. cui 12. de rescript. in 6.*

Visum est etiam fuisse excessum quoad solemnitates omninò adhibendas in locatione, quæ iuxtà formam breuis debuisset fieri instò, & rationabili, pretio, de quo nimirum
6 legitimè † constitisset præuia affixione edictorum pro inueniendo maiori oblatore in loco beneficij, vt in terminis similis gratiæ interpraetata fuit *Rota decis. 325. num. 18. post secundum volum cons. Farin. vbi recenset idem fuisse dictum in Viglieuanen locationis 22. Nouemb. 1600. coram bo. me. Pacen. & in Beneuent. reseruationis fructuum 12. Ian. 1609. coram bo. me. Penia.*

Præterea locatio omninò fieri debuit infrà
7 sex menses † proximos, quod intelligebatur à die datæ breuis *iuxt. regul. text. in cap. cum te de rescript. in 6. Oldrad. cons. 56. num. 1. & 2.* Ideoque lapso d. tempore consumpta erat facultas, nec poterat deueniri ad nouam locationem in
8 præiudicium titularis, quia adiectio † temporis in similibus gratijs stat taxatiuè. *Archid. in cap. si propter tua debita ex n. 7. de rescript.* absurdum enim fuisset, quod creditores potuissent
9 differendo † vsum gratiæ pro suo arbitrio prorogare onus seruitutis in beneficijs Io. *Andr. in addit. ad speculat. super rubr. de Cleric. non resid. verb. vide summistas,* vbi notat hoc præcipuè habere locum, si (prout in casu nostro)
10 dispositioni Papæ sit adiecta dictio † aliqua limitatiua temporis, & ponderauit *Rota d. dec. 325. num. 16. post secundum vol. cons. farin.*

Præterea considerabant DD. in vim d. Breuis non potuisse Creditoribus decerni mandatum in possessionem bonorum beneficio-
11 rum, aliud enim est † habere fructus, & aliud possidere beneficia, vt explicat *glos. in d. cap. si propter tua debita de rescript. in 6. in verb. fructuum, vbi Butr. num. 5. verb. venio succinctè glos. in c. si tibi concesso in verb. fructus,* vbi diuersificat gratiam, quæ fit de beneficijs ab ea, quæ fit de illorum fructibus *de concess. praeben. eod. lib. 6. Capmq. dec. 34. num. 4. par. 3.*

Non obstat locatio facta per Henrigum falconium Procuratorem Cinthij ipso adhuc viuente, tum quia hæc non fuit effectuata, tum etiam quia hæc quoque fuit ipso iure
12 nulla, ex quo non fuit constituta † certa aliqua merces, quæ est de substantia locationis *§. 1. instit. de locat. l. si merces ff. eod. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 1. num. 6.* & quæ in casu nostro debuerat constitui adhibitis diligentijs pro inueniendo maiori oblatore *iux. trad. per Rot. d. decis. 325. post secundum vol. cons. Farin.*

Minus visus fuit obstare cõsensus præstitus locationi per Reuerendis. Alterium, cum is reseruauerit sibi expressè facultatem dandi de eius nullitate, & prosequendi Iniustitiam sententiæ, & illius exequutionis in petitorio.

Ex quibus DD. vnanimes vtraque parte informante censuerunt sententiam, & illius exequutionem esse reuocandam via ordinaria.

NVLLIVS SPONSALIVM.

Lunæ 2. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Sponsalia per verba de futuro quando dicantur contracta itaut sit locus coactioni.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia sunt probanda ab eo qui in illis se fundat.*
2 *Probatio requiritur concludens quando agitur de statu hominis.*
3 *Testes consanguinei in causa matrimonij ratione affectionis redduntur suspecti.*
4 *Testes familiares, domestici, viles & malæ conditionis repelluntur.*
5 *Sponsalia sunt probanda per testes bonæ famæ, & vita adeo probata vt verisimile non sit eos velle pro aliquo falsum deponere.*
6 *Testes de solo auditu nec dicentes à quibus audiuerint probationem non faciunt.*
7 *Promissio non iurata contrahendi matrimonium non venit attendenda nec illius vigore quis potest compelli.*
8 *Coactione in causa matrimonij non est locus quando concurrit disparitas diuitiarum, & nobilitate contrahere debentium matrimonium.*
9 *Ecclesia iuxta tutiorem sententiam debet abstinere à coactione in materia sponsalium quando præcessit diuturna lis inter partes.*
10 *Amplia non accedente iuramento.*
11 *Coactioni non est locus ex causa odij, resultan. ex lite.*
12 *In sponsalibus non iuratis mitius est agendum.*

DECI-

DECISIO CCXCVI.

PRAETENDENTE Eleonora Enriguez, quod Alphonsus Ernandez sponsalia per verba de futuro cum ea contraxisset, ac proinde Alphonsum teneri ad matrimonium secum contrahendum fuit per duas sententias de partibus declaratum d. Alphonsum esse à tali petitione absoluendum à quibus cum Eleonora appellauerit, & causa fuerit mihi commissa, proposui dubium an constaret de dd. sponsalibus ità vt d. Alphonsus ad matrimonium veniret cogendus, & DD. negatiuè responderunt.

Etenim cum Eleonora sit actrix, & prætendat Alphonsum cum ea sponsalia contraxisse, vtique hanc promissionem, quæ est fundamentum suæ intentionis, plenè, & conclu-
1 denter † probare debet, *capit.* & ibi *glos. Abb. num.* 1. *de clandest. matr.* Agitur enim hic quasi
2 de statu hominis, quo casu † requiritur integra, & concludens probatio, vt per *gloss. communiter receptam in cap. mulieri in verb. absolutio de iureiur. Dec. cons.* 133. *num.* 2. *Alex. cons.* 143. *nu.* 7. quæ probatio hic deficit.

Non obstant testes pro parte Eleonoræ examinati, tum quia quamplures exceptiones patiuntur contra personas, ex quo aliqui ex dd. testibus sunt consanguinei, & sorores germanæ ipsius Eleonoræ, qui testes, licet aliquin in causa matrimonij possent admitti, quia tamen hic concurrit suspicio nimiæ di-
3 lectionis † eorum testimonium redditur suspectũ, *cap. super ea il secondo* & ibi *glos. in verb. cum mater de testib. Paris. cons.* 55. *num.* 51 *volum.* 4. *Bero. cons.* 4. *num.* 22. *&* 26 *lib.* 2. *int. cons. Zas. Ant. Quett. cons.* 5. *num.* 25. *int. eandem cons. Zas. Gabr. conclus.* 9. *num.* 10. *de testib. Rota decis.* 207. *num.* 4. *par.* 1 *recent.* aliqui verò sunt non solum familiares, & domestici Eleonoræ, sed etiam viles, &
4 malæ conditionis, † ideoque repellendi, *Alex. cons.* 152. *num.* 13. *vers. sed vbi testis volum.* 5. *Ruin. cons.* 130. *num.* 10. *vol.* 4. *Dec. cons.* 133. *num.* 4. *col.* 4.
5 *Grat. cons.* 38. *num.* 77. *lib.* 2. sponsalia † enim sunt probanda per testes bonæ famæ, ac vitæ adeò probatæ, vt verisimile non sit eos velle pro aliquo falsum deponere, *cap.* 1. *de consang. & affin. Feliu. in rubr. de sponsal. nu.* 5. *Alex. de Neuo cons.* 11. *num.* 14. *& cons.* 12. *num.* 11. Aliqui demum deponunt de solo auditu, nec dicunt à
6 quibus id audiuerint † ideoque probationem non faciunt, *Imol. cons.* 135. *num.* 4. *Grat. cons.* 38. *num.* 34. *Alb. cons.* 243. *num.* 13.

Tum etiam quia nihil concludunt in eorũ dictis, cùm aliqui tantum doponant se vidisse de nocte d. Alphonsum in domo Eleonoræ, & ei transmisisse dona, & similia, quæ nõ inferunt ad sponsalia; aliqui verò deponant de simplici promissione contrahendi matrimonium sine iuramento, quæ propterea non
7 meretur attendi, nec illius vigore † Alphonsus potest compelli, *Abb. in cap. requisiuit nu.* 6. *in fin. de sponsal. Ruin. cons.* 203. *num.* 3. *vol.* 1. *Gabr. cons.* 186. *num.* 10. *vol.* 2.

Quæ omnia eo faciliùs videntur admittenda stante quod vnus ex testibus ab Eleonora adductis dicit, Alphonsum ab ipsa interrogatũ quadam nocte, an vellet cum Eleonora matrimonium contrahere, respondisse, quod talem animum non habebat, sed quod eam decipere volebat, quod est multum verisimile stante disparitate conditionis inter d. Alphonsum, & Eleonoram cum Alphonsus sit ditior, & nobilior ipsa Eleonora, ex quo ca-
8 pite etiam non † videtur esse locus coactioni, *Couarr. in epit. de sponsal. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. *in fin. Palac. in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *col.* 2. *Sanch. de matrim. lib.* 3. *disp.* 16. *num.* 7.

Quibus accedit diuturna substentatio litis inter ipsos agitatæ, in qua d. Alphonsus duas sententias fauorabiles obtinuit, quæ quidem arguit obstinatum propositum Alphonsi nõ contrahendi, quo casu tutiorem esse sententiã
9 vt Ecclesia abstinere debeat à coactione trad. *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 17. *nu.* 17. vbi quod hoc fieri debet etiam si sponsalibus accesserit iuramentum. Vndè multò magis quando iura-
10 mentum † (prout hic) non accessit, *Caual. decis.* 447. *num.* 7. *& decis.* 468. *num.* 3. & ex causa odij propter litem esse denegandam coactio-
11 nem † dixit *Rota in Cartaginen. Sponsalium coram R. P. D. meo Durano, & in causa Vlixbonen. Matrimonij* 28. *Nouembris* 1630. *coram R. P. D. meo Pirouano*, & generaliter in sponsalibus nõ iuratis mitius esse agendum, nec ità de facili
12 coactionem admitti tenet *Abb. in d. cap. requisiuit num.* 6. *in fin. Gabr. cons.* 186. *num.* 10. *vol.* 2. *Caual. d. decis.* 467.

Et ita vtraque &c.

ROMANA ANNVAE PRAESTATIONIS SCVT. X.

Mercurij 4. *Maij* 1633.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Possessor Triennalis non tenetur suum vel eius authoris titulum ostendere.*
2 *Etiamsi agat ad defensionem iurium sui Canonicatus.*
3 *Bona dismembrata ab vsu Ecclesiæ à Papa & vnita seu data pro dote quorundam Canonicatuum, dicuntur effecta membra & prædia eorumdem Canonicatuum.*
4 *Verba vna cum annexis & pertinentijs suis præferunt bona vnita absque necessitate vlterioris nominationis.*
5 *Consensus Titularis ex quibus dicatur probatus.*
6 *Testes deponentes de conclusione contractus antè celebrationem instrumenti non veniunt attendendi contra instrumentum postea rogatum.*

DECISIO CCXCVII.

FVIT resolutum sub die 14. Martij præteriti Ioannem Iacobum Maggium, & Iulium

Iulium Ghezium Canonicos Ecclesiæ Sanctor. Laurentij, & Damasi fundare intentionem suam, ita vt veniret relaxandũ mandatum contra Antonium Nigrum pro annua præstatione scutor. decem ab eo promissa q. Bellobono tunc Rectori Ecclesiæ S. Nicolai in Agone. Hodiè reproposito dubio super iisdem DD. steterunt in decisis.

Nec obstare visa fuerunt quæ opponebantur per dictum Nigrum circa defectum tituli dd. Canonicorum nunc agentium vti successorum in Iuribus Ecclesiæ S. Ceciliæ, & Parrochialis S. Nicolai, quæ fuerunt suppressæ, & de earum fructibus dd. Canonicatus erecti. Et quidem non obstat id, quod opponitur contra personam Ghezij, nempè quod ipse veniat vti resignatarius Vrsini tanquam prouisi in actu erectionis de vno ex dd. Canonicatibus, & tamen non docet dictum Vrsinum fuisse vnum ex dd. Canonicis tunc prouisis. Nam fuit respõsum, quod cum Ghezius post resignationem sibi factam ab Vrsino sit pos-
1 sessor † triennalis, non tenetur suum, vel eius auctoris titulum ostendere, *Caffad. decis. 2. n. 1. & decis. 3. num. 3. de cauf. possess. & propr.* Eoque
2 magis quia Ghezius agit† ad defensionem iurium sui Canonicatus *Compostel in cap. nisi de elect. Archid. in c. alienationes 22. q. 2. Gemin. in cap. ordinarij §. quod si forte num. 7. de offic. ordin. Ros. decis. 9. de cauf. poss. & propr. in antiq.* alioquin nullus esset, qui posset Ecclesiam defendere, & sic illa sine defensore remaneret, quod non est dicen. *Rota decis. 331. num. 3. par. 2. recent.*

Non etiam obstat id, quod opponitur cõtra personam Maggij, quod scilicet ipse appareat prouisus de d. Canonicatu tanquam erecto ex fructibus Ecclesiæ suppressæ S. Cæciliæ, de quibus solum fit mentio in eius collatione, non autem ex fructibus S. Nicolai, de cuius Iuribus nunc agitur; nã vltra quod militat eadem responsio supradata pro Ghezio, fuit responsum, quod per applicationem, & vnionem à san. mem. Gregor. XV. factam bona d. Ecclesiæ S. Nicolai fuerunt effecta
3 membra, † ac prædia dd. Canonicatuum, *Seraph. decis. 645. num. 3. &* 1009. *num.* 4. & propterea non erat necesse facere mentionem de dd. bonis, cum illa veniant sub illis verbis; vna
4 cum † annexis, & pertinentijs suis *Rot. dec. 46. de rescript. in antiq.* & faciunt tradita per *Rebuff. in sua prax. tit. de vnionib. num. 14. & 16. Mart. de clauf. clauf. 28.*

Non obstat, quod Niger dicat non constare de consensu Cardinalis Titularis, quia hoc
5 cessat ex facto, cum de illo appareat † ex Instrumento rogato per Notarium Cancellariæ vigore cedulæ ab eo subscriptæ iuxta stylum Curiæ. *Sarn. in reg. de impetr. benef. vac. per obit. fam. Card. q. 28. vers. sed sufficit.*

Non obstat exceptio non implementi eorum, quæ Bellobonus promisit in Instrumẽto transactionis cum d. Nigro, nempè reinuestire scut. 200. in tot locis montium, quod dd. pecuniæ proueniebãt ab ipso Nigro, aliasque declarationes apponere, de quibus in d. Instrumento, nam hoc pariter cessat, ex quo apparet litteras eorumdem locorum montiũ per d. Bellobonum emptorum sub die 14. Iunij 1613. & sic post duos dies à die initæ transactionis, quę legitur sub die 15. eiusdem mensis, & anni, fuisse deinde de mandato Iudicis correctas iuxta formam d. transactionis, vt in Summar. prædictæ positionis *num.* 12. & huiusmodi correctionem fuisse annotatã in calce ipsarum litterarum cum subscriptione Secretarij, quod sufficit ad hoc, vt elidatur omnis suspicio fraudis.

Denique non obstãt ea, quæ denuò inculcantur circa defectum causæ cõtrouersæ præstationis annuæ. Quia fuit responsum in decisione, quæ reuidetur, perfectionem contractus consistere in conclusione, quæ fit in actu celebrationis Instrumenti, non autem attendi debere id, quod antea fuit tractatum, vel conclusum, cum possibile sit, quod à d. tractatu, vel conclusione fuerit recessum, vt propterea testes deponentes de huiusmodi tractatu, vel conclusione ante celebrationem In-
6 strumenti nihil concludant † contra Instrumentum postea rogatum, vt vltra allegata in decisione fuit consideratum in *Turritana bonorum Lunæ 17. Aprilis 1617. coram bon. memor. Vbaldo.*

Reliqua, quæ opponebantur, vel non fuerunt habita in cõsideratione, vel fuerunt sublata in alia decisione.

Et ita vtraque &c.

VRBEVETANA TERRARVM.

Lunæ 9. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore Saluiani interdicti quando denegari non possit. Transactio quid operetur; Assignatio quando non dicatur legitimè facta.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani interdicti non potest denegari quando sunt iustificata omnia extrema.*
2 *Extremum primum in Saluiano est creditum cum hypotheca.*
3 *Extremum primum in Saluiano probatur per instrumentum.*
4 *Extremum secundum in Saluiano probatur per sustentationem litis.*
5 *Transactio non solum extinguit litem sed etiam adimit iurisdictionem à Iudice, & n. 6.*
7 *Census quando potius simulati quam veri dicantur.*
8 *Assignatio non dicitur legitimè facta sine interuentu illius de cuius interesse agitur.*
9 *Rectoris negligentia nec Ecclesia nec successori in beneficio potest præiudicare.*
10 *Circuitus sunt euitandi.*
11 *Rector beneficij nõ potest reconueniri super re quam antea habuit tanquam persona priuata & nomine proprio si postea agat vti rector, & ex necessitate officij rectoris.*

DECISIO CCXCVIII.

FRANCISCVS Morellus in suo cum
quo decessit testamento mandauit con-
strui Cappellam, & pro ea expendi scuta 100.
pro dote verò voluit assignari scuta 400. erog-
gan in emptionem Census, vel bonorū stabi-
lium. Post d. Francisci mortem Petrus An-
tonius Morellus eiusdem testatoris frater me-
diante concordia inita cum hærede Fran-
cisci testatoris suscepit in se onus construen-
di, & dotandi dictam Cappellam, cui obliga-
tioni pro maiori cautela vti principalis, & in
solidum accessit Carolus Morellus alter fra-
ter, qui prædicta omnia adimplere promisit
sub obligatione omnium suorum bono-
rum.

Cumque hodie D. Angelus Lucianus mo-
dernus Rector dictæ Cappellæ prætenderet
eam non fuisse dotatam, nec in illius constru-
ctione fuisse impensa scut. 100. iuxta disposi-
tione Testatoris, egit iudicio Saluiani pro ad-
implemento contra Pantaleonem de Panta-
leonibus possessore bonorum Caroli, qui ad
prædicta se obligauerat. Vndè proposito à
me dubio, an eidē esset danda immissio DD.
affirmatiuè responderunt; quia cum pro par-
1 te ipsius † omnia extrema in Saluiano requi-
sita iustificentur illa non potest ei denegari,
Rolan. à Vall. conf. 114. num. 13. lib. 1. Rota decis. 25. num. 4. post Statil. de Salu. Gregor. XV. decis. 491. num. 6. Seraph. decis. 685. num. 1.

2 De credito enim cum † hypotheca ad fa-
uorem Cappellæ, quod est primum extremū
requisitum in Saluiano cōstat ex instrumēto
dato in Sum. D. Luciani *num. 3.* in quo legitur
d. Carolum promisisse fideiussorio nomine
mediante obligatione omnium suorum bo-
norum dotare d. Cappellam, quod quidem
3 Instrumentum † probat primum extremum,
Rota decis. 13. num. 1. post Statil. de Salu. & dec. 34. num. 6. & decis. 55. num. 6. post Cenc. de cens.

Quod Carolus de tempore d. obligationis
possideret bona controuersa, & quod hæc ea-
dem bona nunc possideantur à d. Pantaleone
iustificatur ex altero Instrumento, in quo Ca-
rolus bona prædicta assignauit Pantaleoni,
4 vt in Sum. *n. 7.* iuncta etiam † substentatione
litis, quæ omnia plenè probant secundum
extremum, *Rota decis. 19. num. 2. decis. 20. num. 2. & decis. 202. num. 1. post Statil. de Salu.*

Nec obstant exceptiones pro parte Panta-
leonis allegatæ, & primo non releuat defectus
Iurisdictionis ex eo deductus, quod D. Lucia-
nus fuerit admissus ad causam verteñ inter
Carolum, & Pantaleonem in eodem statu, &
terminis, in quibus reperiebatur; quæ quidē
causa fuerat anteà terminata per transactio-
nem initam inter eosdem Carolum, & Pan-
taleonem, & propterea idem Lucianus non
possit nunc audiri in Rota sine noua commis-
5 sione, cum transactio non solum † extinguat
litem taliter quod non dicatur habere am-
plius statum *Mohed. dec. 3. de transact. Rota coram Greg. XV. dec. 354. n. 7. ad med.* sed etiam adimat
6 iurisdictionem à Iudice, *Bald. in rubr. de transf. num. 1. in decret. Rota apud Thom. de Thatis dec. 5. incip. nam transactio:* etenim obiectum visum
fuit cessare ex facto, quia transactio non ha-
buit effectum, ex quo causa fuit postea pro
sequuta in Rota, vt patet ex decisione ema-
nata de anno 1628. 28. Iunij coram Eminen-
tiss. Card. Virili.

Minus obstat, quod creditum cum hypo-
theca fuerit extinctum per dotationem factā
à Morellis præuia consignatione Censuum,
& bonorum stabilium, vt ex Instrumento,
quod datur in Summario Pantaleonis *num. 5.*
Præmisso enim, quod de existentia dd. Censuū
non constat, cum in Instrumento assignatio-
nis non enuncietur de quo tempore fuerint
impositi, & à quo Notario fuerint rogati, &
7 sic potius simulati, quam veri præsumuntur.
Placuit DD. responsio data per informantes
pro D. Luciano scilicet d. assignationem non
8 fuisse legitimè factam, † cū in ea non interue-
nerit persona legitima, scilicet Episcopus, vel
Rector Cappellæ, de cuius interesse agebatur
sed illam fuisse factam fratribus, in quorum
Ecclesia fuit fundatum Altare, & sic illa non
potest suffragari, *Bart. in l. Theopompus num. 4. ff. de dot. praleg. & in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. & conf. 254. num. 8. lib. 1.*

Nec releuat, quod Rectores antecessores
nunquam d. assignationem impugnauerint,
9 quia eorum negligentia † nec Ecclesiæ, nec
successori in beneficio potuit præiudicare,
cap. Episcopi, & ibi DD. de reb. Eccles. non alien. cap. 2. de precar. Abb. in cap. accepimus numer. 5. de ætat. & qualit.

Denique non obstat, quod idem Lucianus
possideat prædium ei venditum à Carolo,
quod quidem cum esset prius hypothecatum
ad fauorem Pantaleonis, possit nunc in Iudi-
cio reconuentionis ab eo vindicari, & propte-
10 rea, vt † circuitus euitetur, veniat ei dene-
ganda immissio, fuit enim responsum, quod
cum D. Angelus non habuerit prædium in
hanc causam, sed nomine proprio vti perso-
na priuata, & antequam esset Rector Cappel-
læ, non potest hodie in hoc iudicio Saluiani
11 reconueniri † dum nō agit nomine proprio,
sed tanquam Rector, & ex necessitate officij
Rectoris, *Butr. in cap. cum olim num. 7. de testib. Socc. in cap. ex litteris num. 27. vers. & prædicta procedunt de mut. pact.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DOTIS.

Veneris 13. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Fratri decedenti ab intestato in bonis maternis succeditur Bononiæ, prout ius commune disponit non obstante illius statuto sub rubric. de success. ab intestat. ascendeñ. & collat. preferente masculos fœminis cum illud excipiat bona, quæ fratri obuenerunt ex dote materna.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fratri decedenti ab intestato succedunt pro virili alij fratres, & sorores.*

2 *Statutum Bononiæ sub rubric. de success. ab intest. ascendens, & collat præferens masculos fœminis excipit bona prouenientia ex dote matris.*

3 *Monterent eiusdem statuti glossat. reprobatur dum dicit dictum statutum esse referendum, quoad sorores vterinas, & n.8.*

4 *Limitatio in fine dispositionis apposita regulariter refertur ad omnia præcedentia.*

5 *Vinculum duplex habenti, magis proficere debet, quam vnum.*

6 *Sorores vtrinque coniunctis sunt de agnatione, vterina vero extraneæ reputantur.*

7 *Statutum mandans seruari ius commune potius æquitati, & æqualitati seruandæ inter fratres, quam conseruationi familiæ prouidet.*

DECISIO CCXCIX.

SENTENTIAM Vicarij Bononieñ, qua fuit pronunciatum, Angelum Michaelem ex fratre nepotem Marij teneri restituere Monasterio S.Christinę ex personis Elisabeth, & Lucretiæ Monialium in eo professarum eiusdem Matij sororum duas ex tribus partibus hæreditatis d. Marij ab intestato sine filijs defuncti confirmandam esse DD. censuerunt; quia illius validitas non controuertebatur, iustitia verò vita fuit patens.

Etenim cum prædictus Matius sine filijs ab intestato decesserit superstitibus Angelo Michaele ex fratre nepote, ac prædictis Monialibus eiusdem defuncti sororibus, vtique
1 omnes † pro virili erant ad hæreditatem admittendi iuxta dispositionem *text. in auth. cessante, & in auth. post fratres, C. de legit.hæred.§.reliquum, auth. de hæred.ab intest. venient.*

2 Nec obstare visum fuit Statutum † Bononieñ sub *rubr. de success. ab intest.ascenden. & collat.* quo cauetur in hæreditate fratris esse admittendos mares exclusis fœminis: quia statutum prædictum expresse excipit bona, quę ad fratrem defunctum peruenerunt ex dote materna, in quibus seruari mandat ius commune. In proposito autem sententia, de qua supra, legitur restricta ad bona, quæ defuncto fratri peruenerunt ex hæreditate materna, vnde benè intrat dispositio dd. iurium.

Nec venit attendenda interpretatio *Monterent. eiusdem Statuti glossat. in verb. exceptis*: asserentis limitationem præfatam referendam esse ad vterinas, de quibus Statutum in proxima superiori parte loquitur, non ad vtrinque coniunctas, de quibus fit mentio in principali dispositione. Quoniam interpretatio Mon-
3 terentij † aliàs fuit à Rota reprobata vti contraria iuris regulis, & æquitati; limitatio enim
4 posita in fine dispositionis ad † omnia præcedentia regulariter refertur; vnde exceptio bonorum maternorum apposita in fine capituli referri debet tam ad vterinas, de quibus proximè fit mentio, quam ad vtrinque coniunctas in principali dispositione comprehensas, *Natt. cons.614.num.2. Alex.cons.212. num.6. lib.6. Decian.cons.70.n.19. lib.3.*

Maximè cum pro vtrinq; coniunctis concurrat eadem, imò maior ratio, nam si vterina, quæ vno vinculo est fratri coniuncta, venit cum eo ad hæreditatem admittenda, vt idem statutum disponit, multo magis venit admittenda vtrinque coniuncta, quæ vterina dicitur, & consanguinea, in eaque duplex vin-
5 culum concurrit, † quod magis ipsi proficere debet, *ad text. in l. discretum, C.qui test. fac. poss. auth. cessante, C. de legit. hæred. Caphal. cons.323. num.57.*

Nec subsistere visa fuit diuersitas rationis ex eo desumpta, quod statutum exclusiuum fœminarum tendat ad conseruationem agnationis, quæ conseruatio militat in vtrinque coniunctis, quę sunt de agnatione, non autem
6 in vterinis, † quæ vti extraneæ reputantur, *iuxt. opin.Socc. sen.cons.245.num.9.lib.2.Bald.cons.30.num.4.lib.1.* Quia statutum, de quo agitur, tendit solum ad conseruationem agnationis respectu bonorum, quæ proueniunt à matre; nam cum statutum in eis seruari mandet ius commune, dicendum est potius æquitati, ac
7 æqualitati † seruandæ inter fratres, quam conseruationi familiæ prouidisse auferendo omnem differentiam inter masculos, & fœminas, *iux. text. in l. lege 12. tabul.C.de legit.hæred. l. maximum vitium, C.de lib. pret.*

Præterea vterina etiam si reputetur extranea, non tamen melioris conditionis, quam vtrinque coniuncta censeri debet. Quia qualitas vterinitatis, quæ in ea concurrit, pariter in vtrinq; coniuncta considerari potest; quapropter iniquum esset, ac ab omni æquitate alienum, quod vterina in bonis maternis, simul cum fratre admitteretur, vtrinque coniuncta verò exclusa remaneret, prout per prędictas, & quamplures alias rationes interprę-
8 tatio † Monterentij reprobata fuit à *Rota in Bononien. Successionis, Luna 10. Ianuarij 1633. coram R.P.D. meo Merlino confirmata hac eadem die coram eodem*, in quibus quidem decisionibus nullum obiectum remansit, quod luculenter non fuerit sublatum.

Et ità vtraque &c.

NARNIEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 3. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Gratiam iurispatronatus, quando quis dicatur iustificasse. Iuspatronatus quando sit transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos; Consensus ordinarij in donatione Iurispatronatus, quando requiratur, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiū, quod vacauerit per mortem alicuius probatur ex eo, quod pars venit ex eadem vacatione.*

2 *Obitus probatur ex fide Parochi.*

3 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

4 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum pro rata hæreditaria.*

5 *Sub donatione omnium bonorum non venit ex, quæ sunt subiecta fideicommisso, & n.6.*

7 *Iuspatronatus, quando est relictum hæredibus, & successoribus in perpetuũ est transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos, & num. 8. vbi de dictione in perpetuum.*

9 *Donatarius vniuersalis est loco hæredis.*

10 *Agnationis contemplatio excluditur, quando fœminæ sunt vocatæ.*

11 *Clausula,* nec non quæcunque iura, & omnia bona, *in donatione apposita, intelliguntur de similibus rebus eiusdem naturæ.*

12 *Donatio facta per verba prægnantissima tunc per generalitatem verborum in ea etiam comprahenditur iuspatronatus.*

13 *Dictio,* qualitercumque, *comprahendit omnia vltra expressa.*

14 *Iuspatronatus donari non potest sine consensu Ordinarij.*

15 *Quod intellige in particulari donatione puta ex legato, vel fideicommisso particulari secus in donatione vniuersali omnium bonorum, & iurium, & num. 16.*

DECISIO CCC.

VACANTE Cappellania, de qua agitur, de Iurepatronatus hæredum q. Nicolai Auæ fuit de ea à Sanctissimo prouisus Dominicus Boncambius vti præsentatus à Dionysio Castellio pro medietate patrono cum derogatione d. Iurispatronatus pro altera medietate; cumque de eodem Beneficio fuisset ab Ordinario institutus Romulus Iacobutius vti præsentatus ab hæredibus Victoriæ neptis d. Nicolai fundatoris tanquam assertis in totum patronis. Dubitaui, an gratia Dominici sit iustificata, & DD. affirmatiuè responderunt.

Existentia siquidem d. Iurispatronatus probatur ex Instrumento fundationis, & dotationis; nec partes in hoc discordant.

Vacatio verò Cappellaniæ per obitum Iulij Coronæ vltimi possessoris probatur pariter,
1 ex eo, † quod altera pars venit ex eadem vacatione per obitum d. Iulij, *Aegid.dec.320. Seraph.dec.144.num.9.Canal.dec.55.num.3.* & iusti-
2 ficatur etiam ex fide Parochi, *Rot. decis.321. num.3.decis.621.num.4. & decis.700.num.4. par.1. recent.*

3 Clericatus patet † ex litteris patentibus Eminentissimi Cardinalis Vicarij, *Abb. in c. nisi num.7.de probat. Rot.decis.16. de probat. in antiq. & dec.523.num.1. par.2. recent.*

Valor per non excessum ducat. 24. satis videtur iustificari ex fructibus ipsius Beneficij prouenientibus ex ipsa dote ascẽdente solum ad summam scutor. 650. quæ iuxta mentem fundatoris fuit inuestita in tot stabilibus, & censibus, quorum fructus non excedunt d. valorem.

Pertinentia denique d. Iurispatronatus spectantis pro medietate ad d. Dionysium, circa quã difficultas restringebatur, probatur quandoquidem Nicolaus Aua, qui hoc beneficiũ fundari mandauit, hæredem instituit Thalphinam eius sororem, eiq; substituit Victoriam, & Posthumiam eius ex filia neptes, quæ tamen cum prædecesserint d. Thalphinæ, d. substitutio fuit caducata, & sic bona Nicolai remanserunt libera apud d. Thalphinam, vt fuit firmatum in decisione R.P.D. mei Pirouani sub die 23. Iunij 1631. Cumque d. Talphina donauerit omnia sua bona præsentia, & futura, & quæcumque iura, & actiones dd. Victoriæ, & Posthumiæ eius filiabus, & d. Dionysius sit hæres d. Posthumię ex persona Catharinę eius filię, bene sequitur per d. donationẽ Iuspatronatus transijsse pro medietate in d.
4 Dionysium hęredem Posthumię, quia iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum pro rata hęreditaria, *Lambert. de Iurepatr. par.2. lib.1.q.2.art.24.num.7. & 16.& par.3.lib.2.quæst. princ.art.5.num.5.*

Non obstat, quod tempore donationis adhuc viuerent dd. Victoria, & Posthumia, ad quarum fauorem d. Talphina erat grauata re-
5 stituere hęreditatem, & sic † in d. donatione compręhendantur tãtum bona propria ipsius Thalpinę, non autem illa Nicolai restitutioni subiecta, *Pereg.de fideic.art.6.num.12. Seraph. decis.963.num.6. & decis. 969.numer.8. par.1.recent.* Etenim obiectum istud iam fuit sublatum in d. decisione R.P.D. mei Pirouani, in qua plenè fuit firmatum d. fideicommissum, quod prętendebatur adhuc extare ad fauorem filiorum Victorię tanquam in conditione positorum non obstare reijciendo omnes coniecturas pro d. fideicommisso ponderatas, nec non sub d. donatione compręhendi etiam bona Nicolai stante d. generalitate verborum, qua-
6 litercumque spectañ, † & ex clausula (etiam si talia forent, quę sub tali loquutione non venirent) & ex alijs amplissimis clausulis in donatione appositis, ibi (nec non omnia iura, quandocumque, & qualitercumque competeñ, & competitura.) in dicta decisione ponderatis.

7 Eoque magis, quia † cum d. Iuspatronatus fuerit relictum hæredibus, & successoribus in perpetuum, vtique est transitoriũ ad quoscumque hæredes etiam extraneos, & sic ad d. Dionysium, *Molin.de primog.lib.1.cap.20.num.7. Seraph.dec.364.num.1. & dec.378.num.1.Grat.discept.577.num.48.Rot.decis.707.num.10. par.1. re-*
8 *cen.* Stante maximè † dictione (in perpetuum) *Castr.cons.239.col.1.vers. breuiter, lib.1.Socc. cons. 266. num.37. vers. secundo præmissa, lib.2. Fusar. q.339. num.18.* Donatarius autem vniuersalis
9 est † loco hæredis, *Boer.dec.204.n.43.Bellam.decis.31.Cels.Vgon.cons.13.n.22.*

Hinc non facit, quod decisio coram R. P. D. meo Pirouano, cum pro coniectura vocationis filiorum in conditione positorũ adduceretur d. dispositio, quod Iuspatronatus spectaret ad hæredes, & successores in perpetuũ, responderit legatum esse quidem perpetuum conseruandum apud omnes hæredes testato-
ris,

ris, sed ex illo ad fideicommissum vniuersa-
le non esse arguendum; Quia non propterea
decisio sensit adesse fideicommissum super iu-
repatronatus, sed imò illud transire ad omnes
hæredes testatoris, & sic cum hæreditate vo-
catorum quousque durat vocatio mox ad ex-
traneos iuxta naturam iurispatronatus, & vo-
cationis successorum in infinitum ex supra
10 allegatis. Idque † magis stante etiam voca-
tione fœminarum, quæ excludit contempla-
tionem agnationis, & confirmat Patronatum
hæreditarium, non gentilitium, *Rot. d. decis.
707. num. 6. par. 1. rec. Grat. d. discept. 577. num. 46.
& in Piscien. Beneficij 7. Nouembris 1629. coram
R. P. D. meo Vbaldo.*
Non obstat, quod donatio loquatur de bo-
nis prophanis, videlicet, domibus, prædijs, vi-
11 neis, siluis, & huiusmodi; † & clausulæ (nec
non quæcumque iura, & omnia bona &c.)
intelligantur de similibus eiusdem naturæ, ac
propterea non comprehendatur Iuspatrona-
tus, *Couarr. lib. 3. var. cap. 13. num. 4. Lambert. de Iu-
repatr. lib. 1. par. 2. q. 5. art. 14. Rota coram Augustino
par. 2. lib. 3. dec. 1152.* Quia cum d. donatio sit
12 concepta per † hæc verba prægnantissima
donans omnia iura quandocumque, & qua-
litercumque spectañ, & quomodolibet com-
peritura) non potest censeri restricta ad simi-
lia, sed propter generalitatem dd. verborum
cōprehēditur etiam Iuspatr. *Put. qui d. dec. 1152.
declarat in dec. 341. li. 2. Seraph. dec. 325. n. 3. Barbos.
dict. 300. & 308. in Lugd. impress.* & de dictione
13 qualitercumque † quod comprehendat om-
nia vltra, expressa, *Seraph. dec. 317. num. 3. Barbos.
d. claus. 300. num. 3.* Eoque magis cum sub hac
verborum vniuersalitate fuerit translata in
donatarium hæreditas Nicolai Fundatoris, vt
in d. *decis. R. P. D. mei Pironani firmatum fuit.*
14 Non obstat, quod in d. donatione non in-
teruenerit consensus Ordinarij, sine quo ius-
patronatus donari non potest, *Add. ad Greg. XV.
decis. 430. cum alijs ibi cumulat.* Quia hoc proce-
15 dit in particulari donatione † iurispatrona-
tus, puta ex legato, vel fideicommisso parti-
culari, *Io. Andr. in cap. cum sæculum num. 2. de iu-
repatr. Alex. de Neuo cons. 63. n. 2. Anchar. in Clem.
plures, de iurepatr. col. 4. in fin.* Secus autem est
16 in donatione † vniuersali omniũ bonorum,
& iurium, in qua consensus Ordinarij mini-
mè requiritur, *Abb. in cap. illud num. 4. cap. cum
sæculum sub nu. 12. de Iurep. Barbos. de Episc. alleg.
71. num. 10. par. 3. Lambert. de iurepatr. 1. q. princ.
n. 3. in fin. vers. sed nec hæc responsio, & in 2. art. 1.
q. princ. num. 1. & 3. art. 1. quæst. princ. num. 1. 2.
par. 1. lib.*

Neque iustificatio gratiæ cessat prætextu, quod præsentatio facta non fuerit in termino edicti, quia placebant responsiones datæ per informantes, cum quibus DD. transierunt.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 20. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Dotis restitutioni, quando sit factus locus, Litteræ Apostolicæ executioni demandari non debent ob illarum obreptionem.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutioni est factus locus ob obitum viri sine filijs.*

2 *Litteræ Apostolicæ subreptitiæ non debent executioni demandari.*

3 *Subreptitia gratia eo ipso dicitur, quod non fuit Papæ narratum id, quod si fuisset expositum, difficiliorem Papam reddidisset ad gratiam concedendam.*

DECISIO CCCI.

MAXIMILIANVS Caffarellus hæres fideicommissarius q. Bernardini Caffarelli præuia derogatione fideicommissi obtenta à Sanctissimo alienauit pro suis indigentijs cũ consensu D. Marij Caffarelli eius filij ex primo matrimonio Casale Vallislatæ pretio scutorum 26664. cuius pretij scuta 5. mil. tantum fuerunt erogata in emptionem locorum mõtium, quæ stare deberent pro multiplico vsque ad integrum pretium d. Casalis.

Postmodum ijdem Maximilianus, & Marius sub prætextu, quod essent ære alieno grauati præuio altero rescripto Eminentissimo Vicario Vrbis directo obtinuerunt mandatũ de consignando scut. 986. ex fructibus d. multiplici.

Deindè sub eodem prætextu ijdem Maximilianus, & Marius simile rescriptum eidem Vicario Vrbis directum pro consignatione scutorum 2185. ex venditione 20. locorum Montis subsidij triennalis emptorũ ex multiplico Casalis Tuffelli Eminentissimo Principi Burghesio alias venditi obtinuerunt, & pretium dd. locorum Montium percæperunt.

Demum vita functo Maximiliano Marius filius iterùm sub eodem prætextu, quod esset in maxima necessitate constitutus, aliud rescriptum obtinuit directum eidem Vicario, à quo pariter mandatum de consignando scuta 630. ex fructibus supradicti multiplici Casalis Vallis latæ reportauit.

Verùm, quia D. Laura Crescentia secunda Vxor d. Maximiliani tamquam creditrix eiusdem occasione suæ dotis, alimentorum decursorum, & non solutorum, & aliorum Iurium dotalium prætendebat prædicta loca Montium vti prouenientia ex fideicommisso ascendentis fuisse sibi obnoxia pro restitutione suæ dotis, & Iurium prædictorum, distractionesque dd. fructuum, & locorum Montiũ non potuisse fieri in eius præiudicium, & prædictam quantitatem esse eidem Mario imputandam ad computum dotis Maternæ ex eodem fideicommisso detrahendæ: Quapropter

ter interposita per eam appellatione à die habitæ notitiæ, causaque appellationis mihi cōmissa; proposui dubium; An eidem D. Lauræ deberetur dos, & alimenta, itaut Sententiæ & Mandata Eminentissimi Vicarij essent reuocanda,& DD. distinctè procedētes;quoad dotem illam deberi, & decreta ad instantiam Marij esse reuocanda, responderunt. Quo verò ad alimenta, & decreta ad instantiam Maximiliani obtenta, mandarunt, vt de illis particulariter videretur.

Quo enim ad prædictam partem resolutionis moti fuerunt DD. ex eo, quia D.Laura docet de constitutione, & solutione dotis per publicum Instrumentum, in quo Maximilianus promisit dotem restituere in omnem casum restitutionis tām constante, quàm soluto matrimonio; vndè cum Maximilianus decesserit sinè filijs ex d.D.Laura secunda vxore non est dubium, quin sit factus locus restitu-
1 tioni † d. dotis *iux.text. in l.2.ff. solut. matrim. l. vnic. §. cum autem in exactione C. de rei vxor. act. Socc.cons.32.lib.3.num.1.*

Quo verò ad secundam partē, ratio resolutionis fuit,quia decreta Vicarij dederunt exequutionem litteris Apostolicis tribueñ facultatem alienandi bona fideicommisso subiecta;
2 quæ litteræ † vti subreptitiæ non poterant exequutioni demandari. *Natt.cons.211.num.2. vbi etiam si in modico Crauett.cons.296.col.vlt.vers.non obstat Ciriac.controuers.323.num.41. Rota in Romana Casalis Palazzetti 24. Nouembris 1614. coram bo.mem. Manzanedo.*

Subreptio visa fuit patens, quia Marius non narrauit Papæ ipsum habere bona libera scilicet redditum scutorum 360. & Creditum dotis scutorum 9.mil.quę duo si narrata fuissent; vtique Papa gratiam non concessisset,
3 vel saltem difficilius, † quod sufficit vt gratia dicatur subreptitia *Socc. cons. 260. num.2. Corn. cons.245.nu.6.lib.1.Crauett.cons.296. col.5.* regulariter enim alienatio bonorum fideicommissi non conceditur nisi in subsidium *Bursat. cons.80. num.27. cum seqq. Ciriac. controuers. 328. num.29.*

Et ità vtia tantum &c.

PENNEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 23. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria quibus concurrentibus debeat concedi.*
2 *Possessio sola sufficit pro obtinendo mandato de manutenendo etiam in iurisdictionalibus.*
3 *Clausula, Sine præiudicio mandati de manutenendo, apposita in rescripto Signatura præseruat iurisdictionem Iudicis à quo tam circa d. mandatum, quam illius executionem.*

DECISIO CCCII.

PRAETENDENTE D. Vrsio Abbate Terræ Planeliæ omnimodam Iurisdictionem Episcopalem, seù quasi in d. Terra contra Reuerendissimum D. Episcopum Penneñ fuit disputatum coram bon:mem: Card. Caualerio, cui esset dandum mandatum de manuteneñ, & Rota per duas decisiones coram ipso firmauit D. Episcopo dandum esse mandatum de manuteneñ in quasi possessione visitandi, & cognoscendi causas tàm Ciuiles, quàm Criminales, nec non conferendi beneficia, & alios actus Iurisdictionales exercendi, qui conueniunt Episcopo in sua Diœcesi,quæ decisiones fuerunt etiam posteà confirmatæ coram bon: me: D. meo Archiepiscopo Seluciеñ, qui posteà vigore dd.resolutionum relaxauit mandatum contra d. Abbatem, cui cum d. Abbas obtemperare noluerit, dubitaui, an contra ipsum veniret decernenda declaratoria, & DD. affirmatiuè responderunt,nisi infra mensem fuerit paritum,
1 quia cum d. † mandatum fuerit d. Abbati personaliter intimatum, ac seruati fuerint termini substantiales de stylo seruari soliti ad doceñ deparitione de quibus *per Felin. in cap.Rodulphus num. 41. de rescript. & Vestr. in prax. cap. vlt.lib.8. num.19.* & de paritione non doceatur declaratoria contra ipsum denegari non potest *Socc. in cap. nulli num.7. de sentent.excom. Felin. in cap. ad proban. num. 6. de re iudic. Abb. in cap.1.num.10. de Iud.Cassad.decis.1.num.7.de caus. poss. & prop. Mohed. decis. 1. de Sent. excom. Rota decis.591.num.5.par.2.recen.*

Non obstat, quod d. mandatum ad fauorem D.Episcopi relaxatum prætendatur esse iniustum,ex quo non fuerit probatum d.Terram Planellæ esse intra fines Penneñ Diœcesis; Quia vltra quod hoc ipsum iam fuit alias deductum ante exequutionem d. mandati, & tamen vtraque parte Informante in supradictis decisionibus contrarium semper fuit firmatum, DD. aduerterunt Rotam tunc in dd. decisionibus non fuisse motam ad concedeñ mandatum de manutenendo D. Episcopo ex sola iuris assistentia resultante, ex quo Terra Planellæ esset intra fines d. Diœcesis Pennen, sed etiā quia pro illius parte ex pluribus actibus positiuis docebatur de eius quasi possessione exercendi Iurisdictionem in d.loco Planel-
2 læ, quæ † possessio de per se est sufficiens ad obtinendum d. mandatum *§. retinenda Instit.de Interd.l.1.§. quod ait prætor. vbi Bart.ff.uti possid. Rota decis.660.num.1.par.1.recen.*

Nec obstat, quod causa in gradu appellationis fuerit commissa Reuerendiss. D. meo Decano, quia cum Signatura rescripserit cum
3 clausula, *sine præiudicio mandati de manutenen.*, fuit præseruata Iurisdictio Iudicis à quo tàm circa d. mandatum,quàm circa illius exequutionem,& propterea per hanc commissionem Signatura non intelligit retardare exequutionem d. mandati *Rota decis.641.num.10.par.1.diuers.Cas. de Gras. decis.3. in fin. de Iudic. & alibi.*

Petebatur etiam Declaratoria contra alios Cle-

Clericos, seu Canonicos d. Terræ Planellæ, sed quoad ipsos DD. nihil firmarunt, quia non probabatur mandatum fuisse eis validè intimatum.

Et ità vna tantum &c.

ARIMINEN. DOMVS.

Mercurij 25. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Venditio facta à procuratore habente mandatũ cum clausulis amplissimis tàm tradendi liberam possessionem quàm apponendi omnia pacta licita, & consueta sustinetur etiam si fuerit promissum rem venditam esse liberam necnon facere consentire omnem personam interesse habentem, itaut motis molestijs Dominus teneatur pro illius liberatione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Amplia concurrente bono iure.*
3 *Facultas promittendi, quod emptor & eius successores non molestarentur, & in illa pacificè manutenerentur important promissionem releuationis à molestijs.*
4 *Pactum tradendi rem liberam, & faciendi consentire omnem personam est de natura contractus venditionis.*
5 *Venditor tenetur rem liberam tradere ab omni hypotheca.*
6 *Pactum tradendi rem liberam, & faciendi consentire omnem personam benè potest per procuratorem apponi habentem facultatem apponendi, quæ sunt de natura contractus.*
7 *Facultas data procuratori faciendi instrumentum cũ clausulis procuratori beneuisis operatur, vt procurator possit apponere clausulas, & pacta sibi beneuisa etiamsi ad actum non sint necessaria.*

DECISIO CCCIII.

PETRVS Antonius Lallius fuit constitutus procurator à Hieronymo Lallio fratre ad vendeñ domum, de qua agitur, cum clausulis amplissimis tàm tradendi liberam possessionem, quàm apponendi omnia pacta licita, & consueta in venditione, cuius mandati vigore d. Petrus Antonius vendidit d. domum Francisco Pauono pro scutis 1800. promisitque in forma Cameræ domum esse liberam, nec non facere consentire omnem personam interesse habentem; sequuta huiusmodi venditione fuit super eadem domo coram me intentatum Saluianum ad Instãtiam Diotalleuij Lallij filij d. Hieronymi, & ad illius fauorem fuit resolutum intrare Saluianum; deindè causa iterum proposita, fuit dictum Saluianum non intrare, sed constare de bono Iure d. Diotalleuij. Quapropter Pauonus stãtibus huiusmodi molestijs, egit coram A. C. contra d. Hieronymum Lallium in vim obligationis ad habeñ domum liberam, & vt d. Hieronymus venditor faceret consentire d. Diotalleuium filiũ, & alios interesse habentes, contra quem mandatum reportauit, deindè causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa, dubitaui, an mandatum esset exequendum; & DD. affirmatiuè responderunt.

Nam de illius validitate constat ex reuolutione actorum, Iustitia verò satis apparet, ex quo fuit relaxatum vigore Instrumenti obligationis Camerali vallati, in quo d. Hieronymus mediante eius procuratore promiserat domum liberam, & facere consentire omnem personam vndè cum appareat litem super d. domo fuisse motam, & d. Hieronymum venditorem nõ fecisse consentire Diotalleuũ filium molestantem, benè sequitur esse lo-
1 cum d. obligationi quæ † paratam habet executionem *Thesaur. decis. 26. num. 11. Gallef. ad form. oblig. Camer. par. 1. quæst. 2. nu. 11.* quod tan-
2 tomagis procedit stante † bono Iure d. Diotalleuij molestantis canonizato per decisiones coram me emanatas, quæ adhunc effectum sufficiunt *Rota decis. 212. num. 2. vers. de bono Iure par. 2. recen.*

Non obstat, quod venditio fuerit facta per procuratorem, qui in mandato non habebat facultatem promittendi præfata, quia vltra quod in mandato aderat facultas promittendi, quod emptor, & eius successores non molestarentur, & semper, ac perpetuo haberent pacificam possessionem, & in illa pacifi-
3 cè manutenerentur, quæ verba † importans promissionem liberationis à molestijs tàm in Iudicio, quàm extra *Card. in clem. gratiæ nu. 8. de rescript. Felin. in cap. cum Ioannes num 33. vers. & adde, quod si sit de fid. Instrum. cum alijs cum Mandos. super reg. de annal. quæst. 26. per tot* sufficit quod in d. mandato adsit facultas vendendi cum pactis solitis necessarijs, & opportunis,
4 nam huiusmodi pactum † tradendi rem liberam, & facieñ consentire omnem personam est de natura contractus venditionis, vt in his terminis comprobauit ex pluribus *Rota in Romana Domus corã Litta impress. per Marches. par. 1.*
5 *fol. 751. num. 3.* Cum venditor † teneatur tradere rem liberam ab omni hypotheca, & obligatione *Surd. cons. 36. num. 9. & seqq.* & propte-
6 reà istud pactum benè potuit † apponi per procuratorem in Instrumento, in quo de Iure apponi debebant omnia, quæ erant de natura contractus *Crauett. cons. 748. num. 18. & seq. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 15. nu. 27.* maximè cum
7 in mandato adesset etiam facultas † faciendi Instrumentum cum clausulis procuratori beneplacitis, quæ operatur, vt procurator apponere potuerit clausulas, & pacta sibi benè visa, etiam si ad actum non fuissent necessaria *Crauett. d. cons. 748. num. 13. vers. respondetur.*

Et ità vna tantum &c.



RO-

ROMANA LEGATI VSVSFRVCTVS.

Mercurij 25. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Factis duobus Legatis vxori altero in augmentum dotis eius vita durante, & alio vsusfructus sub conditione, quod *morendo ò remaritandosi il tutto vadi all'infrascritto mio herede*, an per transitum ad secunda vota mulier ceciderit ab vtroque legato.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum Dotis factum constante matrimonio non tenet cum sapiat naturam donationis prohibitæ inter virum, & vxorem.*
2 *Limita quando fuit tacitè morte donatoris confirmatum, vel quando expressè in testamento fuit relictum, & num. 3.*
4 *Verba* E lascio anco &c. *distinctam & separatam denotant dispositionem.*
5 *Legatum vsusfructus factum vxori resoluitur in alimenta stantibus filys.*
6 *Legatum proprietatis, & vsusfructus potest relinqui licet legetur vita naturali durante.*
7 *Relatio fit ad disposita immediate præcedentia.*
8 *Verbum*, Tutto, *est generale.*
9 *Verbum*, quanto, *cum idem sit ac verbum*, quoad, *stat restrictiuè.*
10 *Nullum verbum est tam generale, quod non restringatur ex circumstantys.*
11 *Legatum vsusfructus quando fuerit factum augmentatiuè ad aliud Legatum.*

DECISIO CCCIV.

IOSEPH Ferrettus adhuc viuens dedit Clementiæ Vxori suæ in augmentum dotis scuta 1500. cum omnibus Massaritijs domus cum hac lege, quod dd. scuta 1500. essent d. suæ vxoris eius vita durante, ea verò defuncta spectarent ad illum, cui ipse in suo testamento illa relinqueret, Massaritiæ autem domus liberè remanerent ipsius vxoris; in testamento deindè, sub quo decessit, d. donationem cum ijsdem conditionibus in ea appositis per viã legati confirmauit, & voluit, quod post obitum d. eius vxoris darentur ex dd. sc. 1500. sc. 500. fabricæ S. Petri, & vlterius disposuit per hæc verba: *Et lascio anco la detta Clementia mia Moglie donna madonna, & vsufruttuaria de tutti li miei beni fin' che viuerà casta, è vedona, è morendo, ò remaritandosi, il tutto vadi all'infrascritto mio herede quanto all' vsufrutto, che essa Clementia hauerebbe in vita sua.* His sic stantibus cùm Clementia transierit ad secundas nuptias, dubitaui, an ipsa ceciderit à d. legato scutorum 1500. & DD. negatiuè responderunt.

Quamuis enim d. augmentum dotis fuerit
1 factum † constante matrimonio quod cum sapiat naturam donationis, suffragari non potest *ex l. 1. & 2. ff. de donat. int. vir. & vxor. & ex Statut. Vrb. lib. 1. c. 13.* attamen benè sustinetur, ex quo
2 illud fuit deindè non solum morte donatoris tacitè confirmatum *l. donationis C. de donat. int. vir. & vxor l. cum hic status §. 1. ff. eod. Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 7. n. 1.* sed fuit quoque in testa-
3 mento ab eo relictum expressè. *Paris. cons. 90. num. 26. lib. 3. Mantic. de tacit. d. tit. 7. num. 20.*

Nec subsistit, quod d. legatum sc. 1500. fuerit relictũ sub conditione, quatenus ipsa Clementia vitam vidualem seruaret, ponderando illa verba, *è morendo, ò rimaritandosi, il tutto vadi all'infrascritto mio herede*, & sic cum d. Clementia ad secunda vota transierit, videatur iam à d. legato cecidisse. Nam fuit responsum in d. testamento esse duo diuersa, & distincta legata, vnumquodq; perfectam, & separatam habens orationem. Primum est d. legatum sc. 1500. simpliciter relictum in causam dotis cum ijsdem conditionibus, cum quibus testator ei donauerat inter viuos; Alterum est legatum vsusfructus omnium aliorum bonorum reli-
4 ctum sub conditione viduitatis, ibi, *è lascio anco &c.* quæ verba distinctam, & separatã denotant dispositionem *Alex. cons. 66. n. 6. lib. 3. Menoch. cons. 177. nu. 43.* & sic verba illa, *morendo, ò rimaritandosi, il tutto &c.* tangunt solum lega-
5 tum vsusfructus aliorum bonorum, † quod stantibus filijs resoluitur in alimẽta *vt per glos. in auth. hoc lucrum C. de secundis nupt. l. Titio §. titia vbi DD. de leg. 5. Surd. de alim. q. 15.* non autẽ tangunt legatum sc. 1500. ei relictum in augmẽtum dotis, quorum proprietas eum vsufructu
6 fuit vxori relicta, licet † eius tantum vita durante *l. si pecunia, ff. vt in possess. legat. l. 1. C. de vsuf. §. constitutus instit. eod. Castren. cons. 38. n. 2. vers. si non lib. 1. Alex. cons. 58. num. 7. lib. 3.*

Quod etiã ex duplici ratione satis clarè depræhenditur, primò quia d. conditio viduitatis fuit posita consequutiuè, & immediatè ad d. legatum vsusfructus aliorum bonorum, non autem ad legatum sc. 1500. quo casu illa refer-
7 tur † solum ad legatum immediatè præcedens cui adiecta fuit non autem ad legatum prius factum in capite diuerso, & separato *l. fin. §. Titia vbi Bart. ff. de liber. leg. Felin. in c. causam n. 4. limit. 3. de rescrip. Capic. decis. 108. num. 12. Seraph. decis. 610. num. 4. & fuit dictum in Toletana Applicationis 15. Aprilis præteriti coram me.*

Secundò quia d. priuatio legati fuit expressè limitata à testatore ad legatũ vsusfructus aliorum bonorum, quam Clementia haberet in vita sua, ibi, *Quanto all' vsufrutto, che hauerebbe in vita sua*, non autem ad legatum sc. 1500. ei relictum in causam dotis, quorum Clementia in vita sua vsumfructum, & proprietatem habere debet ex supradictis.

Nec obstat, quod testator disposuit per verba generalia, ibi, *il tutto vadi all' herede*, quasi quod testator ex illo verbo *il tutto* voluerit cõpræhendere nedum vsumfructum aliorum bonorum, sed etiam augmentum dotis. Nam
8 licèt d. verbum *il tutto* † sit generale fuit tamen à testatore restrictum ad solum legatum vsusfructus omnium aliorum bonorum, ibi, *quanto all' vsufrutto &c.* quod verbum, *quanto* quod
9 idem est, † ac verbum, *quoad* stat restrictiuè. *Honded. cons. 70. n. 24. lib. 2. Malua. cons. 22. num. 71.*
10 nullum enim verbum † est tam generale, quod non restringatur ex circumstantijs *Surd. cons.*

conf. 151. *n.* 23. & 24. & verbum illud *il tutto* fuit operabitur effectum respectu vsusfructus omnium aliorum bonorum, super quibus testator illam reliquerat vsufructuariam, ibi, *Donna de tutti li beni &c.* qui quidem vsusfructus omnium bonorum non comprehendit legatum scutorum 1500. de quibus testator specialiter dispofuerat confirmando id quod aliàs inter viuos vxori reliquerat in augmen-
11 tum dotis, cum illud legatum † vsusfructus fuerit factum augmentatiuè, non autem diminutiuè ad legatum augmenti dotis. *Seraph. decis.* 562. *num.* 1. & *fuit dictum in Firmana de Carradoris* 11. *Nouembris* 1630. *coram me*.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Luna 30. *Maij* 1633.

ARGVMENTVM.

Census extinctio quando resultet ex eo, quod fundus super quo fuerat impositus, fuit redditus infructiferus; & quid si ex casu fortuito & ex facto hominis.

SVMMARIVM.

1 *Census perit si fundus super quo est impositus redditur infructiferus.*
2 *Census fructus adhuc debentur quando fundus fuit redditus infructiferus ex facto hominis voluntario licet secus ex casu fortuito.*
3 *Factum Principis habetur pro casu fortuito.*
4 *Census vt non dicatur extinctus sufficit quod res habita sit fructifera licet actu fructus non percipiantur.*
5 *Fideiussores liberantur ob nouationem factum inter principales contrahentes,*
6 *Census non sustinetur nisi pro rata fundi non redditi infructiferi.*

DECISIO CCCV.

FVIT resolutum sub die 17. Decembris præteriti Censum, de quo agitur, fuisse extinctum, & sic cessare obligationem fideiussorum pro eo præstitam, Quia cum vinea, super qua erat impositus, fuerit deuastata propter munimentum Castri S. Angeli, &
1 effecta infructifera, Census perijt iuxta Constitutionem Pij V. & per consequens fideiussorum obligatio, *l. penult. ff. de solut. Henriq. de fideiuss. cap.* 20. §. 27. *num.* 1. *cum alijs in decisione allegat.* Hodie repropofita causa super eisdem DD. steterunt in decisis.

Nec obstat, quod dicta vinea effecta fuit infructifera non ex casu fortuito, vel natura rei, sed ex facto hominis voluntario, quo ca-
2 su † adhuc debentur fructus Cēsus, *Surd. consf.* 162. *num.* 18. & *seqq. Cenc. de censib. par.* 3. *cap.* 9. *q. a num.* 9. *in fin.* Nam fuit responsum d. vineam non fuisse effectam infructiferum culpa Domini ipsius vineæ, in quibus terminis loquūtur DD. allegati, sed eam fuisse extinctam facto Principis propter munimentum d. Ca-
3 stri, quod factum Principis habetur † pro casu fortuito. *Socc. in l. quidam num.* 3. *post med. ff. de reb. dub. Cranett. conf.* 233 *num.* 2. *Gregor. XV. decis.* 371. *num.* 5.

Nec obstat, quod adhoc, vt Census non dicatur extinctus, sufficiat, quod res habita
4 sit fructifera, licet † actu fructus non percipiantur, *Surd. conf.* 162. *Cenc. de censib. par.* 1. *c.* 3. *q.* 2. *art.* 1. *n.* 10. *Rot. in Romana de Cambijs* 16. *Martij* 1626. *coram bon. mem. Buratto*. Quia hoc nō visum fuit applicari præsenti casui, cum vinea, de qua agitur, iam perierit, & nō sit amplius vinea, sed ad aream redacta, & omnino effecta infructifera, quæ area nec dici potest habita fructifera, nisi reducatur ad pristinum statum vineæ.

Nec obstat, quod fuerint subrogata loca montium loco ipsius vineæ, ac fuerint translata omnia Iura creditorum super dd. locis montium; quia non inde sequitur fuisse etiā translatum Censum, cum aliud sit transferre Iura creditorum, in qua translatione transfertur solum hypotheca, aliud sit transferre Censum, in qua transfertur contractus de vna re in aliam, de quo in d. translatione nihil agitur.

Et cessat difficultas, quia (vt fuit dictum in alia decisione) fideiussores se obligarunt pro Censu imposito super re stabili, dd. autem loca montium cum non sint stabilia, sed tantum pro stabilibus habeantur, fuit facta no-
5 natio † & sic dd. fideiussores remanent liberati, *l. nouatio, ff. de nouat. cum alijs in decisione allegatis*.

Non obstat, quod ex testibus, qui dantur pro parte Monialium probetur adhuc extare duas petias d. vineæ in statu fructifero; quia cum non probetur illas esse capaces soluendi
6 d. Censum, census † non potest substineri in totum, sed solum pro rata dd. duarum petiarum, vt in his terminis fuit resolutum in *Romana Census* 18. *Octobris* 1602. *coram bon. mem. Card. Millino*.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SVPERVIVENTIAE.

Veneris 10. *Iunij* 1633.

ARGVMENTVM.

Breue Apostolicum in omnibus debet iustificari adhoc vt sententia in illius executionem promulgata sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Narrata in Breui Apostolico ante omnia sunt iustificanda.*
2 *Narratis in Breui non iustificatis sententia desuper emanata remanet nulla, & iniusta.*
3 *Forma data in Breui Apostolico est omnino seruanda.*
4 *Clausula.* Sine præiudicio suorum iurium, est præseruatiua eorundem.

DE-

DECISIO CCXCVI.

PRAETENDENTE Eleonora Enriguez, quod Alphonsus Ernandez sponsalia per verba de futuro cum ea contraxisset, ac proinde Alphonsum teneri ad matrimonium secum contrahen fuit per duas sententias de partibus declaratum d. Alphonsum esse à tali petitione absoluen. à quibus cum Eleonora appellauerit, & causa fuerit mihi commissa, proposui dubium an constaret de dd. sponsalibus ità vt d. Alphonsus ad matrimonium veniret cogendus, & DD. negatiuè responderunt.

Etenim cum Eleonora sit actrix, & prætendat Alphonsum cum ea sponsalia contraxisse, vtique hanc promissionem, quæ est fundamentum suæ intentionis, plenè, & conclu-
1 denter † probare debet, *cap. r. & ibi glos. Abb. num. 1. de clandest. matr.* Agitur enim hic quasi
2 de statu hominis, quo casu † requiritur integra, & concludens probatio, vt per *gloss. communiter receptam in cap. mulieri in verb. absolutio de iureiur. Dec. conf. 133. num. 2. Alex. conf. 143. nu. 7.* quæ probatio hic deficit.

Non obstant testes pro parte Eleonoræ examinati, tum quia quamplures exceptiones patiuntur contra personas, ex quo aliqui ex dd. testibus sunt consanguinei, & sorores germanæ ipsius Eleonoræ, qui testes, licet alioquin in causa matrimonij possent admitti, quia tamen hic concurrit suspicio nimiæ di-
3 lectionis † eorum testimonium redditur suspectũ, *cap. super ea il secondo & ibi glos. in verb. cum mater de testib. Paris. conf. 55. num. 31. volum. 4. Bero. conf. 4. num. 22. & 26 lib. 2. int. conf. Zaf. Ain. Quest. conf. 5. num. 25. int. eadem conf. Zaf. Gabr. concl. 9. num. 10. de testib. Rota decis. 207. num. 4. par. 1 recent.* aliqui verò sunt non solum familiares, & domestici Eleonoræ, sed etiam viles, &
4 malæ conditionis, † ideoque repellendi, *Alex. conf. 152. num. 13. vers. sed vbi testis volum. 5. Ruin. conf. 130. num. 10. vol. 4. Dec. conf. 133. num. 4. col. 4.*
5 *Grat. conf. 38. num. 77. lib. 2.* sponsalia † enim sunt probanda per testes bonæ famæ, ac vitæ adeò probatæ, vt verisimile non sit eos velle pro aliquo falsum deponere, *cap. 1. de consang. & affin. Felin. in rubr. de sponsal. nu. 5. Alex. de Neuo conf. 11. num. 14. & conf. 12. num. 11.* Aliqui demum deponunt de solo auditu, nec dicunt à
6 quibus id audiuerint† ideoque probationem non faciunt, *Imol. conf. 135. num. 4. Grat. conf. 38. num. 34. Alb. conf. 243. num. 13.*

Tum etiam quia nihil concludunt in corũ dictis, cùm aliqui tantum doponant se vidisse de nocte d. Alphonsum in domo Eleonoræ, & ei transmisisse dona, & similia, quæ nõ inferunt ad sponsalia; aliqui verò deponant de simplici promissione contrahendi matrimonium sine iuramento, quæ propterea non
7 meretur attendi, nec illius vigore † Alphonsus potest compelli, *Abb. in cap. requisiuit nu. 6. in fin. de sponsal. Ruin. conf. 203. num. 3. vol. 1. Gabr. conf. 186. num. 10. vol. 2.*

Quæ omnia eo faciliùs videntur admitten stante quod vnus ex testibus ab Eleonora adductis dicit, Alphonsum ab ipsa interrogatũ quadam nocte, an vellet cum Eleonora matrimonium contrahere, respondisse, quod talem animum non habebat, sed quod, eam decipere volebat, quod est multum verisimile stante disparitate conditionis inter d. Alphonsum, & Eleonoram cum Alphonsus sit ditior, & nobilior ipsa Eleonora, ex quo ca-
8 pite etiam non † videtur esse locus coactioni, *Couarr. in epit. de sponsal. par. 2. cap. 2. num. 4. in fin. Palac. in 4. dist. 28. q. 1. col. 2. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 16. num. 7.*

Quibus accedit diuturna substentatio litis inter ipsos agitatæ, in qua d. Alphonsus duas sententias fauorabiles obtinuit, quæ quidem arguit obstinatum propositum Alphonsi nõ contrahen. quo casu tutiorem esse sententiã,
9 vt Ecclesia abstinere debeat à coactione trad. *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 17. nu. 17.* vbi quod hoc fieri debet etiam si sponsalibus accesserit iuramentum. Vndè multò magis quando iura-
10 mentum † (prout hic) non accessit, *Caual. decis. 447. num. 7. & decis. 468. num. 3.* & ex causa odij propter litem esse denegandam coactio-
11 nem † dixit *Rota in Cartaginen. Sponsalium coram R. P. D. meo Durano, & in causa Vlixbonen. Matrimonij 28. Nouembris 1630. coram R. P. D. meo Pirouano*, & generaliter in sponsalibus nõ iuratis mitius esse agendum, nec ità de facili
12 coactionem admitti tenet *Abb. in d. cap. requisiuit num. 6. in fin. Gabr. conf. 186. num. 10. vol. 2. Caual. d. decis. 467.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA ANNVAE PRAESTATIONIS SCVT. X.

Mercurij 4. Maij 1633.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Possessor Triennalis non tenetur suum vel eius auctoris titulum ostendere.*
2 *Etiamsi agat ad defensionem iurium sui Canonicatus.*
3 *Bona dismembrata ab vsu Ecclesiæ à Papa & vnita seu data pro dote quorundam Canonicatuum, dicuntur effecta membra & prædia eorumdem Canonicatuum.*
4 *Verba vna cum annexis & pertinentijs suis præseferunt bona vnita absque necessitate vlterioris nominationis.*
5 *Consensus Titularis ex quibus dicatur probatus.*
6 *Testes deponentes de conclusione contractus antè celebrationem instrumenti non veniunt attendendi contra instrumentum postea rogatum.*

DECISIO CCXCVII.

FVIT resolutum sub die 14. Martij præteriti Ioannem Iacobum Maggium, & Iulium

Iulium Ghezium Canonicos Ecclesiæ Sanctor. Laurentij, & Damasi fundare intentionem suam, ità vt veniret relaxandũ mandatum contra Antonium Nigrum pro annua præstatione scutor. decem ab eo promissa q. Bellobono tunc Rectori Ecclesiæ S. Nicolai in Agone. Hodiè reproposito dubio super iisdem, DD. steterunt in decisis ...

Nec obstare visa fuerunt quæ opponebantur per dictum Nigrum circa defectum tituli dd. Canonicorum nunc agentium vti successorum in Iuribus Ecclesiæ S. Ceciliæ, & Parrochialis S. Nicolai, quæ fuerunt suppressæ, & de earum fructibus dd. Canonicatus erecti. Et quidem non obstat id, quod opponitur contra personam Ghezij, nempè quod ipse veniat vti resignatarius Vrsini tanquam prouisi in actu erectionis de vno ex dd. Canonicatibus, & tamẽ non docet dictum Vrsinum fuisse vnum ex dd. Canonicis tunc prouisis. Nam fuit respõsum, quod cum Ghezius post resignationem sibi factam ab Vrsino sit pos-

1 sessor † triennalis, non tenetur suum, vel eius auctoris titulum ostendere, *Caffad. decis. 2. n. 1. & decis. 3. num. 3. de cauf. possess. & propr.* Eoque

2 magis quia Ghezius agit † ad defensionem iurium sui Canonicatus *Compostel in cap. nisi de elect. Archid. in c. alienationes 22. q. 2. Gemin. in cap. ordinarij §. quod si forte num. 7. de offic. ordin. Ros. decis. 9. de cauf. poss. & propr. in antiq.* alioquin nullus esset, qui posset Ecclesiam defendere, & sic illa sine defensore remaneret, quod non est dicen. *Rota decis. 331. num. 3. par. 2. recent.*

Non etiam obstat id, quod opponitur cõtra personam Maggij, quod scilicet ipse appareat prouisus de d. Canonicatu tanquam erecto ex fructibus Ecclesiæ suppressæ S. Cæciliæ, de quibus solum fit mentio in eius collatione, non autem ex fructibus S. Nicolai, de cuius Iuribus nunc agitur; nã vltra quod militat eadem responsio supradata pro Ghezio, fuit responsum, quod per applicationem, & vnionem à san. mem. Gregor. XV. factam bona d. Ecclesiæ S. Nicolai fuerunt effecta

3 membra, † ac prædia dd. Canonicatuum, *Seraph. decis. 645. num. 3. & 1009. num. 4.* & propterea non erat necesse facere mentionem de dd. bonis, cum illa veniant sub illis verbis; vna

4 cum † annexis, & pertinentijs suis *Rot. dec. 46. de rescript. in antiq.* & faciunt tradita per *Rebuff. in sua prax. tit. de vnionib. num. 14. & 16. Mart. de clauf. clauf. 28.*

Non obstat, quod Niger dicat non constare de consensu Cardinalis Titularis, quia hoc

5 cessat ex facto, cum de illo appareat † ex Instrumento rogato per Notarium Cancellariæ vigore cedulæ ab eo subscriptæ iuxta stylum Curiæ. *Sarn. in reg. de impetr. benef. vac. per obit. fam. Card. q. 28. vers. sed sufficit.*

Non obstat exceptio non implementi cõrum, quæ Bellobonus promisit in Instrumẽto transactionis cum d. Nigro, nempè reinuestire scut. 200. in tot locis montium, quod dd. pecuniæ prouenicbãt ab ipso Nigro, aliasque declarationes apponere, de quibus in d. Instrumento, nam hoc pariter cessat, ex quo apparet litteras eorumdem locorum montiũ per d. Bellobonum emptorum sub die 14. Iunij 1613. & sic post duos dies à die initæ transactionis, quę legitur sub die 15. eiusdem mensis, & anni, fuisse deinde de mandato Iudicis correctas iuxta formam d. transactionis, vt in Summar. prædictæ positionis *num. 12.* & huiusmodi correctionem fuisse annotatã in calce ipsarum litterarum cum subscriptione Secretarii, quod sufficit ad hoc, vt elidatur omnis suspicio fraudis.

Denique non obstãt ea, quæ denuò inculcantur circa defectum causæ cõtrouersæ præstationis annuæ. Quia fuit responsum in decisione, quæ reuidetur, perfectionem contractus consistere in conclusione, quæ fit in actu celebrationis Instrumenti, non autem attendi debere id, quod antea fuit tractatum, vel conclusum, cum possibile sit, quod à d. tractatu, vel conclusione fuerit recessum, vt propterea testes deponentes de huiusmodi tractatu, vel conclusione ante celebrationem In-

6 strumenti nihil concludant † contra Instrumentum postea rogatum, vt vltra allegata in decisione fuit consideratum in *Turritana bonorum Lunæ 17. Aprilis 1617. coram bon. memor. Vbaldo.*

Reliqua, quæ opponebantur, vel non fuerunt habita in cõsideratione, vel fuerunt sublata in alia decisione.

Et ita vtraque &c.

VRBEVETANA TERRARVM.

Lunæ 9. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore Saluiani interdicti quando denegari non possit. Transactio quid operetur; Assignatio quando non dicatur legitimè facta.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani interdicti non potest denegari quando sunt iustificata omnia extrema.*

2 *Extremum primum in Saluiano est creditum cum hypotheca.*

3 *Extremum primum in Saluiano probatur per instrumentum.*

4 *Extremum secundum in Saluiano probatur per sustentationem litis.*

5 *Transactio non solum extinguit litem sed etiam adimit iurisdictionem à Iudice, & n. 6.*

7 *Census quando potius simulati quam veri dicantur.*

8 *Assignatio non dicitur legitimè facta sine interuentu illius de cuius interesse agitur.*

9 *Rectoris negligentia nec Ecclesia nec successori in beneficio potest præiudicare.*

10 *Circuitus sunt euitandi.*

11 *Rector beneficij nõ potest reconueniri super re quam antea habuit tanquam persona priuata & nomine proprio si postea agat vti rector, & ex necessitate officij rectoris.*

Aa DE-

SVMMARIVM.

1 *Fratri decedenti ab intestato succedunt pro virili alij fratres, & sorores.*

2 *Statutum Bononiæ sub rubric. de success. ab intest. ascendens, & collat præferens masculos fœminis excipit bona prouenientia ex dote matris.*

3 *Monterent eiusdem statuti glossat. reprobatur dum dicit dictum statutum esse referendum, quoad sorores vterinas, & n. 8.*

4 *Limitatio in fine dispositionis apposita regulariter refertur ad omnia præcedentia.*

5 *Vinculum duplex habenti, magis proficere debet, quam vnum.*

6 *Sorores vtrinque coniuncti sunt de agnatione, vterinæ vero extraneæ reputantur.*

7 *Statutum mandans seruari ius commune potius æquitati, & æqualitati seruandæ inter fratres, quam conseruationi familiæ prouidet.*

DECISIO CCXCIX.

SENTENTIAM Vicarij Bononień, qua fuit pronunciatum, Angelum Michaelem ex fratre nepotem Marij teneri restituere Monasterio S. Christinę ex personis Elisabeth, & Lucretiæ Monialium in eo professarum eiusdem Marij sororum duas ex tribus partibus hæreditatis d. Marij ab intestato sine filijs defuncti confirmandam esse DD. censuerunt; quia illius validitas non controuertebatur, iustitia verò visa fuit patens.

Etenim cum prædictus Marius sine filijs
ab intestato decesserit superstitibus Angelo
Michaele ex fratre nepote, ac prædictis Mo-
nialibus eiusdem defuncti sororibus, vtique
1 omnes † pro virili erant ad hæreditatem ad-
mittendi iuxta dispositionem *text. in auth. cessante, & in auth. post fratres, C. de legit. hæred. §. reliquum, auth. de hæred. ab intest. venient.*

2 Nec obstare visum fuit Statutum † Bono-
nień sub *rubr. de success. ab intest. ascenden. & collat.* quo cauetur in hæreditate fratris esse admittendos mares exclusis fœminis: quia statutum prædictum expresè excipit bona, quę ad fratrem defunctum peruenerunt ex dote materna, in quibus seruari mandat ius commune. In proposito autem sententia, de qua supra, legitur restricta ad bona, quæ defuncto fratri peruenerunt ex hæreditate materna, vnde benè intrat dispositio dd. iurium.

Nec venit attendenda interpretatio *Monterent. eiusdem Statuti glossat. in verb. exceptis*: asserentis limitationem præfatam referendam esse ad vterinas, de quibus Statutum in proxima superiori parte loquitur, non ad vtrinque
coniunctas, de quibus fit mentio in principali
dispositione. Quoniam interpretatio Mon-
3 terentij † aliàs fuit à Rota reprobata vti con-
traria iuris regulis, & æquitati; limitatio enim
4 posita in fine dispositionis ad † omnia præce-
dentia regulariter refertur; vnde exceptio bo-
norum maternorum apposita in fine capituli
referri debet tam ad vterinas, de quibus proximè fit mentio, quam ad vtrinque coniunctas in principali dispositione comprehensas, *Natt. cons. 614. num. 2. Alex. cons. 212. num. 6. lib. 6. Decian. cons. 70. n. 19. lib. 3.*

Maximè cum pro vtrinq; coniunctis con-
currat eadem, imò maior ratio, nam si vte-
rina, quæ vno vinculo est fratri coniuncta, ve-
nit cum eo ad hæreditatem admittenda, vt
idem statutum disponit, multo magis venit
admittenda vtrinque coniuncta, quæ vterina
dicitur, & consanguinea, in eaque duplex vin-
5 culum concurrit, † quod magis ipsi proficere
debet, *ad text. in l. discretum, C. qui test. fac. poss. auth. cessante, C. de legit. hæred. Caphal. cons. 323. num. 5.*

Nec subsistere visa fuit diuersitas rationis
ex eo desumpta, quod statutum exclusiuum
fœminarum tendat ad conseruationem agna-
tionis, quæ conseruatio militat in vtrinque
coniunctis, quę sunt de agnatione, non autem
6 in vterinis, † quæ vti extraneæ reputantur,
iuxt. opin. Socc. sen. cons. 245. num. 9. lib. 2. Bald. cons. 30. num. 4. lib. 1. Quia statutum, de quo agitur,
tendit solum ad conseruationem agnationis
respectu bonorum, quæ proueniunt à matre;
nam cum statutum in eis seruari mandet ius
commune, dicendum est potius æquitati, ac
7 æqualitati † seruandæ inter fratres, quam
conseruationi familiæ prouidisse auferendo
omnem differentiam inter masculos, & fœminas, *iux. text. in l. lege 12. tabul. C. de legit. hæred. l. maximum vitium, C. de lib. pret.*

Præterea vterina etiam si reputetur extra-
nea, non tamen melioris conditionis, quam
vtrinque coniuncta censeri debet. Quia qua-
litas vterinitatis, quæ in ea concurrit, pariter
in vtrinq; coniuncta considerari potest; qua-
propter iniquum esset, ac ab omni æquitate
alienum, quod vterina in bonis maternis, si-
mul cum fratre admitteretur, vtrinque con-
iuncta verò exclusa remaneret, prout per prę-
dictas, & quamplures alias rationes interprę-
8 tatio † Mouterentij reprobata fuit à *Rota in
Bononien. Successionis, Lunæ 10. Ianuarij 1633. coram R. P. D. meo Merlino confirmata hac eadem die coram eodem*, in quibus quidem decisionibus nullum obiectum remansit, quod luculenter non fuerit sublatum.

Et ità vtraque &c.

NARNIEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 3. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Gratiam iurispatronatus, quando quis dicatur iustificasse. Iuspatronatus quando sit transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos; Consensus ordinarij in donatione Iurispatronatus, quando requiratur, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiū, quod vacauerit per mortem alicuius probatur ex eo, quod pars venit ex eadem vacatione.*

2 *Obitus probatur ex fide Parochi.*

3 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinary.*
4 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum pro rata hæreditaria.*
5 *Sub donatione omnium bonorum non veniunt ea, quæ sunt subiecta fideicommisso, & n.6.*
7 *Iuspatronatus, quando est relictum hæredibus, & successoribus in perpetuũ est transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos, & num.8. vbi de dictione in perpetuum.*
9 *Donatarius vniuersalis est loco hæredis.*
10 *Agnationis contemplatio excluditur, quando fœmina sunt vocatæ.*
11 *Clausula*, nec non quæcunque iura, & omnia bona, *in donatione apposita, intelliguntur de similibus rebus eiusdem naturæ.*
12 *Donatio facta per verba prægnantissima tunc per generalitatem verborum in ea etiam comprahenditur iuspatronatus.*
13 *Dictio*, qualitercumque, *comprahendit omnia vltra expressa.*
14 *Iuspatronatus donari non potest sine consensu Ordinary.*
15 *Quod intellige in particulari donatione puta ex legato, vel fideicommisso particulari secus in donatione vniuersali omnium bonorum, & iurium, & num. 16.*

DECISIO CCC.

VACANTE Cappellania, de qua agitur, de Iurepatronatus hæredum q. Nicolai Auæ fuit de ea à Sanctissimo prouisus Dominicus Boncambius vti præsentatus à Dionysio Castellio pro medietate patrono cum derogatione d. Iurispatronatus pro altera medietate; cumque de eodem Beneficio fuisset ab Ordinario institutus Romulus Iacobutius vti præsentatus ab hæredibus Victoriæ neptis d. Nicolai fundatoris tanquam assertis in totum patronis. Dubitaui, an gratia Dominici sit iustificata, & DD. affirmatiuè responderunt.

Existentia siquidem d. Iurispatronatus probatur ex Instrumento fundationis, & dotationis; nec partes in hoc discordant.

Vacatio verò Cappellaniæ per obitum Iulij Coronæ vltimi possessoris probatur pariter,
1 ex eo, † quod altera pars venit ex eadem vacatione per obitum d. Iulij, *Aegid.dec.320. Seraph.dec.144.num.9.Caual.dec.55.num.3.* & iusti-
2 ficatur etiam ex fide Parochi, *Rot. decis.321. num.3.decis.621.num.4. & decis.700.num.4. par.1. recent.*

3 Clericatus patet † ex litteris patentibus Eminentissimi Cardinalis Vicarij, *Abb. in c. nisi num.7.de probat. Rot.decis.16. de probat. in antiq. & dec.523.num.1. par.2. recent.*

Valor per non excessum ducat. 24. satis videtur iustificari ex fructibus ipsius Beneficij prouenientibus ex ipsa dote ascẽdente solum ad summam scutor. 650. quæ iuxta mentem fundatoris fuit inuestita in tot stabilibus, & censibus, quorum fructus non excedunt d. valorem.

Pertinentia denique d. Iurispatronatus spectantis pro medietate ad d. Dionysium, circa quã difficultas restringebatur, probatur quandoquidem Nicolaus Aua, qui hoc beneficiũ fundari mandauit, hæredem instituit Thalphinam eius sororem, eiq; substituit Victoriam, & Posthumiam eius ex filia neptes, quæ tamen cum prædecesserint d. Thalphinæ, d. substitutio fuit caducata, & sic bona Nicolai remanserunt libera apud d. Thalphinam, vt fuit firmatum in decisione R.P.D. mei Pirouani sub die 23. Iunij 1631. Cumque d. Talphina donauerit omnia sua bona præsentia, & futura, & quæcumque iura, & actiones dd. Victoriæ, & Posthumiæ eius filiabus, & d. Dionysius sit hæres d. Posthumię ex persona Catharinę eius filię, bene sequitur per d. donationẽ Iuspatronatus transijsse pro medietate in d.
4 Dionysium hęredem Posthumię, quia iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum pro rata hęreditaria, *Lambert. de Iurepatr. par.2. lib.1.q.2.art.24.num.7. & 16. & par.3.lib.2.quæst. princ.art.5.num.5.*

Non obstat, quod tempore donationis adhuc viuerent dd. Victoria, & Posthumia, ad quarum fauorem d. Talphina erat grauata re-
5 stituere hęreditatem, & sic † in d. donatione compręhendantur tãtum bona propria ipsius Thalpinę, non autem illa Nicolai restitutioni subiecta, *Pereg.de fideic.art.6.num.12. Seraph. decis.963.num.6. & decis. 969.numer.8. par.1.recent.* Etenim obiectum istud iam fuit sublatum in d. decisione R.P.D. mei Pirouani, in qua plenè fuit firmatum d. fideicommissum, quod pretendebatur adhuc extare ad fauorem filiorum Victorię tanquam in conditione positorum non obstare reijciendo omnes coniecturas pro d. fideicommisso ponderatas, nec non sub d. donatione compręhendi etiam bona Nicolai stante d. generalitate verborum, qua-
6 litercumque spectañ, † & ex clausula (etiam si talia forent, quę sub tali loquutione non venirent) & ex alijs amplissimis clausulis in donatione appositis, ibi (nec non omnia iura, quandocumque, & qualitercumque competeñ, & competitura.) in dicta decisione ponderatis.

7 Eoque magis, quia † cum d. Iuspatronatus fuerit relictum hæredibus, & successoribus in perpetuum, vtique est transitoriũ ad quoscumque hæredes etiam extraneos, & sic ad d. Dionysium, *Molin.de primog.lib.1.cap.20.num.7. Seraph.dec.364.num.1. & dec.378.num.1.Grat.discept.577.num.48.Rot.decis.707.num.10. par.1. recen.* Stante maximè † dictione (in perpetuum)
8 *Castr.cons.239.col.1.vers. breuiter, lib.1.Socc. cons. 266. num.37. vers. secundo præmissa, lib.2. Fusar. q.339. num.18.* Donatarius autem vniuersalis
9 est † loco hæredis, *Boer.dec.204.n.43.Bellam.decis.31.Cels.Vgon.cons.13.n.22.*

Hinc non facit, quod decisio coram R. P. D. meo Pirouano, cum pro coniectura vocationis filiorum in conditione positorũ adduceretur d. dispositio, quod Iuspatronatus spectaret ad hæredes, & successores in perpetuũ, responderit legatum esse quidem perpetuum conseruandum apud omnes hæredes testatoris,

ris, sed ex illo ad fideicommissum vniuersa-
le non esse arguendum; Quia non propterea
decisio sensit adesse fideicommissum super iu-
repatronatus, sed imò illud transire ad omnes
hæredes testatoris, & sic cum hæreditate vo-
catorum quousque durat vocatio mox ad ex-
traneos iuxta naturam iurispatronatus, & vo-
cationis successorum in infinitum ex supra
10 allegatis. Idque † magis stante etiam voca-
tione fœminarum, quæ excludit contempla-
tionem agnationis, & confirmat Patronatum
hæreditarium, non gentilitium, *Rot. d. decis. 707. num. 6. par. 1. rec. Grat. d. discept. 577. num. 46. & in Piscien. Beneficij 7. Nouembris 1629. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Non obstat, quod donatio loquatur de bo-
nis prophanis, videlicet, domibus, prædijs, vi-
11 neis, siluis, & huiusmodi; † & clausulæ (nec
non quæcumque iura, & omnia bona &c.)
intelligantur de similibus eiusdem naturæ, ac
propterea non comprehendatur Iuspatrona-
tus, *Couarr. lib. 3. var. cap. 13. num. 4. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 5. art. 14. Rota coram Augustino par. 2. lib. 3. dec. 1152.* Quia cum d. donatio sit
12 concepta per † hæc verba prægnantissima
(donans omnia iura quandocumque, & qua-
litercumque spectan, & quomodolibet com-
petitura) non potest censeri restricta ad simi-
lia, sed propter generalitatem dd. verborum
cõprehẽditur etiam Iuspatr. *Put. qui d. dec. 1152. declarat in dec. 341. li. 2. Seraph. dec. 325. n. 3. Barbos. dict. 300. & 308. in Lugd. impress.* & de dictione
13 qualitercumque † quod comprehendat om-
nia vltra expressa, *Seraph. dec. 317. num. 3. Barbos. d. claus. 300. num. 3.* Eoque magis cum sub hac
verborum vniuersalitate fuerit translata in
donatarium hæreditas Nicolai Fundatoris, vti
in d. *decis. R.P. D. mei Pirouani firmatum fuit.*

14 Non obstat, quod in d. donatione non in-
teruenerit consensus Ordinarij, sine quo ius-
patronatus donari non potest, *Add. ad Greg. XV. decis. 430. cum alijs ibi cumulat.* Quia hoc proce-
15 dit in particulari donatione † iurispatrona-
tus, puta ex legato, vel fideicommisso parti-
culari, *Io. Andr. in cap. cum seculum num. 2. de iurepatr. Alex. de Neuo cons. 63. n. 2. Anchar. in Clem. plures, de iurepatr. col. 4. in fin.* Secus autem est
16 in donatione † vniuersali omniũ bonorum,
& iurium, in qua consensus Ordinarij mini-
mè requiritur, *Abb. in cap. illud num. 4. cap. cum seculum sub nu. 12. de Iurep. Barbos. de Episc. alleg. 71. num. 10. par. 3. Lambert. de iurepatr. 1. q. princ. n. 3. in fin. vers. sed nec hac responsio, & in 2. art. 1. q. princ. num. 1. & 3. art. 1. quæst. princ. num. 1. 2. par. 1. lib.*

Neque iustificatio gratiæ cessat prætextu,
quod præsentatio facta non fuerit in termino
edicti, quia placebant responsiones datæ per
informantes, cum quibus DD. transierunt.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 20. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Dotis restitutioni, quando sit factus locus, Litteræ Apostolicæ executioni demandari non debent ob illarum obreptionem.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutioni est factus locus ob obitum viri sine filijs.*

2 *Litteræ Apostolicæ subreptitiæ non debent executioni demandari.*

3 *Subreptitia gratia eo ipso dicitur, quod non fuit Papæ narratum id, quod si fuisset expositum, difficiliorem Papam reddidisset ad gratiam concedendam.*

DECISIO CCCI.

MAXIMILIANVS Caffarellus hæres fideicommissarius q. Bernardini Caffarelli præuia derogatione fideicommissi obtenta à Sanctissimo alienauit pro suis indigentijs cũ consensu D. Marij Caffarelli eius filij ex primo matrimonio Casale Vallislatæ pretio scutorum 26664. cuius pretij scuta 5. mil. tantum fuerunt erogata in emptionem locorum mõtium, quæ stare deberent pro multiplico vsque ad integrum pretium d. Casalis.

Postmodum ijdem Maximilianus, & Marius sub prætextu, quod essent ære alieno grauati præuio altero rescripto Eminentissimo Vicario Vrbis directo obtinuerunt mandatũ de consignando scut. 986. ex fructibus d. multiplici.

Deindè sub eodem prætextu ijdem Maximilianus, & Marius simile rescriptum eidem Vicario Vrbis directum pro consignatione scutorum 2185. ex venditione 20. locorum Montis subsidij triennalis emptorũ ex multiplico Casalis Tuffelli Eminentissimo Principi Burghesio alias venditi obtinuerunt, & pretium dd. locorum Montium percæperunt.

Demum vita functo Maximiliano Marius filius iterùm sub eodem prætextu, quod esset in maxima necessitate constitutus; aliud rescriptum obtinuit directum eidem Vicario, à quo pariter mandatum de consignando scuta 630. ex fructibus supradicti multiplici Casalis Vallis latæ reportauit.

Verùm, quia D. Laura Crescentia secunda Vxor d. Maximiliani tamquam creditrix eiusdem occasione suæ dotis, alimentorum decursorum, & non solutorum, & aliorum Iurium dotalium prætendebat prædicta loca Montium vti prouenientia ex fideicommisso ascendentis fuisse sibi obnoxia pro restitutione suæ dotis, & Iurium prædictorum, distractionesque dd. fructuum, & locorum Montiũ non potuisse fieri in eius præiudicium, & prędictam quantitatem esse eidem Mario imputandam ad computum dotis Maternæ ex eodem fideicommisso detrahendæ: Quaprop-

ter interposita per eam appellatione à die habitæ notitiæ, causaque appellationis mihi cõmissa; proposui dubium; An eidem D. Lauræ deberetur dos, & alimenta, itaut Sententiæ & Mandata Eminentissimi Vicarij essent reuocanda, & DD. distinctè procedẽtes; quoad dotem illam deberi, & decreta ad instantiam Marij esse reuocanda, responderunt. Quo verò ad alimenta, & decreta ad instantiam Maximiliani obtenta, mandarunt, vt de illis particulariter videretur.

Quo enim ad prædictam partem resolutionis moti fuerunt DD. ex eo, quia D. Laura docet de constitutione, & solutione dotis per publicum Instrumentum, in quo Maximilianus promisit dotem restituere in omnem casum restitutionis tàm constante, quàm soluto matrimonio; vndè cum Maximilianus decesserit sinè filijs ex d. D. Laura secunda vxore non est dubium, quin sit factus locus restitu-
1 tioni † d. dotis *iux. text. in l. 2. ff. solut. matrim. l. vnic. §. cum autem in exactione. C. de rei vxor. act. Socc. cons. 32. lib. 3. num. 1.*

Quo verò ad secundam partẽ, ratio resolutionis fuit, quia decreta Vicarij dederunt exequutionem litteris Apostolicis tribuen̄ facultatem alienandi bona fideicommisso subiecta;
2 quæ litteræ † vti subreptitiæ non poterant exequutioni demandari. *Natt. cons. 211. num. 2. vbi etiam si in modico Crauett. cons. 296. col. vlt. vers. non obstat Ciriac. controuers. 323. num. 41. Rota in Romana Casalis Palazzetti 24. Nouembris 1614. coram bo. mem. Manzanedo.*

Subreptio visa fuit patens, quia Marius non narrauit Papæ ipsum habere bona libera scilicet redditum scutorum 560. & Creditum dotis scutorum 9. mil. quę duo si narrata fuissent; vtique Papa gratiam non concessisset, vel saltem difficilius, † quod sufficit vt gratia
3 dicatur subreptitia *Socc. cons. 260. num. 2. Corn. cons. 245. nu. 6. lib. 1. Crauett. cons. 296. col. 5.* regulariter enim alienatio bonorum fideicommissi nõ conceditur nisi in subsidium *Bursat. cons. 80. num. 27. cum seqq. Ciriac. controuers. 328. num. 29.*

Et ità vna tantum &c.

PENNEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 23. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria quibus concurrentibus debeat concedi.*
2 *Possessio sola sufficit pro obtinendo mandato de manutenendo etiam in iurisdictionalibus.*
3 *Clausula, Sine præiudicio mandati de manutenendo, apposita in rescripto Signaturæ præseruat iurisdictionem Iudicis à quo tam circa d. mandatum, quam illius executionem.*

DECISIO CCCII.

PRAETENDENTE D. Vrsio Abbate Terræ Planellę omnimodam Iurisdictionem Episcopalem, seù quasi in d. Terra contra Reuerendissimum D. Episcopum Pennen̄ fuit disputatum coram bon: mem: Card. Cualerio, cui esset dandum mandatum de manutenen̄, & Rota per duas decisiones coram ipso firmauit D. Episcopo dandum esse mandatum de manutenen̄ in quasi possessione visitandi, & cognoscendi causas tàm Ciuiles, quàm Criminales, nec non conferendi beneficia, & alios actus Iurisdictionales exercendi, qui conueniunt Episcopo in sua Diœcesi, quæ decisiones fuerunt etiam posteà confirmatæ coram bon: me: D. meo Archiepiscopo Selucien̄, qui posteà vigore dd. resolutionum relaxauit mandatum contra d. Abbatem, cui cum d. Abbas obtemperare noluerit, dubitaui, an contra ipsum veniret decernenda declaratoria, & DD. affirmatiuè responderunt, nisi infra mensem fuerit paritum,
1 quia cum d. † mandatum fuerit d. Abbati personaliter intimatum, ac seruati fuerint termini substantiales de stylo seruari soliti ad docen̄ deparitione de quibus *per Felin. in cap. Rodulphus num. 41. de rescript. & Vestr. in prax. cap. vlt. lib. 8. num. 19.* & de paritione non doceatur declaratoria contra ipsum denegari non potest *Socc. in cap. nulli num. 7. de sentent. excom. Felin. in cap. ad proban. num. 6. de re iudic. Abb. in cap. 1. num. 10. de Iud. Cassad. decis. 1. num. 7. de caus. poss. & prop. Mohed. decis. 1. de Sent. excom. Rota decis. 591. num. 5. par. 2. recen.*

Non obstat, quod d. mandatum ad fauorem D. Episcopi relaxatum prætendatur esse iniustum, ex quo non fuerit probatum d. Terram Planellæ esse intra fines Pennen̄ Diœcesis; Quia vltra quod hoc ipsum iam fuit alias deductum ante exequutionem d. mandati, & tamen vtraque parte Informante in supradictis decisionibus contrarium semper fuit firmatum, DD. aduerterunt Rotam tunc in dd. decisionibus non fuisse motam ad concedeñ mandatum de manutenendo D. Episcopo ex sola iuris assistentia resultante, ex quo Terra Planellæ esset intra fines d. Diœcesis Pennen̄, sed etiã quia pro illius parte ex pluribus actibus positiuis docebatur de eius quasi possessione exercendi Iurisdictionem in d. loco Planel-
2 læ, quæ † possessio de per se est sufficiens ad obtinendum d. mandatum *§. retinendæ Instit. de Interdict. 1. §. quod ait prætor. vbi Bart. ff. vti possid. Rota decis. 660. num. 1. par. 1. recen.*

Nec obstat, quod causa in gradu appellationis fuerit commissa Reuerendiss. D. meo Decano, quia cum Signatura rescripserit cum
3 clausula, *sine præiudicio mandati de manutenen̄*, fuit præseruata Iurisdictio Iudicis à quo tàm circa d. mandatum, quàm circa illius exequutionem, & propterea per hanc commissionem Signatura non intelligit retardare exequutionem d. mandati *Rota decis. 641. num. 10. par. 1. diuers. Cas. de Gras. decis. 3. in fin. de Iudic. & alibi.*

Petebatur etiam Declaratoria contra alios Cle-

Clericos, seu Canonicos d. Terræ Planellæ, sed quoad ipsos DD. nihil firmarunt, quia non probabatur mandatum fuisse eis validè intimatum.

Et ità vna tantum &c.

ARIMINEN. DOMVS.

Mercurij 25. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Venditio facta à procuratore habente mandatū cum clausulis amplissimis tàm tradendi liberam possessionem quàm apponendi omnia pacta licita, & consueta sustinetur etiam si fuerit promissum rem venditam esse liberam necnon facere consentire omnem personam interesse habentem, itaut motis molestijs Dominus teneatur pro illius liberatione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Amplia concurrente bono iure.*
3 *Facultas promittendi, quod emptor & eius successores non molestarentur, & in illa pacificè manutenerentur important promissionem releuationis à molestijs.*
4 *Pactum tradendi rem liberam, & faciendi consentire omnem personam est de natura contractus venditionis.*
5 *Venditor tenetur rem liberam tradere ab omni hypotheca.*
6 *Pactum tradendi rem liberam, & faciendi consentire omnem personam benè potest per procuratorem apponi habentem facultatem apponendi, quæ sunt de natura contractus.*
7 *Facultas data procuratori faciendi instrumentum cū clausulis procuratori beneuisis operatur, vt procurator possit apponere clausulas, & pacta sibi beneuisa etiamsi ad actum non sint necessaria.*

DECISIO CCCIII.

PETRVS Antonius Lallius fuit constitutus procurator à Hieronymo Lallio fratre ad venden domum, de qua agitur, cum clausulis amplissimis tàm tradendi liberam possessionem, quàm apponendi omnia pacta licita, & consueta in venditione, cuius mandati vigore d. Petrus Antonius vendidit d. domum Francisco Pauono pro scutis 1800. promisitque in forma Cameræ domum esse liberam, nec non facere consentire omnem personam interesse habentem; sequuta huiusmodi venditione fuit super eadem domo coram me intentatum Saluianum ad Instātiam Diotalleuij Lallij filij d. Hieronymi, & ad illius fauorem fuit resolutum intrare Saluianum; deinde causa iterum proposita, fuit dictum Saluianum non intrare, sed constare de bono Iure d. Diotalleuij. Quapropter Pauonus stātibus huiusmodi molestijs, egit coram A. C. contra d. Hieronymum Lallium in vim obligationis ad habeñ domum liberam, & vt d. Hieronymus venditor faceret consentire d. Diotalleuium filiū, & alios interesse habentes, contra quem mandatum reportauit, deindè causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa, dubitaui, an mandatum esset exequendum, & DD. affirmatiuè responderunt.

Nam de illius validitate constat ex reuolutione actorum, Iustitia verò satis apparet, ex quo fuit relaxatum vigore Instrumenti obligationis Camerali vallati, in quo d. Hieronymus mediante eius procuratore promiserat domum liberam, & facere consentire omnem personam vndè cum appareat litem super d. domo fuisse motam, & d. Hieronymum venditorem nō fecisse consentire Diotalleuium filium molestantem, benè sequitur esse lo-
1 cum d. obligationi quæ † paratam habet executionem *Thesaur. decis. 26. num. 11. Gallesi. ad form. oblig. Camer. par. 1. quæst. 2. nu. 11.* quod tan-
2 tomagis procedit stante † bono Iure d. Diotalleuij molestantis canonizato per decisiones coram me emanatas, quæ adhuc effectum sufficiunt *Rota decis. 212. num. 2. vers. de bono Iure par. 2. recen.*

Non obstat, quod venditio fuerit facta per procuratorem, qui in mandato non habebat facultatem promittendi præfata, quia vltra quod in mandato aderat facultas promittendi, quod emptor, & eius successores non molestarentur, & semper, ac perpetuo haberent pacificam possessionem, & in illa pacifi-
3 cè manutenerentur, quæ verba † importans promissionem liberationis à molestijs tàm in Iudicio, quàm extra *Card. in clem. gratiæ nu. 8. de rescript. Felin. in cap. cum Ioannes num 33. vers. & adde, quod si fit de fid. Instrum. cum alijs cum Mandos. super reg. de annal. quæst. 26. per tot* sufficit quod in d. mandato adsit facultas vendendi cum pactis solitis necessarijs, & opportunis,
4 nam huiusmodi pactum † tradendi rem liberam, & facieñ consentire omnem personam est de natura contractus venditionis, vt in his terminis comprobauit ex pluribus *Rota in Romana Domus corā Litta impress. per Marches. par. 1.*
5 *fol. 751. num. 3.* Cum venditor † teneatur tradere rem liberam ab omni hypotheca, & obligatione *Surd. cons. 36. num. 9. & seqq.* & propte-
6 reà istud pactum benè potuit † apponi per procuratorem in Instrumento, in quo de Iure apponi debebant omnia, quæ erant de natura contractus *Crauett. cons. 748. num. 18. & seq. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 15. nu. 27.* maximè cum
7 in mandato adesset etiam facultas † faciendi Instrumentum cum clausulis procuratori beneplacitis, quæ operatur, vt procurator apponere potuerit clausulas, & pacta sibi benè visa, etiam si ad actum non fuissent necessaria *Crauett. d. cons. 748. num. 13. vers. respondetur.*

Et ità vna tantum &c.



RO-

ROMANA LEGATI VSVSFRVCTVS.

Mercurij 25. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Factis duobus Legatis vxori altero in augmentum dotis eius vita durante, & alio vsusfructus sub conditione, quod *morendo ò remaritandosi il tutto vadi all'infrascritto mio herede*, an per transitum ad secunda vota mulier ceciderit ab vtroque legato.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum Dotis factum constante matrimonio non tenet cum sapiat naturam donationis prohibita inter virum, & vxorem.*

2 *Limita quando fuit tacitè morte donatoris confirmatum, vel quando expressè in testamento fuit relictum, & num. 3.*

4 *Verba* E lascio anco &c. *distinctam & separatam denotant dispositionem.*

5 *Legatum vsusfructus factum vxori resoluitur in alimenta stantibus filijs.*

6 *Legatum proprietatis, & vsusfructus potest relinqui licet legetur vita naturali durante.*

7 *Relatio fit ad disposita immediate præcedentia.*

8 *Verbum*, Tutto, *est generale.*

9 *Verbum*, quanto, *cum idem sit ac verbum*, quoad *stat restrictiuè.*

10 *Nullum verbum est tam generale, quod non restringatur ex circumstantijs.*

11 *Legatum vsusfructus quando fuerit factum augmentatiuè ad aliud Legatum.*

DECISIO CCCIV.

IOSEPH Ferrettus adhuc viuens dedit Clementiæ Vxori suæ in augmentum dotis scuta 1500. cum omnibus Massaritijs domus cum hac lege, quod dd. scuta 1500. essent d. suæ vxoris eius vita durante, ea verò defuncta spectarent ad illum, cui ipse in suo testamento illa relinqueret, Massaritiæ autem domus liberè remanerent ipsius vxoris; in testamento deindè, sub quo decessit, d. donationem cum iisdem conditionibus in ea appositis per viã legati confirmauit, & voluit, quod post obitum d. eius vxoris darentur ex dd. sc. 1500. sc. 500. fabricæ S. Petri, & vlterius disposuit per hæc verba: *Et lascio anco la detta Clementia mia Moglie donna madonna, & vsufructuaria de tutti li miei beni fin' che viuera casta, è vedoua, è morendo, ò remaritandosi, il tutto vadi all'infrascritto mio herede quanto all' vsufrutto, che essa Clementia hauerebbe in vita sua*: His sic stantibus cum Clementia transierit ad secundas nuptias, dubitaui, an ipsa ceciderit à d. legato scutorum 1500. & DD. negatiuè responderunt.

Quamuis enim d. augmentum dotis fuerit
1 factum † constante matrimonio quod cum sapiat naturam donationis, suffragari non potest *ex l. 1. & 2. ff. de donat. int. vir. & vxor. & ex Statut. Vrb. lib. 1. c. 13.* attamen benè sustinetur, ex quo
2 illud fuit deindè non solum morte donatoris tacitè confirmatum *l. donationis C. de donat. int. vir. & vxor l. cum hic status §. 1. ff. eod. Mantic. de tacit, lib. 21. tit. 7. n. 1.* sed fuit quoque in testa-
3 mento ab eo relictum expressè. *Paris. cons. 90. num. 26. lib. 3. Mantic. de tacit. d. tit. 7. num. 20.*

Nec subsistit, quod d. legatum sc. 1500. fuerit relictũ sub conditione, quatenus ipsa Clementia vitam vidualem seruaret, ponderando illa verba, *è morendo, ò rimaritandosi, il tutto vadi all'infrascritto mio herede*, & sic cum d. Clementia ad secunda vota transierit, videatur iam à d. legato cecidisse. Nam fuit responsum in d. testamento esse duo diuersa, & distincta legata, vnumquodq; perfectam, & separatam habens orationem. Primum est d. legatum sc. 1500. simpliciter relictum in causam dotis cum iisdem conditionibus, cum quibus testator ea donauerat inter viuos; Alterum est legatum vsusfructus omnium aliorum bonorum reli-
4 ctum sub conditione viduitatis, ibi, *è lascio anco &c.* quæ verba distinctam, & separatã denotant dispositionem *Alex. cons. 66. n. 6. lib. 3 Menoch. cons. 177. nu. 43.* & sic verba illa, *morendo, ò rimaritandosi, il tutto &c.* tangunt solum lega-
5 tum vsusfructus aliorum bonorum, † quod stantibus filijs resoluitur in alimẽta *vt per glos. in auth. hoc lucrum C. de secundis nupt. l. Titio §. titia vbi DD. de leg. 5. Surd. de alim. q. 15.* non autẽ tangunt legatum sc. 1500. ei relictum in augmẽtum dotis, quorum proprietas cum vsufructu
6 fuit vxori relicta, licèt † eius tantum vita durante *l. si pecunia, ff. vt in possess. legat. l. 1. C. de vsuf. §. constitutus instit. eod. Castren. cons. 381. n. 2. vers. si non lib. 1. Alex. cons. 58. num. 7. lib. 3.*

Quod etiã ex duplici ratione satis clarè depræhenditur, primo quia d. conditio viduitatis fuit posita consequutiuè, & immediatè ad d. legatum vsufructus aliorum bonorum, non autem ad legatum sc. 1500. quo casu illa refer-
7 tur † solum ad legatum immediatè præcedens cui adiecta fuit non autem ad legatum prius factum in capite diuerso, & separato *l. fin. §. Titia vbi Bart. ff. de liber. leg. Felin. in c. causam n. 4. limit. 3. de rescrip. Capic. decis. 108. num. 12. Seraph. decis. 610. num. 4. & fuit dictum in Toletana Applicationis 15. Aprilis præteriti coram me.*

Secundò quia d. priuatio legati fuit expressè limitata à testatore ad legatũ vsusfructus aliorum bonorum, quam Clementia haberet in vita sua, ibi, *Quanto all' vsufrutto, che hauerebbe in vita sua*, non autem ad legatum sc. 1500. ei relictum in causam dotis, quorum Clementia in vita sua vsumfructum, & proprietatem habere debet ex supradictis.

Nec obstat, quod testator disposuit per verba generalia, ibi, *il tutto vadi all' herede*, quasi quod testator ex illo verbo *il tutto* voluerit cõpræhendere nedum vsumfructum aliorum bonorum, sed etiam augmentum dotis. Nam
8 licèt d. verbum *il tutto* † sit generale fuit tamen à testatore restrictum ad solum legatum vsusfructus omnium aliorum bonorum, ibi, *quanto all' vsufrutto &c.* quod verbum, *quanto* quod
9 idem est, † ac verbum, *quoad* stat restrictiuè. *Honded. cons. 70. n. 24. lib. 2. Malua. cons. 22. num. 71.*
10 nullum enim verbum † est tam generale, quod non restringatur ex circumstantijs *Surd. cons.*

consf. 153. n. 23. & 24. & verbum illud *il tutto* sui operabitur effectum respectu vsusfructus omnium aliorum bonorum, super quibus testator illam reliquerat vsufructuariam, ibi, *Donna de tuti li beni &c.* qui quidem vsusfructus omnium bonorum non comprahendit legatum scutorum 1500. de quibus testator specialiter disposuerat confirmando id, quod aliàs inter viuos vxori reliquerat in augmen-
1 tum dotis; cum illud legatum † vsufructus fuerit factum augmentatiuè, non autem diminutiuè ad legatum augmenti dotis. *Seraph. decis. 562. num. 1. & fuit dictum in Firmana de Carradoris 11. Nouembris 1630. coràm me.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Luna 30. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Census extinctio quando resultet ex eo, quod fundus super quo fuerat impositus, fuit redditus infructiferus; & quid si ex casu fortuito & ex facto hominis.

SVMMARIVM.

1 *Census perit si fundus super quo est impositus redditur infructiferus.*

2 *Census fructus adhuc debentur quando fundus fuit redditus infructiferus ex facto hominis voluntario licet secus ex casu fortuito.*

3 *Factum Principis habetur pro casu fortuito.*

4 *Census vt non dicatur extinctus sufficit quod res habita sit fructifera licet actu fructus non percipiantur.*

5 *Fideiussores liberantur ob nouationem factam inter principales contrahentes.*

6 *Census non sustinetur nisi pro rata fundi non redditi infructiferi.*

DECISIO CCCV.

FVIT resolutum sub die 17. Decembris præteriti Censum, de quo agitur, fuisse extinctum, & sic cessare obligationem fideiussorum pro eo præstitam, Quia cum vinea, super qua erat impositus, fuerit deuastata propter munimentum Castri S. Angeli, &
1 effecta infructifera, Census perijt iuxta Constitutionem Pij V. & per consequens fideiussorum obligatio, *l. penult. ff. de solut. Henriq. de fideiuss. cap. 20. §. 27. num. 1. cum alijs in decisione allegat.* Hodie repropositâ causa super eisdem DD. steterunt in decisis.

Nec obstat, quod dicta vinea effecta fuit infructifera non ex casu fortuito, vel natura rei, sed ex facto hominis voluntario, quo ca-
2 su † adhuc debentur fructus Cēsus, *Surd. consf. 162. num. 18. & seqq. Cenc. de censib. par. 3. cap. 9. q. 2 num. 9. in fin.* Nam fuit responsum d. vineam non fuisse effectam infructiferam culpa Domini ipsius vineæ, in quibus terminis loquūtur DD. allegati; sed eam fuisse extinctam facto Principis propter munimentum d. Ca-
3 stri, quod factum Principis habetur † pro casu fortuito. *Socc. in l. quidam num. 3. post med. ff. de reb. dub. Cranett. consf. 233. num. 2. Gregor. XV. decis. 371. num. 5.*

Nec obstat, quod adhoc, vt Census non dicatur extinctus, sufficiat, quod res habita
4 sit fructifera, licet † actu fructus non percipiantur, *Surd. consf. 162. Cenc. de censib. par. 1. c. 3. q. 2. art. 1. n. 10. Rot. in Romana de Cambijs 16. Martij 1626. coram bon. mem. Buratto.* Quia hoc nō visum fuit applicari præsenti casui, cum vinea, de qua agitur, iam perierit, & nō sit amplius vinea, sed ad aream redacta, & omninò effecta infructifera, quæ area nec dici potest habita fructifera, nisi reducatur ad pristinum statum vineæ.

Nec obstat, quod fuerint subrogata loca montium loco ipsius vineæ, ac fuerint translata omnia Iura creditorum super dd. locis montium; quia non inde sequitur fuisse etiā translatum Censum, cum aliud sit transferre Iura creditorum, in qua translatione transfertur solum hypotheca, aliud sit transferre Censum, in qua transfertur contractus de vna re in aliam, de quo in d. translatione nihil agitur.

Et cessat difficultas, quia (vt fuit dictum in alia decisione) fideiussores se obligarunt pro Censu imposito super re stabili, dd. autem loca montium cum non sint stabilia, sed tantum pro stabilibus habeantur, fuit facta no-
5 uatio † & sic dd. fideiussores remanent liberati, *l. nouatio, ff. de nouat. cum alijs in decisione allegatis.*

Non obstat, quod ex testibus, qui dantur pro parte Monialium probetur adhuc extare duas petias d. vineæ in statu fructifero; quia cum non probetur illas esse capaces soluendi
6 d. Censum, census † non potest sustineri in totum, sed solum pro rata dd. duarum petiarum, vt in his terminis fuit resolutum in *Romana Census 18. Octobris 1602. coram bon. mem. Card. Millino.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SVPERVIVENTIAE.

Veneris 10. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Breue Apostolicum in omnibus debet iustificari adhoc vt sententia in illius executionem promulgata sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Narrata in Breui Apostolico ante omnia sunt iustificanda.*

2 *Narratis in Breui non iustificatis sententia desuper emanata remanet nulla, & iniusta.*

3 *Forma data in Breui Apostolico est omnino seruanda.*

4 *Clausula.* Sine præiudicio suorum iurium, est præseruatiua eorundem.

DE-

DECISIO CCCVI.

PLACVIT DD. decisio in hac causa facta sub die 2. Maij proximè præteriti, in qua fuit firmatum non solum sententiam latam ab A. C. ad fauorem Creditorum q. Cinthij Clementis super exequutione Breuis, alias à d. Cinthio obtenti ad effectum locandi fructus quinque beneficiorum, quæ ipse obtinebat, vt de illorum fructibus solueret æs alienum contractum pro monachanda Maria Isabella eius filia, ascendens ad scuta 2000. esse reuocandam, sed etiam eius exequutionem via tamen ordinaria.

1 Quià cum iustificatio † narratorum in d. Breui in primis & ante omnia esset facienda, *Felin. in cap. ad aures num. 4. vers. tertia conclusio*
2 *de rescript. Seraph. decis. 870. num. 1.* illis † non iustificatis sententia cum omnibus indè sequutis remansit nulla, & iniusta, *Caputaq. decis. 27. num. 3. par. 1.*

Quod autem multa essent iustificanda, patet ex lectura eiusdem Breuis, in quo multa leguntur, quæ veniebant omninò iustificanda, quæ omnia latè fuerunt examinata in decisione, quæ reuidetur, quæ hic non repeto.

Quo verò ad exequutionem DD. non dubitarunt, quin pariter illa esset nulla, & iniusta; tum quia fuit facta non seruata forma Breuis tam respectu personæ, à qua debebat fieri locatio; quam respectu temporis; intra quod fieri debuit, & aliorum in d. Breui co-
3 tentorum, quæ forma † omninò seruanda erat *cap. cum dilecta & ibi DD. de rescript. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Gozad. cons. 67. num. 2. Seraph. decis. 357. num. 6.* & in terminis similis Superuiuentiæ fuit dictum, & latè comprobatum in *Beneuentana restitutionis fructuum 12. Ianuarij 1609. coram Penia.*

Non obstat, quod Reuerendissimus D. Alterius cōsensum præstiterit d. locationi, quia (vt fuit dictum in alia decisione) cum ille
4 cōsensus † fuerit præstitus cum clausulis præseruatiuis (sinè præiudicio suorum Iurium) non validat nullitates exequutionis ipsi præiudiciales. *Mart. de claus. par. 1. claus. 158. num. 2. Put. decis. 31. num. 1. lib. 2.*

Et ità vna tantum &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI. DE CINCIIS,

Lunæ 13. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Compromissum à minoribus factum quando dicatur nullum ex defectu insinuationis.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio requiritur in contractibus minorum ex Constit. Marchiæ lib. 5. capit. 15. quæ procedit in compromisso, & num. 2.*
3 *Compromissum est species alienationis.*
4 *Aegidiana habet locum in toto Statu Ecclesiastico.*
5 *Aegidiana debet seruari quando statuta particularia non disponunt de insinuatione.*
6 *Compromissum est indiuiduum nec potest ex vna parte esse obligatorium ex alia non.*
7 *Compromissum nullum ex parte pupillorum, dicitur nullum etiam respectu maiorum.*

DECISIO CCCVII.

VERTENTE lite in Rota inter D. Ludouicum Cincium ex vna, & DD. Ioannem Baptistam, & Cæsarem de Columbis minores partibus ex altera super fideicommisso, de quo agitur, fuit sub die 13. Ianuar. 1631. factum inter dd. partes compromissum in duos Iurisconsultos Perusinos restrictum dumtaxat super contentis in vltima decisione emanata 19. Aprilis 1630. coram me, in quo fuit data facultas dd. Arbitris decidendi, & terminandi differentias de Iure tantum infra terminum trium mensium proximorum, intra quem si dd. Arbitri laudare nō possent, toties, quoties opus esset dictum compromissum prorogare valerent, & casu non prorogassent compromissum intelligeretur renouatum donec, & quousque esset laudatum: promittentes insuper dd. partes obseruātiam non solum sub pœnis statutarijs, sed etiam sub pęna violationis verbi per eos dandi, prout illud dederunt duobus Nobilibus Viris Perusinis, vt latius in d. Instrumento compromissi Summ. *num. 1.*

Verum quia dd. Arbitri nec in primo termino laudarunt, nec illum prorogarunt, & dd. Nobiles Viri verbum sibi datum partibus remiserunt, Ludouicus rediit ad Rotam pro lite prosequenda, in qua cum exaduerso fuisset oppositum de dicto compromisso; dubitaui, an obstet d. exceptio, & DD. negatiuè responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia d. Compro-
1 missum fuit nullum ex defectu insinuationis requisitę † in contractibus minorum ex Cō-
2 stit. Marchiæ lib. 5. cap. 15. quæ † procedit etiā in compromisso, *Put. decis. 158. num. 1. lib. 1. in correct. Tiraq. de legib. Connub. glos. 5. num. 202. & seq. Lanfranch. de arbitr. mem. 5. num. 9. tom. 3. par. 1. Boccac. in consilt. glos. 7. num. 54. & seqq. Gregor. XV. decis. 260. num. 1. Rota decis. 385. num. 6. par. 2. rec. & in causa Perusina fideiussionis 26. Nouemb. 1611. Eminentiss. Card. Pamphilio*, & in terminis compromissi fuit dictum in *Perusina Laudi 16. Martij 1626. coram R. P. D. meo Merlino.* Compro-
3 missum † namque est species alienationis; quia quod Arbitri dati iubent alienari dicitur *Paris. cons. 134. num. 11. lib. 4. Dec. cons. 44. num. 5.* & fuit dictum in *d. Perusina Laudi coram D. meo Merlino.* Nec dubitari potest, quin Aegidia-
4 na † habeat locum in toto Statu Ecclesiastico vigore Bullæ Sixti IV. & Pauli III. & aliorum *Caputaq. decis. 226. par. 1. Mohed. decis. 5. de constit.*

Non obstat, quod in Ciuitate Perusiæ adsit Statutum particulare super contractibus Minorum,

norum, quo stante videtur cessare d. Constitutio, quia Statutum prædictum non loquitur de insinuatione, sed solum disponit circa formam, & solemnitates adhibendas, ideoq; circa Insinuationem debet seruari Constitu-
5 tio † Marchiæ, vt fuit dictum in *d. Perusina fideiussionis coram Eminentiss. Card. Pamphilio & coram Greg. XV. d. dec. 260. num. 4.*

Non obstat, quod contractus potest claudicare fauore minoris; & sic d. compromissũ substineatur saltem ex parte Ludouici maioris. Quia quicquid sit in alijs contractibus,
6 secus est in compromisso, quod † cum sit indiuiduum, non potest ex vna parte esse obligatorium, ex alia verò non, *l. non distinguemus 37. §. si seruus & ibi gloss. in verb. vt non detur. ff. de recept. arb. Bald. Alber. & Odofr. ibid. Corn. cons. 18. num. 11. lib. 3. Lambert. de contract. in fin. num. 239. Rot. decis. 315. num. 19. & 24. par. 1. recent.* Et in
7 puncto, quod compromissum † nullum ex parte pupillorum, vel minorum sit quoque nullum ex parte maiorum firmant, *Ruin. cons. 129. no. 13. lib. 5. Io. Bapt. de Arbitr. cap. 3. vers. post quam num. 12. & seqq. tom. 3. par. 1. fol. 231. Maluas. cons. 108. nu. 13. Barz. decis. Bonon. 87. num. 5. Lamberteng. de contract. minor. in fin. nu. 239. Rimin. iun. cons. 493. n. 10. vol. 4.* & ratio est, quia Iudicium claudicare non potest: *cap. cum inter. circa med. de except. l. nouit. ff. de iudic.*

Nec obstat, quod ex parte Ludouici interuenerint etiam eius filij minores, & sic cum adsint hinc indè minores, intret conclusio, quod priuilegiatus contra priuilegiatum non vtatur priuilegio, *Abb. cons. 125. num. 7. Anchar. cons. 37. num. 1. Vincen. de Franch. decis. 138. num. 1.* Quia placuit respõsio, quod licet dd. filij Ludouici interuenerint in d. compromisso, nullum tamen interesse habent in causa, cum solum Ludouicus eorum pater sit ad fideicommissum vocatus, illudque in eius persona expiret.

Et ex his visum fuit DD. d. compromissum non obstare.

Et ita vtraque &c.

ROMANA LEGITIMAE.

Veneris 17. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Legitima matris, quando sit tertia pars omniũ bonorum, & quando tertia pars eius portionis, quam ipsa habitura esset ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Ad partem, qui admittitur facit partem.*
2 *Legitima matris est tertia totius non tertia illius, quod habitura esset ab intestato.*
3 *Quod procedit dummodo sorores, vel fratres fuerint totaliter exclusi, secus si aliquid ipsis fuit relictum, & num. 4. cum hoc casu non sit tertia totius, & num. 5.*
6 *Legatum relictum fratribus, vel sororibus non titulo institutionis, facit, quod habeantur tanquam extranei, & sic non faciant partem in legitima matris.*
7 *Frater, vel soror, vt faciat partem in legitima matris, sufficit, quid ipsis fuisse relictum siue titulo institutionis, siue titulo legati.*
8 *Filij cæterique ex necessitate instituendi præteriti dicuntur etiamsi ipsis sit factum legatum; quod non procedit in alijs personis, vt n. 9.*
10 *Frater, quando est necessario instituendus, vt non dicatur præteritus, sufficit, quod aliquid etiam solo titulo legati relinquatur.*
11 *Legitima parentibus de iure est debita.*
12 *Mater, quando non defraudetur sua legitima.*
13 *Legatum vti debitum voluntarium detrahi debet post legitimam vti debitum necessarium, & quando hoc procedat, & n. 14.*
15 *Legitima matris in tantum illa augetur, in quantum excluditur succedens cum matre ab intestato, non quantum ei relinquitur.*
16 *Decisiones in causa Romana de Vrsinis declarantur.*
17 *Frater ex vno latere tantum coniunctus, de iure non concurrit in successione matris.*
18 *Legitima matris non habentis concurrentem in successione, est tertia totius.*
19 *Soror exclusa à statuto propter existentiam masculorum, si ei relinquatur, non tamen admittitur; vt faciat partem in legitima matris, secus verò si masculi non extarent, n. 20.*

DECISIO CCCVIII.

DECESSIT Maria condito testamento, in quo, instituto vniuersali hærede Alexandro eius marito, legauit sorori scuta 2. mil. & alia nonnulla mobilia, matri vero sc. 1000. Iure institutionis pro sua legitima reliquit. Cumque d. mater ageret pro supplemento legitimæ. Dubitaui, quanta illa esse debeat, & an illa sit detrahenda ex tota hæreditate, an verò prius sit detrahendum legatum sorori relictum, & DD. legatum prius esse detrahendum responderunt, & sic legitimam esse trientem residui.

Ratio resolutionis fuit; Quia cum soror non fuerit à Testatrice omninò præterita, vel totaliter exclusa, sed fuerit agnita mediante legato ei relicto, non potest haberi pro mortua, & sic necesse est, vt matri partem faciat in eo, quod recipit, licet diuerso iure accipiat, quia
1 qui † admittitur ad partem, facit partem, *§. sed nostra, instit. de success. liber. l. planè, §. si duobus, l. huiusmodi, §. si Titio, ff. de leg. 1.*

Cessat etenim in hoc casu fundamentum Butrigarij dicentis contra Bartholum, legiti-
2 mam † matris esse tertiam totius, non autem tertiã eius portionis, quam habitura esset ab intestato; nam eius opinio, quam alias, reie-
3 cta opinione Bartoli, Rota sequitur, procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt omninò præteriti, vel totaliter exclusi, tunc enim quia habentur pro mortuis, nec admittuntur ad partem, non faciunt partem ex iuribus supra allegatis. Sed in casu, de quo agitur, in quo soror non fuit omninò præterita, aut totaliter exclusa, sed fuit aliquid ei relictum, negari nõ
4 potest, † quin sit agnita vti soror, & propterea

res

res eodē modo se habet ex testamento, prout
se haberet ab intestato; adeout sicut dicta
soror matri partem faceret in causa inte-
stati ita partem faciat in causa testati, & ma-
5 trem impediat, † ne integram tertiam omniū
bonorum habeat sicut eam impediret, si ab in-
testato successisset, *ita Bald. in auth. nouissima in
fin. vers. & per hoc in quæstione, C. de inoff. testam.
Corn. qui Bald. explicat in cons. 197. n. 2. lib. 1. Gabr.
cons. 94. num. 20. & seqq. lib. 1.* vbi testatur de
communi, & opinionem Butrigarij explicat,
*Berett. cons. 85. nu. 3. & seqq. Decian. cons. 2. n. 128.
ante med. vers. præterea lib. 5. Bursatt. cons. 115. n. 6.
& seqq. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 38. num. 13. vers.
tertius casus, Thesaur. decis. 172. num. 6. latè Maresc.
var. lib. 1. cap. 17. nu. 8. ad fin. vbi de communi Gra-
tian. discept. 178. n. 9. & 448. num. 18. & seqq. Mart.
de success. par. 1. q. 25. art. 2. num. 23. Paschal. de patr.
potest. par. 2. cap. 4. nu. 41. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4.
q. 7. nu. 16. Card. Tusc. tom. 1. pract. conclus. lit. l. con-
clus. 185. nu. 19. vers. secus si aliquid eis relictum est.
Matth. Berlich. conclus. 12. lib. 3. num. 54. vers. deinde
hæc assertio limitatur*, & hanc opinionem tenuit
*Rota in Romana legitimæ de Menichellis 13. Aprilis
1579. coram Vicecomite, & in Asculana legitimæ
2. Decembris 1588. coram Bubalo apud eumdem,
Merlin. de legit. dec. 39. & in decis. 421. num. 8. p. 4.
diuers. & in Rom. legit. 8. Nouem. 1593. coram Card.
Arrigonio apud eūdem, Merlin. dec. 69. n. 1. & in Pe-
rusina de Oddis 23. Maij 1594. coram Card. Millino.*

Non obstat, quod d. legatum non fuerit re-
lictum titulo Institutionis, & sic d. soror ha-
6 beatur † tanquam extranea, quæ nō facit par-
tem in legitima, *Panzir. cons. 143. nu. 4. & seqq.
Tubian. de Gnocch. in auth. nouissima, num. 42. in 4. q.
C. de inoff. test. Surd. cons. 404. numer. 8. cum alijs in
contrarium allegatis*. Quia adhoc, vt soror dica-
tur agnita, & faciat partem, non attenditur,
7 quo † iure accipiat, iure scilicet institutionis,
aut iure legati, nam etiam si capiat iure di-
uerso à matre, non tamen habetur pro mor-
tua, sed matri partem facit, eiusque legitimā
minuit, itaut tantū minus dicatur esse in hæ-
reditate, quantum importat legatum, *Gabr.
d. cons. 94. num. 23. lib. 1. Berett. & Bursatt. vbi sup.
Thes. d. decis. 172. num. 6. in primo casu, Corn. d. cons.
150. num. 2. ad med. & in specie ponderauit Rota in
d. Asculana legitimæ coram Bubalo, & in d. Romana
de Menichellis coram Vicecomite*. Quamuis enim
8 filii, & cœteri, † qui sunt necessario instituen-
di dicantur præteriti etiam si eis factum sit le-
gatum; attamen fratres, aliæque personæ, quę
9 non sunt necessario instituendæ † non possunt
dici præteritæ, si aliquid eis etiam solo titulo
legati relinquatur, *Dec. in l. 2. num. 4. vers. & vl-
terius considerandum, C. de bon. poss. contr. tab. Tob.
Non. in §. 1. Instit. de exhæred. lib. nu. 8. Mart. de suc-
cess. leg. par. 1. q. 26. art. 2. num. 20. Marescott. & Gra-
tian. vbi sup.* Imò etiam quando frater esset ne-
cessario instituendus, vtpote quando est insti-
10 tuta turpis persona, † quod non requiratur ti-
tulus Institutionis, & non dicatur præteritus
etiam si aliquid solum titulo legati ei relictū
fuerit; tenent *Natt. cons. 478. nu. 13. lib. 3. Merlin.
de legit. lib. 5. tit. 2. q. 20. per tot. Argel. de acquir. poss.
q. 3. n. 964.*

Neque obstat absurdum ab informantibus
pro matre ponderatum, nempe quod alio-
quin esset in posse filiorum optinare parentes
11 legitima † illis de iure debita, relinquendo fra-
tribus, vel sororibus pingue legatum. Quia
pro responsione sufficit dicere, legatum, de
quo agitur, esse longè infra portionem ipsi
12 sorori ab intestato debitam, † vnde benè po-
test deduci ante legitimam matris, quia eo de-
ducto matri adhuc remanet tertia pars eius,
quam habuisset ab intestato, vt benè ad pro-
positum *Gabr. d. cons. 94. num. 23. ad med. vers. quia
dispositio Testatoris, & Thesaur. d. decis. 172. num. 6.
in 4. casu.*

13 Nec obstat, quod d. legatum, † vti debitum
voluntatium detrahi debeat post legitimam,
vti debitum necessarium, *Bertrand. cons. 221.
num. 2. lib. 4. Gratian. discept. forens. cap. 751. nu. 15.
14 Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 10. num. 3.* Quia hoc
procedit in legato facto extraneo, non autem
in legato facto (prout hic) succedenti ab in-
testato cum matre intra portionem ipsi suc-
cedenti debitam, quia in hoc casu legitima
matris non minuitur regulando eam à suc-
cessione ab intestato, sed solū impeditur aug-
mentum illius ex quo in tantum illa augetur,
15 in quantum † excluditur succedens cum ma-
tre ab intestato, nō autem in quantum eidem
relinquitur, vt tradunt *DD. supra alleg. & dixit
Rota eadem dec. coram Vicecomite.*

16 Denique non obstant decisiones in † *Roma-
na de Vrsinis 91. 92. & 33. post Merl. de legit.* in
quibus licet soror fuerit agnita titulo legati,
tamen Rota censuit legitimam matris esse
tertiam totius hæreditatis, quia in casu duarū
priorū institutus erat frater ex vno tātum la-
17 tere coniunctus, † qui cum de iure non con-
curreret in successione cū matre iuxta *auth. de-
functo, C. ad Tertull.* Legitima matris non ha-
bentis concurrentem in successione erat ter-
18 tia totius, † quæ proinde præseruata intelligi-
tur, vt illis respondendo aduertit *Rota in dicta
Asculana legitimæ post Merlin. de legit. dec. 39. n. 17.
firmans, num. 18.* Contrarium, quando fuissent
instituti vtrinque coniuncti. In tertia verò
fuit relictum legatum sorori à statuto exclu-
19 sæ propter existentiam fratrum, ac proptereà
cum soror non potuisset ab intestato vna cū
matre in successione cōcurrere stantibus ma-
sculis habebatur pro mortua, & sic non pote-
rat minuere legitimam matris, vt fuit consi-
deratum in eadem Asculana legitimæ, secus
autem est in casu nostro, in quo cum non ad-
20 essent masculi, † soror non erat exclusa, sed
vna cum matre ab intestato concurrebat, ac
proinde quia d. legatum succedit loco por-
tionis debitæ ab intestato, meritò viget pari-
tas testati, & intestati supra considerata.

Et ita vtraque parte informante &c.

R A-

RAVENNATEN. COMPVTORVM.

Veneris 17. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Actorum transportatio, quando non dicatur integrè facta, & ex quibus dicatur constare de productione reali.

SVMMARIVM.

1 *Acta primi Iudicij sunt transportanda per appellantem.*
2 *Appellans non tenetur transportare acta producta vocaliter.*
3 *Productio realis ex quibus resultet, n. 4. & 5.*
6 *Iura realiter producta, & sic effecta de actis sunt omnino transportanda.*

DECISIO CCCIX.

FVIT condemnatus q. Antonius Faiaferrus per sententias latas in partibus ad restituendam certam bonorum, seu pecuniarū summam, ab eo debitam occasione administrationis ab ipso factæ quorumdam bonorū spectantium ad Eminentissimum D. Cardin. Gymnasium, ab vltima sententia fuit appellatum per Procuratorem, Dominum litis effectum, & per Alexandrum filium, & hæredem d. q. Antonij, & causa fuit mihi commissa, cuius commissionis vigore iuxta solitum emanauit inhibitio; sed cum d. Alexander per biennium fuisset negligens in prosequenda huiusmodi appellatione per aliam commissionem Signatura mandauit, vt præfigeretur terminus ad docendum de appellatione, & illius legitima prosequutione, eoque elapso, & nihil quod releuet docto d. moderer inhibitionem, pro cuius moderatione cū instetisset Eminentissimus Cardinalis (quia pars nulla iura transportauerat) DD. mandarunt, vt proponerem dubium, An d. inhibitio esset moderanda, quo hodie proposito, fuit firmatum acta non esse integrè transportata.

Etenim multa fuerunt hinc inde producta, nēpe duæ scripturæ priuatæ, aliæ duæ scripturæ receputarum, quamplures litteræ missiuæ hinc inde transmissæ, nec non nouem libericuli computorum, quæ omnia in d. processu transportato deficiunt, vt apparet ex illius in-
1 spectione, ad quorum † tamen transportationem d. Alexander appellans tenetur, *Vant. de nullit. tit. à quo, & quib. mod. num. 21. Gratian. discept. forens. c. 21. numer. 28. tom. 1. Rota decis. 20. part. 4. diuers.*

Non obstat, quod productio dd. iurium fuerit tantum verbalis, ac proinde d. Alexan-
2 der ad illorum † transportationem non teneatur, *Rota decis. 561. num. 10. par. 1. recent. Addit. ad Gregor. decis. 59. num. 10.* Quia cum in produ-
3 ctione dd. iurium adsint verba † (actualiter produxit &c.) in alijs verò adsit decretum
4 Iudicis, in quo mandat illa restitui dimissa copia, & non amoueri ex actis sine decreto, negari non potest, quin eorum productio sit realis, *Caual. decis. 542. num. 2. vers. subsedebant, & fuit dictum in causa Vrbeuetana fideicomm. 16. Nouembris 1619. coram Reuerendissimo D. meo Decano,* in qua iudicata fuit productio realis ex verbis
5 (facto produxit &c.) vel ex verbis (animo rehabendi &c.) & facit *decisio in Pistorien. Beneficij 13. Ianuarij 1617. coram bon. mem. Buratto.*

Non obstat, quod licet iura actualiter fuerint producta, fuerunt tamen rehabita à producentibus iuxta stylum illarum partium; tum Quia talis stylus non probatur, sed quando iura fuerunt non solum verbaliter, sed etiam
6 realiter producta, † & sic effecta de actis, necessario erant transportanda, & cessat talis stylus producendi verbaliter, vt fuit dictum *in causa Mediolanen. Decimarum 27. Maij 1616. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ità vtraque &c.

FAVENTINA VICARIAE.

Lunæ 20. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Beneficium nouum quando erigitur ex fructibus alicuius beneficij, tunc dicitur Iusp. illius beneficij, secus tamen est quando ex vnico beneficio duo creantur, quia tunc quodlibet stat de per se.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium nouum quando dotatur ex fructibus alterius beneficij remanet de iurepatronatus primi beneficij, declara num. 2.*
3 *Erectio duorum beneficiorum quando fit ex vno tunc vnumquodq; stat de per se nec vnū pendet ab alio.*
4 *Ex præbenda vna si duæ fuerint factæ, sunt duo beneficia, & vnumquodque stat de per se.*
5 *Iudicium de beneficijs nouiter erectis idem est, quod de beneficijs antiquis.*
6 *Vicaria erecta ex fructibus Rectoris non dicitur de nouo creata, & reputatur, ac si esset beneficium antiquum.*
7 *Beneficia si sint fundata in aliqua Ecclesia collatio non ad Rectorem, sed ad Episcopum spectat.*
8 Cap. ad audientiam, el terzo, de Eccles. ædif. *declaratur.*
9 *Iuspatronatus acquiritur ex dotatione quando dos procedit ex mera liberalitate.*
10 *Beneficio si quis dotem assignet ex causa necessaria non acquirit illius iuspatronatus.*
11 *Congrua Vicario quando assignatur, considerari debent locus, quantitas fructuum, onerum qualitas personæ, & similia.*

DECISIO CCCX.

ECCLESIA Plebania nuncupata S. Agathæ Fauentinæ Diœcesis, cum esset parochialis, fuit de anno 1605. à S. M. Paulo V. facta beneficium simplex, & ex parte fructuū illius fuit erecta Vicaria perpetua cum cura animarum, quæ antea spectabat ad d. parochialem S. Agathæ. Hodie fuit propositum du-

dubium. An Iuspatronatus d. Vicariæ spe-
ctet ad Rectorem, siuè titularem d. Ecclesiæ
etiam quod sit beneficium simplex. Et DD.
negatiuè responderunt.

Nam licet, quando vnum † beneficium
1 dotatur ex fructibus alterius beneficij rema-
neat de Iurepatronat. primi beneficij iuxta
text. in cap. ad audientiam el tertio de Eccles. edific.
hoc tamen procedit, quando Ecclesia, ex
qua fuit facta dismembratio pro dote rema-
2 net Matrix † in eodem statu: at in præsenti
casu non ita contingit: Quia Rectoria de
qua agitur, fuit effecta beneficium simplex,
& fuit erecta etiam Vicaria, cui fuit assigna-
3 ta congrua: Vnde versamur † potius in ere-
ctione duorum beneficiorum ex vno, quare
vnum stat de per se, nec aliud dependet ab
alio *vt in cap. vacante. 26. de præb.* vbi dicitur
quod si ex vna præbenda effectæ fuerint duæ,
si legitimè fuit facta separatio, sunt † duo be-
4 neficia, & vnumquodque stat de per se: &
ideò collatio spectat ad Episcopum, prout
spectabat prius. *Rota diuers. dec. 17. num. 4. & 5.*
par. 2. & in recent. dec. 600. num. 3. & 4. par. 2. vbi ad
hoc allegat Imol. in cap. cum M. sub num. 1. vers. &
sic non expedit de consti. vbi firmat, quod idem
5 est † iudicium de beneficijs nouiter erectis, ac
de beneficijs antiquis. *& Vital. in clem. fin. de*
rescript. vbi firmat vlterius, quod Vicaria ere-
cta, ex fructibus Rectoriæ non dicitur de no-
6 uo creata, sed reputatur † ac si beneficium
antiquum, & ad idem est *decis. 296. vers. nec*
etiam par. 1. diuers. idem dicit Abb. in cap.
suggestum num. 3. de iurepatronat. & in fortiori,
7 quod licet beneficia sint fundata † in aliqua
Ecclesia, nihilominus collatio non spe-
ctet ad Rectorem, sed ad Episcopum. *latè fuit*
firmatum in Vrbeuetana beneficij 9. Iunij 1627. co-
ram R. P. D. meo Duran.

8 Præterea aduertebant DD. † *text. in d. cap.*
ad audientiam non habere locum in casu, de
quo agitur; quia iuspatronatus tunc demum
9 acquiritur † ex dotatione, quando dos pro-
cedit ex mera liberalitate dotantis. *Lambert. de*
iurepatronat. par. 1. lib. 1. num. 4. quæst. 7. Rota decis.
167. num. 5. par. 2. diuers. At hic non prouenit
dos ex mera liberalitate, ex quo Rectoria erat
10 effecta beneficium simplex † vnde opus fuit
quod daretur congrua ex necessitate Vicario,
per quam assignationem non acquiritur Ius-
patronatus *Rota coram San. mem. Greg. XV. dec.*
397. per totam.

Non obstat, quod congrua assignata d. Vi-
cario videatur excedere quantitatem taxatam
à Bulla Pij V. Quia cum in assignatione con-
11 gruę debeant considerari locus, quantitas fru-
ctuum, & onerum, qualitas personæ, & si-
milia, non refert, si congrua per Papam in
maiori summa fuerit assignata *Rebuff. de congr.*
quæst. 4. in priuc. Rota decis. 420. num. 3. par. 1. recent.
& decis. 16. num. 1. par. 1. diuers.

Et ita vtraque &c.

FANEN. PENSIONIS.

Lunæ 20. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Pensionario sine possess. exigendi non competit manutentio prout nec ista competit ex causa compensationis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur sine possessione.*
2 *Compensatio vim solutionis habet.*
3 *Compensatio excluditur ex actibus illi contrarijs.*
4 *Compensatio excluditur quando ab altera ex partibus non fuit acceptata.*
5 *Possessio vera requiritur ad effectum manutentionis.*
6 *Compensatio non habet vim veræ solutionis, quæ tribuat quasi possessionem manutenibilem.*
7 *Compensatio ad effectum liberationis habet vim solutionis.*
8 *Compensare vel remittere non est dare.*

DECISIO CCCXI.

FVIT resolutum Vlissi non esse dandum
mandatum de manutenendo in quasi
possessione exigendi pensionem, de qua agi-
tur; Quia non constat de illius quasi posses-
1 sione illam exigendi, sine † qua manutentio
non datur §. *retinendæ instit. de interd. Rolan. cons.*
9. num. 18. vol. 3. Rota decis. 1193. num. 1. lib. 3.
diuers.

Non obstat, quod titularis soluerit expen-
sas pro expeditione litterarum pensionarij, &
hanc solutionem voluerit excomputare cum
terminis pensionis decurrendis iuxta conuen-
tionem inter ipsos initam. Cumque idem ti-
tularis litteras reseruationis expeditas d. pen-
sionario tradiderit, videatur iam inducta com-
2 pensatio, † quæ vim solutionis habet *Couarr.*
in cap. quamuis pactum in 1. par. §. 4. num. 9. vers.
ea vero de pact. in 6. Tiraq. de retr. lignag. §. 3. glos. 3.
numero 6.

Etenim huic obiecto dupliciter fuit respõ-
sum; primo quod ista prætensa compensatio
non probatur, sed solum tractatus de com-
pensando, ex quo Epistolæ titularis non fue-
runt ab ipso pensionario acceptatæ quia post
terminos pensionis decursos ipse institerit pro
dd. terminis, vt ex eius Epistolis datis in *sum.*
3 *n. 6.* quos tamen non † petijsset, si eos cum dd.
expensis compensare voluisset. *arg. text. in l. fin.*
C. de compensat. Tiraq. in l. si vnquam num. 15. C. de
reuoc. donat. & sic cum d. pensionarius d. com-
4 pensationem acceptare noluerit, † nulla cen-
seri potest inducta compensatio *Surd. decis.*
246. num. 27. cum seq. Menoch. cons. 460. num. 6.

Secundò fuit responsum, quod etiamsi
adesset talis compensatio, ea tamen ad effe-
ctum, de quo agitur, suffragari non valeret,
quia ad effectum manutentionis requiritur
5 † vera possessio §. *hodie instit. de interd.* Com-
6 pensatio autem † vim veræ solutionis non ha-
bet, & sic per eam quasipossessio exigendi non
acquiritur *Marsil. sing. 208. incipit. compensatio.*
Alex. cons. 91. col. 2. vers. 2. principaliter moueor. lib.
2. Ias.

2 *Iason in l. cum, qui §. si viro num. 5. ff. de iureiur. felin.*
in cap. ad nostram. num. 12. vers. alij dixerunt. de iure-
iur. Afflict. decis 381. num. 3. Aret. cons. 99. col. 2. vers.
3. & cons. 100. num. 4. Grat. discept. 725. num. 9. &
10. & in terminis firmauit Rota coram Seraph. decis.
303. num. 3. lib. 1. licet enim ad effectum libera-
7 tionis † illa sit vera solutio, quia verè per eam
inducitur liberatio. *Tindar. in tract. de compen-*
sat. articulo 7. vers. in contrarium facere videtur;
secus tamẽ est quoad manutentionis effectum
9 quia compensare, vel remittere † non est da-
re *l. Iulianus la prima vbi Bart. & Bald. ff. de con-*
dit. & demonstr. Natt. cons. 60. num 3. lib. 1. Surd.
cons. 246. num. 18. & seq vol. 2. Seraph. d. decis. 302.
& ibi Adden.

Non obstat, quod si non adest compensatio, adest tamen solutio facta nomine pensionarij: vnde cum d. titularis soluerit ad computum pensionis, videatur constituisse pensionarium in quasi possessione exigendi d. pensionem, tum quia, vt dictum est, d. solutio non fuit acceptata à pensionario; tum etiam quia illa fuit facta in causam expensarum pro expeditione dd. litterarum, non autem in causam pensionis, quæ propterea alium effectum operari non potest, quam constituere d. Titularem creditorem ipsius pensionarij in summa pro d. expeditione impensa.

Et ità vtraque &c.

ROMANA RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Mercurij 22. Iun. 1633.

ARGVMENTVM.

Læsio iuxta statutum Vrbis *c. 154. lib. 1. vel ius commune in l. 2. C. de rescind. vendit.* quomodo probetur, & an sufficiat excessus etiam in minimo vt dicatur factus locus dispositionibus iuris communi vel statuti.

SVMMARIVM.

1 *Læsio vltra tertiam partem sufficit iuxta dispositionem statuti Vrbis pro rescissione contractus.*
2 *Læsio vltra medietatem requiritur in terminis iuris communis.*
3 *Statuta laycorum non comprehendunt loca Pia; si tamen sint fauorabilia possunt illis vti.*
4 *Layci facientes leges fauorabiles Ecclesiis non dicuntur lædere sed augere Ecclesiasticam libertatem.*
5 *Læsio etiam in obolo vltra medietatem ad formam iuris communis & vltra tertiam ad formam statuti Vrbis sufficit & num. 6.*

DECISIO CCCXII.

CVM Patres ministrantes infirmis prætenderent se fuisse læsos in prætio domus per ipsos emptæ à Cassandra Guarnella, egerunt in Tribunali Eminentiss. Vicarij Vrbis pro rescissione venditionis, & sententiam reportarunt fauorabilem, à qua cum pro parte Casandræ fuisset appellatum, & causa mihi fuisset commissa; proposui dubium, an esset locus rescissioni contractus.

Cuius quidem dubij resolutio à duplici in-
spectione pendebat; primo, an Patres
1 prædicti tenerentur probare læsionem vltrà
tertiam partem prætij iuxtà dispositionem
statuti Vrbis c. 154. lib. 1. vel tenerentur eam
2 probare † vltrà medietatem iuxta *text. in l. 2.*
C. de rescind. vend. secundò an d. læsio fuerit
pro parte per dd. Patres cõcludenter probata.
3 Quoad primam licet loca pia non † com-
præhendantur sub statutis laicalibus etiã quod
ea fuerint à Sede Apostolica confirmata,
cum confirmatio non augeat, nec ampliet,
sed adimat, dumtaxat defectum iurisdictionis iuxtà disposita, & propterea cum statutum in d. cap. non loquatur de locis pijs, non videatur illa comprehendere, vt alias firmauit *Rota in Romana pensionis prioratus 4. Februarij 1630. coram R. P. D. meo Merlino.* Attamen DD. non dubitarunt, quin statutum in d. cap. sit fauorabile dd. Patribus, & alijs locis Pijs; vnde quamuis non comprehendantur in eo (si tamen volunt) frui possunt beneficio d. statuti, non quidem virtute comprehensiua statuti, quæ deficit in laicis ex defectu iurisdictionis sed quia omnes leges, & constitutiones laicales fauorabiles extenduntur quoque ad Clericos, & loca Pia, cum ex dispositione Sacr. Canonum omnes constitutiones Clericis, & locis Pijs fauorabiles præsumantur
confirmatæ, & approbatæ, ea ratione quia
4 laici facientes leges † fauorabiles Ecclesijs non
dicuntur lædere, sed augere Ecclesiasticam libertatem ad tradit. *per Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 107. de constit. & cons. 282. num. 8. Bursatt. cons. 93. num. 45. lib. 1. Surd. cons. 301. num. 24. & cons. 2. num. 19. & 38. Alderan. Mascard. de gen. intepræt. stat. concl. 1. num. 192. & 193. & seq. Carol. Graff. de eff. Cleric. eff. 2. num. 42. 44. & seq. Addden. ad Greg. XV. decis. 279. num. 24. Rota in Papien. bonorum 18. Febr. 1578. coram Lancellotto & in Mediolanen. hæreditatis 11. Martij 1596. coram Card. Millino.*

Firmato igitur, quod Patres prædicti possint iuuari beneficio d. statuti, sequitur illos non teneri probare læsionem, nisi vltra tertiam partem, prout idem statutum disponit, & propterea tota differentia remanet solum in secunda inspectione, an dd. Patres probauerint læsionem vltra tertiam, quæ probatio DD. visa fuit deficere.

Namquamuis Patres ad eam probandam
nitantur relatione periti de consensu partium
iudicialiter electi, ex qua apparet valorem
domus ascendere solum ad scuta 2450. &
propterea cum illa fuerit vendita pro scutis
370. læsio videatur probata in scut. 1250. &
sic in scut. 17. vltra tertiam partem, qui ex-
cessus videtur sufficiens, quia sicuti in termi-
5 nis Iuris communis sufficit excessus † etiam
in obolo *Bald. in l. 2. n. 38. C. de rescind. vend. Castr.*
n. 10. Hõded. cons. 24. à n. 12. li. 1. Surd. dec. 178. n. 10.
Ita pariter videtur sufficere in terminis sta-
6 tuti, quia læsio vltra tertiam, de qua loqui-
tur statutum, subrogatur in locum læsionis

vltra dimidiam ad *not. per Surd. d. decis. 176. numer. 10. Seraph. decis.* 1485. *nu.* 4. Vltraquod ponderabatur augeri læsionem prædictam ex eo quod in dicta relatione Periti non fuit habita ratio de Griptis pertinentibus ad Hospitale S. Spiritus, quæ nouiter fuerunt repertæ subtus domum, quæ quidem Griptæ videbantur æstimandæ in diminutionem pretij domus.

Prædictis tamen non obstantibus non constare de tali læsione DD. censuerunt. Quia vtrumque fundamentum tollitur ex facto.

Excessus enim in scut. 17. facilè tollitur, quia in relatione prædicta non fuit habita ratio Capitis Apri marmorei, de cuius existentia de tempore factę venditionis constat per duos testes nouiter examinatos pro parte Cassandræ; quod Caput verisimile est, quod non fuerit tam parui valoris, vt non ascenderet ad valorem dictorum scutorum 17. pro qua quantitate dd. periti examinati deponunt constare de lęsione, maximè cum vnus testis deponens de sua peritia asserat illud fuisse valoris scut. 100. & alter dicat fuisse valdè pulchrum.

Defectus verò æstimationis Griptarum pariter tollitur, quia non constat illas esse suppositas Domui, taliter quod earum existentia domum reddat non liberam, & minori pretio æstimabilem prout pro parte dd. PP. probari deberet.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GVIDIS.

Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Conuentio de diuidendo totum id quod recuperabitur ex aliqua hæreditate inita inter plures creditores debet executioni demandari recuperatis bonis.

SVMMARIVM.

1 *Obligationi de diuidendis recuperãdis dicitur factus locus sequuta recuperatione.*
2 *Sub obligatione Camerali continentur omnia quæ veniunt in necessariam consequentiam.*
3 *Transactio vt sustineatur sufficit incertus euentus litis de tempore contractus.*
4 *Exceptio turbida non retardat executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO CCCXIII.

IO. Baptista, & alij de Bernijs ex vna, & Io. Lucas de Fabijs, Marcus Antonius Panicatus, & Io: Matthęus Bussus ex altera prætendentes vendicare bona fideicommissi q. Antonij de Guidis possessa à Francisco de Alexandris, ad inuicem conuenerunt sub hac forma; *che tutto quello, che si recuperarà da detta heredità del q. Antonio Guidi seniore si debba diuidere, si come promettono di diuiderlo in due parti amicheuolmente, cioè per la metà à detto Gio: Battista, & altri de Bernij, & per l'altra metà à detto Marc' Antonio, Gio: Luca, e Gio: Matteo de mano in mano, che si recupereranno; dichiarando, che le spese fatte, è da farsi in detta lite si debbano risare anticipatamente, obligandosi in forma Cameræ &c.*

Posteà verò cum Bernij mediante alia concordia inita cum d. Francisco de Alexandris recuperassent sexdecim loca montium, & Censum in sorte scutorum 735. spectañ ad hæreditatem d. q. Antonij de Guidis, præfati Io. Matthæus Bussus, & Io. Lucas de Fabijs cęperunt agere contra Bernios pro cõsequutione ratæ partis ipsos tangeñ: vndè proposito à me dubio, An, Quomodo, & pro qua summa esset relaxañ mandatũ DD. pro nunc responderunt mãdatum esse relaxandum pro duabus ex tribus partibus medietatis reseruato, vt de reliquis deductis pro parte dd. de Bernijs contra d. conuentionem particulariter videretur.

Quoad relaxationem mandati moti fuerũt ex eo, quod cum Bernij, & cæteri prænominati ad inuicem sub obligatione Camerali promiserint diuidere omne id, quod de hæreditate d. q. Antonij recuperaretur, cumq; postea Bernij mediante d. alia cõcordia recuperauerint à Francisco de Alexandris Censum, & loca montium supradicta vtique fuit
1 factus locus d. obligationi de diuidendo dd. bona, *Galles. de oblig. Camer. q. 2.* & ibi *Add. n. 1. & 4. Rota post d. tract. decis. 79. num. 4.* & consequenter de consignando ratam partem Busso & Fabio, pro qua consignatione non est dubium, quin possit agi exequutiuè vigore d.
2 obligationis Cameralis, in qua † omnia ea compræhenduntur, quæ veniunt in necessariam consequentiam, licet non sint expressa, *Zacch. de oblig. Camer. q. 31. num. 16. & seq. Seraph. dec. 955. num. 2.* & fuit firmatum in *Farsen. Donationis Veneris 26. Martij 1632. coram me.*

Non obstat, quod d. Conuentio fuerit nulla vti facta de re clara sub prætextu, quod in fideicommisso d. q. Antonij de Guidis prius sint vocati illi de Cippo, de quo prætendunt esse dd. Bernij etiam ex sententia Eminentissimi Cardinalis Virilis tunc A. C. & postea sint substituti præfati Bussus, Fabius, & Panicatus: Quia ab ipsa sententia fuit appellatum, & sufficit, quod de tempore d. Cõuentionis euentus litis fuerit incertus, ad effectum enim substinendi transactionẽ semper
3 attenditur † incertitudo de tempore eiusdem transactionis, non autem effectus certus postea subsequutus, *Dec. cons. 474. num. 10. Rota decis. 735. num. 1. par. 2. recent. & in Melenitana hæreditatis 23. Ianuarij 1625. coram bon. memor. Patriarcha Manzanedo*; & in omnem casum cum
4 ista exceptio sit turbida, † non potest retardare exequutionem obligationis Cameralis omni ex parte claram, *Seraph. dec. 753. in fin.*

Quo verò ad quãtitatem pariter moti fuerunt ex eadem conuentione supra narrata, iuxta quam bona recuperata spectant pro medietate ad Bernios, pro altera medietate ad Bussum, Fabium, & Panicatum, & cum hodie

diè solum agant Buffus, & Fabius, benè sequitur eis deberi duas ex tribus partibus dimedietatis, vt patet ad sensum.
Et ita decisum &c.

BONONIEN. EXECVTIONIS.

Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

1 *Remissoria in causa prophana vt detur sufficit releuantia articulorum etiam sine fumo.*
2 *Immo sufficit vnum articulum esse releuantem vt super omnibus sit concedenda.*
3 *Remissoria non datur aduersus rem iudicatam.*
4 *Limita quando super illa pendet restitutio in integrum.*
5 *Remissoria non datur quando fuit commissum examen testium in partibus vbi diu lis fuit agitata.*
6 *Limita quando datur fumus, qui ex testibus etiam ad perpetuam rei memoriam examinatis resultat, & num. 7.*

DECISIO CCCXIV.

POSTQVAM per sententiam Rotalem fuit resolutum constare de re iudicata contra Honorium Beatum, qui promiserat de euictione prædij Argilis, de quo agitur, fuit pro parte d. Honorij in causa restitutionis in integrum petita remissoria; Quocirca proposito dubio, An illa esset concedenda, DD. affirmatiuè responderunt ea ratione; quia agitur de causa prophana, & sumus in gradu restitutionis in integrum, & ideò data
1 solum† articulorum releuantia etiam absque fumo remissoria denegari non potest, *l. Iudices vbi DD. C. de fid. Instrum. Simonet. decis. 76. Caputaq. decis. 67. par. 3. Cæs. de Graff. decis. 1. de dilat. Rota decis. 348. num. 1. par. 1. recent.* & fuit dictum in causa *Bononien. simulationis contractus 3. Februar. 1602. coram bo. me. Card. Millino.*

Releuantia autem articulorum est clara, nam inter alia tendunt ad probandum d. prædium Argilis alias venditum Paulo Zambeccario semper fuisse ab eo possessum, & hodiè adhuc ab eius filijs, & hæredibus possideri, quæ possessio repugnat prætensæ euictioni, cum si verum esset, quod dictum prædium fuisset euictum, verisimile est, quod illius possessio esset penes euincentes, & hoc sufficere visum fuit ad petitam remissoriam obtinendam, cum ad effectum, vt illa conceda-
2 tur super omnibus sufficiat, vt † vnus articulus sit releuans *Cassad. decis. 5. ad fin. de sequ. poss. & fruct. Rota decis. 677. num 1. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 124. num. 3. & 403. num. 6.*
3 Non obstat res iudicata, † contra quam nõ datur remissoria, *Caputaq. decis. 51. par. 3. Seraph. decis. 308. Caual. decis. 208. num. 1. & decis. 250. n. 3. Adden. ad Greg. decis. 184.* Quia cum super illa pendeat restitutio in integrum, non obstante
4 exceptione † rei iudicatæ: conceditur remissoria, *Add. ad Gregor. d. decis. 184. num. 7. vers. si tamen post rem iudicatam, Rota coram eodem decis. 276. num. 1.* & ibi *Add. num. 7. & in Leodien. Castrorum 17. Maij 1630. coram R. P. D. meo Motmanno.*

Non obstat, quod dictus Honorius dd. testes examinare non curauerit in partibus, vbi
5 diu lis agitata fuit, quo casu † remissoria cõcedi non debet, *Caputaq. decis. 65. par. 1. Rota decis. 712. num. 5. par. 1. recent. Gregor. decis. 276. nu. 3.*
6 Quia hoc † non procedit, quando datur fumus, *Rota decis. 213. part. 3. lib. 2. diuers. Adden. ad Gregor. d. decis. 276.* qui fumus in præsenti casu satis datur ex testibus, qui licet sint
7 examinati ad perpetuam † rei memoriam, tamen, satis deseruiunt pro fumo ad effectum obtinendi remissoriam, *Cassad. decis. 3. de dilat. Rota decis. 213. par. 3. diuers. & decis. 661. numer. 3. vers. & licet par. 2. rec. Greg. decis. 163.*
Et ità vtraque &c.

PADVANA BENEFICII.

Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Prouisus Apostolicus iustificatis litteris debet immitti in possessionem beneficij de quo fuit prouisus.

SVMMARIVM.

1 *Immissio iustificatis iustificandis etiam via ordinaria agenti competit, & num. 5.*
2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Vicarij.*
3 *Obitus probatur ex fide magistratus Præpositi sanitati subscripta ab officiali, cum solita legalitate.*
4 *Obitus alicuius in possessione beneficij, & quod beneficium vacauerit per illius obitum probatur ex testibus.*

DECISIO CCCXV.

GABRIEL Scainus fuit de mense Decembri 1631. prouisus à Sede Apostolica de Propositura, de qua agitur, vacante per obitum Nicolai Grattæ defuncti de mense Augusti eiusdem anni, & post expeditas litteras suæ prouisionis, nec non earum vigore litteras subrogationis ad partes, obtinuit proponi dubium, an ei esset danda immissio: quo hodie proposito DD. (Quia Dominus Bellus fuerat etiam de eodem beneficio ex eadem vacatione prouisus à Papa, & sic dubitari poterat, an esset legitimus cõtradictor) resoluerunt dandam esse Immissionem, non tamen exequutiuè, sed ordinariè: Cum etiã iustificatis, iustificandis via ordinaria agenti
1 illa † competat, *Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. num. 53. in fin. Alber. num. 11. ad med. & nu. 13. in princ. & num. 14. Fulgos. num. 20. vers. hæc difficilia Curt. Iun. num. 61. Corn. num. 8. & 9. Personal. de adipisc. num. 87. 138. 170. vers. & licet & num. 268. 270. & seqq. Put. decis. 308. lib. 1. in non. & fuit*

dictum in Bergomen. Cappellaniæ 28. Februar. 1625. coram bo. me. Patriarcha Hierosolimit.

Requisita verò ad obtinen. d. Immissionē benè iustificantur; nam quoad Clericatum
2 ille † iustificatur ex litteris patentibus Vicarij, quæ litteræ non est dubium, quin probent, *Cæsdh. Grass. decis. vnic. de præsumpt. n. 5. Caual. dec. 502. & dec. 572. n. 4.*

Reseruatio etiam per obitum d. Nicolai de mense Augusti reseruato, vacante tunc Sede
3 Paduana, benè probatur † ex fide Magistratus præpositi sanitati Ciuitatis Paduæ subscripta ab officiali cum opportuna legalitate, *Caual. d. decis. 572. num. 2. Gregor. decis. 78. num. 1.*

Obitus denique d. Nicolai in possessione d. Beneficij, & quod dictum Beneficium vaca-
4 uerit per eius obitum, † probatur ex testibus qui dantur Summar. num. 4. Quibus ità pro-
5 batis † non potest dicto Gabrieli denegari Immissio, *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 4. Caputaq. decis. 349. num. 1. par. 2. Rota decis. 700. nu. 1. par. 1. recent.*

Et ita vna tantum &c.

ROMANA NVLLITATIS CONTRACTVS.

Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Sententiarum conformitas ex quibus resultet adhoc vt sit locus Statuto Vrbis lib. 1. cap. 178. de duabus conformibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia secunda si confirmet primam inde resultat sententiarum conformitas.*
2 *Duæ sententiæ conformes inter Ciues Romanos habent vim trium.*
3 *Ciuis Romanus ex quibus probetur.*
4 *Validitas sententiarum ex reuolut. actorum.*
5 *Iustitia sententiarum constat ex decisionibus in causa factis.*

DECISIO CCCXVI.

PRO Aurelia infirmante DD. responderunt, nempè constare de duabus Sententijs conformibus ad eius fauorem latis, quia
1 sententia Rotalis simpliciter † confirmat sententiam A. C. ex quo satis resultat conformitas Doctores in *Clem. 1. de re iudic. Surd. consil. 102. num. 9. lib. 1. Gabr. de exequut. rei iudic. conclus. 1. num. 33. Thesaur. decis. 228. nu. 2.* & ideò est locus earum exequutioni, cum duæ sententiæ
2 conformes † habeant vim trium inter Ciues Romanos ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 178. Gregor. dec. 492. num. 1.*

Quod autem dictæ sententiæ sint latæ inter Ciues Romanos probatur tum ex fide Baptismatis, quæ datur in Summario, tum etiam ex enunciatiua contractus, de quo agitur, in quo tam d. Aurelia, quam Thomas colliti-
3 gantes enunciantur † Romani, *l. optimam C. de contrah. & committ. stipul. Alex. cons. 83. num. 7. vers. non obstat lib. 1. Rota decis. 647. num. 1. in fin. par. 1. recent.*

Validitas dd. sententiarum controuerti nō potest, cum ex reuolutione processus appa-
4 reat omnia requisita † interuenisse, de quibus per *Caputaq. dec. 260. par. 2.*

De iustitia verò earum satis cōstare visum
5 fuit † ex duabus decisionibus in hac causa factis coram me sub diebus 10. Ianuarij, & 18. Aprilis prox. præter.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA DE GVIDIS.

Veneris prima Iulij 1633.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in quolibet interdicto siuè retinendæ, siuè recuperandæ siuè adipiscendæ veniunt restituendi à die motæ litis.*
2 *Condemnatus ad dimitten. omnia bona tenetur etiam ad omnes fructus, & ad ratam fructuum si fuerit condemnatus ad dimitten. ratam bonorum.*
3 *Ita iudicatur de toto quoad totum sicuti de parte quoad partem.*

DECISIO CCCXVII.

POSTQVAM Franciscus de Alexandris per sententiam Rotalem fuit condemnatus ad dimittēdum possessionem pro duabus ex tribus partibus medietatis omnium bonorum hæreditariorum q. Antonij de Guidis ad fauorem Io. Matthei Bussi, & Mauritij de Fabijs, propositi dubium, an idem Franciscus teneretur etiam ad restitutionem fructuum, à quo tempore, & pro qua rata & DD. resoluerunt illum teneri à die intentati Saluiani interdicti, & prò rata duarum ex tribus partibus medietatis omnium bonorum.

Ratio primæ, & secundæ partis resolutionis fuit, quia ex quolibet interdicto siuè reti-
1 nendæ, siuè recuperandæ, siuè adipiscendæ fructus veniunt restituendi à die motæ litis, & intentati iudicij *tex. in l. 3. ff. de interd. l. quæsitū §. hoc interdictum de precar. Seraph. decis. 1535. n. 2.* & fuit firmatum in *Elboren. Decimarum 23. Maij 1622. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Ratio verò vltimæ partis fuit, quia cum Franciscus fuerit condemnatus ad dimittendum possessionem prò duabus ex tribus partibus medietatis, ità pariter tenetur restituere ratam fructuum habita ratione ad ratam partem bonorum, sicuti enim condemna-
2 tus † ad dimittendum omnia bona tenetur etiam ad omnes fructus, *Seraph. decis. 835. num. 2. cum alijs Iuribus proximè allegatis.* ità condemnatus ad restitutionem partis tenetur ad fructus pro rata d. partis, etenim ità iudicatur
3 de † toto quoad totum, sicuti de parte quoad par-

partem. *glos. in l. sed & si quis §. item quæritur, ff. si quis caut. l. quæ de toto ff. de rei vindic.*
Et ita vtraque &c.

MELEVITANA ELEEMOSYNAE.

Veneris prima Iulij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si ab ea non fuit appellatum nisi post biennium & post appellationem nihil amplius fuit actum causa remanet deserta.*

2 *Quasi possessio exigendi ad effectum manutentionis probatur ex testibus & locationibus sufficiuntque leuiores probationes.*

DECISIO CCCXVIII.

PRAETENDENTIBVS Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Meleuitanę sibi deberi annuum legatum eleemosynę pro missa quotidiè, celebranda in dicta Ecclesia, ei relictum ab Ambrosio Falsono super quadā clausura *detta di Sa Dob* possessa ab Andrea Allegretto, fuit à Vicario Meleuitano lata sententia in petitorio qua fuit pronunciatum d. Clausuram non fuisse in bonis d. Falsoni, à qua cum fuisset pro dicto Capitulo appellatum, & causa Inquisitori Meleuitano commissa, fuit lata sententia, qua fuit dictum Capitulum esse manutenen in quasi possessione exigendi dictam eleemosynam ex fructibus, & redditibus d. Clausuræ, subdens, nec non sententiam Vicarij cum omnibus inde sequutis esse infirmandam: Quæ sententia cum prætenderetur transacta in rem iudicatam, fuit pro parte d. Capituli obtenta iuxta stylū Commissio exequutorialis, & causa mihi cōmissa, proposui dubium, an constaret de re iudicata, quæ veniat exequenda, & DD. affirmatiuè responderunt, quoad possessorium retinendæ.

Etenim cum à sententia Inquisitoris lata
1 de anno 1620. † non fuerit appellatum, nisi post biennium, & post d. appellationem interpositam nihil amplius fuerit actum in causa, vtique illa deserta remansit. *Auth. ei, qui C. de temp. appell. cap. cum sit de appell. Put. decis. 711. lib. 2. in nou. Rota decis. 383. num. 1. par. 1. rec.*

De Iustitia autem d. sententiæ quoad quasi possessionem exigendi d. eleemosynam in d. Clausura, satis constare visum fuit ex pluribus testibus, qui dantur in Summar. num. 5. quorum primus, & secundus deponunt de facto proprio asserentes se soluisse, & exegisse dictam eleemosynam pro dicta Missa, nec non ex locationibus factis cum obligatione d. solutionis, & ex solutionibus per viam depositi, inde sequutis Summar. num. 6. & 7. Ex
2 quibus satis probatur quasi possessio exigendi ad effectum manutentionis, cum in ea sufficiant etiam leuiores probationes. *Seraph. decis. 624. num. 5. Rota decis. 81. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 225. num. 1. & decis. 459. numer. 3. part. 1. recent.*

Verùm cum Iustitia d. sententiæ quoad petitoriū redderetur turbida ex dictis pro parte d. Allegretti tertij possessoris DD. mandarunt vt super ea informetur.
Et ita vtraque &c.

PADVANA BENEFICII, SEV PRAEPOSITVRAE.

Sabbati 5. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Gratia posterior est nulla non facta mentione de colorata possessione alterius prouisi Apostolici de eodem beneficio.*

2 *Gratiæ data attenditur ad eiusdem gratiæ validitatem.*

3 *Gratia sumit initium à data.*

4 *Gratia anterior præfertur posteriori.*

DECISIO CCCXIX.

SVB die 17. Iunij præteriti fuit resolutum D. Gabrieli Scaino tunc solum informāti dandam esse Immissionem in possessionem Præposituræ, de qua agitur, via tamen ordinaria; quia requisita ad illam obtinendam, visa fuerunt sufficienter iustificari ex rationibus in decisione deductis. Hodie repropofita causa super eisdem Dominico Bello tantū informante DD. steterunt in decisis.

Nec obstare visum fuit, quod in gratia
1 Gabrielis † non fuit facta mentio de colorata possessione d. Dominici de hoc eodem beneficio à Sanctissimo prouisi, & sic gratiam Gabrielis esse nullam, vt fuit resolutum in *Carinolen. Præceptoriæ 26. Nouemb. 1626. & 6. Martij 1627. coram Reuerendiss. P. D. meo Decano, & in Casalen. Beneficij 10 Decembris 1627. coram R. P. D. meo Merlino.* Quia obiectum non visum fuit subsistere; nam Gabriel fuit prouisus sub die 13. Septembris 1631. Dominicus autem sub die 16. Nouembris eiusdem anni, & sic gratia Gabrielis est anterior gratia Dominici,
2 vt apparet ex Data, † quæ attenditur ad validitatem gratiæ, *Cassad. decis. 3. de de pens. Seraph. decis. 318. num. 1. & decis. 340. num. 9. 13. & 21.* vbi:
3 quod gratia † à tempore Datæ initium sumit & illud tempus attenditur ad validitatem, vel inualiditatem gratiæ.

Nec subsistit, quod litteræ Gabrielis sint posteriores, ex quo habent datam 19. Augusti 1632. vt ex copia, quæ datur in Summ. nu. 3. Quia Gabriel huiusmodi litteras nō exhibuit, sed litteræ per eum exhibitæ habent datam
4 anteriorem gratia Dominici, gratia † autem anterior præfertur posteriori, *Seraph. d. decis. 318.*

318. *nu.2.* vbi quod attenditur tempus Datæ, non autem expeditio litterarum.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Sabbati 26. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Mulier prætendens lucrum dotale vigore statuti Vrbis lib.1.cap.131. debet probare matrimonij consũmationem; lucrum dotale non debetur, quando matrimonium est nullum ob impotentiam perpetuam.

SVMMARIVM.

1 *Vxor mortuo marito potest prætendere lucrum dotale ex statuto Vrbis lib.1.cap.131.*

2 *Statutum Vrbis lib.1.cap.131. vt habeat locum, requiritur matrimonij consummatio.*

3 *Mulier prætendens lucrum dotale vigore statuti Vrbis tenetur concludenter probare matrimonium fuisse consummatum.*

4 *Confessio partis bene probat contra ipsam.*

5 *Matrimonium habetur pro consummato ad effectum consequendi lucrum dotale, si per coniugem superstitem non stet quominus matrimonium consummetur.*

6 *Matrimonium est à principio nullum ob impotentiam perpetuam.*

7 *Matrimonium vbi non adest ibi, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest.*

8 *Matrimonium quando est nullum propter impotentiam viri, non debetur lucrum dotale.*

DECISIO CCCXX.

D. Alexander Caietanus contraxit matrimonium solemniter cum D. Diana Grotta, cum qua cohabitauit per duos menses circiter; deindè obijt, & post eius obitũ D.
1 Diana vltra restitutionem dotis † cœpit prætendere lucrum dotale à D. Camillo Caietano patre, & fideiussore ex dispositione Statuti Vrbis cap.131. lib.1. Vnde proposito à me dubio, An deberetur, DD. negatiuè responderunt.

Nam fuit consideratum, d. Statutum, in quo D. Diana se fundat, requirere matrimo-
2 nij consummationem † ad effectum lucrandi quartum dotale, vt ex eius lectura euidenter apparet; vnde D. Diana, quæ est actrix, & petit dictum quartum vigore d. Statuti, deberet concludenter probare illam qualitatem à statuto requisitam, & sic matrimoniũ verè con-
3 summatum † fuisse, vt in terminis Statuti de lucro dotis, *Paris.cons.34.num.10. & seqq. lib.3. & cons.62.num.42.lib.4. Rolan. à Vall. cons.46.n.8. lib.4. Bero.cons.40.num.25. post med.lib.1. Sanch.de matrim.lib.6.disput.19.num.3. & 4. Rot.decis.103. num.1. par.2. diuers.*

Ex his autem, quæ pro parte D. Dianæ deducuntur, tantum abest, vt probetur d. qualitas, quinimò de contrario constat tam ex propria eius confessione, de qua in *Summ.numer.9.* asserentis se nunquam ab Alexandro carnali-
4 ter fuisse cognitam, † quæ confessio in his terminis contra ipsã plenè probat, *Rot.diuers.d.decis.101.num.11. par.2. Greg.XV.decis.357. num.3.* quam ex relationibus Matronarum, quæ facta corporis inspectione post contractum matrimonium eam virgineam, & incorruptam esse retulerunt.

5 Non obstat, quod per Dianam † non steterit, quominus matrimonium consummaretur, sed per Alexandrum; ideoque in hoc casu illud haberi debeat pro consummato, quod sufficit ad effectum consequendi lucrum dotale, *Bald. in l. Deo nobis, sub num.7.vers. sed iuxta hoc, C.de Episc. & Cleric. Neapodan. in consuet. Neap. in tit. de iur. quart. fol. 256. sub num.32. & fol.258.num.43. Surd.de alim. tit.1. qu.32. num.18. Sanch.de matrim.lib.6.disputat.18. Molphes. ad consuet.Neap. par.7.tit.de iur.quart. qu.7. per tot. & in addit. à num.5. vsque ad num.21. Gram. decis.103. sub num.87.vers. & licet cum seqq. Gail. obseru.80. num.11.vers. secundo limitatur, lib.2. & in terminis Statuti Vrbis, Rota decis.92. & 101. par. 2. diuers.* Quia de contrario apparet ex depositionibus testium pro parte Alexandri examinatorum asserentium d. Dianam, vt plurimum repulisse virum ad eam accedere volentem, & persæpè ex lecto maritali ad matrem confugisse, ac demum maximis dissensionibus illum è domo eiecisse, ex quibus potius constat de renitentia Dianæ, quàm de eius patientia.

Non obstante deducta ad probandam impotentiam perpetuam D. Alexandri, nam omisso, an ex illis probetur, prout illam probari DD. non credebant; attamen dato, quod illa esset probata, adhuc tamen non deberetur
6 lucrũ; cum † propter d. impotentiam matrimonium fuerit à principio nullum, *cap. 2. & ibi DD. de frigid. & malefic. Sanch.de matrim.lib.3. pun.13.num.9.* quo casu cessat Statutum de lu-
7 cro dotali, quia vbi † matrimonium non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest, vt in terminis, quod lucrum non debeatur, quando matrimoniũ
8 est nullum propter viri impotentiam, *Bald. in cap.inrauit, n.1. de probat. Phanuc. de lucr.dot. glos.3. num.6. Gomes. ad l.50. Tauri, num.7. Barbos. in l.2. ff. solut. matr.par.1.num.158. Molphes. ad consuetud. Neap. tom.1.par.7.num.7. & seqq.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SEV FLORENTINA LEGATI.

Sabbati 26. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Sententia quibus concurrentibus sit confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ apparet ex concursu requisitorum de quibus per Caputaq.decis.260.par.2.*

2 *Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus in causa factis.*

DE-

DECISIO CCCXXI.

FVIT lata sententia ab Eminentissimo Cardinali D. meo Vbaldo sub die 4. Iulij proximè præteriti, in qua fuit dictum Ecclesiam, & Hospitale S. Ioannis Florentinorum de Vrbe hæredes q. Petri de Cambijs teneri ad præstandum legatum vsusfructus, de quo agitur, D. Alemando Legatario d. q. Petri à die acceptationis factę per eumdem Alemandum iuxta declarationē ipsius testatoris, vel loco dicti legati illius ęstimationem, videlicet quoad bona immobilia ad rationem quinque pro quolibet centenario; quo verò ad bona mobilia iuxta liquidationem in exequutione faciendam; Quam sententiam hodiè in gradu appellationis DD. dixerunt esse confirmandam.

1 De eius namque validitate constat † ex reuolutione actorum, in quibus apparet omnia requisita interuenisse, de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*

De Iustitia autem satis constare visum fuit 2 ex deductis † in duabus decisionibus in hac causa emanatis sub diebus 30. Maij, & 4. Iulij præsentis anni, quorum fundamenta visa fuerunt benè subsistere, & ideò cum illis DD. transierunt.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Lunæ 2. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Executio aduersus tertios possessores, vel in bonis stabilibus non discussis mobilibus; quando subsistat Executio cœpta super vno corpore, quando possit fieri etiam super alijs.

SVMMARIVM.

1 *Executio non potest fieri super bonis possessis à viris tanquam dotalibus vxorum.*

2 *Limita pro credito anteriori constitutione dictarum dotium.*

3 *Renunciatio proprij iuris non inducitur nisi sit expressa, & clara.*

4 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. non suffragatur fratri vterino.*

5 *Fructus, quando sunt decreti ratione legitimâ taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

6 *Executio non potest fieri super stabilibus non discussis prius mobilibus.*

7 *Quod procedit, quando probarentur adesse talia mobilia.*

8 *Executio quamuis capta super vno corpore non impedit, quin possit fieri super alio donec sequuta sit integra satisfactio.*

9 *Executio validè potest fieri super bonis dotalibus citatis viris, quando fit pro credito existente ante constitutionem dotium.*

DECISIO CCCXXII.

PRAEVIIS multis decisionibus fuit à me lata Sententia in hac causa per quam fuit pronunciatum Clarici ex persona Catharinæ matris deberi duas ex tribus partibus scutorū mille, quæ scuta eidem Catharinæ pro residuo eius dotis erant debita, nec non etiam deberi fructus supradicti residui à die obitus Antonij patris Catharinæ ad rationem quinque pro centenario, & ad solutionem d. residui, & fructuum condemnatæ fuerunt Elisabettha, & Francisca hæredes d. Antonii, pro executione d. Sententiæ cum ageret Clarix, & procedere vellet ad subhastationem quarundā domorum, & vineæ, mariti dd. Elisabetthę, & Franciscæ qui illas possidebant pro Iuribus dotalibus se opposuerunt exequutioni, ob tentisque Inhibitionibus, & adita Signatura, obtinuerunt causam mihi committi cum rescripto (vt procederem ad vlteriora, & Iustitiam facerem; Vndè hodiè proposito dubio: An sit ad vlteriora procedendum in exequutione; DD. non obstantibus multis exceptionibus, quæ obijciebantur per dd. maritos affirmatiuè responderunt.

Et primo obstare non visum fuit, quod dd. domus, & vinea hodiè, possideantur à dd. maritis tanquam bona dotalia vxorum, & sic su-
1 per eis † non possit fieri exequutio *Bertrand. cons. 129. nu. 4. & seq. lib. 6.* Quia cum Creditum d. residui sit anterius constitutione dotis dd. Elisabetthæ, & Franciscæ, & ipsæ sint hæredes Antonij debitoris d. residui, benè potuit fieri exequutio super dd. bonis, quæ transie-
2 runt † cum suo onere in maritos, & quoscūque tertios possessores, *vt per Capic. decis. 128. num. 4. & seqq. Guidop. decis. 447. num. 1. & 2.*

Non obstat, quod Catharina consenserit, assignationi d. dotis, & illi nunquam contrauenire promiserit, sicque hodiè non possit super bonis pro d. dote traditis exequutio fieri; quia non indè resultat renunciatio proprij Iu-
3 ris, † quæ non inducitur, nisi sit expressa, & clara *Socc. cons. 33. num. 10. lib. 3. Surd. cons. 431. num. 32. & 34.*

Secundò non obstat, quod dicatur sententiam fuisse excessiuam, ex quo adiudicat Clarici filiæ Catharinæ duas ex tribus partibus d. residui dotis, & tamen d. Clarix erat exclusa per existentiam Marci Antonij fratris vterini ex dispositione Statuti cap. 145. lib. 1. Quia istud obiectum visum fuit tolli, ex quo d. Sta-
4 tutum † fuit conditum fauore conseruandæ agnationis, & sic non videtur suffragari fratri vterino tantum, qui est diuersæ agnationis *Bald. cons. 316. num. 1. lib. 2. Rota decis. 461. n. 6. par. 2. recent. cum alijs deductis in hac causa articulo discusso sub die 3. Iuny 1630.*

Tertiò Non obstat id, quod opponitur contra Iustitiam d. Sententiæ, dum illa condemnat dd. sorores ad fructus d. residui, & pro residuo consistente in pecunia, & sic non fructifero, & nulla præcedente liquidatione. Quia placuit DD. responsio aliàs data huic obiecto in decisione emanata corā me sub die 14.

La-

Ianuarij prædicti, scilicet, quod cùm dd. fru-
5 ctus † fuerint decreti ratione legitimæ, rectè
ad rationem quinque pro centenario taxari
potuerunt absque; alia liquidatione. *Modern. forolin. delegit. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. num. 5. cum alijs in d. decisione allegatis.*

Quartò Non obstat, quod d. exequutio
6 non † possit fieri super stabilibus, nisi prius
excussis mobilibus ad *text. in l. si §. si forte, & l. magis §. non passim ff. de reb. cre.* Quia hoc be-
nè procederet, vbi pro parte dd. sororum, &
7 earum maritorũ respectiue probaretur † (prout
ut non probatur) adfuisse talia mobilia, su-
per quibus potuerit fieri exequutio. *Rota decis. 557. num. 4. par. 2. recent.*

Quintò non obstat, quod cum cæpta fuerit
exequutio super domunculis; illa non potue-
rit fieri super vinea, Quoniam, quousque
non est sequuta integra, & plenaria satisfactio
8 non impeditur Creditor † facere aliam exe-
quutionem ex tradit. *per. Galles. de obligat. Camer. quæst. 11. n. 2. Gratian. discept. forens. cap. 593. num. 9. lib. 1. sub num. 41. vers. & in exequutionis.*

Noc obstat, quod vinea non esset in bonis Antonij Bolini; Quia in Instrumento Emptionis vineæ patet de contrario.

Sextò, & vltimo non obstat, quod d. exe-
quutio fieri non potuerit contra tertios pos-
sessores, nisi prius excussis bonis debitoris prin
cipalis. Quia cum fuerit actum pro credito
anteriori constitutione dotis dd. sororum (vt
dixi supra) & mariti pro Vxoribus compa-
ruerint in Iudicio, vt iustificatur in facto, be-
9 nè potuit † contra ipsos fieri d. exequutio. *l. si fi non obtulit. & ibi Alex. ff. de re iudic. Bertrand. d. cons. 129. num. 5. circa med. vers. est tamen aduertendum Seraph. decis. 891. num. 10.*

Et ità vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Lunæ 5. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Pecunia Socij, licèt in dubio præsumatur propria, tamen hoc non procedit si concurrant plura adminicula, & præsumptiones, de quibus in hac decis. quæ suadeant illam esse socialem.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia potius præsumitur propria, quam socialis.*
2 *Pecunia socij præsumitur socialis si concurrant præsumptiones, & coniecturæ, quæ id suadeant, & num. 17.*
3 *Administrator præsumitur soluere de pecunijs eius cuius bona administrat.*
4 *Litterarum ignarus potest esse sagax in negocijs peragendis.*
5 *Socius subscribens litteras Cambij sub eius nomine proprio, & consocij inde oritur præsumptio pecunias esse sociales, & num. 6.*
7 *Exactionem nemo præsumitur sibi velle reddere difficiliorem.*
8 *Creditor non est verisimile, quod diu differat exigere.*
9 *Confessio emanata à persona de veritate facti instructa vehementem præsumptionem facit.*
10 *Adminicula probationum desumuntur ex scripturis etiam informibus.*
11 *Stylus inter mercatores est seruandus.*
12 *Liber continens negocia socialia inter socios probat.*
13 *Quod procedit etiam si sit scriptus à deputato nomine sociali.*
14 *Libri mercatorum quibus concurrentibus probent.*
15 *Confessio extraiudicialis optime probata dicitur ex testibus, de loco & tempore.*
16 *Præsumptio inducitur ex probatione facta per testes minus legitimos.*
18 *Fundamentum suæ intentionis quilibet tenetur probare.*
19 *Actus sequens præsumitur factus in vim præcedentis tractatus.*

DECISIO CCCXXIII.

CVM sub die 12. Nouembris 1632. reuiderentur decisiones emanatę in hac causa ad fauorem Francisci Bentiuoli firmantes ipsum non teneri reddere rationem Saiarum Societatis venditarum in nũdinis Salerni, fuit restricta difficultas ad pecunias per eumdem Bentiuolum exactas in Ciuitate Anconæ, ad quarum restitutionem vti spectañ ad Societatem DD. hodiè dixerunt d. Bentiuolum teneri.

De exactione enim illarum visum fuit sufficienter constare per plura Instrumenta Quietantiarum, vltra quod inter partes non controuertebatur.

Quod autem dd. pecuniæ fuerint commu-
nes, ac pertinentes ad Societatem licèt regula
1 stet pro Bentiuolo, † cum pecunia potius pro-
pria quàm Socialis præsumatur iuxta doctri-
nam *Bart. in l. 2. num. 2. C. pro Soci. & in l. si patruus num. 4. vers. aut dubitatur C. comm. vtriusque Iud. Bald. in l. in restituenda C. de petit. hæred. nu. 3. in fin, Alex. cons. 78. num. 4. lib. 2.*
2 Attamen † ab ea receditur, quando (prout
in præsente casu) ex coniecturis, & præsump-
tionibus apparet illam esse communem. *Ancar. cons. 149. num. 4. vers. & licèt istam opinionem Ioseph. Ludouic. conclus. 53. vers. & quando non apparet iuncto vers. seq. & late in vers. fallit supradicta conclusio. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 17. num. 3. & seq. & tit. 18. num. 8. & seq. Seraph. decis. 593. num. 4.*

Prima enim coniectura, quæ suadet, pecunias, de quibus agitur fuisse sociales, deducitur ex qualitate Societatis initæ inter Mercatores de vendendo Saias in nundinis Salerni communi nomine, cuius societatis existentia aliàs firmata fuit, sub die 11. Februarij 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili, de qua nunc DD. non dubitarunt, iuncta deputatione facta in personas Bentiuoli, & Francisci Anibalis, in cuius locum fuit subrogatus Felix eius frater ad vendendum, vt pariter in eadem decisione firmatur, ex qua quidem Bentiuoli deputatione oritur præsumptio,

quod

quodidem pro habendis litteris Cambii direċtis Mercatoribus Anconitanis soluerit de
3 precio † Saiarum communium, non autem
de proprijs pecunijs *Aym.cons.129.nu.3.* quem
sequitur *Ioseph.Ludouic.concl.153. vers. fallit secundo in fin.*

Alii quidem coniectura no. ita fuit adducta altera desumpta ex imperitia, & ignorantia Bentiuoli, qui cum legere, & scribere nesciret, inuerisimile est, quod fuerit ab alijs deputatus. Quia præterquam quod deputatio Bentiuoli expresse legitur in albarano, seu contractu Societatis, cessare videtur omnis scrupulus ex testibus tàm pro parte Mercatorum, quàm pro parte eorundem Felicis, & Bentiuoli examinatis, qui deponunt Bentiuolum, licèt ignarum, fuisse nihilominus sagacem, diligentem practicum, & aptum similia, & maiora peragere negocia, ipsumq; tanquam tale pluries fuisse ad vendendum depu-
4 tatum † vnde nihil refert, quod fuerit ignarus quando erat sagax, & practicus. *ad text. in l. certi Iuris. & ibi DD. C. de Iudic.*

Secunda Oriebatur coniectura ex quo præfatas litteras Cambii conscribi curauit sub nomine ipsiusmet, & Anibalis consocii, & condeputati, ex qua quidem conscriptione † fa-
5 ctas communi nomine clara oritur præsumptio, quod pecuniæ fuerint communes *Bart. in l. iura num. 1. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Roman. cons. 291. num. 7. Menoch. cons. 12. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 17. num. 3. Aym. d. cons. 120. num. 3. vers. in hac difficultate.*

Coadiuuatur ista præsumptio, ex quo Bentiuolus in dd. litteris summam pecuniarum
6 non specificauit, † quod verisimiliter fecisset, si pecuniæ propriæ, & non communes fuissent *Nett. cons. 158. num. 11. circa med. & num. 12. circa fin. Aym. d. cons. 129. num. 8. circa med. Menoch. cons. 80. num. 5.*

Quod maximè venit dicendum ex quo Bentiuolus in negocijs peragendis erat accuratissimus, vt deponunt testes supradicti, vndè nullo modo præsumi debet, quod proprias pecunias absque declaratione, & specificatione quantitatis ipsum tangeñ cum alius pe-
7 cunijs† commiscere illamque exactionem per hanc commixtionem difficiliorem reddere voluerit *ad text. in l. cum de indebito ff. de probat. Aym. d. cons. 129. num. 6.*

Tertia pariter desumebatur coniectura ex sequestro relaxato ad instantiam aliorum Sociorum iuncta negligentia eiusdem Bentiuoli, qui passus fuit pecunias per quinquennium
8 sub sequestro permanere, † quod verisimiliter tamdiu non distulisset, si pecuniæ propriæ, & non communes fuissent iuxta doctrinam *Bart. in l. gerit. num. 21. vers. in contrarium de acquir. heredit. Alex. cons. 55. num. 2. lib. 5. Aym. consil. 196. num. 9. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 107. num. 11. & decis. 521. num. 3.*

Pro quarta Coniectura allegabatur Confessio Petri Angeli fratris, & procuratoris Bentiuoli desumpta ex Iudiciali protestatione per ipsum facta contra Mercatores socios, iuncto decreto Iudicis, d. procuratore præsente, & non contradicente, emanato ad instantiam Sociorum de exigendo dd. litteras Cambii ad effectum deponendi, donec controuersia inter ipsos terminaretur, ex qua quidem confessione, vti emanata à persona de
9 veritate facti instructa, † vehemens oritur præsumptio, quod pecuniæ contentæ in dd. litteris fuerint communes, & non propriæ Bentiuoli *Abb. in cap. dilectus num. 2. de procurat. Luc. de Pennen. in l. 3. col. 5. vers. 155. præsumpt. C. de apoc. public. lib. 7. Mascard. de probat. conclus. 396. num.*

Quinta oriebatur ex liberculo Societatis scripto ab altero deputato in dd. nundinis Salerni, in quo explicitè apparet, pecunias contentas in præfatis litteris Cambii mercatoribus Anconitanis directis redactas fuisse ex precio Saiarum illasq; ad Societatem pertinere, qui quidem liber licèt regulariter pro scribente non probet contra tertium Inter ip-
10 sos tamen non † solum facit probationem præsumptiuam, cum ad id quælibet Scriptura etiam informis sufficiat. *l. Instrumenta C. de probat. Canal. dec. 142. n. 4. Caputaq. decis. 234. p. 1.* Verùm lex seco oritur plena probatio, tum quia ex consuetudine, de qua deponunt testes
11 in Summario, ità receptum † est inter Mercatores Asculanos *Rota, decis. 650. num. 5. par. 1. recen.* Tùm quia continet solum negocia so-
12 cialia, † quo casu inter Socios plenè probat. *Seraph. decis. 600. num. 1. Rota decis. 641. nu. 5. par. 1.*
13 *recent.* etiam quod † non sit scriptus a Socio, sed à deputato nomine Societatis. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 92. num. 9. Alex. cons. 186. nu. 1. lib. 1 Socc. cons. 291. numer. 14. lib. 2. Seraph. decis. 1368. num. 4. Rota decis. 377. num. 3. & 5. par. 1. recent.*

Tùm etiam ex quo coadiuuatur ex deputatione antedicta, ac ex alijs præsumptionibus
14 de quibus supra, † & infra dicetur, quo casu concludenter probat *Canal. decis. 552. n. 2. Greg. XV. decis. 302. n. 5. decis. 537. num. 1. & inter recent. decis. 287. num. 1. par. 2. & nouissimè fuit firmatum in Abbancy. Vinea 5. Iulij 1622. coram R. P. D. meo Durano.* Tùm deniquè ex quo Bentiuolus in reuisione computorum, facta coram testibus mediatoribus singulas partitas in d. liberculo descriptas approbauit, vt ijdem testes deponunt in Summario Mercatorum *num. 7.*

Sexta denique, & vltima coniectura desumebatur ex confessione extraiudiciali eiusdẽ Bentiuoli, qui coram ijsdem testibus Mediatoribus in actu reuisionis computorum ingenuè fassus fuit, pecunias in supra memoratis litteris contentas prouenire ex pretio Saiarum communium, easq; esse restituturum, quoties illi refectæ fuissent pecuniæ furto ablatæ in Ciuitate Neapolis, ex qua quidem confessione clarè colligitur, pecunias prædictas ad manus eiusdem Bentiuoli peruenisse, cum alijs eas restituere non promisisset, & cum ista
15 confessio † sit probata per testes contestes de tempore, & loco, si admittitur pro plena probatione iuxta opinionem Rotæ *coram Puteo decis. 53. num. 1. lib. 2. & inter recent. decis. 406. num. 3. & decis. 711. num. 3. par. 2.* multò magis in

pro-

dubium. An Iuspatronatus d. Vicariæ spe-
ctet ad Rectorem, siuè titularem d. Ecclesiæ
etiam quod sit beneficium simplex. Et DD.
negatiuè responderunt.
1 Nam licet, quando vnum † beneficium
dotatur ex fructibus alterius beneficij rema-
neat de Iurepatronat. primi beneficij iuxta
text. in cap. ad audientiam el tertio de Eccles. edific.
hoc tamen procedit, quando Ecclesia, ex
qua fuit facta dismembratio pro dote rema-
2 net Matrix † in eodem statu: at in præsenti
casu non ita contingit: Quia Rectoria de
qua agitur, fuit effecta beneficium simplex,
& fuit erecta etiam Vicaria, cui fuit assigna-
3 ta congrua: Vnde versamur † potius in ere-
ctione duorum beneficiorum ex vno, quare
vnum stat de per se, nec aliud dependet ab
alio *vt in cap. vacante. 26. de præb.* vbi dicitur
quod si ex vna præbenda effectæ fuerint duæ,
4 si legitimè fuit facta separatio, sunt † duo be-
neficia, & vnumquodque stat de per se: &
ideò collatio spectat ad Episcopum, prout
spectabat prius. *Rota diuers. dec 17. num. 4. & 5.
par. 2. & in recent. dec. 600. num. 3. & 4. par. 2. vbi ad
hoc allegat Imol. in cap. cum M. sub num. 1. vers. &
sic non expedit de constit.* vbi firmat, quod idem
5 est † iudicium de beneficijs nouiter erectis, ac
de beneficijs antiquis. *& Vital. in clem. fin. de
rescript.* vbi firmat vlterius, quod Vicaria ere-
cta, ex fructibus Rectoriæ non dicitur de no-
6 uo creata, sed reputatur † ac si beneficium
antiquum, & ad idem est *decis. 296. vers. nec
etiam par. 1. diuers. idem dicit Abb. in cap.
suggestum num. 3. de iurepatronat.* & in fortiori,
7 quod licet beneficia sint fundata † in aliqua
Ecclesia, nihilominus collatio non spe-
ctet ad Rectorem, sed ad Episcopum. *late fuit
firmatum in Vrbeuetana beneficij 9. Iunij 1627. co-
ram R. P. D. meo Duran.*
8 Præterea aduertebant DD. † *text. in d. cap.
ad audientiam* non habere locum in casu, de
quo agitur; quia iuspatronatus tunc demum
9 acquiritur † ex dotatione, quando dos pro-
cedit ex mera liberalitate dotantis. *Lambert. de
iurepatronat. par. 1. lib. 1. num. 4. quæst. 7. Rota decis.
167. num. 5. par. 2. diuers.* At hic non prouenit
dos ex mera liberalitate, ex quo Rectoria erat
10 effecta beneficium simplex † vnde opus fuit
quod daretur congrua ex necessitate Vicario,
per quam assignationem non acquiritur Ius-
patronatus *Rota coram S. m. mem. Greg. XV. dec.
397. per totam.*
Non obstat, quod congrua assignata d. Vi-
cario videatur excedere quantitatem taxatam
à Bulla Pij V. Quia cum in assignatione con-
11 gruę debeant considerari locus, quantitas fru-
ctuum, & onerum, qualitas personæ, & si-
milia, non refert, si congrua per Papam in
maiori summa fuerit assignata *Rebuff. de congr.
quæst. 4. in priuc. Rota decis. 420. num. 3. par. 1. recent.
& decis. 16. num. 1. par. 1. diuers.*
Et ita vtraque &c.

FANEN PENSIONIS.

Lunæ 20. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Pensionario sine possess. exigendi non competit manutentio prout nec ista competit ex causa compensationis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur sine possessione.*
2 *Compensatio vim solutionis habet.*
3 *Compensatio excluditur ex actibus illi contrarijs.*
4 *Compensatio excluditur quando ab altera ex partibus non fuit acceptata.*
5 *Possessio vera requiritur ad effectum manutentionis.*
6 *Compensatio non habet vim veræ solutionis, que tribuat quasi possessionem manutenibilem.*
7 *Compensatio ad effectum liberationis habet vim solutionis.*
8 *Compensare, vel remittere non est dare.*

DECISIO CCCXI.

FVIT resolutum Vlisij non esse dandum
mandatum de manutenendo in quasi
possessione exigendi pensionem, de qua agi-
tur; Quia non constat de illius quasi posses-
1 sione illam exigendi, sine † qua manutentio
non datur *§. retinendæ instit. de interd. Rolan. cons.
9. num. 18. vol. 3. Rota decis. 1103. num. 1. lib. 3.
diuers.*
Non obstat, quod titularis soluerit expen-
sas pro expeditione litterarum pensionarij, &
hanc solutionem voluerit excomputare cum
terminis pensionis decurrendis iuxta conuen-
tionem inter ipsos initam. Cumque idem ti-
tularis litteras reseruationis expeditas d. pen-
sionario tradiderit, videatur iam inducta com-
2 pensatio, † quæ vim solutionis habet *Couarr.
in cap. quamuis pactum in 1. par. §. 4. num. 9. vers.
ea vero de pact. in 6. Tiraq. de retr. lignag. §. 3. glos. 3.
numero 6.*
Etenim huic obiecto dupliciter fuit respō-
sum; primo quod ista prætensa compensatio
non probatur, sed solum tractatus de com-
pensando, ex quo Epistolæ titularis non fue-
runt ab ipso pensionario acceptatæ quia post
terminos pensionis decursos ipse institerit pro
dd. terminis, vt ex eius Epistolis datis in *sum.
3 n. 6.* quos tamen non † petijsset, si eos cum dd.
expensis compensare voluisset *arg. text. in l. fin.
C. de compensat. Tiraq. in l. si vnquam num. 15. 6. de
reuoc. donat.* & sic cum d. pensionarius d. com-
4 pensationem acceptare noluerit, † nulla cen-
seri potest inducta compensatio *Surd. decis.
246. num. 27. cum seq. Menoch. cons. 460. num. 6.*
Secundò fuit responsum, quod etiamsi
adesset talis compensatio, ea tamen ad effe-
ctum, de quo agitur, suffragari non valeret,
quia ad effectum manutentionis requiritur
5 † vera possessio *§. hodie instit. de interd.* Com-
6 pensatio autem † vim veræ solutionis non ha-
bet, & sic per eam quasi possessio exigendi non
acquiritur *Marsil. sing. 208. incipit. compensatio.
Alex. cons. 91. col. 2. vers. 2. principaliter mouear. lib.
2. Ias.*

2 *Iason in l. cum, qui §. si viro num. 5. ff. de iureiur. felin.*
in cap. ad nostram. num. 12. vers. alij dixerunt. de iure-
iur. Afflict. decis 382. num. 3. Aret. cons. 99. col. 2. vers.
3. & cons. 100. num. 4. Grat. discept. 728. num. 9. &
10. & in terminis firmauit Rota coram Seraph. decis.
302. num. 3. lib. 1. licet enim ad effectum libera-
7 tionis † illa sit vera solutio, quia verè per eam
inducitur liberatio. *Tindar. in tract. de compen-*
sat. articulo 7. vers. in contrarium facere videtur;
secus tamē est quoad manutentionis effectum
9 quia compensare, vel remittere † non est da-
re *l. Iulianus la prima vbi Bart. & Bald. ff. de con-*
dit. & demonstr. Natt. cons. 60. num. 3. lib. 1. Surd.
cons. 246. num. 18. & seq. vol. 2. Seraph. d. decis. 302.
& ibi Adden.

Non obstat, quod si non adest compensa-
tio, adest tamen solutio facta nomine pensio-
narij: vnde cum d. titularis soluerit ad com-
putum pensionis, videatur constituisse pen-
sionarium in quasi possessione exigendi d.
pensionem: tum quia, vt dictum est, d. solutio
non fuit acceptata à pensionario; tum etiam
quia illa fuit facta in causam expensarum pro
expeditione dd. litterarum, non autem in
causam pensionis, quæ propterea alium ef-
fectum operari non potest, quam constitue-
re d. Titularem creditorem ipsius pensionarij
in summa pro d. expeditione impensa.

Et ità vtraque &c.

ROMANA RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Mercurij 22. Iun. 1633.

ARGVMENTVM.

Læsio iuxta statutum Vrbis *c. 154. lib. 1. vel ius commune in l. 2. C. de rescind. vendit.* quomodo probetur, & an sufficiat excessus etiam in minimo vt dicatur factus locus dispositionibus iuris communi vel statuti.

SVMMARIVM.

1 *Læsio vltra tertiam partem sufficit iuxta dispositionem statuti Vrbis pro rescissione contractus.*
2 *Læsio vltra medietatem requiritur in terminis iuris communis.*
3 *Statuta laycorum non comprahendunt loca Pia; si tamen sint fauorabilia possunt illis vti.*
4 *Layci facientes leges fauorabiles Ecclesiis non dicuntur lædere sed augere Ecclesiasticam libertatem.*
5 *Læsio etiam in obolo vltra medietatem ad formam iuriscommunis & vltra tertiam ad formam statuti Vrbis sufficit & num. 6.*

DECISIO CCCXII.

CVM Patres ministrantes infirmis prætenderent se fuisse læsos in prætio domus per ipsos emptæ à Cassandra Guarnella, egerunt in Tribunali Eminentiss. Vicarij Vrbis pro rescissione venditionis, & sententiam reportarunt fauorabilem, à qua cum pro parte Casandræ fuisset appellatum, & causa mihi fuisset commissa; proposui dubium, an esset locus rescissioni contractus.

Cuius quidem dubij resolutio à duplici in-
spectione pendebat; primo, an Patres
1 prædicti tenerentur probare læsionem vltrà
tertiam partem prætij iuxtà dispositionem
statuti Vrbis c. 154. lib. 1. vel tenerentur eam
2 probare † vltrà medietatem iuxta *text. in l. 2.*
C. de rescind. vend. secundò an d. læsio fuerit
pro parte per dd. Patres cōcludenter probata.
3 Quoad primam licet loca pia non † com-
præhendantur sub statutis laicalibus etiā quod
ea fuerint à Sede Apostolica confirmata,
cum confirmatio non augeat, nec ampliet,
sed adimat, dumtaxat defectum iurisdictio-
nis iuxtà disposita, & propterea cum statu-
tum in d. cap. non loquatur de locis pijs, non
videatur illa compræhendere, vt alias firma-
uit *Rota in Romana pensionis prioratus 4. Februarij*
1610. coram R. P. D. meo Merlino. Attamen
DD. non dubitarunt, quin statutum in d. cap.
sit fauorabile dd. Patribus, & alijs locis Pijs;
vnde quamuis non compræhendantur in eo
(si tamen volunt) frui possunt beneficio d.
statuti, non quidem virtute compræhensiua
statuti, quæ deficit in laicis ex defectu iurisdi-
ctionis sed quia omnes leges, & constitutio-
nes laicales fauorabiles extenduntur quoque
ad Clericos, & loca Pia, cum ex dispositio-
ne Sacr. Canonum omnes constitutiones Cle-
ricis, & locis Pijs fauorabiles præsumantur
confirmatæ, & approbatæ, ea ratione quia
4 laici facientes leges† fauorabiles Ecclesijs non
dicuntur lædere, sed augere Ecclesiasticam li-
bertatem ad tradit. *per Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ*
num. 107. de constit. & cons. 282. num. 8. Bursatt. cons.
93. num. 45. lib. 1. Surd. cons. 301. num. 24. & cons. 2.
num. 19. & 38. Alderan. Mascard. de gen. interpræt.
stat. concl. 1. num. 192. & 193. & seq. Carol. Graff. de
eff. Cleric. eff. 2. num. 42. 44. & seq. Addden. ad Greg.
XV. decis. 279. num. 24. Rota in Papien. bonorum 18.
Febr. 1578. coram Lancellotto & in Mediolanen. hæ-
reditatis 11. Martij 1596. coram Card. Millino.

Firmato igitur, quod Patres prædicti pos-
sint iuuari beneficio d. statuti, sequitur illos
non teneri probare læsionem, nisi vltra ter-
tiam partem, prout idem statutum disponit,
& propteta tota differentia remanet solum in
secunda inspectione, an dd. Patres probaue-
rint læsionem vltra tertiam, quæ probatio
DD. visa fuit deficere.

Nam quamuis Patres ad eam probandam
nitantur relatione periti de consensu partium
iudicialiter electi, ex qua apparet valorem
domus ascendere solum ad scuta 2450. &
propterea cum illa fuerit vendita pro scutis
370. læsio videatur probata in scut. 1250. &
sic in scut. 17. vltra tertiam partem, qui ex-
cessus videtur sufficiens, quia sicuti in termi-
5 nis Iuris communis sufficit excessus † etiam
in obolo *Bald. in l. 2. n. 38. C. de rescind. vend. Castr.*
n. 10. Hōded. cons. 24. à n. 12. li. 1. Surd. dec. 178. n. 10.
Ita pariter videtur sufficere in terminis sta-
6 tuti, quia læsio vltra tertiam, de qua loqui-
tur statutum, subrogatur in locum læsionis

diè solùm agant Bussus, & Fabius, benè sequitur eis deberi duas ex tribus partibus d. medietatis, vt patet ad sensum.

Et ita decisum &c.

BONONIEN. EXECVTIONIS.

Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

1 *Remissoria in causa prophana vt detur sufficit releuantia articulorum etiam sine fumo.*

2 *Immo sufficit vnum articulum esse releuantem vt super omnibus sit concedenda.*

3 *Remissoria non datur aduersus rem iudicatam.*

4 *Limita quando super illa pendet restitutio in integrum.*

5 *Remissoria non datur quando fuit commissum examen testium in partibus vbi diu lis fuit agitata.*

6 *Limita quando datur fumus, qui ex testibus etiam ad perpetuam rei memoriam examinatis resultat, & num. 7.*

DECISIO CCCXIV.

POSTQVAM per sententiam Rotalem fuit resolutum constare de re iudicata contra Honorium Beatum, qui promiserat de euictione prædij Argilis, de quo agitur, fuit pro parte d. Honorij in causa restitutionis in integrum petita remissoria; Quocirca proposito dubio, An illa esset concedenda, DD. affirmatiuè responderunt ea ratione, quia agitur de causa prophana, & sumus in gradu restitutionis in integrum, & ideò data
1 solum † articulorum releuantia etiam absque fumo remissoria denegari non potest, *l. Iudices vbi DD. C. de fid. Instrum. Simonet. decis. 76. Caputaq. decis. 67. par. 3. Cas. de Grass. decis. 1. de dilat. Rota decis. 348. num. 1. par. 1. recent.* & fuit dictum in causa *Bononien. simulationis contractus 3. Februar. 1602. coram bo. me. Card. Millino.*

Releuantia autem articulorum est clara, nam inter alia tendunt ad probandum d. prędium Argilis alias venditum Paulo Zambeccario semper fuisse ab eo possessum, & hodiè adhuc ab eius filijs, & hæredibus possideri, quæ possessio repugnat prætensæ euictioni, cum si verum esset, quod dictum prædium fuisset euictum, verisimile est, quod illius possessio esset penes euincentes, & hoc sufficere visum fuit ad petitam remissoriam obtinendam, cum ad effectum, vt illa conceda-
2 tur super omnibus sufficiat, vt † vnus articulus sit releuans *Cassad. decis. 5. ad fin. de sequ. poss. & fruct. Rota decis. 677. num 1. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 124. num. 3. & 403. num. 6.*

3 Non obstat res iudicata, † contra quam nō datur remissoria, *Caputaq. decis. 51. par. 3. Seraph. decis. 308. Caual. decis. 208. num. 1. & decis. 250. n. 3. Adden. ad Greg. decis. 184.* Quia cum super illa pendeat restitutio in integrum, non obstante
4 exceptione † rei iudicatæ: conceditur remissoria, *Add. ad Gregor. d. decis. 184. num. 7. vers. si tamen post rem indicatam, Rota coram eodem decis. 276. num. 1.* & ibi *Add. num. 7. & in Leodien. Castrorum 17. Maij 1630. coram R. P. D. meo Motmanno.*

Non obstat, quod dictus Honorius dd. testes examinare non curauerit in partibus, vbi
5 diu lis agitata fuit, quo casu † remissoria cōcedi non debet, *Caputaq. decis. 65. par. 1. Rota decis. 712. num. 5. par. 1. recent. Gregor. decis. 276. nu. 3.*
6 Quia hoc † non procedit, quando datur fumus, *Rota decis. 213. part. 3. lib. 2. diuers. Adden. ad Gregor. d. decis. 276.* qui fumus in præsenti casu satis datur ex testibus, qui licet sint
7 examinati ad perpetuam † rei memoriam, tamen, satis deseruiunt pro fumo ad effectum obtinendi remissoriam, *Cassad. decis. 3. de dilat. Rota decis. 213. par. 3. diuers. & decis. 661. numer. 3. vers. & licet par. 2. rec. Greg. decis. 163.*

Et ità vtraque &c.

PADVANA BENEFICII.

Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Prouisus Apostolicus iustificatis litteris debet immitti in possessionem beneficij de quo fuit prouisus.

SVMMARIVM.

1 *Immissio iustificatis iustificandis etiam via ordinaria agenti competit, & num. 5.*

2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Vicarij.*

3 *Obitus probatur ex fide magistratus Præpositi sanitati subscripta ab officiali, cum solita legalitate.*

4 *Obitus alicuius in possessione beneficij, & quod beneficium vacauerit per illius obitum probatur ex testibus.*

DECISIO CCCXV.

GABRIEL Scainus fuit de mense Decembri 1631. prouisus à Sede Apostolica de Propositura, de qua agitur, vacante per obitum Nicolai Grattæ defuncti de mense Augusti eiusdem anni, & post expeditas litteras suæ prouisionis, nec non earum vigore litteras subrogationis ad partes, obtinuit proponi dubium, an ei esset danda Immissio: quo hodie proposito DD. (Quia Dominus Bellus fuerat etiam de eodem beneficio ex eadem vacatione prouisus à Papa, & sic dubitari poterat, an esset legitimus cōtradictor) resoluerunt dandam esse Immissionem, non tamen exequutiuè, sed ordinariè: Cum etiā iustificatis, iustificandis via ordinaria agenti
1 illa † competat, *Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. num. 53. in fin. Alber. num. 11. ad med. & nu. 13. in princ. & num. 14. Fulgos. num. 20. vers. hæc difficilia Curt. Iun. num. 61. Corn. num. 8. & 9. Personal. de adipisc. num. 87. 138. 170. vers. & licet & num. 268. 270. & seqq. Put. decis. 308. lib. 1. in nou. & fuit*

dictum in Bergomen. Cappellania 28. Februar. 1625. coram bo.me. Patriarcha Hierosolimit.

Requisita verò ad obtinen d. Immissionē benè iustificantur; nam quoad Clericatum
2 ille † iustificatur ex litteris patentibus Vicarij, quæ litteræ non est dubium, quin probent, *Cæsidi. Grass. decis. vnic. de præsumpt. n. 5. Caual. dec. 501. & dec. 572. n. 4.*

Reseruatio etiam per obitum d. Nicolai de mense Augusti reseruato, vacante tunc Sede
3 Paduana, benè probatur † ex fide Magistratus præpositi sanitati Ciuitatis Paduæ subscripta ab officiali cum opportuna legalitate, *Caual. d. decis. 572. num. 2. Gregor. decis. 78. num. 1.*

Obitus denique d. Nicolai in possessione d. Beneficij, & quod dictum Beneficium vaca-
4 uerit per eius obitum, † probatur ex testibus qui dantur Summar. num. 4. Quibus ità pro-
5 batis † non potest dicto Gabrieli denegari Immissio, *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 4. Caputaq. decis. 349. num. 1. par. 2. Rota decis. 700. nu. 1. par. 1. recent.*

Et ita vna tantum &c.

ROMANA NVLLITATIS CONTRACTVS.

Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Sententiarum conformitas ex quibus resultet adhoc vt sit locus Statuto Vrbis lib. 1. cap. 178. de duabus conformibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia secunda si confirmet primam inde resultat sententiarum conformitas.*
2 *Duæ sententiæ conformes inter Ciues Romanos habent vim trium.*
3 *Ciuis Romanus ex quibus probetur.*
4 *Validitas sententiarum ex reuolut. actorum.*
5 *Iustitia sententiarum constat ex decisionibus in causa factis.*

DECISIO CCCXVI.

PRO Aurelia infirmante DD. responderunt, nempè constare de duabus Sententijs conformibus ad eius fauorem latis, quia
1 sententia Rotalis simpliciter † confirmat sententiam A. C. ex quo satis resultat conformitas Doctores in *Clem. 1. de re iudic. Surd. cons. 102. num. 9. lib. 1. Gabr. de exequut. rei iudic. conclus. 1. num. 33. Thesaur. decis. 228. nu. 2.* & ideò est locus earum exequutioni, cum duæ sententiæ
2 conformes † habeant vim trium inter Ciues Romanos ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 178. Gregor. dec. 492. num. 1.*

Quod autem dictæ sententiæ sint latæ inter Ciues Romanos probatur tum ex fide Baptismatis, quæ datur in Summario, tum etiam ex enunciatiua contractus, de quo agitur, in quo tam d. Aurelia, quam Thomas colliti-
3 gans enunciantur † Romani, *Loptimam C. de contrah. & committ. stipul. Alex. cons. 83. num. 7. vers. non obstat lib. 1. Rota decis. 647. num. 1. in fin. par. 1. recent.*

Validitas dd. sententiarum controuerti nō potest, cum ex reuolutione processus appa-
4 reat omnia requisita † interuenisse, de quibus per *Caputaq. dec. 260. par. 2.*

De iustitia verò earum satis cōstare visum
5 fuit † ex duabus decisionibus in hac causa factis coram me sub diebus 10. Ianuarij, & 18. Aprilis prox. præter.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA DE GVIDIS.

Veneris prima Iulij 1633.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in quolibet interdicto siuè retinendæ, siuè recuperandæ siuè adipiscendæ veniunt restituendi à die motæ litis.*
2 *Condemnatus ad dimitten. omnia bona tenetur etiam ad omnes fructus, & ad ratam fructuum si fuerit condemnatus ad dimitten. ratam bonorum.*
3 *Ita iudicatur de toto quoad totum sicuti de parte quoad partem.*

DECISIO CCCXVII.

POSTQVAM Franciscus de Alexandris per sententiam Rotalem fuit condemnatus ad dimittēdum possessionem pro duabus ex tribus partibus medietatis omnium bonorum hæreditariorum q. Antonij de Guidis ad fauorem Io. Matthei Bussi, & Mauritij de Fabijs, proposui dubium, an idem Franciscus teneretur etiam ad restitutionem fructuum, à quo tempore, & pro qua rata & DD. resoluerunt illum teneri à die intentati Saluiani interdicti, & prò rata duarum ex tribus partibus medietatis omnium bonorum.

Ratio primæ, & secundæ partis resolutionis fuit, quia ex quolibet interdicto siuè reti-
1 nendæ, siuè recuperandæ, siuè adipiscendæ fructus veniunt restituendi à die motæ litis, & intentati iudicij *tex. in l. 3. ff. de interd. l. quæsitū § hoc interdictum de precar. Seraph. decis. 1535. n. 2.* & fuit firmatum in *Elboren. Decimarum 23. Maij 1622. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Ratio verò vltimæ partis fuit, quia cum Franciscus fuerit condemnatus ad dimittendum possessionem prò duabus ex tribus partibus medietatis, ità pariter tenetur restituere ratam fructuum habita ratione ad ratam partem bonorum, sicuti enim condemna-
2 tus † ad dimittendum omnia bona tenetur etiam ad omnes fructus, *Seraph. decis. 845. num. 2. cum alijs Iuribus proximè allegatis* ità condemnatus ad restitutionem partis tenetur ad fructus pro rata d. partis, etenim ita iudicatur
3 de † toto quoad totum, sicuti de parte quoad par-

partem, *glos. in l. sed & si quis §. item quaeritur, ff. si quis caul. l. quae de toto ff. de rei vindic.*
Et ità vtraque &c.

MELEVITANA ELEEMOSYNAE.

Veneris prima Iulij 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si ab ea non fuit appellatum nisi post biennium & post appellationem nihil amplius fuit actum causa remanet deserta.*

2 *Quasi possessio exigendi ad effectum manutentionis probatur ex testibus & locationibus sufficiuntque leuiores probationes.*

DECISIO CCCXVIII.

PRAETENDENTIBVS Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Meleuitanę sibi deberi annuum legatum eleemosynę pro missa quotidiè, celebranda in dicta Ecclesia ei relictum ab Ambrosio Falsono super quadã clausura *detta di Sã Dob* possessa ab Andrea Allegretto, fuit à Vicario Meleuitano lata sententia in petitorio qua fuit pronunciatum d. Clausuram non fuisse in bonis d. Falsoni, à qua cum fuisset pro dicto Capitulo appellatum, & causa Inquisitori Meleuitano commissa, fuit lata sententia, qua fuit dictum Capitulum esse manuteneñ in quasi possessione exigendi dictam eleemosynam ex fructibus, & redditibus d. Clausuræ, subdens; nec non sentẽtiam Vicarij cum omnibus inde sequutis esse infirmandam: Quæ sententia cum prætenderetur transacta in rem iudicatam, fuit pro parte d. Capituli obtenta iuxta stylũ Commissio exequutorialis, & causa mihi cõmissa, proposui dubium, an constaret de re iudicata, quæ veniat exequenda, & DD. affirmatiuè responderunt, quoad possessorium retinendæ.

Etenim cum à sententia Inquisitoris lata
1 de anno 1620. † non fuerit appellatum, nisi post biennium, & post d. appellationem interpositam nihil amplius fuerit actum in causa, vtique illa deserta remansit. *Auth. ei, qui. C. de temp. appell. cap. cum sit de appell. Put. decis. 711. lib. 2. in nou. Rota decis. 383. num. 1. par. 1. rec.*

De Iustitia autem d. sententiæ quoad quasi possessionem exigendi d. eleemosynam in d. Clausura, satis constare visum fuit ex pluribus testibus, qui dantur in Summar. num. 5. quorum primus, & secundus deponunt de facto proprio asserentes se soluisse, & exegisse dictam eleemosynam pro dicta Missa, nec non ex locationibus factis cum obligatione d. solutionis, & ex solutionibus per viam depositi, inde sequutis Summar. num. 6. & 7. Ex
2 quibus satis probatur quasi possessio exigendi ad effectum manutentionis, cum in ea sufficiant etiam leuiores probationes, *Seraph. decis. 624. num. 5. Rota decis. 81. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 225. num. 1. & decis. 459. numer. 3. part. 1. recent.*

Verùm cum Iustitia d. sententiæ quoad petitorium redderetur turbida ex dictis pro parte d. Allegretti tertij possessoris DD. mandarunt vt supet ea informetur.

Et ita vtraque &c.

PADVANA BENEFICII, SEV PRAEPOSITVRAE.

Sabbati 5. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Gratia posterior est nulla non facta mentione de colorata possessione alterius prouisi Apostolici de eodem beneficio.*

2 *Gratia data attenditur ad eiusdem gratiæ validitatem.*

3 *Gratia sumit initium à data.*

4 *Gratia anterior præfertur posteriori.*

DECISIO CCCXIX.

SVB die 17. Iunij præteriti fuit resolutum D. Gabrieli Scaino tunc solum informãti dandam esse Immissionem in possessionem Præpositurae, de qua agitur, via tamen ordinaria; quia requisita ad illam obtinendam visa fuerunt sufficienter iustificari ex rationibus in decisione deductis. Hodie reproposita causa super eisdem Dominico Bello tantũ informante DD. steterunt in decisis.

Nec obstare visum fuit, quod in gratia
1 Gabrielis † non fuit facta mentio de colorata possessione d. Dominici de hoc eodem beneficio à Sanctissimo prouisi, & sic gratiam Gabrielis esse nullam, vt fuit resolutum in *Carisolen. Praeceptoriæ 26. Nouemb. 1626. & 6. Martij 1627. coram Reuerendiss. P. D. meo Decano, & in Casalen. Beneficij 10 Decembris 1627. coram R. P. D. meo Merlino.* Quia obiectum non visum fuit subsistere; nam Gabriel fuit prouisus sub die 13. Septembris 1631. Dominicus autem sub die 16. Nouembris eiusdem anni, & sic gratia Gabrielis est anterior gratia Dominici,
2 vt apparet ex Data, † quæ attenditur ad validitatem gratiæ, *Cassad. decis. 3. de de pens. Seraph. decis. 318. num. 1. & decis. 340. num. 9. 13. & 21.* vbi
3 quod gratia † à tempore Datæ initium sumit & illud tempus attenditur ad validitatem, vel inualiditatem gratiæ.

Nec subsistit, quod litteræ Gabrielis sint posteriores, ex quo habent datam 19. Augusti 1632. vt ex copia, quæ datur in Summ. nu. 3. Quia Gabriel huiusmodi litteras nõ exhibuit, sed litteræ per eum exhibitæ habent datam
4 anteriorem gratia Dominici, gratia † autem anterior præfertur posteriori, *Seraph. d. decis. 318.*

318. *nu.*2. vbi quod attenditur tempus Datæ, non autem expeditio litterarum.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Sabbati 26. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Mulier prætendens lucrum dotale vigore statuti Vrbis lib. 1. cap. 131. debet probare matrimonij consūmationem; lucrum dotale non debetur, quando matrimonium est nullum ob impotentiam perpetuam.

SVMMARIVM.

1 *Vxor mortuo marito potest prætendere lucrum dotale ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 131.*
2 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. vt habeat locum, requiritur matrimonij consummatio.*
3 *Mulier prætendens lucrum dotale vigore statuti Vrbis tenetur concludenter probare matrimonium fuisse consummatum.*
4 *Confessio partis bene probat contra ipsam.*
5 *Matrimonium habetur pro consummato ad effectum consequendi lucrum dotale, si per coniugem superstitem non stet quominus matrimonium consummetur.*
6 *Matrimonium est à principio nullum ob impotentiam perpetuam.*
7 *Matrimonium vbi non adest ibi, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest.*
8 *Matrimonium quando est nullum propter impotentiam viri, non debetur lucrum dotale.*

DECISIO CCCXX.

D. Alexander Cauetanus contraxit matrimonium solemniter cum D. Diana Grotta, cum qua cohabitauit per duos menses circiter; deindè obijt, & post eius obitū D.
1 Diana vltra restitutionem dotis † cœpit prætendere lucrum dotale à D. Camillo Cauetano patre, & fideiussore ex dispositione Statuti Vrbis cap. 131. lib. 1. Vnde proposito à me dubio, An deberetur, DD. negatiuè responderunt.

Nam fuit consideratum, d. Statutum, in quo D. Diana se fundat, requirere matrimo-
2 nij consummationem † ad effectum lucrandi quartum dotale, vt ex eius lectura euidenter apparet; vnde D. Diana, quæ est actrix, & petit dictum quartum vigore d. Statuti, deberet concludenter probare istam qualitatem à statuto requisitam, & sic matrimoniū verè con-
3 summatum † fuisse, vt in terminis Statuti de lucro dotis, *Paris. cons. 34. num. 10. & seqq. lib. 3. & cons. 62. num. 42. lib. 4. Rolan. à Vall. cons. 46. n. 8. lib. 4. Bero. cons. 40. num. 25. post med. lib. 1. Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 19. num. 3. & 4. Rot. decis. 101. num. 1. par. 2. diuers.*

Ex his autem, quæ pro parte D. Dianæ deducuntur, tantum abest, vt probetur d. qualitas, quinimò de contrario constat tam ex propria eius confessione, de qua in *Summ. numer. 9.* asserentis se nunquam ab Alexandro carnali-
4 ter fuisse cognitam, † quæ confessio in his terminis contra ipsā plenè probat, *Rot. diuers. d. decis. 101. num. 11. par. 2. Greg. XV. decis. 357. num. 3.* quam ex relationibus Matronarum, quæ facta corporis inspectione post contractum matrimonium eam virgineam, & incorruptam esse retulerunt.

5 Non obstat, quod per Dianam † non steterit, quominus matrimonium consummaretur, sed per Alexandrum; ideoque in hoc casu illud haberi debeat pro consummato, quod sufficit ad effectum consequendi lucrum dotale, *Bald. in l. Deo nobis, sub num. 7. vers. sed iuxta hoc, C. de Episc. & Cleric. Neapodan. in consuet. Neap. in tit. de iur. quart. fol. 256. sub num. 32. & fol. 258. num. 43. Surd. de alim. tit. 1. qu. 32. num. 18. Sanch. de matrim. lib. 6. disputat. 18. Molphes. ad consuet. Neap. par. 7. tit. de iur. quart. qu. 7. per tot. & in addit. à num. 5. vsque ad num. 21. Gram. decis. 103. sub num. 87. vers. & licet cum seqq. Gail. obseru. 80. num. 11. vers. secundo limitatur, lib. 2. & in terminis Statuti Vrbis, Rota decis. 92. & 101. par. 2. diuers.* Quia de contrario apparet ex depositionibus testium pro parte Alexandri examinatorum asserentium d. Dianam, vt plurimum repulisse virum ad eam accedere volentem, & persæpè ex lecto maritali ad matrem confugisse, ac demum maximis dissensionibus illum è domo eiecisse, ex quibus potius constat de renitentia Dianæ, quàm de eius patientia.

Non obstante deducta ad probandam impotentiam perpetuam D. Alexandri, nam omisso, an ex illis probetur, prout illam probari DD. non credebant; attamen dato, quod illa esset probata, adhuc tamen non deberetur
6 lucrū; cum † propter d. impotentiam matrimonium fuerit à principio nullum, *cap. 2. & ibi DD. de frigid. & malefic. Sanch. de matrim. qu. 3. pun. 13. num. 9.* quo casu cessat Statutum de lu-
7 cro dotali, quia vbi † matrimonium non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest, vt in terminis, quod lucrum non debeatur, quando matrimoniū
8 est nullum propter viri impotentiam, *Bald. in cap. iurauit, n. 1. de probat. Phauuc. de lucr. dot. glos. 3. num. 6. Gomes. ad l. 50. Tauri, num. 7. Barbos. in l. 2. ff. solut. matr. par. 1. num. 158. Molphes. ad consuetud. Neap. tom. 1. par. 7. num. 7. & seqq.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SEV FLORENTINA LEGATI.

Sabbati 26. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Sententia quibus concurrentibus sit confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ apparet ex concursu requisitorum de quibus per* Caputaq. decis. 260. par. 2.
2 *Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus in causa factis.*

DE-

DECISIO CCCXXI.

FVIT lata sententia ab Eminentissimo Cardinali D. meo Vbaldo sub die 4. Iulij proximè præteriti, in qua fuit dictum Ecclesiam, & Hospitale S. Ioannis Florentinorum de Vrbe hæredes q. Petri de Cambijs teneri ad præstandum legatum vsusfructus, de quo agitur, D. Alemando Legatario d. q. Petri à die acceptationis factę per eumdem Alemandum iuxta declarationē ipsius testatoris, vel loco dicti legati illius ęstimationem, videlicet quoad bona immobilia ad rationem quinque pro quolibet centenario; quo verò ad bona mobilia iuxta liquidationem in exequutione faciendam: Quam sententiam hodiè in gradu appellationis DD. dixerunt esse confirmandam.

1 De eius namque validitate constat † ex reuolutione actorum, in quibus apparet omnia requisita interueniſſe, de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*

De Iustitia autem satis constare visum fuit
2 ex deductis † in duabus decisionibus in hac causa emanatis sub diebus 30. Maij, & 4. Iulij præsentis anni, quorum fundamenta visa fuerunt benè subsistere, & ideò cum illis DD. transierunt.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Lunæ 2. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Executio aduersus tertios possessores, vel in bonis stabilibus non discussis mobilibus; quando subsistat Executio cœpta super vno corpore, quando possit fieri etiam super alijs.

SVMMARIVM.

1 *Executio non potest fieri super bonis possessis à viris tanquam dotalibus vxorum.*

2. *Limita pro credito anteriori constitutione dictarum dotium.*

3 *Renunciatio proprij iuris non inducitur nisi sit expressa, & clara.*

4 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. non suffragatur fratri vterino.*

5 *Fructus, quando sunt decreti ratione legitimæ taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

6 *Executio non potest fieri super stabilibus non discussis prius mobilibus.*

7 *Quod procedit, quando probarentur adesse talia mobilia.*

8 *Executio quamuis capta super vno corpore non impedit, quin possit fieri super alio donec sequuta sit integra satisfactio.*

9 *Executio validè potest fieri super bonis dotalibus citatis viris, quando fit pro credito existente ante constitutionem dotium.*

DECISIO CCCXXII.

PRAEVIIS multis decisionibus fuit à me lata Sententia in hac causa per quam fuit pronunciatum Clarici ex persona Catharinæ matris deberi duas ex tribus partibus scutorū mille, quæ scuta eidem Catharinæ pro residuo eius dotis erant debita, nec non etiam deberi fructus supradicti residui à die obitus Antonij patris Catharinæ ad rationem quinque pro centenario, & ad solutionem d. residui, & fructuum condemnatæ fuerunt Elisabettha, & Francisca hæredes d. Antonij, pro executione d. Sententiæ cum ageret Clarix, & procedere vellet ad subhastationem quarundā domorum, & vineæ, mariti dd. Elisabetthę, & Franciscæ qui illas possidebant pro Iuribus dotalibus se opposuerunt exequutioni, obtentisque Inhibitionibus, & adita Signatura, obtinuerunt causam mihi committi cum rescripto (vt procederem ad vlteriora, & Iustitiam facerem: Vndè hodiè proposito dubio: An sit ad vlteriora procedendum in exequutione: DD. non obstantibus multis exceptionibus, quæ obijciebantur per dd. maritos affirmatiuè responderunt.

Et primo obstare non visum fuit, quod dd. domus, & vinea hodiè possideantur à dd. maritis tanquam bona dotalia vxorum, & sic sú-
1 per eis † non possit fieri exequutio *Bertrand. cons. 129. nu. 4. & seq. lib. 6.* Quia cum Creditum d. residui sit anterius constitutione dotis dd. Elisabetthæ, & Franciscæ, & ipsæ sint hæredes Antonij debitoris d. residui, benè potuit fieri exequutio super dd. bonis, quæ transie-
2 runt † cum suo onere in maritos, & quoscūque tertios possessores, *vt per Capic. decis. 128. num. 4. & seqq. Guidop. decis. 447. num. 1. & 2.*

Non obstat, quod Catharina consenserit, assignationi d. dotis, & illi nunquam contrauenire promiserit, sicque hodiè non possit super bonis pro d. dote traditis exequutio fieri; quia non indè resultat renunciatio proprij Iu-
3 ris, † quæ non inducitur, nisi sit expressa, & clara *Socc. cons. 33. num. 10. lib. 3. Surd. cons. 431. num. 32. & 34.*

Secundò non obstat, quod dicatur sententiam fuisse excessiuam, ex quo adiudicat Clarici filiæ Catharinæ duas ex tribus partibus d. residui dotis, & tamen d. Clarix est exclusa per existentiam Marci Antonij fratris vterini ex dispositione Statuti cap. 145. lib. 1. Quia istud obiectum visum fuit tolli, ex quo d. Sta-
4 tutum † fuit conditum fauore conseruandæ agnationis, & sic non videtur suffragari fratri vterino tantum, qui est diuersæ agnationis *Bald. cons. 316. num. 1. lib. 2. Rota decis. 461. n. 6. par. 2. recent. cum alijs deductis in hac causa articulo discusso sub die 3. Iunij 1630.*

Tertiò Non obstat id, quod opponitur contra Iustitiam d. Sententiæ, dum illa condemnat dd. sorores ad fructus d. residui, & pro residuo consistente in pecunia, & sic non fructifero, & nulla præcedente liquidatione. Quia placuit DD. responsio aliàs data huic obiecto in decisione emanata corā me sub die 14.

la-

Ianuarij prædicti, scilicet, quod cum dd. fru-
5 ctus † fuerint decreti ratione legitimæ, rectè ad rationem quinque pro centenario taxari potuerunt absque; alia liquidatione. *Modern. forolin. delegit. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. num. 5. cum alijs in d. decisione allegatis.*

Quartò Non obstat, quod d. exequutio
6 non † possit fieri super stabilibus, nisi prius excussis mobilibus ad *text. in l. si §. si forte, & l. magis §. non passim ff. de reb. cre.* Quia hoc benè procederet, vbi pro parte dd. sororum, &
7 earum maritorũ respectiue probaretur †(prout non probatur) adfuisse talia mobilia, super quibus potuerit fieri exequutio. *Rota decis. 557. num. 4. par. 2. recent.*

Quintò non obstat, quod cum cæpta fuerit exequutio super domunculis; illa non potuerit fieri super vinea, Quoniam, quousque non est sequuta integra, & plenaria satisfactio
8 non impeditur Creditor † facere aliam exequutionem ex trádit. *per Galles. de obligat. Camer. quæst. 11. n. 2. Gratian. discept. forens. cap. 593. num. 9. lib. 1. sub num. 41. vers. & in exequutionis.*

Nec obstat, quod vinea non esset in bonis Antonij Bolini; Quia in Instrumento Emptionis vineæ patet de contrario.

Sextò, & vltimo non obstat, quod d. exequutio fieri non potuerit contra tertios possessores, nisi prius excussis bonis debitoris principalis. Quia cum fuerit actum pro credito anteriori constitutione dotis dd. sororum (vt dixi supra) & mariti pro Vxoribus comparuerint in Iudicio, vt iustificatur in facto, be-
9 nè potuit † contra ipsos fieri d. exequutio. *l. si se non obtulit. & ibi Alex. ff. de re iudic. Bertrand. d. consf. 129. num. 5. circa med. vers. est tamen aduertendum Seraph. decis. 891. num. 10.*

Et ità vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Lunæ 5. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Pecunia Socij, licèt in dubio præsumatur propria, tamen hoc non procedit si concurrant plura adminicula, & præsumptiones, de quibus in hac decis. quæ suadeant illam esse socialem.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia potius præsumitur propria, quam socialis.*

2 *Pecunia socij præsumitur socialis si concurrant præsumptiones, & coniectura, quæ id suadeant, & num. 17.*

3 *Administrator præsumitur soluere de pecunijs eius cuius bona administrat.*

4 *Litterarum ignarus potest esse sagax in negocijs peragendis.*

5 *Socius subscribens litteras Cambij sub eius nomine proprio, & consocij inde oritur præsumptio pecunias esse sociales, & num. 6.*

7 *Exactionem nemo præsumitur sibi velle reddere difficiliorem.*

8 *Creditor non est verisimile, quod diu differat exigere.*

9 *Confessio emanata à persona de veritate facti instructa vehementem præsumptionem facit.*

10 *Adminicula probationum desumuntur ex scripturis etiam informibus.*

11 *Stylus inter mercatores est seruandus.*

12 *Liber continens negocia socialia inter socios probat.*

13 *Quod procedit etiam si sit scriptus à deputato nomine sociali.*

14 *Libri mercatorum quibus concurrentibus probent.*

15 *Confessio extraiudicialis optime probata dicitur ex testibus, de loco & tempore.*

16 *Præsumptio inducitur ex probatione facta per testes minus legitimos.*

18 *Fundamentum suæ intentionis quilibet tenetur probare.*

19 *Actus sequens præsumitur factus in vim præcedentis tractatus.*

DECISIO CCCXXIII.

CVM sub die 12. Nouembris 1632. reuiderentur decisiones emanatæ in hac causa ad fauorem Francisci Bentiuoli firmantes ipsum non teneri reddere rationem Saiarum Societatis venditarum in nũdinis Salerni, fuit restricta difficultas ad pecunias per eumdem Bentiuolum exactas in Ciuitate Anconæ, ad quarum restitutionem vti spectañ ad Societatem DD. hodiè dixerunt d. Bentiuolum teneri.

De exactione enim illarum visum fuit sufficienter constare per plura Instrumenta Quietantiarum, vltra quod inter partes non controuertebatur.

Quod autem dd. pecuniæ fuerint communes, ac pertinentes ad Societatem licèt regula
1 stet pro Bentiuolo, † cum pecunia potius propria quàm Socialis præsumatur iuxta doctrinam *Bart. in l. 2. num. 2. C. pro Soci. & in l. si patruus num. 4. vers. aut dubitatur C. comm. vtriusque Iud. Bald. in l. in restituenda C. de petit. hæred. nu. 3. in fin. Alex. cons. 78. num. 4. lib. 2.*
2 Attamen † ab ea receditur, quando (prout in præsente casu) ex coniecturis, & præsumptionibus apparet illam esse communem. *Ancar. cons. 149. num. 4. vers. & licèt istam opinionem Ioseph. Ludouic. conclus. 53. vers. & quando non apparet iuncto vers. seq. & latè in vers. fallit supradicta conclusio. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 17. num. 3. & seq. & tit. 18. num. 8. & seq. Seraph. decis. 593. num. 4.*

Prima enim coniectura, quæ suadet, pecunias, de quibus agitur fuisse sociales, deducitur ex qualitate Societatis initæ inter Mercatores de vendendo Saias in nundinis Salerni communi nomine, cuius societatis existentia aliàs firmata fuit, sub die 11. Februarij 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili, de qua nunc DD. non dubitarunt, iuncta deputatione facta in personas Bentiuoli, & Francisci Anibalis, in cuius locum fuit subrogatus Felix eius frater ad vendendum, vt pariter in eadem decisione firmatur, ex qua quidem Bentiuoli deputatione oritur præsumptio, quod

quod idem pro habendis litteris Cambii dire-
ctis Mercatoribus Anconitanis soluerit de
3 precio † Saiarum communium, non autem
de proprijs pecuniis *Aym. cons. 129. nu. 3.* quem
sequitur *Ioseph. Ludouis. concl. 153. vers. fallit se-
cundo in fin.*

Cui quidem coniecturæ nō, ista fuit aduer-
sari altera desumpta ex imperitia, & ignoran-
tia Bentiuoli, qui cum legere, & scribere ne-
sciret, inuerisimile est, quod fuerit ab alijs de-
putatus. Quia præterquam quod deputatio
Bentiuoli expresse legitur in albarano, seu
contractu Societatis, cessare videtur omnis
scrupulus ex testibus tàm pro parte Mercato-
rum, quam pro parte eorundem Felicis, &
Bentiuoli examinatis, qui deponunt Bentiuo-
lum, licèt ignarum, fuisse nihilominus saga-
cem, diligentem practicum, & aptum simi-
lia, & maiora peragere negocia, ipsumq; tan-
quam tale pluries fuisse ad vendendum depu-
4 tum † vnde nihil refert, quod fuerit ignarus
dum erat sagax, & practicus. *ad text. in l. cum
Iurif. & ibi DD. C. de Iudic.*

Secunda Oriebatur coniectura ex quo pre-
fatas litteras Cambij conscribi curauit sub no-
mine ipsiusmet, & Anibalis consoci, & con-
deputati, ex qua quidem conscriptione † fa-
5 ctaf communi nomine clara oritur præsump-
tio, quod pecuniæ fuerint communes *Bart. in
l. cura num. 1. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Roman.
cons. 291. num. 7. Menoch. cons. 12. Mantic. de tacit.
lib. 6. tit. 17. num. 3. Aym. d. cons. 120. num. 3. vers. in
hac difficultate.*

Coadiuuatur ista præsumptio, ex quo Ben-
tiuolus in dd. litteris summam pecuniarum
6 non specificauit, † quod verisimiliter fecisset,
si pecuniæ propriæ, & non communes fuis-
sent *Natt. cons. 358. num. 11. circa med. & num. 12.
circa fin. Aym. d. cons. 129. num. 8. circa med. Menoch.
cons. 80. num. 5.*

Quod maximè venit dicendum ex quo Ben-
tiuolus in negocijs peragendis erat accuratis-
simus, vt deponunt testes supradicti, vndè
nullo modo præsumi debet, quod proprias
pecunias absque declaratione, & specificatio-
ne quantitatis ipsum tangen cum alius pe-
7 cunijs† commiscere illamque exactionem per
hanc commixtionem difficiliorem reddere
voluerit *ad text. in l. cum de indebito ff. de probat.
Aym. d. cons. 129. num. 6.*

Tertia pariter desumebatur coniectura ex
sequestro relaxato ad instantiam aliorum So-
ciorum iuncta negligentia eiusdem Bentiuo-
li, qui passus fuit pecunias per quinquennium
8 sub sequestro permanere, † quod verisimili-
ter tamdiu non distulisset, si pecuniæ pro-
priæ, & non communes fuissent iuxta doctri-
nam *Bart. in l. gerit. num. 21. vers. in contrarium de
acquir. hæredit. Alex. cons. 55. num. 2. lib. 5. Aym. con-
sil. 196. num. 9. Rota coram san. mem. Greg. XV. de-
cis. 307. num. 11. & decis. 521. num. 1.*

Pro quarta Coniectura allegabatur Con-
fessio Petri Angeli fratris, & procuratoris
Bentiuoli desumpta ex Iudiciali protestatio-
ne per ipsum facta contra Mercatores socios,
iuncto decreto Iudicis, d. procuratore pre-
sente, & non contradicente, emanato ad in-
stantiam Sociorum de exigendo dd. litteras
Cambij ad effectum deponendi, donec con-
trouersia inter ipsos terminaretur, ex qua qui-
dem confessione, vti emanata à persona de
9 veritate facti instructa, † vehemens oritur
præsumptio, quod pecuniæ contentæ in dd.
litteris fuerint communes, & non propriæ Bē-
tiuoli *Abb. in cap. dilectus num. 2. de procurat. Luc.
de Pennon. in l. 3. col. 5. vers. 155. præsumpt. C. de
apoc. public. lib. 7. Mascard. de probat. conclus. 396.
num.*

Quinta oriebatur ex liberculo Societatis
scripto ab altero deputato in dd. nundinis Sa-
lerni, in quo explicitè apparet, pecunias
contentas in præfatis litteris Cambij merca-
toribus Anconitanis directis redactas fuisse
ex precio Saiarum illasq; ad Societatem per-
tinere, qui quidem liber licèt regulariter pro
scribente non probet contra tertium Inter ip-
10 sos tamen non † solum facit probationem
præsumptiuam, cum ad id quælibet Scriptu-
ra etiam informis sufficiat. *l. Instrumenta C. de
probat. Canal. dec. 143. n. 4. Caputaq. decis. 234. p. 1.*
Verum lex seos oritur plena probatio, tum
quia ex consuetudine, de qua deponunt testes
11 in Summario, ita receptum † est inter Mer-
catores Asculanos *Rota decis. 650. num. 5. par. 1.
recen.* Tum quia continet solum negocia so-
12 cialia, † quo casu inter Socios plenè probat.
*Seraph. decis. 600. num. 1. Rota decis. 641. nu. 5. par. 1
13 recent.* etiam quod † non sit scriptus a Socio,
sed à deputato nomine Societatis. *Menoch. de
arbitr. lib. 2. cas. 92. num. 9. Alex. cons. 186. nu. 1. lib. 1
Socc. cons. 291. numer. 14. lib. 2. Seraph. decis.
1368. num. 4. Rota decis. 377. num. 3. & 5. par. 1.
recent.*

Tùm etiam ex quo coadiuuatur ex deputa-
tione antedicta, ac ex alijs præsumptionibus
14 de quibus supra, † & infra dicetur, quo casu
concludenter probat *Canal. decis. 552. n. 2. Greg.
XV. decis. 302. n. 5. decis. 537. num. 1. & inter recent.
decis. 287. num. 1. par. 2. & nouissimè fuit firmatum in
Abbancu. Vinea 5. Iulij 1622. coram R. P. D. meo
Durano.* Tùm denique ex quo Bentiuolus in
reuisione computorum, facta coram testibus
mediatoribus singulas partitas in d. liberculo
descriptas approbauit, vt iidem testes depo-
nunt in Summario Mercatorum *num. 7.*

Sexta denique, & vltima coniectura desu-
mebatur ex confessione extraiudiciali eiusdē
Bentiuoli, qui coram iisdem testibus Media-
toribus in actu reuisionis computorum inge-
nuè fassus fuit, pecunias in supra memoratis
litteris contentas prouenire ex pretio Saiarum
communium, easq; esse restituturum, quoties
illi refectæ fuissent pecuniæ furto ablatæ in
Ciuitate Neapolis, ex qua quidem confessio-
ne clarè colligitur, pecunias prædictas ad ma-
nus eiusdem Bentiuoli peruenisse, cum alias
eas restituere non promisisset, & cum ista
15 confessio † sit probata per testes contestes de
tempore, & loco, si admittitur pro plena
probatione iuxta opinionem Rotæ *coram Pu-
teo decis. 53. num. 1. lib. 2. & inter recent. decis. 406.
num. 3. & decis. 711. num. 3. par. 2.* multò magis in
pro-

proposito venit admittenda ad inducendam præsumptionem, cum ad id quælibet proba-
16 tio, † etiam per testes minus legitimos sufficiat *Greg. decis. 427. num. 5. cum alijs ibi congestis*;

Quæ omnes coniecturæ eo clarius probant communionem dd. pecuniarum, quia inter se connectuntur, & ad inuicem adminicu-
17 lantur, & propterea simul iunctæ † concludentissimè probant, quod ile vera pecuniæ fuerint communes ac Sociales. *Gratian. discept. forens. cap. 545. num. 16. cum alijs cumulat. per Cyrnett. d. conf. 129. num. 8. in fin. vers. ex quibus omnibus*;

Nec obstare visum fuit vnicum fundamentum pro parte Bentiuoli deductum, quod scilicet pecuniæ prouenerint ex alijs mercibus, quas ipse in nundinis Salerni vltra positas in societate asportauit: quia nec ex testibus pro parte eiusdem Bentiuoli examinatis, nec ex scripturis compulsatis visum fuit DD. id fuisse sufficienter probatum.

Testes enim licet probent transmissionem Saiarum, non tamen deponunt, quod Bentiuolus illas transmiserit ad computum proprium vltra positas in societate, prout expli-
18 citè hanc † qualitatem tamquam fundamentum partis probare debebant, cum sola transmissio sine d. qualitate non releuet ad tradit. *per Bart. in l. Fulcinius §. cum hoc num. 1. ff. quib. caus. in poss. eat. Deci. in cap. licet causam num 180. & seqq. de probat. felin. in cap. examinata num. 5. de indic. Alexan. cons. vlt. num. 2. lib. 2. Rota Ianuen. decis. 6. num. 1.*

Partita verò extracta ex libro Gabellæ Castri S. Aegidij probat quidem transmissionem Saiarum ad nundinas, sed non concludit qualitatem pro parte Bentiuoli articulatam, nec dicit, quod illas transmiserit ad computum proprium vltra positas in societate, & sic non releuat ex iuribus supra proximè relatis.

Nec quidquam facit, quod Ballę Saiarum fuerint signatę signo, seu Merco proprio ipsius Bentiuoli, quia cum in Albarano, seu contractu societatis nulla fuerit facta conuentio, quod societas aliquo particulari signo vteretur, vnusquisque ex socijs poterat proprium signum apponere, nec ex eo necessariò inferri potest ad illam qualitatem, quod Ballæ sic signatæ fuerint transmissæ ad computum proprium vltra positas in societate, quæ qualitas in præsenti casu nec præsumi potest; quia stante præcedenti conuentione inita inter socios de transmittendo Saias ad nundinas, illasque vendendo communi no-
19 mine, transmissio † cum venditione inde sequuta præsumitur facta in exequutionem præcedentis tractatus, & sic communi non autem proprio, & particulari nomine Bentiuoli *iux. d. tt, qui suis §. si ab ignoto ff. de manumiss. latè Gratian. discept. forens. cap. 893. num. 45. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 18. n. 16. Rota decis. 104. num. 5. par. 2. diuers.*

Et ita felice, Bentiuolo, & Mercatoribus informantibus fuit resolutum.

NARNIEN IVRISPATRONATVS.

Veneris 16. Decemb. 1638.

ARGVMENTVM.

Immissio conceditur prouiso apostolico habenti suas litteras iustificatas.

SVMMARIVM.

1. *Litteræ Apostolicæ iustificatæ sunt exequendæ.*
2. *Decisiones rotales sunt supponendæ in alijs disputationibus.*
3. *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum pro rata hæreditaria.*

DECISIO CCCXXIV.

POSTQVAM in hac causa fuit resolutum sub die 13. Maij præteriti, gratiam Dominici Boncabli præsentati à Dionisio Castellio ad beneficium iurispatronatus, de quo agitur esse iustificatam; proposui hodie dubium; An d. Dominico sit danda immissio in possessionem d. beneficij; & DD. affirmatiuè responderunt; Quia cum d. Dominicus habeat suam intentionem fundatam in gratia Papę & litteris Apostolicis, quas iam Rota censuit esse iustificatas ex rationibus in decisione sub d. die 13. Maij deductis, sequitur immissionem ei denegari non posse, quia litteræ Apo-
1 stolicæ, post quam fuerunt iustificatæ, † sunt exequendæ *c. si capitulo & ibi glos. in verb. exequatur de præb. in 6. Mohed. decis. 13. num. 1. vt lit. pend. Caual. decis. 638. num. 2. Rot. decis. 538. num. 2. par. 1. & decis. 605. num. 2. par. 2. recent.*

Nec visæ fuerunt obstare exceptiones, quæ iterum deducebantur ex parte Romuli aduersarij in suo memoriali ad excludendam iustificationem d. gratiæ, nempè quod non sit probatus valor beneficij, de quo agitur, per non excessum ducat. 24. & quod non probatur iuspatronatus spectare ad d. Dyonisium, qui pro medietate præsentauit d. Dominicum, quia vtrumque probari fuit dictum in d. decisione in hac causa facta, vtraque parte informante coram me sub d. die 13. Maij, dum fuit actum de iustificatione gratiæ d. Domini-
2 ci, quæ decisio † in præsenti disputatione prę-supponitur, prout etiam venit præsupponenda alia decisio R. P. D. mei Pirouani sub die 23. Iunij 1631. vbi firmatur, bona Nicolai fundatoris huius patronatus remansisse libera apud Talphiniam, à qua causam habet d. Dyonisius mediante persona Catharinæ filiæ Postumiæ, cui d. Talphinia donationem fecerat omnium suorum bonorum vna cum Victoria altera eiusdem Talphiniæ filia.

Secundò non obstat, quod in d. donatione facta à Talphinia dd. Postumiæ, & Victoriæ non compræhendatur istud Iuspatronatus. Quia huic obiectioni pariter fuit responsum in d. decisione coram me §. *pertinentia denique*
3 *in fin.* vbi firmatur, † Iuspatronatus cum vniuersitate bonorum transire pro rata hæreditaria, vt vltra allegata in decisione tenent *Abb. in cap.*

in cap. ex litteris num. 10 de in repatr. Bero cons. 78. num. 2. Deci. cons. 127. num. 2. & 3. post med. ferret. cons. 179. num. 2. Rota decis. 1152. li. 3. par. 3. diuers. Pub. decis. 341. lib. 2 Seraph. decis. 725. per totum.
Et ita vna tantum &c.

ROMANA RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Luna 30. Ian. 1633.

ARGVMENTVM.

Emptionis contractus quando sit rescindendus ex eo quod emptor fuerit læsus vltra dimidiã iusti pretij, & qualiter ista computatio facienda sit.

SVMMARIVM.

1 *Computi ratio qualiter sit facienda ad hoc vt emptor dicatur læsus vltra dimidiam iusti pretij n. 2.*
3 Glos. in l. 2. C. de rescind. *vendit in verbo Iudicis tanquam inepta à multis I. C. tam antiquis quam modernis damnatur.*
4 *Emptor emens rem, cuius pretium iustum sunt decem ad effectum vt dicatur læsus vltra dimidiam necesse est vt emerit pro 21.*
5 *Venditio quando rescinditur propter læsionem tunc à iusto pretio detrahenda non est tertia sed superaddenda.*
6 *Tertia aut dimidia pars iusti pretij vt rescindat venditionem mensurari debet à re petita seu data & num. 7.*
8 *In venditione si læsio vltra dimidiam esset in duplo nihil superesset aut remaneret.*
9 *Venditori magis non succurrendum quam emptori quando læsus est vltra dimidiam.*
10 *Emptor ex affectione potest induci ad aliquid emendum cariori pretio quam valeat.*
11 *Venditor vt plurimum necessitate rei familiaris vendere compellitur minori pretio quam res valeat*
12 l. 2. C. de rescind. vendit. *non loquitur nisi in venditore & soli venditori prospicere voluit non autem emptori.*
Sed DD. interpratatiuè d. legem extenderunt etiam ad emptorem num. 12.
13 *Læsio in emptione alicuius fundi vt dicatur adesse quid sit per emptorem probandum.*
14 *Pretij constitutio in venditione attendi debet tempore venditionis.*
15 *Peritus non æstimat nisi quod subijcitur ipsius oculis non autem de præterito.*
16 *Et hoc procedit etiam si agatur de re Ecclesiastica vel inter personas Ecclesiasticas.*
17 *Læsio in contractu emptionis non potest allegari per eum qui scienter & diligenter instructus aliquid emit.*
18 *Et hoc præcipuè quando emptor non fuit vnus sed plures, & persona cauta.*

DECISIO CCCXXV.

SVB die 22. Iunij præteriti fuit in hac causa resolutum non esse locum rescissioni contractus, quia pro parte Patrum ministrantium Infirmis non probatur læsio: Cum etiam admissa relatione periti per ipsos electi pretium domus, de qua agitur non excedere tertiam partem, nisi in scut. 17. qui excessus videbatur cessare, stante quod ex testibus pro parte Cassandræ examinatis constabat de tempore cotractus in d. domo adfuisse Caput Apri marmoreum, quod valebat scuta 100. in circa cuius capitis æstimatio à peritis fuerat omissa: Hodie proposita iterum causa super ijsdem DD. steterunt in decisis.

Non obstat, quod pro parte dd. Patrum dicatur rationem computi non ita esse ineundam, vt superaddatur summæ 2456. tertia pars, videlicet summa 1228. nam illa est medietas summæ 2456. cum tamen debeat dari excessus tantum in tertia parte, vt puta in summa 818. 13. 4. quæ iuncta summę 2456. constituit summam 3274. 13. 4. adeòut excessus erit in scutis 300. & vltra, non autem in 17. tantum, vt supponitur in decisione, & hunc esse ineundum calculum, vt videlicet emptore rescindẽte cõtractum ex capite lęsionis vltra dimidiam, qui emit pro decem v. g.
1 sufficiat, quod emerit pro 16. † vt videlicet decẽ sint iustum pretium, quinque illius medietas, & deinde vnum, in quo excedat medietatem *iux. glos. in cap. cum causa verb. dimidiam de empt. & vendit. & glos. magnam in l. 2. C. de rescind. vendit, quam sequitur franc. decis. 243. num. 3. Gomes. uar. resol. tit. de empt. & uendit. n. 22. Couarr. uar. resol. li.*
2 *27. cap. 3. n. 8.* ex quo infertur, si † quinque sunt medietas iusti pretij decem in emptione, quod tertia pars non erit nisi 3. cum dodrante.
3 Nam fuit responsum d. glossam † reprobari à multis tam antiquis, quam modernis vtriusque Iur. Doctoribus, qui dicunt eam esse ineptam, vt in specie allegati per *franc. vbi sup. ante num. 3. Abb. in cap. cum dilecti. num. 2. de empt. & vendit. vbi & reliqui Canonistæ Bellaper. in d. l. 2. Specul. in rubr. de rescind. vend. num. 11. Minsing. cent. 4. obseruat. 33. forner. li. 2. select. c. 19. Cuiac. lib. 16. obser. cap. 18. facchin. controuers. lib. 2. cap. 16. vers. illud longè probabilius. Viui. comm. opin. cap.* 15. qui omnes concludunt, quod emptor
4 emens rem, cuius iustum pretium sunt decem ad effectum, vt dicatur lęsus vltra dimidiam necessè est, vt emerit pro 21. vt pote quod vltra dimidiam, idem sit, ac vltra duplum *Capic. decis. 159. num. 24.* adeò vt res, cuius iustum pretium sunt 20. dicatur empta vltra tertiam iusti pretij, si empta fueria pro 31. neq;
5 enim à iusto † pretio detrahenda est tertia pars, sed superaddenda *Rota decis. 648. num. 6. par. 1. recent. Grat. cons. 30. num. 3. & 4. lib. 1.* qui dicit
6 † tertiam, & dimidiam mensurari debere rei petitæ, siuè datæ *Marian. Socc. cons. 98. num. 20.*
7 *lib. 2.* vbi quod attenditur † tertia vel dimidia iuxta summam petitam *Gabr. cons. 168. quæst. 10. num. 126. lib. 1. Menoch. cons. 156. num. 36. lib. 2. Giurb. decis. 110. num. 5.* & disertissimè facchin. *vbi supra vers. probatur hæc sententia* vbi respondet obiectioni, quod posita hac intepraetatione constitueretur differentia inter emptorem, & venditorem, vt pote, quod in venditore, rei, cuius iustum pretium sunt 10. medietas lęsiua sint quinque, & in emptore, eius-

dem rei medietas lęsiua sint totidem, ac ipsum iustum pretium, & rationem reddit, quia
8 si † in venditione lęsio vltra dimidiam esset in duplo, nihil superesset, aut remaneret, aliam differentiam affert *Cuiac.loc.alleg.* nempè quod
9 venditori † magis est succurrendum, quam
10 emptori, cum hic ex affectione † possit induci ad emendum cariori pretio, quam res va-
11 leat, venditor † vero vt plurimum necessitate rei familiaris vendere compellatur minori
12 pretio, & re vera *l.2.C.de rescind.vendit.* † non loquitur nisi in venditore, & soli venditori prospicere voluit, non autem emptori, sed DD. interprętatiuè d. legem extenderunt etiam ad emptorem, vt notat *Hostien.in d.cap. cum dilecti de empt. & vendit.*

Et prędicta magis procedunt in pręsenti casu ex eo, quod nulla videtur adesse, siuè adfuisse lęsio, nam peritus pro Cassandra electus ęstimauit domum, de qua agitur, cum Griptis, Viridario, & reliquis membris, & pertinentijs suis in scutis 3923.45. iuxta mensuram situs, parietum, areę, & similium, &
13 pro parte ministrorum non opponitur de excessu mensurę, nempè quod d. peritus superaddiderit numerum mensurarum *iuxta decis. 554.n.4.par.2.recent.* sed quoad mensuras omnes periti sunt concordes, eum enim peritus ęstimauerit res mensuratas non quidem in pretio maiori, neque in minori, sed in pretio medio, & res mensuratę existant, non potest dari de lęsione, etiamsi situs, & domus postea casu in ęstimatione diminuta sint, quia
14 quoad constitutionem pretij † attendi debet tempus venditionis. *Bart.in l.pretia rerum. num. 2. in fin.ff.ad leg.falcid.Bero.conf.145.num.11.lib.1. Aym.conf.188.num.4.Seraph.decis.1494.num.3. & dicunt omnes in l. nam postea §.si minor.ff.de iureiur.*

In pręsenti verò casu peritus Ministrorum, super cuius relatione disputatur medio iuramento affirmat, se domum, de qua agitur, ante diem, qua eam ęstimauit, nunquam vidisse, cum tamen contractus venditionis pręcesserit ęstimationem per quinque circiter annos, adeòut non potuerit probè ęstimare, etiamsi dicat, se habuisse respectum ad tem-
15 pus prӕteritum, quia peritus † non ęstimat, nisi quod subijcitur ipsius oculis, non autem de prӕterito *l. si voluntate C. de rescind. vend.*
16 etiam quod agatur de re † Ecclesiastica, vel inter personas Ecclesiasticas *c.ad aures vbi glos. in verb.tunc de reb.Eccl.non alien.*

Confirmatur hoc ipsum ex instrumēto emptionis, in quo legitur, quod Patres Ministri, antequam inirent hunc contractum, fecerunt pluries per peritos inspicere hanc domum cū suis annexis, & pertinentijs, & quod plures habitę sunt inter ipsos Congregationes, in quibus stante ęstimatione peritorum resolutum deuenire ad d. emptionem, ex quo colli-
17 gitur nullam adfuisse lęsionem, † quę allegari non potest per eum, qui scienter, & diligentèr instructus aliquid fecit *Bero.conf.49 num.3 2*
18 *&.1.* prӕsertim quando † emptor non est vnus, sed plures, & personę cautę, & non nisi priuilegio minores *Aldat.conf.93.num.4.* & hoc casu non esse locum rescissioni contractus firmant *Socc.conf.48. in fin. lib.4. Gabr. de empt. & vend. concl.2.num.120.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA SVCCESSIONIS DE ALPHANIS.

Mercurij 1. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Perusinum sub rubr. 45. de dotat.mulier. excludens filias dotatas à successione &c. intelligitur de dotatis tempore delatę hęreditatis, itaut dotatio superueniens illas non excludat à iure antea quӕsito.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra sententiam lata est nulla, prima non reuocata.*
2 *Sententia lata contra sententiam sustinetur, quando prima apparet ex actis iniusta, & n.3.*
4 *Sorores ęqualiter cum fratribus succedunt in bonis maternis.*
5 *Statutum excludens mulieres dotatas à successione parentum censetur eas excludere ob habitam dotem ante delatam hęreditatem, num.6. & 7.*
8 *Hęres postquam adiuit hęreditatem, si ab eo illa auferatur non dicitur exclusus à successione, sed hęreditate iam acquisita priuatus.*
9 *Pater retinendo bona materna censetur nomine filiorum infantum hęreditatem matris adiuisse.*
10 *Consensus prӕsumitur ex cursu longi temporis.*
11 *Pater ex quibus prӕsumatur voluisse adire hęreditatem maternam nomine filiorum.*
12 *Possidentis assertioni statur, quo iure, vel nomine possideat.*
13 *Statutis censetur quis se conformasse.*
14 *Exclusionis qualitate cessante cessat & exclusio.*
15 *Statut.Perus. sub rubr.45. de dotat.mulier. §. item si quis declaratur, & n.16.*
17 *Statut. Perus. sub rubr.45. de dotat. mulier.§.item si aliquis declaratur, & num.22.23. & 24.*
18 *Hęreditatis fructus non debentur nisi post aditionem illius.*
19 *In statutis exclusiuis fœminarum propter masculos ab hęreditate parentum non debet fieri extensio.*
20 *Ita quod non sufficiat identitas, sed requiratur maioritas rationis.*
21 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
25 *Fructus à die mortis veniunt in petitione hęreditatis.*
26 *Specificatio aliqua non dicitur superflua etiamsi tacitè insit.*
27 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
28 *Testes, vt probent aliquam obseruantiam, quid deponere debeant.*
29 *Obseruantia in materia exclusionis fœminarum ab hęreditate parentum, vt releuet, debet esse certa, clara, vniformis in casu de quo agitur, & obtenta in contradictorio iudicio.*

DECI-

DECISIO CCCXXVI.

OBIIT ab intestato Dianora Lamberta de Alphanis, superstitibus Seuero, Martia, & Hortentia eius filijs, ac Capitaneo Raphaele eius viro, qui quidem Raphael retinendo dotem d. suæ vxoris longè post decennium nuptui tradidit Capitaneo Balthasari de Alexandris Martiam eius filiam cum dote scutor. 2000. postmodum ipse decessit instituto hærede vniuersali Seuero filio.

Verum cum d. Martia portionem sibi tangentem ex hæreditate Dianoræ matris prætenderet, immissionis iudicium contra Seuerum fratrem eiusdem hæreditatis possessorem intentauit coram Locumtenente Gubernatoris Perusiæ, à quo lata fuit sententia absolutoria; sed commissa causa appellationis in Rota Perusina, fuit non facta mentione prioris sententiæ pronunciatum, prout in prima, eidem Martiæ dandam esse immissionem, à qua quidem sententia appellauit Seuerus, & obtinuit à Signatura causam mihi cōmitti cum clausula (Constito, quod sit locus Aegidianæ) vnde dato dubio, an sit locus Aegidianæ, cum pro parte Seueri deduceretur etiam † nullitas ex eo, quod non fuit reuocata prima sententia, *l. 1. C. quan. prouoc. non est necess. cum alijs alleg.* DD. 10. Maij 1632. mandarunt informari strictè super iustitia. Quia si debetur successio, & consequenter est ex eisdem iniusta prima sententia, valida est secunda † illa non reuocata, & intrat Aegydiana, vt in terminis tenet *Rota coram Puteo decis. 4. de Aegid. & in Rauennaten. coram bon. me. Iusto post Pacif. de salu. decis. 144. num. 4. & 5.* præsertim stante clausula (quam, & quas) in commissione appellationis adiecta, *Rota decis. 201. num. 1. & 2. lib. 2. par. 3. diuers. coram Card. Caualerio decis. 42. num. 3. & 5. decis. 69. num. 1. & 2. & in Spoletana bonorum 20. Martij 1628. coram Eminentiss. Cardinali Virili*, & hodie firmando etiam iustitiam locum esse Aegidianæ responderunt.

1

2

3

Iustitia enim d. sententiæ fundatur in dispositione iuris communis, qua attenta non poterat eidem Martiæ vti hæredi ab intestato suæ matris immissio denegari, † cum ea æqualiter cum fratribus esset admittenda ad *text. in l. maximum vitium, C. de lib. præter. cum concord.*

4

Tota difficultas reducebatur ad intelligentiam Statuti Perusini exclusiui fœminarum sub *rubr. 45. de dotat. mulier.* An scilicet illud pro exclusione filiæ à successione matris requirat dotationem ante delatam, & aditam hæreditatem, vel sufficiat dotatio superueniens; quia si requiratur dotatio ante delatam, & aditam hæreditatem, non potuit Martia per dotationem factam à patre post delatam, & aditam hæreditatem maternam eadem hæreditate priuari, secus verò si dotatio superueniens sufficiat.

Circa quam inspectionem DD. ponderatis verbis eiusdem statuti in principio ibi (si quę mulier fuerit, vel erit dotata &c.) & inferius (ipsa mulier dotata) & postea (exclusa muliere dotata &c. habita dicta dote &c.) censuerunt, † statutum non excludere nisi dotatas propter dotem, vt in terminis statuti Perusini tenent *Corn. consil. 300. numer. 7. lib. 4. Eugen. consil. 4. num. 55. & seqq. lib. 2. Rota coram fan. mem. Gregor. XV. decis. 565. num. 4. in Perusina bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypsio, & in Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Quo casu ad hoc, vt sit locus statuto, requiritur dotatio † ante delatam hæreditatem, vt in terminis statuti Perusini tenent *Bart. cons. 31. num. fin. lib. 1. Corn. cons. 74. n. 7. & 8. vers. quod etiam alia ratione lib. 1. cons. 94. num. 12. lib. 2. & cons. 300. num. 2. lib. 4. & generaliter Caphal. cons. 5. numer. 69. Becc. cons. 102. num. 20. Rolan. cons. 96. num. 10. & seq. lib. 4. Surd. cons. 95. num. 33. in fin. 40. & 41. Sebast. Medic. decis. Marchia 42. §. praterea, alijque cumulati.*

5

6

Multo magis dicendum est † fuisse necessariam, antequam adita esset hæreditas materna, vt firmant *Curt. sen. cons. 44. num. 21. Corn. cons. 188. num. 16. lib. 2. Becc. d. cons. 112. nu. 2. vers. quod sine dubio, Thesaur. decis. 101. num. 2. & 6. Sebast. Medic. d. decis. 42. in fin. & in terminis d. Statuti Perusini tenet Corn. d. cons. 300. nu. 2. post med. vers. & dato quod non sufficiat, & num. 3. cum seqq. lib. 4.*

7

Ea ratione, quia post aditam † hæreditatem non esset exclusio à successione de qua solum loquitur statutum, *Ias. in l. 1. §. veteres, num. 31. & 33. ff. de acquir. poss. Rota in Bononien. de Arnus post Merlin. de legit. decis. 47. num. 6.*

8

Quod autem ante dotationem adita fuisset hæreditas materna pro Martia, visum fuit iustificari ex eo, quod de tempore obitus matris erat in infantili ætate constituta, quapropter pater retinendo bona materna † censetur nomine infantis hæreditatem matris eiusdem adiuisse ad *tex. in l. si infanti, C. de iur. delib. Surd. decis. 140. num. 10. Medic. d. decis. 42. vers. nam respondetur, Morot. respons. 11. num. 1. Greg. XV. decis. 421. num. 7.* cum præcipuè † retentio fuerit longè vltra decem annos ante nuptias Martiæ, quo tempore præsumitur etiam consensus ipsius Martiæ, *Bart. cons. 129. num. 2. lib. 1. Corn. d. cons. 94. num. 12. & 15. lib. 2. Morot. d. responsi. 11. numer. 11. cum alijs allegatis per informantes.*

9

10

Maximè attentis declarationibus factis ab ipso patre, dum in duobus instrumentis vocauit Martiam, & alios filios hæredes matris, & vti legitimus administrator illorum tamquam hæredum contraxit, quæ licet tunc tēporis inducere non possent aditionem pro Martia tunc non infante, demonstrant tamen ad sensum, patrem retinendo bona † materna vsque à principio habuisse animum adeundi hæreditatem nomine filiorum, *Rota coram Greg. XV. decis. 247. num. 18. & in recent. decis. 448. num. 4. par. 3. & in præcisa materia aditionis in Romana hæreditatis, & Paragy dotis 20. Nouemb. 1617. coram bon. mem. Buratto*, & quod stetur assertioni possidentis, † quo iure, vel nomine ipse possideat, *Alex. cons. 126. num. 4. ad fin. lib. 7. Greg. XV. decis. 460. n. 12. & firmatur in Auximana spolij 10. Febr. 1620. coram bon. me. Buratto.*

11

12

Nec releuat, † quod pater stante statuto exclusiuo fœminarum, cui censetur se conformarc

13

mare, censeatur adiuisse pro masculo, non autem pro fœmina à d. Statuto exclusa. Quia hoc procederet, si statutum simpliciter vsque à principio filias excluderet; secus quando (prout hic) illas non excludit nisi dotatas, &
14 post dotationem, tunc enim cũ cesset † qualitas exclusionis, & hæreditas de iure tam fœminæ, quàm masculo deferatur, præsumitur patrem tam pro masculo, quam pro fœmina hæreditatẽ adiuisse; vt in terminis similis statuti, patrem censeri etiam pro fœmina adiuisse firmant *Corn.consf.94.num.14.lib.2. Natt. consf. 74.num.10.Morot.d.respons.11.num.12.Medic.loco supra citato*; & destruitur prorsus obiectum, attentis declarationibus patris, vt supra factis.

Non obstat, quod statutum in §. *item si quis etiam pater*; disponat, quod mulier dotata de bonis paternis, & maternis exclusa remaneat
15 ab hæreditate vtriusque. † Quia ibi statutum loquitur tantum de dotata à patre de bonis paternis, & maternis viuente, non autem (prout hic) mortua matre, vt patet ex verbis subsequentibus, ibi (declarantes, quod mater per talem dotationem non possit cogi ipsa viuente &c.) quæ verba per viam declara-
16 tionis emanata clarè ostendunt, † statuentes dispostuisse in eisdem terminis dotationis factæ matre viuente, non autem ea mortua, *Calder. consf.16. in princ. de prab. Castr.consf.338. numer.5. vers. quinto quaro, lib.1. Dec. resp. 8. numer.211. lib.1.*
17 Minus obstat, quod statutum † in §. *Item si aliquis pater* mãdet, quod fœminæ etiam inuitę possint à fratribus dotari, & sic videatur comprahendere dotationem non solum post delatam, sed etiam post aditam hæreditatem, ponderatis præsertim verbis subsequentibus, ibi (excludatur à successione &c.) ac etiam à facultate petendi fructus pro rata suæ hæreditatis pro tempore tunc præterito, quæ verba videntur comprehendere etiam casum aditio-
18 nis, cum fructus † non nisi post aditam hæreditatem debeantur.

Nam placuit responsio, quod statutum ibi loquitur particulariter de successione in bonis patris, vel aui, & ideo non potest trahi ad successionem in bonis matris, cum in his sta-
19 tutis † exclusiuis non debeat fieri extensio, *Socc.consf.9.numer.7.& seqq. lib.3. Honded.consf.1. num.13.& seqq. & 37.lib.1.Rot.dec.461.n.4. vers.*
20 *& mouebantur, par.2. recent.* vbi quod † non sufficit identitas, sed requiritur maioritas rationis, & in *Narnien. successionis. 26. Nouembris 1629. coram R.P.D. meo Merlino, & in simili statuto Medic. d. decis.42. vers. vbi patet.* Sed exceptio à supra firmata regula non excludit nisi dotatas, & sic de tempore delatæ hæreditatis facta in casibus ibi expressis firmat regulam prædictam in casibus non exceptis, & ex pro-
21 missione dotationis post † delatam pro excludendo in dictis expressis censetur prohibere in aliis. *Honded.consf.9.num.4.lib.2.Gabr.consf.108. num.3.lib.2.*

Nec releuant verba subsequentia, ibi (& habita d. dote, ex tunc excludatur à successione prædictorum patris, aui, & aliarum personarum, de quibus, & prout supra dictum est.)
22 Quia verba prædicta † ibi (& aliarum personarum) debent intelligi in casu dotationis, ibi à statuto expressæ, & de personis descendentibus à patre, vel auo, de quorum bonis mulier dotata fuit, à quorum descendentium successione statutum in principio limitatè, prout ibi dicit) excludit, non autem vbi su-
23 mus † extra casum d. dotationis, ibi expressæ, & in matre, vt in terminis statutum in hoc §. declarat, *Corn.consf.74.num.8. in fin. lib.1. consf.156. num.1. vers. & materia videtur differens, lib.2. & d.consf.300. sub num.4. & per tot. lib.4.*

Ideò non videbatur opus insistere in alia responsione, quæ placebat nonnullis ex DD. Statutum neque in casu mortis patris, vel aui, in quo loquitur in hoc §. concedere facultatem dotandi post aditam hæreditatem, cum
24 non exprimat, † & longè minor sit ratio excludendi post aditionem, per quam bona fuerunt effecta filiæ, vt in puncto per plura firmat *Corn. d.consf.300. num.2. vers. & dato, & seq.lib.4.*
25 non obstante d. exclusione à facultate petendi fructus, quia cum fructus à die mortis veniant in petitione hæreditatis, *l. item veniunt, §. fructus, ff.de petit.hæredit.* Statuentes ad maiorem cautelam specificarunt exclusionem ab
26 illis, quæ † specificatio etiam quod tacitè inesset, non dicitur superflua, *Mantic. de tacit. lib.2.tit.12.num.30.*

Neque facit §. *& si casus euenit*. Quoniam dum loquitur quocunque masculo, vel fœmina decedente, dicendo, obseruetur prout in præsenti statuto, intelligitur iuxta diuersita-
27 tem casuum supra expressorum, † singula singulis congruè referendo, vt dixit in specie *Eugen.d.consf.4.n.56.& 58.lib.2.* Adeout, quoad successionem maternam excludatur, si dotata fuerit iuxta principium statuti; ex quo subsistere non potest, dd.verba (prout in præsenti statuto &c.) intelligi de præcedenti §. *Item si aliquis pater*; cum in §. præcedenti contineantur casus speciales mortis patris, vel aui, & iste §. loquatur decedente quocumque masculo, & fœmina, vt dictum est; præsertim quia statuentes vbi voluerunt se referre ad certum §. id exprimebant, vt patet ex §. *Item declaratur, in fin. ex §. si autem aliquis, & alibi.*

Nec demum obstare visa fuit prætensa contraria obseruantia. Quia non probatur ex te-
28 stibus, cum non specificent casus, vt opus est, *Alex.consf.45.num.1.lib.1.Paris.consf.27. nu.37. lib.1.Rota in Cæsaraugustana fructuũ. 10.Iunij 1600 coram Corduba*, & loquantur, si acceptata à muliere sit dotatio de bonis paternis, & maternis, vel si dotatio non acceptata excedat portionem dotatam tangentem, cum tamen ob-
29 seruantia, † vt releuet in hac materia, debeat esse certa, clara, vniformis; in casu, de quo agitur, & in contradictorio obtenta, iuxta plenè firmata in d. *Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram R.P.D. meo Merlino*; & sufficiat, obseruantiam dici posse difformem, ne suffragetur, vt in facto, & in iure deducebatur per informantes, per quos alias exceptiones contra

tra immissionem tolli visum fuit DD. Et ita vtraque &c.

ROMANA CASALIS.

Luna 6. Februarii 1634.

ARGVMENTVM.

Mandatum quando est iustum debet executioni demandari. Possessor pro indiuiso dicitur habere partem in qualibet gleba, & sic debet participare de fructibus omnibus eiusdem rei communis.

SVMMARIVM.

1 *Compossessor ratione consortii dicitur habere partem in qualibet gleba rei communis.*

2 *Diuisio præsumitur ex possessione alicuius ex possessoribus communibus longo tempore continuata super re iam communi.*

3 *Hoc procedit quando ambæ partes quid possederunt secus si vna tantum pars possideat.*

4 *Locationes absque interuentu compossessoris factæ eidem non præiudicant.*

5 *Fructus, seclusa bona fide, quis non facit suos sed tenetur ad illorum restitutionem vero Domino ad quem spectant.*

DECISIO CCCXXVII.

DVELLIVS in Iudicio per eum intentato contra DD. de Serlupis super diuisione Casalis, quod pro rata rubror. 41 ÷ communiter eum eis possidebat obtinuit sententiam fauorabilem, qua fuit declaratum, eidem Vellio deberi ratam etiam in vineis per Serlupios in emphyteusim cõcessis vnà cum fructibus per eos perceptis tam ante, quam post motam litem, à qua quidem sententia appellarunt Serlupij, aditaque per eos Signatura; obtinuerunt quoad fructus à die motæ litis rescribi in Rota cum clausula (sine præiudicio legitimæ exequutionis) quo verò ad fructus ante motam litem eum clausula (si quid exequendum) Quapropter propofui dubium circa secundam partem commissionis; An scilicet sententia, seu mandatum in vim d. sententiæ relaxatum esset exequendum: Verùm quia pro parte DD. de Serlupis ad retardandam exequutionem plura allegabantur respicientia tàm nullitatem, quàm iniustitiam dicti mandati: DD. pro nunc Iustitię dicti mandati inhærentes responderunt illud tanquam iustum esse exequendum, nisi obstent nullitates, de quibus mandarunt particulariter videri.

Iustitia visa fuit clara; Quia cum Serlupij ante intentatum Iudicium benè scirent communionem Casalis, quod ipsi pro indiuiso possidebant cum Vellio, sicuti tenebantur participem facere Vellium pro rata Casalis ipsum tangen, ità pariter ex dispositione *text. in l. 3. & 4. ff. comm. diuid.* tenebantur eum admittere ad participationem de omnibus fructibus, qui ad eorum manus peruenerunt, tam ex bonis emphyteuticis, quàm ex liberis quia Vellius ratione cõsortij in qualibet gle-

1 ba Casalis † suam partem habebat, *l. si quis putans, §. si fundus, ff. eodem l. Meuius §. duobus. ff. de leg. 2. Federic. de fen. cons. 159. sub num. 3. verf. modo sic. Greg. decis. 548. num. 10.*

Nec visa fuit releuare prætensa diuisio ex eo desumpta, quod Serlupij distraxerint nomine proprio vineas prædictas, viceque versa participem fecerint Vellium de fructibus pro rata rubrorũ 41 ÷ in reliquis bonis eiusdem Casalis absque eo, quod Vellius vnquã reclamauerit, & propterea ex cursu tanti tẽporis censeatur quoad istam partem distractã tacitè fuisse inductam diuisionem: Quia licet

2 cursu tam longi temporis† præsumatur diuisio iuxta *gloss. communiter approbatam in l. penult. C. comm. diuid.* Conclusio tamen procedit, quando ambæ partes aliquid possident, secus

3 verò quando vnus † totam rem communem possidet (prout hic) eum soli Serlupij totum Casale semper possederint, licèt Vellio ratam fructuum soluerint, tunc enim ex dicta possessione quantumuis longæua nõ potest oriri præsumptio diuisionis, vt in terminis fuit decisum coram *Achill. de Graff. dec. 2. de præsumpt.* prout ex eadem ratione nullum potest fieri fundamentum super taciturnitate Vellij, nisi cum ea concurrat actualis possessio illius in aliqua parte separata, vt benè declarat *Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 60. num. 4.*

Minus obstare dixerunt DD. quod Serlupij in locationibus Casalis semper exceperint vineas controuersas, tanquam spectãtes ad eos; Quia eum dd. locationes fuerint factę absq;

4 interuentu, & consensu Vellij, eum † non afficiunt, *vt tot. tit. res int. alios act.*

Denique non releuat, quod Serlupij antè motum Iudicium perceperint fructus dictæ vineæ bona fide, & propterea eos fecerint suos; Quia dum ipsi sciebant Casale esse cõmune eum Vellio, & quod in qualibet gleba illius Vellius suam partem habebat, dum posteà sibi ipsis appropriarunt omnes fructus dictæ vineæ, quorum ratam partem Vellio restituendam esse sciebant, non potest dici,

5 eos fuisse in bona fide, qua sublata † omnis æquitas suadet, vt d. ratam per eos indebitè retentam restituant, ad *text. in l. domum, C. de rei vendicat. in l. fructus ff. eodem Rot. in Toletana pensionis 16. Februar. 1618. coram Eminentissimo D. Card. Pamphilio.*

Et ita vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Luna 6. Februarii 1634.

ARGVMENTVM.

Societatis effectuatio ex quibus coniecturis probetur.

318. nu. 2. vbi quod attenditur tempus Datæ, non autem expeditio litterarum.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Sabbati 26. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Mulier prætendens lucrum dotale vigore statuti Vrbis lib. 1. cap. 131. debet probare matrimonij consũmationem; lucrum dotale non debetur, quando matrimonium est nullum ob impotentiam perpetuam.

SVMMARIVM.

1 *Vxor mortuo marito potest prætendere lucrum dotale ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 131.*
2 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. vt habeat locum, requiritur matrimonij consummatio.*
3 *Mulier prætendens lucrum dotale vigore statuti Vrbis tenetur concludenter probare matrimonium fuisse consummatum.*
4 *Confessio partis bene probat contra ipsam.*
5 *Matrimonium habetur pro consummato ad effectum consequendi lucrum dotale, si per coniugem superstitem non stet quominus matrimonium consummetur.*
6 *Matrimonium est à principio nullum ob impotentiam perpetuam.*
7 *Matrimonium vbi non adest ibi, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest.*
8 *Matrimonium quando est nullum propter impotentiam viri, non debetur lucrum dotale.*

DECISIO CCCXX.

D. Alexander Cauetanus contraxit matrimonium solemniter cum D. Diana Grotta, cum qua cohabitauit per duos menses circiter; deindè obijt, & post eius obitũ D.
1 Diana vltra restitutionem dotis † cœpit prætendere lucrum dotale à D. Camillo Cauetano patre, & fideiussore ex dispositione Statuti Vrbis cap. 131. lib. 1. Vnde proposito à me dubio, An deberetur, DD. negatiuè responderunt.

Nam fuit consideratum, d. Statutum, in quo D. Diana se fundat, requirere matrimo-
2 nij consummationem † ad effectum lucrandi quartum dotale, vt ex eius lectura euidenter apparet; vnde D. Diana, quæ est actrix, & petit dictum quartum vigore d. Statuti, deberet concludenter probare istam qualitatem à statuto requisitam, & sic matrimoniũ verè con-
3 summatum † fuisse, vt in terminis Statuti de lucro dotis, *Paris. cons. 34. num. 10. & seqq. lib. 3. & cons. 62. num. 42. lib. 4. Rolan. à Vall. cons. 46. n. 8. lib. 4. Bero. cons. 40. num. 25. post med. lib. 1. Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 19. num. 3. & 4. Rot. decis. 101. num. 1. par. 2. diuers.*

Ex his autem, quæ pro parte D. Dianæ deducuntur, tantum abest, vt probetur d. qualitas, quinimò de contrario constat tam ex propria eius confessione, de qua in *Summ. numer. 9.* asserentis se nunquam ab Alexandro carnali-
4 ter fuisse cognitam, † quæ confessio in his terminis contra ipsã plenè probat, *Rot. diuers. d. decis. 101. num. 11. par. 2. Greg. XV. decis. 357. num. 3.* quam ex relationibus Matronarum, quæ facta corporis inspectione post contractum matrimonium eam virgineam, & incorruptam esse retulerunt.

5 Non obstat, quod per Dianam † non steterit, quominus matrimonium consummaretur, sed per Alexandrum; ideoque in hoc casu illud haberi debeat pro consummato, quod sufficit ad effectum consequendi lucrum dotale, *Bald. in l. Deo nobis, sub num. 7. vers. sed iuxta hoc, C. de Episc. & Cleric. Neapodan. in consuet. Neap. in tit. de iur. quart. fol. 256. sub num. 32. & fol. 258. num. 43. Surd. de alim. tit. 1. qu. 32. num. 18. Sanch. de matrim. lib. 6. disputat. 18. Molphes. ad consuet. Neap. par. 7. tit. de iur. quart. qu. 7. per tot. & in addit. à num. 5. vsque ad num. 21. Gram. decis. 103. sub num. 87. vers. & licet cum seqq. Gail. obseru. 80. num. 11. vers. secundo limitatur, lib. 2. & in terminis Statuti Vrbis, Rota decis. 92. & 101. par. 2. diuers.* Quia de contrario apparet ex depositionibus testium pro parte Alexandri examinatorum asserentium d. Dianam, vt plurimum repulisse virum ad eam accedere volentem, & persæpè ex lecto maritali ad matrem confugisse, ac demum maximis dissensionibus illum è domo eiecisse, ex quibus potius constat de renitentia Dianæ, quàm de eius patientia.

Non obstant deducta ad probandam impotentiam perpetuam D. Alexandri, nam omisso, an ex illis probetur, prout illam probari DD. non credebant; attamen dato, quod illa esset probata, adhuc tamen non deberetur
6 lucrũ; cum † propter d. impotentiam matrimonium fuerit à principio nullum, *cap. 2. & ibi DD. de frigid. & malefic. Sanch. de matrim. qu. 3. pun. 13. num. 9.* quo casu cessat Statutum de lu-
7 cro dotali, quia vbi † matrimonium non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest, vt in terminis, quod lucrum non debeatur, quando matrimoniũ
8 est nullum propter viri impotentiam, *Bald. in cap. iurauit, n. 1. de probat. Phauuc. de lucr. dot. glos. 3. num. 6. Gomes. ad l. 50. Tauri, num. 7. Barbos. in l. 2. ff. solut. matr. par. 1. num. 158. Molphes. ad consuetud. Neap. tom. 1. par. 7. num. 7. & seqq.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SEV FLORENTINA LEGATI.

Sabbati 26. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Sententia quibus concurrentibus sit confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ apparet ex concursu requisitorum de quibus per* Caputaq. decis. 260. par. 2.
2 *Iniustitia sententiæ resultat ex decisionibus in causa factis.*

D E-

DECISIO CCCXXI.

FVIT lata sententia ab Eminentissimo Cardinali D. meo Vbaldo sub die 4. Iulij proximè præteriti, in qua fuit dictum Ecclesiam, & Hospitale S. Ioannis Florentinorum de Vrbe hæredes q. Petri de Cambijs teneri ad præstandum legatum vsusfructus, de quo agitur, D. Alemando Legatario d. q. Petri à die acceptationis factę per eumdem Alemandum iuxta declaratione ipsius testatoris, vel loco dicti legati illius ęstimationem, videlicet quoad bona immobilia ad rationem quinque pro quolibet centenario; quo verò ad bona mobilia iuxta liquidationem in exequutione faciendam; Quam sententiam hodiè in gradu appellationis DD. dixerunt esse confirmandam.

1 De eius namque validitate constat † ex reuolutione actorum, in quibus apparet omnia requisita interuenisse, de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*

De Iustitia autem satis constare visum fuit
2 ex deductis † in duabus decisionibus in hac causa emanatis sub diebus 30. Maij, & 4. Iulij præsentis anni, quorum fundamenta visa fuerunt benè subsistere, & ideò cum illis DD. transierunt.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA DOTIS DE PVLIASCHIS.

Lunæ 2. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Executio aduersus tertios possessores, vel in bonis stabilibus non discussis mobilibus; quando subsistat Executio cœpta super vno corpore, quando possit fieri etiam super alijs.

SVMMARIVM.

1 *Executio non potest fieri super bonis possessis à viris tanquam dotalibus vxorum.*
2 *Limita pro credito anteriori constitutione dictarum dotium.*
3 *Renunciatio proprij iuris non inducitur nisi sit expressa, & clara.*
4 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. non suffragatur fratri vterino.*
5 *Fructus, quando sunt decreti ratione legitima taxantur ad rationem quinque pro centenario.*
6 *Executio non potest fieri super stabilibus non discussis prius mobilibus.*
7 *Quod procedit, quando probatentur adesse talia mobilia.*
8 *Executio quamuis capta super vno corpore non impedit, quin possit fieri super alio donec sequuta sit integra satisfactio.*
9 *Executio validè potest fieri super bonis dotalibus citatis viris, quando sit pro credito existente ante constitutionem dotium.*

DECISIO CCCXXII.

PRAEVIIS multis decisionibus fuit à me lata Sententia in hac causa per quam fuit pronunciatum Clarici ex persona Catharinæ matris deberi duas ex tribus partibus scutorũ mille, quæ scuta eidem Catharinæ pro residuo eius dotis erant debita, nec non etiam deberi fructus supradicti residui à die obitus Antonij patris Catharinæ ad rationem quinque pro centenario, & ad solutionem d. residui, & fructuum condemnatæ fuerunt Elisabettha, & Francisca hæredes d. Antonij, pro executione d. Sententiæ cum ageret Clarix, & procedere vellet ad subhastationem quarundã domorum, & vineæ, mariti dd. Elisabetthę, & Franciscæ qui illas possidebant pro Iuribus dotalibus se opposuerunt exequutioni, ob tentisque Inhibitionibus, & adita Signatura, obtinuerunt causam mihi committi cum rescripto (vt procederem ad vlteriora, & Iustitiam facerem; Vndè hodiè proposito dubio: An sit ad vlteriora procedendum in exequutione; DD. non obstantibus multis exceptionibus, quæ obijciebantur per dd. maritos affirmatiuè responderunt.

Et primo obstare non visum fuit, quod dd. domus, & vinea hodiè possideantur à dd. maritis tanquam bona dotalia vxorum, & sic su-
1 per eis † non possit fieri exequutio *Bertrand. cons. 129. nu. 4. & seq. lib. 6.* Quia cum Creditum d. residui sit anterius constitutione dotis dd. Elisabetthæ, & Franciscæ, & ipsæ sint hæredes Antonij debitoris d. residui, benè potuit fieri exequutio super dd. bonis, quæ transie-
2 runt † cum suo onere in maritos, & quoscũque tertios possessores, *vt per Capic. decis. 128. num. 4. & seqq. Guidop. decis. 447. num. 1. & 2.*

Non obstat, quod Catharina consenserit, assignationi d. dotis, & illi nunquam contrauenire promiserit, sicque hodiè non possit super bonis pro d. dote traditis exequutio fieri; quia non indè resultat renunciatio proprij Iu-
3 ris, † quæ non inducitur, nisi sit expressa, & clara *Socc. cons. 33. num. 10. lib. 3. Surd. cons. 431. num. 32. & 34.*

Secundò non obstat, quod dicatur sententiam fuisse excessiuam, ex quo adiudicat Clarici filiæ Catharinæ duas ex tribus partibus d. residui dotis, & tamen d. Clarix esset exclusa per existentiam Marci Antonij fratris vterini ex dispositione Statuti cap. 145. lib. 1. Quia istud obiectum visum fuit tolli, ex quo d. Sta-
4 tutum † fuit conditum fauore conseruandæ agnationis, & sic non videtur suffragari fratri vterino tantum, qui est diuersæ agnationis *Bald. cons. 316. num. 1. lib. 2. Rota decis. 461. n. 6. par. 2. recent. cum alijs deductis in hac causa articulo discusso sub die 3. Iunij 1630.*

Tertiò Non obstat id, quod opponitur contra Iustitiam d. Sententiæ, dum illa condemnat dd. sorores ad fructus d. residui, & pro residuo consistente in pecunia, & sic non fructifero, & nulla præcedente liquidatione. Quia placuit DD. responsio aliàs data huic obiecto in decisione emanata corã me sub die 14.

la-

quod idem pro habendis litteris Cambii dire-
ctis Mercatoribus Anconitanis soluerit de
3 precio † Saiarum communium , non autem
de proprijs pecunijs *Aym. cons. 129. nu. 3.* quem
sequitur *Ioseph. Ludouic. concl. 153. vers. fallit se-
cundo in fin.*

Cui quidem coniecturæ nō ; ista fuit aduer-
sari altera desumpta ex imperitia , & ignoran-
tia Bentiuoli , qui cum legere , & scribere ne-
sciret, inuerisimile est , quod fuerit ab alijs de-
putatus . Quia præterquam quod deputatio
Bentiuoli expresse legitur in albarano , seu
contractu Societatis , cessare videtur omnis
scrupulus ex testibus tàm pro parte Mercato-
rum , quàm pro parte eorumdem Felicis , &
Bentiuoli examinatis, qui deponunt Bentiuo-
lum , licèt ignarum , fuisse nihilominus saga-
cem , diligentem practicum , & aptum simi-
lia , & maiora peragere negocia, ipsumq; tan-
quam talē pluries fuisse ad vendendum depu-
4 tatum † vnde nihil refert , quod fuerit ignarus
dum erat sagax, & practicus . *ad text. in l. certi
Iuris. & ibi DD. C. de Iudic.*

Secunda Oriebatur coniectura ex quo præ-
fatas litteras Cambij conscribi curauit sub no-
mine ipsiusmet , & Anibalis consocij , & con-
deputati , ex qua quidem conscriptione † fa-
5 ctas communi nomine clara oritur præsump-
tio , quod pecuniæ fuerint communes *Bart. in
l. iura num. 1. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Roman.
cons. 291. num. 7. Menoch. cons. 12. Mantic. de tacit.
lib. 6. tit. 17. num. 3. Aym. d. cons. 120. num. 3. vers. in
hac difficultate .*

Coadiuuatur ista præsumptio, ex quo Ben-
tiuolus in dd. litteris summam pecuniarum
6 non specificauit, † quod verisimiliter fecisset,
si pecuniæ propriæ , & non communes fuis-
sent *Natt. cons. 358. num. 11. circa med. & num. 12.
circa fin. Aym. d. cons. 129. num. 8. circa med. Menoch.
cons. 80. num. 5.*

Quod maximè venit dicendum ex quo Ben-
tiuolus in negocijs peragendis erat accuratis-
simus , vt deponunt testes supradicti , vndè
nullo modo præsumi debet , quod proprias
pecunias absque declaratione, & specificatio-
ne quantitatis ipsum tangen̄ cum alius pe-
7 cunijs † commiscere illamque exactionem per
hanc commixtionem difficiliorem reddere
voluerit *ad text. in l. cum de indebito ff. de probat.
Aym. d. cons. 129. num. 6.*

Tertia pariter desumebatur coniectura ex
sequestro relaxato ad instantiam aliorum So-
ciorum iuncta negligentia eiusdem Bentiuo-
li, qui passus fuit pecunias per quinquennium
8 sub sequestro permanere , † quod verisimili-
ter tamdiù non distulisset , si pecuniæ pro-
priæ, & non communes fuissent iuxta doctri-
nam *Bart. in l. gerit. num. 21. vers. in contrarium de
acquir. hæredit. Alex. cons. 55. num. 2. lib. 5. Aym. con-
sil. 196. num. 9. Rota coram san. mem. Greg. XV. de-
cis. 307. num. 11. & decis. 521. num. 1.*

Pro quarta Coniectura allegabatur Con-
fessio Petri Angeli fratris , & procuratoris
Bentiuoli desumpta ex Iudiciali protestatio-
ne per ipsum facta contra Mercatores socios ,
iuncto decreto Iudicis , d. procuratore præ-
sente , & non contradicente emanato ad in-
stantiam Sociorum de exigendo dd. litteras
Cambij ad effectum deponendi , donec con-
trouersia inter ipsos terminaretur, ex qua qui-
dem confessione, vti emanata à persona de
9 veritate facti instructa , † vehemens oritur
præsumptio , quod pecuniæ contentæ in dd.
litteris fuerint communes, & non propriæ Bē-
tiuoli *Abb. in cap. dilectus num. 2. de procurat. Luc.
de Pennen. in l. 3. col. 5. vers. 155. præsumpt. C. de
apoc. public. lib. 7. Mascard. de probat. conclus. 396.
num. 1.*

Quinta oriebatur ex liberculo Societatis
scripto ab altero deputato in dd. nundinis Sa-
lerni , in quo explicitè apparet , pecunias
contentas in præfatis litteris Cambii merca-
toribus Anconitanis directis redactas fuisse
ex precio Saiarum illasq; ad Societatem per-
tinere, qui quidem liber licèt regulariter pro
scribente non probet contra tertium Inter ip-
10 sos tamen non † solum facit probationem
præsumptiuam, cum ad id quælibet Scriptu-
ra etiam informis sufficiat . *l. Instrumenta C. de
probat. Canal. dec. 142. n. 4. Caputaq. decis. 234. p. 1.*
Verùm lex scos oritur plena probatio , tum
quia ex consuetudine, de qua deponunt testes
11 in Summario , ità receptum † est inter Mer-
catores Asculanos *Rota decis. 650. num. 5. par. 1.
recen.* Tùm quia continet solum negocia so-
12 cialia , † quo casu inter Socios plenè probat.
*Seraph. decis. 600. num. 1. Rota decis. 641. nu. 5. par. 1.
13 recent.* etiam quod † non sit scriptus a Socio ,
sed à deputato nomine Societatis . *Menoch. de
arbitr. lib. 2. cas. 92. num. 9. Alex. cons. 186. nu. 1. lib. 1
Socc. cons. 291. numer. 14. lib. 2. Seraph. decis.
1368. num. 4. Rota decis. 377. num. 3. & 5. par. 1.
recent .*

Tùm etiam ex quo coadiuuatur ex deputa-
tione antedicta, ac ex alijs præsumptionibus
14 de quibus supra, † & infra dicetur , quo casu
concludenter probat *Canal. decis. 552. n. 2. Greg.
XV. decis. 302. n. 5. decis. 537. num. 1. & inter recent.
decis. 287. num. 1. par. 2. & nouissimè fuit firmatum in
Abbaten. Vineæ 5. Iulij 1622. coram R. P. D. meo
Durano .* Tùm denique ex quo Bentiuolus in
reuisione computorum , facta coram testibus
mediatoribus singulas partitas in d. liberculo
descriptas approbauit , vt iidem testes depo-
nunt in Summario Mercatorum *num. 7.*

Sexta denique, & vltima coniectura desu-
mebatur ex confessione extraiudiciali eiusdē
Bentiuoli , qui coram iisdem testibus Media-
toribus in actu reuisionis computorum inge-
nuè fassus fuit , pecunias in supra memoratis
litteris contentas prouenire ex pretio Saiarum
communium, easq; esse restituturum, quoties
illi refectæ fuissent pecuniæ furto ablatæ in
Ciuitate Neapolis , ex qua quidem confessio-
ne clarè colligitur, pecunias prædictas ad ma-
nus eiusdem Bentiuoli peruenisse , cum alias
eas restituere non promisisset , & cum ista
15 confessio † sit probata per testes contestes de
tempore , & loco , si admittitur pro plena
probatione iuxta opinionem Rotæ *coram Pu-
teo decis. 53. num. 1. lib. 2. & inter recent. decis. 406.
num. 3. & decis. 711. num. 3. par. 2.* multò magis in
pro-

proposito venit admittenda ad inducendam præsumptionem, cum ad id quælibet proba-
16 tio; † etiam per testes minus legitimos suffi-
ciat *Greg. decis. 427. num. 5. cum alijs ibi congestis*;

Quæ omnes coniecturæ eo clarius probant communionem dd. pecuniarum, quia inter se connectuntur, & ad inuicem adminicu-
17 lantur, & propterea simul iunctæ † concludentissimè probant, quod eæ vera pecuniæ fuerint communes ac Sociales. *Gratian. discept. forens. cap. 545. num. 16. cum alijs cumulat. per Crauett. d. consi. 129. num. 8. in fin. vers. ex quibus omnibus*.

Nec obstare visum fuit vnicum fundamentum pro parte Bentiuoli deductum, quod scilicet pecuniæ prouenerint ex alijs mercibus; quas ipse in nundinis Salerni vltra positas in societate asportauit: quia nec ex testibus pro parte eiusdem Bentiuoli examinatis, nec ex scripturis compulsatis visum fuit DD. id fuisse sufficienter probatum.

Testes enim licet probent transmissionem Saiarum, non tamen deponunt, quod Bentiuolus illas transmiserit ad computum proprium vltra positas in societate, prout expli-
18 citè hanc † qualitatem tamquam fundamentum partis probare debebant, cum sola transmissio sine d. qualitate non releuet ad tradit. *per Bart. in l. Fulcinius §. cum hoc num. 1. ff. quib. cauf. in possess. eat. Dect. in cap. licet causam num. 180. & seqq. de probat. felin. in cap. examinata num. 5. de iudic. Alexan. consi. vlt. num. 2. lib. 2. Rota Ianuen. decis. 6. num. 1.*

Partita verò extracta ex libro Gabellæ Castri S. Aegidij probat quidem transmissionem Saiarum ad nundinas, sed non concludit qualitatem pro parte Bentiuoli articulatam, nec dicit, quod illas transmiserit ad computum proprium vltra positas in societate, & sic non releuat ex iuribus supra proximè relatis.

Nec quidquam facit, quod Ballę Saiarum fuerint signatę signo, seu Merco proprio ipsius Bentiuoli, quia cum in Albarano, seu contractu societatis nulla fuerit facta conuentio, quod societas aliquo particulari signo vteretur, vnusquisque ex socijs poterat proprium signum apponere, nec ex eo necessariò inferri potest ad illam qualitatem, quod Ballæ sic signatæ fuerint transmissæ ad computum proprium vltra positas in societate, quæ qualitas in præsenti casu nec præsumi potest; quia stante præcedenti conuentione inita inter socios de transmittendo Saias ad nundinas, illasque vendendo communi no-
19 mine, transmissio † cum venditione inde sequuta præsumitur facta in exequutionem præcedentis tractatus, & sic communi non autem proprio, & particulari nomine Bentiuoli *iux. l. is, qui suis §. si ab ignoto ff. de manumiss. latè Gratian. discept. forens. cap. 893. num. 45. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 18. n. 16. Rota decis. 104. num. 5. par. 2. diuers.*

Et ita felice, Bentiuolo, & Mercatoribus informantibus fuit resolutum.

NARNIEN IVRISPATRONATVS.

Veneris 16. Decemb. 1638.

A R G V M E N T V M.

Immissio conceditur prouiso apostolico habenti suas litteras iustificatas.

S V M M A R I V M.

1 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ sunt exequendæ.*
2 *Decisiones rotales sunt supponendæ in alijs disputationibus.*
3 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum pro rata hereditaria.*

D E C I S I O CCCXXIV.

POSTQVAM in hac causa fuit resolutum sub die 13. Maij præteriti, gratiam Dominici Boncabli præsentati à Dionisio Cactellio ad beneficium iurispatronatus, de quo agitur esse iustificatam; proposui hodie dubium; An d. Dominico sit danda immissio in possessionem d. beneficij; & DD. affirmatiuè responderunt; Quia cum d. Dominicus habeat suam intentionem fundatam in gratia Papę & litteris Apostolicis, quas iam Rota censuit esse iustificatas ex rationibus in decisione sub d. die 13. Maij deductis, sequitur immissionem ei denegari non posse, quia litteræ Apo-
1 stolicæ, post quam fuerunt iustificatæ, † sunt exequendæ *c. si capitulo & ibi gloss. in verb. exequatur de præb. in 6. Mohed. decis. 13. num. 1. vt habet pend. Caual. decis. 638. num. 2. Rot. decis. 538. num. 2. par. 1. & decis. 605. num. 2. par. 2. recent.*

Nec visæ fuerunt obstare exceptiones, quæ iterum deducebantur ex parte Romuli aduersarij in suo memoriali ad excludendam iustificationem d. gratiæ, nempè quod non sit probatus valor beneficij, de quo agitur, per non excessum ducat. 24. & quod non probatur iuspatronatus spectare ad d. Dyonisium, quipro medietate præsentauit d. Dominicum, quia vtrumque probari fuit dictum in d. decisione in hac causa facta, vtraque parte informante coram me sub d. die 13. Maij, dum fuit actum de iustificatione gratiæ d. Domini-
2 ci, quæ decisio † in præsenti disputatione pręsupponitur, prout etiam venit præsupponenda alia decisio R. P. D. mei Pirouani sub die 23. Iunij 1631. vbi firmatur, bona Nicolai fundatoris huius patronatus remansisse libera apud Talphiniam, à qua causam habet d. Dyonisius mediante persona Catharinæ filiæ Postumiæ, cui d. Talphinia donationem fecerat omnium suorum bonorum vna cum Victoria altera eiusdem Talphiniæ filia.

Secundò non obstat, quod in d. donatione facta à Talphinia dd. Postumiæ, & Victoriæ non comprehendatur istud Iuspatronatus. Quia huic obiectioni pariter fuit responsum in d. decisione coram me §. *pertinentia denique*
3 *in fin.* vbi firmatur, † Iuspatronatus cum vniuersitate bonorum transire pro rata hæreditaria, vt vltra allegata in decisione tenent *Abb. in cap.*

in cap.ex litteris num. 10 de iur.epatr. Bero conf.78. num.2. Deci. conf.127.num.2.& 3. post med. ferret. conf.179.num.2.Rota decis.1152.di.3.par.3.diuers. Pub. decis.341. lib.2 Seraph. decis.725. per totum.

Et ita vna tantum &c.

ROMANA RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Luna 30. Ian. 1633.

ARGVMENTVM.

Emptionis contractus quando sit rescindendus ex eo quod emptor fuerit læsus vltra dimidiã iusti pretij, & qualiter ista computatio facienda sit.

SVMMARIVM.

1 *Computi ratio qualiter sit facienda ad hoc vt emptor dicatur læsus vltra dimidiam iusti pretij n.2.*

3 Glos. in l.2. C. de rescind. *vendit in verbo Iudicis tanquam inepta à multis I. C. tam antiquis quam modernis damnatur.*

4 *Emptor emens rem, cuius pretium iustum sunt decem ad effectum vt dicatur læsus vltra dimidiam necesse est vt emerit pro 21.*

5 *Venditio quando rescinditur propter læsionem tunc à iusto pretio detrahenda non est tertia sed superaddenda.*

6 *Tertia aut dimidia pars iusti pretij vt rescindat venditionem mensurari debet à re petita seu data & num.7.*

8 *In venditione si læsio vltra dimidiam esset in duplo nihil superesset aut remaneret.*

9 *Venditori magis non succurrendum quam emptori quando læsus est vltra dimidiam.*

10 *Emptor ex affectione potest induci ad aliquid emendum cariori pretio quam valeat.*

11 *Venditor vt plurimum necessitate rei familiaris vendere compellitur minori pretio quam rei valeat*

12 l.2C.de rescind. vendit. *non loquitur nisi in venditore & soli venditori prospicere volnit non autem emptori.*

Sed DD.interpratatiuè d. legem extenderunt etiam ad emptorem num.12.

13 *Læsio in emptione alicuius fundi vt dicatur adesse quid sit per emptorem probandum.*

14 *Pretij constitutio in venditione attendi debet tempore venditionis.*

15 *Peritus non æstimat nisi quod subijcitur ipsius oculis non autem de prætexito.*

16 *Et hoc procedit etiam si agatur de re Ecclesiastica vel inter personas Ecclesiasticas.*

17 *Læsio in contractu emptionis non potest allegari per eum qui scienter & diligenter instructus aliquid emit.*

18 *Et hoc præcipuè quando emptor non fuit vnus sed plures, & persona cauta.*

DECISIO CCCXXV.

SVB die 22. Iunij præteriti fuit in hac causa resolutum non esse locum rescissioni contractus, quia pro parte Patrum ministrantium Infirmis non probatur læsio: Cum etiam admissa relatione periti per ipsos electi pretium domus, de qua agitur non excedere tertiam partem, nisi in scut. 17. qui excessus videbatur cessare, stante quod ex testibus pro parte Cassandræ examinatis constabat de tempore cotractus in d. domo adfuisse Caput Apri marmoreum, quod valebat scuta 100. in circa cuius capitis æstimatio à peritis fuerat omissa: Hodie proposita iterum causa super ijsdem DD. steterunt in decisis.

Non obstat, quod pro parte dd. Patrum dicatur rationem computi non ita esse ineundam, vt superaddatur summæ 2456. tertia pars, videlicet summa 1228. nam illa est medietas summæ 2456. cum tamen debeat dari excessus tantum in tertia parte, vt puta in summa 818. 13. 4. quæ iuncta summę 2456. constituit summam 3274. 13. 4. adeò vt excessus erit in scutis 300. & vltra, non autem in 17. tantum, vt supponitur in decisione, & hunc esse ineundum calculum, vt videlicet emptore rescindẽte cõtractum ex capite lęsionis vltra dimidiam, qui emit pro decem v.g.
1 sufficiat, quod emerit pro 16. † vt videlicet decẽ
sint iustum pretium, quinque illius medietas,
& deinde vnum, in quo excedat medietatem
iux.glos. in cap.cum causa verb.dimidiam de empt. &
vendit. & glos.magnam in l.2.C. de rescind. vendit,
quam sequitur franc. decis.243. num.3. Gomes. uar.
resol.tit.de empt.& uendit.n.22.Couarr. uar.resol.li.
2 *27.cap.3.n.8.* ex quo infertur, si † quinque sunt
medietas iusti pretij decem in emptione, quod
tertia pars non erit nisi 3. cum dodrante.

3 Nam fuit responsum d. glossam † reprobari à multis tam antiquis, quam modernis
vtriusque Iur. Doctoribus, qui dicunt eam
esse ineptam, vt in specie allegati per *franc.vbi*
sup. ante num.3. Abb. in cap.cum dilecti. num.2. de
empt.& vendit.vbi & reliqui Canonistæ Bellaper.in
d.l.2.Specul.in rubr.de rescind. vend. num.11. Minsing.cent.4.obseruat.33.forner.li.2.select.c.19.Cuiac.
lib.16.obser.cap.18.facchin.controuers.lib.2.cap.16.
vers. illud longè probabilius. Viui. comm.opin. cap.
15. qui omnes concludunt, quod emptor
4 emens rem, cuius iustum pretium sunt decem
ad effectum, vt dicatur lęsus vltra dimidiam
necessè est, vt emerit pro 21. vt pote quod
vltra dimidiam, idem sit, ac vltra duplum
Capic.decis.159.num.24. adeò vt res, cuius iustum pretium sunt 20. dicatur empta vltra
tertiam iusti pretij, si empta fueria pro 31. neq;
5 enim à iusto † pretio detrahenda est tertia pars,
sed superaddenda *Rota decis.643. num.6. par.1.*
recent. Grat. conf.30. num.3. & 4. lib.1. qui dicit
6 † tertiam, & dimidiam mensurari debere rei
petitæ, siuè datæ *Marian. Socc.conf.98. num.20.*
7 *lib.2.* vbi quod attenditur † tertia vel dimidia
iuxta summam petitam *Gabr. conf.168. quæst.*
10.num.126.lib.1. Menoch.conf.156.num.36. lib.2.
Giurb. decis.110. num.5. & disertissimè facchin.
vbi supra vers. probatur hac sententia vbi respondet obiectioni, quod posita hac intepretatione constitueretur differentia inter emptorem, & venditorem, vt pote, quod in venditore, rei, cuius iustum pretium sunt 10. medietas lęsiua sint quinque, & in emptore, eiusdem

dem rei medietas lęsiua sint totidem, ac ip-
sum iustum pretium, & rationem reddit, quia
8 si † in venditione lęsio vltra dimidiam esset in
duplo, nihil superesset, aut remaneret, aliam
differentiam affert *Cuiac. loc. alleg.* nempè quod
9 venditori † magis est succurrendum, quam
10 emptori, cum hic ex affectione † possit indu-
ci ad emendum cariori pretio, quam res va-
11 leat, venditor † vero vt plurimum necessita-
te rei familiaris vendere compellatur minori
12 pretio, & re vera *l. 2. C. de rescind. vendit.* † non
loquitur nisi in venditore, & soli venditori
prospicere voluit, non autem emptori, sed
DD. interpraetatiuè d. legem extenderunt
etiam ad emptorem, vt notat *Hostien. in d. cap.
cum dilecti de empt. & vendit.*

Et prędicta magis procedunt in praesenti
casu ex eo, quod nulla videtur adesse, siuè
adfuisse lęsio, nam peritus pro Cassandra ele-
ctus aestimauit domum, de qua agitur, cum
Griptis, Viridario, & reliquis membris, &
pertinentijs suis in scutis 3923.45. iuxta men-
suram situs, parietum, areę, & similium, &
13 pro parte ministrorum non opponitur de ex-
cessu mensurae, nempè quod d. peritus super-
addiderit numerum mensurarum *iuxta decis.
554. n. 4. par. 2. recent.* sed quoad mensuras om-
nes periti sunt concordes, cum enim peritus
ęstimauerit res mensuratas non quidem in
pretio maiori, neque in minori, sed in pre-
tio medio, & res mensuratae existant, non po-
test dari de lęsione, etiamsi situs, & domus
postea casu in ęstimatione diminuta sint, quia
14 quoad constitutionem pretij † attendi debet
tempus venditionis. *Bart. in l. pretia rerum. num.
2. in fin. ff. ad leg. falcid. Bero. cons. 145. num. 11. lib. 1.
Aym. cons. 188. num. 4. Seraph. decis. 1494. num. 3. &
dicunt omnes in l. nam postea §. si minor. ff. de iureiur.*

In praesenti verò casu peritus Ministrorum,
super cuius relatione disputatur medio iura-
mento affirmat, se domum, de qua agitur,
ante diem, qua eam ęstimauit, nunquam vi-
disse, cum tamen contractus venditionis prę-
cesserit ęstimationem per quinque circiter an-
nos, adeòut non potuerit probè ęstimare,
etiamsi dicat, se habuisse respectum ad tem-
15 pus praeteritum, quia peritus † non ęstimat,
nisi quod subijcitur ipsius oculis, non autem
de praeterito *l. si voluntate C. de rescind. vend.*
16 etiam quod agatur de re † Ecclesiastica, vel
inter personas Ecclesiasticas *c. ad aures vbi glos.
in verb. tunc de reb. Eccl. non alien.*

Confirmatur hoc ipsum ex instrumēto em-
ptionis, in quo legitur, quod Patres Ministri,
antequam inirent hunc contractum, fecerunt
pluries per peritos inspicere hanc domum cū
suis annexis, & pertinentijs, & quod plures
habitae sunt inter ipsos Congregationes, in
quibus stante ęstimatione peritorum resolue-
runt deuenire ad d. emptionem, ex quo colli-
17 gitur nullam adfuisse lęsionem, † quae allega-
ri non potest per eum, qui scienter, & diligen-
ter instructus aliquid fecit *Bero. cons. 49. num. 32
18 li. 1.* praesertim quando † emptor non est vnus,
sed plures, & personae cautae, & non nisi priui-
legio minores *Aleiat. cons. 93. num. 4.* & hoc casu
non esse locum rescissioni contractus firmant
*Socc. cons. 48. in fin. lib. 4. Gabr. de empt. & vend.
concl. 2. num. 120.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA SVCCESSIONIS DE ALPHANIS.

Mercurij 1. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Perusinum sub rubr. 45. de dotat. mulier. excludens filias dotatas à successione &c. intelligitur de dotatis tempore delatae haereditatis, itaut dotatio superueniens illas non excludat à iure antea quaesito.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra sententiam lata est nulla, prima non reuocata.*

2 *Sententia lata contra sententiam sustinetur, quando prima apparet ex actis iniusta, & n. 3.*

4 *Sorores aequaliter cum fratribus succedunt in bonis maternis.*

5 *Statutum excludens mulieres dotatas à successione parentum censetur eas excludere ob habitam dotem ante delatam haereditatem, num. 6. & 7.*

8 *Haeres postquam adiuit haereditatem, si ab eo illa auferatur non dicitur exclusus à successione, sed haereditate iam acquisita priuatus.*

9 *Pater retinendo bona materna censetur nomine filiorum infantum haereditatem matris adiuisse.*

10 *Consensus praesumitur ex cursu longi temporis.*

11 *Pater ex quibus praesumatur voluisse adire haereditatem maternam nomine filiorum.*

12 *Possidentis assertioni statur, quo iure, vel nomine possideat.*

13 *Statutis censetur quis se conformasse.*

14 *Exclusionis qualitate cessante cessat & exclusio.*

15 *Statut. Perus. sub rubr. 45. de dotat. mulier. §. item si quis declaratur, & n. 16.*

17 *Statut. Perus. sub rubr. 45. de dotat. mulier. §. item si aliquis declaratur, & num. 22. 23. & 24.*

18 *Haereditatis fructus non debentur nisi post aditionem illius.*

19 *In statutis exclusiuis foeminarum propter masculos ab haereditate parentum non debet fieri extensio.*

20 *Ita quod non sufficiat identitas, sed requiratur maioritas rationis.*

21 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

25 *Fructus à die mortis veniunt in petitione haereditatis.*

26 *Specificatio aliqua non dicitur superflua etiamsi tacitè insit.*

27 *Singula singulis congruè referenda sunt.*

28 *Testes, vt probent aliquam obseruantiam, quid deponere debeant.*

29 *Obseruantia in materia exclusionis foeminarum ab haereditate parentum, vt releuet, debet esse certa, clara, vniformis in casu de quo agitur, & obtenta in contradictorio iudicio.*

DECISIO CCCXXVI.

OBIIT ab intestato Dianora Lamberta de
Alphanis, superstitibus Seuero, Martia,
& Hortentia eius filijs, ac Capitaneo Raphae-
le eius viro, qui quidem Raphael retinendo
dotem d. suæ vxoris longè post decennium
nuptui tradidit Capitaneo Balthasari de Ale-
xandris Martiam eius filiam cum dote scu-
tor. 2000. postmodum ipse decessit instituto
hærede vniuersali Seuero filio.

Verum cum d. Martia portionem sibi tan-
gentem ex hæreditate Dianoræ matris præ-
tenderet, immissionis iudicium contra Seue-
rum fratrem eiusdem hæreditatis possesso-
rem intentauit coram Locumtenente Guber-
natoris Perusiæ, à quo lata fuit sententia ab-
solutoria; sed commissa causa appellationis
in Rota Perusina, fuit non facta mentione
prioris sententiæ pronunciatum, prout in
prima, eidem Martiæ dandam esse immissio-
nem, à qua quidem sententia appellauit Seue-
rus, & obtinuit à Signatura causam mihi cō-
mitti cum clausula (Constito, quod sit locus
Aegidianæ) vnde dato dubio, an sit locus
Aegidianæ, cum pro parte Seueri deducere-
1 rur etiam † nullitas ex eo, quod non fuit re-
uocata prima sententia, *l. 1. C. quan. prouoc. non est
necess. cum alijs alleg.* DD. 10. Maij 1632. man-
darunt informari strictè super iustitia. Quia
si debetur successio, & consequenter est ex eis-
dem iniusta prima sententia, valida est secun-
2 da † illa non reuocata, & intrat Aegydiana, vt
in terminis tenet *Rota coram Puteo decis. 4. de Ae-
gid. & in Rauennaten. coram bon. me. Iusta post Pa-
cif. de salu. decis. 144. num. 4. &* 5. præsertim stan-
3 te clausula (quam, & quas) in commissione
appellationis adiecta, *Rota decis. 201. num. 1. & 2.
lib. 2. par. 3. diuers. coram Card. Caualerio decis. 42.
num. 3. & 5. decis. 69. num. 1. & 2. & in Spoletana
bonorum 20. Martij 1628. coram Eminentiss. Car-
dinali Virili*, & hodie firmando etiam iustitiam
locum esse Aegidianæ responderunt.

Iustitia enim d. sententiæ fundatur in dispo-
sitione iuris communis, qua attenta non po-
terat eidem Martiæ vti hæredi ab intestato
4 suę matris immissio denegari, † cum ea æqua-
liter cum fratribus esset admittenda ad *text. in
l. maximum vitium, C. de lib. præter. cum concord.*

Tota difficultas reducebatur ad intelligen-
tiam Statuti Perusini exclusiui fœminarum
sub *rubr. 45. de dotat. mulier.* An scilicet illud pro
exclusione filiæ à successione matris requirat
dotationem ante delatam, & aditam hæredi-
tatem, vel sufficiat dotatio superueniens; quia
si requiratur dotatio ante delatam, & aditam
hæreditatem, non potuit Martia per dotatio-
nem factam à patre post delatam, & aditam
hæreditatem maternam eadem hæreditate
priuari, secus verò si dotatio superueniens
sufficiat.

Circa quam inspectionem DD. ponderatis
verbis eiusdem statuti in principio ibi (si quę
mulier fuerit, vel erit dotata &c.) & inferius
(ipsa mulier dotata) & postea (exclusa mu-
liere dotata &c. habita dicta dote &c.) cen-
5 suerunt, † statutum non excludere nisi dota-
tas propter dotem, vt in terminis statuti Peru-
sini tenent *Corn. cons. 300. numer. 7. lib. 4. Eugen.
cons. 4. num. 55. & seqq. lib. 2. Rota coram san. mem.
Gregor. XV. decis. 565. num. 4. in Perusina bonorum
27. Iunij 1597. coram Gypsio, & in Perusina fidei-
commissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reue-
rendissimo D. meo Decano.* Quo casu ad hoc, vt
6 sit locus statuto, requiritur dotatio † ante de-
latam hæreditatem, vt in terminis statuti Pe-
rusini tenent *Bart. cons. 31. num. fin. lib. 1. Corn.
cons. 74. n. 7. & 8. vers. quod etiam alia ratione lib. 1.
cons. 94. num. 12. lib. 2. & cons. 300. num. 2. lib. 4. &
generaliter Cephal. cons. 5. numer. 69. Becc. cons. 102.
num. 20. Rolan. cons. 96. num. 10. & seq. lib. 4. Surd.
cons. 95. num. 33. in fin. 40. & 41. Sebast. Medic. de-
cis. Marchiæ 42. §. præterea, alijque cumulati.*

7 Multo magis dicendum est † fuisse necessa-
riam, antequam adita esset hæreditas mater-
na, vt firmant *Curt. sen. cons. 44. num. 21. Corn.
cons. 188. num. 16. lib. 2. Becc. d. cons. 112. nu. 2. vers.
quod sine dubio, Thesaur. decis. 101. num. 2. & 6. Se-
bast. Medic. d. decis. 42. in fin. & in terminis d. Statuti
Perusini tenet Corn. d. cons. 300. nu. 2. post med. vers.
& dato quod non sufficiat, & num. 3. cum seqq. lib. 4.*
8 Ea ratione, quia post aditam † hæreditatem
non esset exclusio à successione de qua solum
loquitur statutum, *Ias. in l. 1. §. veteres, num. 31.
& 33. ff. de acquir. poss. Rota in Bononien. de Armis
post Merlin. de legit. decis. 47. num. 6.*

Quod autem ante dotationem adita fuisset
hæreditas materna pro Martia, visum fuit iu-
stificari ex eo, quod de tempore obitus ma-
tris erat in infantili ætate constituta, quapro-
9 pter pater retinendo bona materna † cense-
tur nomine infantis hæreditatem matris eius-
dem adiuisse ad *tex. in l. si infanti, C. de iur. delib.
Surd. decis. 140. num. 10. Medic. d. decis. 42. vers. nam
respondetur, Morot. respons. 11. num. 1. Greg. XV. de-*
10 *cis. 421. num. 7.* cum præcipuè † retentio fuerit
longè vltra decem annos ante nuptias Mar-
tiæ, quo tempore præsumitur etiam con-
sensus ipsius Martiæ, *Bart. cons. 129. num. 2. lib. 1.
Corn. d. cons. 94. num. 12. & 15. lib. 2. Morot. d. re-
spons. 11. numer. 11. cum alijs allegatis per infor-
mantes.*

Maximè attentis declarationibus factis ab
ipso patre, dum in duobus instrumentis vo-
cauit Martiam, & alios filios hæredes matris,
& vti legitimus administrator illorum tam-
quam hæredum contraxit, quæ licet tunc tē-
poris inducere non possent aditionem pro
Martia tunc non infante, demonstrant tamen
11 ad sensum, patrem retinendo bona † mater-
na vsque à principio habuisse animum adeun-
di hæreditatem nomine filiorum, *Rota coram
Greg. XV. decis. 247. num. 18. & in recent. decis. 448.
num. 4. par. 3. & in præcisa materia aditionis in Ro-
mana hæreditatis, & Paragij dotis 20. Nouemb. 1617.
coram bon. mem. Buratto*, & quod stetur assertio-
12 ni possidentis, † quo iure, vel nomine ipse
possideat, *Alex. cons. 126. num. 4. ad fin. lib. 7. Greg.
XV. decis. 460. n. 12. & firmatur in Auximana spolij
10. Febr. 1620. coram bon. me. Buratto.*
13 Nec releuat, † quod pater stante statuto ex-
clusiuo fœminarum, cui censetur se confor-

mare, censeatur adiuisse pro masculo, non au-
tem pro fœmina à d. Statuto exclusa. Quia
hoc procederet, si statutum simpliciter vsque
à principio filias excluderet; secus quando
(prout hic) illas non excludit nisi dotatas, &
14 post dotationem, tunc enim cũ cesset † qua-
litas exclusionis, & hæreditas de iure tam fœ-
minæ, quàm masculo deferatur, præsumitur
patrem tam pro masculo, quam pro fœmina
hæreditatẽ adiuisse; vt in terminis similis sta-
tuti, patrem censeri etiam pro fœmina adiuis-
se firmant *Corn.cons.94.num.14.lib.2. Natt. cons.
74.num.10. Morot.d.respons.11.num.12. Medic.loco
supra citato*; & destruitur prorsus obiectum
attentis declarationibus patris, vt supra fa-
ctis.

Non obstat, quod statutum in §. *item si quis
etiam pater*; disponat, quod mulier dotata de
bonis paternis, & maternis exclusa remaneat
15 ab hæreditate vtriusque. † Quia ibi statutum
loquitur tantum de dotata à patre de bonis
paternis, & maternis viuente, non autem
(prout hic) mortua matre, vt patet ex verbis
subsequentibus, ibi (declarantes, quod mater
per talem dotationem non possit cogi ipsa
viuente &c.) quæ verba per viam declara-
16 tionis emanata clarè ostendunt, † statuentes
disposuisse in eisdem terminis dotationis factę
matre viuente, non autem ea mortua, *Calder.
cons.16. in princ. de præb. Castr.cons.338. numer.5.
vers. quinto quæro, lib.1. Dec. resp. 8. numer.211.
lib. 1.*

17 Minus obstat, quod statutum † in §. *Item si
aliquis pater* mãdet, quod fœminæ etiam inuitę
possint à fratribus dotari, & sic videatur com-
prehendere dotationem non solum post dela-
tam, sed etiam post aditam hæreditatem, pon-
deratis præsertim verbis subsequentibus, ibi
(excludatur à successione &c.) ac etiam à fa-
cultate petendi fructus pro rata suæ hæredita-
tis pro tempore tunc præterito, quæ verba
videntur comprehendere etiam casum aditio-
18 nis, cum fructus † non nisi post aditam hęre-
ditatem debeantur.

Nam placuit responsio, quod statutum ibi
loquitur particulariter de successione in bo-
nis patris, vel aui, & ideo non potest trahi ad
successionem in bonis matris, cum in his sta-
19 tutis † exclusiuis non debeat fieri extensio,
*Socc.cons.9.numer.7. & seqq. lib.3. Honded.cons.1.
num.13. & seqq. & 37.lib.1. Rot.dec.461.n.4. vers.
20 & mouebantur, par.2. recent.* vbi quod † non
sufficit identitas, sed requiritur maioritas ra-
tionis, & in *Narnien. successionis. 26. Nouembris
1629. coram R.P.D. meo Merlino, & in simili sta-
tuto Medic. d. decis.42. vers. vbi patet.* Sed exce-
ptio à supra firmata regula non excludit nisi
dotatas, & sic de tempore delatæ hæreditatis
facta in casibus ibi expressis firmat regulam
prædictam in casibus non exceptis, & ex pro-
21 missione dotationis post † delatam pro exclu-
dendo in dictis expressis censetur prohibere
in alijs, *Honded.cons.9.num.4.lib.2. Gabr.cons.108.
num.3.lib.2.*

Nec releuant verba subsequentia, ibi (& ha-
bita d. dote, ex tunc excludatur à successione
prædictorum patris, aui, & aliarum persona-
rum, de quibus, & prout supra dictum est.)
22 Quia verba prædicta † ibi (& aliarum perso-
narum) debent intelligi in casu dotationis,
ibi à statuto expressæ, & de personis descen-
dentibus à patre, vel auo, de quorum bonis
mulier dotata fuit, à quorum descendentium
successione statutum in principio limitate,
prout ibi dicit) excludit, non autem vbi su-
23 mus † extra casum d. dotationis, ibi expres-
sæ, & in matre, vt in terminis statutum in
hoc §. declarat, *Corn.cons.74.num.8. in fin. lib.1.
cons.156. num.1. vers. & materia videtur differens,
lib.2. & d.cons.300. sub num.4. & per tot. lib.4.*

Ideò non videbatur opus insistere in alia
responsione, quæ placebat nonnullis ex DD.
Statutum neque in casu mortis patris, vel aui,
in quo loquitur in hoc §. concedere faculta-
tem dotandi post aditam hæreditatem, cum
24 non exprimat, † & longè minor sit ratio ex-
cludendi post aditionem, per quam bona fue-
runt effecta filiæ, vt in puncto per plura firmat
Corn. d.cons.300. num.2. vers. & dato, & seq.lib.4.
25 non obstante d. exclusione à facultate peten-
di fructus, quia cum fructus à die mortis ve-
niant in petitione hæreditatis, *l. item veniunt,
§. fructus, ff. de petit.hæredit.* Statuentes ad maio-
rem cautelam specificarunt exclusionem ab
26 illis, quæ † specificatio etiam quod tacitè in-
esset, non dicitur superflua, *Mantic. de tacit.
lib.2.tit.12.num.30.*

Neque facit §. *& si casus euenit*. Quoniam
dum loquitur quocunque masculo, vel fœ-
mina decedente, dicendo, obseruetur prout in
præsenti statuto, intelligitur iuxta diuersita-
27 tem casuum supra expressorum, † singula sin-
gulis congruè referendo, vt dixit in specie
Eugen.d.cons.4.n.56. & 58.lib.2. Adeout, quoad
successionem maternam excludatur, si dotata
fuerit iuxta principium statuti; ex quo subsi-
stere non potest, dd. verba (prout in præsenti
statuto &c.) intelligi de præcedenti §. *Item si
aliquis pater*; cum in §. præcedenti contineau-
tur casus speciales mortis patris, vel aui, & iste
§. loquatur decedente quocumque masculo,
& fœmina, vt dictum est; præsertim quia sta-
tuentes vbi voluerunt se referre ad certum
§. id exprimebant, vt patet ex §. *Item decla-
ratur, in fin. ex §. si autem aliquis, & alibi.*

Nec demum obstare visa fuit prętensa con
traria obseruantia. Quia non probatur ex te-
28 stibus, cum non specificent casus, vt opus
est, *Alex.cons.45.num.1.lib.1. Paris.cons.27. nu.37.
lib.1. Rota in Cæsaraugustana fructuũ. 10. Iunij 1600
coram Corduba*, & loquantur, si acceptata à mu-
liere sit dotatio de bonis paternis, & mater-
nis, vel si dotatio non acceptata excedat por-
tionem dotatam tangentem, cum tamen ob-
29 seruantia, † vt releuet in hac materia, debeat
esse certa, clara, vniformis; in casu, de quo
agitur, & in contradictorio obtenta, iuxta ple-
nè firmata in d. *Narnien. successionis 22. Maij
1628. coram R.P.D. meo Merlino*; & sufficiat,
obseruantiam dici posse difformem, ne suffra-
getur, vt in facto, & in iure deducebatur per
informantes, per quos alias exceptiones con-

tra

ita immissionem tolli visum fuit DD.
Et ita vtraque &c.

ROMANA CASALIS.

Luna 6. Februarii 1634.

ARGVMENTVM.

Mandatum quando est iustum debet executioni demandari. Possessor pro indiuiso dicitur habere partem in qualibet gleba, & sic debet participare de fructibus omnibus eiusdem rei communis.

SVMMARIVM.

1 *Compossessor ratione consortii dicitur habere partem in qualibet gleba rei communis.*

2 *Diuisio praesumitur ex possessione alicuius ex possessoribus communibus longo tempore continuata super re iam communi.*

3 *Hoc procedit quando ambae partes quid possederunt secus si vna tantum pars possideat.*

4 *Locationes absque interuentu compossessoris facta eidem non praeiudicant.*

5 *Fructus, seclusa bona fide, quis non facit suos sed tenetur ad illorum restitutionem vero Domino ad quem spectant.*

DECISIO CCCXXVII.

DVELLIVS in Iudicio per eum intentato contra DD. de Serlupis super diuisione Casalis, quod pro rata rubror. 41 ÷ communiter cum eis possidebat obtinuit sententiam fauorabilem, qua fuit declaratum, eidem Vellio deberi ratam etiam in vineis per Serlupios in emphyteusim cõcessis vnà cum fructibus per eos perceptis tam ante, quam post motam litem, à qua quidem sententia appellarunt Serlupij, aditaque per eos Signatura, obtinuerunt quoad fructus à die motae litis rescribi in Rota cum clausula (sine praeiudicio legitimae exequutionis) quo verò ad fructus ante motam litem cum clausula (si quid exequendum) Quapropter proposui dubium circa secundam partem commissionis; An scilicet sententia, seu mandatum in vim d. sententiae relaxatum esset exequendum: Verùm quia pro parte DD. de Serlupijs ad retardandam exequutionem plura allegabantur respicientia tam nullitatem, quàm iniustitiam dicti mandati: DD. pro nunc Iustitię dicti mandati inhaerentes responderunt illud tanquam iustum esse exequendum, nisi obstent nullitates, de quibus mandarunt particulariter videri.

Iustitia visa fuit clara; Quia cum Serlupij ante intentatum Iudicium benè scirent communionem Casalis, quod ipsi pro indiuiso possidebant cum Vellio, sicuti tenebantur participem facere Vellium pro rata Casalis ipsum tangen, ità pariter ex dispositione *text. in l. 3. & 4. ff. comm. diuid.* tenebantur eum admittere ad participationem de omnibus fructibus, qui ad eorum manus peruenerunt, tam ex bonis emphyteuticis, quàm ex liberis quia Vellius ratione cõsortij in qualibet gle-
1 ba Casalis † suam partem habebat, *l. si quis putans, §. si fundus, ff. eodem l. Menius §. duobus. ff. de leg. 2. Federic. de seneconf. 159. sub num. 3. vers. modo sic. Greg. decis. 548. num. 10.*

Nec visa fuit releuare praetensa diuisio ex eo desumpta, quod Serlupij distraxerint nomine proprio vineas praedictas, viceque versa participem fecerint Vellium de fructibus pro rata rubrorũ 41 ÷ in reliquis bonis eiusdem Casalis absque eo, quod Vellius vnquã reclamauerit, & propterea ex cursu tanti tẽporis censeatur quoad istam partem distractã tacitè fuisse inductam diuisionem: Quia licet
2 cursu tam longi temporis† praesumatur diuisio iuxta *gloss. communiter approbatam in l. penult. C. comm. diuid.* Conclusio tamen procedit, quando ambae partes aliquid possident, secus
3 verò quando vnus † totam rem communem possidet (prout hic) cum soli Serlupij totum Casale semper possederint, licèt Vellio ratam fructuum soluerint, tunc enim ex dicta possessione quantumuis longaeua nõ potest oriri praesumptio diuisionis, vt in terminis fuit decisum coram *Achill. de Graff. dec. 2. de praesumpt.* prout ex eadem ratione nullum potest fieri fundamentum super taciturnitate Vellij, nisi cum ea concurrat actualis possessio illius in aliqua parte separata, vt benè declarat *Menoc. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 60. num. 4.*

Minus obstare dixerunt DD. quod Serlupij in locationibus Casalis semper exceperint vineas controuersas, tanquam spectãtes ad eos; Quia cum dd. locationes fuerint factę absq;
4 interuentu, & consensu Vellij, eum † non afficiunt, *vt tot. tit. res int. alios act.*

Denique non releuat, quod Serlupij antè motum Iudicium perceperint fructus dictae vineae bona fide, & proptereà eos fecerint suos; Quia dum ipsi sciebant Casale esse cõmune cum Vellio, & quod in qualibet gleba illius Vellius suam partem habebat, dum posteà sibi ipsis appropriarunt omnes fructus dictae vineae, quorum ratam partem Vellio restituendam esse sciebant, non potest dici,
5 eos fuisse in bona fide, qua sublata † omnis aequitas suadet, vt d. ratam per eos indebitè retentam restituant, ad *text. in l. domum, C. de rei vendic. & in l. fructus ff. eodem Rot. in Toletana pensionis 16. Februar. 1618. coram Eminentissimo D. Card. Pamphilio.*

Et ita vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Luna 6. Februarii 1634.

ARGVMENTVM.

Societatis effectuatio ex quibus coniecturis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Relatio operatur repetitionem omnium contentorum in illo ad quod fuit habita relatio.*

2 *Litteræ cambij factæ communi nomine semper præsumuntur factæ in executionem præcedentis societatis.*

3 *Præsumptionem facit qualibet scriptura quātumuis informis, & id operatur qualibet probatio per testes minus legitimos, num. 4.*

5 *Defectus in testibus suppletur ex numero.*

DECISIO CCCXXVIII.

PLACVIT DD. decisio emanata coram me in hac causa sub die 15. Decembris proximi præteriti, qua fuit firmatum, Bentiuolum teneri restituere pecunias, quas ipse exegit in Ciuitate Anconæ tanquam communes, & spectantes ad Societatem, prout de earumdem pecuniarum cōmunione dictum fuit plusquam sufficienter constare ex pluribus coniecturis in decisione ponderatis.

Quibus non visa fuerunt obstare, quę parte Bentiuoli allegabātur ad infringēdas singulas coniecturas in decis. ponderatas, & præcipuè primam desumptā ex cōtractu Societatis initæ inter Mercatores iuncta deputatione Bentiuoli, ex quibus desumebatur coniectura, quod omnia indè gesta per Bentiuolum circà dictas pecunias præsumantur facta in exequutionem præcedentis tractatus, contrà quam obijciebatur, dictam Societatem nonhabuisse effectum, Quia non probatur Bentiuolum fuisse deputatum.

Nam imò contrarium colligi visum fuit ex eo, quod omnes deputati adiuerunt Salernum, saiasque per socios transmissas vendiderunt, prout in Albarano fuit conuentum, pecunias communi nomine transmiserunt, aliaque plura gesserunt, quæ vti emanata in exequutionem d. Societatis concludentissimè probant illius effectuationem.

Deputatio verò Bentiuoli licet non legatur expressa in Albarano d. Societatis, ea tamen iustificatur ex depositionibus plurium testium, ac ex Albarano primæ Societatis initæ pro nundinis Anconæ, & Luceræ, in quo legūtur deputati Bentiuolus, Frācíscus Annibalis, & Decius Albertinus, quorum deputatio censetur etiam repetita in secunda Societate inita pro nundinis Salerni de qua nūc agitur nedum quia ista secunda fuit facta, & repetita in calce Albarani dictæ secundæ Societatis, verum quia legitur facta in renouatione primæ, & cum relatione ad superius
1 contenta, quæ renouatio, seù relatio † operatur, vt deputatio, omniaque in Albarano primæ Societatis contenta in hac posteriori Societate repetita censeantur ad tradit. per *Bald. cons. 114. lib. 2. Honded. cons. 85. lib. 1. num. 38. Hett. Felic. de societ. cap. 21. num. 28. Rota Ianuen. decis. 7. num. 7.*

Nec releuat, quod Franciscus Annibalis alter deputatus non iuerit Salernum, quia sat est, quod ipse vti ægrotus fuerit impeditus, & in suum locum subrogauerit Felicem fratrem, vt deponunt testes in Summ. d. Annibalis num. 2.

Minus releuat, quod nottulæ, & Cartulana Saiarum fuerint consignata Felici, nō autem Bentiuolo, & propterea de illis Felicem tantū teneri reddere rationē, vt firmatū fuit in alijs decisionibus in hac causa factis; nam fuit responsum satis esse, quod ipse Bentiuolus exegerit pecunias, vt patet ex Instrumentis quietantiatū datis in præterita positione, & quod illæ fuerint communes vti prouenientes ex pretio dd. Saiarum communium, vt pariter constat ex coniecturis in decisione ponderatis.

Altera coniectura ex conscriptione pecuniarum communi nomine facta in litteris Cambij, non tollitur ex allegato stylo inter Mercatores remittendi pecunias in communi pro maiori eorum commoditate. Quia vltra quod iste stylus pro parte Bentiuoli nō probatur, inuerisimile est, quod facta commixtione pecuniarum in litteris Cambij, saltem non exprimatur certa cuiusque summa vltra quod prædicta possent admitti si nulla inter Mercatores esset inita Societas, secus verò cum ea intercessit (prout hic) tunc enim semper militat præsumptio, quod litteræ cā-
2 bij factæ cōmuni nomine † sint factæ in exequutionem præcedentis Societatis, & sic nō pro simplici commoditate, sed pro vera, & reali socialitate ad *text. in l. is, qui suis, §. si ignoto, ff. de manumiss. cum aliis relatis in decisione.*

Coniectura verò, quæ desumitur ex liberculo Felicis, in quo pecuniæ prædictæ reperiuntur adnotatæ vti prouenientes ex pretio mercium pariter non infringitur ex eo, quod d. liberculus sit inordinatè scriptus. Quia ad
3 faciendam præsumptionem † quælibet scriptura etiam informis sufficit. *ad text. in l. instrumenta domestica, C. de probat. cum aliis relatis in decisione.*

Quod maximè venit dicendum stante consuetudine conficiendi tales liberculos concurrentibus præsertim acceptatione Bentiuoli & pluribus adminiculis pro realitate descriptorum ponderatis in decisione, quæ reuidetur.

Nec quidquam facit, quod in dicto liberculo sint adnotatæ Saiæ finæ, quæ fuerunt expressè à Societate exceptuatæ. Quia cum in Capitulis Societatis fuerit conuentum, quod vnusquisque Saias finas in nundinis transmittere posset cum hoc tamen, quod deputati illas vendere deberent nomine transmittentis, non autem nomine communi, vtique de illis quoque in liberculo debuit fieri adnotatio ad effectum scilicet, vt deputati de eis sicut de alijs communibus rationem reddere potuissent respectiuè.

Vltima denique coniectura desumpta ex confessione extraiudiciali eiusdem Bentiuoli benè subsistit, nec ea tollitur ex quo non fuit sufficiēter probata per testes singulares, & qui

pa-

patiuntur exceptiones. Quia ad faciendam
4 præsumptionem † qualibet probatio etiam, per testes minus legitimos sufficit, vt firmatur in decisione: Verum cessat obiectum ex facto, quia in eorum depositionibus apparet contestes de tempore, & loco, & licet aliquis eorum aliquam patiatur exceptionem defe-
5 ctus † iste suppletur ex numero. *Glos. in l. 3. §. 1. in verb. numerus. ff. de testib. Alex. cons. 5. nu. 7. lib. 1. Rota decis. 298. num. 6. p. 2. recent.*
Et ita vtraque &c.

PADVANA PRAEPOSITVRAE.

Veneris 10. Februarii 1634.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica iustificatur ex verificatione narratorum.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficii per obitum N. probatur nedum ex confessione partis venientis ex eadem vacatione, sed etiam ex fide obitus, necnon ex depositione testium, & num. 2.*
3 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Eminentiss. Card. Vicarii.*
4 *Nulla maior probatio confessione propria partis.*
5 *Familiaritas probatur ex rotulo familiarium quando non agitur ad effectum reseruationis ex familiaritate.*

DECISIO CCCXXIX.

DOMINI dixerunt gratiam D. Gabrielis esse iustificatam: Quia omnia narrata in eius litteris visa fuerunt sufficienter probata.

Vacatio siquidem d. beneficii per obitum Nicolai Grattæ vltimi possessoris in mense Augusti, qui cessante alternatiua est Sedi Apo-
1 stolicæ reseruatus, probatur † ne dum ex confessione D. Belli de eodem beneficio, prouisi, qui venit ex eadem vacatione per obitum d. Nicolai, *Put. dec. 171. num. 1. lib. 3. Caual. decis. 55. num. 3. Rot. decis. 401. num. 4. par. 2. recent.* Verum
2 etiam ex fide † obitus, de qua in Summ. n. 2. necnon ex depositione duorum testium tam super obitu, quam super possessione, de quibus in Summ. num. 4.
3 Clericatus verò patet ex † litteris patentibus Eminentissimi Cardinalis Vicarij, *Felin. in cap. post cessionem num. 15. de probat. Cas. de Graf. decis. vnic. de præsumpt. nu. 5. Rota decis. 16. de prob. in antiq. & coram Caual. d. dec. 55. nu. 10.*

Valor autem per non excessum ducat. 93. iustificatur ex confessione eiusdem Belli aduersarij, qui in sua possessione narrauit dictū beneficium non excedere ducatos 24. ergò multo minus non excedit 93. qua confessio-
4 ne † nulla est maior probatio, *l. 1. C. de confess. Aegid. decis. 168. num. 3. Rota d. decis. 401. numer. 4. par. 2. recent.*

Quod d. Gabriel sit oriundus ex Diœcesi Brixien. & præsens in Curia, constat ex testibus datis in Summ. nu. 5.

Demum quod sit familiaris Excellentissimi Principis Vrbis Præfecti, probatur tam ex dictis testibus Summ. num. 5. quam etiam
5 ex Rotulo † familiarium d. Excellentiss. Principis in quo d. Gabriel reperitur descriptus inter cæteros familiares Summ. num. 6. qui Rotulus, cum non agatur ad effectum reseruationis ex familiaritate, benè probat. *Sim. de Pret. de reseruat. q. 36. num. 11. Rot. decis. 584. nu. 11. & decis. 645. num. 3. par. 1. recent. & decis. 416. p. 3. lib. 3. diuers. Add. Greg. XV. decis. num. 166. n. 10.*
Et ita vtraque &c.

BVRGEN. CAPPELLANIAE.

Veneris 10. Febuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Rei iudicatæ requisita: Beneficium de iurepatronatus potest esse debitum filiis patrimonialibus; Præsentatio facta de non habente qualitates requisitas non sustinetur, & collatio transit ad ordinarium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vt transeat in iudicatum, quæ requirantur.*
2 *Sententiæ validitas probatur ex resolutione actorum si concurrant requisita de quibus* per Capucaq. decis. 260. pat. 2.
3 *Præsentatio facta de non habente requisita necessaria non sustinetur.*
4 *Et facultas conferendi transit ad ordinarium.*
5 *Præsentatio facta à procuratore sine mandato ad præsentandum non sustinetur.*
6 *Constitutio synodalis Burgen. non admittit coniunctum ad comparendum nisi vsque ad quartum gradum.*

DECISIO CCCXXX.

VACANTE Cappellania, de qua agitur, loci de Barcenilla Burgen. Diocesis, quæ est de iurepatronatus laicorum, & ex immemorabili obseruantia conferri solita filijs patrimonialibus d. loci, tres pro ea obtinenda coram Prouisore de partibus se opposuerunt, nempè Ioannes de Mazzaranas vti assertus procurator Io: Dominici de Bareda exteri præsentati à Didaco de Zacchalios d. beneficij patrono, Laurentius Diaz filius patrimonialis d. loci, & Didacus de Valentia nomine Ioannis Solorzani pariter patrimonialis;

Verùm d. prouisor Sententiam tulit, per quam exclusio prius Solorzano ex eo quod eius oppositio fuerat facta à procuratore mandatum non habente, declarauit præsentationem factam ad fauorem d. Dominici de Bareda non patrimonialis fuisse nullam, dictamque Cappellaniam vti ad se deuolutam ob non præsentationem filij patrimonialis à d. patrono in tempore factam d. Laurentio Diaz vti

vti habenti qualitates requisitas esse conferendam, prout illam contulit, à qua Sententia licèt dd. Bareda, & Solorzanus appellauerint attamen appellatio nō fuit per eos prosequuta; vndè hodiè contingit dubitari, an constet de re iudicata, quæ veniat exequenda: & DD. affirmatiuè responderunt.

Nam quoad rem iudicatam attinet, illa visa fuit patens. Quia cum à die Sententiæ; quæ lata fuit sub die 27. Martij 1632. elapsum fuerit ferè biennium, & post appellationem ab ea interpositam nihil amplius fuerit actum in causa, nec fatalia prorogata fuerint, vtique
1 illa deserta remansit, † & Sententia in Iudicatum transijt: *auth. ei, qui C. de temp. appell. Innoc. in cap. ex ratione in princ. de appellat. cap. cum sit & ybi DD. de appellat. lib. 7. cap. 5. num. 2. Cassad. decis. 8. num. 8. de appellat. Crescent. decis. 8. num. 6. eodem tit. Caual. 588. num. 1.*

Eam autem esse exequendam DD. non dubitarunt: Quia visum fuit constare de eius validitate, & Iustitia.

2 Validitas namque probatur † ex reuolutione actorum, in quibus apparet omnia requisita interuenisse, de quibus *per Caputaq. vulgat. decis. 260. par. 2*

Iustitia verò visa fuit etiam clara, quia ex tribus, qui huic Beneficio se opposuerunt, Laurentius dumtaxat habet qualitates requisitas ad illud obtinendum: Ideoque cum appareat solum de bono Iure Laurentij, meritò d. beneficium fuit à Prouisore illi collatū.

Qualitates siquidem Laurentij non possunt controuerti, nam de illis docetur, & quoad eius capacitatem de ea constat ex illius approbatione, de qua in *Summ. num. 13.* & quod sit filius patrimonialis d. loci de Barcenilla tàm ex latere patris, quàm ex latere matris apparet ex depositionibus testium, datis in *Summ. num. 14.*

Quod autem huiusmodi beneficium, quāuis sit de Iurepatronatus, conferri debeat filijs patrimonialibus d. loci probatur tàm per testes, qui dantur in *Summ. num. 1.* qui deponunt de Immemorabili, quàm etiam ex præsentatione, de anno 1549. effectuata ad fauorem Petri Diaz vti patrimonialis *Summ. nu. 6.* Quæ quidem probatio benè adminiculatur ex depositionibus dd. testium *Summ. num. 15.* asserentium Didacum patronum fassum fuisse, beneficium, de quo agitur, esse debitum filijs patrimonialibus d. loci.

Demùm quod Ordinarius potuerit conferre d. beneficium Iure deuoluto visum fuit probari ex eo, quia illud vacauit de mense Aprilis 1631. quamuis Didacus Patronus præsentauerit d. Baredam, attamen d. Bareda non est patrimonialis, ideò d. præsentatio nullius
3 fuit † roboris *Gonz. ad reg. 8. gloss. 9. §. 1. num. 83. Rota decis. 299. par. 1. diuers.* & propterea facul-
4 tas † conferendi fuit ad ordinarium deuoluta *cap. si verò 12. de Iurepatr. Sarnen. super regul. de Iure quæsit. quæst. 1. num. 10. Garz. de benef. par. 4. cap. 3. num. 14. & 71. Gonz. d. gloss. 9. § 1. nu. 94. Ant. August. in Epit. sub tit. de præb. cap. de modo prouis. num. 1.*

Sed vlterius visa fuit intrare deuolutio ex alio capite, nimirum quia præsentatio d. Baredæ coram Ordinario facta fuit à Ioanne de Manzanaras vti asserto procuratore d. Didaci patroni, de cuius tamen mandato ad præsentandum infra quadrimestre non apparet, vn-
5 dè d. præsentatio † non meretur attendi. *Lap. allegat. 22. in princ. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. p. 2. quæst. 1. art. 21. Rocc. in verb. Honorificum quæst. 5. num. 26. Rot. decis. 443. num. 3. par. 2. recent. Add. ad Greg. decis. 177. num. 7.*

Denique Iustitia d. Sententiæ respectu Solorzani, cuius oppositio fuit quoque ab ordinario reiecta, visa fuit etiam clara; nam quamuis d. Solorzanus esset patrimonialis, attamen Valentia, qui pro eo se opposuit, sufficiens mandatum ad se opponendum non habebat, ac proindè Iure meritò eius oppositio reiecta fuit.

Non obstat, quod d. Valentia potuerat se opponere nomine d. Solorzani ratione Coniunctionis Sanguinis. Quia huiusmodi facultas comparendi pro persona coniuncta fuit limitata ad personam coniunctam in quarto
6 gradu per constitutionem † Synodalem de qua in *Summ. num. 8.* qui gradus coniunctionis non probatur in dicto Valentia respectu d. Solorzani.

Et ità vna tantum &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE VARIS.

Lunæ 13. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

An fideicommissum dicatur purificatum per mortem alterius ex institutis sine filijs quando substitutio fuit concepta casu quo ambo decederent sine filijs.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum deficit deficiente conditione sub qua fuit ordinatum.*
2 *Substitutus sub conditione negatiua si sine filijs institutus obierit à testatore dicitur exclusus sub contraria conditione affirmatiua si decesserit cum filijs.*
Conditio si sine filijs censetur repetita in secunda substitutione si substitutiones sint coniunctæ per copulam &.
3 *Copula, Et, designat continuationem, & facit vt vna & eadem oratio censeatur.*
4 *Substitutionum vnitarum natura est vt vna assumat naturam alterius,*
5 *Aequalis determinatio est facienda inter vocatos.*
6 *Filij in conditione positi censentur dispositione vocati ex statuto Vrbis in cap. 142. lib. 1.*
7 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 142. habet locum etiam in transuersalibus.*
8 *Dictio alter est distributiua.*
9 *Dictio alter licèt numeri singularis non consumitur in primo, sed refertur ad omnes institutos.*
10 *Filij positi æqualiter in conditione diuerso iure censeri non debent.*
11 Decis. in Romana fideicommissi 27. Maij 1619. coram Sacrato declaratur.

DECI-

DECISIO CCCXXXI.

QVONDAM Marius Varus condidit testamentum, in quo vniuersales hæredes instituit Appium, & Martam eius ex fratre nepotes, & altero decedente sine filijs legitimis, & naturalibus alterum substituit, & ambobus decedentibus substituit Hospitale Beatæ Mariæ Consolationis de Vrbe.

Cumque obierit Appius sine filijs, & deinde obierit Marta cū filijs d. Hospitale prætendebat factum fuisse locum d. fideicommisso ad eius fauorem, quapropter causa in Rota mihi commissa, proposui dubium; An d. fideicommissum fuerit purificatum ad fauorē d. Hospitalis, & fuit negatiuè responsum.

Ratio resolutionis fuit, quia substitutio ad fauorem Hospitalis est facta in casu, quo Appius, & Marta hæredes instituti ambo decederent sine filijs; vndè cum per mortem Appij sine filijs eius portio vigore d. fideicommissi in Martam consolidata fuerit, ipsaque deindè Marta decesserit cum filijs, vtique de-
1 fecit conditio, & per consequens † fideicommissum ad fauorem Hospitalis expirauit *l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell. l. vnic. §. sin autem sub conditione ff. de caduc. toll. Oldrad. vulg. consil. 21 num. 2. Peregr. de fideic. art. 16. num. 116. & art. 51. num. 19. Caual. decis. 454. num. 1. & dec. 647. num. 2. Rot. decis. 486. sub num. 1. & decis. 519. n. 2. post med. par. 1. recent.* Testator enim substituit Hospitale sub conditione negatiua, nempè, si Appius, & Marta decesserint sinè filijs, ideo-
2 que visus fuit † sub contraria conditione affirmatiua, nempè si decesserint cum filijs, d. Hospitale excludere voluisse *l. aliquando ff. de condit. & demonstrat. Ruin. consil. 170. num. 4. lib. 3. Rot. d. decis. 519. sub num. 1. par. 1. recent.*

Non obstat, quod conditio (si sinè filiis) fuerit apposita solum in prima substitutione facta inter Appium, & Martam hæredes institutos non autem in secunda substitutione facta ad fauorem Hospitalis: Quia cum in prima substitutione fuerit expressè à testatore apposita d. conditio, si sinè filijs, eadem in subsequenti substitutione facta ad fauorem Hospitalis repetita censetur, cum dd. substi-
3 tutiones sint coniunctæ per copulam, † *Et*, quæ designat continuationem, & facit, vt vna, & eadem Oratio censeatur *Aret. cons. 1. num. 11. Socc. consil. 6. num. 9. Menoch. lib. 4. præsumpt. 178. num. 30. Gratian. discept. forens. cap. 773. nu. 28. Odd. consil. 96. num. 82. Fusar. de substit. quæst. 450. num. 2. Rot. decis. 143. num. 8. par. 1. & decis. 453. n. 3. par. 2. recent.* hæc namque est natura substitu-
4 tionum vnitarum, vt vna † sumat naturam alterius *Paris. cons. 18. num. 28. & seqq. lib. 2. Socc. cons. 249. num. 10. vers. tertia est lib. 2. Crauett. consil. 208. & seqq. Anchar. consil. 137. num. 2. Neuiz. consil. 72. num. 14. Menoch. d. præsumpt. 178. num. 30. & consil. 106. num. 291.*

Quod satis comprobatur ex eo, quia si testator noluisset repetere in secunda substitutione conditionem, si sinè filijs, & per consequens voluisset, quod Hospitale succederet, etiam si Appius, vel Marta decederent cum filijs, sequeretur, quod melioris conditionis fecisset Hospitale tertio loco substitutum, quàm dd. Appium, & Martam primos hæredes institutos, cum ipsi ad inuicem aliter
5 succedere non possent, † nisi in casu, quo alter eorum decederet sine filijs. *Bursatt. cons. 246. num. 12. lib. 3. Cephal. consil. 196. num. 18. Odd. d. consil. 95. num. 93.*

6 Et cessat difficultas, quia cum † filij Martæ fuerint positi in conditione, ac per consequēs censeantur vocati ex Statuto Vrbis in c. 142.
7 lib. 1. † quod etiam in transuersalibus habere locum fuit resolutum *coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 264. num. 2. & coram bon. mem. Vbaldo in Romana fideicommissi de Surdis 27. Februarij 1617.* perindè est, ac si testator illos expressè substituisset, & dispositiuè vocasset, dicendo, quod si Appius decederet, cum filijs, succedant filii, si autem sinè filijs, succedat Marta, & pariter quod si Marta decederet cū filijs, succedant filij, si autem sinè filijs, succedat Hospitale, vt in terminis Statuti explicat *Gabr. cons. 115. vers. vndè sit lib. 1. Peregr. de fideic. art. 28. num. 3. Gratian. discept. forens. cap. 747. num. 17. lib. 4. Fusar. de substit. quæst. 470. n. 9. Surd. decis. 66. num. 13. Gregor. XV. decis. 337. num. 3.* vndè eum, filij Martæ sint vocati in primo gradu substitutionum, manifestè sequitur, illis extantibus, Hospitale tertio loco substitutum succedere non posse.

Nec subsistit, solum filios primi morientis fuisse positos in conditione non autem filios secundi Morientis: Quia fuit responsum verba testatoris ibi, *& altero decedente sinè filijs alterum substituit*, referri ad vtrumque Institutum,
8 cum dictio † alter sit distributiua *Barbos. de dict. dict. 19.* quæ licèt sit numeri singularis, † non
9 tamen consumitur in primo, sed refertur ad omnes institutos *Bart. cons. vlt. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 13. num. 29. & 30. cum alijs sibi relatis*, ac proindè cum d. conditio qualificet vtramque personam tàm Appij, quàm Martæ sequitur, quod existentia filiorum vniuscuiusque excludat Hospitale substitutum, eadem enim ratione, qua testator voluit filios instituti primi morientis excludere primo loco substitutum, eadem quoque censeri debet
10 voluisse † filios secundo loco morientis excludere secundo loco substitutum cū equaliter filij vtriusque sint in conditione positi. *Rot. decis. 133. num. 6. par. 1. recent.*

Vndè non obstat *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. numer. 9. cum alijs ab Informantibus pro Hospitali allegatis*: Quia dd. Doctores loquuntur in casu, quo testator plures hæredes instituit, quibus separatas fecit substitutiones; & quoad vnum adiecit conditionem (si sinè filijs) quoad alium verò illam omisit, quo casu conditio, quæ vni fuit adiecta, non censetur repetita in alijs, in quibus fuit omissa: at in casu nostro d. conditio (si sinè filijs) non fuit apposita vni tantum ex hæredibus institutis, sed vtrique (vti fuit ostensum supra.)

11 Nec visa fuit applicari decisio † in Romana fideicommissi 27. Maij 1619. coram Sacrato,

to, in qua fuit dictum, conditionem (si sine filiis) appositam Legato scutorum 200. non censeri repetitam in alio legato scutor. 600. Quia d. conditio erat apposita in legato diuersæ summæ, & facto diuersæ personæ, ac proinde conditio vni legato apposita in alio repetita, non censebatur, at in casu nostro agitur de substitutionibus copulatè factis, iisdem personis, & in quibus eadem ratio vocationis militat; ideoque conditio in prima substitutione apposita etiam in secunda repetita censetur.

Et ita vtraque &c.

BENEVENTANA SALIVM.

Veneris 17. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Bona in executionem capta tunc præsumuntur esse debitoris, quando apud ipsummet reperiuntur; secus si penes tertium. Antidatæ suspicio, & simulationis præsumptio in apocis ex quibus coniecturis excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Bona in executionem capta præsumuntur esse debitoris taliter, quod alleganti contrarium incumbat onus probandi.*
2 *Hoc procedit, quando bona de tempore executionis reperiuntur possessa ab ipsomet debitore.*
3 *Bona præsumuntur eius penes, quem reperiuntur, vel à quo possidentur.*
4 *Bona debitoris si reperiantur penes tertium de tempore executionis tunc onus probandi, quod dd. bona sint debitoris ad creditorem non autem tertium possessorem spectat.*
5 *Possessio efficacissimam præbet coniecturam, quod bona sint illius penes, quem reperiuntur.*
6 *Administrator possidens bona Domini præsumitur ea habere, & administrare nomine Domini, & non proprio.*
7 *Testes si non sint formiter examinati, non probant.*
8 *Fraus vt excludatur semper interpretatio fauorabilis sumi debet.*
9 *Diuersitas in dubio, & non identitas præsumitur.*
10 *Emptio potest etiam probari per apocam trino teste munitam.*
11 *Possessionis titulus benè remanet iustificatus si doceatur de titulo habili ad eam transferendam.*
12 Text. in l. scripturas C. qui potior. in pign. hab. quando cesset.
13 *Antidatæ suspicio in scriptura priuata cessat si in contrarium adsint coniecturæ.*
14 *Simulatio non datur sine causa.*
15 *Venditio non præsumitur facta in fraudem creditoris si tempore venditionis venditor non erat debitor.*
16 *Simulatio debet probari per coniecturas vrgentes, & efficaces.*
17 *Simulatio de facili destruitur ex contraria præsumptione.*
18 *Persona diues bonæ conditionis, & famæ non præsumitur per actum simulatum velle illaquceare animam suam ob præiudicium tertij.*
19 *Personæ bonæ qualitas dicitur coniectura sufficiens ad excludendam omnem fraudis, & simulationis suspicionem.*

DECISIO CCCXXXII.

VITUS Antonius Dauid obtinuit ad sui fauorem mandatum Rotale pro ducatis 3468. contra Franciscum de Angelis, & Bartholomeum Balsamum arrendatores Salium Ciuitatis Neapolis, illudque exequi curauit super quibusdam Salibus existentibus in Ciuitate Beneuenti tamquam ad ipsos spectantibus; huius exequutioni se opposuit Ioannes Pennella vti dd. Salium dominus: Quapropter deuoluta causa per viam appellationis ad Rotam, mihique commissa, dedi dubium, an constaret de aliquo Iure d. Pennellæ super dd. Salibus, quod d. exequutionem impedire valeret, eoque hodiè proposito: DD affirmatiuè responderunt; ea moti ratione.

1 Quia licèt regulariter bona † in exequutione capta præsumantur esse debitoris, taliter quod alleganti contrarium incumbat onus probandi *iux. decisionem fan. mem. Greg. XV. 402. num. 2. glos. in l. 1. C. de priuil. fisc. cum alijs cumulatis in Lucana, seu Fesulana Abbatiæ num. 27. Iunij 1626. coram Buratto.* hoc tamen procedit,
2 quando bona de tempore † exequutionis reperiuntur, vel possidentur ab ipsomet debitore, quo casu tertius veniens ad impugnandam exequutionem sub prætextu, quod bona in exequutionem capta sint sua propria, id concludenter probare tenetur, secus verò quando bona possidentur à tertio tunc enim cum ipse tertius habeat præsumptionem Iuris pro
3 se, ex quo bona præsumuntur illius penes quem reperiuntur, vel a quo possidentur *ad text. in l. ob maritorum & ibi Salicet. num. 4. C. ne vxor pro marit. Bald. in l. 1. num. 1. & 2. C. de priuil. dot. Socc. cons. 128. sub num. 1. vers. tertia conclusio & vers. quarta conclusio & cons. 131. num. 6. lib. 1. Alex. cons. 112. n. 2. & seqq. lib. 6.* onus probandi bona in exequutionem capta esse debi-
4 toris incumbit Creditori, † non autem tertio possessori *iux. glos. in l. 1. in verb. restituantur in fin. & ibi Add.* quam perpetuò esse menti tenendam tradit *Bart. ibidem num. 2. C. de priuil. fisc. & in l. à Diuo Pio §. si super rebus nu. 4. vers. aut istam rem ff. de re Iudic. Alex. ibidem num. 9. Iaf. eundem num. 9. Castr. num. 8. & melius in cons. 143. num. 9. vers. & si quæritur lib. 1. Rot. coram Greg. XV. decis. 22. num. 3.*

Ex quibus benè sequitur, quod cum Sal, de quo agitur, non fuerit repertum penès Angelum, & Balsamum debitores, sed penès tertiū nempè Pennellam, vt patet ex relatione exequutoris, onus probandi illud spectare ad dd. debitores incumbat Dauidi creditori, non autem Pennellæ tertio possessori,
5 qui (vt supra dictum est) † habet intentionem fundatam in sua possessione, quæ efficacissimam præbet coniecturam, quod Sal ad ipsum spectet, non autem ad Creditores *iux. tex. in l. ob maritorum cum alijs supra relatis.*

6 Nec visum fuit releuare, quod Pennella fuerit

fuerit minister, & Institor eorumdem Angeli, & Balsami debitorum, vt videntur deponere testes vigore monitorialium examinati, & propterea præsumatur habuisse, & admi-
6 ministrasse † Salia, antedicta tanquam minister prædictorum debitorum, non autem vti
7 dominus Quia, vltra quod prædicti † testes non fuerunt formiter examinati, & sic eorum reuelationes tanquam extraiudiciales non probant *Cas. de Gras. decis. 2. num. 13. de sponsal. Seraph. decis. 106. num. 3.* non pereuntiunt tempus exequutionis, sed longè ante, & sic possunt intelligi, antequam Pennella emerit Salia;
8 prout interpretari † debent ad excludendam fraudem *Decian. consil. 2. n. 66. & seqq. lib. 1. Cephal. consil. 75. n. 8. Rolan. à Vall. consil. 40. n. 2. & 3. lib. 2.*

Vltraquod Dauid nō probat Sal in exequutionem captum esse illud idē, quod prætendit habuisse Pennellam ab Angelo, & Balsamo tamquam eorum administratorem, proutprobare deberet, quia in dubio diuersitas, † non
9 autem identitas rerum præsumitur *Rota decis. 7. num. 1. par. 4. recent. sine secunda in recentiss.* Quæ præsumptio eo magis in præsenti casu videtur admittenda, ex quo Pennella docet per
10 apocas emptionum † subscriptione testium munitas (quæ benè probant emptionem saliū ad *text. in §. 1. instit. de empt. & vendit. Gabr. de præsumpt. concl. 3. num. 1. lib. 1. Rot. coram S. M. Greg. XV. decis. 328. num. 1.*) se pluries emisse Salia à
11 diuersis Mercatoribus ex qua emptione † remanet etiam iustificatus titulus possessionis ipsius.

Nec in proposito aduersus dd. apocas vide-
12 tur vrgere † *tex. in l. scripturas. C. qui potior. in pign. habeant.* Quia cum dd. apocæ non solum sint trino teste munitæ, sed etiam roboratæ attestatione Notarij, ac adminiculatæ ex quietantia solutionis facta cum interuentu aliorum trium testium, non potest in eas cadere suspi-
13 cio Antidatæ, quæ † semper cessat, dum in contrarium concurrunt tot. & tam vrgentes coniecturæ, & adminicula *Seraph. decis. 379. n. 1.*

Minus subsistitr quod dd. apocæ emptionū
14 præsumantur simulatæ; quia † non datur simulatio sine causa. *Paul. Castr. in l. Iurisgentium. §. dolo malo. ff. de pact. Alex. cons. 11. num. 1. vol. 3. Dec. cons. 463 num 8. Mascard. de probat. concl. 448. num. 1. Rota decis. 7. de donat. in nou. & decis. 5. num. 4. par. 2. recent.* Quæ quidem causa in præsenti casu non adest, nec aliqua, quæ releuet, allegari potest.

Respectu enim Cauiottoli nulla potest allegari causa, quia nullū habebat interesse cum Dauide Creditore, nec cum Angelo, & Balsamo debitoribus: Respectu verò Angeli, & Balsami idē dicendum: Quia de tempore, quo
15 † ipsi vendiderunt Salia Pennellæ, adhuc non erant declarati debitores Dauidis, & propterea non potest dici, quod voluerint vendere Salia in præiudicium illius.

Nec releuant coniecturæ pro parte Dauidis allegatæ ad probandam simulationem, quia vilæ fuerunt leuissimæ, & parui momenti,
16 cum tamen ad hunc † effectum requirantur vrgentes, & efficaces *Rot. decis. 207. num. 1. post secundum vol. cons. Farin.* Vltra quod etiam si ex
17 iis † posset oriri aliqua suspicio simulationis, ea tamen eliderétur ex contraria præsumptione desumpta ex qualitate personæ Pennellæ,
18 qui cum sit Mercator, diues, † bonæ conditionis, & famæ, non est præsumendum, quod voluerit per huiusmodi actum propriam animam illaqueare, quam coniecturam desum-
19 ptam ex qualitate † personæ admitti ad excludendam suspicionem simulationis, & standis tenet *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. num. Capoll. cons. 21. num. 35. in Criminal. Farin. cons. 152. num. 7.*

Et ita vtraque &c.

LVCANA HORARVM.

Veneris 17. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Attentata quæ dicantur Appellatio ad vtrumq; effectum admittitur à visitatione iudiciali, secus in extraiudiciali ex forma Concilij Trid. cap. 10. sess. 24. de reform.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt gesta appellatione pendente, & veniunt reuocanda.*
2 *Appellatio non datur suspensiua a decretis factis in visitatione.*
3 *Appellatio datur ad vtrumque effectum à decretis factis in visitatione quando fuit fabricatus processus & Episcopus iudicialiter processit.*
4 *Appellatio de iure præsertim Canonico datur à quocumque grauamine.*
5 *Signatura simpliciter causam committendo habet sententiam pro appellabili.*

DECISIO CCCXXXIII.

FVIT lata sententia à Vicario Lucano, per quam fuit declaratum non licuisse, nec licere Priori, & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ SS. Ioannis, & Reparatæ Ciuitatis Lucanæ mutare horam, & tempus celebrandi Missas, aliaque Diuina Officia in d. Ecclesia, sed ea esse celebranda in horis consuetis ex veteri more; ab hac sententia pro parte Capituli fuit appellatum, & pendente appellatione, causaque in Rota commissa, d. Vicarius ad nonnulla præcepta pęnalia, & ad alios actus contra d. Capitulum processit; quapropter proposito hodie dubio; An constaret de attentatis, quæ veniant reuocanda, affirmatiuè fuit responsum.

Attentata siquidem sunt clara: Quia cum dd. Prior, & Capitulum appellauerint, & infrà legitimam tempora à d. sententia, & post appellationem ab eis interpositam, imò etiam post Inhibitionem Rotalem intimatam d. Vicarius ad prædictos actus contra dd. Capitulū, & Priorem processerit, attentata excusari non
1 possunt, quia regulare est, quod gesta † appellatione pendente sunt attentata, & veniunt reuocan-

nocanda. *vt tot. tit. ff. nih. non. appell. pend. & C. vt lite pendente cap. non solum de appellat. in 6. cap. post appellationem 2. quæst. 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 75. Rota diuers. decis. 6. num. 1. par. 2. & decis. 478. num. 3. & decis. 637. num. 1. par. 1. recent.*

Nõ obstat, quod d. sentẽtia non fuerit appellabilis ex eo, quod fuerit lata in exequutionẽ asserti decreti facti à Visitatore Apostolico de anno 1575. in quo disponitur Diuina Officia celebranda etiam in d. Ecclesia ex veteri more & sic versemur in casu Concilij Tridentini in
2 cap. 10. sess. 24. de reformat. prohibentis † appellationem suspensiuam à decretis factis in visitatione.

Quia DD. non visum fuit nos versari in terminis Concilii, quod solum habet locum in casu, quo Episcopus procedit in visitatione extraiudicialiter, & per viam correctionis; secus verò, quando (prout hic) formauit processum, & iudicialiter processit; Quia tunc
3 admittitur † appellatio quoad vtrunque effectum: vt pluries fuit declaratum per Sacram Congregationem Concilij vt refert *Paul. Bertus. in prax. Crimin. Regul. tit. 27. Barbos. de off. & potest. Episc. alleg. 73. num. 32. in fin. vers. sed si Episcopus cum seqq. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 26. num. 10. post. med. vers. quod si ageretur Suar. de pact. in prax. tom. 2. quæst. 5. cap. vnic. numer. 14. Ianuen. in prax. Archiep. cap. 18. num. 1. vers. alias si vt Iudex.*

Accedat, quod in asserto Decreto facto à Visitatore de anno 1575. nihil disponitur circà horas celebrandi Diuina Officia, sed in eo dicitur dumtaxat, vt illa celebrentur ex veteri more; Cumque non fuerit probatum, qua hora Diuina Officia ex veteri more celebrarentur ante annum 1575. & dd. verba (ex veteri more) referri possint vel ad dies celebrationis, vel ad personas celebrantes, vel ad aliud simile, & non ad horas; vtique d. Vicarius declarando d. decretum esse intelligendum de horis expressis in d. sententia potuit inferre grauamen, à quo bene datur appellatio; cum regulariter de Iure præsertim Canonico detur
4 appellatio † à quocunque grauamine. *clem. 1. de seou. poss. glos. penult. in cap. ex conquestione. & ibi Bald. n. 5. Panorm. in 5. notab. de restit. spoliat. Couarr. pract. quæst. cap. 23. num. 8. Rot. decis. 391. num. 3. par. 2. recent.*

Et cessat difficultas; Quia Signatura habuit
5 sententiam pro appellabili, ex quo illam † simpliciter in Rota commisit. *Imol. in cap. Pastoralis. num. 6. de appellat. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 6. num. 31. & seqq. & fuit resolutum in Romana Vineæ 10. Decembris 1621. coram Manzanedo. & in Vrbeuetana bonorum 26. Iunij & 27. Martij 1624. coram Card. Vbaldo.*

Et ita vna tantum &c.

OVETEN FRVCTVVM ET EXPENSARVM.

Vener. 17. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Fructuum ac expensarum liquidatio quando dicatur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Officiali attestanti de re spectante ad suum officium plene creditur.*
2 *Libri Capituli probant contra Canonicos.*
3 *Testes dicuntur contestes in minori summa licet vnus plus dicat quam alter.*
4 *Distributiones quotidianæ non comprehenduntur in condemnatione fructuum perceptorum.*
5 *Limitatur quando de illis iu condemnatione fuit facta expressa mentio.*

DECISIO CCCXXXIV.

FVIT responsum pro Augustino informante, nempe liquidationem fructuum, & expensarum; de quibus agitur, esse faciendam in summa ducatorum 1072. monetæ Hispaniæ, quia liquidatio pro d. summa visa fuit sufficienter iustificata.

Constat enim ex relatione facta per computatorem massæ redditnum Capituli Oueten, quod Ioannes Aduersarius à die 19. Decembris 1629. vsque ad 6. Maij 1633. de quo tempore d. Augustinus possessionem Canonicatus accepit, lucratus fuerit, seu lucrari potuerit Merapetinos 353492. Quæ relatio cum sit facta ab Officiali d. Capituli presente Notario, ac de mandato Iudicis pro liquidandis fructibus à Rota deputati, benè probat, cum
1 Officiali † de re ad eius officium spectante plena sit adhibenda fides *Lap. alleg. 77. num. 6. Rota decis. 573. num. 6. par. 3. lib. 3 diuers. & decis. 525. num. 5. par. 2. recent.*

Eoque magis quia d. relatio fundatur in libris d. Capituli Oueten, qui contra ipsos
2 Canonicos † sufficienter probant, eum huiusmodi libri sint communes, qui propterea probant contra singulos, qui sunt de communitate. *Ias. in repetit. l. admonendi num. 137. ff. de iureiur. Caputaq. decis. 156. num. 1. par. 2.*

Rursus apparet ex testibus datis *in sum. num. 2.* Canonicos d. Ecclesiæ lucratos fuisse distributiones quotidianas, anniuersaria, & alias obuentiones pro seruitijs præstitis, eaq; ascendisse quolibet anno ad summam regalium 988. qui testes cum sint Canonici eiusdem Ecclesiæ, benè probant, & quamuis sint singulares, ex quo primus deponit de d. summa regalium 988. alter verò deponit de summa regalium 1013. attamen cum in maiori summa insit minor, censentur contestes † super
3 minori summa, in qua concordant *ex notat. per Farinac. qui testatur de communi in tract. de testib. quæst. 64. num. 233. Alex. cons. 54. num. 6. & 7. lib. 5. Cuman. cons. 17. n. 1. vers. nam verum est Seraph. decis.*

decis. 111. num. 2. Greg. XV. decis. 558. num. 2. & ibi Add. num. 9.

Non obstat, quod appellatione fructuum non veniant distributiones quotidianæ, cum illæ non sint de corpore beneficij, sed dentur dumtaxat interessentibus ratione seruitij personalis, & propterea in condemnatione fru-
4 ctuum perceptorum dd. distributiones † non compræhendantur *cap. vnic. vbi DD. de cleric. non resid. in 6. Prob. in addit. ad Io. Monach. in d. cap. vnic. num. 2. de cleric. non resid. in 6. Couarr. var. resolu. lib. 3. cap. 23. num. 1. Cassad. decis. vnic. de cleric. non resid. Boer. decis. 340. num. 3. Caputaq. decis. 29. par. 2. cum alijs relat. per Monet. de distrib. quotid. par. 1. quæst. 6. n. 1.* Quia d. conclusio non procedit quando (prout hic) de illis facta fuit expres-
5 sa † mentio; nam tunc de Stylo Rotæ in condemnatione fructuum veniunt etiam distributiones quotidianæ. *Mohed. decis. 6. in fin. de præben. Put. decis. 233. num. 3. & 4. lib. 1. Lancell. de attent. par. 3. cap. vlt. num. 36. Gonzal. ad reg. 8. §. 7. proœm. num. 156. Monet. de distrib. quotid. d. quæst. 6. num. 16. Rota decis. 618. num. 2. par. 1. diuers.*

Demum iustificatur etiam liquidatio pro expensis litis in summa regalium 264. vt constat ex attestationibus Notariorum cuiuslibet instantiæ, de quibus *in sum. num. 4. 5. & 6.* Quæ partitæ simul iunctæ constituunt d. summam ducatorum 1072. monetæ Hispaniæ, vt apparet ex calculo, de quo *in sum. num. 7.*

Et ita &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI de GVIDIS.

Veneris 31. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Scientia testamenti ex quibus resultet ad effectū vt concordia desuper inita sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio de diuidendis bonis recuperandis facta in forma Cameræ debet exequi sequuta recuperatione.*
2 *Transactio non visis nec lectis verbis testamenti non sustinetur.*
3 *Transactio sustinetur ex scientia in genere contentorum in testamento.*
4 *Productio inducit scientiam in producente eius quod continetur in scriptura producta.*
5 *Scientia contentorum in testamento arguitur ex illius mentione cum die, anno, Notario & substantia.*
6 *Scientia contentorum in testamento comagis resultat in hærede extraneo transigente.*
7 *Scientia præsumpta sufficit pro sustinenda concordia.*
8 *Renunciatio cum iuramento omni iuris & legum auxilio inducit renunciationem etiam* l. de his ff. de transact.
9 *Obligationis Cameralis executio non retardatur per exceptiones turbidas, requirentes altiorem indaginem.*
10 *Lis non dicitur extincta si sententia non fuerit executioni demandata.*
11 *Transactio sustinetur ex euentu incerto litis de tempore transactionis.*

DECISIO CCCXXXV.

PLACVIT DD. decisio facta in hac causa coram me sub die 27. Iunij præteriti, in qua fuit resolutum relaxandum esse mandatum ad fauorem Io. Matthæi Bussij, & Io. Lucæ de Fabijs contra Io. Baptistam, & alios de Bernis pro duabus ex tribus partibus medietatis bonorum de quibus agitur, quia fundamentum decisionis visum fuit adhuc subsistere. Nam cum dd. de Bernis ex vna, & dd. Bussius, de Fabijs, & Panicatus partes ex altera inierint concordiam, in qua promiserunt diuidere inter se pro medietate omne id, quod recuperaretur de hæreditate q. Antonij de Guidis, & dd. de Bernis iam recuperauerint à Francisco de Alexandris 16. loca Montium, & censum scut. 735. in sorte, benè sequitur dd. Bussio, & de Fabijs hodie agentibus deberi ratam dd. bonorum, pro quorum diuisione
1 dd. de Bernis in forma Cameræ † se obligarunt *Gallesi. de obligat. Camer. quæst. 2. Seraph. decis. 955. num. 2 cum alijs in decisione allegatis.*

Nec visa fuerunt obstare ea, quæ tunc deducebantur pro parte dd. de Bernis contra d. concordiam, super quibus etiam placuit DD. hodie audire partes. Et primò non obstat, quod illa facta fuerit non visis, nec lectis ver-
2 bis testamenti d. q. Antonij, ideoq; illa † non subsistat ex dispositione *text. in l. de his ff. de transact.* Quia vltra quod ad validitatem tran-
3 sactionis sufficit, quod transigentes † habuerint scientiam in genere eorum, quæ in testamento continentur. *vt not. Bart. in d. l. de his num. 6. Castr. num. 7. Iaf. num. 14. id. Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 17. de verb. obligat. Alexan. conf. 11. num. 15. lib. 2. Natt. conf. 145. num. 3. Becc. conf. 108. num. 28. latè Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 2. num. 3. & seqq. Rota decis. 714. num. 2. p. 2. recent.* fuit responsum obiectum cessare tum ex eo, quia dd. Berni egerunt in Iudicio vti fideicōmissarij ex d. testamento, & illud in actis produxerunt,
4 † quo casu præsumitur, eos habuisse scientiam eorum, quæ in d. testamento disponebantur *Peregr. de fideic. art. 52. num. 104. 9. & 10. cas. Menoch. conf. 87. num. 57.* tum etiam quia in d. concordia facta fuit expressa mentio de d. testamento cum die, anno, Notario, & sub-
5 stantia testamenti, ex qua † specifica, & indiuiduæ descriptione benè pariter oritur præsumptio scientiæ contentorum in testamento *Castr. conf. 59. num. 3. lib. 1. Becc. d. conf. 108. num. 22. vers. & quia idem Camillus. Fusar. de substit. quæst. 594. num. 23. Cranett. conf. 193. num. 7. vers. idem si probaretur lib. 1. Mantic. de tacit. d. lib. 26. tit. 2. num. 19. Rot. d. decis. 714. num. 8. par. 2. recent.*

Et confirmatur, quia cum dd. transigentes
6 † essent hæredes extranei, verisimiliter concordare non poterant super d. hæreditate, nisi prius fuissent certi de ipsius testatoris dispositione *Peregr. d. art. 52. num. 114. 3. cas. Mantic. vbi*
7 *supra n. 7.* quam scientiam præsumptam sufficere pro validitate cōcordię dixerunt *Ossasch. decis. 112. num. 20. Paris. conf. 15. num. 77. num. 12. Mantic. de tacit. d. tit. 2. num. 6. Becc. d. conf. 108. num. 29. cum alijs ibi relatis.*

Et visum fuit cessare difficultas, quia in d. concordia fuit expressè renunciatum cum iuramento omni Iuris, & legum auxilio, quo casu
8 censetur quoque † renunciatum d. l. de his cū codē iuramento vt firmāt *Becc. d. conf. 108. n. 30 & 34. vbi plures cumulat Peregr. d. art. 52. num. 49. Mantic. de tacit. dicto titul. 2. num. 33. vers. cæterum. Fusar. dicta quæst. 594. num. 16. Surd. conf. 267. numer.* 11.

Secundò non obstat, quod etiam dd. Bussius, & de Fabiis recuperauerint quædam bona d. q. Antonij, quæ tamen non communicarunt cum dd. de Bernis, prout tenebantur iuxta d. conuentionem: Quia hoc in facto non iustificatur, quod illi quidquam recuperauerint vltra ratam sibi debitam iuxta conuentionem prædictam, & quod sit communicandum.

Tertiò non obstat, quod expensæ litis fuerint factæ à dd. de Bernis, quas prius esse reficiendas fuit conuentum in d. concordia: quia fuit responsum, expensas litis esse hinc indè factas, easque esse illiquidas ideoque impedire non posse exequutionem obligationis Ca-
9 meralis, † quæ non retardatur per exceptiones turbidas, & requirentes altiorem indaginem, *Cassad. decis. vnic. num. 2. de mut. petit. Rota decis. 686. num. 2. p. 2. rec.*

Denique non obstat, quod per sententiam A.C. fuerit declaratum dd. Io. Baptistam, & alios de Bernis esse de Cippo testatoris, & sic cum clara esset exclusio dd. Busij, & de Fabijs à successione d. q. Antonij, d. transactio corruat vti facta super re liquida, & clara: Tum quia huic obiecto fuit responsum in decisione alias in hac causa emanata coram R.P.D. Verospio sub die 25. Iunij 1629. nempè dictā sententiam non iustificari ex actis, ac proindè de ea rationem haberi non posse, quæ responsio etiam hodie DD. placuit: Tum etiam quia in omnem euentum à d. sententia fuit appellatum, & quatenus non fuisset appellatum, sententia non fuit exequutioni demandata,
10 adeò vt lis † non possit dici pœnitus extincta *Sarnen. in reg. de annal. q. 44. & de trienn. q. 61. ad fin. Achil. de Grass. decis. 181. vt lit. pend. Put. decis. 302. per tot. lib. 4. Mohed. decis. 3. circa fin. vt lit. pend.* & sufficit, quod de tempore dictę transactionis euentus litis fuerit incertus, quod
11 satis est ad effectum sustinendi transactionem quidquid postea fuerit subsequutum, *Rot. dec. 715. num. 2. par. 2. rec. cum aliis allegatis in decisione, qua reuidetur.*

Et ita vna tantum &c.

EVGVBINA DISTRIBVTIONVM.

Veneris 28. Aprilis 1634.

ARGVMENTVM.

Fructus Beneficiorum diuiduntur in tres species quæ sint, & quorum fructuum species spectet ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Distributionum nomine late sumpto vocabulo omnes fructus beneficiorum comprehenduntur.*
2 *Fructus beneficij alii sunt fructus prebendæ qui dantur tam præsentibus, quam absentibus.*
3 *Alij dantur præsentibus, & interessentibus ratione seruitii personalis qui verè dicuntur distributiones quotidianæ.*
4 *Alii sunt de massa qui non dantur absentibus, sed præsentibus licet non interessentibus.*
5 *Fructus massæ grossæ quando dicantur.*
6 *Distributiones verò quotidianæ transmittuntur ad hæredes.*
7 *Fructus massæ grossæ non transmittuntur ad hæredes, sed accrescunt Capitulo, vel successori si tunc electus reperiatur.*
8 *Ratio est quia vti fructus succedunt loco præbendæ & de illis sicuti de præbenda iudicatur, & num.* 11.
9 *Testes reddentes causam scientiæ plenè probant.*
10 *Eo magis si ex alys circumstantiis sint coadiuuati.*
12 *Ordinariorum attestationibus plurimum deferendum est circa qualitatem fructuum beneficiorum.*
13 *In distributionibus quotidianis nullo modo cadit spolium.*
14 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
15 *Probationes leuiores sufficiunt quando non agitur de firmando statu Ecclesiæ principaliter, sed tantum incidenter.*
16 *Dictio (Tunc) est taxatiua temporis.*
17 *Ex possessione de præsenti non resultat possessio de præterito.*
18 *Obseruantia subsequuta in omni materia maximè debet attendi.*
19 *Consuetudo exclusiua hæredum in successione distributionum debitarum defuncto vti fauorabilis Ecclesiæ est præscriptibilis.*
20 *Sententia lata ad vnum effectum non parit rem iudicatam in iudicio diuerso.*
21 *Sententia vt afficiat debet iustificari ex actis & sine istorum iustificatione non transit in iudicatū.*
22 *Testes examinati ad vnum finem & effectum non probant in alio iudicio & ad diuersum effectum.*
23 *Testibus adminiculatis in concursu magis venit deferendum.*

DECISIO CCCXXXVI.

HAEREDES q. Præpositi Montegranelli prætendentes sibi de iure deberi ratā partem omnium fructuum per Capitulum Eugubinum exactorum, & eumdem Præpositum pro tempore, quo Ecclesiæ inseruiuit, tangeñ, egerunt pro illorū consecutione corā A.C à quo pronūciari obtinuerunt omnes d. Ecclesiæ fructus in distributionib. quotidianis cōsistere, illorūq; partem d. Præpositū tangeñ pro rata temporis quinq; mensium, quo ipse Ecclesiæ inseruiuit, eisdem hæredibus deberi, ad illorumque solutionem Capitulum, & Canonicos teneri; à qua quidem sententia appellauit Capitulum, causamque appellationis committi obtinuit R.P.D. Androsillę, qui ex nouiter deductis sententiam prædictā reuocauit, & Capitulum, & Canonicos à pe-

titis

titis absoluit, causa postmodum deuoluta ad Rotam, mihique commissa proposui dubiũ, an sententia vltimo loco lata esset confirmanda, vel infirmanda.

Et pro faciliori dubij resolutione placuit DD. disputationem diuidere in tres partes distinguendo in primis materiam distributionum, deinde firmando statum Ecclesiæ postmodum resoluendo dubium, & contrarijs respondendo.

1 Circa primum firmarunt nomen distributionum latè sumpto vocabulo omnes fructus comprehendere, *Gonz. ad reg.8.§.7. proem. num.205. Monet. de distribut. par.1. quæst.9. num.33. Garz. de benef. par.3. cap.2. num.440. & 441.*

2 Qui quidem fructus in tres species diuidũtur, alij enim sunt fructus Præbendæ, † qui dantur tam præsentibus, quam absentibus, iuxta *Oldrad. conf.118. num.4.*

3 Alij dantur præsentibus, & interessentibus ratione seruitij personalis, qui verè dicuntur distributiones † quotidianæ, iux. *text. in capite vnic. de cleric. non resid. in 6. vbi Prob. ad Monach. num.12. glos. in extrauag. vlt. in princ. verb. in totum post med. vers. distributiones enim, ne sed. vac. aliquid innou. Put. decis.365. num.2. lib.2. in correct.*

4 Alij verò sunt de massa grossa, qui non dantur absentibus, † sed præsentibus, licèt nõ interessentibus, & de istis loquitur, *text. in cap. olim de verb. significat.* qui fructus massæ grossæ

5 tunc dicuntur, quando † Canonicatus non habent præbendas distinctas, sed omnes fructus recolliguntur in communi, & postea fit distributio singulariter infrà annum certo determinato tempore *iuxt. glos. in dicto cap. vnic. in verb. plus duo de cleric. non resid. in 6. extrauag. cum nonnulla §. præterea cum in aliquibus de præb. Prob. ad Monach. in d. cap. vnic. num.60. Felin. conf. 18. num.6. vers. modo ijs. Io. de Anan. conf.87. nu.5. in addit. vers. his etiam Put. d. decis.365. num.3. & 4. lib.2. Garz. de benef. d. q.3. cap.2. num.440. Rot. dec. 449. num.1. par.2. recent. & in Conchen. fructuum prima Iunij 1578. coram Rubeo apud Garz. supra cit. num.441.*

De prima specie fructuum præbendarum non est agendum, quia in Ecclesia Eugubina non adsunt præbendæ distinctæ, prout infrà dicetur.

6 Secunda verò species fructuũ, qui dantur ratione interessentiæ, & seruitij personalis, cũ sint veræ distributiones quotidianæ, † sunt transmissibiles ad hæredes, iuxt. opinionem *Gemin. in cap. vnic. §. qui verò num.3. Anchar. nu.4. de Cleric. non resid. in 6. Redoan. de spol. q.1. num.26. Gonz. ad reg.8. §.7. proem. nu.165. Caputaq. dec.92. num.3. par.1.*

7 Tertia species fructuum, qui dicuntur de massa grossa, licet debeantur præsentibus, & non interessentibus, non tamen debentur hæredibus, quia non sunt debiti singulariter, sed Capitulo, taliter quod si Canonicus ante diuisionem moriatur, portio ipsum tangeñ accrescit Capitulo, vel successori, si tunc electus reperiatur, non autem ad hæredes † trãsmittitur iuxta *Magistrale conf. Cald. 21. de prob. per tot. cap. relatum il secondo de testamen. Calder. conf.2. num.2. vers. tertius casus de pecul. Cleric. Felin. in cap. Iacobus nu.1. de simon.* & ratio est, quia vti fructus succedunt loco præbendæ, verè dicuntur fructus beneficij, & de illis sicut

8 de † præbenda iudicatur, *Innoce. in cap. dilectus il primo de præb. nu.2. & in cap. ex parte de concess. præb. Prob. ad Monach. loc. allegat. in 6. Bologn. in addit. ad Ioan. de Anan. supracit. conf.83. Garz. de benef.3. par. cap.2. num.440. Rot. decis.449. num.1. par.2. recent. & in Conchen. fructuum coram Rubeo apud eumdem Garz. de benefic. dicta 3. part. capit.2. num.441.*

Quo verò ad præsentem statum Ecclesiæ, duo pariter DD. firmarunt, vnum quod in Ecclesia Eugubina nullæ adsunt præbendæ distinctæ, quod inter partes nõn controuertitur, sed omnes redditus remanent penès Capitulum, à quo colliguntur, & distribuuntur inter Canonicos æqualiter excepto Præposito, qui duplicem portionem habet.

Alterum quod ex ijsdem redditibus, seu fructibus scuta decem cuilibet Canonico, viginti verò Præposito quolibet mense assignãtur, & ex istis scuta quinque tantum dantur pro actuali seruitio, in qua quantitate cadit punctatum, taliter quod Canonicus, vel Præpositus ob non præstitum seruitium non nisi scuta quinque amittit, reliqui verò fructus sunt de massa grossa, qui certo designato tempore distribuuntur, & in isto statu Ecclesiam reperiri, & ita obseruari probant testes in secunda Instantia pro parte Capituli exa-

9 minati, qui cum reddant † causam scientiæ plenè probant, *Felin. in cap. cum causam colum.2. de testib. Bald. in l. Presbyter num.17. C. de Episc. & Cleric. Ruin. conf.145. num.6. vol.5. cum alijs cumulat per Gabr. de testib. concl.4. num.59.*

10 Maximè cum sint adiuti tum ex præsumptione Iuris, qua Canonicatus cum non possit esse † sine præbenda, *cap. relatum de præb. Rot. decis.33. sub num.1. de rescript. & decis. 19. in fin. de præb. in nou.* præsumendum est predictos

11 redditus, qui sunt de massa grossa † succedere loco præbendæ, *Innoc. in d. cap. dilectus il primo, de præb. & cap. ex parte de concess. præb. cum alijs supra relatis.*

Tum ex relationibus plurium Episcoporũ in Sacra Congregatione Concilij, dum limina Apostolorum visitarunt, vbi quod Canonici præter distributiones quotidianas habent communem massam inter eos, & inter non interessentibus distribui solitam, vt in Summar. Capituli num.16. quibus attestationibus plu-

12 rimum est deferendum † tanquam emanatis à personis de statu Ecclesiæ informatis, *Rota coram fel. mem. Greg. XV. decis.433. num.7.* Tum denique ex concordia, seu compositione inita cum Camera Apostolica de soluendo sc.7. quolibet anno ad effectum euitandi spolium quæ cõpositio clarè demonstrat fructus massæ grossæ succedere loco prebendę, cum alias non fuisset opus d. compositione, si omnes predicti fructus essent verè distributiones quo

13 tidianæ, in † quibus nullo modo cadere posset spolium ad tradit. *per Redoan. de spol. d. q.1. num.27. Gonz. super regul.8. de mens. & alternat. d.*

§.7.præm.num.173.Cassad. decis.6. in princ. & sub num.9.in fin.vers.ex quib.de prac.

Adminiculantur insuper ex libris capitu-
laribus, vbi notantur puncturæ iuxta mo-
dum supradictum, ac etiam ex eo quod ipse-
met Præpositus Montegrancllus ità obserua-
uit recipiendo distributiones iuxtà modum,
& ordinem supra firmatum, ex quo sequitur
14 quod non possit † ab eius hæredibus impu-
gnari *vulg.l. cum à matre C.de rei vendic. l.ex qua persona ff.de reg.iur.l.post mortem ff.de adopt. Mant. decis.106.num.4.*

Prædictaque omnia faciliùs visa fuerunt
DD. procedere ex eo, quia non agitur de fir-
mando statu Ecclesiæ principaliter, sed inci-
15 denter, quo casu † leuiores probationes suf-
ficiunt, *ad text.in cap.causam, qui fil.sint legit. Gemin.cons.27.num.8. Rot.decis.34.numer.19. part.2. diuers.*

Ex his igitur supra firmatis facilè deduci-
tur resolutio dubij pro tertia inspectione re-
seruata; Cum enim in Ecclesia prędicta quo-
tidianæ distributiones, quæ dantur ratione in-
teressentiæ pro actuali seruitio, consistant in
d. menstrua quantitate scutorum 10.& 20.re-
spectiuè, non autem in reliquis fructibus de
massa grossa, sequitur confirmandam esse
sententiam vltimo loco latam ad fauorem
Capituli reuocatoriam primæ, quæ detegi-
tur iniusta, ne dum ex eo, quod firmat om-
nes fructus cõsistere in distributionibus quo-
tidianis; Verum etiam quod dd.fructus pro
rata Præpositum tangen. spectent ad illius hę-
redes, quia vt supra firmatur, solum distribu-
tiones, quæ consistunt in illa menstrua quan-
titate, ad hæredes sunt transmissibiles, de qua
quidem quantitate in præsenti non agitur,
cum ea soluta fuerit à Capitulo ante senten-
tias.

Nec obstat præcipuum fundamentum dd.
hæredum desumptum ex Bulla secularizza-
tionis hujus Ecclesiæ à Leone X. obtenta, in
qua cautum reperitur, quod omnes fructus
cedere debent in distributiones quotidianas,
quia verba Bullæ prædictæ sunt restricta ad
fructus bonorum per Capitulum tunc tem-
poris possessorum ibi (omnes, & singuli
fructus ex Mensæ Capitularis bonis, quæ nũc
in communi possidentur in æquales portio-
nes &c. diuidantur in quotidianis distribu-
tionibus dumtaxat) ponderata dictione (nunc)
16 quæ † est taxatiua temporis, *l.4.§.vlt.ff.de cond. & demonstrat. Menoch.cons.14.numer.3. & cons.21. num.6.* cum alijs per eum congestis; Vndè
nisi probetur quantitas fructuum, & bonorũ,
quæ de tempore secularizzationis à Capitu-
lo possidebantur, non potest ex d. Bulla de-
sumi concludens probatio, quod omnes fru-
ctus, & bona, quæ nunc à Capitulo possiden-
tur sub dispositione d. Bullæ comprahendan-
tur, sed potius, quod portio menstrua, quæ
subijcitur puncturis, sit de fructibus bono-
rum, quæ dicta mensa capitularis tunc tem-
poris possidet, & quod fructus de massa gros-
sa proueniant ex bonis post secularizzationẽ
à Capitulo acquisitis, cum nõ sit præsumen-
17 dum, quod Capitulum † retroactis tempo-
ribus omnia bona possederit, quæ de præsenti
habet, *Bald.in l.ex persona C.de probat. Soccin.sen. cons.89.num.19.lib.1. Menoch. consil.21. numer.6. in fin.*

Quod suadetur etiam ex obseruantia subse-
quuta vsque ad præsentem diem, quæ in pro-
18 posito † maximè attendi debet *Becc.cons.101. num.49. Surd. cons.346. num.32.* & in terminis
firmauit *Rot.coram Mantic. dec.296. num.1.* tali-
ter quod hæredibus contrarium prętendenti-
bus incumbat onus probandi *Rot. decis.45. sub num.1. de appellat.in non. Seraphin. decis.1139. numer.1.& 2.*

Vltra quod potuit induci consuetudo ex-
clusiua hæredum in successione distributionũ
debitarum defuncto (quod quidem non re-
fragatur Bullæ Leonis, quæ licet videatur
firmare statum huius Ecclesiæ in distributio-
nibus quotidianis, tamen circa earũdem de-
lationem ad hæredes magis, quam ad Eccle-
siã nil disponit) vndè cessante obstaculo Bullę
19 cõsuetudo vti † fauorabilis Ecclesię est ratio-
nabilis, & consequenter præscriptibilis, *cap.consuetudo in fin.dist.1. Abb.in cap.fin. num 5. de consecrat.* etiam spatio decem annorum, *Abb. in d. cap.fin.nu.11. & communiter DD.de consuet. Felin. in cap. ad Apostolicam num. 3. de Simon. Rota in recent. decis.365.num.4.par.2.*

Nec pariter visa fuit obstare sententia bon.
me. Guicciardini, qua fuit pronunciatum,
omnes prædictæ Ecclesiæ redditus consistere
in dictis distributionibus quotidianis, quia
cum non sit emanata ad effectum illas trans-
mitteñ ad hæredes, sed ad alium effectum,
20 non parit rem iudicatam † in hoc iudicio,
Surd.decis.250.num.6. & proinde non attendeñ
etiam si ex ea ponderetur resultare tacitam
confessionem Capituli *Salic.in l.1 n.37. vers.est enim confessio de confess. Surd. dicta decis. 250. sub numer.6.*

Eoque minus cum ex actis nõ iustificetur,
21 prout de stylo Tribunalis iustificari † deberet
Rota decis.81.num.6.par.1.& decis.594.num.4.p.2. recent.

Denique non obstant alij testes pro parte
eiusdem Capituli de anno 1598. examinati,
quia fuerunt pariter examinati ad alium finẽ,
22 & effectum, & sic in hoc iudicio † non pro-
bant. vt alias firmauit, *Rota in Romana Meliorامentorum 31.May 1631.coram me.*

Præsertim concurrentibus depositionibus
aliorum testium nouiter pro parte Capituli
examinatorum contrarium deponentium,
qui in concursu veniunt præferendi, cum il-
23 lorum dicta sint adminiculata ex libris Capi-
tularibus, ex compositione facta cum Came-
ra; ex relationibus Episcoporum, & ex ob-
seruantia subsequuta, vt supra dictum est.

Et ita vtraque &c.



OXO-

OXOMEN BENEFICII.

Veneris 28. Aprilis 1634.

ARGVMENTVM.

Gratia quando est iustificata debet executioni demandari, & ex quibus iustificatio resultet.

SVMMARIVM.

1 *Obitus alicuius in possessione beneficii itaut per obitũ beneficium vacauerit probatur ex testibus.*
2 *Ex confessione partis venientis ex eadem vacatione.*
3 *Ex fide obitus.*
4 *Valor per non excessum probatur ex testibus de publica voce, & fama cum d. narratiua non sit fundamentum gratia.*
5 *Narratiua quod quis habeat ius ad nonnulla beneficia annua 50. non exceden. pariter probatur per testes de publica voce & fama.*
6 *Qualitas presbyteratus & originis ex aliqua diœcesi probatur ex communi reputatione.*
7 *Vacationes plures in litteris narrata cum alternatiua, siuè efficiunt quod sit sufficiẽs iustificatio vnius modi vacationis pro validitate gratia.*
8 *Beneficij identitas quando probatur tunc omissio per errorem alicuius qualitatis gratiam non vitiat.*

DECISIO CCCXXXVII.

SVB die 27. Ianuarij 1624. fuit resolutum coram bon. mem. D. meo Seleucień. gratiam Matthæi Rodriguez esse iustificatam, quia narrata in eius litteris videbantur sufficienter iustificata ex rationibus in decisione deductis, ex quibus hodiè causa postea super iisdem, proposita DD. iterum responderunt pro iustificatione dictæ gratiæ, & sic standum esse in decisis.

Vacatio enim beneficij, de quo agitur per obitum Ioannis Palentiæ vltimi possessoris in mense Ianuarij, qui semper est Sedi Apostolicæ reseruatus, probatur † tam ex testibus datis in Summar. num 4. & 6. qui ad hunc effectum sufficienter probant. *Mohed. decis. 1. de probat. Put. decis. 266. in fin. lib. 3. Rot. decis. 716. num. 3. par. 2. recent.* quam etiam ex † confessione Martinez aduersarij de eodem beneficio prouisi, qui venit ex eadem vacatione per obitum d. Palentiæ, *Aegid. decis. 320. Seraphin. decis. 144. num. 4. Caual. decis. 55. num. 3.* necnon ex † fide obitus, de qua in Summar. num. 7. *Rota decis. 321 num. 3. & decis. 700. num. 4. par. 1. recent.*

Valor etiam narratus per nõ excessum ducat. 24. quoad fructus certos, & ducat. 50. quoad incertos probatur ex iisdem testibus in Summar. num. 8. qui licet deponant solum de publica voce, & fama, tamen cum d. narratiua † non sit fundamentum gratiæ d. Matthæi, benè probant. *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 87. num. 5. & 428. num. 4.*

Quod idem Rodriguez haberet Ius ad nõnulla beneficia annua scuta 50. non excedentia, nempe ad Parocchialẽ S. Saluatoris Vallisoletanæ Diœcesis, & ad simplex beneficiũ Villæ de Herreros probatur quoque ex dd. testibus Summar. num. 9. 10. & 11. qui pariter deponunt de publica voce, & fama, ac

5 propterea benè probant, † cum in his soleant admitti leuiores probationes, *Caputaq. decis. 277. numer. 7. part. 1. Gregor. XV. decis. 78. num. 4.*

Similiter d. Rodriguez esse presbyterum, & oriundum ex diœcesi Palentina constat ex testibus datis in Summar. num. 12. necnon ex attestatione Ordinarii, de qua in Summar.

6 num. 13. & in huiusmodi qualitatum † probatione sat est communis reputatio. *Rota decis. 736. num. 4. par. 2. recent.*

Non obstat, quod in litteris fuerint narratæ plures vacationes, nempè ob resignationẽ, & illius non publicationem, siuè per obitum infra viginti, siue per obitum in mense reseruato. Quia vltra quod omnes prædicti modi vacationis videntur sufficienter iustificati ex resignatione, quæ datur in Summar. n. 14. & ex fide obitus d. Paleutiæ resignantis dicto Summar. num. 7. placuit DD. responsio data in alia decisione, nempè quod cum quęlibet dd. vacationum, quæ fuerunt narratæ cum alternatiua (siue &c.) esset sufficiens ad gratiam impetrãdam, sat est ad illius validitatem

7 quod vnus † modus in litteris narratus iustificetur. *Seraph. decis. 330. num. 1. Garz. de benefic. par. 1. cap. 1. num. 68.*

Nec obstat, quod in litteris fuit adiectum illud verbum de Aranda, quod fuerat omissum in supplicatione. Quia cum per alias demonstrationes satis constet de identitate be-

8 neficii, omissio † d. nuncupationis in supplicatione per errorem non vitiat gratiam, *Rot. decis. 4. de rescript. in antiq. Cassad. decis. 11. n. 3. de preben. cum aliis allegatis in decisione*, ideoque illud verbum benè potuit suppleri per Cancellariam, quæ facultatem corrigendi in similibus habet ex regula vltima, vt in eadem decisione firmatur.

Et ità vna &c.

GADICEN. PRIORATVS.

Veneris 5. Maij 1634.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adepta possessionis alio non possidente, plenè probat.*
2 *Possessio probatur ex fructuum perceptione.*
3 *Possessori est debita manutentio.*

DECISIO CCCXXXVIII.

ALFONSO tantum informanti fuit dictum dandum esse mandatum de manu-

nutenendo in possessione Prioratus, de quo agitur.

Constat enim de illa capta vigore litterarum suæ prouisionis non solum ex publico
1 Instrumento, quod † alio non possidente benè probat, *vulg. l. pradia.* & ibi *Bart. ff. de acquir. poss. l. non ideircò C. de fid. Instr. Caputaq. decis. 334. num. 4. par. 2. Put. decis. 350. num. 4. lib. 1. Ros. decis. 92. num. 1. & 106. num. 4. par. 1. recent. san. memor. Greg. XV. dec. 138. num. 2.* & alias sæpè; verum
2 etiam † ex perceptione fructuum, & redditu um d. Prioratus mediante eius Procuratore, *l. Titia ff. de solut. Crauet. cons. 107. num. 2. Cas. de Graff. decis. 10. num. 3. de caus. possess. & propriet. Mantic. decis. 272. num. 1. Caual. decis. 13. numer. 1.*
3 qua stante possessione ipsi † manutentio denegari non debet, *§. retinendæ Instit. de interd. Rot. dec. 106. & 660. num. 1. par. 1. recent. san. memor. Gregor. XV. decis. 458. & 582. num. 1.*

Et ità vna tantum &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 10. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Confessio ex quibus dicatur simulata.

SVMMARIVM.

1 *Termini substantiales in causis ordinarijs A. C. à scut. 200. omninò sunt seruandi.*
2 *Iurisdictionem non potest conferre priuatorum consensus.*
3 *Solutionem allegans tenetur illam probare.*
4 *Probatio maior non datur confessione partis.*
5 *Notario attestanti de re ad eius officium spectante planè creditur.*
6 *Attestatio illius contra quem dirigitur ipsa attestatio videtur attendenda.*
7 *Sententiā magnam faciunt præsumptionem, quod res ita se habeat, vt in illis continetur.*
8 *Simulatio probatur ex præsumptionibus, & coniecturis, præsertim accedente causa simulandi.*

DECISIO CCCXXXIX.

DIE 23. Decembris 1621. DD. Vincentius, & Ioannes de Capite vendiderunt Antonio Rocco iurisdictionem quinque Castrorum pretio ducatorum 3600. monetæ Regni, ad quorum computum d. Roccus soluit ducat. 1600. & pro residuo ducat. 2000. imposuit annuum censum ducatorum 160. Die verò sequenti dictus Rocchus declarauit emisse d. iurisdictionem pro D. Abbate Vrso, à quo fassus fuit se recepisse dd. ducat. 1600. per eum solutos dd. venditoribus, ac proinde promisit d. iurisdictionem retrouendere ad fauorem d. Abbatis, solutis sibi ducatis 200. pro extinguendo prædicto censu, & interim d. Abbas promisit soluere fructus d. census, & d. Rocchum liberare. Prædicti autem de Capite die vltima Decembris 1625. d. censum ad eorum fauorem impositum cesserunt D. Vincentio Velluto, qui declarauit huiusmodi cessionem acquisiuisse de pecuniis eiusdem Abbatis exceptis tamen scutis 550. ab ipso Vincentio d. Abbati ad prædictum effectum mutuatis.

Verùm quia idem Vellutus mediante alio Instrumento sub die 26. Septembris 1626. fassus fuit se recepisse à d. Roccho ducatos 2000. pro extinctione d. census vna cum aliis ducatis 410. pro fructibus illius: d. Abbas sumpta occasione ex d. confessione Velluti, cœpit prætendere se iam satisfecisse mutuo dd. scut. 550. & à R. P. D. Cecchino tamquam ab A. C. Iudice deputato decretum de cassando Instrumento d. mutui reportauit: Causa appellationis à d. decreto mihi commissa; proposui hodie dubium: An d. decretum sit confirmandum, vel infirmandum; & DD. esse infirmandum responderunt ex capite nullitatis, & iniustitiæ.

Nullitas enim visa fuit clara; tum quia fuit processum ad cassationem d. Instrumenti coram A. C. non seruatis terminis substantiali-
1 bus, quæ † terminorum seruatio, quando causa (prout hic) excedit scuta 200. absque vitio nullitatis omitti non potest, vt per *Salust. Tiber. in prax. cap. 15. num. 2. & 5. lib. 2.* Tum etiam ex defectu iurisdictionis, cum in actis non appareat de aliqua deputatione R. P. D. Cecchini in Iudicem ab A. C. vel de alia commissione,
2 sine qua nulliter fuit processum, cum † nec priuatorum consensus iurisdictionem conferre possit, *l. priuatorum consensus, & ibi DD. C. de iurisd. omn. Iudic. Gratian. discept. forens. cap. 389. num. 51. Rot. decis. 451. num. 13. par. 2. rec.*

Iniustitia verò visa fuit etiam euidens, quia cum de mutuo constet per publicum Instrumentum, non potuit decerni eius cassatio, nisi
3 concludenter constito † de illius solutione, *l. quinquaginta, ff. de probat. Natt. cons. 569. num. 1. & seq. Surd. dec. 105. n. 9.*

Non obstat confessio facta per Vellutum ad fauorem Rocchi, ex qua D. Abbas prætendit elicere solutionem d. mutui: Nam d. confessio visa fuit DD. merè simulata ad effectũ scilicet quietandi d. Rocchum, nè vigore obligationis per eum factę in impositione d. census molestari posset à Velluto vti cessionario dd. de Capite, quod ex pluribus manifestè probari visum fuit.

Primo ex propria confessione eiusdem Abbatis, qui eadem die, quâ d. confessio Velluti facta fuit, & coram iisdem Notario, & testibus, declarauit se debitorem Velluti pro dicto mutuo scut. 550. de quibus, vt dixit, extabat debitor per acta Oliuelli, promittendo vlterius loco pignoris se non facturum nominationem emptoris in præfata iurisdictione Castrorum nisi prius satisfacto d. Velluto de credito d. mutui vna cum damnis, & interesse,
4 qua confessione † nulla maior probatio, *l. 1. C. de confess. l. cum te, C. de transact. Crauett. cons. 217. num. 9. Rot. dec. 456. num. 2. par. 1. recent. Greg. XV. dec. 145. n. 3.*

Nec dicatur d. declarationem Abbatis emanasse quidem eadem die, & coram iisdem Notario, & testibus, sed tamen ante confessionem

nem d. Velluti; nam quod fuerit prius confe-ctum Instrumentum, in quo adest confessio Velluti ad fauorem Rocchi, & quod deindè fuerit confectum Instrumentum, in quo adest confessio Abbatis, probatur ex attestatione eiusdem Notarij de vtroque Instrumento ro-
5 gati, de qua in *Summ. num. 8.* cui † in re ad eius officium spectante plena est adhibenda fides, *Lap. allegat. 77. num. 6. Caual. decis. 644. num. 4. Rota decis. 573. num. 6. par. 3. lib. 3. diuers. & decis. 525. num. 5. par. 2. rec.*

Secundo ex declaratione eiusdem Rocchi, qui postmodum rei veritatem attestatus fuit per hæc verba: *E la detta confessione del Velluti di hauer riceuuto li ducati 410. fù per quietare il d. Antonio Rocco del capitale, e terze ordinata, e distesa la scrittura dal medesimo Abbate, mà, come hò detto, nè furno pagati da detto Antonio, nè riceuuti da Vincenzo;* vt latius in Instrumento, *Summ. num. 4.* Quæ quidem attestatio negari non potest, quin maximum præbeat adminiculum pro veritate detegenda cum ipse Rocchus deponat contra seipsum, qui si d. summam soluisset, illius
6 creditor remansisset, quo casu † videtur ei adhibenda fides, *Castr. in l. quicumque, C. de seru. fugit. & in l. si debitorem, in fin. ff. de donat. Crau. cons. 178. num. 7. Gabr. concl. 1. num. 18. de testib. Rot. post. 2. vol. cons. Farin. dec. 291. num. 21.*

Tertio ex sententijs latis de anno 1628. & 1629. in Ciuitate Neapolis, in quibus nulla habita ratione d. confessionis Velluti fuit canonizatum creditum d. mutui contra Raynerium fratrem D. Abbatis, qui fuerat ab eo nominatus in emptorem d. Iurisdictionis, quæ
7 sententiæ magnam† faciunt præsumptionem, *l. Heremius, §. sicut, ff. de euict. l. ab ea, ff. de probat. Gabr. in tit. de sent. concl. 5. num. 1.*

Demum ex renunciatione litis facta per eumdem Raynerium, qui post dd. sententias rei veritatem agnoscendo dixit, his formalibus verbis se nosse malam causam fouisse, & fouere, ac propterea quod vti bonus Christianus liti renunciabat, & processum cassabat, prout renunciauit, & cassauit.

Ex quibus visum fuit sufficienter constare de simulatione d. confessionis, quæ cùm sit
8 difficilis probationis pro illa probanda † admittuntur præsumptiones, & coniecturæ, maximè quando (prout hic) constat de causa simulandi, *Caphal. cons. 198. nu. 21. Dec. cons. 644. num. 4. Socc. cons. 18. num. 24. lib. 1. Crauet. cons. 136. n. 7. Caual. deci. 406. n. 1. & seqq.*

Et ità vna tantum &c.

SPOLETANA PRIMOGENITVRAE.

Mercurij 12. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Substitutio subordinata, an corruat corruente prima.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta posthumo nascituro, si sine filijs decesserit, habet locum etiam posthumo non nato.*
2 *Extensionis materia fundatur in identitate rationis.*
3 *Substitutio vulgaris concepta in casu mortis extenditur ad omnem alium casum impotentiæ, & noluntatis.*
4 *Et dicta substitutio operatur, vt substitutus capiat bona iure proprio non considerata persona primi substituti.*

DECISIO CCCXL.

POSTQVAM sub die 18. Februarij 1633. fuit coram me resolutum in hac causa esse factum locum primogenituræ q. Benedicti Gelusij ad fauorem Capitanei Gelusij vti proximioris de cippo familiæ Testatoris, placuit DD. alteri parti huic resolutioni non acquiescenti indulgere audientiam super ijsdem: Vndè proposita hodie causa, fuit confirmata d. decisio ex ijsdem fundamentis, quibus illa nititur, quæ DD. visa fuerunt adhuc remanere inconcussa.

Primum fundamentum, quod substitutio proximioris de Cippo fuerit facta nō in casu, quo adoptiuus nominaretur, sed tantum in casu, quo adoptiuus sine filijs moreretur, qui casus non facta nominatione euenit, cum æquiualeat non esse nominatum, vel esse nominatum, & mortuum sine filijs, benè visum fuit subsistere, quod pariter cōprobatur exemplo substitutionis factæ filio posthumo nascituro in casu decedentiæ sine filijs, quæ ex ve-
1 risimili † mente Testatoris extenditur etiam ad casum, quo natus non fuerit, cum præsumatur, quod Testator de casu non natiuitatis non cogitauerit, & si de eo cogitasset, verisimiliter eodem modo substituisset, vt vltra allegatos per *Decian. cons. 1. per tot. lib. 1. tenet Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6.*

Fuit insuper hodie consideratum nullam adesse diuersitatis rationem, quare voluerit Testator substituere proximiorem de Cippo, si adoptiuum nominauerit, & quod noluerit substituere, si non nominauerit, & propterea stante ista identitate rationis inter istos casus,
2 substitutio † habet locum, vt latè per *Honded. cons. 55. nu. 43. & seqq. lib. 2. Crauett. cons. 173. n. 13. lib. 1. cum alijs ibi congestis.*

Pariterque visum fuit DD. firmum remanere alterum fundamentum, quod scilicet sit sublata dependentia substitutionum ex eo, quod proximior de Cippo dicitur immediatè substitutus per vulgarem decedente instituto
3 sine filijs, quæ vulgaris † cōcepta in casu mortis extenditur tam ad casus impotentiæ, & noluntatis, quam nō factæ nominationis, & ope-
4 ratur, † vt substitutus capiat bona iure proprio, non considerata persona primi substituti, scilicet adoptiui in casu præsenti, cuius gradus euanuit, vt latè per *Pereg. de fideic. artic. 15. num. 12.* cum alijs tam per eum, quam in decisione cumulatis.

Et ità vna tantum &c.

GERVNDEN. SACRISTIAE.

Luna 15. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Stemmata, quando sint apponenda in ornamentis relictis Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Dummodo importat conditionem
2 *Confirmatione Apostolica, qui vult vti tenetur ea vti cum sua qualitate.*
3 *Legans seù donans pecuniam, vt fiat aliquod opus, puta templum ades sacra, hospitalia, imagines, ornamenta, & similia potest in eisdem apponere propria insignia.*
4 *Quod procedit etiam in operibus publicis pecunia priuatorum confectis.*
5 *Donatio facta per viam legati potius sapit liberalitatem, quam coactam donationem.*
6 *Stemmata non sunt apponenda in relictis fauore pia causa ne testator perdat meritum.*
7 *Hoc procedit, quando armorum appositio fit ex instantia secus si ad alium finem, & ex quibus dicatur cessare d. vanagloria num. 8.*
9 *Armorum appositio in relictis fauore pia causa dicitur demandata executoribus, quando testamento eisdem fuit data ea facultas quam idem testator habebat.*
10 *Amplia, quando d. onus non tendit ad damnum Capituli, sed tantum ad conseruandam memoriam benefactoris. Et alliciendos celebrantes missas, & illas audientes ad orandum pro benefactore, & num. 11.*
12 *Episcopi attestatio venit attendenda quoad exclusionem consuetudinis non apponendi insignia in ornamentis legatis Ecclesia.*
13 *Testes non informati, & minus vera deponentes non sunt attendendi.*

DECISIO CCCXLI.

IACOBVS de Agulana olim Archidiaconus, Maior Canonicus, & Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Gerundeñ de anno 1614. quosdam tractatus habuit cum Episcopo, & Capitulo d. Ecclesiæ, & offerens præstare sumptus necessarios pro erectione, & perpetua conseruatione Sacristiæ, & ornamentorū eiusdem Ecclesiæ obtinuit ab eisdem Episcopo, & Capitulo fieri quædam capitula, seù Statuta postea à Sede Apostolica confirmata; deinde de anno sequenti in exequutionem d. conuentionis in testamento, sub quo decessit, mandauit, quod ex suis bonis ad d. piam dispositionem impederentur libræ 10. mil. Barchinoneñ in pecunijs, & annua pensio librarum 500. similium postmodum ad libras 12. mil. & annuos redditus librarum 600. augendarum, & soluendarum per eius quatuor exequutores testamentarios, quibus specialiter commisit huiusmodi munus absque aliorum interuentu, & præter hæc mandauit per eosdem fieri 60. planetas sericeas cum totidē amictis Corporalibus, purificatoribus, & alijs similibus, de quibus in testamento. Verùm quia in exequutione supradictæ vltimæ voluntatis ortæ fuerunt nonnullæ difficultates inter dd. exequutores ex vna, & Episcopum, & Capitulum ex altera, fuit dubitatum, an d. legatum librarum 12. mil. & annui redditus librarum 600. debeantur de bonis hæreditarijs d. Archidiaconi, & cum quibus oneribus.

Et quoad primam partem dubij, an legatū debeatur, nulla prorsus adfuit difficultas, quia exequutores dabant manus, & exhibebant se paratos implere voluntatem testatoris: Tota difficultas restringebatur ad secundam partem dubij, nempè cum quibus oneribus legatum veniat præstandum, quæ quidem onera ad quinque reducuntur, sed quia duo præcipuè per Capitulum impugnabantur, nempè promissio per ipsum facienda de supplendo de proprio illud quod deesset pro adimplenda volūtate testatoris, & appositio Insignium ipsius testatoris in ornamētis vt supra faciendis Ideò omissis alijs, ad illa fuit restricta disputatio.

Et quoad primū onus nempè promissionis visum fuit DD. esse comprobandum, illud in Instrumento conficiendo in actuali consignatione dd. bonorum specialiter apponendū, cum explicitis verbis id habeatur in Breui S. D. N. ibi, *dummodo tamen adhibeatur armarium &c. introitusque sint sufficientes pro omnibus supra factis, alias Episcopus Capitulum & Canonici præfati de proprio soluere teneantur &c.* clausula, enim † *dummodo*, qualificat d. confirmationem, & importat conditionem, & talem promissionem omninò faciendam. *Gab. conf. 1. num. 3. lib. 1. Seraph. dec. 1163. num. 1.*
1

Nec releuat, quod hæc obligatio non habeatur in statuto, & Capitulum intendat se non teneri vltra quam in eo continetur; nam sufficit dispositio facta in Breui Confirmationis, vt Capitulum teneatur se obligare, volens enim vti confirmatione debet vti cum sua † qualitate, & non aliter *Abb. conf. 17. nu. 1. Honded. conf 63. num. 104. lib. 1.*
2

Quo verò ad secundum nempè appositionis Insignium censuerunt DD. illa esse apponenda, cum hoc de Iure † sit permissum *arg. l. qui in libertate ff. de oper. publ.* vbi habetur, quod donans, seù legans pecuniam, vt fiat aliquod opus, puta templum, Aedes sacræ, Hospitalia, Imagines, ornamenta, & similia, nomen, vel arma sua in eodem inscribere, ponere, seù dipingi facere possit nec debeāt abradi, seù deleri etiam, vt alterius arma ponantur *Alber. in l. legata per illum text. in fin. C. de stat. Cassan. qui latè hanc materiam tractat. in Catal. glor. mund. par. 1 concl. 13. fol. 9. B. Anchar. conf. 113. n. 4.* & præfata procedunt † etiam in operibus publicis pecunia priuatorum confectis *iux. text. in l. opus noui in fin. ff. de oper. publ.*
3
4

Non obstat, quod prædicta procedant, quādo donatio fuit facta sponte, & ex liberalitate, non autem coacte, quia hoc admittitur, sed non visum fuit iustificari in facto, quod donatio, de qua agitur, fuerit facta coactè, cum illa fuerit facta per viam legati, † quod potius sapit liberalitatem, seù piam largitionem,
5

nem, quàm donationem coactam *l. legatum de leg. 1. Crass. in §. legatum quæst. 3.*

Non obstat, quod in testamento Archidiaconi nulla mentio fiat de dd. insignibus; & propterea etiam si secundum conclusiones supra firmatas illa valeant apponi, non tamen
6 veniant apponenda, nè testator † perdat meritum, prout perditur, quando in opere pio apponuntur Insignia, prout tradit *Gemin. in c. duæ sunt circa med. num. 275. dict.* quem refert, & sequitur *Bernard. de Landr. in apostill. ad Abb. in cap. dilecta de excess. prælat. in vers. potuit sumere, ibi; item adde &c. Cassan. d. concl. 13. in fin.*

Quia hoc solum procedit, quando armo-
7 rum appositio fit ex † iactantia, vel inani gloria, secus si ad alium finem, quia in hoc est attendenda intentio, vt in specie declarat. *Felin. in cap. 3. sub num. 1. in fin. de probat. Purpurat. in l. 1. num. 156. ff. si cert. pet. Molin. de primog. lib. 2. cap. 14. num. 49. vers. in quo tamen.* Quod autem in præsenti casu non possit considerari aliquod inconueniens vanægloriæ, seù iactantiæ respectu testatoris satis patet, ex quo arma, seù insignia apponuntur de mandato exequutorum post obitum testatoris, & sic omninò cessat vanagloria quoad ipsum, quia non adest
8 amplius tempus † inanitèr gloriandi, vt inquit *Abulen. lib. 3. regnl. cap. 18. qu. 13. statim ante med. vers. ad hoc debet homo litt. F.*

Non obstat, quod dd. exequutores non haberent facultatem imponēdi huiusmodi onus appositionis Insignium, Capitulo, sed solum exequendi contenta in testamento. Quia si diligenter verba testamenti, ibi, *dando exequutoribus super compositione, stabilitate, & effectuatione dd. rerum plenam, & sufficientem, & longam potestatem, quam ego habeo, & facere valerem, si tunc viuerem,* nulli est dubium, quin ex illis benè eliciatur huiusmodi facultas imponendi istud
9 onus, † quod propterea venit adimplendum ad tradit *per Bald. in l. si procurator numer. 3. C. de procurat. Alex. cons. 133. num. 4. lib. 6. Ruin. consil. 93. num. 8. lib. 5. Abb. in cap. petitio num. 1. vers. sed si datur de procurat.* maximè cum illud nul-
10 lum, † aut saltem considerabile afferat præiudicium Capitulo, sed solum tendat ad conseruandam memoriam benefactoris *arg. text. in l. legatum in fin. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin. & l. 2. ff. de oper. publ. quod etiam ponderant Io. de Anan. cons. 86. num. 2. vers. præterea & Bologr. ibi in Addit. num. 2. in fin.* & ad alliciendos tam Cele-
11 brantes † Missas, quàm illas audientes ad orandum pro anima ipsius testatoris, prout in puncto animaduertit *Purpur. in d. l. 1. num. 156. ante med. vers. quamuis isto casu ff. si cert. pet.* vltra quod hoc potest deseruire pro incitamento virtutis, & munificentiæ aliorum *Purpurat. loco proximè cit. num. 15. Summ. Tabien. in verb. gloria nu. 3. vers. secundo est vtile & Gen. in prax. Archiep. cap. 92. sub num. 5.*

Nec obstat prætensa consuetudo in hac Ecclesia non apponendi Stemmata benefactorum in ornamentis donatis, quia tantum abest quod illa probetur, quinimò de contrario cōstare visum fuit tùm ex attestationibus Epi-
12 scoporum, quæ fuerunt datæ, † quæ attestationes benè probant *Verall. decis. 158. par. 2. Rot. decis. 571. num. 1. par. recent.* tum ex Instrumento descriptionis factæ per Notarium cum testibus de Ecclesia ista eiusque Cappellis, in quibus insignia benefactorum apposita reperiuntur, tùm denique ex duobus testibus in Curia examinatis pro parte exequutorum, qui benè deponunt, quod passim in hac Ecclesia soleant apponi Insignia benefactorum in rebus donatis, ex quibus negari non potest, quin
13 testes pro parte Capituli inducti † ad probandam negatiuam contrariam consuetudini sint reijciendi vti non informati, & minus verè deponentes. *Felin. in cap. cum causa numer. 5. de probat. Rot. decis. 587. num. 6. par. 1. & decis. 266. n. 7 par. 1. recent.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA, seù FLORENTINA LEGATI,

Lunæ 22. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Voluntas testatoris, & præcipuè enixa seruanda est. Census impositio quando dicatur permissa non obstante prohibitione alienationis ex causa soluendi Legata. Verbum, *Possint*, quibus concurrentibus importet necessitatē, & non arbitrium.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris seruanda est, & præcipuè si sit enixa, vt num. 7.*
2 *Census impositio est species alienationis.*
3 *Alienatio, quando censeatur permissa ab ipso testatore.*
4 *Verbum,* Possint, *importat arbitrium.*
5 *Verbum,* Possint, *quandoque ratione subiectæ materiæ importat necessitatem.*
6 *Verbum,* Possint, *in vltimis voluntatibus ad fauorem testatoris importat necessitatem.*

DECISIO CCCXLII.

POSTQVAM Alemannus obtinuit duas Sententias fauorabiles in iudicatum transactas contra Venerabilem Ecclesiam, & Hospitale S. Ioannis Florentinorum de Vrbe pro consequutione legati vsusfructus bonorum, de quibus agitur, vel illius æstimationis fuerunt relaxata mandata exequutiua pro summa liquidata à die acceptationis; Cumque controuerteretur modus exequendi; Dubitaui; quomodò esset procedendum ad vlteriorem exequutionem pro satisfactione d. legati, & DD. dixerunt esse imponendum Censum super Casale, de quo agitur, scilicet pro summa liquidata decursu.

Hoc namquam remedium impositionis Census visum fuit DD. magis commodum, minusque damnosum vti propositum, & ordinatum ab eodemmet testatore, qui post generalem prohibitionem alienationis bonorū subiunxit hæc verba, *Possino bene ad effetto di li-*
be-

berare altri beni del detto Signor testatore, *ò pagar debiti*, *che alla sua morte rimanessero*, *ò vero sodisfar legati da lui fatti constituire sopra li medesimi beni dello Stato di Roma quella quantità de Censi*, *che giudicaranno necessaria per l'effetto predetto &c.* & vlterius procedendo mandauit, vt illi postmodum extinguerentur ex fructibus bonorum hæreditatis, ibi, *grauando detta Chiesa*, *& Hospitale suoi heredi sopradetti con li frutti di essi beni ad estinguere i detti censi ogn' anno qualcheduno*, *tanto che venghino detti beni liberi da detti censi*, vt latius in testamento *Summ. num.* 1. vndè cum appareat de expressa voluntate testatoris, illa
1 seruanda † est §. *disponat auth. de nupt. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 1. *& seqq. Rot. decis.* 406. *num.* 4. *par.* 1. *& decis.* 593. *par.* 2. *recent.*

Non obstat, quod testator expressè prohibuerit alienationem bonorum census autem
2 impositio † sit species alienationis. *Cenc. de Censib. par.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *num.* 3. *Rot. post d. tractatum decis.* 8. *num.* 6. *& decis.* 27. *num.* 36. Quia fuit responsum d. prohibitionem recipere modificationem à subsequẽtibus verbis eiusdem testatoris, qui respectu legatorum, & æris alieni voluit posse imponi Census pro illorum satisfactione, ibi, *possino bene &c.* quo casu alienatio † censetur facta ab ipso testatore
3 *Barbat. conf.* 39. *in* 3. *dub. num.* 13. *lib.* 13. *Tiraq. de leg. connub. glos.* 3. *num.* 184. *Paris. conf.* 85. *num.* 50. *lib.* 3.

Non obstat, quod testator vsus fuerit ver-
4 bo, *possint*, quod † verbum de sui natura importat solum arbitrium, & liberam facultatẽ non autem necessitatem *Bart. in l. Gallus nu.* 4. *ff. de liber. & posth. Ruin. conf.* 69. *nu.* 12. *lib.* 1. *Sard. conf.* 98. *num.* 1. Tùm quia d. verbum, *possint*, visum fuit referri ad prohibitionem alienationis, scilicet, quod hæredes illa non obstante habeant facultatem creandi Census, quæ quidem facultas regulatur à præexistente obligatione soluendi legata, & æs alienum, quo ca-
5 su d. verbum † ratione subiectæ materiæ importat necessitatem *Aret. in l. Gallus sub num.* 3. *ff. de lib. & posth. Caroc. de oblat. par.* 2. *quæst.* 10. *num.* 11. *Schrad. de feud. par.* 10. *sect.* 19. *num.* 197. *Mandell. conf.* 50. *num.* 5. *Rot. decis.* 18. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* Tùm etiam quia huiusmodi verba ap-
6 posita in vltimis † voluntatibus ad fauorem testatoris (prout hic) important necessitatem, non autem liberam voluntatem, vt in puncto tradit *Gratian. discept. for. cap.* 630. *num.* 7. *&* 8.

Eoque magis, quia ex verbis ponderatis in facto, ibi, *ordinando*, *che in modo alcuno non l'impedischino*, scilicet Alemannum legatarium, *nel conseguire li sudetti legati*, *ne lo molestino in qualsiuoglia modo*, *direttamente*, *ò indirettamente sotto qualsiuoglia quesito colore &c.* & inferius, *graua detti suoi heredi*, *che faccino*, *che detti legatarij conseguiscano quanto sopra senza aspettare spese*, *& che habbiano à pigliar possesso d'altri beni &c.* apparet de enixa voluntate testatoris, quod huiusmodi legata omninò soluantur, quæ propterea
7 eo † magis seruanda est *Becc. conf.* 101. *num.* 69. *Gratian. discept. forens. cap.* 530. *num.* 14. *&* 15.

Non obstat, quod extent fructus Casalis, de quo agitur, super quibus exequutio fieri possit: Quia fuit responsum dd. fructus quotannis occupari ab alijs Creditoribus, & vlterius non sufficere pro satisfactione d. legati, cum illi non excedant annua scuta 800. Creditum verò Alemanni pro terminis decursis ascendat ad ducatum 2070. & quotidiè noui termini decurrant, adeò vt illud hoc modo satisfieri non possit, nisi longissimo temporis spatio contra expressam, & enixam voluntatem testatoris, qui voluit, vt dd. legata absque vlla dilatione soluantur, malens fructus impendi in extinguendis Censibus, qui pro soluendis legatis, & debitis imponerentur, vt supra ponderatum fuit.

Et ità vtraque &c.

TERRACINEN. BONORVM.

Lunæ 22. *Maij* 1634.

ARGVMENTVM.

Fructus in summarijssimo Iudicio manutentionis veniunt à die petitæ manutentionis; Et ex quibus probetur quem continuasse in possessione post mandatum de manutenendo.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis effectus est fructuum consecutio.*
2 *Fructus in iudicio possessorio ordinario veniunt à die motæ litis.*
3 *In summarijssimo possessorio manutentionis à die petita manutentionis.*
4 *Testes contra illos inducentes benè probant.*
5 *Expulsio supponit præcedentem expulsi occupationem.*
6 *Fructus veniunt consecutiuè ad mandatum de manutenendo, & sic non obstat si specialis condemnatio non præcedat.*

DECISIO CCCXLIII.

NEAPOLIO fuit ab A.C. sub die prima Aprilis 1597. immissus ex Saluiano in possessionem terrarum, & domus, de quibus agitur, contra Claudium, & Vincentium de Bellis tertios possessores, & ab eodem A. C. siuè illius deputato mandatum de manutenendo sub die 5. Iulij 1598. reportauit, quod mandatum Aurelia d. Neapolionis cessionaria de nouo sibi concedi obtinuit in *Rota coram bo. mem. Manzanedo*, *vt est decis.* 551. *relat. inter recent. par.* 2.

Cumque causa ad me deuoluta, Ioseph Guarinus d. Aureliæ filius, & hæres prętēderet fructus dd. bonorum à die obtentæ Immissionis hoc medio tempore à dd. de Bellis perceptos, proposui hodiè dubium, an ei dd. fructus debeantur, & à quo tempore, & DD. eos quidem deberi, sed à die petiti mandati de manutenendo responderunt.

Nam quod illi debeantur, colligebatur ex eo, videlicet quod cum Neapolio, & deinde Aurelia illius cessionaria, cuius Ioseph est hęres, obtinuerint in possessione dd. bonorum manu-

ma nuteneri, vtique fructus illorum à Bellis
de facto percepti veniunt dd. possessoribus re-
1 stituendi, cum effectus possessionis † sit fru-
ctuum consequutio, *Beru. cons. 94. num. 9. lib. 3. Ruin. cons. 53. num. 7. lib. 4. Rot. decis. 397. n. 4. par. 1. rec. & coram Canal. dec. 636.*

Quod autem illi debeantur solum à die pe-
titi mandati de manutenendo, moti fuerunt
DD. ex eo, quia licet regulariter fructus ve-
2 niant à die motæ litis in Iudicio possessorio
ordinario, *l. 3. vbi gloss. & Bart.* & ferè omnes, *ff. de interd. l. 1. §. ex die ff. de vi & vi arm. Alex. cons. 184. num. 9. lib. 5. Seraph. decis. 170. Canal. dec. 409. num. 1.* attamen in summarijssimo manu-
tentionis, prout hodie versamur, veniunt so-
3 lum fructus percepti à die † petitæ manuten-
tionis, prout hanc esse regulam dd. interdi-
ctorum, *ex l. 3. de interd. & l. 1. de vi. & vi. arm.* dixit *Rota decis. 317. num. 1. par. 1. recent.* sequuta doctrinam *Fabr. in §. retinendæ num. 12. instit. de interd. & coram Seraph. decis. 835. num. 1.*

Quod verò Claudius, & Vincentius, & suc-
cessiuè eorum hæredes post d. mandatum re-
tinuerint terras, & domus, de quibus agitur,
& fructus perceperint, manifestè probari visũ
fuit: Nam quoad domum probatur tam ex
declaratione facta per Vincentium, de qua in
Summ. num. 3. quam etiam ex testibus exa-
minatis de anno 1617. & 1632. deponentibus
de habitatione d. Vincentij, & eius hæredum,
4 qui testes, cum fuerint exaduerso † inducti,
bene probant, *Bart. in l. 1. §. hoc autem num. 7. ff. de nou. oper. nunciat. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 38. nu. 14. Rot. post 2. vol. cons. Farin. dec. 291. num. 7. & 10.*

Quo verò ad terras multò clariùs proba-
tur nedum ex manutentione per ipsos peti-
ta, vt in Summar. num. 4. & ex depositione
vnius testis ad instantiam eorumdem de Bel-
lis examinati de anno 1617. verum etiam ex
duobus alijs testibus postea examinatis de an-
no 1632. deponentibus easdem terras fuisse
primo possessas à Claudio, deinde à Vincen-
tio, & hodie ab Euphrasia vxore, & eius filia-
bus, & demum ex actuali dd. de Bellis expul-
sione facta superiori anno vt in Sum. n. 4. ex
5 qua expulsione satis probatur † eorum occu-
patio, *l. fin. C. de acquiren. possess. Rota decis. 539. num. 2. par. 1. recent.*

Non obstat, quod Belli non fuerint con-
demnati ad dictos fructus: Quia illi veniunt
6 in † mandato de manutenendo consequuti-
uè, *Rot. decis. 606. nu. 1. par. 2. recent. & fuit dictum in Calagurritana de Huarte 16. Iunii 1588. coram Lancellotto seniore.*

Non obstat vnicum obiectum exaduerso
excitatum, nempè quod à sententia lata per
A. C. ad fauorem Neapolionis super Immis-
sione, dd. de Bellis appellauerint, & causa
appellationis fuerit commissa bon. me. Bilio,
qui inhibitionem relaxauit, quæ tamen, vt
prætenditur, nunquam fuit reuocata, ex quo
Neapolio petens d. commissionem reforma-
ri adiuit signaturam, à qua obtinuit commit-
ti eidem A. C. vt præfixo termino dd. de Bel-
lis ad liquidandum melioramenta per eos fa-
cta, & eo elapso, & liquidatione non facta,
recepta idonea cautione de illis persoluendis
quamprimum fuerint liquidata, ad vlteriora
procederet, quam tamen cautionem non ap-
paret fuisse à d. Neapolione præstitã, & ideo
cum non adimpleta forma rescripti, Inhibi-
tio D. Bilij semper firma remanserit, omnia
gesta post illam tam ab. A. C. quam in Rota
fuerunt nulla, & attentata. Nam omissis alijs
responsionib. datis pro parte Guarini visa fuit
cessare difficultas; quia post hæc causa fuit in
Rota commissa, & suspenso petitorio fuit pe-
titum per Neapolionem, seu Aureliam illius
cessionariam pronunciari in solo possessorio
manutentionis, prout fuit pronunciatum à
bo. me. Manzanedo, à quo (vt dictum est su-
pra) fuit expeditum mandatum de manute-
nendo, & rursus causa commissa ad instantiã
dd. de Bellis bon. mem. D. meo Seleucien. fuit
dictum esse locum Aegidianæ, & per conse-
quens exequutioni dicti mandati, & demum
coram me fuit cõfirmatum, & exequutioni
omninò demãdatum, ex quibus subsequenti-
bus commissionibus hinc indè obtentis ap-
paret fuisse recessum ab omnibus alijs com-
missionibus, & rescriptis, adeò vt contra ge-
sta in Iudicio manutentionis nihil releuans
opponi valeat.

Et ità vtraque &c.

FLORENTINA CAPPELLANIAE.

Lunæ 29. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando de eo agitur incidenter, probatur leuioribus probationibus. Iuspatronatus totum transit ad hæredem vniuersalem, nec transit in fideicommissarium nisi de contraria mente Testatoris apertè, appareat.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ex fundatione & dotatione sufficienter probatur ex confessione vtriusque partis adminiculata, & num. 2.*

3 *Iuspatronatus probatur leuioribus probationibus quando de eo agitur incidenter.*

4 *Præsentatio vt sustineatur, sufficit quod præsentans deducat ius suum ab vltimo possessore qui erat in quasi possessione præsentandi, & hoc præsertim non docto de concursu alterius patroni, qui probet eandem possessionem.*

5 *De statu vltimo ad effectum iustificationis gratiæ sufficit docere.*

6 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarii.*

7 *Beneficii valor probatur ex confessione partis in sua gratia eodem modo impetrata.*

8 *Gratia remanet ineffitax si non sint iustificata narrata.*

9 *Iuspatronatus totum transit ad hæredem vniuersalem, nec transit in fideicommissarium, & numero 9.*

10 *Et Rota tenet hanc opinionem siue versemur in fidei-*

deicommisso vniuersali siue particulari.
11 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.*
12 *Hoc declara respectu hæredis secus fideicommissarii ad quem non transeunt Iuspatronatus, & iura honorifica.*
13 *Limita si appareat de contraria mente Testatoris.*
14 *Iuspatronatus transit in fideicommissarium quando pia causa est substituta vniuersaliter secuta restitutione.*
15 *Opinio Lambertin. & Guidopap. habet suos contradictores, & multas patitur difficultates.*
16 *Iuspatronatus vt transeat in fideicommissarium requiritur expressa Testatoris voluntas, & licentia Ordinarii.*
17 *Iura honorifica non veniunt appellatione pecuniarum, & bonorum quæ recipiunt æstimationem.*
18 *Decis. in Maceraten. Iurispatronatus coram Durano declaratur.*
20 *Patronorum consensus probatur ex constitutione procuratoris ad nominandum.*
21 *Gratia quando non est iustificata remanet subreptitia.*

DECISIO CCCXLIV.

VACANTE Cappellania SS. Simeonis, & Thadei in Ecclesia S. Michaelis de Quarantela Florentinæ Diœces. per obitum q. Horatij Quarantesij fuit ad illam præsentatus Victorius Forestanus à D. Ascanio, & aliis fratribus de Samminiatis vti causam habentibus à q. Laurentio de Beneuienis patrono d. Cappellaniæ, qui Victorius obtinuit prouisionem Apostolicam cum narratiua, quod esset præsentatus à medietate patronorum, & cum derogatione alterius medietatis: Marius Riccius fuit pariter præsentatus à Rodulpho Giano, qui prætendit ad se spectare præsentationem d. Cappellaniæ vti vocatū ad fideicommissum q. Antonij Beneuieni, & cum narratiua, quod fuerat præsentatus à medietate patronorum obtinuit etiā prouisionem Apostolicam cum derogatione, vt supra, fuit hodie dubitatum, quisnam ex his esset præferendus, & DD. censuerunt Victorium esse præferendum, cum in omnibus eius gratia sit iustificata *cap. 3. de Iurep.*

1 Existentia siquidem Iurispatronatus † ex
fundatione, & dotatione visa fuit sufficienter
probata ex vtriusque partis confessione ad-
miniculata, ne dum ex præsentatione facta
de anno 1599. in persona Horatij, per cuius
obitum vacat Cappellania, sed etiam ex
sententia Vicarij lata super exequutione lit-
terarum Apostolicarum d. Victorij, quæ con-
2 fessio sic † adminiculata benè probat existen-
tiam d. patronatus, *Rot. decis. 697. num. par. 1. re-
cent.* pro qua probanda, quando Ordinarius
non est in causa, nec alius pro libertate bene-
ficij, nec agitur principaliter de canonizando
3 patronatu, sed inter † præsentatos inciden-
ter ad effectum institutionis, *Cassad. dec. 1. in fin.
de probat. Mantic. dec. 318. n. 1. & decis. 350. n. 18. &
coram Reuerendiss. Domino meo Decano decis. 476.
numer. 2.*

Deinde sufficienter probatur, patronatum spectare ad dd. fratres de Saminiatis, qui præsentarunt Victorium, quia probatur Laurentium de Beneuienis, à quo ipsi causam habent, fuisse in quasi possessione præsentandi ex supradicta præsentatione facta de anno 1590. in persona dicti Horatij Quaratesij, qui Horatius possedit Cappellaniam vigore istius præsentationis à d. tempore vsq; ad mensem Iulij anni præteriti, & sic per 30. annos; vnde sufficit, quod dd. fratres deducant Ius suum
4 ab vltimo possessore, qui fuit † in quasi pos-
sessione præsentandi ad effectum, vt præsen-
tatio ipsorum sustineatur, maximè non do-
cto de concursu alterius patroni, qui probet
eamdem possessionem, *cap. consultationibus de
Iurepat. Aym. cons. 322. num. 5. Rocc. de Curt. de Iu-
repatr. verb. competens. q. 19. num. 39. Rot. decis. 14.
eodem tit. in antiq. & decis. 167. num. 8. par. 2. diuer.
Gregor. decis. 349. vbi Add. numer. 6. Rot. decis. 146.
num. 2. & decis. 274. num. 8. par. 2. recent. Gonz. ad
reg. 8. Cancell. gloss. 45. §. 2. num. 6.* & hunc vlti-
5 mum † statum pro iustificatione gratiæ suffi-
cere firmauit *Rot. apud Seraph. dec. 1229.*

6 Clericatus Victorij probatur etiam † ex
litteris patentibus Ordinarij, *glos. in cap. inter
quatuor. de cleric. Peregr. Seraph. dec. 713. nu. 1. Rot.
dec. 16. de prob. in antiq.*

Valor denique probatur ex cōfessione par-
tis in sua gratia eodem anno impetrata, quæ
7 probatio † alias fuit admissa per Rotam *Sera-
phin. decis. 318. Mantic. decis. 327. sub numer. primo
in fin.*

Non obstat, quod Marius habeat proui-
sionem Apostolicam cum simili derogatio-
8 ne patronatus, quia illa † non est iustificata
respectu narratiuæ, quod sit præsentatus à
medietate patronorum, cum non constet,
Rodulphum Gianum, qui ipsum præsentauit
esse patronum.

Non obstat, quod d. Rodulphus sit voca-
tus in fideicommisso q. Antonij Beniuieni:
Quia cum Antonius instituerit hæredem vni
9 uersalem Laurentium, totum † Iuspatrona-
tus remansit penès ipsum Laurentium, nec
transiuit in fideicommissarium iuxta opinio-
nem, quam Rota sequitur, siue versemur in
10 fideicommisso † particulari, de quo non est
dubium, siuè in fideicōmisso vniuersali om-
nium bonorum, vt præter relatos à *Fusar. in
q. 634. num. 2. firmat Peregr. de fideicom. art. 6. nu. 37.
& est text. express. in l. quia perinde verb. restituta ff.
ad Trebell. Peregr. cons. 34. num. 20. lib. 1. Paul. Cit-
tadin. in tract. de Iurepatr. par. 9. quæst. 33. Rocc. de
Curt. eodem tract. in verb. ipse. vel is, à quo, qu. 22.
num. 20. Crass. lib. 1. recept. §. fideicommissum qu. 52.
Mantic. de contract. lib. 4. tit. 12. num. 6. & 15. Lam-
bert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. qu. 2. art. 35. numer. 2.
Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 8. vers. quibus,
& alia, & firmauit Rot. in Firmana Iurispatronatus
9. Maij & 28. Nouembris 1631. coram R. P. D. meo
Ghislerio.*

11 Non obstat, quod Iuspatronatus † transeat
cum vniuersitate bonorum, vt in *cap. ex lit-
teris, & cap. cum sæculum de Iurepatr. Abb. in cap.
illud num. 4. tit. eodem. Lambert. de Iurepat. 2. par. 1.
lib. 1.*

lib.11. art.4.qu.5. princip. num.2.& 3. Quia hoc
procedit respectu hæredis, non autem fidei-
12 commissarij, † ad quem non transeunt Ius-
patronatus, & alia Iura honorifica. *Bald. in l.
cum virum num.21. C.de fideicom. Castr.in l.precib.
num.19.vers.dicit ergo glos.C.de impub.& alys sub-
stit. Imol.& Alex.in l.si patroni num.16. ff.ad Tre-
bell. Mantic.de contract.lib.4.tit.12.num.15. Couar.
var.resol.lib.2.cap.18.num.8 post med.cum aliis ibi
congestis.*

Non obstat, quod ex contraria mente te-
statoris ab ista opinione recedatur, & de ista
contraria mente dicatur constare ex eo, quod
13 versemur in fideicommisso vniuersali, † ex
quo colligitur præsumptam mentem testato-
ris fuisse, quod Iuspatronatus transeat ad fi-
deicommissarium, vniuersalem *Lambert de
Iurepatr.lib.1.par.2.art.35.numer.13.* vbi tenet,
quod quando vniuersaliter est substituta pia
14 causa, quia tunc † non detrahitur Trebelliani-
ca, Iuspatronatus transit in fideicommissa-
tium sequuta restitutione, & hoc etiam dicit
*Guidopap.decis.*507. Quia ista opinio Lamber-
tini, & Guidopapæ habet multos contradi-
ctores, & præcipuè *Couarr. Viuian. Mantic. &
alios* supracitatos tenentes indistinctè Iuspa-
tronatus nō transire in fideicommissariū vni-
uersalem, & propterea *Rot.in Aretina Cappella-
niæ 1. Janu.1534. corā Bubalo*, noluit hanc cōclu-
sionem firmare, *Garz.de benef.* dixit, quod ista
15 opinio † Lambertini est singularis, & mul-
tas patitur difficultates, cuius decisionis par-
ticulam refert quoque *par.5. cap.9. num.20.* &
nu. antecedenti tenet, quod ad effectū, vt Ius-
16 patronatus transeat † in fideicommissarium,
requiritur expressa testatoris voluntas, & li-
centia Ordinarij.

Vltrà quod in casu isto ex lectura testamē-
ti videtur penitus excludi d. præsumpta mens
Antonij Testatoris, quia in substitutione fa-
cta Laurentio semper fecit mentionem bo-
norum, vt ibi (voluit bona sua perpetuo re-
manere in dicta sua agnatione,) & ibi (voluit
vt supra bona remanere in vocatis) vndè
colligitur, Testatorem grauasse solummodò
hæredem ad restitutionem pecuniarum, &
aliorum bonorum, quæ æstimationem reci-
17 piunt, † qualia non sunt Iura honorifica, *Co-
uarr.var.resol.lib.2.cap.18. Mant.de tacit.& ambig.
lib.4.tit.12.num.15.tom.1.*

18 Non obstat decisio † *Maceraten. Iurispatro-
natus coram Reuerendiss. D.meo Decano apud Mo-
dern. Pisan.de Iurepat. dec.24.* quia in casu illius
decisionis constabat fideicommissarios, qui
fuerunt declarati patroni, successisse hæredi
19 vniuersaliter, † & vertebatur lis inter eos, &
hæredem institutum in re certa, ex quo ca-
pite iste hæres particularis fuit exclusus in
cōcursu fideicōmissariorum, ad quos transire
debebat vniuersa testatoris hæreditas.

Præterea ex alio etiam capite gratia Marij
non visa fuit iustificata, ex quo narrauit Pa-
pæ se fuisse præsentatum à medietate patro-
norum, & tamen benè iustificatur in facto
de tempore gratiæ ipsum non fuisse præsen-
tatum, vel nominatum aliquo modo, cum
saltem pro iustificatione requireretur præce-
20 dens nominatio, vel mandatum ad nominā-
dum, ex quo resultare potuerit consensus
patronorum iuxt. *decis. Acchil.12. de Iurepat.&
Canal. decis.21. & 28.* quorum neutrum hic
21 concurrit; vndè gratia † eius remanet subre-
ptitia, & iniustificabilis, *Rot.decis.443.numer.2.
par.2.recent.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA SVCCESSIONIS DE ALPHANIS.

Lunæ 29. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Remissoria nona quando non detur; & quæ requirantur ad effectum probandi consuetudinem interpretatiuam alicuius statuti.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, quando fuit omissum exa-
minare testes in partibus vbi diu lis fuit venti-
lata.*
2 *Remissoria denegatur ad probandam consuetudinem
interpratatiuam statuti, quando super eadem ma-
teria alij testes fuerunt examinati.*
3 *Subornatio in causa appellationis timenda est, & sic
testes super eisdem sunt reyciendi.*
4 *Testes non admittuntur de nouo post didicita testifi-
cata, & quando hoc sit verum.*
5 *Remissoria denegatur, quando articuli de nouo dati
in substantia continent idem, quod primi licet in
cortice verborum sint difformes.*
6 *Remissoria passim denegatur, quando materia appa-
ret imaginaria.*
7 *Aegidianam ad impediendam requiritur iniustitia
notoria ex eisdem actis.*
8 *Obseruantia interpratatiua statuti non potest censeri
inducta ex actibus merè facultatiuis cum ad dictum
effectum requiratur instantia in iudicio, reiectio, &
subsequuta acquiescentia.*
9 *Obseruantia interpratatiua debet afferri in casu in-
diuiduo.*
10 *Obseruantia, seu consuetudo interpratatiua excludi-
tur etiam ex fumo contrario.*

DECISIO CCCXLV.

NON esse dandam remissoriam dixerunt
DD. moti primo, quia causa diu pepen-
dit in partibus, vbi pars nedum potuit exa-
1 minare, quod † sæpe pro denegatione remis-
soriæ ponderauit *Rota decis.712.num.5. par.1.&
dec.491.num.2. par.2. recent.* Sed actualiter exa-
minauit pluries, & etiam super eadem mate-
ria prætensæ consuetudinis interpretatiuæ sta-
tuti, quam probare non potuit, sicque cum
præsumatur induxisse meliores testes; quam
2 haberet, † denegatur remissoria tamquam ca-
lumniosa, & suspecta, *Rota coram fælic. record.
Greg.XV. dec.434. num.1. in Pampilonen. Iurisuisi-
tandi 13. Martij 1624. coram R.P.D.meo Merlino,
& in Bononien. fideicommissi de Manzolis 16. Aprilis*

1632. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, & coram eodem in Vicen. Collegij 13. Februarij præsentis anni*, vbi quod nec in causa appellationis testes super eisdem sunt recipiendi, cum in ea quo-
3 que † timenda sit subornatio, *Clemen. fin. in 2. par. de testib. Felin. in cap. fraternitatis, nu. 3. & seq. vbi Mising. num. 6. vers. sed contra de testib. Afflict. dec. 216. in princ. cum pluribus in ea relatis*, eoque
4 magis si testes † super eadem obseruantia in partibus inducti fuissent publicati, vel didicita testificata, vel in potestate partium remansissent testium depositiones, *d. Clem. fin. in 1. par. Surd. cons. 8. num. 10. & seq. Greg. decis. 583. num. 2. & seqq.*

Non obstat, quod etiam super eisdem articulis detur remissoria, quando continent materias magis explicitè specificatas, & distinctas; tum quia solum mutatus, & ampliatus videtur cortex verborum, sed in substantia, & virtute noui cōprehendūtur sub primis, quod
5 sufficit † pro denegatione remissoriæ, *Abb. in c. fraternitatis, n. 8. vers. sed breuiter concludo, de test. Greg. decis. 497. num. 3. & in præcitatis Pampilonen. Iurisuisitandi, & Vicen. Collegij*. Tum quia in decisione facta testes examinati fuerint præcipuè exclusi, quia non specificabant casus, neque in nouis fuit specificatus vllus casus eum relatione ad testes in cæteris, sed solum dictum, quod specificabuntur à testibus.
6 Vnde materia visa fuit imaginaria † potius quam verè casus adfuerit idque ad euitandam decisionem, & expeditionem causæ *Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 211. num. 5. vbi Add. & in alijs relatis, & approbatis in d. Vicen. Collegij*.

Secundo quia petebatur post commissam causam à sententia immissionis cum clausula (quatenus sit locus Aegidianæ.) & post decisionem esse illi locum vnde non debebat dari remissoria pro nouis probationibus, cum ad
7 impediendam Aegidianam † iniustitia debeat esse notoria ex eisdem actis, *Corn. cons. 10. sub sub num. 2. vers. acta autem lib. 4. Seraph. decis. 872. num. 2. & in Romana Saluiani 30. Maij 1622. coram bon. mem. Buratto, vt in simili denegauit Rota coram Cardinali Caualerio decis. 216. n. 2. & 3.*

Tertio visi etiam fuerunt articuli irrelevantes, tum ex eo, quod articulata non petitio filiarum dotatarum de bonis paternis, & maternis potuit esse voluntaria, & prouenire vel ex eo, quod dotatio excederet partem obuenientem ex maternis, vel ob acceptatam dotationem pro iure in paternis, & maternis, vt in vno ex duobus casibus loquūtur testes in partibus examinati, qui præsumuntur meliores ex supra allegatis, vel quia acquiescerent voluntariè non petendo, non autem quia agnoscerent se exclusas, cum non articuletur illas in iudicio, vel extra petiisse, & reiectas acquieuisse, & proinde non potest prætendi inducta
8 obseruantia interpretatiua, *Ancharan. cons. 339. num. 8. Menoch. cons. 187. num. 3. vers. præterea, Add. ad Greg. dec. 162. sub n. 15.*

Tum quia non exprimunt etiam quod pater retinuisset dotem, & bona materna expressè etiam pro filia tanquam hærede vna cum masculo, qui est casus in hac causa controuersus: Nam esse potest, quod retentio fuerit pro solis masculis, & hoc declaratum remaneret ex subsequuta dotatione fœminarum pro omni eo, quod prætendere possent etiam de bonis maternis, cum debeat afferri etiam
9 consuetudo † interpretatiua in casu, de quo agitur, *Greg. XV. dec. 162. num. 2. cum allegatis per informantes*, maximè cum detur sumus
10 exclusiuus † cōsuetudinis ex admissione quarumdam filiarum ad portionem bonorum maternorum eas tangentem, *Rot. dec. 19. num. 6. par. 2. diuers. & decis. 455. in fin. par. 4. rec.*

Videbatur etiam aliquibus ex DD. prætensa consuetudo interpretatiua esse contra clara verba statuti limitati iuxta deducta in decisione facta.

Et ità vtraque &c.

ROMANA RENVNCIATIONIS.

Mercurij 3. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Filia ingrediens Monasterium, si amplissimam renunciationem fecerit de bonis ascendentiū ad fauorem fratrum, vtrum si omnes fratres decesserint ab intestato nullo relicto descendente, Monasterium possit prætendere eorū hæreditates.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio hæreditatis paternæ facta à filia ingrediente Monasterium, si contineat verba*, omnem, & quamcumque hæreditatem &c. *comprehendit hæreditatem cuiuscumque personæ. Amplia num. 2.*
3 *Renunciatio prædicta si contineat renunciationem cuicumque hæreditati ab intestato deferen. comprehendit quamcumque hæreditatem deuoluendam ex causa etiam de futuro.*
4 *Verba*, quouis iure, titulo, & causa etiam non expressa, *non operantur suum effectum si omnia non comprehenderentur.*
5 *Monasterium succedit Monaco.*
6 *Verba generalissima omnia comprehendunt perinde, ac si de omnibus fuisset facta mentio.*
7 *Renunciatio de hæreditate paterna ex causa dotis à fratre promissa comprehendit etiam hæreditatem fraternam.*
8 *Verba*, in omnibus, & per omnia, nihil penitus excepto, *posita in renūciationibus, quid operentur.*
9 *Renunciatio facta ab ingrediente monasterium præsumitur facta de omnibus, & singulis hæreditatibus sibi deuoluen.*
10 *Renunciatio est stricti iuris, & tanquam materia odiosa strictissimam recipit interpretationem, & num. 29.*
11 *Renunciatio tantum capit quantum fuit expressum, & num. 26. 44. & seq.*
12 *Renunciatio facta de hæreditate paterna non comprehendit fraternam si ea non legatur.*
13 *In Renunciationibus quid fuerit comprehensum, debet attendi mens vtriusque contrahentis.*
14 *Soror non est verisimile, quod in casu obitus fratris* ab

ab intestato nullo existente proximiore voluerit eius hareditati renunciare.

15 *Frater non est prasumendum quod voluerit, vt vna eius soror sit deterioris conditionis, quam alia.*

16 *Frater ingratitudinis notam non effugeret si voluisset quod illa soror qua ei non renunciauerat hareditatem paternam, admitteretur ad eius hareditatem exclusa sorore qua ei renunciauerat.*

17 *in Renunciationibus attenditur verisimilitudo.*

18 *De hareditate sua quilibet ad sui libitum potest disponere, & n.23.*

19 *Clausula qualificans contractum.*

20 *Iura qua in esse non sunt deducta in alium transferri non possunt, cum non entis nulla sint qualitates.*

21 *Verba prolata per viam rationis totam dispositionem capiunt.*

22 *Intellige quoad ea, qua adsunt tempore dispositionis, secus ad futura.*

24 *Actum frustratorium nemo prasumitur voluisse facere.*

25 *Soror quod habitura sit ius in hareditate fratris non potest dari nisi eo mortuo.*

27 *Renunciatio hareditati, vel iuri de futuro intelligitur de illo iure, quod habet, vel habuit causam de praterito, vel de prasenti, secus de futuro, n.28.*

30 *Renunciatum non intelligitur nisi illi iuri, quod quis habet tempore contractus.*

31 *Renunciationes facta à filiabus ad fauorem fratrum censentur semper facta in beneficium masculorum de familia, vel vt fratres de bonis liberè disponere possint.*

32 *Renunciationes facta à filiabus ad fauorem fratrum tacitam de iure habent conditionem, dummodo aliquis masculus, vel descendens ex fratribus superuiuat, vel ipsi de bonis renunciatis aliquo modo disponant, & his cessantibus renunciatio habetur, ac si facta non fuisset, & n.36.*

33 *Et ista sententia dicitur communis aqua; itaut tam in iudicando, quam in consulendo sit sequenda.*

34 *Et procedit nedum quando renuncians recipit dotem, sed etiam quando renunciatur ex causa ingressus Monasterij, num.35. amplia, n.36.*

37 *Renunciationes facta contemplatione aliarum renunciationum ad inuicem sunt correspectiua.*

38 *Correspectiuitas operatur, vt vnus contractus alteri inesse dicatur, & sit eiusdem natura, & pro vno contractu habeatur.*

39 *Renunciationis causa cessante cessat & renunciatio.*

40 *Contractus si sit stipulatus pro se, & eius haredibus, eo mortuo durat ad fauorem haredum. Declara num.41. & 42.*

43 *Famina agnata licet sit nupta adhuc agnationem conseruat.*

DECISIO CCCXLVI.

ASCANIVS Perottus tres filias habens, duas videlicet Moniales, alteram infantem Vincentiam nuncupatam, vt bona sua in familia masculina de Perottis conseruarentur, illa donauit Petro, & Scipioni eius ex germano fratre Nepotibus onere eis iniuncto, soluen͂ prædictæ Vincentię scu. 1000. pro dote, eamque alimentandi donec nuberet, vel Monialis efficeretur.

Post Ascanij obitum eadem Vincentia emisit professionem in Monasterio S. Iacobi de Morattis, assumpto nomine sororis Virginiæ, cui Petrus, & Scipio prædicta scu. 1000. pro dote cum alijs necessarijs infra certum tempus soluere promiserunt, versaque vice soror Virginia, sub his verbis ad eorum fauorem renunciationem fecit (igitur d. Vincentia &c. sponte &c. renunciauit, donauit, cessit, & refutauit &c. supradictis Scipioni, & Petro præsentibus omnem, & quamcumque hæreditatem, & successionem tam paternã, quam maternam, & auitam, & alterius cuiuscumque generis, quæ ipsi Vincentiæ ex quouis testamento, seu testamentis, codicillis, legatis, donationibus inter viuos, & causa mortis, & alijs quibuscumque dispositionibus etiam ab intestato deuolui, & obuenire posset quouis iure, titulo, & causa etiam hic non expressis, & in corpore iurium clausis, etiam si esset necessaria quæuis expressa, & specialis mentio in omnibus, & per omnia nihil penitus excepto ad haben͂ &c.)

His peractis obijt primo loco Petrus ab intestato, superstite Scipione germano fratre, & vniuersali hærede, deinde decessit Scipio sine filijs, superstitibus prædictis tribus Monialibus in gradu proximioribus, quarũ duæ sunt Moniales in Monasterio Sancti Iacobi, quod propterea cœpit prætendere ex earũ persona successionẽ in d. hæreditate Scipionis pro duabus tertijs partibus; sed quia pro parte Monasterij Sanctæ Susannæ, in quo altera est Monialis fuit oppositum de dicta renunciatione, vt supra facta à d. sorore Virginia, contigit dubitari, An ei d. renunciatio obstet, cuius quidem dubij resolutio ab eo videbatur pendere, an renunciatio compræhenderet hæreditatem Scipionis, ad cuius fauorem fuit renunciatum.

Pro compræhensione multa deducebantur, pluraque renunciationis verba afferebantur, quæ singula videbantur apta hæreditatẽ hanc Scipionis compræhendere.

1 Primo enim allegabantur verba † illa (omnem, & quamcumque hæreditatem, & successionem) quæ includunt successionem, & hæreditatem cuiuslibet personæ, & sic etiam Scipionis iuxta ponderata per *Menoch. cons. 335 num. 20. & 21. vol. 4. & cons. 519. num. 21. vol. 6.*

2 Secundo ponderabantur † verba subsequentia ibi (& alterius cuiuscumque generis, quæ ipsi tam ex testamento, quam ex alijs quibuscumque dispositionibus etiam ab intestato deuolui, & obuenire posset) ponderata generalitate verborum ibi (cuiuscumque generis) quæ proculdubio se extendit ad omnia alia genera successionum, & ad omnes alias personas in renunciatione non specificatas, vt firmat idem *Menoch. d. cons. 335. n. 15. Honded. cons. 49. num. 14. lib. 1. Rot. dec. 714. num. 5. in fin. par. 2. recen.*

3 Tertio particulariter insistebatur super alijs verbis, ibi (etiã ab intestato deuolui posset) quæ capiunt quamcumque hęreditatem deuoluendam ex causa de futuro, vt aduertunt *Socc. sen. cons. 34. num. 5. lib. 4. Ruin. cons. 1. sub n. 20*

 lib. 1.

lib. 1. Parif. conf. 26. sub num. 44. lib. 3. Math. Brun. conf. 43. sub num. 1. lib. 1. Surd. conf. 267. num. 25. & 27. vol. 2. Menoch. d. conf. 335. num 29. vol. 4. & conf. 401. num. 29. vol. 5. Rota in Cæsenaten. hæredit. 8. Iulij 1618. coram Sacrato.

4 Eoque magis ob prægnantiam aliorum verborum, ibi (quouis iure, titulo, & causa etiam non expressis, etiam si esset necessaria quæuis expressa, & specialis mentio nihil penitus excepto) quæ verba non possent operari effectum, nisi caperent omnes successiones, etiam futuras ab intestato deuoluendas, *Dec. in l. 1. num. 32. vers. sed dubium, C. de pact. vbi Bologn. num. 36. ad fin. vers. sed si est, Parif. d. conf. 26. num. 44. 45. & 46. & conf. 59. num. 68. lib. 3. Rot. decis. 714. num. 6. par. 2. rec.*

Idq; fortius cum verba prædicta (etiam ab intestato deuolui) in alia hæreditate verificari non possint, quam in hæreditate Scipionis, ex quo successio aliarum sororum Monialium
5 professarum non poterat † ei ab intestato obuenire, *iux. auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles.* Vndè pernecesse dicendum compræhendere successionem ab intestato Scipionis, de qua
6 agitur, † perinde ac si expresse, & nominatim de illa mentio facta fuisset, vt per *Rouit. conf. 54. num. 10. vers. nec renunciatio, Rota decis. 714. nu. 1. in fin. q. 2. & dec. 594. num. 2. vers. inde patet. par. 3. recent. Gallerat. de renunciat. cap. 2. n. 33. Ruin. conf. 152. num. 9. lib. 2. Menoch. præsumpt. 115. num. 35. & 36. lib. 3.*

Addebatur, quod ista renunciatio facta fuit ex causa dotis sibi promissæ à Scipione, quæ
7 omnem † prætensionem Virginiæ comprehendit, perinde ac si in hæreditate Scipionis partem suam habuisset, *Parif. d. conf. 26. num. 46. vers. eo etiam, & num. 62. Molphes. in consuet. Neap. par. 4. tit. de renunc. q. 2. num. 13. & 14. & q. 3. n. 17. Rouit. conf. 42. num. 11. vers. quod si ea intentione, & conf. 44. num. 14. Cutell. de donat int. patr. & fil. fact. contemplat. matr. partic. 6. discurs. 3. num. 127. vers. ex quo col. 1. Marta de success. par. 1. q. 14. art. 1. nu. 11. & seq.* Maximè cum fuerit roborata verbis amplissimis ibi (In omnibus, & per omnia
8 nihil penitus excepto) † quæ demõstrant animum Virginię fuisse renunciandi cuicumque successioni sibi quauis ex causa imposterum obueniẽ, & nihil vlterius præter dotem quęrendi, vt firmat idem *Parif. d. conf. 26. num. 46. circa med. & conf. 69. nu. 70. lib. 3. Molphes. in consuet. Neap. par. 6. q. 2. num. 13. cum seqq. & qu. 3. num. 17. Surd. d. conf. 244. num. 14. Rota in d. Perusina hæredit. 7. Febr. 1628. coram Virili.*

Quinto, & vltimo dicebatur renunciationem hanc emanasse causa ingressus Religio-
9 nis, † quæ pariter demonstrat renunciationem omnibus, & quibuscumque futuris successionibus etiam non cogitatis se penitus spoliare voluisse, *Dec. conf. 31. num. 5. vers. vltimo non obstat, Vinc. de Franch. decis. 375. num. 2. Rouit. d. conf. 42. num. 11. vers. secunda clausula, & conf. 43. num. 7. vers. vel quia ex Religionis, Rota dec. 587. num. 4. & seq. par. 1. & decis. 714. sub num. 2. par. 2. recen. & in dicta Perusina hæreditatis 7. Februarij 1628. coram Virili.*

Prædictis tamen minimè obstantibus contrariam sententiam DD. sequuti fuerunt, renunciationem scilicet non comprehendere hæreditatem Scipionis, ad cuius fauorem fuit renunciatum, moti tum ex qualitate materiæ, de qua agitur, tum ex virtute verborum, tum ex præsumpta mente vtriusque contrahentis, tum denique ex inuerisimilitudine, & ineptitudine stipulationis.

Ex qualitate enim materiæ, quia renuncia-
10 tio † licet amplissimis verbis concepta, vti materia odiosa strictissimam recipit interpræ-
11 tationem, tantumque capit, quantum † in ea verbis expressis legitur *iuxta tradit. per Purpurat. conf. 372. num. 4. Surd. conf. 431. num. 32. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 561. num. 63. Rota decis. 782. num. 1. & seqq. par. 2. recent.* Quapropter cum in toto contextu renunciationis nulla fuerit
12 facta expressa mentio † hæreditatis Scipionis sequitur illam non fuisse in hęreditate comprehensam ex prox. allegatis.

Idemque dicendum inspecta mente vtriusque contrahentis quæ in proposito maximè
13 † venit attendenda ad cognoscendum quid in renunciatione fuerit comprehensum *Gabr. conf. 90. num. 4. & 16. lib. 1. Surd. conf. 431. num. 36. Rota decis. 700. num. 7. par. 2. recent.* Inane enim
14 esset dicere, quod † Virginia in casu obitus Scipionis ab intestato, nullo superexistente proximiore voluerit eius hęreditati renunciare *Caual. decis. 109. num. 10.* prout ab omni ratione alienum videretur, quod Scipio voluerit,
15 † vt ipsa Virginia, quæ illi renunciauerat, deterioris conditionis esset, quam alię in eodem gradu, sexu, & statu existentes. *Cranett. conf. 42. num. 1. in fin. & num. 2.* & ingratitudinis notam non effugeret, si voluisset Moniales illas, quæ illi non renunciauerant, admittere,
16 † & Virginiam, quæ illi donauerat, & renunciauerat, ab eius hęreditate excludere *Cancer. var. resol. di. 3. cap. 15. à num. 50. & seq.* vel saltem inuerisimile esset, quod si eam excludere voluisset, id expressis verbis non specificasset, *vt*
17 alias hanc inuerisimilitudinem in materia renunciationis admisit *Rota in Romana de Pinis 10. Februarij 1620. vers. & esset satis verisimile coram Sacrato, & coram Caualerio decis. 340. num. 5. Surd. d. conf. 431. num. 15. ad fin.*

Virtus quoque verborum suadet hęreditatem prædictam non fuisse in renunciatione comprehensam; nam si attendantur verba proœmialia ibi (sed parem gratiam referendo, & erga eos gratitudinis demonstrationem ostendendo) nullo modo hęreditati Scipionis adaptari possunt; quia Virginia renunciando d. hęreditati parem gratiam nõ retulisset, nec gratitudinem aliquam erga Scipionem osten-
18 disset, cum absque ea poterat † Scipio de sua hęreditate ad libitũ disponere vt infra dicetur.

Si verò attendantur clausulæ in ventre renunciationis appositæ ibi (*cedens &c. constituẽs*
19 *&c. ponens &c.* † quæ qualificant renunciationem *iux. Seraph. decis. 570. num. 2.* nullam pariter possunt habere congruentiam cũ hęreditate Scipionis, quia ius quod Virginia in d. hęreditate habere poterat de tẽpore renunciationis
20 non erat in esse deductum, quapropter † nec

cedi,

cedi, nec per constitutum transferri potuit *ex vulg.reg.non entis nullæ sunt qualitates, & partes. l. eius qui in Prouinciã ff.si cert.pet.l.decem. ff.de verb. obligat.Alciat.resp.314.num.5. Greg.XV.decis.381. num.1.& decis.439.num.5.*

Si denique considerentur verba finalia ibi,
hanc renunciationem fecit ob amorem, & beneuo-
lentiam &c. ac denique quia sic de rebus, & bonis
suis facere, & disponere placuit, & placet, non
possunt diuerso iure censeri, quia verba præ-
21 dicta vti prolata † per viam rationis totam ca-
piunt renunciationem, eamque taliter quali-
ficant, vt in ea censeatur compræhensum il-
lud ius, quod renuncians habebat de tempore
renunciationis, non autem ius succedendi ab
22 intestato in hereditate Scipionis, † quod non
habebat, nec habere sperabat *ad tradit.per Bart.*
in l.qui Romæ §.duo fratres quæst.6. ff.de verb.oblig.
Ciriac.controu.282. num.9. Dec.cons.379. num.11.
vers. præterea illa renunciatio Peregr. de fideic. art.
52.num.35.

Prout idem etiam colligitur ex inoptitudi-
ne stipulationis, quia nulla vtilitas resultabat
Scipioni, vt Virginia eius hereditati renuncia-
23 ret, cum ad † libitum de ea disponere pote-
rat; vnde non est præsumendum, quod com-
24 præhendendo hanc † hereditatem actum fru-
stratorium agere voluissent, vt in his terminis
firmat *Modern.Ciriac.controuers. forens controuers.*
292. Dec.cons.45.num.5.Surd.d.cons.431. num.28.

Vltra quod non poterat dari casus, quod
25 Virginia habitura esset ius in hereditate † Sci-
pionis nisi eo mortuo, quo casu renunciatio
d. iuris vti collata post mortem Scipionis, &
sic ad tempus, quo esset incapax d. renuncia-
tionis, inanis redderetur, vt alias firmauit *Rota*
in d. Romana de Pinis.

Ex quibus non obstant supra incontrarium
allegata: Et primò non releuant verba renun-
ciationis ibi, *omnem, & quamcumque hereditatem*
tam ex testamento, quam ex quibuscunque alijs dispo-
sitionibus, quia referri debent ad personas supra
specificatas scilicèt ad hereditatē Patris, Matris,
26 & Auiæ, non autem possunt † extendi ad he-
reditatem Scipionis, de qua nulla fuit facta
explicita mentio *Paris. cons.110. num.97. lib.1.*
Dec.cons.379.n.11.& 12.& cons.27. num.5. Natt.
cons.546.num.18.

Prout non afficiunt alia verba (ab intestato
deuolui posset quouis iure, titulo, & causa
etiam non expressa) Quia vltra quod renun-
ciatio hereditati, vel iuri de futuro in propo-
sito intelligi debet de illo iure, quod habuit,
27 vel habet causam de præterito, † vel de præ-
senti, non autem ex causa de futuro non ha-
bente spem probabilem de præsenti *iux.tradit.*
per Ciriac. d. controuer.292. num 8. Cost. de claus.
conuent.claus.94.num.2.Add.adGreg.XV.decis.265.
num.6. Ideoque non compræhendit ius succe-
28 dendi † ab intestato in hac hereditate Scipio-
nis, quod diceretur ius de futuro ex causa de
futuro sine vlla spe probabili de præsenti *Bar.*
in d.l.qui Romæ 122.§.duo fratres.num.19.in 6.qu.
ff.de verb.oblig.Corn.cons.170.sub n.2. lib.2. Castr.
cons.395.in fin.lib.1. cum alys cumulat. per Ciriac.
controu.292.num.9.

Fuit responsum dd. verba, omniaque alia
in contrarium ponderata regulari, & restrin-
gi debere iuxta narratiuam renunciationis,
29 † quæ strictissimam recipit interpretationem
ac iuxta qualitatem, & virtutem clausularum
ibi, *cedens &c.constituens &c.* & verborum proe-
mialium per viam rationis prolatorum ibi,
& hanc renunciationem fecit gratitudinis causa, &
quia sic de rebus, & bonis suis facere placet, & pla-
cuit, quæ clausulæ, & verba totum renuncia-
tionis contextum qualificant, adeout in ea
non censeatur compræhensum, nisi illud ius,
30 † quod renuncians de tempore contractus
habebat, quod cedere, vel transferre, & per
cuius renunciationem parem gratiam referre,
poterat, vt firmant *Bart.Ciriac. Dec. Peregr. su-*
pra relat.

Prædictaque omnia facilius DD. visa fue-
runt procedere ex eo, quia renunciatio facta
31 † ad fauorem fratris semper præsumitur facta
in fauorem descendentium masculorum de
familia, vt bona in ea conseruentur, vel vt
frater liberè de bonis renunciatis disponere
possit, tacitamq; de iure habet in se conditio-
nem, dummodo aliquis masculus, vel descen-
dens fratri superuiuat, vel ipse de bonis renun-
32 ciatis aliquo † modo disponat, alias si nullus
fratri superuiuat, & de bonis renunciatis non
disponat (prout euenit in præsenti casu) re-
nunciatio non nocet, perindè ac si facta non
fuisset, vt in terminis renunciationis factæ à
Moniali ad fauorem fratris tenet *Io. Franc. de*
Pont.cons.39.num.1.2.& 3. vbi plures cumulat,
33 contrarijs respondet & hanc † sententiam ve-
ram, communem, & iudicatam testatur, &
latè defendit *Iacob.Cancer.var.resol.cap.15.de re-*
nunciat.num.17.24.& seqq. vbi dicit, hanc con-
clusionem sicuti æquam, ita veram, *& numer.*
41. non esse ab ea recedendum in iudicando,
& consulendo *Io.Maria.Nouar.quæst. Forens.67.*
par.1.fol.101.Paris.cons.3.num.27.vsque ad fin.lib.
2. Salicet in l. pactum quod dotali. num.5. vers. aut
paciscitur filia. C. de pact. cum alijs plena manu cu-
mulatis à franc. de Pont.& Cancer.

Et hanc conclusionem procedere ne dum
34 † quando renuncians recepit dotem tenent
Cancer.loc.sup.cit.num.28. Salicet. in d.l.pactum nu.
5.Sanch.super precept.decalog.lib.7. cap.7. num.27.
Io. Franc. d. Pont. d.cons.39. num.3. vers. quando
soror dotata.

Verum etiam quando renunciatur ex cau-
35 sa † ingressus Religionis, dummodo tamen
(prout hic) non adsit persona, cui præsuma-
tur renuncians, & recipiens potius prospicere
voluisse, quam Monasterio, vt tenet *Sanchez*
d. lib.7.cap.7.num.29.cum alijs ibi allegat.

Eoque maximè in præsenti casu, quia vltra
36 † d. iuris præsumptionem concurrit etiam
verbalis declaratio facta in proemio renuncia-
tionis per illa verba ibi, *constituta Virginia asse-*
rens, quod Ascanius eius pater filios masculos non ha-
bens, vt bona in familia conseruarentur, donauit Sci-
pioni nepoti &c. qui ad exequendum voluntatem d.
Ascanij se obligauit dare dotem &c. cupiens præterea
non solum quietantiam facere intuitu, & contempla-
tione &c. dd. pecuniarum per ipsum soluendarum re-

nunciare &c. hinc est &c.) ex quibus colligitur donationem Ascanij dotationem Scipionis, & renunciationem Virginiæ vti successiuè, fa-
37 ctas, † vnam videlicet contemplatione, & in exequutionem alterius, ad inuicem fuisse correspectiuas. *Socc. consil. 273. num. 4. verſ. confirmatur lib. 2. Menoch. conſ. 156. num. 14. Gratian. diſcept. for. cap. 353. num. 3. Mantic. decis. 238. num. 5.* taliter quod sicuti donatio fuit facta contemplatione masculorum de familia, ita quoque censeri debeat facta renunciatio Virginiæ virtute cor-
38 respectiuitatis, quæ operatur, vt † vnus contractus alteri inesse dicatur, eiusdemque naturæ, ac pro vnico contractu habeatur *Gratian. diſcept. forens. cap. 924. num. 2. vbi plures concordantes recenſet.*

Et propterea dum renunciatio tam attenta præsumptione iuris, quam virtute dd. verborum fuit facta contemplatione certarum personarum, videlicet masculorum de Agnatio-
39 ne, sequitur † illis de medio sublatis, renunciationem euanescere, nec renuncianti obstare, quominus in eorum hereditatibus succedere valeat. *ad tradit. per Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 568. num. 8. Coſt. de facti & iur. ignor. diſt. 4. cent. 2. num. 12. Oſaſch. decis. 99. num. 11. Surd. decis. 252. num. 4. Rota in Bononien. de Armis coram R. P. D. meo Merlino poſt modern. de legit. decis. 48. num. 18.*

Nec obstat, quod renunciatio stipulata fuerit pro fratribus, & heredibus; vnde mortuis
40 fratribus renunciatio † adhuc durat ad fauorem heredum *iux. opinionem Alex. conſ. 29. num. 2. & ſeq. & ſub num. 5. lib. 3. Pariſ. conſ. 26. num. 27. lib. 3. Menoch. conſ. 6. n. 15. verſ. 5. accedit Burſatt. conſ. 264. num. 6. Afflict. decis. 161. num. 3. Rouit. conſ. 43 num. 10. Rota decis. 587. num. 1. & 7. p. 1. recent.*

Placuit enim responsio, istam cōclusionem procedere quando recipiens renunciationem
41 † decedit testatus instituto certo herede, qui absque dubio renunciantem excluderet *vt firmant Marant. in ſuis diſputat. diſput. 10. num. 14. in fin. d. Franc. à Pont. cum alijs ſupra relat.*

Vel sibi vendicare locum, quando decedit intestatus superexistente tamen persona, cuius contemplatione renunciatio expressè, vel tacitè recepta præsumi posset; secus verò quando nulla superest persona (prout in præsenti casu) cum Moniales sorores Virginiæ nec expressè, nec tacitè fuerint in renunciatione consideratæ, vnde stipulatio pro heredibus
42 minimè † eis suffragari potest; Quia in tantum capit venientes ab intestato, in quantum reperiuntur in renunciatione expressè, vel tacitè contemplati, vt videntur firmare DD. in contrarium allegati, nempè *Rouit. in alleg. conſ. 43. num. 11. & conſ. 44. num. 6. Pariſ. eodem conſ. 26. num. 20. in fin. Alex. eodem conſ. 29. num. 3. in fin. lib. 3. Rota in allegat. decis. 587. par. 1. recent. ſub num. 8.* vbi post mortem fratrum sine filijs superui-
43 uebat alia soror germana nupta, † quæ conseruabat agnationem, cuius contemplatione renunciatio recepta præsumebatur, idemque firmant idem *Io. Franc. à Pont. Cancer. & Marant loc. ſupra cit. Crauett. conſ. 42. n. 1. & 2. Gabr. conſ. 135. num. 4. & 34. lib. 2.*

Et ita vtraque &c.

LVCANA HORARVM.

Veneris 7. Iunij 1634.

Argumentum & Summarium ferunt quod.

1 *Attentata ſint geſta pendente appellatione.*

DECISIO CCCXXXXVIII.

PRIOR, & Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ SS. Ioannis, & Reparatæ Ciuitatis Lucanæ decreuerat de anno 1628. vt missa conuentualis celebraretur in tertia, Vespera verò vna hora post meridiem, in quibus horis dd. Diuina officia celebrare cæperunt, sicque continuarunt vsque ad annum 1633. de quo tempore cum duo ex Canonicis d. Capituli, & alij Cappellani, qui tam in d. Collegiata, quam in Cathedrali eiusdem Ciuitatis obtinent Canonicatus, & respectiuè Cappellanias prætenderent ex antiqua obseruantia Diuina Officia consueuisse celebrari in d. Collegiata ante horas prædictas, egerunt coram Vicario Lucano, vt omnia in pristinum reducerentur, à quo lata fuit sententia, in qua fuit dictum, non licuisse, nec licere dd. Priori, & Capitulo mutare horam celebrandi Diuina Officia, sed ea esse celebranda ex veteri more; à qua sententia, quamuis pro parte Capituli fuisset appellatum, & causa simpliciter in Rota esset commissa; nihilominus d. Vicarius pendente appellatione ad nonnullos actus, & quædam præcepta pœnalia processit, quæ DD. in decisione emanata in hac causa sub die 17. Febr. præteriti dixerunt esse attentata, & reuocanda *tot. tit. ff. nil. innou. app. pend. cap. non ſolù de appell. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 75. cum alijs in deciſione allegatis.*

Cumque hodie proponeretur causa super iisdem DD. steterunt in decisis ex iisdem fundamentis, quæ quidem fundamenta pro parte Cappellanorum, & litis consortium non impugnabantur, sed tantum controuertebatur prætensio Canonicorum, dum vltra supradicta præcepta instabant possessionem quoque Cappellanorum celebrādi officia diuina ante tertiam de mane, & de serò statim post meridiem esse declarandam attentatam vti factam in exequutionem supradictorum decretorum circa quod DD. habuerunt difficultatem, cum dd. beneficiati hanc possessionem prætendant exercere non in vim supradictorum præceptorum Vicarij, sed vigore anterioris tituli, cuius validitas, vel inualiditas visa fuit DD. pendere à discussione negotij principalis.

Et ita vtraque &c.

CALCIATEN DECIMARVM.

Veneris 9. Iunij 1634.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio quibus concurrentibus sit relaxanda.*
2 *Declaratoria vt euitetur non sufficit sola patientia sed oportet mandatum precisè impleri quando requiritur factum positiuum.*
3 *Citationis defectus dicitur sublatus per subsequentem consensum partis & tanto magis si sit reiteratus & num.4.*

DECISIO CCCXXXXVIII.

POST decisiones emanatas in hac causa tam coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pamphilio, quam coram bo: me: Buratto super manutentione percipiendi decimas loci de Cenizeros spectantes ad Capitulum pro vna quarta, pro alia ad Archidiaconum de Nagera; pro reliquis duabus quartis ad Beneficiatos eiusdem loci, fuit orta controuersia super prælatione percipiendi dd. portiones decimales: vnde sub die 26. Aprilis 1630. fuit à me propositum dubium an quarta debita Capitulo esset detrahenda de toto aceruo absque diminutione quartæ Archidiaconi, & affirmatiuè fuit resolutum, nempè quartam Capituli esse detrahendam de toto aceruo, cuius resolutionis vigore fuit relaxatum nouum mandatum de manutenē contra Beneficiatos, ad quos spectat post collectas decimas, quartas Capitulo, & Archidiacono consignare, cui mandato cum dd. Beneficiati obtemperare noluerint, fuit datum dubium, an contra ipsos esset decernenda declaratoria, quod fuit affirmatiuè resolutum.

Nam cum d. mandatum fuerit Beneficiatis intimatum, & postea reproductum in Rota, nec non fuerint seruati termini de stylo seruari soliti ad doceñ de paritione, nec de ea doceatur, contra ipsos tamquam contumaces
1 venit † relaxanda declaratoria. *vt per Felin. in c. Rodulphus. de rescript. num.1. Socc. in cap. nulli num. 3. de caus. poss. & propr. Rota decis.591. num.5. par.2. recent.*

Non obstat, quod dd. Beneficiati non possint dici contumaces, cum ipsi patientiam præstiterint; quia vbi requiritur factum positiuum, & vbi quis tenetur ad alicuius rei tra-
2 ditionem, non sufficit † sola patientia, sed oportet illud præcisè implere, & rem tradere, prout in terminis præstationis decimarum tenuit *Rota coram Seraph. decis. 1113. num.3.*

Non obstat allegatus defectus citationis desumptus ex eo, quod fuerit deuentum ad relaxationem d. mandati de manutenendo absque citatione contra d. Beneficiatos, quia cum in Intimatione mandati facta de anno 1613. illud non allegauerint, quinimò exhibuerint se paratos obedire, satis per hunc con-
3 sensum † dicitur sublatus talis defectus etiam si citatio ab initio fuisset nulla *Gabr. concl. 1. tit. de citat. num. num.371. Rota decis.415. par.1. diuers.* qui consensus tanto magis operari debet, ex
4 quo illum † iterarunt in Intimatione declaratoriæ relaxatæ in exequutionem mandati de manutenēdo alias obteñ. *l. Balista ff. ad Trebell.*

Minus obstat, quod Intimatio non fuerit facta capitulariter, quia vltra quod in præsenti casu apparet intimationem fuisse factam dd Beneficiatis collegialiter congregatis, vt iustificatur in facto, hoc non fuit necesse, ex quo prædicti Beneficiati non faciunt Capitulum, & propterea sufficit ipsis vti singulis Intimationem fuisse factam.

Et ita vtraque &c.

BRIXINEN PAROCHIALIS.

Lunæ 12. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Mandati de manutenendo petitio, quando reijciatur; Possessio nequaquam acquiritur per actum attentatum, nec per ea, quæ fiunt per modum prouisionis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur sine possessione.*
2 *In possessorio iudicio non releuant ea, quæ respiciunt petitorium.*
3 *Possessio colligi non potest ex attentatis.*
4 *Iurisdictionem quis exercere non potest in non suos.*
5 *Actus per modum prouisionis facti non tribuunt aliquem statum manutenibilem, & num.6.*

DECISIO CCCXLIX.

PRAETENDENTE Abbate Monasterij S.Georgij Brixineñ Diœcesis, mandatum de manutenendo in quasi possessione deputādi Rectores, tàm sæculares, quàm regulares in Ecclesiis parrochialibus, de quibus agitur proposui dubium, an ei d. mandatum esset dandum, & DD. quoad deputationem regulariū negatiuè responderunt: Quidquid enim sit de possessione deputandi Rectores sæculares, quam Informantes pro Illustrissimo Principe, & Ordinario Brixineñ non impugnabant, de possessione tamen quoad deputationē regularium nullibi constare visum fuit, sine
1 qua † manutentio non datur §. *retinendæ Inst. de Interd. Rot. decis.4. num.11. par.2. diuers. & decis.63. & 605. num.1. par.1. recen. cum vulg.*

Non obstant quędam concessiones dd. Parrochialium factę Abbati d. Monasterij ab Ordinarijs Brixineñ pro tempore, & à Sede Apostolica confirmatæ, de quibus *in Summ. Abb.*
2 *num. 1. vsque ad 6.* Quia illæ † visæ sunt respicere petitorium, nec discutiendæ in hoc summarissimo Iudicio.

Non obstat prætensa confessio d. Illustrissimi Ordinarij desumpta ex eius literis datis in *Summ. n.3.* Nam prima sub datū 28. Iunij 1632. continet, quod habita notitia per ministros Consistoriales, quod Abbas d. Monasterij erga præsbyteros à se præsentatos varia manda-
3 ta, & præcepta sine aliqua iurisdictione † attentabat, eosdemque omnimode sibi subijcere præsumebat, iniungitur eidem Abbati, vt in posterum à similibus abstineat, ex qua narratiua ordinarius non fatetur possessionē

Abba-

Abbatis quoad deputationem regularium
quinimò apparet non fuisse loquutum de re-
gularibus, qui Abbati sunt omni iure subie-
cti, sed potius de sæcularibus, in quos Iuris-
4 dictionem † non habebat, & tamen illam in
eosdem exercere præsumebat.

Altera verò sub datum 3. Decembris eius-
dem anni 1632. continet, quod habita noti-
tia per eosdem Ministros Consistoriales, quod
quidam frater Iacobus Conuentualis ad vnā
ex dd. Parochijs destinatus Dominicis dum-
taxat diebus Diuina officia peragebat, & quod
incolæ nimis de hoc conquerebantur, man-
datur d. Abbati vt d. Conuentualis debeat in
ea residere vsque ad vlteriorem ordinationē
d. Consistorij, de cuius licentia ipse in d. Pa-
5 rochia permanebat † per modum prouisionis
& donec reperiretur sæcularis ad curam ido-
neus, qui actus non meretur attendi ad effe-
ctum obtinendi manutentionem petitam,
cum huiusmodi actus per modum prouisio-
6 nis facti † non tribuant statum manutenibilē.
*Abb. in cap. cum vos num. 1. de off. ordin. Rebuff. de
de sent. prouis. in præfat. num. 77. & fuit dictum in
Ianuen. Parrochialis 19. Aprilis 1627. coram Re-
uerendissimo D. meo Vrgellen.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA, seù NEAPOLITANA FIDEIVSSIONIS DE REPRAESENTANDO.

Lunæ 12. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Fideiussor, qui obligationi accessit de stando iuri; & de repræsentando aliquem sub pœna; si post rem iudicatam interpellatus non repræsentauerit an teneatur ad solutionem pœnæ: non obstante carceratione repræsentandi extra iurisdictionem, & locum in quibus debet repræsentari.

SVMMARIVM.

1 *Validitas resultat per concursum requisitorum de quibus per Caputij decis. 260. num. 2.*

2 *Obligans se in forma Cameræ, quod repræsentabit talem carceratum ad omne mandatum Domini secuta re iudicata, interpellatus si non repræsentauerit tenetur ad solutionem pœnæ conuentæ.*

3 *Fideiussor excusatur si non repræsentet sub eius fideiussione relaxatum si iste alibi sit carceratus.*

4 *Carceratio præbet iustam causam non comparendi.*

5 *Fides Custodis carcerum non probat, quem carceratum si partita non fuerit formiter à libro Carceratorum extracta.*

6 *Fides Custodis carcerum eo minus probat si non fuerit formiter recognita.*

7 *Fideiussor de repræsentando non excusatur à pœna si debitorem repræsentare nequeat ex quo ob æs alienum contractum post obligationem de repræsentando fuit alibi carceratus.*

8 *Fideiussoris de repræsentando culpæ est imputandum si debitor sub eius cautione relaxatus extra iurisdictionem abierit cum Iudex eo casu eius custodiæ illum commisisse censeatur, & num. 9.*

10 *Fideiussor de repræsentando per termini susceptionem de repræsentando dicitur renunciasse cuicumque exceptioni, & omnino se obligasse ad pœnæ solutionem si repræsentare nequeat intra d. terminum susceptum.*

11 *Complementarius ex generali consuetudine in Vrbe habet facultatem obligandi consocios etiam in negocijs non concernentibus rationem.*

12 *Mercatores, quando sunt approbati, & descripti in matricula non iuuantur beneficio minoris ætatis.*

13 *Obligationis factæ per procuratorem acceptatio resultat ex termini susceptione ab eodem principali facta.*

14 *Minores possunt obligari ab habente mandatum à tutoribus illos obligandi.*

15 *Mandatum procuræ præsumitur, quando illud fuit enunciatum in instrumento obligationis cum die rogitus, & specifica relatione ad acta notarij de eo rogati.*

16 *Præcipue si notarius attestetur in ipsa stipulatione illud fuisse sibi traditum.*

17 *Mandatum procuræ si post oppositionem fuerit per viam, replicationis in actis exhibitum, suffragatur etiam in terminis causæ commissæ cum clausula*, Si quid exequen.

DECISIO CCCL.

IVLIVS Cæsar Parlatus carceratus in Vrbe vigore mandati suspicionis fugæ pro scutis 3800. ad instantiam Aemilij Platti, & litis consortium promisit stare iuri, & post iudicatum se repræsentare ad omne mandatum Domini sub pœna scutorum 1500. Cui obligationi accessit Ioseph Cacaccius filius q. Honofrij tàm nomine proprio, quàm vti procurator Ioannis Caroli eius patrui vti principalis, ac vti Tutoris, & Curatoris Cæsaris, Ludouici, & Andreæ de Cacacijs filiorum d. q. Honufrij, ac nomine eorum rationis mercatoriæ vinorum, prout in Instrumēto obligatione Camerali vallato *Sum. n. 1.* Cumque *in vim* triū conformium fuisset relaxatum mandatū exequutiuum contra d. Iulium Cæsarem pro dd. scutis 3800. dd. Cacacij fuerunt interpellati à dd. creditoribus ad repræsentandum d. Iulium Cæsarem, ob cuius non repræsentationem fuit ab A. C. relaxatum contra ipsos mandatum exequutiuum pro dd. scutis 1500 Causaque appellationis à d. mandato mihi commissa cum clausula, *si quid exequendum*, & creditoribus tantum informantibus, fuit affirmatiuè responsum, quia illud validum, & iustum visum fuit.

Validitas enim non controuertebatur, cum
1 ex† reuolutione actorum appareāt omnia in-
teruenisse, de quibus *per vulg. dec. Caput. 260. p. 2*

Iustitia verò deducebatur ex eo, quia cum dd. Cacacij promiserint in forma Cameræ, quod d. Iulius Cæsar staret, seq. post iudicatum repræsentaret ad omne mandatum Domini sub d. poena scutorum 1500. nec illum post rem iudicatam in vim trium conformiū iudicialiter interpellati repræsentauerint infra terminum à iudice præfixum, vtique factus

est

est locus eorum obligationi, ac per conse-
2 quens † tenentur ad solutionem pœnæ conuentæ *iux. text. expressum in l. sancimus §. fin autem & secunda adiectio C. de fideiuss. l. si quis reum vbi Bart. & Angel. & communitèr DD. ff. de custod. reor. Boss. in tit. de carcer. fideiuss. relax. nu. 65. in princ. Farinac. in prax. crim. tom. 1. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 34. in princ. Rot. decis. 44. num. 1. & seqq. post Zacch. de obligat. camer.*

Non obstat, quod d. Iulius Cæsar detineatur carceratus in Ciuitate Neapolis de mandato D. Proregis, ac proindè cum dd. fideius-
3 sores non possint illum repræsentare, † excusentur à pœna. *ad text. in l. sed & si quis §. illud vers. planè si vinculis, vel custodia militari impeditus &c.* & ibi *communiter ff. si quis caution. iudic. sist. caus. fact. non obtemper. Ioseph Cumia in Rit. magn. Cur. Sicil. cap. 65. num. 19.* quem refert, & sequitur *Farinac. d. tit. de carcer. & carcerat.*
4 *quæst. 34. num. 86.* cum carceratio præbeat † iustam causam non comparendi. *Speculat. in tit. de cit. §. 1. num. 10. vers. item quod citatus detentus fuit cum alijs allegatis per Farinac. d. num. 86.*

Quia vltra, quod de huiusmodi carceratione non constat nisi ex fide Custodis carcerarorum, quæ non facit fidem, tum quia non
5 continet † partitam formiter extractam à libro Carceratorum, prout iacet ad notata. *per Gregor. XV. decis. 359. num. 5. vbi Add. num. 9. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 927. & seq.* tum etiam
6 quia non fuit formitèr † recognita, prout fuit in actis protestatum. *Mascard. de probat. par. 2. concl. 1294. nu. 3. vers. præterea Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 748. Gratian. discept. 677. num. 10. & seq. Gait. d. cap. 3. tit. 1. num. 930. & seqq. Greg. XV. d. decis. 359. num. 5. in princ.* fuit responsum assertam carcerationem non releuare, cum illa processerit ex culpa ipsius Iulij Cæsaris debitoris, qui (vt asseritur) fuit carceratus Neapoli ob æs alienum contractum post obliga-
7 tionem de repræsentando, quo casu † fideiussor de repræsentando non excusatur à pœna, si debitorem repræsentare nequit, vt probat. *text. in l. 2. §. fin. ff. si quis caution.* ibi simili modo exceptio datur ei, qui cum ad iudicium veninire volebat, à magistratu retentus est sine dolo malo ipsius, nam si ipse hoc affectauerit vel causam præstiterit, non ei proderit exceptio, & ipsius quidem dolus ei oberit. *vbi glos. in verb. præstiterit. Alberic. vers. si verò dedit. Bart. ibid. in vers. solue Farinac. d. quæst. 34. num. 88.* cum alijs ibi relatis *Surd. decis. 189. num. 28.*

Vlterius ponderabat vnus ex Dominis, quod Iudex relaxando debitorem iuratum, suspectum de fuga sub cautione de stando Iuri, & post iudicatum repræsentando, cense-
8 tur † eumdem cõmisisse custodię fideiussorum *ad text. in l. 2. ff. de custod. reor.* vnde cum dd. fideiussores censeantur in se suscepisse custodiã d. Iulij Cæsaris, sibi imputari debent, si permi-
9 serint eum sic relaxatum † discedere è locis subiectis imperio iudicantis, & in alienam iurisdictionem abire ad tradita. *per Vlpian. in d. l. 2. §. quid enim ff. si quis caution.* stante præsertim, quod Franciscus, & Cæsar de Cacacijs post assertam carcerationem, tam pro se ipsis quàm pro alijs prędictis de Cacacijs & nomine eorum rationis mercaturę vinorum susceperant terminum vnius mensis ad repræsen-
10 dum per quam termini † susceptionem censetur renuntiasse d. exceptioni, eaque non obstante se obligasse ad solutionem pœnæ, si infra terminum ab eis susceptum repræsentare non possent. *ad tradita per Bald. in l. ad solutionem num. 1. C. de re iudic. Franc. in cap. sollicitudinem num. 14. de appellat. Rom. cons. 9. num. 1. & ibi Add. lit. C. Crauett. cons. 158. nu. 2. Rot. decis. 773. n. 5. par. 2. recent.*

Non obstat, quod d. Ioseph non potuerit obligare d. Io: Carolum, nec dd. Cæsarem Ludouicum, & Andream eius fratres, ac multo minus Franciscum filium q. Io. Camilli Cacacij, cum nec d. Franciscus, nec d. Io Camillus reperiantur obligati in Instrumento obligationis, de quo *in d. summ. num. 1.* ac proindè quidquid sit de d. Iosepho fideiussio de repræsentando non sustineatur pro rata, & portione aliorum prædictorum de Cacacijs: Quia cum d. obligatio facta fuerit à d. Iosepho non solum nomine proprio, sed etiam nomine rationis mercatoriæ vinorum, in qua omnes prædicti sunt compræhensi, & ipse esset complementarius d. rationis, benè potuit omnes prædictos obligare, cum complementarius in
11 Vrbe de generali consuetudine † habeat facultatem obligandi consocios etiam in negotijs non concernentibus rationem, *vt fuit dictum in Romana Census de Petronijs de anno 1577. coram Brauo. Rota decis. 50. num. 2. in fin. post Zanl. de oblig. Camer.*

Nec obstat quod dictus Cæsar Ludouicus, & Andreas filij d. q. Honufrij essent minores Quia Mercatores, quando sunt approbati, & descripti in matricula, prout sunt dd. fideius-
12 sores, non iuuantur † beneficio minoris ætatis *Bart. & Bald. in l. 1. C. qui, & aduers. quos num. 4. vers. & eadem ratione Salic. ibidem in fin. Aretin. n. 2. in fin. vers. vndè Mercator Roman. cons. 318. n. 2 Stracc. de merc. p. 1. n. 16. Odd. de restit. par. 2. n. 22 Bocac. in Const. Marcb. glos. 7. num. 291. & seq.*

Et visa fuit cessare difficultas; nam respectu Francisci, & Cęsaris adest expressa acceptatio
13 d. obligationis † ex d. susceptione termini *d. l. ad solutiinem vbi Bald. num. 1. & cæteri DD. C. de reiudic. Rot. d. decis. 773. num. 5. vers. dixerunt. DD. par. 2. rec.* Respectu verò aliorum d. Iosephus habuit mandatum à d. Io. Carolo ad facieñ d. obligationem, tam proprio quàm tutorio, & curatorio nomine dd. minorum, qui profe-
14 ctò potuit eos obligare *ad text. in l. 1. §. 1. ff. de administr. tut. l. si consensit. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. Paris. cons. 99. num. 38. vol. 1. Surd. dec. 297*

Non obstat prætensus defectus d. mandati, tum quia illud fuit enunciatum in Instrumẽto d. obligationis cum die rogitus, & specifica relatione ad acta Notarii de eo rogati,
15 quo casu illud præsumitur *Dec. cons. 38. num. 6. vers. 20. resp. Cassad. decis. 3. num. 4. de procur. Greg. XV. decis. 111. num. 2.* præsertim quia Notarius
16 attestatur † in ipsa stipulatione illud fuisse traditum *Rota in Veliterna Casalis 7. Iunij 1574. coram Lancellotto & decis. 503. num. 3. par. 1. recent.*

tum

tum etiam quia post huiusmodi oppositionē fuit per viam replicationis in actis exhibitum quod sufficit etiam in terminis causæ com-
17 missæ cum clausula (si quid exequeñ) *Rota decis.168.num.10. vers. quia respondetur post Pacif. de Salu. iuxta nou. impress. & in Ancontana bonorum 11. Maij 1657. coram Insto. Et in Papien pensionis. 9. Nouembris 1608.coram Ortembergo.*

Et ita vna tantum &c.

PERVSINA SVCCESSIONIS DE ALPHANIS.

Lunæ 19.Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Statuta exclusiua fœminarum licet emanauerint pro conseruatione agnationis, tamen vt ea extendantur, identitas rationis non sufficit, sed requiritur maioritas, filia dotata si excludatur à successione intelligitur de dotata tempore delatæ successionis. Administrator de quibus bonis præsumatur soluisse æs alienum.

SVMMARIVM.

1 *Verba (Prout supra &c.) repetunt qualitates præcedentis dispositionis.*
2 *Statuta exclusiua fœminarum dicūtur emanasse pro conseruatione agnationis.*
3 *In statutis exclusiuis fœminarum debet fieri extensio ex identitate rationis.*
4 *Filiæ fœminæ vt excludantur ab hæreditate matris, non tanta ratio est quanta ab hæreditate patris, vel aui.*
5 *Extensio in statutis exclusiuis fœminarum non fit ex identitate, sed ex maioritate rationis.*
6 *Statut. Perusinum 45. de mulier dotat excludit filias dotatas propter dotem, & num.9.& 11.*
7 *Statutum non est dicendum quod frustra occupet membranam.*
8 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
10 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
12 *Actus sequens re non integra non admittitur in præiudicium testis, sed iuris illi quæsiti.*
13 *Gesta per eum de cuius mandato non constat, nihil faciunt.*
14 *Aegidianæ effectus non impeditur per nouam probationem vel productionem, & num.19.*
15 *Obseruantia non inducitur ex actibus voluntariis.*
16 *Administrator censetur soluisse debita de pecunijs exactis & administratis.*
17 *Administrator non potest fieri creditor eius cuius bona administrante redditam ante rationem de administratis.*
18 *Hæres quando hæreditas est locuples, præsumitur soluisse debita defuncti de pecuniis & mobilibus hæreditariis.*
20 *Exceptio retentionis pro melioramentis non admittitur quando non probatur quod melioramenta fuerint necessaria.*
Vel taliter vtilia vt fuerint aucti fructus, nu.20.
21 *Peritorum relationes licet legitimè electorum non attenduntur non constito de citatione ad viden. æstimari.*
22 *Melioramenta compensantur cum fructibus à die mota litis.*

DECISIO CCCLI.

PROPOSITA causa, an esset locus Aegidianæ DD. perstiterunt in decisis pro affirmatiua, cum sententia Rotæ Perusinæ immissiua D. Mariæ in possessionem tertię partis bonorum maternorum esset valida, & iusta ex deductis in decisione.

Visa namque fuit DD. plana intelligentia Statuti Perusini in ea firmata, nec ex §§. iterum ponderatis Martiam excludi à successione matris.

Nec obstat, quod in §. item si quis etiam pater, quem loqui de dotata à patre de bonis paternis, & maternis viuente matre firmatū fuit, habeat verba vsque ad portionem ipsi mulieri de iure tangentem, quasi cum portio non tangat in vita, intelligi debeat de dotata post mortem: Quia participium (tangentem) exponendum est, quæ tangere debet, vt demonstrat tam subiecta declaratio in decisione ponderata ostendens Statutum loqui in dotatione facta matre viuente ex allegatis in ea, quam quia Statutum clarè loquitur, ibi, (etiam de bonis patris viuentis, & dotantis) vndè conuincitur d.participium ità esse necessario intelligendum.

Minus obstat repetita ponderatio §. item si aliquis pater (in verbis) & aliarum personarum, & prout supra dictum est: Quia intelliguntur retento eodem themate dicti §. quando mortuo patre, vel auo fuit dotata ab aliquo fratre, vel descendente ex fratre, tunc enim excludi vult etiam ab hæreditate aliarū
1 personarum, de quibus, & prout † supra dictum est, scilicet descendentium à patre, vel auo, vt in principio Statuti dictum fuerat, nec possunt intelligi in themate, & casu longè diuerso diuersæ dotationis, *Crauett.consil.208.nu.5. & 6. & in Romana de Marganis 9. Decemb. 1616. bo. me. Buratto*, atque ità in terminis huius §. sæpiùs firmat Corn. *vt in decisione*, de cuius etiā tempore continebat dicta verba, de quibus Corn. expressam mētionem facit *cons.300.n.1. circa fin.vers.& videtur dicendum lib.4.*

2 Non obstat, quod Statuta † exclusiua fœminarum dicantur emanasse pro conserua-
3 tione agnationis, ideò † fieri debeat extensio ex identitate rationis: Quia non est tanta ra-
4 tio excludendi filias ab hæreditate † matris, quanta ab hæreditate patris, & aui *Hondod.consil.1.num.28.& 32. in fin.lib.1.Surd. decis.9. nu.9. & in Bonouien. Successionis 3.Maij 1633. coram R.*
5 *P.D. meo Merlino.* vel certè non † maior ratio, & non fit extensio in Statutis exclusiuis ex identitate, sed requiritur maioritas rationis, vt in decisione, & latè firmat, *Rota decis.461. num.4.vers.& mouebantur par.2.recent.* & cumulans alios, *Aldobr.consil.97.nu.16. Gratian.discept.*
6 *654. num.43.* coeque minus in hoc† Perusino, quod ex allegatis in decisione non excludit nisi dotatas, & propter dotem, & frustra oc-
7 cupasset membranas cum longa distinctione ca-

casuum, & §§. si solam rationem conseruandæ agnationis attendere voluisset.

Nec firmata in decisione circa §. & si casus euenerit, læduntur in aliquo, prætextu quod
verba (prout in præsenti statuto continetur.)
non debeant referri ad principium ex quo ibi
nõ aperitur an dotatio post delatam hæreditatem sufficiat, sed ad § *præcedentem*, vbi declaratur sufficere. Quia decisio non dicit
verba prædicta referri ad principium, sed illa
referri ad cõtenta in toto Statuto iuxta casus
8 in eo expressos ob eorum diuersitatem † singula singulis congruè referendo, vt in terminis dixit etiam *Eugen. cons.4. num.56. & 58.
lib.2.* Idque confirmari ab vsu statuentium,
qui vbi volebant se referre ad certum §. semper id exprimebãt *arg. l. hæredes palam §. sed &
si notam ff de testam. & in terminis Statuti Rota Bononien. diuers. decis.2. num.29.* quamuis etiam nec
subsistat in principio non aperiri dotationem
9 post delatam hæreditatem † non sufficere, cũ
excludendo sub conditione, & qualitate dotationis, & non nisi dotatas, & propter dotẽ,
satis aperiat dotationem requiri ante delatam
hæreditatem ex plenè etiam in terminis Statuti Perusini allegatis in decisione, & exceptio
& limitata permissio dotationis in casibus §.
10 item si aliquis, confirmet regulam, † & prohibitionem in non exceptis ex allegat in ead.
vers. nam placuit.

Neque aditio hæreditatis maternæ etiam pro Martia, ex qua non esse clariorem dictũ
fuerat, controuerti potest ex eo, quod dos
censeatur retenta pro filijs masculis: Quia
loquuntur adhoc allegati in terminis Statuti
simpliciter excludentis fœminas, sed vbi nõ
11 excludit nisi † dotatas (vt istud Perusinum)
hæreditas delata est etiam indotatæ, quæ vbi
etiam mox dotari posset, tamen interim intrat aditio tollens futuram dotationem, *Corn.
cons.94. n.13. in fin. & 14. lib.2. Natt. cons.74. nu.9.
& 10. Medic. & Morot. relati in decisione*, ex quo
12 actus † sequens re non integra non admittitur in præiudicium tertij, seu iuris illi quæsiti
Seraph. dec.20. n.5. Rimin. iun. cons.813. nu.25. Cessatque disputatio ex instrumentis à patre factis expresse nomine, etiam Martiæ vti hæredis, cum etiam vbi deseruire non possent pro
aditione, benè declarent animum retẽtionis
dotis, & sic aditionis ab initio etiam pro illa,
vt fuit in decisione deductum.

Accatastratio verò præcedens quorundam
bonorum maternorum nomine Seueri nihil
13 facit † tanquam ad instantiam cuiusdam asserti factoris Raphaelis, de cuius mandato nõ
14 constat, licet etiam noua probatio, † vel productio non admittatur ad impediendum effectum Aegidianæ ex allegatis in decisione 29.
Maij præteriti.

Obseruantia demum prætensa non resultat
15 ex prætensis † actibus voluntarijs non petitæ
successionis per aliquas filias, nec illi sunt in
casu certę aditionis etiam pro eis iuxta firmata in vtraque decisione.

Nec obstare visa fuit exceptio retentionis
pro melioramentis, & ære alieno Dianoræ à
Capitaneo Raphaele persoluto; Quo enim
ad æs alienum primo censetur per eum tan-
16 quam † administratorem solutum de pecunijs administratis, *l. inesennius, vbi Bart. ff. de neg.
gest. Crunett. cons.129. num.3. Mascard. concl.53. n.1.
17 Gratian. discept.204. num.9.* Vel saltem non potest firmari creditor ante redditam per eum
rationem hæreditatis q. Guidi habitę pro Dianora vxore, & hæreditatis vxoris plenè, *Rota
decis.612. num.2. & 3. par.1. & melius dec.210. sub
num.2. par.3. rec.* præsertim tum stantibus exactionibus creditorum in facto deductis, tum
quod bona hæreditaria Dianoræ continuauit
sine inuentario possidere, sicque ex quo hæ-
18 hæreditas præsumitur † locuples, censeatur
soluisse de pecunijs, & mobilibus hæreditarijs
*Bald. in l. filium, quem habentem num.37. C. famil.
hercisc. Surd. decis.15. num.15. Gratian. discept.204.
num.14. cum seqq. & in Romana fideicommissi de Victorijs 2. Iunij 1627. coram R.P.D. meo Merlino.*

Secundo, cum neque de illo, neque de solutione illius fuerit doctum in partibus, imò
nec oppositum sententia immissionis fuit iusta, nec ex nouis probationibus impediri po-
19 test † illius exequutio vigore Aegidianæ, vt
dictum est.

Quo verò ad melioramenta primo testes
20 non probãt fuisse necessaria, vel taliter vtilia,
vt fuerint aucti fructus, nec statum præcedentem terrarum, super quibus facta dicuntur
iuxta deducta in decisione 650. *sub num.1. & 4.
par.2. recent.* & per informantes stante præsertim fumo deteriorationis ex attestatione data.
21 Relationes verò peritorum † vbi essent legitimè electi non faciunt, non constito
de citatione ad videñ æstimari, *Bart. in l. Theopompus num.9. vers. quandoque statur, ff. de dot. præleg. Cresc. dec.2. de arbitr. Rot. dec.554. num.1. par.2.
recent.*

Secundo fructus à die motæ litis tanquam
annorum decem excederent prætensa melio-
22 ramenta, cum quibus † proinde erunt compensanda in liquidatione fructuum, *l. sumptus,
ff. de rei vend. Rot. d. dec.650 num.6. par.2. recen. &
in Romana vineæ 9. Decembris 1624. coram bon. me.
Buratto, & in Terracinen. de Tassonis 17. Iun. 1630.
coram R.P.D. meo Pirouano.*

Et ità vtraque &c.

PISTORIEN. SEV NVLLIVS BENEFICII.

Lunæ 19. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Possidens aliquid ex titulo infecto, si superueniat ei titulus validus, an illi sit concedendum mandatum de manutenendo, vel immissio Clausula, *statum litis &c.* quid operetur. Clausulæ, *Dummodo non sit intrusus in beneficio, & dummodo alteri non sit ius quæsitum, & sine præiudicio*, cuius sint naturæ; Subrogato gratiosè quando non denegetur immissio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione, etiam in beneficialibus sufficit ad effectum manutentionis.*

2 *Possessio capta lite pendente, & infra terminum ad appellandum est attentata, nec est manutenibilis.*

3 *Possessio infecta ex superuenienti titulo valido purgatur.*

4 *Possessionis causa censetur mutata etiam absque animi declaratione.*

5 *Possessionis attentata qualitas dicitur satis narrata Papa ad effectum illam sanandi, si narratum fuerit d. possessionem fuisse captam lite pendente, & infra terminum ad appellandum.*

6 *Clausula*, statū litis,& merita causæ habē pro expressis, *inducit in Papa expressam notitiam, nedùm de lite, sed etiam de eius qualitate cum omnibus in ea contentis, ac si indiuidualiter de eis mentio facta fuisset.*

7 *Clausula in subrogatione beneficij facta à Papa, scilicet, dummodo in d. beneficio intrusus non sis, intelligitur de alia intrusione, quam de expressa.*

8 *Intrusionis causæ sunt multiplicabiles.*

9 *Clausula*, dummodo alteri non sit ius quæsitum, *intelligitur de alio quàm de narrato.*

10 *Clausula*, sine præiudicio apposita in gratia Apostolica, *intelligitur de alio præiudicio, quam de expresso ne Papa videatur incontinenti se corrigere.*

11 *Beneficij possessionem si quis acceperit auctore Pratore non potest dici in eo intrusus.*

12 *De intruso si aliqua constitutio loquatur est intelligenda de vero intruso.*

13 *Immissio vigore subrogationis non potest denegari stante clericatu, lite super titulo beneficij, & obitu defuncti in possessione.*

14 *Lis probatur ex commissione vna cum citatione ad dicen. contra, executa.*

15 *Mors probatur ex partita formiter extracta à libro Parochi.*

16 *Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad obitum nisi de contrario constet, & n. 17.*

18 *Subrogatus ad ius, & possessionem aliquorum sufficit, quod desumat ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius.*

19 *Beneficij vacatio expirat per prouisionem Apostolicam.*

20 *Beneficij vacatio vbi non adest, non datur subrogatio.*

21 *Gratia in forma dignum, non inducit vacationem beneficij nisi fuerit executioni demandata.*

22 *Subrogatio gratiosa non impeditur per exceptiones respicientes petitorium, si subrogatus probauerit litem, clericatum, & obitum defuncti in possessione.*

DECISIO CCCLII.

VACANTE hoc beneficio per obitum q. Euerardi de Medices fuerunt ad illud præsentati Reuerendissimus D. Archiepiscopus Pisanus à DD. de Medices patronis; & Bartholomæus Verzonus ab alijs assertis patronis. Ortaque lite inter hos præsentatos coram Ordinario Praten. D. Archiepiscopus obtinuit illud sibi à Sede Apostolicà commendari, & in vim sententiæ latæ ab executore suarum litterarum possessionem d. beneficij adeptus fuit: Appellauit Verzonus à d. sententia, & causa in Rota introducta decessit; vnde cū D. Archiepiscopus obtinuisset à Sanctissimo subrogationem gratiosam in ius, & possessionem Euerardi, & Verzoni; Dubitaui, an ei esset dandum mandatum de manutenendo, vel potius mandatum de immittendo vigore subrogationis gratiosæ, & DD. dixerunt ei esse dandum mandatum de manutenendo, & quatenus opus sit mandatum de immittendo.

Et quo ad manutentionem attinet, illa visa fuit non posse denegari, cum de possessione

1 D. Archiepiscopi clarè constet ex publico Instrumento, quod alio non possidente etiam in beneficialibus sufficit ad effectum manutentionis, *Rota diu. dec. 595. num. 8. par. 1. & dec. 181. num. 4. par. 4. Gregor. XV decis. 323. num. 1. & alias sæpè.*

2 Non obstat, quod d. possessio vti capta pendente lite, & infra terminum ad appellandum fuerit attentata; ideoque non manutenibilis, *Lancell. de attent. par. 3. cap. 3 1. num. 200. Caual. decis. 135. num. 1. cum alijs alleg.* Quia ex superue-

3 nienti titulo subrogationis, in qua facta fuit expressa mētio d. possessionis infectæ, fuit purgatum omne vitium, & censetur mutata can-

4 sa possidendi † etiam absque animi declaratione, vt in terminis dixit *Rota coram Mantic. dec. 71. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 72. num. 3. & 4. & in Agrigentina beneficij 21. Iunij 1610. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pamphilio.*

Non obstat, quod non fuerit specificè narrata qualitas possessionis attentatæ: Quia illa

5 visa fuit satis expressa ex eo, † quod fuerit narratum d. possessionē fuisse captā lite pendente; & infra terminum ad appellandū, stāte præ-

6 sertim clausula. (statū litis, † & merita causæ habē pro expressis) quæ inducit expressam notitiam in Papa ne dùm de lite, sed etiam de eius qualitate cum omnibus in ea contentis, ac si indiuidualiter de eis mentio facta fuisset, *Mart. de clauſ. clauſ. 153. Gomes. super reg. de trien. q. 14. n. 7. verſ. postremo facit.*

7 Non obstat, quod in litteris d. subrogationis fuerit adiecta clausula (dummodo in dicto beneficio intrusus non sis) quæ videtur afficere D. Archiepiscopum adeptum possessionem pendente lite, & termino ad appellandū. Quia cum fuerit Papæ narratum d. possessionem fuisse captam cum d. vitio, d. clausula intelligitur de alia intrusione, quam de narra-

8 ta cum causæ † intrusionis sint multiplicabiles, vt considerauit *Rota coram Mantic. d. dec. 71. num. 4. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 413. num. 3.* Pront in simili clausula (dummo-

9 do † non sit alteri ius quæsitum) intelligitur de alio, quam de narrato, *Crescent. dec. 7. in fin. de iurep. Rot. diuerſ. dec. 653. num. 4. par. 4.* & clau-

10 sula sine † præiudicio apposita in gratia Apostolica intelligitur de alio præiudicio, quam de expresso, ne Papa videatur incontinenti se cor-

corrigere, *Gramm.dec.66.num.4.Hond.d.conf.86. num.46.lib.2.Rot.dec.791.num.2. par.3. recen.*

11 Vltra quod D.Archiepiſcopus non cœpit
poſſeſſionē authoritate propria, ſed authore
prætore, & ideo ad effectū ſubrogationis non
dicitur intruſus, cū ad hunc effectum diſpoſi-
12 tio loquens † de intruſo de verè intruſo intel-
ligatur, prout in terminis huius clauſulæ te-
nuerunt *Caſſad.dec.6. in princ.& num.2.& ſeq.de cauſ. poſſ.& propr.Sarnen.ad reg.de ſubrogan.qu.4.in princ. & in fin.& ad reg.de trien.q.47. in princ.Gig. tract.de intruſ.num.77. in fin.Mantic.d.dec.71. n.4. & fuit dictum in Ianuen. Parochialis* 10. *Decembris* 1632. *coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Sed quatenus etiam aliquis ineſſet ſcrupu-
lus in prædictis, & poſſeſſio D. Archiepiſcopi
aliquam pateretur difficultatē, prout nullam
prorſus pati DD. credebant ex ſupra deductis,
adhuc tamen videbatur DD.non poſſe D.Ar-
chiepiſcopo denegari immiſſionem vigore
13 ſubrogationis gratioſæ, cum omnia neceſſa-
ria ad illam obtinendam iuſtificentur, nem-
pè Clericatus, lis ſuper titulo beneficij, & obi-
tus defuncti in poſſeſſione, *Seraph. decif.990. Greg.dec.307.n.1.Caual.dec.608.n.1.*

Clericatus enim D. Archiepiſcopi eſt noto-
rius, & non controuertitur.

14 Lis de tempore datæ † ſubrogationis, & an-
tea probatur ex commiſſione Rotali, decreto
citationis, & mandatis procuræ, *Clem.2. vt lit. pend.Seraph.dec.316.n.4.Greg.XV.dec.27.n.1.*

15 Obitus Verzoni probatur † ex partita for-
miter extracta à libro Parochi, *Greg.XV.decif. 359.num.5.Rot.dec.321.num.3. & dec.700. num.4. par.2.rec.*

Obitus verò Euerardi in poſſeſſione d. be-
neficij probatur tam ex Inſtrumento poſſeſ-
16 ſionis, † quæ præſumitur continuata vſque
ad obitum, niſi de contrario doceatur *Menoch. de praſ. praſ.64.nu.17.& 19.lib.6.Canal. dec.608. num.3.* quam ex eo, quod tam D. Archiepi-
17 ſcopus, quam † Verzonus veniunt ex eadem
vacatione per obitum d.Euerardi, *Put.dec.171. in princ. lib.3.Caual.dec.55.n.3. Rota dec.715. n.3. in fin. par.2. rec.*

Non obſtat, quod Verzonus non poſſederit:
Quia cum D. Archiepiſcopus fuerit ſubroga-
tus ad ius, & poſſeſſionem Euerardi, & Ver-
18 zoni, ſat eſt, quod fuerit probata † poſſeſſio
Euerardi, cum ad hunc effectum ſufficiat de-
ſumere ius ex perſona vnius, & poſſeſſionem
ex perſona alterius, ex latè deductis per *Garz. de benefic. par. 6. cap. 4. per tot. Rota coram Caual. dec. 477. num. 1. & per tot. & in Piſcien. Cappella* 21. *Iunij* 1628. *coram R. P. D. meo Merlino, & in Piſcien. Beneficij* 25. *Maij* 1633. *coram Reuerendiſſ. D.meo Vrgellen. & in alia Piſcien. beneficij* 1. *Iulij* 1630. *coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Non obſtat, quod vacatio per obitum Eue-
rardi fuerit conſumpta de tempore ſubroga-
19 tionis ex prouiſione Apoſtolica facta ad fa-
uorem d. Verzoni cum derogatione iuriſpa-
tronatus pro medietate, *Sim.de reſeruat. q.55. Caſſad.dec.4.de cauſ. poſſ. & propr.num.4. Gonzal. ſuper reg.8. gloſ.15.§.2.num.31.* vbi autem non
20 adeſt vacatio, † non detur ſubrogatio, *Rota decif.498. num.1. par.2. recen. prope fin.*

Quia cum d. prouiſio fuerit in forma di-
gnum, & ſic gratia eſſet conditionalis, & ipſe
Verzonus prouiſus deceſſerit lite pendente
ſuper eius iuſtificatione; d. vacatio nequit di-
ci conſumpta ob ſolam prouiſionem; cum
21 gratia † in forma dignum non inducat vaca-
tionem, niſi fuerit exequutioni demandata,
Bellam.dec.567.Gomeſ. in reg.de iur.quaſit. non tollen.q.1.num.33.in fin.Rota d.decif.498.num.2.& decif.523.n.2. par.2.rec.

Vltra quod hæc exceptio viſa fuit concer-
nere validitatem tituli ipſius Verzoni, & ſic
22 vti reſpiciens petitorium, effectum ſubroga-
tionis gratioſæ impedire non debet probatis
tribus requiſitis, de quibus ſupra, *Mantic,d.decif.71.num.8.Greg.XV.dec.426. num.8. Rota decif. 700.num.1.& dec.715.num.3. par.1. rec.*

Et ità vtraque &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE CINCIIS.

Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Compromiſſum quando fuit declaratum nullum ex defectu inſinuationis, & nullitas à parte fuit acceptata, & lis cępta, vt iſtud ſuſtineatur non poteſt lite pendente fieri inſinuatio abſque conſenſū partis.

SVMMARIVM.

1 *Inſinuatio lite pendente, & abſque conſenſu partis nequit fieri.*
2 *Inſinuatio poteſt fieri quandocumque.*
3 *Hoc intellige re integra, ſecus quando fuit dictum de nullitate ob illius defectum, & nullitas fuit acceptata.*
4 *Contractus ante inſinuationem dicitur nullus, nec reconualeſcit per eam in præiudicium alterius cui ex d. nullitate fuit ius quaſitum.*

DECISIO CCCLIII.

FVIT in hac cauſa ſub die 13. Iunij præteriti coram me, reſolutum compromiſſum factum inter D.Ludouicum Cincium ex vna, & DD. de Columbis tunc minores ex altera ſuper fideicommiſſo q. Petri Hieronymi Cincij per obitum q.Olympiæ Cinciæ purificato ad fauorem D. Ludouici fuiſſe nullū ex defectu inſinuationis requiſitæ in contractibus minorum ex diſpoſitione Conſtitutionis Marchiæ lib.5. c.15. modo ad elidendum fundamentum d. deciſionis Columbi exhibuerunt in actis inſinuationem d. compromiſſi: ideò fuit datum dubium; an ſtante d. inſinuatione ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis, eoque à me propoſito: DD. reſoluerunt d. inſinuationem non obſtare, & ſic eſſe ſtandum in deciſis. Nam cum compromiſſum fuerit declaratum nullum, & illius nullitas fuerit à parte acceptata, & lis cępta, non potuit lite pendente, & abſque conſenſū alterius

1 rius † partis fieri insinuatio, *Bald. in l. vnic. §. sin autem ad deficientis ad fin. vers. & ideò plus puto, C. de caduc. toll. l. perfecta, C. de reuoc. donat. Angel. cons. 179. vol. fin. vers. ad vltimum.*

2 Non obstat, quod insinuatio † possit quandocunque fieri, quia hoc procedit re integra,
3 secus † autem quando prius fuit dictum de nullitate ob illius defectum, & nullitas fuit accepta (prout in præsenti casu) vt in specie tradit *Alex. cons. 217. num. 13. lib. 6. Aret. cons. 123. num. 6.* vbi quod cum contractus ante insinuationem sit ipso iure nullus, per eam non re-
4 conualescit † in præiudicium alterius partis, cui fuit ius quæsitum ex d. nullitate, *Marsil. sing. 489. Corn. cons. 221. col. vlt. post med. vers. ex his itaque num. 2. in fin. & 3. lib. 1. & cons. 99. num. 5. post med. vers. tamen his non obstantibus, & num. 6. lib. 4.* vbi dat rationem, quod alias de facili eluderẽtur iura partis opponentis de nullitate contractus, *Mandell. cons. 4. num. 49. Cephal. cons. 586. num. 11. & 18. & cons. 745. nu. 13. Ioseph. Ludouic. conclus. 17. col. 3. limit. 1. Cost. de re integr. limit. 1 num. 5. & 7.*

Et ità vna tantum &c.

ROMANA CASALIS.

Mercurij 28. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Diuisio quando præsumatur ex possessione longæua alicuius ratæ tenutæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessio pro diuiso per longum tempus portionis rei quæ erat communis, facit præsumere diuisionem, & sic d. rata non venit amplius in diuisione, sed quomodo procedat, num. 2. & seq.*

2 *Nam vel possessor longæuus prætendit præscripsisse, & eo casu cum sciat rem esse communem, ei resistit mala fides obstatiua præscriptioni.*

3 *Præscriptio interrumpitur per litem.*

4 *Præscriptio legitima, vt inducatur in re communi debet probari scientia, & patientia Condomini.*

5 *Actus qui dedit causam liti non tribuit aliquod ius considerabile.*

6 *Reus in sua exceptione est actor.*

DECISIO CCCLIV.

SVB die 6. Februarij præteriti fuit in hac causa firmatum mandatum Rotale tanquam iustum esse exequendum pro fructibus per DD. de Serlupijs perceptis ante motam litem super diuisione Casalis, quæ resolutio fuit hodie confirmata ex ijsdem rationibus, & fundamentis diuisionis, nisi obstent nullitates per Serlupios alias allegatæ, quas (prout in d. decisione) reiecerunt ad aliam disputationem.

Neque obstare dixerunt DD. quod dum Serlupij spatio 50. annorum possederunt pro diuiso portionem emphyteuticam d. Casalis, & fecerunt participem Vellium de fructibus pro sua integra rata rubr. 41. in reliquo eiusdem Casalis, d. portio hodie non veniat in diuisione, & consequenter ex ea non debean-
1 tur † fructus iuxta doctrinam *Bart. in l. dua filia ff. pro dot.* Quia placuit distinctio, quod aut ex d. diuturna possessione Serlupij prætendunt se præscripsisse d. portionem, & in hoc non fouent bonum ius, cum optimè scirent hanc portionem esse communem cum Vellio, vn-
2 de eis obstat † mala fides, *Bart. vbi supra num. 1.* Aut verò prætendunt diuisionem quoad dictam portionem fuisse præscriptam, & fuit responsum, quod prætensa possessio d. portionis per 50. annos non probatur, quinimò nec per 30. ante motam litem, sed solum per septem, aut octo annos ex instrumentis, scilicet locationum factarum de annis 1596. & 1598. Lis autem mota fuit de anno 1602. per quam
3 interrupta fuit præscriptio, *cap. post. 16. q. 3. d. cum notissimi in princ. §. imò, C. de præscript. 30. ann.* Et in omnem casum, quatenus illa probaretur, adhuc tamen non esset sufficiens ad inducendam legitimam præscriptionem, cum ad effectum illam inducendi deberet probari scien-
4 tia, † & patientia Vellij condomini, *Adden. ad Greg. XV. decis. 208. num. 8. Rota in Florentina Affrancationis 1. Febr. præteriti coram Reuerendissimo D. meo Vrgellen.*

Nec Vellio præiudicat scientia per eum habita de anno 1602. dum petijt se præferri in locatione d. portionis, quam Serlupij fecerunt Sancti Vannino: Quia actus ille locationis,
5 cum dederit causam liti, non tribuit Serlupijs ius aliquod considerabile, *Rot. dec. 30. num. 1. p. 2. rec. Greg. XV. dec. 4. num. 2. & fuit dictum in Hispalen. Iurispatronatus 16. Iunij 1586. coram Robusterio.*

Minus visum fuit obstare, quod DD. de Serlupijs non teneantur ad dd. fructus, cum possideant Casale ex fideicommisso suorum maiorum, non autem ex iure sibi transmisso ab ijs, qui Casale possederunt, & fructus perceperunt: Quia exceptio d. fideicommissi nõ iustificatur, prout plenè, & concludenter iu-
6 stificari deberet, cum reus † in sua exceptione sit actor, *Abb. in cap. præsentiam num. 2. circa med. vers. alias opiniones de testib. l. 1. ff. de except. Rot. decis. 361. num. 2. par. 2. recen.*

Demum non obstat, quod dum in toto Casali, compræhensa etiam portione emphyteutica, Vellius habet rubr. 41. ÷ & ex portione libera percepit fructus pro rata dd. rubr. 41. ÷ si hodie prætendit fructus vnius rubri cum dimidio de d. portione emphyteutica, teneatur excomputare fructus vnius rubri cum dimidio perceptos ex d. portione libera. Quia fuit responsum, Vellium non habuisse integros fructus correspondentes suæ portioni, quam habet in toto Casali; nam Serlupij sine illius participatione perceperunt omnes fructus portionis emphiteuticæ, & fecerunt illũ participem de fructibus remanentibus tantum; Vnde Vellius remanet creditor in illa maiore quantitate fructuum, quam habuisset, si Serlupij omnia ei communicassent, & hoc

reli-

residuum petit iuxta relationem periti calculatoris.

Et ità vtraque &c.

BENEVENTANA SALVIANI.

Mercurij 28. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Simulationis suspicio in apocis priuatis, quando cesset, mandata rotalia contra debitores existentes etiam extra statum Ecclesiasticū exequuntur, Remissoria denegatur ob præsumptam calumniam, vel irreleuantiam.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur stante irreleuantia articulorum & num. 3.*

2 *Remissoria non datur ad probandum per testes id, quod fuit probatum per scripturas.*

4 *Simulatio in apocis priuatis quando cesset.*

5 *Simulationis præsumptio ex quibus penitus excluditur.*

6 *Contra debitores etiam existentes in Regno, & extra statum Ecclesiasticum exequuntur mandata rotalia, & in subsidium relaxantur censura cum imploratione brachij secularis.*

7 *Creditor agens contra tertium possessorem bonorum debitoris ex titulo emptionis non potest contra ipsum exequi, sed conuenit eum iudicio ordinario.*

8 *Remissoria petita in vltimis audientijs, & postquam Rota mandauit, vt causæ expediantur, præsumitur calumniosè petita.*

9 *Remissoria passim denegatur stante præsumptione calumnia.*

DECISIO CCCLV.

REMISSORIAM Dauidi non esse dandā DD. censuerunt ex articulorum irrele-
1 uantia, propter † quam Remissoria denegatur *Cassad. dec. 2. de dilat. Verall. decis. 66. par. 3. Rot. decis. 45. num 2. par. 2. rec. Greg. XV. dec. 81. num. 3. Caual. dec. 512. num. 2.*

Nam ferè omnes articuli in effectu tendunt ad probandum, Salia, de quibus agitur, spectare ad Balsamum, & de Angelis debitores, non autem ad Pennellam, penes quem reperta fuerunt, & tamen de contrario constat per apocas venditionis d. Pennellæ factæ à dd. Balsamo, & de Angelis, & à Cacciottolo trino teste munitas, & Notarij attestatione corroboratas; vnde intrat conclusio, quod remissoria
2 non datur ad probandum per testes id, cuius contrarium fuit probatum per scripturas, *Put. dec. 331. & 339. lib. 2. & dec. 121. n. 2. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Aliqui verò, in quibus articulatur Pennellam esse pauperem, nec emptionem dd. saliū saltem absque fideiussione facere potuisse, non
3 releuat, † quia ex deductis per Pennellam apparet ipsum esse mercatorem diuitem, bonæ famæ, & conditionis, & fuisse habitum in optima opinione, ex quo illi fuerunt locatæ Doganæ status Beneuenti pro annuis scutis 5000. absque cedula bancaria ab alijs antecessoribus præstari solita.

4 Non obstat allegata simulatio, † quia illa visa fuit pariter cessare ex prædictis apocis emptionum adminiculatis ex quietantijs, & Instrumento solutionis d. prætij, & ex conditione personæ Pennellæ, & ex alijs proximè
5 ponderatis, † ex quibus excluditur omnis suspicio simulationis, prout fuit in alia decisione sub die 17. Februarij prædicti ponderatum.

Alij demum articuli, qui concernunt causam dictæ prætensæ simulationis venditionis præcipuè ex eo, quod dd. Balsamus, & de Angelis debitores omnia bona possident in Regno Neapolitano, in quo prætenditur exequutionem fieri non posse, visi fuerunt quoque
6 irreleuantes, cum etiam contra † debitores existentes in Regno, & extra statum Ecclesiasticum exequantur mādata Rotalia, & in subsidium relaxentur censuræ cum imploratione brachij sæcularis iuxta *decret. Sac. Conc. Trident. sess. 25. cap. 3. de reform.*

Preterea cum versemur in iudicio exequutiuo Dauid non est admittendus ad probandā pertinentiam dd. Salium ad Balsamum, & de Angelis debitores, cum adhuc probata non releuaret, ex quo hodie agitur contra Pennel-
7 lam † tertium possessorem ex titulo emptionis, vt supra ostensum fuit, & ideo contra ipsum exequutio fieri non potest, nisi conueniatur in iudicio ordinario, vt post *glos. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. tradit Couarr. pract. qq. cap. 16. sub num. 4. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 59.*

8 Demum fuit consideratum, quod remissoria fuit petita in istis vltimis audientijs, & postquam Rota mandauit, vt causa expediretur,
9 & ideo intrat præsumptio † calumniæ propter quam remissoria passim denegatur, *Rot. decis. 424. num. 4. par. 1. & dec. 41. num. 1. & 572. num. 2. par. 2. recen. & coram Caual. dec. 208. n. 4.*

Et ità vtraque &c.

LVCANA HORARVM.

Luna 3. Iuly 1634.

ARGVMENTVM.

Horæ immutatio in celebrandis Diuinis Officijs non potest postea impugnari ab eo qui post d. mutationem non reclamauit, & hoc sub prætextu non potest peti manutentio quo ad statum antiquum cum ad dictum effectum requiratur prouisio de tempore motæ litis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur sine possessione.*

2 *Status vltimus in materia manutentionis attenditur.*

3 *Petens omnia in pristinum reponi fatetur se non possidere.*

4 *Possessio Ciuilis sufficit pro manutentione.*

5 Pos-

5 *Possessio Ciuilis amittitur eo ipso quodquis patitur fieri actum illi contrarium.*

6 *Possessio tam ciuilis quam naturalis censetur dimissa eo ipso quo quis petijt se in pristinum reponi.*

7 *Possessio Ciuilis non amittitur nisi spatio decem annorum.*

8 *Hoc procedit quando ex solo non usu prætenditur secus si concurrat actus per quem possidens se habuerit pro spoliato.*

DECISIO CCCLVI.

CENSVERVNT DD. Stephano Garbesio, & litis consortibus non esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione celebrandi Missam Conuentualem ante tertiam, & vesperas statim post meridiem in Ecclesia Collegiata SS. Ioannis, & Reparatæ Ciuitatis Lucanæ, quia non constat de eorum possessione de tempore motæ litis, sine qua
1 manutentio † non datur §. *retinendæ instit. de interdit Bart. in l. 1. §. fin. ff. vti possid. Menoch. de retin. remed. 3. num. 556. Caual. decis. 509. num. 1. & dec. 418. num. 1. & 4.*

Non obstat antiqua possessio celebrandi Diuina Officia in d. Collegiata in horis prædictis, quia cum illa non fuerit continuata vsq; ad tempus motæ litis, sed fuerit interrupta ex mutatione horæ introducta à Capitulo d. Collegiatæ, & per quadriennium obseruata consentientibus quoque Cappellanis, non meretur attendi in hoc iudicio manutentionis, in
2 quo attenditur † tempus, quo lis mota fuit. *Seraph. decis. 1213. num. 5. & decis. 1437. num. 1. Rot. diuers. decis. 27. num. 13. par. 1. Caual. decis. 598. num 1. Rot. decis. 511. num. 2. par. 1. recent.*

Quod satis comprobatur ex libello dato per eosdem coram Vicario Lucano, in quo narrantes horas vespertinas post decretum Capituli celebratas fuisse eadem hora, qua in Cathedrali celebrantur petierunt omnia in
3 pristinum reponi, ex qua † petitione fatentur se non possidere, sed habere se pro spoliatis *Butr. in cap. cum ad sedem. num. 15. de restit. spol. Rot. decis. 661. num. 2. par. 1. & decis. 561. num. 2. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 46. num. 4.*

Non obstat, quod petes se reintegrari intelligatur in dubio respectu possessionis naturalis non autem respectu ciuilis, quæ solo ani-
4 mo retinetur, & quæ sufficit † pro obtinenda manutentione *Menoch. de retin. remed. 3. num. 507. cum alijs allegat. per Rot. decis. 562. num. 3. par. 1. & decis. 649. num. 10. par. 2. recent. & late fuit dictum in Colimbrien. Præstimoniorum coram me sub diebus 16. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. & coram R. D. meo Decano sub diebus 27. Iunij 1633. & 28. Aprilis præsentis anni.*

Quia cũ dd. cappellani approbauerint decretũ Capituli quoad manutentionem horarum, & successiuam celebrationem officiorum per quadriennium horis in d. decreto Statutis, cẽsentur amisisse etiam possessionem ciuilem,
5 cum hæc † amittatur eo ipso, quod quis patitur fieri actum illi contrarium *Bart. in l. 1. §. huius autem num. 3. ff. vt possid. Natt. cons. 522. num. 15. in fin.* stante præsertim quod ipsi nec in libello, nec in toto processu petierunt se manuteneri in antiqua possessione, sed simpliciter, & absque protestatione, vel declaratione pe-
6 tierunt se in pristinum reponi, † quo casu censetur dimissa omnis possessio tam ciuilis, quã naturalis, ita vt non sit locus manutentioni, *vt per Add. ad Greg. decis. 555. num. 11. Couarr. pract. qq. cap. 17. num. 3. ferrett. consil. 18. num. 10. vers. 3. li. 1. Menoch. de retin. remed. vlt. num. 29. Caputaq. decis 43. lib. 2. in manuscript. Rota decis. 316. num. 1. par. 4. recent. & in Senogallien. beneficij 5. Aprilis 1593. coram Arigonio,* quam in terminis petentis restitui ad antiquam possessionem refert, & sequitur *Maresc. var. resol. cap. 64. num. 7. & 8.*

Non obstat, quod in Ciuilibus possessio non
7 amittatur nisi † spatio decem annorum *Rota decis. 27. num. 11. par. 1. diuers. Caual. decis. 242. num. 4. R. D. meius Decanus decis. 249. num. 4. & 18.* quia fuit responsum hoc procedere, quando ex solo non vsu prætenditur illa amissa, secus autem quando (prout hic) concurrit aliquis actus, per quem quis habuit se pro spoliatò,
8 quia tunc † sufficit purus actus voluntatis pro illius amissione *l. possideri §. quod si seruus ff. de acquir. possess.*

Non obstat quod nouissimè dd. Stephanus & litis consortes ceperint celebrare iuxta veterem morem, & sic animo continuandi antiquam possessionem, & ideò manutentio eis denegari non debeat ex regula quod qui continuat non attentat: Quia cum d. antiquus mos fuerit interruptus consentientibus ipsis Cappellanis, & per consequens fuerit amissa omnis possessio, vt supra dictum fuit, dici non potest quod per huiusmodi reassumptionem fuerit continuata antiqua possessio, sed isti actus vti facti post litem motam tamquam attentati non merentur attendi ex iuribus supra allegat.

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 3. Iulij 1634.

ARGVMENTVM.

Iudex non potest quis constitui ex partium consensu. Simulatio in confessione ex coniecturis probatur data causa simulandi.

SVMMARIVM.

1 *Termini substantiales in causis ordinarijs A. C. & scut. 200. omnino sunt seruandi.*

2 *Debitor ad effectum reuocandi executionem, & indebitè solutum habet necesse vt obtineat tres sententias conformes.*

3 *Iudex non constituitur ex partium consensu.*

4 *Actorum transportatio præsumitur integra.*

5 *Præcipuè si Notarius attestetur omnia acta esse transportata.*

6 *Sine solutione dicitur nulla cassatio instrumẽti continentis creditum.*

7 *Simulatio data causa simulandi probatur ex coniecturis vrgentibus.*

Dispo-

8 *Dispositiua quando discordat à narratiua, debet attendi*.
9 *Residui appellatione etiam totum continetur quando totum superest*.
10 *Attestatio contra proprium interesse maximam prabet præsumptionem*.
11 *Sententia magnam faciunt præsumptionem quod res ita se habeat*.
12 *Morti proximus eomagis præsumitur memor salutis æternæ*.

DECISIO CCCLVII.

SVB die 10. Maij proximè præteriti fuit resolutum in hac causa decretum latum à R. P. D. Cecchino vti Iudice deputato ab A. C. ad fauorem D. Abbatis Vrsij cōtra D. Vincentium Vellutum super cassatione Instrumenti mutui scut. 550. esse infirmandum vti nullum, & iniustum ex rationibus in decisione deductis, cui resolutioni non acquiescente D. Abbate tunc non informante, & causa super eisdem hodie repropofita, DD. steterunt in decisis.

Si quidem quoad caput nullitatis attinet, adhuc visa fuit subsistere prima nullitas desumpta ex defectu terminorum substantialiū, quorum seruatio prætermitti non poterat,
1 stante † quod causa excedit scut. 200. *iux. tradit. per Tiber. in prax. cap. 15. num. 2. & 5. lib. 2.*

Nec obstat, quod sicuti Vellutus vigore obligationis Cameralis potuisset agere exequutiuè contra d. Abbatem pro solutione d. mutui, sic quoque d. Abbas potuerit agere exequutiuè pro cassatione Instrumenti eiusdē mutui; nam fuit responsum hoc non procedere de stylo Curiæ, in qua licet contra debitorem fuerit facta exequutio vigore obliga-
2 tionis Cameralis, attamen ad effectum † reuocandi d. executionem, & indebitè solutum, necesse est, vt ipse debitor obtineat tres sententias conformes *Add. ad Greg. XV. decis. 581. num. 10. vers. in Curia tamen. Gonzal. super reg. 8. glos. 6. num. 208. Gratian. decis. Marcb. 220. sub num. 3. in addit. vers. verum est, quod in Curia Romana seruatur contrarium. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 9. sub num. 58.* vbi assignat rationem huius diuersitatis, quia dum in sententia reus condemnatur ad soluendum actori, illa est conformis obligationi eiusdem Rei, secus verò vbi Reus absoluitur, quia tunc potius vulneratur ipsa obligatio.

Subsistit quoque altera nullitas desumpta ex defectu Iurisdictionis R. P. D. Cecchini; cum non constet in actis de illius deputatione ab A. C, sine qua nulliter fuit processum; cum nec partium consensus faciat Iudicem,
3 cum, † qui nullam iurisdictionem habet *l. priuatorum consensus ff. de iurisd. omn. Iudic. Rot. dec. 451. num. 13. par. 2. recent. cum alijs ibi allegat.*

Nec obstat prætensio, quod acta non fuerint integrè transportata. Quia hoc in facto non iustificatur, & donec fuerit probatum,
4 militat præsumptio pro integra † transportatione actorum *Greg. XV. decis. 59. num. 1. & ibi Add. & decis. 72. num. 1. decis. 118. num. 3. & decis. 508. num. 5.* præsertim quia Notarius attestatur
5 omnia † acta esse transportata *Add. ad Greg. d. decis. 59. num. 6.*

Quoad iniustitiam verò attinet, subsistere quoque visum fuit fundamentum decisionis, cum enim de d. mutuo constet per publicum Instrumentum, nec de illius solutione appa-
6 reat vtique † cassatio d. Instrumenti iniustè decreta fuit *ad text. in l. quingenta ff. de probat.*

Nec releuat confessio ipsius Velluti asserentis se habuisse à Rocco ducat. 200. pro extinctione Census vna cum alijs ducat. 410. pro fructibus illius, ex quibus prætenditur d. Vellutum sibi satisfecisse de d. mutuo: Nam d. confessionem fuisse merè simulatam ad effectum scilicèt, nè ipse Rocchus possit vnquam molestari à d. Velluto vti cessionario illorum de eapite plusquam sufficiētèr probari visum fuit ex pluribus, & quidem vrgentibus coniecturis in alia decisione ponderatis, quæ stante
7 prædicta causa stimulandi plenè probant † ipsam simulationem *Dec. cons. 644. num. 4. Caual. decis. 406. num. 1. & 2. cum alijs allegat. in decis.*

Quibus non visa fuerunt obstare ea, quæ ab informantibus pro Abbate hodie allegabantur ad eas infringendas; nam prima coniectura desumpta ex confessione eiusdem Abbatis, qui post d. confessionem Velluti eadem tamen die, qua illa facta fuit, & coram ijsdem Notario, & testibus declarauit se debitorem d. Velluti pro d. mutuo scut. 550. non tollitur ex eo, quod licet d. Abbas fassus fuerit se debitorem dd. scut. 550. promiserit tamen restituere residuum dd. scut. 550. & sic cum nar-
8 ratiua discordet à dispositiua, † hæc potius quam illa attendi debeat *Greg. XV. decis. 522. n. num. 4. & ibi Add. lit. B.*

Nam obiectum prorsus tollitur ex lectura d. confessionis, cuius verba sunt tenoris subsequentis (ideò d. Abbas promisit, & se obligauit non facere d. nominationem; nisi prius sequuta d. integrali satisfactione dd. scut. 550. vna cum omnibus damnis &c. pro quibus omnibus d. Abbas d. omnimodam iurisdictionem expressè hypothecauit, ac informa Cameræ se obligauit residuum dd. scut. 550. debitum d. Vincentio Velluto eidem soluere infrà duos menses &c. cum pacto quod non sequuta d. integrali solutione scut. 550. infrà d. tempus, quod liceat eidem Velluto se reintegrare de residuo d. sui crediti super dicta iurisdictione &c. Ex quibus verbis liquido constat, quod cum d. Abbas promiserit soluere residuum dd. scut. 550. d. verbum (residuum) non intelligitur de residuo detrahendo ex d. summa scut. 550. sed de residuo respectu summæ scut. 2000. cum hoc verbum (residuum) non habeat certam, ac determinatam limita-
9 tionem, sed eius † appellatione etiam totum continetur, si totum superest *vt not. Ias. in l. si pater tuus num. 2. C. de hæred. instit. Luc. de Penn. in l. 2. C. de vend. rer. fisc. lib. 10. num. 2. Vinc. de franc. decis. 45. num. 4.*

Altera verò coniectura ponderata in decisione desumpta ex declaratione ipsius Rocchi qui die sequenti attestatus fuit d. confessio-

nem Velluti factam fuisse ad effectum quietandi ipsummet Rocchum de sorte, & fructibus Census, sed re verà nec se ipsi Velluto dd. pecunias soluisse, nec eas Vellutum recepisse adhuc releuat.

Nec obstat, quod d. declaratio tamquam facta ab ipso Roccho interessato non mereatur fidem, & quod publicum Instrumentum, in quo adest confessio Velluti præualere debeat d. declarationi; Quia licet illa d. Abbati vti tertiò præiudicare non possit, attamen cum facta sit die subsequenti per aliud publicum Instrumentum, & tendat in præiudicium ipsiusmet Rocchi, qui si dd. pecunias verè soluisset, remansisset creditor eiusdem Abbatis, qui fructus census soluere promisit,
10 euitari non potest, quin † saltem maximam præbeat præsumptionem pro d. simulatione detegenda *ex tradit. per Castr. in l. quicumque. C. de ser. fugit. Crauet cons. 178. num. 7. Rot. post. 2. vol. cons. Farin. decis. 291. num. 2.*

Similiter altera coniectura deducta ex sententus latis in Ciuitate Neapolis, in quibus fuit canonizatum d. mutuum, adhuc subsistit; nam quamuis illæ sint aliorum Tribunalium quas Rota non solet attendere, nisi iustificentur ex actis, deseruiunt tamen pro adminicu-
11 lo, † & magnam faciunt præsumptionem *l. Nerennius §. sicut ff. de euict. Gabr. in tit. de senten. concl. 5. num. 1.*

Vltima deniquè coniectura desumpta ex renunciatione litis facta per Raynerium emptorem nominatum à d. Abbate eius fratre non tollitur ex eo, quod prætendatur eam fuisse à d. Raynerio dolosè extortam in articulo mortis ex eo, quia postea fuit ab eo reuocata: Nam vltra quod de huiusmodi reuocatione non constat in actis, adhuc si de ea constaret, nihilominus venit præferenda prima declaratio facta in articulo mortis, cum tunc
12 præsumatur magis veritatem † agnouisse tamquam non immemor salutis æternæ *l. fin. ff. ad l. Iul. repet. Socc. sen. cons. 12. num. 20. lib. 3. Rot. decis. 518. num. 3. par. 2. recent.*

Et ita vtraque &c.

PENNEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 3. Iulij 1634.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria est relaxanda quando intimatio mandati rotalis fuit legitimè facta fueruntque seruati soliti termini de stylo seruari soliti & non docetur de paritione.*

2 *Declaratoria datur ob voluntariam inobedientiam.*

3 *Processus factus cum Procuratore ante illius reuocationem est validus.*

DECISIO CCCLVIII.

POSTQVAM per tres decisiones in hac causa factas fuit firmatum D. Episcopo Pennen. dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione visitandi, & cognoscendi causas tam ciuiles, quam criminales, in Terra Planellæ Pennen. Diœcesis, nec non conferendi beneficia, & alios actus Iurisdictionales exercendi, qui conueniunt Episcopo in sua Diœcesi, istarum resolutionum vigore fuit relaxatum mandatum tam contra Canonicos, & Homines dictæ Terræ, quam contra D. Abbatem Vrsiñ Iurisdictionis exercitium in dicto loco prætendentem, cui mãdato cum tam D. Abbas, quam dd. Canonici, & Vniuersitas obtemperare recusauerint fuit sub die 23. Maij 1633. dubitatum, an contra ipsos esset danda declaratoria, & respectu D. Abbatis fuit dictũ illam esse dandam, respectu verò Canonicorum, & Vniuersitatis DD. nihil firmarunt eo quia tunc non probabatur mandatum eis fuisse validè intimatum: quapropter hodiè repropositio dubio quoad ipsos tantum: DD. censuerunt contra eos etiam esse dandam declaratoriam: ea moti ratione.

Quia cum constet de legitima intimatione mãdati Rotalis facta per Nunciũ personaliter octo Canonicis, & Clericis, & postmodum omnibus capitulariter cum illius affixione ad valuas Ecclesiæ matricis, vt patet ex relationibus datis, nec non fuerint seruati omnes termini de stylo seruari soliti, & nõ doceatur de paritione, quinimò adhuc duret pertina-
1 cia in parendo declaratoria † contra ipsos venit relaxanda, *Socc. in cap. nulli num. 7. de sent. excom. Felin. in cap. ad probandum num. 6. de re iudic. Cassad. decis. 1. num. 7. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 591. num. 5. par. 2. rec.*

Concurrentibus maximè impedimentis nouissimè præstitis tam à dd. Clericis, quam à Laicis, vt benè iustificatur in facto, ex quibus actibus positiuis resultat expressa renitentia, & contumacia, quæ est voluntaria inobediẽ-
2 tia propter quam † dari declaratoriam firmant, *Socc. in d. cap. nulli num. 7. de sent. excom. Cassad. dec. 5. num. 7. de constit. Canal. decis. 364. sub num. 2. propè finem.*

Non obstat prætensus defectus examinis testium, desumptus ex eo, quod mandatum procuratoris cõstituti à Capitulo fuerit reuocatum, quia tollitur ex quo citatio ad dicendum contra articulos exequuta fuit contra dictum Procuratorem ante intimationem reuocationis, vndè processus antea fa-
3 ctus remansit validus, *cap. auditis de procurat. gloss. in cap. 2. in verb. reuocari tit. eodem in 6. Vant. de nullit. ex def. mand. num. 160.*

Et ita vna tantum &c.

RO-

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GVIDIS.

Veneris 17. Nouemb. 1634.

ARGVMENTVM.

Diuisioni bonorum recuperatorum est locus quando sic inter partes sub obligatione Camerali fuit conuentum,

SVMMARIVM.

1 *Conuentioni de diuidendis bonis recuperan. quando fuit factus locus est locus diuisioni, & mandati relaxationi respectiuè.*

2 *Subrogatum quando dicatur solutum loco bonorum hæreditariorum itaut illud vti hæreditarium hæres recepisse dicatur.*

3 *Transactio vt sustineatur sufficit incertus litis euentus de tempore transactionis.*

DECISIO CCCLIX.

PER binas decisiones fuit dictum relaxandum esse mandatum ad fauorem Matthæi Bussi, & Io. Lucæ de Fabijs contra Io. Baptistam, & alios de Bernijs pro duabus ex tribus partibus bonorum recuperatorum à dd. de Bernijs ex hæreditate q. Antonij de Guidis, quia dd. Matthæus, & Lucas habent intentionem fundatam in Instrumento transactionis, in quo sub obligatione Camerali fuit cõuentum inter ipsas partes, vt quidquid ex d. hæreditate Antonij recuperaretur, inter ipsos diuideretur, vnde cum constet illos de
1 Bernijs † recuperasse nonnulla bona ex dicta hæreditate, benè sequitur esse locum diuisioni, & relaxationi mandati respectiuè ad fauorem Matthæi, & Lucæ pro supradicta rata, *Seraph. decis. 955. num. 2. cum alijs allegatis in decisionibus*, sed istis duabus resolutionibus non acquiescētibus adhuc Bernijs, fuit hodiè pro tertia vice proposita causa super eisdem, & DD. ex fundamentis in vtraque decisione deductis steteruut in decisis.

Nec obstare visa sunt ea, quæ deducebantur pro dd Bernijs, & primo quod non poterat dici esse factum locum obligationi de diuidendo eo quia Bernij nõ recuperarunt aliqua bona hæreditatis Antonij de Guidis, sed cedendo eadem bona Francisco de Alexandris, in solutum acceperunt census, & loca montium, & sic bona verè non acquisiuerũt, sed pecuniam receperunt, in qua non verificantur verba obligationis strictè accipienda.

Nam fuit responsum, quod cum Bernijs nullum aliud Ius competeret contra Alexandrum, quàm Ius proueniens ex hæreditate Antonii, quæ occupabatur ab ipso Alexandro totum id, quod ex d. hæreditate fuit solutum ab Alexandro censetur subrogatum in locum bonorum hæreditariorum Antonij, &
2 Bernij præsumuntur illud † recepisse vti hæredes Antonij ad *text. in l. si cum §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. Surd. cons. 254. num. 21. Rot. decis. 391. num. 8. par. 2. recent.* & ideò pars pecuniarũ ab ipsis perceptarum venit proportionabiliter restituenda, quemadmodum restituenda fuisset pars bonorum.

Secundo non obstat sæpius allegata nullitas transactionis tanquam factæ super re clara eo quod per sententiam A.C. fuit dictum, hæreditatem Antonij in solidum spectare ad Bernios: Quia placuit DD. responsio data in vtraque decisione, videlicet quod à d. sententia fuit appellatum, & illa non fuit executioni demandata; vndè sufficit, quod incertus esset litis euentus de tempore transa-
3 ctionis, † licet deindè certus fuerit factus ex subsequutis sententijs, & decisionibus, vt fuit dictum in *Melenitana hæreditatis 15. Iunij 1626. coram R.P.D. meo Merlino.*

Tertio opponebatur defectus non adimplementi pro parte illorum de Bussis, & Fabijs, quod scilicet non communicauerunt bona per eos recuperata ex eadem hæreditate Antonii: huic motiuo responderur in secunda decisione, nempè non apparere, quod ipsi recuperauerint quidquam communicandum ex quo nihil recuperauerunt vltrà ratam sibi debitam iuxta conuentionem; sed ista respõsio in hodierna propositione non visa fuit carere difficultate, quia DD. credebant, quod quidquid recuperatum fuit tam per Bernios, quam per Fabios, debuit insimul congeri, & conferri, vt deinde fieret diuisio iuxta conuentionem in Instrumento ipsius conuentionis factam, & quemadmodum Fabij volunt cõsequi partem in bonis recuperatis per Bernios, ità Bernij debent consequi partem in bonis per eos acquisitis, vt æqualitas seruetur.

Nec obstat, quod Fabij recuperauerint dd. bona de consensu Berniorum, quia Bernij eatenus consenserunt, quatenus potuerunt credere per d. recuperationem fore satisfactũ eorumdem prætensionibus & ratis debitis.

Et ità ex his DD. steterunt in decisis detracta tamen portione, super qua Bussus, & Panicatus obtinuerunt immissionem, nec non refectis per eosdem expensis per Bernios factis in lite contra Franciscum Alexandrum cum hoc expresiè caueatur in Instrumento conuentionis inter ipsos factæ.

ROMANA OFFICII NOTARIATVS.

Lunæ 20. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Executiuæ quibus casibus procedatur contra tertios possessores.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non competit contra tertium possessorem.*

2 *Via executiua etiam competit contra tertium, quando*

do lite pendente fuit in istum facta alienatio.

3 *Protestatio facta, quod bona sunt sua excludit ignorantiam litis, & imminentis executionis.*

4 *Executiue non potest agi contra tertium in quem in strumento diuisionis de iure permissa bona fuerunt alienata, sed est agendum reuocatoria.*

5 *Limita in diuisione facta lite pendente, & dum imminebat executio.*

6 *Executio non tollit effectum diuisionis.*

7 *Hoc non procedit, quando diuisio fuit facta post litem incohoatam in actione reali, & hypothecaria in praeiudicium actorum & creditorum.*

8 *Et ratio est, quia in qualibet gleba ante diuisionem ratione possessionis pro indiuiso pars obuenta alteri ex diuidentibus erat obligata.*

9 *Executio non dicitur praeiudicialis possidenti pro indiuiso si in actu executionis addatur pro medietate &c.*

DECISIO CCCLX.

IOANNES Thomas, & Ioannes Vincentius de Lercariis hæredes q. Io: Baptistæ Righaziæ cum essent creditores Bossi fortunati in scuti 1500. pro pretio officii Notariatus illum conuenerunt coram A. C. à quo mandatum obtinuerunt, cuius exequutioni Matthias frater d. Bossi se opposuit sub prætextu, quod bona in actis indicata ad se spectarent, non autem ad fratrem, hac oppositione non obstante A.C. mandauit, vt mandatum exequutioni demandaretur, prout in effectu fuit demandatum; sed cum ageretur de subhastandis bonis captis in exequutione, Matthias iterum appellauit, & causam mihi committi obtinuit cum clausula, *si quid exequen.* quapropter hodiè proposito à me dubio An sit procedendum ad vlteriora in exequutione DD. affirmatiuè responderunt.

Nam licèt Matthias ob assignationē in Instrumento diuisionis bonorum factam à Bosso eius fratre dicatur tertius possessor, & sic
1 non † possit contra eum exequutiuè procedi ad tradit. *per Alex. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 28. ff. de re iudic.* attamen cum prædicta Diuisio fuerit facta lite pendente, & post relaxatum, & expeditum mandatum, non potest d. Matthias vti tertius possessor exequutionem impedire, cum assignatio lite
2 pendente facta † censeatur facta in fraudem paratæ exequutionis, & in spretum Iudicialis authoritatis, quo casu etiam contra tertium exequutiuè proceditur. *Bald. in l. ob maritorum num. 8. vers. breuiter dico C. ne vxor pro marit. & l. penult. num. 27. C. de exequut. rei iudic. Canal. decis. 131. num. 2. Rota in Romana legitima 5. Decembris 1614. coram Vbaldo & in Romana vsusfructus 5. Iulij 1632. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Nec dicatur Matthiam ignorasse hanc litem, & relaxationem mandati, quia de cōtraria satis constat ex protestatione facta ab ipso, quod bona in actis indicata erant pro-
3 pria, quæ protestatio non est dubium, † quin inducat notitiam, & excludat ignorantiam litis, & imminentis exequutionis. *iux. tradit. per Bart. in l. fin. C. de litig. Osasch. decis. 64. num. 1. Gratian. discept. 502. num. 22. & 24. & fuit dictum in Narnien. Dotium 4. Februarij 1628. coram Eminentissimo D. meo Card. Vbaldo.*

Non obstat, quod nemo possit cogi persistere in communione, ex quo diuisio est à Iure permissa, ac proindè d. Matthias vti tertius mediante assignatione facta in Instrumēto diuisionis non possit exequutiuè conueniri in vim d. mandati contra Bossum eius fratrem relaxati, sed agendum sit reuocatoria
4 *iux. doctrinam Bart. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 3. vers. sed quando agit. ff. de re iudic. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 4. n. 72. & seqq.* Quia cum prædicta diuisio fuerit facta lite pendente, dùm imminebat exequutio, & sic
5 in fraudem paratæ exequutionis, † non fuit opus agere rescissoria, sed bene potuit mandatum contra Bossum quamuis tertium exequutioni demandari *Castr. in d. §. si super rebus num. 8. de re iudic. Surd. cons. 533. num. 4. Capic. decis. 12. num. 12. & pleniùs fuit comprobatum in causa Veneta Assecurationis 15. Aprilis & 7. Nouembris 1616. coram bon: mem. Buratte.*

Non obstat, quod exequutio fuerit facta
6 ante diuisionem, & quod illa † non tollat effectum diuisionis: Quia cum sit facta post litem inchoatam in actione reali, & hypothecaria in præiudicium actorum, & creditorum
7 non potest sustineri. *Castr. in prællegat. §. si super rebus num. 8. vers. prædictum vero de re iudic. Canal. decis. 131. num. 2.* ex ratione quia tota dimidia obuenta in portionem fratris diuiden-
8 tis † iam pro indiuiso erat obligata in qualibet gleba *ad text. in l. si consensit §. fin. vbi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & l. Manius §. dictum de leg. 2. Neguss. de pign. 3. membr. 2. par. nu. 34.*

Nec vllum grauamen potest dici illarum Matthiæ ex quo mandatum relaxatum contra Bossum debitorem fuit etiam exequutum super bonis ipsi in diuisione obuentis, quia licèt exequutio fuerit consummata super bonis vtriusque, fuit in actu exequutionis † additum pro medietate tantum, quam medietatem bonorum in communi priùs possessorum ad Bossum debitorem spectare apparet ex ipso Instrumento diuisionis, quod ad hunc effectum sufficienter probat. *Rub. cons. 154. num. 5. & latè Socc. sen. cons. 46. nu. 1. lib. 3.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Lunæ 20. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. vt habeat locum debet ille, qui in eo se fundat probare matrimonii consummationē. Dictio (iuxta) quandò stet similitudinariè, quando restrictiuè, quando causatiuè, & quando demonstratiuè.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. defert lucrum dotis post consummatum matrimonium nu. 3.*

2 *Dotis*

2 *Dotis lucrum, quando debetur ex statuto, vel pacto an debeatur non consummato matrimonio; ista quæstio est inter doctores controuersa.*

4 *Dictio*, iuxta, *stat similitudinarie, vt dictio, sicut, tanquam, ad instar, & similes.*

5 *Dictio*, iuxta, *potius censetur stare demonstratiuè, quam restrictiuè.*

6 *Dictio*, iuxta, *tunc multomagis dicitur stare demonstratiuè, quando est adiecta dispositioni, & prolata in materia cuius natura sit disponere.*

7 *Dictio*, iuxta, *quando non constat de relato stat causatiuè non autem relatiuè restrictiuè.*

8 *Dictio*, iuxta, *quando constat de relato tunc similitudinariè, & restrictiuè ad relatum stat.*

9 *Lucrum dotale debetur vxori vigore statuti Vrb. lib. 1. cap. 131. si per ipsam non steterit quo minus matrimonium consummaretur.*

10 *Statuti vigore, qui agit tenetur illius qualitates probare.*

11 *Testibus super affirmatiua deponentibus magis credendum est.*

12 *Testes si fuerint examinati in alio iudicio, & eorum depositiones non producantur, non merentur attendi.*

13 *Vxor debet præstare patientiam successiuam adhoc, vt dicatur, quod per ipsam non steterit quominus matrimonium consummaretur.*

DECISIO CCCLXI.

PRAETENDENTE Diana Grotta per obitum Alexandri eius viri sine liberis vltrà restitutionem dotis sibi deberi quartum dotale iuxta dispositionem Statuti Vrbis cap. 131. lib. 1. illud ei non deberi DD. sub die 26. Nouembris 1633. responderunt, ea moti ra-
1 tione, quia Statutum † defert lucrum dotis post consummatum matrimonium, quę consummatio non probabatur, prout nec etiam hodiè visa fuit DD. probari, & propterea persliterunt in decisis.

Nam licèt quæstio sit multum contro-
2 uersa apud Doctores, quando lucrum † dotis debetur ex Statuto, vel pacto, an debeatur non consummato matrimonio, vt latè per *Cauall. quæst. 10. Bernard. Greuaeus ad Gaill. concl. 80 per tot. lib. 2.* & pro vtraque opinione adsint Doctores attestantes de communi opinione, attamen in præsenti casu visum fuit DD. nos. versari extra istam difficultatem, quia lucrum
3 dotis † fuit promissum iuxta dispositionem Statuti Vrbis, quod vt supra dixi, defert lucrum dotis post consummatum matrimonium.

Et quod in isto contractu partes se conformauerint cum Statuto Vrbis, satis dignoscitur ex ipso Instrumento dotali, in quo fuit
4 dictum iuxtà formam statuti, illa † siquidem dictio, *iuxtà*, stat similitudinariè vt dictio (sicut) tamquam ad instar, & similes. *l. si quis C. de sepulcr. viol. l. 1. C. de his qui parent. l. leges vt generale C. de legib. Bero cons. 38. num. 3. vol. 1.*

5 Neque obstat, quod ista dictio, † *iuxtà*, potius censeatur stare demonstratiuè, quam restrictiuè. *Bart. in l. centurio num. 39. & ibi Iaś. num. 51. Rip. num. 173. ff. de vulg. & pupill. Rot. decis. 27. num. 7. par. 2. diuers.* maximè cum illa sit
6 adiecta † dispositioni, & prolata in materia, cuius natura sit disponere, & sic tanto magis stat causatiuè *Rot. decis. 40. num. 3. par. 2. diuers.*

Quia hoc est verum, & benè procedit, quando non constat de relato, quia tunc di-
7 ctio, † *iuxta*, stat causatiuè, non autem relatiuè, & restrictiuè, secus verò, quando constat de relato, prout hic, quia constat de Sta-
8 tuto, † quo casu prædicta dictio stat similitudinariè, & restrictiuè ad d. Statutum *Bart. in extrauag. ad reprimendum vers. prout sub numer. 2. Alex. cons. 96. num. 9. lib. 1. Dec. cons. 63. num. 6. & in l. edita num. 84. in fin. & num. seq. C. de eden. Curt. Iun. cons. 92. num. 10. Ruin. cons. 25. num. 11. lib. 1. Soc. Iun. cons. 122. num. 33. lib. 3. Grat. cons. 105. n. 2 vol. 2. Rot. d. decis. 40. num. 4. & 5. par. 2. diuers.*

Non obstat, quod non steterit per Dianam,
9 quominus † matrimonium consummaretur, & propterea ei lucrum dotale denegari non possit ex allegatis in decisione, quæ reuidetur, & in his terminis Statuti Vrbis adsunt *decis. 92. & 101. par. 2. diuers.* Quia (vt supra dictum est) cum istud lucrum fuerit promis-
10 sum iuxta formam Statuti, Diana debet probare, quod interuenerint requisita à Statuto, & si ipsa prætendit per se non stetisse, quominus matrimoniũ consummaretur hoc debet concludenter probare, vt vltra allegatos in decisione tenent *Surd. cons. 130. num. 1. post med. Gratian. discept. 745. num. 57. & fuit dictum in Romana Census coram Reuerendissimo D. meo Decano impress. apud Pie. ad Stat. Vrb. decis. 30. num. 4.*

Non obstant testes examinati pro parte Dianæ deponentes, quod vnanimi consensu per 40. dies isti coniuges insimul decubuerint, & quod de meridie in thalamo claudebantur,
11 quibus testibus vti deponentibus † super affirmatiua plurimum est deferendum ad probandum patientiam ipsius mulieris. *Farin. de testib. quæst. 65. num. 200. & seqq. Rot. decis. 335. n. 2. par. 1. & decis. 619. num. 9. par. 3. diu.*

Quia vltra, quod dd. testes fuerunt examinati in alio Iudicio, nec eorum depositiones
12 fuerunt † adhuc in Rota reproductæ, & sic non merentur attendi, non deponunt de patientia successiuè præstita, ab ipsa Diana, quinimò constat de contrario per alios testes pro parte Camilli examinatos, qui deponũt, quod ipsa egrediebatur è lecto, & ibat dormitum cum matre, & interrogata de hoc respondebat, *che così li piacena di fare*, prout deponunt tertius, & quartus testes, & idem deponunt secundus, & tertius dum dicunt, quod vir fuit eiectus è domo, vndè clarè patet, quod Diana non probat intentionem suam ex quo, dd. testes repugnant probationibus ipsius, & ex illis apparet, ipsam non præstitisse (vt dixi supra) patientiam successiuam, quam præ-
13 stare † tenebatur ad effectum, vt potuerit dici per eam non stetisse, quin matrimonium cõsummaretur *Calder. cons. 5. vers. respondetur de locat. Beec. cons. 45. sub num. 19. Surd. cons. 45. n. 19.*

Non obstat, quod Diana fassa fuerit se non esse Virginẽ, & quod Camillus in suis positio-
ni-

nibus dixerit Alexandrum eius filium iuisse ad vxorem, & per 40. dies cum ipsa cohabitasse, quia non exindè propterea probatur cōtinua cohabitatio Dianæ cum Alexandro toto tempore, quo durauit matrimonium, nec quod per ipsum steterit, quominus fuerit consummatum matrimonium.

Et ita ex his cum alijs deductis in alia decisione vtraq; parte informante fuit resolutum lucrum dotis non deberi.

ROMANA DEVOLVTIONIS.

Lunæ 17. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Caducitas incursa ab antecessoribus ob non solutionem canonum per triennium non potest declarari contra illorum hęredes & quid stante pacto quod caducitas incurratur ipso facto. Canonum solutio spectat ad hęredem vsufructuarium qui bona possidet sed istius negligentia non præiudicat hæredi proprietariæ si canones non soluerit.

SVMMARIVM.

1 Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. *competit etiam pro emphiteusi transitoria ad quoscumque haredes.*
2 *Emphiteuta si differat per triennium non soluere canones cadit ab emphiteusi ex dispositione iur. communis & vigore pacti si illud fuerit adiectum num. 3.*
4 *Caducitas incursa per authorem non potest declarari contra eius haredem & successorem.*
5 *Mora purgationi quoad solutionem canonum semper est locus.*
6 *Caducitas potest declarari etiam contra successorem quando vigore pacti fuit incursa.*
7 *Hoc procedit quando deuolutio est indubitata secus si aliquo colore excusari valeat.*
8 *Canonum solutio spectat ad vsufructuarium bona possidentem non ad hæredem proprietarium.*
9 *Mora in soluendis canonibus hæredis vsufructuarij non nocet hæredibus propietarijs.*
10 *Sententia contra vnum lata alijs non nocet.*
11 *Citatus pro suo iure & interesse executionem sententiæ impedire non potest.*
12 *Immissio etiam competit via ordinaria.*

DECISIO CCCLXII.

DOMINI Io. Baptista, & Alexander de Serbellonibus de anno 1585. cōcesserunt in Emphiteusim bona, de quibus agitur, Octauiano Mascarino, suisque hęredibus & successoribus in perpetuum pro certo annuo Canone cum pacto, quod si d. Octauianus, vel eius hęredes, & successores deficerent per triennium continuum in solutione d. Canonis, caderent ab omni Iure, & bona ipso Iure, & facto ad ipsos DD. directos deuoluerentur.

Obijt Octauianus de anno 1606. condito testamento, in quo relicta hęrede vsufructuaria Dominica eius vxore, hęredes in proprietate instituit Dorotheam, & Isabellam eius ex fratre neptes.

De anno verò 1615. dd. de Serbellonibus pretēdentes dd. bona ob non solutionē Canonum fuisse ad ipsos deuoluta, egerunt contra d. Dominicam vsufructuariam pro illorum consequutione, & à d. Cellesio Iudice ab A. C. deputato mandatum de associando contra ipsam reportarunt, cuius vigore possessionem dd. bonorum adepti fuerunt.

Defuncta postmodum d. Dominica de anno 1620. Dorothea hęres proprietaria, & Flauius Angelottus maritus, & hęres d. Isabellæ alterius cohęredis Octauiani institerunt immitti in possessionem dd. bonorum vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. coram R. P. D. Cecchino Iudice pariter ab A. C. deputato*, qui sententiam pro denegatione Immissionis, tulit, à qua fuit appellatum pro parte dd. hęredum, causaque appellationis mihi commissa, dubitaui, an d. sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. pro informatione responderunt.

Cum enim dd. Dorothea, & Isabella sint hęredes scriptæ in testamento ipsius Octauiani dictumque testamentum fuerit in actis productum, non cancellatum, nec abolitum, aut vitiatum dictaque bona fuerint à d. testatore possessa vsque ad eius obitum, vtrique Immissio dd. hęredibus denegari non potest, cum etiam pro Emphiteusi trāsitoria ad quoscumque hęredes, prout est hæc, de qua agitur,
1 competat † remedium *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 390. Rol. cons. 1. num. 62. vers. ad quartum lib. 1. Rimin. Iun. cons. 69. num. 12. vol. 1. Rota coram Coual. decis. 316. num. 7.*

Non obstat quod Octauianus primus acquirens ab anno 1602. vsque ad annum 1606. de quo tempore obijt, non soluerit canones, ideoq; ceciderit ab emphiteusi tam ex dispo-
2 sitione iuris comunis, secundum quod † emphiteuta cessans per triennium à solutione canonis incurrit caducitatem *l. 2. C. de iur. Emphit. Clar. in §. emphiteusis quæst. 8. num. 1. Corbul. tract. de caus. ex quibus Emphit. iur. suo priu. tit. de caus. priuat. ob non solut. Can. in princ. Rot. decis. 50. num. 1. par. 3. lib. 1. diuers.* quam etiam ex pacto
3 expresso † in hac inuestitura ibi (cum pacto quod si d. Octauianus vel eius hęredes &c.) *Bald. in l. fin. §. emptor autem num. 6. ad fin. vers. si enim. C. comm. de leg. Ias. in l. 1. num. 11. vers. item secundò C. de iur. emphit. Corn. cons. 219. num. 2. vol. 2.* Quia omisso, an dd. Canones fuerint soluti, nec ne, & an dd. de Serbellonibus agentes ad deuolutionem ob non solutionem canonis teneantur concludenter probare d. negatiuam, nempè Canones per triennium non fuisse solutos, fuit responsum, quod etiam dato quod probaretur, adhuc tamen non posset nocere istis fæminis eius hęredibus, & successoribus ea ratione quia caducitas incursa
4 per † authorem non potest declarari contra eius hæredem, & successorem *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 34. Honded. cons. 55. num. 20. li. 1. Cassad. decis. 2. de locat. Add. ad Greg. XV. decis. 529.*
5 *& ibi Add. num. 13.* & semper est locus † purgationi

tioni moræ, vt latè, & doctè fuit dictum in Romana Census 3. Iulij præsentis coram R. P. D. Merlino.

Non obstat quod ista conclusio non habeat locum, quando (prout hic) in instrumento
6 inuestituræ adest pactum, quod illa † incurratur ipso iure, & facto *Bero. cons. 98. num. 38. vol. 1. Bursatt. cons. 252. num. 4. Surd. decis. 29. num. 11. & 12. san. mem. Greg. XV. d. decis. 529. num. 20.* Quia hæc limitatio sublimitatur, vbi deuolutio esset adeò notoria, & inexcusabilis, vt nullo pacto posset negari, aut defendi, secus verò quando eget aliqua probatione, vel aliquo colore excusari valeret, quia tunc feudum
7 vel † emphiteusis non debet ab herede reuocari, cum æquum non sit, vt pro delicto defuncti, qui se defendere nequit, agatur contra heredem, vel successorem, qui non deliquit, *vt per Clar. in §. feudum quæst. 65. num. 1. vers. quam opinionem*, quæ sententia videtur multum æqua & conformis pietati huius Sacri Tribunalis. In proposito autem de huiusmodi notoria, & inexcusabili caducitate incursa per ipsum Octauianum non apparet, cum dd. de Serbellonibus de anno 1602. vsque ad annum 1606. non petierint dd. canones.

Non obstat, quod post mortem Octauiani Dorothea, & Isabella hæredes proprietariæ defecerint, & ipsæ in solutione Canonum à d. anno 1606. vsque ad annum 1615. & sic facto proprio ceciderint à iure suo.

Quia cum ipsæ non possederint, sed Dominica heres vsufructuaria, excusantur à pęna caducitatis, cum onus soluendi canones spe-
8 ctaret † ad ipsam Dominicam, quæ possidebat, non ad heredes proprietarias *Castr. cons. 105. in fin. lib. 2. Alex. cons. 124. in fin. lib. 5. Dec. cons 70. num. 17. & seqq. impress. inter cons. Socc. Iun. vol. primo Abb. cons. 94. n. 4. vers. non obstat. li. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 44. vers. sexto debet re-*
9 *stringi.* Nec mora † heredis vsufructuariæ præiudicare potuit ipsis heredibus proprietarijs *Castr. d. cons. 105. in fin. Dec. d. cons. 70. num. 15. Bald. cons. 476. num. 1. li. 4. Menoch. cons. 88. n. 44. Mantic. d. tit. 27. num. 70. vers. decimotertio restringitur.*

Hinc non obstat, quod dd. de Serbellonibus de anno 1615. obtinuerint mandatum de associando ad possessionem dd. bonorum ob non solutionem Canonum, & illius vigore possessionem quoque adepti fuerint. Quia d. mutuum fuit relaxatum solum contra Dominicam vsufructuariam, & ideò præiudicare non potuit dd. heredibus proprietarijs ex regu-
10 la, quod sententia lata contra vnum † alii non nocet *l. filius familias §. diu. de leg. 1. Cost. cons. 2. li. 1. num. 42. Peregr. de fideic. art. 53. num. 40.*

Nec releuat, quod dd. heredes proprietariæ fuerint citatæ pro eorum iure & interesse, & sic d. mandatum etiam ipsas afficere debeat. Quia hoc benè procederet, si dd. heredes vellent impedire executionem sententiæ latæ contra d. vsufructuariam, quod non possent
11 facere, quia citatus pro suo iure, † & interesse exequutionem sententiæ impedire non valet *Castr. in l. cum filius ff. de verb. oblig.* vbi quod fecit remanere confusum quendam Aduocatum insignem, qui non cosiderauerat virtutem talis citationis *Grat. cons. 16. num. 10. vol. 2. Bellam. in c. veniens el secondo de testib. Boer. decis. 79. n. 7.* Sed in casu nostro istæ mulieres heredes non agunt ad impediendam executionem sed consolidato vsufructu eum proprietate agunt ad bona, & dicunt omissionem solutionis canonis ipsis non nocere, prout non obstat ex supra allegatis.

Nec obstat, quod hæc bona vsque de anno 1608. fuerint per sententiam adiudicata dictæ Dominicæ Vxori d. Octauiani pro eius dote, & iuribus dotalibus, ideoq; nullum ius hodie competat ipsis heredibus proprietariis. Quia vltraquod d. sententia non est de actis, & lata fuit inter ipsam Dominicam vsufructuariam, & Creditores ipsius Octauiani non citatis dd. heredibus proprietarijs; fuit animaduersum illam non cōtinere adiudicationem, sedquamdam dumtaxat assignationem pro summa scutorum 1225. reseruato vsufructu eidem Dominicæ vsufructuariæ super omnibus bonis hæreditarijs, nec apparet eam elegisse pro suis iuribus Dotalibus bona, de quibus agitur

Demum non obstat, quod dd. mulieres non valeant petere Immissionem propter sententiam R. P. D. Cecchini, qui pronunciauit istis mulieribus non competere immissionem, vnde via exequutiua remansit vulnerata. Quia non propterea fuit sublatum, vt non pos-
12 sint † agere ad immissionem via ordinaria *Bald. in d. l. fin. num. 57. in fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. & ibi Alber. num. 11. ad med. & num. 13. in princ & num. 14. fulgos. num. 20. vers. hac differentia Curt. Iun. num. 61. Corn. num. 8. & 9. Personal. de adipisc. num. 87. 138. & 170. vers. & licèt & in num. 171. vers. ego & vers. si vero. & seqq. & num. 268. 270. & seqq. Put. decis. 308. lib. 1. in correct. & dixit Rota in Bergomen. Cappella 28. Febr. 1621. coram bo. mem. Patriarca Hierosolimitano.*

ROMANA SEV NEAPOLITANA FIDEIVSSIONIS de REPRAESENTANDO.

Veneris 1. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Obligationi de repræsentando quando dicatur factus locus.

SVMMARIVM.

1 *Obligationi de repræsentan. dicitur factus locus quando obligatus non repræsentauit intra terminum præfixum.*
2 *Obligatio de repræsentan. sub pœna quando est purificata vtique contra obligatos bene relaxatur mandatum pro pœna contenta in obligatione.*
3 *Carceratus habet iustam causam non comparendi.*
4 *Carceratus excusatur à pœna si non compareat.*
5 *Exceptiones quæ competunt principali competunt & fideiussoribus.*
6 *Fideiussores obligantes se vti principales principaliter & insolidum dicuntur effecti veri rei debendi, & absque exceptione ad promissa tenentur.*

DECI-

DECISIO CCCLXIII.

SVB die 12. Iunij præteriti Aemilio Platto, & litis consortibus tantum informantibus fuit resolutum in hac causa mandatum relaxatum pro summa scut. 1500. ab A.C. ad instantiam eorundem Aemilij, & litis consortum contra Iosephum, Io: Carolum, Cæsarem, Ludouicum, & Andream de Cacacijs esse exequendum ea ratione, quia cum ipsi fideiussorio nomine se obligauerint repræsentare Iulium Cæsarem Parlatum ad omne mandatum Domini sub pœna d. summæ,
1 ipsumque non repræsentauerint † vtique fuit factus locus eorum obligationi, *l. sancimus*, §. *sin autem*, *C. de fideiuss. cum alijs allegatis in decis.* Hodie reproposita causa super ijsdem, informantibus etiam Cacacijs DD. dixerunt respectu Iosephi, & Io: Caroli commissam fuisse stipulationem, & in hac parte standum in decisis; quo verò ad Cæsarem, & alios de Cacacijs, quia aliqui erant minores, & aliqui non dederant mandatum ad se obligãdum, & propterea dubitari poterat, an Ioseph illos validè obligauerit, DD. mandarunt, vt de illis videretur in alia disputatione.

Siquidem quoad dd. Iosephum, & Carolũ eius patruum transit absque difficultate, quod ipsi teneantur, quia ex Instrumento dato in Summario Aemilij *num.* 1. apparet d. Iosephũ tam proprio, quam procuratorio nomine ipsius Caroli se obligasse sub obligatione Camerali repræsentare d. Iulium Cæsarem Parlatum sub d. pœna scut. 1500. Vnde cum ipsum non repræsentauerint intra terminum præfixum à Iudice inciderunt in d. pœnam,
2 & merito contra ipsos fuit relaxatum mandatum, *Rot. dec. 44. num. 1. & seqq. post Zacch. de obligat Cam. cum alijs alleg. in decis.*

Non obstat, quod Parlatus de mandato Proregis detineatur Neapoli in carceribus, prout hodie sufficienter constare DD. visum fuit ex iuribus formiter compulsatis, & pro-
3 pterea sicuti ipse habet iustam causam non comparendi, *Specul. in tit. de citat. §. 1. numer. 10.*
4 *cum alijs alleg. per Farin. tit. de carcer. q. 34 num. 86.* & excusatur a pœna, *l. sed & si quis, §. illud, vers. planè, vbi DD. ff. si quis caut. iudic. sist. caus. fact. non obtemper. cum alijs allegatis in decisione, quæ reuidetur*, ita pariter excusari debeant fideiussores, cum exceptiones competentes princi-
5 pali † competant etiam fideiussori, nisi fuerit eis renunciatum, *l. sancimus*, *C. de fideiuss. l. ex persona, ff. eod. tit. l. omnes, & l. exceptiones, §. rei cohærentia, ff. de except.*

Nam omisso, an per obligationem Cameralem, sub qua dd. Cacacij se obligarunt repræsentare Parlatum, censeatur renunciatum dispositioni *d. l. sancimus*, nec ne; pro responsione ad supradictum motiuum visum fuit DD. sufficere ad hoc, vt dd. fideiussores iuuari non valeant beneficio d. legis, quod se obligaue-
6 rint † vti principales, principaliter, & insolidum, & promiserint Parlatum repræsentare, alias teneri velle ad d. summam, quo stante effecti fuerunt duo rei debendi, & propterea, absque alia exceptione tenentur *Mohed. decis. 2. de fideiuss. Rota in Romana de Prouanis apud Zacch. de obligat. Camer. sub n. 110.* & fuit resolutum *in Romana Dotis 12. Nouembris 1621. coram Caualerio*, à qua licet fuerit recessum 3. Iunij 1622. tamen hoc contigit, quia ex facto non constabat fideiussorem esse obligatum vti principalem, & insolidum.

Alia, quæ opponebantur, visa fuerunt sufficienter tolli ex deductis in alia decisione.

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Iudex nulliter, ac iniustè procedens non priuat, quem sua possessione, ita quod etiam in gradu appellationis manutentio eiecto competat, & ex quibus dicatur nulliter, & sine iurisdictione processisse.

SVMMARIVM.

1 *Index non priuat quem sua possessione si nulliter, & iniustè procedat.*
2 *Et eiecto nulliter à possessione debetur manutentio etiam in gradu appellationis.*
3 *Index sine deputatione ab habente facultatem quis esse non potest, & sic nulliter procedit.*
4 *Iurisdictio Iudicis delegati (quidquid sit in Ordinario) non potest prorogari de consensu partium.*
5 *Deliberatio facta de tempore quo sunt elapsæ omnes dilationes dicitur carere decreto, & sic non sustinetur sine noua citatione.*
6 *Intimatio non supplet defectum citationis si nullum præcesserit decretum.*
7 *Index non potest esse certus de actu gesto post decretum, & sic d. actus non suffragatur.*
8 *Subhastatio secunda non debet permitti non præcedente liquidatione, & non constito quid fuerit habitum ex bonis primo loco subhastatis.*
9 *Index nulliter, & iniustè procedendo non priuat quem sua possessione tam naturali, quam ciuili.*

DECISIO CCCLXIV.

IOANNES Rotulus pro consequutione sui crediti, quod habebat cum Horatio Sabello occasione fructuũ cuiusdam census obtinuit à R.P.D. Torniello Iudice ab A.C. deputato mandatum, quod exequi curauit super quibusdam domibus, seu fenilibus possessis à d. Horatio vti hærede fiduciario Lucretiæ eius sororis, quæ bona fuerunt successiuè subhastata, & deliberata Octauio Lupo ementi pro persona nominanda pro scutis 800. Verùm quia d. Horatius prætendebat ex prædictis actibus vti nulliter, & iniustè gestis non
1 potuisse priuari sua possessione, ideò appellauit, & causam appellationis mihi committi obtinuit, quapropter proposito à me dubio. Cui sit dandum mandatum de manutenendo, DD.

DD. dixerunt illud esse concedendum Horatio.

1 Nam cum Iudex nulliter, & † iniustè processerit, non potuit d. Horatium sua possessione priuare iuxta dispositionem *text. in cap. conquerente vbi Abb. num. 8. de rest. spol. Rot. decis.* 525. *num. 3. par. 2. rec. & fuit firmatum in Regien. beneficij* 15. *Nouembris* 1613. *coram bon. mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien.* ac proinde datur eic-

2 ctio † in gradu etiam appellationis manutentio, *Caual. dec.* 315. *num.* 1. *& fuit dictum in Spoletana bonorum* 22. *Aprilis* 1616. *coram bon. mem. Buratto*.

Quod autem Iudex nõ ritè processerit desumitur ex pluribus nullitatibus, & præcipuè ex duabus, quæ visæ fuerunt DD. releuantes.

Prima nullitas deducitur ex defectu iurisdictionis R.P.D. Tornielli, ex quo non constat

3 de aliqua deputatione facta † ab A.C. prout requiritur *ad tex. in cap. cum in iure de offic. deleg. Vant. de nullit. ex def. iurisd. num.* 28. *&* 29. *Rot. decis.* 9. *num.* 4. *par.* 2. *in recen. & fuit firmatum in Romana pecuniaria, seu furti* 6. *Nouembris* 1596. *coram Litta*; & quamuis partes coram ipso Iudice comparuerint agendo, & excipiendo, ac earũ iura deducendo, tamen de illarum etiam

4 consensu iurisdictio Iudicis delegati, † quidquid sit de Iudice Ordinario, non potest prorogari, *l. priuatorum consensu, & ibi DD. C. de iurisd. omn. Iudic. Butr. in cap. cum olim, il primo, n.* 9. *de off. deleg. Rot. dec.* 451. *num.* 13. *par.* 2. *recen. & fuit dictum in Romana pecuniaria* 10. *Maij confirmata sub die* 3. *Iulij præteriti coram me*.

Secunda nullitas deducebatur ex quo vltima oblatio fuit facta 19. Nouembris, de quo tempore lapsæ erant omnes dilationes, vnde ne deliberatio remaneret sine decreto, erat fa-

5 cienda † noua citatio cum nouo decreto, *Rota dec.* 476. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Non obstat prætensa intimatio, quia vltra

6 quod illa † non supplet defectum citationis, ex quo nullum præcessit decretum *ad text. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & l. Creditor, la* 2. *C. de distract. pign. Afflict. dec.* 358. *num.* 3. *& in his terminis firmauit Rota in Romana Subhastationis* 10. *Maij* 1625. *coram bo. mem. Buratto*; illa fuit reprodu-

7 cta post factam deliberationem, † & adiudicationem dd. bonorum; vnde non suffragatur, cum Iudex non esset certus de ea, vt in his terminis firmauit *Rota dec.* 725. *n.* 8. *par.* 2. *rec.*

Iustitia etiam d. mandati DD. visa fuit turbida ex eo, quod prima subhastatione sequuta, & nulla præcedẽte liquidatione fuit deuentum ad aliam subhastationem bonorum, de quibus agitur, quod non poterat fieri propter

8 receptionem summæ bonorum prius † sub hasta positorum ad tradita per *Bald. in l.* 2. *num.* 7. *&* 8. *C. de exequut. rei iudic. Surd. conf.* 168. *num.* 21. *& conf.* 248. *num.* 12. *Seraph. dec.* 1168. *n.* 5. *& fuit dictum in Tullen. seu Meten. prætensi instrumenti* 30. *Octobris* 1619. *coram bon. mem. Buratto*: Vnde, dum nulliter, & iniustè credito non liquidato fuit actum contra Horatium, Iudex

9 non potuit priuare illum † sua possessione naturali, & ciuili ad *text. in l. improbè, C. de acquir.* *poss. Rota decis.* 690. *num.* 2. *par.* 2. *recen.* & sic est in sua possessione manutenendus ex iuribus supra allegatis.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. EVICTIONIS DE LEONORIIS.

Luna 11. *Decembris* 1634.

ARGVMENTVM.

Euictionis simulatio ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de possessione prædij non concludunt de toto.*

2 *Simulatio excluditur ex quacumque possibilitate in contrarium.*

3 *Simulatio solet excludi attenta qualitate nobilium personarum.*

4 *Simulationis omnem suspicionem tollunt sententiæ, & mandata obtenta.*

5 *Simulationis quæcumque præsumptio excluditur à veritate.*

DECISIO CCCLXV.

CORAM R.P.D. Queipo sub die 9. Iunij, & 10. Decembris 1633. fuit resolutum constare de re iudicata aduersus D. Honoriũ Beatum possessorem prædij S. Aegidij ab eo empti ab Ascanio Vetia, qui respectu prædij Argilis empti à Paulo Zambeccario promiserat de euictione, quarum resolutionum vigore cum pro parte Blanchini, & litis consortum instaretur pro causæ expeditione fuit per Honorium allegatum d. euictionem non fuisse sequutam, aut saltem simulatam. sub prætextu, quod iidem Zambeccarij non obstantibus sententijs, & mandato de immittendo obtento à Leonorijs nunquam desierint possidere d. prædium, illudque hodie possideant ad quod probandum obtinuit à Rota litteras remissoriales, quarum vigore curauit in partibus examinari sex testes, quorum depositione ad curiam transmissa, & causa super ijsdem proposita DD. steterunt in decisis ex latè deductis in quatuor decisionibus in hac causa emanatis tam coram R.P.D. meo Pirouano, quam coram R. P. D. Queipo, in quibus ex multis fundamentis, quæ hodie etiam DD. placuerunt, fuit resolutum constare de re iudicata contra Beatum, quæ sit exequenda, & sic mandatum de associando relaxatum contra d. Beatum esse exequendum.

Non obstat allegata simulatio euictionis deducta ex d. possessione à Dominis de Zambeccarijs: Quia vltra quod testes examinati ad probandam d. possessionem multas, & quidem releuantes patiuntur exceptiones, DD. aduerterunt, illos non deponere de possessione totius prædij, & sic cum in sententijs, & mandatis, quorum vigore sequuta fuit euictio, referuntur Zambeccarijs 75. tornaturæ eiusdem prædij, illorum depositio debet intel-

 ligi

ligi de istis 75. tornaturis à Iudice reseruatis,
1 cum testes deponentes † de possessione prędij concludant de toto, *Alex. cons. 110. num. 2. lib. 1. Curt. Iun. cons. 17. num. 14. Surd. decis. 263. num. 11.* & ex hac ratione sequitur, quod simulatio ex sola possessione Zambeccariorum non præsumatur, cum illorum possessio possit contingere nedum ex hac causa, sed etiam ex alio particulari contractu inito inter ipsos, & Leonorios euincentes, quæ possibilitas sufficit ad
2 effectum excludendi simulationem, *Rot. decis. 241. nu. 19. par. 2. recent. Gregor. XV. dec. 401. nu. 16.*
3 maximè stante nedum qualitate † personarũ nobilium, vt in simili ponderauit, *Rot. in Romana pecuniaria 20. Nouembris 1687. coram Blanchetto impress. post secundum volum. cons. Farin. decis. 29. sub num. 2.* sed etiam ponderatis dd. sen-
4 tentijs, & mandatis, quæ omnem † simulationis suspicionem tollunt, *Decian. consil. 47. num. 72. & seqq. lib. 5.* cum ex illis veritas causæ d. euictionis contra dd. Zambeccarios euidenter appareat, nempè propter fideicommissum Leonis de Leonorijs super prædio Argilis, de quo fuit dictum per publicum Instrumentum productum in prima instãtia,
5 cuius quidem veritas † excludit omnẽ simulationis præsumptionem. *Rot. decis. 106. nu. 7. par. 2. recent. Gregor. XV. dec. 195. num. 12.*

Et ita vtraque &c.

BENEVENTANA SALIVM.

Veneris 17. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Præsumptio iuris quæ militat pro executione cessat quando bona de tempore executionis existebant penes tertios possessores quia propria & non debitorum bona præsumuntur.

SVMMARIVM.

1 *Bona debitorum in executione capta, præsumuntur propria.*
2 *Bona præsumuntur illius penes quem reperiuntur, & à quo possidentur.*
3 *Creditor tenetur probare bona executata esse sui debitoris quando penes tertios possessores reperiebãtur, & num. 15.*
4 *Apoca trino teste munita, ac notarii attestatione roborata iunctis etiam adminiculis sufficienter probat.*
5 *Probationes leuiores admittuntur in iudicio sũmario executionis quoad identitatem bonorum sui debitoris.*
6 *Executio consummata super bonis repertis penes tertium possessorem operatur vt eo faciliùs possessor admittatur ad impediendam executionem si iustificauerit titulum suæ possessionis.*
7 *Scripturarum falsitas in dubio non præsumitur.*
8 *Delictum qui allegat, probare tenetur.*
9 *Simulatio eo magis excluditur attenta bona qualitate personæ.*
10 *Simulatio non data causa simulandi non præsumitur.*
11 *Scriptura non recognita non probant.*
12 *Iura non recognita faciunt præsumptionem, & numer. 13.*
14 *Bona debitoris si de tempore executionis reperiantur penes tertium possessorem, ex sola possessione dictus possessor potest impedire executionem.*

DECISIO CCCLXVI.

SVB die 17. Februarij præsentis anni fuit resolutum in hac causa constare de Iure D. Ioannis Pennellæ super Salibus, de quibus agitur, quod valeat impedire exequutionem super eis attentatam à Dauide tanquam spectantibus ad DD. de Angelis, & Balsamum eius debitores, cui resolutioni d. Dauide non acquiescente, & iterum posita causa super eisdem DD. in decisis perstiterunt, quia fundamenta decisionis visa fuerunt adhuc subsistere.

Cum enim dd. Salia de tempore exequutionis fuerint reperta penès d. Pennellam ter-
1 tium possessorem, non autem penes † dd. debitores, cessat præsumptio Iuris, quæ militat pro exequutione, & sic quod illa præsumantur esse dd. debitorum, sed intrat præsumptio, quod sint propria ipsius Pennellę, cum bona
2 præsumantur illius, penès quem reperiuntur, vel à quo possidentur ad *text. in l. ob maritorum. vbi Salic. nu. 4. C. ne vxor pro marit. Alex. cons. 112. numer. 2. & seqq. lib. 6. cum alijs allegatis in decisione.*

Ideoque Dauid, qui est actor, & petit exe-
3 quutionem contra † bona suorum debitorũ tenetur cõcludenter probare dd. Salia spectasse ad eius debitores, non autem ad Pennellã tertium possessorem iux. doctr. *Bart. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 4. vers. istam rem. ibid. Alex. num. 15. ff. de re iudic. Castr. cons. 143. num. 3. vers. & si quæritur lib. 1. Gregor. XV. decis. 22. nu. 3. cum alijs in decisione relat.*

Eoque magis, quia d. Pennella non solum habet Iuris præsumptionem pro se super dd. Salibus, sed vlterius docet de illorum dominio per apocas emptionum sibi factas tam per dd. debitores, quam per alios Mercato-
4 res, quæ apocæ † cum sint trino teste munitæ, ac Notarij attestatione roboratæ, & insuper adminiculatæ ex quietantijs, & Instrumento solutionis pretij emptiones prædictas sufficienter probant, *l. Instrumenta C. de probat. l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Ias. consil. 129. num. 11. lib. 1. Tiraq. ad l. si vnquam in præfat. n. 51. & seqq. C. de reuoc. donat. Rota diuers. decis. 813. numer. 2. par. 1.*

Maximè quia versamur in summario Iudicio exequutionis factæ contra tertium pos-
5 sessorem, quo casu † leuiores probationes sufficiunt. *Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. summariè num. 3. & in l. 1. C. quor. bonor. cum alijs allegatis per Mascard. de probation. conclus. 799. num. 16.*

6 Vndè cum Pennella † iustificauerit etiam titulum suæ possessionis, eo faciliùs d. exequu-

quutionem valet impedire etiam, si dd. Salia
fuerint empta ab eisdem debitoribus, vt in
terminis firmat, *Amatos Rodriquez de exequut.
sent.art.4.cap.4.num.45.vers.verumtamen cum seq.
cum alijs ab eo congestis*.

Nec releuat, quod Pennella fuerit alias mi-
nister, & Institor dd. debitorum, qui sunt ar-
rendatarij Salium in Ciuitate Neapolis, ad
vendendū Salia in Ciuitate Beneuenti, ideoq;
præsumatur administrasse dd. Salia tanquam
Institor dd. debitorum, non autem vti domi-
nus possedisse: Quia vltra quod ex deductis
pro Dauide asserta Institoria sufficienter pro-
bari visa non fuit, prout probari deberet ex
supra allegatis, fuit responsum illam adhuc
probatam non releuare, tum quia illa non
probatur nisi solum ab anno 1626. vsque ad
mensem Februarij anni 1629. & sic non per-
cutit tempus d. exequutionis, quæ facta fuit
de anno 1633. de quo tempore, & longè ante
asserta Institoria iam cessauerat, ex quo dd.
Arrendatores Salia, quæ retinebant Beneuēti
vsque de anno 1629. eadem Pennellæ vendi-
derunt, vt supra dictum fuit, tum etiam quia
idem Pennella emit vlterius hoc medio tem-
pore magnam Salium quantitatem à D. Ia-
cobo Cacciottolo, vndè constare non potest
de identitate Salium, quæ d. Pennella vti ad-
ministrator dd. Arrendatorum habuisse præ-
tenditur, vt fuit in alia decisione pondera-
tum.

7 Nec subsistit prætensa falsitas dd. scriptura-
rum, quia illa † in dubio non præsumitur
*cap. in præsentia de renunc. Becc. cons.78.numer.10.
Alex. cons. 70.col.1. vers.accedit lib.1. Fabr. lib.7.
de criminal. colum.2. num.14*, & cum sit delictū,
8 debet † à Dauide plenè probari, *Alex. cons.74.
nu.11. Dec.cons.175.col.4. vers.quibus tamen Becc.
d.cons.78.num.11*.

Similiter non obstat asserta, & sępius repe-
tita simulatio dd. emptionum desumpta ex
quibusdam coniecturis pro Dauide pondera-
tis: Quia, quidquid sit de illis, visa fuit cessare
omnis causa simulandi, ex quo non apparet,
qui Salia vendiderunt, esse decoctos imo eos
esse viros opulentos probatæ famæ, & con-
ditionis, & generales Appaltatores Salium in
Ciuitate Neapolis, qui propterea non præsu-
muntur d. venditionem fecisse in fraudem
Dauidis creditoris, concurrente vlterius qua-
9 litate † personæ ipsius Pennellæ in alijs deci-
sionibus ponderata, cui plurimum defertur
ad simulationē excludendam, *Menoch. de præ-
sumpt.lib.5.præs.20.num.5. Cuman.cons.136. Becc.
d.cons.78.num.25*. & in omnem euentum, cum
agatur de mercibus solitis vendi, non potest,
10 ex mala qualitate † venditoris argui simula-
tio venditionis, nisi probetur adfuisse causam
simulandi verisimilem, *Bart.cons.65.lib.1. quem
Rot.passim sequitur, vt in decis.415.num.17. & de-
cis.677.num.2. par.2. rec. & in Romana Retractus
19. Decembris 1633. coram R.P.D. meo Merlino*.

Demum non obstat, quod dd. Iura non
11 fuerint † recognita, ideoque tanquam scrip-
turæ priuatæ emptiones prædictas plenè non
probent: Quia nihilominus faciunt præsum-
12 ptionem: *Bart.in l.admonendi num.26. vers. Apo
dissa. ff.de iureiur. Felin.in cap.2.num.15.de fid.In-
strum. Crauett.de antiquit. temp. par.1. sect.5. incip.
viso de verbis num.7. Mascard. de probat.concl.111.*
13 *num.4.* quæ præsumptio † iunctis adminicu-
lis, de quibus supra sufficienter probat. *Ias.d.
cons.329.num.12.& seqq.lib.1. Crauett. dict.par.1.
sect.5.num.7.*

Et cessat omnis difficultas, quia esto, quod
Iura producta per d. Pennellam emptionem
dd. Salium plenè non probarent, prout eam
sufficienter probari DD. visum fuit ex præ-
dictis, sat est ipsi Pennellæ, quod Salia de tem-
pore exequutionis penès ipsum reperta fue-
14 rint, quia ex hac sola † possessione exequu-
tio super eis facta ab eo impedire valet, *Abb.
in cap.cum super num.33.de sent. & re iudic. Scacc.
de appellat.q.17.limit.6.membr.4. nu.59.* & onus
15 probandi † eadem Salia fuisse dd. debitorum
incumbit Dauidi creditori, vt supra fuit
ostensum.

Et ita vtraque &c.

PISTORIEN. SEV NVLLIVS BENEFICII.

Lunæ 18. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Possessio beneficij capta lite pendente & intra terminum ad appellandum licet non sit manutenenda tanquam vitiosa & attentata, tamen ex superuenienti titulo subrogationis, in qua fuit narratū d. possessionem esse vitiosam & attentatam, purgatur omne vitiū, & possessor potest mutare causam possessionis vt sit manutenibilis absq; alia declaratione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vitiosa & attentata non est manutenibilis, Limita num.2.*

3 *Possessionis causam quis mutare potest absque alia animi declaratione.*

4 *Clausula dummodo alias intrusus non sis, intelligitur de alia intrusione quam narrata.*

5 *Dictio, alias, quando significet alium modum quam expressum.*

6 *Sequestrum positum à Iudice priuat possidentem sua possessione.*

7 *Possessionis causam quis non potest mutare si iam d. possessio euanuit.*

8 *Sequestrum per solum decretum non dicitur habuisse effectum.*

9 *Sequestrum si non habuit effectum non priuat possessorem sua possessione quia decreta vel sententia non effectuata non afficiunt, num.9.*

10 *Sequestrum si non sit voluntarium sed necessarium non priuat partem sua possessione.*

11 Decis.314. num,3. coram Seraph. intellectus Beltram. ad Gregor. dec.9. numer.14. declaratur.

12 *Manutentionem ratione possessionis ciuilis Rota passim concedit, & possessio ciuilis solo animo retinetur.*

13 *Possessio ciuilis sufficit ad effectum interdicti recuperandæ possessionis.*
14 *Possessio vitiosa & attentata est sequestranda.*
15 *Subrogatio non inducitur ex taciturnitate eius quod in iure consistit.*
16 *Subreptio inducitur ex taciturnitate illius quod si fuisset expressum Papa gratiam non concessisset.*
17 *Gratia vt sustineatur non præsumitur quod Papa difficilius concessisset si fuisset expressum quod est omissum.*
18 *Papa si narretur quod aliqua possessio fuit capta intra terminum ad appellandū ex ista narratiue satis elicitur quod sententia erat appellabilis.*
19 *Appellationis terminus non datur vbi sententia non est appellabilis.*
20 *Vacatio beneficii si iam fuerit consumpta per subrogationem alterius si alius postea obtineat subrogationem non attenditur.*
21 *Subrogatio non datur vbi non datur vacatio.*
22 *Subrogatio in beneficio obtenta in forma dignum si non fuerit executioni demandata non consumitur vacatio per solam prouisionem.*
23 *Gratia in forma dignum ad fauorem certæ personæ super certo corpore beneficii dicitur gratia pura, & per eam acquiritur ius ad rem.*
24 *Et prouisio executoris quare hoc casu requiratur.*
25 *Vacatio per obitum non inducitur per gratiam non verificatam nec executam.*
26 *Gratia in forma dignum ante illius executionem nō suffragatur ad effectum excludendi vel impediendi prouisum ab ordinario, & num. 27.*
28 *A resignante ius non abdicatur per gratiam in forma dignū donec litteræ sint expeditæ & beneficium resignatario acquisitum.*
29 *Clausula verificato prius iurepatronatus ex fundatione vel dotatione &c. facit gratiam conditionalem.*
30 *Et ideo ad illius iustificationem debet ab impetrante probari iuspatronatus verum & validum, & quod spectet ad illum qui præsentauit.*
31 *Et requirit veras & concludentes probationes.*
32 *Subrogatio non facit consumere vacationem beneficii si gratia non iustificetur.*
33 *Gratia non meretur nomen gratiæ si non sit iustificata.*
34 *Executor Apostolicus si sit constitutus cum clausula in forma dignum, ab eius sententia datur appellatio.*
35 *Idem si sit constitutus cum clausula, verificato prius iurepatronatus.*
36 *Appellatio operatur vt omnia remaneant in statu de tempore latæ sententiæ.*
37 *Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.*
38 *Prebenda non præbet titulum super beneficio sed solum fructuum administrationem.*
39 *Lis si non sit super titulo beneficii non facit illud litigiosum.*
40 *Beneficium dicitur litigiosum si à sententia lata ab executore appellationis causa fuerit commissa cum clausula, quam & quas, cum incidentibus & dependentibus ac toto negotio principali.*
41 *Commenda perpetua tribuit verum titulum, & Commendatarius facit fructus suos.*
42 *Per Commendatarii obitum vacatio saltem de facto datur.*

DECISIO CCCLXVII.

PROPOSITO à me dubio sub die 19. Iunij præsentis anni, an D. Archiepiscopo Pisano dandum esset mandatum de manutenendo, vel potius mandatum de immittendo vigore subrogationis gratiosæ in possessionē beneficij, de quo agitur fuit per DD. quoad vtrumque affirmatiuè responsum ex rationibus in decisione deductis, quæ cum hodiè reuiderētur, DD. ab ea recedere noluerunt, quia eius fundamenta visa fuerunt benè subsistere.

Siquidem quoad manutentionem attinet, quamuis possessio D. Archiepiscopi fuerit capta pendente lite, & infra terminum ad appellandum, ideoque tanquam † vitiosa, & attentata nō esset manutenibilis *Lancell. de attent. par. 3. cap. 3. num. 200.* attamen ex superueniēti titulo subrogationis, in qua fuit expresè sè narratum † d. possessionem fuisse captam pendente lite, & infra terminum ad appellandum, fuit purgatum omne vitium attentatorum, † & potuit D. Archiepiscopus mutare sibi causam possidendi etiam absq; ue animi declaratione, vt in his terminis dixit *Rot. coram Reuerendiss. P. D. meo Decano, decis. 71. num. 1. & seqq. cum alijs in decisione allegat.*

Nec obstat clausula † dummodo alias intrusus non sis, in litteris subrogation is adiecta quia illa intelligitur de alia intrusione, quam de narrata, vt fuit in dicta decisione firmatū, & aliis exemplis comprobatum, stante præsertim dictione † (alias) quæ in proposito significat alium modum, quam expressum, *Bart. in l. 1. n. 1. a. vbi quod quandoq; est aduerbium qualitatis. ff. de cond. & demonstr. Hondod. cons. 70. num. 32. lib. 2. Rot. p. 3. diuers. dec. 254. n. 2.*

Nec hodie obstare visum fuit, quod à Rota fuerit decretum sequestrum super dicto beneficio, ac propterea D. Archiepiscopus fuerit priuatus sua possessione, † cum sequestrum appositum à Iudice priuet possidentē sua possessione, *Seraph. decis. 314. num. 3. Add. ad Gregor. XV. decis. 9. num. 14.* Ideoque subrogatio superueniens non potuerit mutare causam possessionis, † cum hæc iam propterea sequestrum euanuerit *Greg. dec. 307. num. 2.*

Nam fuit responsum, quod licet d. sequestrum fuerit decretum, non tamen constat fuisse exequutioni demandatum, sequestrum enim † per solum decretum non dicitur habuisse effectum *Reuerendiss. D. meo Decanus dec. 39. num. 1.* nec illud non appositum priuat possessione, quia decreta, † vel sententiæ non effectuatæ non afficiunt, *Aym. cons. 10. num. 5. lib. 1. Seraph. decis. 381. num. 4. & in Tuden. Parrochialis 21. May 1610. coram Sacrato impress. penes Marches. par. 1. §. 2. sub num. 2. vers. non obstant sententia.*

Præterea cum d. sequestrum fuerit decretum à Rota ex officio, † & sic non sit voluntarium, non priuauit D. Archiepiscopum sua possessione, *Bart. in l. interesse. &c. num. 4. de acquir. poss. Cin. Bald. & Salicet. in l. 1. C. de probib. sequestr. pecun. Bertrand. cons. 198. num. 5. lib. 4. Gramma. decis. 51.*

Castad.

Cass.ad.decis.14.num.12.super regul. Sarnen.in reg.
de annal.q.46.num.4.vers.adde.Rebuff.super constit.
tom.3.de sequestr.glos.1.art.1.num.19.Mantic.decis.
252.num.6.Seraph.dec.998.num.15.Caual.dec.86.
num.6.& dec.305.num.3.Rot.in rec. dec.516. nu.2.
par.1.& coram Reuerendiss.D meo Decano dec.158
num.2. decis.243.numer.1. & decis.473. numer.9.
in fin.
11 Hinc nõ obstãt decisiones Seraph.† & Gre-
gor, supra in contrarium allegatæ, quia vltra
quod loquuntur de sequestro iam apposito,
debent intelligi de possessione naturali, non
12 autem de ciuili,† quæ solo animo retinetur,
propter quam passim Rota solet concedere
manutentionem, vt fuit dictum in causa *Se-*
nen.Pontis Arighi 12.*Iunij* 1573. *coram Rubeo,qua*
13 *est decis.390.p.1.diuers.*quæ subdit † istam pos-
sessionem sufficere ad effectum interdicti re-
cuperandæ possessionis, *Adden.ad decis.1.num.4.*
de restit.spol.in nou. & fuit dictum *coram Caual.*
d.decis.86.num.3.& in Colimbrien.Præstimoniorum
10.*Decembris* 1631.*coram me.*
Nec releuat, quod in litteris d. subrogatio-
nis non fuerit expressè narratum decretum
d. Sequestri: Quia sufficit fuisse narratum d.
possessionem fuisse captam pendente lite, &
infra terminum ad appellañ n m Papa ex hu-
iusmodi narratiua satis intellexit d. possessio-
14 nem esse vitiosam, † & attentatam, quæ pro-
ptereà debebat sequestrari, *Cassad.decis.3.nu.7.*
de restit.spol.Rot.decis.79.in princip.& dec. 185. in
fin.par.2.recent.Greg.XV.decis.10.& dec.91. nu.1.
15 Taciturnitas autem eius,† quòd in Iure con-
sistit non inducit subreptionem, *Rot. dec.75.de*
rescript.in antiq.Felin.in cap. super litteris numer.8.
vers.secunda regula eod. tit. nec omnis taciturni-
16 tas sed dũtaxat eorum, quibus expressis Papa
nullatenus gratiam concessisset, *Rot. coram Re-*
uerendiss.D.meo Decano dec.328.num.2.& 3.& in
rec.decis.65.sub num.1.par.3. vbi quod pro su-
17 stinenda gratia † non præsumitur, quod Pa-
pa difficiliùs concessisset, si fuisset expressum
id, quod est omissum.
Hinc pariter non obstat, quod non fuerit
specificè narratum, quod sententia lata ad fa-
uorem D. Archiediscopi super executione
18 suarum litterarum esset † appellabilis, quia
ex prædicta narratiua, quod eius possessio fuit
capta infra terminum ad appellandum, satis
elicitur dictã sententiã, cuius vigore d.posses-
sio capta fuit, fuisse appellabilem, cum non
19 detur † terminus appellationis, vbi sententia
non est appellabilis, vt patet ad sensum.
Quo verò ad immissionem attinet funda-
menta decisionis visa fuerunt adhuc subsiste-
re, cum omnia requisita ad subrogationem
obtinendam fuerint iustificata.
Non obstat, quod vacatio per obitum Eue-
rardi, in cuius Ius, & possessionem D. Archie-
piscopus obtinuit subrogari, esset iam con-
sumpta de tempore subrogationis ex proui-
20 sione † Apostolica facta ad fauorem Verzo-
ni *Gomes.super.reg.de trienn.qu.30.num.1. vers.ta-*
men contrarium Simonett.de reseruat. qu.55.num.2.
Put.decis.142.nu.2.lib.2.in correct.Gonz.ad regul.8.
glos.15.§.2.num.31.& 32.Cassad.decis.4.num.4. de
caus.poss.& propr. ideoque subrogatio superue-
niens ad fauorem D. Archiepiscopi non suf-
21 fragetur, † cum subrogatio non detur, vbi
non adest vacatio, *Gonz.super reg.8.glos.51.n.43.*
Caual.dec.458.num.3.
Nam placuit responsio data in alia decisio-
ne, nempè dictam gratiam Verzoni fuisse in
22 forma dignum, quæ cum non fuerit exe-
quutioni demandata, non potuit consumere
vacationem per solam prouisionem, *Garz. ad*
reg.8.glos.15.§.2.sub num.3.& num.55.& 56. Rot.
decis.498.num.2.& dec.523.num.2.& 3.par.2.rec.
& coram Canalerio decis.477.num.5. Quamuis
enim gratia in forma dignum ad fauorem
23 certæ † personæ super certo corpore benefi-
cij dicatur gratia pura, & per eam acquira-
tur ius ad rem *cap. si postquam de præb. in sexto*,
& prouisio exequutoris requiratur solũ pro
exequutione facienda, quæ differtur in tem-
pus, quo impetrans idoneus repertus fuerit,
24 non † autem pro acquisitione Iuris, & sub-
stauti. gratiæ, vt dixit *Rota in Burgen. Canoni-*
catus 28. Aprilis 1597. coram bon.mem.Card.Pam-
philio seniori impress.per Marches.de commiss.tom.1.
par.1.cap.2.fol.142. Attamen per hanc gratiã
25 non † verificatam, & non exequutam non
inducitur vacatio per obitum, *Put. decis. 158.*
lib.3. in antiq.Rota in d.Burgen. Canonicatus coram
Pamphilio,& in Bracharen.Cantoria 26.Maij 1601.
coram Iusto, & in Pampilonen. de Iansi 28. Iunii
1605. *coram Seraphino.* Hinc videmus quod
26 huiusmodi gratia † antequam exequutioni
demandetur, non suffragatur ad effectum ex-
27 cludendi, & impediendi prouisum † ab Or-
dinario, vt fuit dictum in *Calaguritana beneficii*
30. *Ianuar.1606.coram Marchomontio.* Prout etiã
per d. gratiam non abdicatur ius à resignan-
28 te, donec litteræ † sint exequutæ, & benefi-
cium resignatario acquisitum *san. me.Gregor.*
XV.decis.159.num.6. & fuit dictum in *Abulen.*
& Zamoren.beneficiorum 12.Iunij 1594.coram Pe-
nia apud Garz. par.6.cap.2.num.126.& seqq. & in
d.Burgen.Canonicatus coram Pamphilio,& in d.Bra-
charen.Cantoria coram Iusto, & in Ampurien. be-
neficij 17.Februar.1625.coram R.P.D. meo Mer-
lino, & in Meten. Canonicatus 18.Iunij 1625. co-
ram bo.me. Buratto.
Vlterius aduertebant DD. d. gratiam Ver-
zoni fuisse cum clausula, *verificato prius Iure-*
29 *patronatus ex fundatione, vel dotatione,* quæ clau-
sula, facit gratiam conditionalẽ *ad text.in l.à te-*
statore ff. de cond. & demonstr. & fuit dictum in Lu-
cana Mainsculatus 7. Iunij & 1. Iulij 1587. coram
Orano, & in Tirasonen. Cappellania 4. Maij 1601.
coram bon:mem.Card. Pamphilio seniori, & in Spo-
letana Cappellania 17. May 1619. coram Andrea,
& coram Caual.dec.560.post princ. & ideò ad illius
30 iustificationem† debet ab impetrante proba-
ri iuspatronatus verum, & validum, & quod
spectet ad illum, qui præsentauit ad notata
in cap. quia circa de consang. & affin.Alex.cons.59.
num.8.lib.2.& fuit dictum in d. Lucana Mainscula-
tus coram Orano, & in d. Salernitana Rectoria co-
ram bon: mem. Pamphilio Seniori, & requirit ve-
31 ras,† & concludentes probationes, prout fir-
mauit *Rot.in Aretina Cappellania coram bon.mem.*

Buratto impress. per Vinian. post tract. de Inrepatr. decis. 25. *num.* 1. *& in Lunen. Sarzanen. beneficij coram Reuerendissimo Vrgellen. impress. ibidem dec.* 110 *num.* 18. Cumque prædicta non fuerint per d. Verzonum eo viuente iustificata non potuit
32 eius gratia consumere † vacationem. *Rota in firmana beneficij* 19. *Ianuarij* 1600. *coram Penia*,
33 gratia enim non iustificata† nomen gratiæ nõ meretur *Rot. in recen. decis.* 173. *num.* 5. *ad fin. p.* 3.

Nec dicatur d. gratiam iam fuisse iustificatam per sententiam latam ad fauotem ipsius Verzoni super exequutionẽ suarum literarũ, quia stantibus prędictis clausulis, *in forma dignũ*
34 *& verificato prius iurepatronatus*, † d. sententia effecta fuit appellabilis, vt de clausula, *in forma dignum, Seraph. decis.* 817. *num.* 1. *Rot. dec.* 52. *num.* 2. *&* 159. *num.* 3. *in fin. par.* 1. *recen.* & de
35 clausula, † *verificato prius inrepatronatus, fuit dictum in d. Lucana Mainsculatus* 7. *Iunij &* 1. *Iulij* 1585. *coram Orano, & in d. Spoletana Cappellaniæ coram Andrea, vbi aliæ decisiones recensetur* etiamsi à dicta sententia fuerit iustificata, quia appellatio suspendit sententiam, & eius effe-
36 ctum, & omnia remanent in eodem † statu, quo de tempore latæ sententię existebant *l. appellatione C. de appellat. Rot. coram Caual. dec.* 242. *num.* 2. *& decis.* 643. *num.* 6.

Nec releuat, quod D. Archiepiscopus obtinuerit subrogari etiam ad Ius ipsius Verzoni, ideoque censeatur magnificesse Ius ipsius. ac per consequens approbasse consumptionẽ vacationis per obitum d. Euerardi; Nam huiusmodi illatio non visa fuit subsistere, quia licèt D. Archiepiscopus obtinuerit subrogari etiam ad Ius ipsius Verzoni, non tamen fassus fuit bonum Ius illius, sed ad maiorem cautelam per d. impetrationem voluit capere quemcumque modum vacationis sibi magis
37 proficuum, eum † in beneficialibus detur multiplicatio titulorum *Calder. cons.* 7. *de elect. Rot. decis.* 117. *num.* 2. *par.* 1. *recen.*

Demùm non obstat, quod lis inter D. Archiepiscopum, & Verzonum prædefunctum non esset super titulo beneficij ex quo D. Archiepiscopus fuit prouisus de illo per viam
38 Commendæ † quæ non præbet titulum super beneficio, sed fructuum dumtaxat administrationem *Oldrad. cons.* 179. *Cassad. decis.* 5. *nu.* 2 *&* 12. *de priuil. Simonett. de reserua. quæst.* 59. *nu.* 6. *Mohed. decis.* 4. *&* 9. *de præb. Caputaq. decis.* 144. *per tot* lis verò, quæ non est super titulo beneficij,
39 non † facit beneficium litigiosum. *Vitalin. in in clem.* 2, *num.* 72. *vt lit. pend. Cassad. decis.* 4. *num.* 1. *eodem tit. Greg. XV. decis.* 335. *n.* 5. *& ibi Add. n.* 19. Tùm, quia causa appellationis à sententia exequutoris lata ad fauorem Verzoni fuit in
40 Rota † commissa cum clausula, *quam, & quas*, quæ licèt per se non sufficeret, iuncta tamen cum alia clausula, *vna cum incidentibus, & dependentibus, ac toto negotio principali*, facit beneficium litigiosum, vt in terminis subrogationis dixit *Rot. coram Caual. decis.* 483. *num.* 3. *& decis.* 342. *num.* 2. *par.* 1. *recen. & in Romana Cappellania* 5. *Maij* 1626. *coram bon. mem. Buratto.* Tum etiam, quia nos hodiè non versamur in Com-
41 menda † temporali, sed in perpetua, quæ tribuit verum titulum, & operatur quod Cõmẽdatarius faciat fructus suos, vt inquit *Paris. de resign. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 11. *Mandos. ad Rom. cons.* 350. *addit.* 1. *&* 3. *Prob. ad Monach. in c. nemo nu.* 14. *de elect. in* 6. *Rebuff. tract. de pacif. poss. n.* 36. *& seqq.* &
42 per obitum Commendatarij detur † vacatio saltem de facto: *latè Sarnen. super reg. de trienn. quæst.* 5. *num.* 9. *vers. dicta igitur omnia Cassad. dec.* 2. *num.* 13. *de vnion. Garz. de benef. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 43. *&* 48. *Rot. decis.* 141. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

Et ità vtraque &c.

BRIXIEN. PAROCHIALIVM.

Lunæ 15. *Ianuarij* 1635.

ARGVMENTVM.

In Parocchialibus sæcularibus vnitis alicui dignitati, vel monasterio, quando deputari debeant Vicarij perpetui sæculares, & non regulares.

SVMMARIVM.

1 *Pacta & conditiones contenta in concordia facta in limine vnionis parochialium veniunt seruanda.*
2 *In parocchialibus secularibus vnitis alicui dignitati aut monasterio deputari debent Vicarij perpetui seculares.*
3 *In parocchialibus secularibus vnitis alicui monasterio cura animarum per Vicarios perpetuos ab ordinario deputandos exerceri debet, & num.* 4.
5 *Beneplacitum Apostolicum interuenire debet in concordia rerum Ecclesiæ.*
6 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione rerum Ecclesiæ stante obseruantia præsumitur spatio* 30. *annorum.*
7 *Monasterium aut alia dignitas potest de iure communi deputare vicarium amouibilem in Ecclesia curata sibi vnita.*
8 *Hoc procedit, quando cura principaliter residet penes ipsum monasterium pleno iure etiam quoad institutionem authorizabilem.*
9 *Confirmatio facta sub conditione sine illius verificatione non subsistit.*
10 *Status nouus, & non antiquus in beneficialibus est attendendus.*

DECISIO CCCLXVIII.

POSTQVAM sub die 12. Iunij anni præteriti fuit resolutum in hac causa Abbati Monasterij Montis S. Georgij Brixiẽn Diœcesis non esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione deputandi Rectores regulares in Ecclesijs Parrocchialibus, de quibus agitur, suscepta fuit disputatio super bono Iure, quapropter propositi hodiè dubium, An d. Abbati competeret Ius instituẽdi, & destituendi, eosdem Rectores regulares in dd. Parrocchialibus, & per DD. fuit negatiuè responsum; Nam huic prætensioni Abbatis obstare visæ fuerunt litteræ concessionis, seu nouæ vnionis dd. Parrocchialium factæ de anno 1510. per Cardinalem Sanctæ Crucis tunc in Germania Legatum à latere, quorum vi-

vigore inita fuit concordia inter Christophorum tunc Episcopum Brixinen. & Abbatem, & Conuentum d. Monasterij in qua fuit inter alia expresse conuentum, quod ad prædictas Parrocchiales vnitas Abbas, eiusque successores tenerentur præsentare coram ipso Episcopo Sacerdotes sæculares, qui ab eodem præuio examine approbarentur, & institutionem pro cura animarum reciperent, quæ quidem concordia fuit postmodum per easdem partes acceptata, vt in instrumento dato in Sum. D. Archiepiscopi *num.* 1. Vndè pacta,
1 & conditiones in ea contentæ in limine dictæ vnionis appositæ veniunt seruandæ *glos. in cap. de monachis, verb. de prouentibus vers. si habent Ecclesiam de prab.* maximè quia est Iuri commu-
2 ni conformis, secundum quod † in Parrocchialibus sæcularibus vnitis alicui dignitati, vel Monasterio deputari debent Vicarij perpetui sæculares *cap. extirpanda §. qui verò de preb. cap. cum vt plantare §. in Ecclesijs de priuil. cap. 1. §. 1. & ibi glos. de verb. sign. c. vnic. de cappell. Monach. in 6. clem. vnic. de off. Vicar. Rebuff. in prax. benef. tit. de vicar. perpet. num. 1. Hoied. de incompat. benef. par. 1. cap. 15. num. 2. Gonz. ad reg. 8. glos. 5. §. 3. num. 10. Rot. decis. 2. num. 2. de excess. prelat. in nou.* Idque disponit Conc. Trid. sess. 7. cap. 7. de re-
3 form. † vbi cauetur, quod in huiusmodi Parrocchialibus vnitis cura animarum, per Vicarios perpetuos ab ordinario deputandos exerceri debet, nisi aliter ipsi ordinario pro bono Ecclesiarum regimine expedire videbitur. Et prædicta adeò vera sunt, quod etiam si in litteris vnionis fuerit expressum, quod Ecclesia vnita possit deseruiri per Vicarios amouibiles, nihilominus si dd. litteræ fuerint concessæ ante Concilium Tridentinum, de-
4 bet deputari † Vicarius perpetuus, secus verò si post Concilium *Garz. de benef. par. 11. c. 2. num. 5. & seqq. Flores de Mena var. quæst. lib. 1. quæst. 10. num. 36. & seqq.*

5 Non obstat, quod non probetur interuenisse beneplacitum Apostolicum, sine quo dicta concordia subsistere non valet, quia illud fa-
6 ris præsumitur interueniisse † ex obseruantia subsequuta per 30. imò 60. annos. *Gabr. consil. 20. num. 18. lib. 2. Garz. de benef. par. vlt. cap. 2. num. 178. Seraph. decis. 1042. num. 3. Rot. decis. 259. num. 4. par. 1. recent.*

Nec releuat, quod etiam de iure commu-
7 ni Monasterium, † aut alia dignitas possit deputare Vicarium amouibilem in Ecclesia curata sibi vnita *glos. in clem. 1. verb. haberent de rescript. & in clem. 1. §. eadem verb. de mensa de suppl. negl. Prælat. Felin. in cap. cum accessissent num. 2. de constit. Hoied. de incompat. benef. d. par. 1. cap. 15. n. 8. Coraf. de benef. 1. par. cap. 8. num. 4. Garz. d. par. 11. cap. 2. num. 4.* Quia prædicta iura, & similia pro-
8 cedunt, quando cura † principaliter, & in capite residet penes ipsum Monasterium, & sic quando Ecclesia vnita spectat ad ipsum Monasterium pleno iure etiam quoad institutionem authorizabilem. *glos. in d. clem. 1. verb. ad mensam vers. sed obstat eodem tit. & in cap. de Monachis in verb. prouentibus de prab. Abb. ibidem n. 5 Rot. decis. 2. de excess. prelat. in nou.*

Non obstant antiquæ concessiones dd. Parrocchialium ab ordinarijs Brixinen. diuerso tempore factæ. Quia in illis non legitur concessa huiusmodi facultas instituendi, & destituendi Rectores præsertim regulares, sed ius dumtaxat præsentationis, & possessionis dd. Ecclesiarum, per quam concessionem prædictū Ius instituendi, & destituendi non acquiritur ex supra deductis.

Minùs releuant litteræ Pij II. emanatæ de anno 1459. per quas prætenditur confirmari omnes alias antiquas concessiones: Quia vltra quod dd. concessiones non tribuunt prætensum Ius instituendi, & destituendi Rectores regulares, vt mox dictum fuit, DD. aduerterunt dd. litteras non continere puram, & simplicem confirmationem dd. concessionum, sed solum simplex mandatum de confirmando, vt constat ex earum lectura, ibi, *Nos itaque discretioni tuæ per Apostolica scripta mãdamus, quatenus, si, & postquam vocatis ijs qui fuerint vocandi tibi de litteris, & concessionibus prædictis legitimè constiterit, illas auctoritate nostra approbes, & de nouo confirmes, &c.* & propterea d. cõfirmatio resoluitur in conditionem; quatenus constet de dd. concessionibus, qua quidem
9 conditione non probata, † confirmatio non subsistit *iux. det Cassad. 2. nu. 2. de confirm. Rot. decis. 229. num. 11. par. 2. recen.* Et quatenus etiam de dd. concessionibus doceretur, attamen non releuarent, nec essent attendendæ, ex quo per d. concordiam fuerunt sublatæ, & inductus
10 nouus status, † qui venit attendendus, non autem antiquus *Put. decis. 403. n. 2. Surd. cons. 338 num. 11. lib. 2.*

Nec dicatur d. concordiam non habuisse effectum, quia illius effectuatio visa fuit sufficienter probari ex pluribus, & successiuis præsentationibus Rectorum sæcularium iuxta formam d. concordiæ postmodum subsecutis, nec non ex petitionibus per Abbatem d. Monasterij coram Vicario Brixinen. exhibitis, in quibus idem Abbas enixè rogat d. Vicarium quatenus pro illa vice dumtaxat, si non ad plures, ad vnum saltem, vel duos annos quemdam regularem ad curam vnius ex dd. Ecclesijs admitteret, ac demùm ex oblatione facta pro parte eiusdem Abbatis de præsentando Sacerdotes sæculares iuxta formam d. concordiæ Summ. Episcopi *num.* 3. 4. & 5. Quæ omnia satis demonstrant prædictam cõcordiam suum habuisse effectum.

Et ità vtraque &c.

LAVDEN. PENSIONIS.

Luna 15. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Pensionis reseruatio, quando est indubitata, & litteræ reseruatoriæ emanatunt motu proprio vel dicitur, quod de obreptione seu subreptione dari non possit litteræ nulla indigent iustificatione nec intrat arbitrium pro retardatione illarum executionis,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ emanata proprio motu non egent iustificatione.*

2 *Arbitrium regulatur à iure.*

3 *De iure litteræ, quando sunt iustificatæ, vel non egent iustificatione sunt exequendæ.*

4 *Clausula*, sublata, *decretum irritans, & quod non possit dari de subreptione, vel obreptione adimunt facultatem Iudici aliter iudicandi.*

5 *Declaratoria ex quo ligat animam, requirit certam notitiam, & personalem litterarum intimationem.*

6 *Intimationis defectus quoad litterarum executionem non nocet, quando d. Intimatio fuit sublata de mandato Papæ.*

7 *Intimationis defectus, quando cesset ex scientia præcisa quæ resultet ex comparitione coram Iudice.*

8 *Pensio est soluenda ab eo, qui possidet & fructus percipit.*

9 *Dictiones*, Aut, vel, seù, *quando stent disiunctiuè.*

10 *Beneficium acceptans censetur quoque acceptare pensionem qua beneficium grauatum reperitur.*

DECISIO CCCLXIX.

FEL. rec. Clemens VIII. de anno 1592. reseruauit annuam pensionem scutorũ mille ad fauorem Mensæ Capitularis Ecclesiæ Laudeñ super fructibus Monasterij S. Michaelis de Brembio Ordinis Eremitarum S. Hieronymi, ad illius autem solutionem obligauit Priorem generalem d. Ordinis, aut eius Vicarium, vel Oeconomum Monasterij *dell' Hospitaletto*, seù d. Monasterij S. Michaelis Priorem specialem, pro tempore existentes, vel administratores, aut illorum bonorum conductores sub pœna excommunicationis in euentũ non solutionis infrà 30. dies post maturatos terminos incurrenda, quas litteras reseruationis fel: mem: Paulus V. motu proprio & ex certa scientia de anno 1607. confirmauit cũ clausula, sublata, decreto irritanti, & quod non possit dari de subreptione, vel obreptione, vt in litteris datis in Summario Capituli *num. 1. & 2.*

Cumque Vicarius Laudeñ vnus ex tribus exequutoribus in eisdem litteris deputati Sententiam declaratoriam contra d. Priorem generalem ob non solutionem trium terminorum decursorum pronunciasset, fuit pro parte eiusdem Generalis appellatum: Causaque appellationis mihi commissa cum clausula, *sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ*, dubitaui an intret arbitrium pro retardatione & per DD. fuit negatiuè responsum.

Clara enim sunt verba litterarum reseruationis d. pensionis ad fauorem Capituli Laudeñ, in quibus d. Prior generalis fuit inter alios prædictos obligatus ad illius solutionem sub pœna excommunicationis, quæ litteræ
1 cum sint emanatæ † motu proprio, & sic non egeant iustificatione. *Gabr. de claus. conclus. 2. num. 89. Dec. cons. 341. num. 5. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. §. 4. num. 491. Acchill. de Grass. decis. 10. de probat. Seraph. decis. 1484. num. 10. & 1498. num. 1. Canal. decis. 214. num. 1. Rot. decis. 656. num. 1. par. 2. recent.* ad retardandam illarum exequutionem
2 non † intrat arbitrium, quod regulatur à Iure *Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur num. 8. Cas. de Grass. decis. 100. aliàs 7. num. 7. & decis. 101. alias 8. num. 2. de sent. & re indic. Peregr. decis. 339. circa fin. lib. 2. Rot. dec. 349. in princ. par. 1. diuers. & decis. 364. num. 1. par. 1. recent.* de
3 Iure autem † litteræ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ, vel non egent iustificatione sunt exequendæ. *cap. si capitulo vbi glos. in verb. exequatur de concess. præb. in 6. Mohed. decis. 13. circà med. vt lit. pend. Rot. coram Canal. decis. 230. num. 1 decis. 638. num. 1. & decis. 605. num. 2. par. 2. recen.* Et in terminis causæ commissę cum clausula, *sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ. Garz. de benef. d. par. 3. cap. 5. num. 491. & fuit dictum in Barbastren. Beneficij 13. Iunij 1614. coram bon. mem: D. meo Archiepiscopo Seleucien.*

Eoque magis, quia d. reseruatio facta fuit
4 cum clausulis, † *sublata, decreto irritanti, & quod non possit dari de subreptione, vel obreptione*, per quas est clausum os parti, & tollitur Iudici facultas aliter iudicandi, & interprætandi *Card. in cap. quia diligenter quæst. 3. de elect. latè Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 37. num. 1. & seqq. Put. decis. 48. num. 6. lib. 1. Canal. decis. 494. num. 2. & decis. 430. num. 2. & 3. Seraph. decis. 351. num. 1.*

Non obstant ea, quæ deducuntur contra validitatem, & Iustitiam d. sententiæ. Nam quoad validitatem non obstat, quod litteræ d. reseruationis non fuerint intimatæ personaliter d. Priori generali, & propterea contra ipsum, qui est successor, & reseruationi dictæ pensionis non consensit; non potuerit decerni declaratoria, quæ cum liget animam, re-
5 quirit † certam notitiam, ac personalem litterarum intimationem. *Roman. cons. 482. num. 5. Cassad. decis. 12. num. 2. de rescript. & decis. 2. nu. 4. de pens. Gig. de pens. quæst. 77. num. 20. vers. 5. limita* Quia fuit responsum prædictos Pontifices voluisse d. Priorem Generalem, aliosque nominatos teneri ad solutionem d. pensionis sub pæna excomunicationis in euentum non solutionis etiam litteris non intimatis, vt constat ex earum lectura, quapropter cum intimatio dd. litterarum fuerit sublata, vel remis-
6 sa de mandato Papæ, illius † defectus non afficit *Abb. in cap. inter quatnor 2. not. num. 1. de maior. & obed. Alex. cons. 2. col. fin. num. 20. vers. istud etiam lib. 1. Dec. cons. 498. num. 32. & 33. Aldobr. cons. 1. num. 39. lib. 1.*

Sed dato etiam, quod d. Prior debuisset habere notitiam dd. litterarum, satis probatur illam habuisse, quia iuxtà stylum illarum partium in exequutione litterarum fuit in exordio litis relaxatum monitoriũ contra d. Priorem ad videñ declarari se incidisse in excommunicationis sententiam in vim litterarum Apostolicarum in actis productarum; dictusque Prior mediante procuratore ad hoc specialiter constituto comparuit coram d. Vicario exequutore, & contra dd. litteras plures allegauit exceptiones, vndè dici non potest, quin habuerit certam, & indiuiduam scien-
7 tiam dd. litterarum, & sic cessare † videtur de-

fectus

fectus intimationis *Roman.conf.410.n.2. Cassad. decis.2. num.7. de pens. Rota coram f. m. Greg.XV. decis. 127. num.5. & decis. 137. num. 3. vers. non desunt.*

Quouerò ad iustitiam attinet non obstat
quod dicatur Vicarium Laudensem non potuisse condemnare d. Priorem Generalem ex
eo quia non possidet istud Monasterium, super cuius fructibus fuit reseruata pensio; nec
eius bona administrat, pensio autem soluen-
8 da sit ab eo, qui † possidet, & fructus percipit
Gig.de pens.quæst.37. num.10. Paris.de resign.benef. lib.6.quæst.2.num.100. Rota diuers.decis.128. num. 699. num.1. par.1. Nam obiectum tollitur ex
lectura dd.litterarum, in quibus tam Clemens
VIII. quam Paul. V. obligarunt d. Priorem
Generalem, aliosq; prædictos ad solutionem
d. pensionis per hæc formalia verba, *nec non Priorem Generalem, aut eius Vicarium, vel Oeconomum in Monasterio dell' Hospitaletto, seu Monasterij S. Michaelis Priorem specialem nunc, & pro tempore existentes, vel administratores, aut illorum bonorum conductores ad integram solutionem d. pensionis fore efficaciter obligatos &c*, ex quibus verbis
liquidò constat prædictos Pontifices, de quorum potestate sic obligandi dubitari nequit,
voluisse obligare d. Priorem Generalem non
vti possessorem, aut administratorem bonorum d. Monasterij S. Michaelis, sed vti superiorem totius Religionis, ac vti contradistinctum à Priore speciali d. Monasterij S. Michaelis, eiusque bonorum administratoribus
9 cum dictiones † (aut, vel seù) hic stent di-
siunctiuè *Gomes.in §. sed ista num.38.instit.de act. Rimin.sen.cons.187. num.15. lib.1. Decian.cons.42. num.10. lib.1. Paris.cons.7. num.39.lib.2. Honded. cons.35.num.17.lib.2. Menoch.cons.512.num.3.lib.6*
Vndè cum modernus Prior Generalis officiũ
Generalatus acceptauerit, remansit ex quasi
contractu obligatus ad onus d. pensionis,
10 quemadmodum acceptans † beneficium cen-
setur acceptare pensionem, qua beneficium
grauatum reperitur *Gig.de pens. quæst.51. num. 15. Guidop.quæst.576. Caputaq.decis.13. par.1. Rota decis.176.num.1.par.2.recent.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA LEGATI SEV DOTIS.

Veneris 19. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Confessio de recepta dote an probet numerationem.

SVMMARIVM.

1 *Dotis creditum dicitur constare ex confessione iurata viri tacitè confirmata per eius obitum, & expresśè per eius testamentum & num.2.*

3 *Confessio mariti quoad receptionem dotis facta constante matrimonio præsumitur emanasse in fraudem probibitæ donationis inter virum & vxorem & sic improbatur tam à iure communi quam à statuto vrbis num.4.*

5 *Limita in confessione receptionis dotis qua consistit in stabilibus.*

6 *Dos ex quibus adminiculis eo magis censeatur soluta & num.7. & 8.*

9 *Testator tempore mortis non præsumitur peierare ac immemor esse salutis æternæ.*

10 *Refereus quando non agitur de præiudicio tertij probat etiam sine relato.*

11 *Dotis solutio in parte probata in totum & integraliter soluta censetur.*

12 *Dos data æstimata facit contractum emptionis & venditionis.*

13 *Iura non negligentibus sed diligentibus subueniunt.*

14 *Fructus dotales debentur vxori superstiti à die interpellationis.*

DECISIO CCCLXX.

CLEMENTIA Turris prætenden per obitum Iosephi eius viri vltra restitutionem
scutorum 150. in partem dotis ab ipsa datorũ
fuisse factum locum etiàm restitutioni scutorum 350. eidem Iosepho pro residuo dotis assignatorũ super quadam vinea sita extra portam S. Ioan Lateranen̄ conuenit Antonium
Ferrettum eius ex d. Iosepho filium, & ipsius
respectiuè heredem, & hodie proposito dubio, an dd. scut. 350. essent restituenda vna
cum fructibus DD. affirmatiuè responderunt.

Constat siquidem de credito dotali de quo
1 agitur, ex † confessione iurata, ac pariter taci-
tè confirmata nè dum morte confitentis *ad text. in l. donationes C. de donat.int. vir. & vxor.*
2 Verumetiam expresśè per † testamentariam
eius dispositionem *l. cum hic status §. primo ff. eodem Paris cons.90. num.26. lib.3.* & fuit dictum
in hac causa 25. Maij 1633. coram me.

Non obstat quod confessio Mariti vti facta
3 constante † matrimonio, nullaque præceden-
te promissione præsumatur emanasse in fraudem prohibitæ donationis inter virum, &
vxorem, ideòque sit reprobata tam à disposi-
4 tione iuris communis, *vt tot. tit. ff. de donat inter vir. & vxor. Io. Andr. in addit. ad specul. in rubr. eodem tit. Grammat.cons.55. num.42. lib.1. Greg.XV. dec.77. n.2.* quam etiam ex † Statuto Vrbis *lib 1. cap.35.*

Quia, licèt confessio dotis receptæ non
probet veram numerationem; ista tamen conclusio non procedit, quando dos, quæ petitur (prout hic) consistit in stabilibus, quia
5 hoc casu † confessio de recepto facta à Mari-
to plenè probat *ad tradit. per Bald. in l. vnic. num. 4. C. de priuil. dotal. Couarr. var. resol. lib. 1. cap.7. in fin. vers. vlt. non erat permittendũ Menoch. præsumpt. 12. num.36. & præs.13. num.25. par.1.*

Quod eo fortius procedit in præsenti casu,
stantibus adminiculis deductis tam ex gene-
6 rali consuetudine, vt matrimonia † sine doti-
bus non contrahantur *Rota decis.155. num.3. par. 2. diuers.* quam ex congruentia dotis scutorum
7 scilicet 500. attenta conditione vtriusq; † co-
niugis, prout in simili considerauit *Rota coram Seraph. decis.487. num.14.* quam etiam ex sub-
8 stentatione onerum matrimonij, ac præsta-
tione alimentorum vltra decennium, quæ
omnia

omnia adminiculant d. confessionem, & om-
nem fraudem excludunt; maximè cum illa
fuerit iurata, sępiùs reiterata, & confirmata
9 in testamento, quo tempore testator † non
præsumitur peierasse,& immemor fuisse salu-
tis æternæ, nec agatur de preiudicio Credito-
rum, sed ipsius dumtaxar confitentis, & eius
hęredis *Alex.cons.45.num.7.lib.1.Rot.d.decis.155.
num.5.& 9.par.2.diuers.*

Nec obstant verba illa Instrumenti, ibi *e
scudi 350. se l'assegnò sopra una Vigna posta &c.
come per Instrumento rogato per Pirro Paletti, al
quale sempre s'habbia relatione*, quæ operantur,
vt confessio referens ad d. Instrumentum sine
eo relato non probet: Quia fuit responsum
quod cum Vinea probetur empta à Ioanne
dotante, & fuerit postea possessa à d. Iosepho
& nunc possideatur ab Antonio eius filio,
parum refert, quod non exhibeatur Instru-
mentum relatum, quia sufficit, quod Mari-
tus verè, & realiter possederit, vt indè oria-
tur præsumptio, quod illam in dotem habue-
rit, præsertim quia hic (vt supra dictum est)
non agitur de præiudicio tertij, & non con-
stat de contrario relato, quo casu referens
10 probar † etiam sine relato *Galles.de oblig. Cam.
quæst.30.Seraph.decis.360.num.1*

Prædictaque eo facilius visa fuerunt proce-
dere ex eo quia in eadem confessione enun-
ciatur soluta dos in pluribus partitis, quarum
duæ probantur solutæ in vno loco Montis,&
in Censu vitalitio,& propterea intrat conclu-
sio, quod probata solutione dotis in aliqua
11 parte†(prout in præsenti casu)in totum,& ge-
neraliter soluta censeatur, *Socc.sen.cons.82.nu.2.
lib.2.Couarr.var.res.lib.1.d.cap.7.num.5.vers. si ea
confessione, Menoch.præsumpt.12.num.25.lib.3.Rota
diuers.dec.204. par.3.lib.2.Greg.XV.decis.72.nu.7.
& seqq. & fuit latè firmatum in Romana Census de
Mutis 1. Iuly 1620. coram Rauerendissimo D. meo
Decano.*

Nec releuat, quod quidam Acchilles cre-
ditor d. Iosephi fuerit immissus in possessio-
nem d. Vineæ ex Saluiano, donec de suo cre-
dito scut. 42. fuerit super fructibus eiusdem
vineæ satisfactus, vt in *Summ. Antonij num.5.*
Quia ex d. sententia, quæ datur in *d. Sum. n.
6.* non probatur vere Iosephum fuisse passum
euictionem super d. Vinea, cum ex ea non
colligatur, an ęędem sint personæ, eademq;
sit vinea, & quatenus probaretur, Antonius
hęres Iosephi, solum potest agere pro interes-
se dd. scut. 42. quæ poterunt compensari cum
fructibus per Clementiam petitis.

Nec denique obstat, quod prædictus Ac-
chilles euincens vltrà satisfactionem sui cre-
diti exegerit etiam fructus ascendeñ ad scuta
300. ad quorum deinde restitutionem fuit
condemnatus; ideoque si dd. scut. 350. debean-
tur Clementiæ, prætendat Antonius retinere,
& respectiuè compensare cum dd. scut. 300.
de quibus eius pater, & author nunquam fuit
reintegrarus: Quia cum Vinea fuerit data æsti-
mata, vt patet ex d. confessione, quæ pro-
12 pterea † contractum emptionis, & venditio-
nis facit ad *text. in l. res æstimata. ff. de iur. dot. Dec.
cons.628. num.11. Menoch. præsumpt.34.num.4.li.
3.& præs.74.num.2.par.1.* sibi imputet Iosephus
si statim satisfacto Acchille Vineam non re-
cuperauit; ideòque Antonius eius filius ex
persona ipsius non potest quidquã prætende-
13 re, cum iura diligentibus, † non autem ne-
gligentibus subueniant *l. non enim. ff. quibus ex
causis min.25.ann.Neuiz.cons.19.num.16. Mascard.
de probat.concl.118.num.56. vol.1. & concl. 1229.
num.7.vol.3.*

Firmata igitur prima parte dubij, dd. scili-
cet scut. 350. vti dotalia esse restitutioni subie-
cta, quoad aliam partem DD. dixerunt fructus
14 dotales deberi † à die interpellationis iuxta
dispositionem *Stat.Vrb.cap.132.lib.1. & fuit di-
ctum in Romana fructuum dotis de Lurarghis 19. Ian.
1600. cnram iusto, & in alia simili 28. Iunij.1602.
coram Litta.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE CINCIIS.

Veneris 19. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum non censetur inductum in casum mortis ex verbis cõsequutiuis post prohibitionem delicti & quando fideicommissum nõ censeatur inductum in casum mortis ob prohibitionem alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario denegari non ptoest si doceat de ficeicommisso de identitate bonorum & de possessione fideicommittentis vsque ad eius obitum.*
2 *Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis ex verbis consequutiuis ad substitutionem.*
3 *Verba; vendere, & alienare simul posita faciunt vt sicut vendere significat actum inter uiuos, ita pariter alienace de eodem actu intelligatur.*
4 *Et hoc procedit siue verbum vendere sequatur siue pracedat.*
5 *Alienationis prohibitio quando non stat principaliter, & de perse sed continuatiuè ad præcedentem substitutionem, non potest ex ea resultare fideicommissum in casu mortis.*
6 *Amplias & adsit pracedens fideicommissum in casu mortis.*
7 *Legatarius non pnteſt vti beneficio vniuersalis hæredis.*
8 *Hæres institutus in re certa & determinata comprehenditur sub reciproca in defectum hæredum vniuersalium.*
9 Fusar. quæst.261. num.7. *cum alijs ibidem allegatis in quo casu loquatur.*
10 *Mandans bona deueniri in casu alienationis ad alios hæredes institutos & substitutos, d. verba possunt referri ad personam quæ non sit instituta seù substituta supra.*
11 *Dispositio corruit conditione deficiente.*
12 *Alienationis prohibitio posita continuatiuè per viam qualificationis præcedentis substititionis, debet intelligi setento eodem themate.*

Et

13. *Et sic non eueniente casu precedentis substitutionis cessat illius effectus.*
14. *De iure tertij dari non potest.*

DECISIO CCCLXXI.

CVM per tres decisiones in hac causa
emanatas, duas coram bo: me: Cardina-
li Vitili, & alteram coram me, fuerit firma-
tum D. Ludouico Cincio vocato ad fidei-
commissum q. Petri Hieronymi dandam esse
immissionem in possessionem quarũdam do-
morum, & Censuum per d. fideicommitten-
tem acquisitorũ, reseruato tamẽ quod videre-
tur de reliquis bonis tunc in cõtrouersiam de-
ductis super quibus etiã sub die 19. Apr. 1630.
DD. dixerunt ei esse dandam immissionem ea
1 moti ratione, quia docebatur † de fideicom-
misso, de identitate bonorum, de quibus agi-
tur, & de possessione d. Petri Hieronymi
vsque ad eius obitum; Cumque hodie reas-
sumpta causa, & firmato per binas decisiones
illi non obstare exceptionem compromissi
initi ad componendam litem inter ipsum, &
DD. de Columbis hęredes ex testamento q.
Olimpiæ sororis, & hęredis grauatæ d. Petri
Hieronymi, ijdem de Columbis institerint
pro reuisione d. decisionis, & super eisdem
audientiam obtinuerint iterum proposui cau-
sam super ijsdem, & DD. steterunt in decisis
ex rationibus, & fundamentis in decisione
deductis.

Non obstant prætensa fideicõmissa q. Fran-
cisci Patris, & Herculis patrui Olimpiæ, super
quibus Columbi alias magnam vim faciebãt.

Nam quoad fideicommissum Francisci pa-
tris aut principaliter illud deducitur ex verbis
adiectis post prohibitionem (ibi) & hoc
fecit ad hoc, vt bona sua conseruentur
& subsistere visa fuit responsio decisionis,
videlicet ex illis verbis tamquam consequuti-
2 uis ad prohibitionem in casu delicti † induci
non posse fideicommissum in casu mortis, vt
vltra allegata in decisione tenent *Odd. de fideic. quæst. 11. num. 177. Rot. decis. 30. num. 20. & 21. par. 1. recent. & fuit dictum in Bononien. de Barzellinis 12. Decembris 1633. & 27. Martij 1634. coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Aut verò ex prohibitione alienationis ex
verbis (ibi) casu quo dd. instituti, & substi-
tuti venderent, vel alienarent, voluit bona
vendita, vel alienata deuenire ad alios insti-
tutos, vel substitutos, vt supra, & nullum
exinde resultat fideicommissum ad fauorem
d. Olimpiæ sub prætextu quod Petrus Hiero-
nymus heres alienauerit in extraneum, illum
instituendo hęredem; ex quo verbum aliena-
re subiectum legitur verbo vendere, & sic
prohibitio non comprehendit alienationem
3 per viam institutionis, † & substitutionis te-
stamentariæ, sed solum per actus inter viuos
ad text. in l. pater filium 38. §. fundum de leg. 3. Ruin. cons. 126. num. 15. in fin. & seqq. lib. 2. Odd. de fideic. d. quæst. 1. art. 3. num. 116. & quæst. 118. num. 132. Gratian. discept. 594. num. 7. & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Milesijs 15. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Pirouano*, quod procedit siuè
4 verbum vendere sequatur, † siuè prout hic
præcedat verbum alienare *Alex. cons. 155. num. 1. & seqq. lib. 2. Curt. sen. cons. 25. num. 22. vers. ego illa verba Socc. cons. 13. sub num. 8. & 9. lib. 3. Ruin. cons. 7. num. 19. ad finem vers. nec obstat. & cons. 116. num. 15. in fin. & 16. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 632. num. 50. & 51. & cons. 573. n. 27. & seqq. lib. 6. Gratian. discept. 594. num. 7. Rota decis. 49. num. 2. par. 1. rec.*

5 Cumque ista prohibitio † non stet persona-
liter, & de per se, sed continuatiuè ad præce-
dentem substitutionem, non potest ex ea re-
sultare fideicommissum in casu mortis *Rota decis. 563. num. 9. par. 1. & decis. 472. sub num. 2. par. 4. diuers. cum alijs in d. Bononien. de Barzellinis*,
cum præsertim in casu mortis adsit particu-
6 lare † fideicommissum præcedens eaque sit
personalis facta institutis, & substitutis *Seraph. decis. 432. num. 2. Rota decis. 316. num. 8. par. 1. rec.*

Et quatenus etiam in testamento censere-
tur prohibita alienatio per viam institutionis,
& substitutionis, adhuc tamen non esset com-
præhensa d. Olimpia, ex quo testator voca-
uit alios hęredes institutos, & substitutos,
quorum appellatione cum veniant solum
hęredes, & substituti vniuersales, non fuit
in hac vocatione ipsa Olimpia compræhensa
tamquam hęres in re certa, & in determinata
quantitate instituta pro illius dotatione cum
ampla prohibitione nihil amplius petendi,
7 ideoque vti legataria † non potest frui bene-
ficio vniuersalis hęredis *Bart. in l. fin. num. 2. ff. ad Trebell. Ruin. cons. 158. num. 9. & cons. 90. num. 11. lib. 2. Menoch. cons. 525. num. 1. & seqq. li. 6. Honded. cons. 63. num. 15. lib. 2. Curt. Iun. cons. 14. n. 2. Gabr. cons. 1. 2. num. 42. ad med. vers. nam id procedit. & seqq. lib. 1. & firmauit Rota in Perusina fideic. de Baptistis 15. Decembris 1628. coram R. P. D. meo Pirouano; & in hac eadem causa 17. Martij 1631. coram me.*

8 Nec dicatur compræhendi † sub reciproca
in defectum hęredum vniuersalium, *vt per Bald. & alios, quos refert, & sequitur Fusar. quæst. 271. num. 7.* Quia ratio, qua dd. auctores mo-
9 uentur, non applicatur casui nostro, † quod
scilicet ratio recti sermonis non admittat re-
strictionem ad masculos; Nam in præsenti
casu post institutionem hęredum vniuersalium
cum substitutione decedente Carolo ad fauo-
rem Petri Hieronymi, & filiorum fuit subie-
cta prohibitio alienationis ibi (& quod bona
in casu alienationis deuenirent ad alios hęre-
des institutos, & substitutos vt supra) & sic
verba restringuntur necessariò ad Petrum Hie-
ronymum, & filios, nec Olimpiæ conuenire
10 possunt tamquam supra non substitutam, † &
pluralitas potest in filijs Petri Hieronymi ve-
rificari, vt in his ferè terminis tenent *Cuman. cons. 13. num. 1. vers. cæterum Tob. non cons. 40. num. 10. & seqq. Menoch. cons. 198. sub num. 27. Intrigl. de substit. cent. 2. quæst. 68. num. 15.*

Minus visum fuit obstare fideicommissum
Herculis patrui d. Olimpiæ, quia licèt testa-
tor institutis hęredibus vniuersalibus Fran-
cisco, & Ludouico fratribus, alteri eorum
sine prole decedenti substituerit superuiuen-
tem,

tem, & præmortui filios, tamen Olimpia ni-
hil potest exindè prętendere, ex fideicommis-
so in casu mortis, postquam per obitum Lu-
11 douici † fideicommissum expirauit per su-
peruiuentiam Francisci alterius cohęredis in-
stituti, cuius filij dici nō possunt vocati, quia
vocantur filij præmortui, non filij superuiuē-
tis, *Decian. resp. 1. num. 191. vers. item vocauit, & 192. lib. 1. Greg. XV. dec. 207. num. 1.*

Non obstat prohibitio alienationis in casu
contrauentionis deducta ex illis verbis, ibi
(quod dd. eius hæręedes, & filij, ac descen-
dentes ipsorum in infinitum nō possint ven-
dere, neque alienare, vocando in casu con-
trauentionis Hospitale Misericordiæ: Nam
ista prohibitio non potest suffragari Olimpiæ,
& causam ab ea habentibus; tum quia non
sumus in casu alienationis, vt fuit supra fir-
matum; tum etiam quia prohibitio fuit po-
12 sita continuatiuè † per viam qualificationis
præcedentis substitutionis, & sic debet intel-
ligi retento eodem themate, *Dec. cons. 291. sub num. 2. vers. non obstat, & cons. 384. num. 6. vers. non obstant. Gabr. cons. 137. num. 25. & 26. lib. 2. Rot. dec. 473. num. 3. lib. 3. par. 4. diuers.* & cum non
venerit casus præcedentis substitutionis, ces-
13 sat † illius effectus, *Dec. & Rot. in loc. prox. cit.*
Tum demum quia vocatio ex d. testamento
esset ad fauorem Tertij, scilicet Hospitalis, de
14 cuius † iure nec Olimpia, nec causam ab ea
habentes dare possunt, *Alex. in l. fin. num. 23. post med. vers. & isto casu C. de edict. Diu. Adr. toll. Greg. XV. decis. 520. num. 6. & 7. & dixit Rot. in Romana fideicommissi 9. Iunii 1607. coram bo. me. Remboldo.*

Et ita &c.

CAESARAVGVSTANA BENEFICII.

Veneris 17. Februarii 1635.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur sine possessione, & quā-
do testes probent possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur sine possessione.*
2 *Possessio potest probari per testes.*
3 *Ad effectum manutentionis sufficit vnus testis.*
4 *Possessio est quid facti.*
5 *Possessio vt probetur per testes debent deponere per sensum proprium non alienum.*
6 *Probatio rei quæ requirit factum hominis, puta, dominij, possessionis non sufficit per testimonium de auditu.*
7 *Testes de auditu regulariter non probant.*
8 *Testis deponens de sua credulitate non probat.*
9 *Etiam si dicat se certò credere.*
10 *Testium officium est deponere non iudicare.*

DECISIO CCCLXXII.

FVIT responsum contra fratrem Anto-
nium informantem, nempè ei non esse
dandum mandatum de manutenendo in pos-
sessione beneficij, de quo agitur, quia non
visum fuit sufficienter constare de illius pos-
1 sessione, sinè qua † manutentio non datur,
Alex. cons. 91. num. 4. lib. 1. Guidopap. cons. 13. nu. 4. Rota coram Caual. decis. 209. num. 1. & decis. 418. num. 1. & in recent. decis. 685. num. 1. & alibi sæ-
piùs.

2 Quamuis enim possessio † per testes pro-
bari possit, *Mascard. de probat. concl. 1201. num. 1. Rot. decis. 214. num. 1. par. 1. recen. Seraph. decis. 561. in princ.* & ad effectum manutentionis etiam
3 vnicus sufficiat, *Menoch. de retin. remed. vlt. qu. 8. num. 34. Gregor. XV. decis. 438. nu. 2.* & ibi *Adden. Caual. decis. 44. num. 3. & 379. num. 3.* Attamen
4 cum possessio † sit facti, *l. 1. §. si vir vxori ff. de acquir. poss. Card. Mantic. dec. 105. in princ.* testes
5 debent eam † probare per sensum proprium,
non autem per sensum alienum ad *tex. in cap. testes 3. qu. 9. Io. Andr. in cap. licet ex quadam num. 2. in verb. communem formam de testib. Abb. in c. tam litterit num. 5. vers. & est ratio eod. tit. Natt. cons. 170. num. 1. Hip. Rimin. cons. 363. num. 121. lib. 4. Farin. Tract. de test. qu. 69. num. 3.* nam vbi agitur de
probatione alicuius rei, quæ requirit factum
hominis, vt purà ad probandum dominium,
6 vel possessionem, non sufficit † testimonium
de auditu, *Alex. cons. 94. num. 13. lib. 2. Guidopap. cons. 95. num. 7. Bursatt. cons. 366. num. 15. lib. 4. Roman. cons. 424. num. 6. Farin. d. q. 69. n. 31.*

Quapropter cum duo testes dati in Summ.
num. 2. ad probandam d. possessionem depo-
nant solum de auditu, nō mœrentur attendi,
7 quia testes de auditu † regulariter non pro-
bant *d. cap. licet ex quadam* & ibi *DD. de testibus l. testium C. eod. tit. specul. in tit. de teste §. 1. nu. 53. vers. testimonium autem de auditu, Rol. à Vall. cons. 24. num. 86. lib. 1. Socc. cons. 118. num. 7. vers. secundo confirmatur lib. 1. Surd. cons. 94. nu. 76. lib. 1. Farinac. d. tract. de testib. q. 69. n. 2. Caputaq. decis. 279. n. 2. p. 1. Rot. dec. 521. n. 4. p. 1. rec.*

Nec obstat, quod secundus testis super pri-
mo articulo dicat, *& hò ancora visto lettere del Sig. Commendatore Medina, Riceuitor della medesima Religione di Malta, nelle quali hò visto, che scriueua al sudetto Frat' Antonia, che presto gl'hauerebbe rimesso li frutti, cioè li denari dell'entrate di detto benefitio.* Quia d. verba nihil cōcludunt quo-
ad possessionem, & licet subdat, *è doppò hò visto anco poliza diretta al Sig. Girolamo Viualdi, per la quale si rimetteua scudi cento, che siano delli frutti, & entrate di detto beneficio, perche secondo che hò inteso, detto Frat' Antonio, non hà altri benefitij.*
Attamen hæc verba sunt diuinatiua, & testis
8 deponit de eius propria † credulitate, & ideò
non probat, *l. qui testamento §. fin. ff. de testib. Aret. cons. 64. num. 1. in fin. Alex. cons. 74. num. 6. lib. 1. Afflict. dec. 381. nu. 7.* vbi quod non probat etiam
9 si dicat se † certò credere, *Mantic. decis. 147. n. 2. & dec. 34. num. 8.* vbi quod non sufficit testem
vehementer opinari, testis namque officium
10 est † deponere, non iudicare, *Bald. cons. 323. num. 3. vers. si verò testis lib. 4. Alex. cons. 114. n. 17. vol. 4. Dec. cons. 255. num. 4. in fin. vol. 1. Bursatt. d. cons. 366. num. 14. Mantic. d. dec. 38. num. 8.*

Et ità vtraque &c.

TAV-

TAVRINEN. REGISTRATIONIS BONORVM.

Veneris 9. Februarii 1635.

ARGVMENTVM.

Sententia, vt dicatur transiuisse in iudicatum, debet constare non solū de lapsu temporis de iure dati ad appellandum & prosequendū; verum etiam de validitate & iustitia: quæ tria copulatiuè requiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata requirit tria copulatiuè, nempè validitatem & iustitiam sententiarum & lapsum temporis de iure dati ad appellandum, & prosequendum.*

2 *Lapsus temporis defectus impedit transitum in iudicatum.*

3 *Sententiæ validitas, & iustitia semper præsumitur nisi de contrario doceatur.*

4 *Sententiam ferri sine citatione, vel cum citatione exequuta contra personam non legitimam dicantur paria.*

5 *Procurator potest legitimè citari in prosecutione causa si in mandato procura adsint hæc verba, ita vt generalitas specialitati non deroget, nec e contra; licet sit constitutus specialiter ad vnicum actum.*

6 *Appellari potest in termino citationis ante sententiā, cum clausula ex nunc quatenus contra &c.*

7 *Iustitia sententiarum non autem desertio, & res iudicata attenditur iuxta stylum Rotæ Romanæ.*

DECISIO CCCLXXIII.

COMMVNITAS Castri Telliolarum prætendens duas sententias conformes ad eius fauorem latas contra D. Comitem de Lagnasco transiuisse in iudicatum obtinuit Commissionem exequutorialem mihi directam cum clausula constito, de re iudicata. Vnde proposito à me dubio an constaret de re iudicata DD. negatiuè responderunt, & vlterius mandarunt, vt videretur de Iustitia dd. sententiarum.

1 Ratio resolutionis fuit, quia ad effectum rei iudicatę † tria copulatiuè requiruntur nempè validitas, & Iustitia sententiarum, & lapsus temporis de Iure dati ad appellandum, & prosequendum, *iuxt. doct. Specul. par. 2. tit. de sent. & quæ ipsam seq. §. 9. incip. Quoniam num. 15. & 16. in l. 4. §. condemnatum de re iudic.* In præsenti autem casu quidquid sit de Iustitia sententiarū, super qua pro parte Comitis non fuit informatum, & de ea vt supra dictum est mandarunt DD. principaliter videri, reliqua duo requisita, nempè validitas visa fuit adesse; Sed non bene iustificari tertium requisitum videlicet

2 lapsus temporis, † cuius defectus impedit transitum in iudicatum, *Io. Andr. ad Abb. in Rubr. de sent. & re iud. Rot. in Bononien. affrancationis 24. May 1610. coram Sacrato impress. per Marches. de commiss. p. 1. §. 1. fol. 81.*

Nam pro validitate concurrit præsumptio

3 Iuris iuxta quam sententia præsumitur valida † nisi de nullitate doceatur. *Specul. in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum num. 5. vers. Et breuiter scias Bald. in l. cum hi §. si Prætor ff. de trans. Ias. cons. 119. numer. 5. vers. confirmo Rot. decis. 94. num. 1. p. 1. recent. Put. decis. 198. num. 1. lib. 1. in correct.*

4 Nec subsistere visa fuit prętensa nullitas vltimæ sententiæ latæ per R. P. D. Castracanū ex eo deducta, quod procurator Comitis citatus in causa haberet mandatum limitatum solum ad allegañ D. Comitis absentiam, & impedimenta & propterea vigore dicti mandati non esset persona legitima ad prosequendam causam, taliter, quod ex eius citatione sententia sustineri valeat, cum † paria sint sententiā ferri sine citatione vel cū citatione exequuta cōtra personā non legitimā, *iux. tex. in l. licet vbi Bald. in priuë. de proc. & in l. falsus in princ. de falsit. Vant. de nullit. ex def. mand. n. 74.* fuit enim responsum prædictum mādatum fuisse sufficiens ad prosequendam causam; Quia postquam in eo narratur; quod Comes propter aliqua impedimenta non poterat se transferre ad locum litigii ad comparendum in causa sibi mota à Communitate Tiliolarum coram Nuntio Apostolico ob citationē sibi factam à Communitate ad prosequendam litem, (subsequūtur infrascripta verba, *e non potendosi per tal'effetto transferire per quella proseguire come sopra à tale effetto hà costituito, e costituisce i suoi Procuratori generali, e speciali*, ita vt generalitas specialitati non deroget, nec è contra &c.) ex quibus verbis censuerunt DD. quod licet mandatum respectu allegationis absentiæ, & impedimentorum videatur speciale nihilominus ista specialitas nō tollit generalitatem,

5 ratione cuius † procurator potuit in prosequutione causæ legitimè citari, *Ant. Fabr. in suo codice lib. 2. tit. 8. definit. 16. de procurat. specul. in tit. de procur. cap. 2. n. 9. & seq.*

Quo vero ad alterum requisitum, quod percutit lapsum temporis de Iure dati ad appellandum, & prosequeñ pro parte Communitatis non benè iustificatur: Quia procurator Comitis fuit monitus ad sententiam sub die 20. Septembris 1630. eademque die idem procurator appellauit cum clausula ex nunc quatenus contra, taliter, quod à sententia postea emanata sub die 23. eiusdem mensis, quæ dies cadebat sub die monitionis dicitur

6 appellatum in tempore, cum † in termino citationis ante sententiam appellari valeat cū dicta clausula, *Scacc. de appell. qu. 5. num. 1. & seq. Put. decis. 101. num. 2. lib. 3. in correct. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 19. in fin. Rot. decis. 391. nu. 3. p. 3. lib. 3. diuers.*

Nec pariter subsistit, quod appellatio prædicta remanserit deserta, quia Comes illam prosequutus fuit præuia Commissione per eum obtenta directa Vicario Fossaneñ, à quo reuocationem sententiarum obtinuit & licet dicta sententia Fosaneñ ob rescriptum Signaturæ Iustitiæ auocatorium obtentum à Cōmunitate per duos dies ante illius prolationē remanserit circumducta, operatur tamen vt

Comes nõ possit dici negligens in prosequẽdo suam appellationem, cum in proposito quælibet appellatis diligentia sufficiat, vt Ro-
7 ta † iuxta stylum omisso articulo desertionis, & rei iudicatæ mandet videri de Iustitia sententiarum, *Cassad. dec.4.in fin.de appell. Vestr. in prax.lib.7.cap.fin.Rot.decis.156.num.3.par.2.recen.* & fuit dictum in *Aquitanien. Prioratus* 20. *Decembris 1624.coram bon. me.D. meo Archiepiscopo Seleucien.*

ARIMINEN. EXPENSARVM.

Veneris 9.Februarij 1635.

Argumentum & Summarium

ita se habent.

1 *Expensæ litium quia communi nomine facta censentur; tenetur vnus ex litigantibus eas pro rata reficere.*

DECISIO CCCLXXIV.

CVM Cæsar Factanus in prosequutione duarum litium communium cum Alexandro eius fratre, quas in Vrbe sustinuit, quamplures de proprijs pecunijs fecisset expensas, Iudicium contra dictum Alexandrũ instituit pro refectione dictarum expensarum pro illius rata, causaque mihi in Rota commissa dubitaui, an dictæ expensæ debeantur, & DD. responderunt affirmatiuè,ea moti ratione, quia Cæsar egit pro dictis litibus communibus non solum nomine proprio, sed etiam nomine dicti Alexandri eius fratris, vt constat ex pluribus mandatis procurẽ factis à d.Alexandro in personam d. Cæsaris pro dd. litium prosecutione Summario num.1. vnde
1 cum † dictæ expensæ censeantur factæ communi nomine, Alexander tenetur eas reficere pro rata, *l. ex parte in princ.40. ff. famil. ercisc. und.l.si quis putans §.siue aut.ff.comun.diuid. l. si is contra quem C.de ædific. Boer. decis.210. num.4.in fin.Misinger.cent.1.obseru.2.in fin. Garz.de expens. & melior.cap.7.num.27.vers.prædicta vbi contraria Iura conciliat, & in cap.19.num.18.vers.Et tunc si communi nomine*, & in terminis de fratre, qui pro recuperatione rei communis cum altero fratre fecit expensas communi nomine consuluit, *Alex.cons.180.num.8.lib.2.* quem refert, & sequitur *Ruin. cons.100.per totum lib. 4.* vbi contrarijs respondet, & fuit dictum in *Florentina expensarum de Cambiis 8. Nouembris 1627. coram me.*

Et ità Iosepho tantum informante &c.



ROMANA DOTIS.

Veneris 2. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Dotis receptæ confessio facta per maritum constante matrimonio, concurrentibus adminiculis, & coniecturis probat veram numerationem non solum contra ipsum, sed etiam contra eius creditores.

SVMMARIVM.

1 *Dos soluto matrimonio, reddi debet.*
2 *Mariti confessio de dote recepta constante matrimonio præsumitur facta in fraudem donationis prohibita inter virum, & vxorem.*
3 *Ista conclusio non procedit, quando plures concurrunt coniecturæ, & adminicula ex quibus appareat dotem verè fuisse solutam.*
4 *Matrimonia regulariter sine dotibus non contrahuntur.*
5 *Dotis receptio probatur ex confessione de recepto, quæ confessio stante præcedente promissione probat veram solutionem non solum contra ipsum, sed etiam contra creditores.*
6 *Apoca priuata, si non sit trino teste munita, videtur militare contra eam suspicio antidatæ, fallit, n.7.*
8 *Confessio iurata dotis receptæ probat veram numerationem.*
9 *Dotis solutio si probetur in parte vera, in totum vera præsumitur.*
10 *Referens quando probet sine relato.*
11 *Maritus si præstet alimenta vxori inducit coniecturam solutionis dotis.*
12 *Alimenta non tenetur maritus præstare vxori, quæ dotem non soluit.*
13 *A sententia si quis non appellauit, censetur illi acquieuisse.*
14 *Confessione propria nulla est maior probatio.*
15 *Dotis receptæ confessio præsumitur vera si sit satis verisimilis, & congrua.*
16 *Pater non est verisimile, quod vni ex filiabus constituerit longè notabilem dotem, & alteri nihil dare voluerit.*
17 *Dotes, vt plurimum non inuestiuntur, nec maritus ad hoc inuestimentum tenetur.*
18 *Dotis confessio non dicitur facta à marito dum proximus est decoctioni si post 4. annos decessit, vide num.19.*
20 *Præsumptiones vrgentiores, & fortiores elidunt leuiores.*
21 *Bona obnoxia pro restitutione dotis non possunt executioni demandari in præiudicium ipsius vxoris.*
22 *In necessitate is non potest dici constitutus, qui rem habet pretio æstimabilem.*
23 *Licentia data à Testatore alienandi bona in casu maxima necessitatis intelligitur de necessitate fatali, vel naturali non autem de voluntaria.*
24 *Necessitas voluntaria dicitur illa in quam quis voluntariè se coniecit.*
25 *Prodigalitatis actus si sint causa vt oriatur necessitas priuant hæredem facultate alienandi sibi à testatore concessa in casu maxima necessitatis.*

12 *Taciturnitas iuris tertij vitiat rescriptum, & illud reddit subreptitium.*

DECISIO CCCLXXV.

PROPOSITO à me dubio sub die 20. Maij
anni præteriti, an D. Lauræ de Crescen-
tijs deberetur dos, & alimenta, itaut decreta
Eminentissimi Vicarij emanata ad instantiam
Maximiliani, & Marij Caffarelli pro aliena-
tione bonorum fideicommissi q. Bernardini
Caffarelli essent reuocanda, fuit dictum do-
tem deberi, & decreta obtenta ad instantiam
Marii esse reuocanda: Hodie iterum propo-
sita causa super resolutis, DD. steterunt in
decisis.

Siquidem quoad primam partem decisio-
nis, in qua firmatur D. Lauræ deberi dotem,
res visa fuit clara, quia de illius solutione in
summa scutor. 10. mil. apparet ex publico in-
strumento quietantiæ factæ per d. Maximi-
lianum eius virũ de anno 1601. in quo idem
Maximilianus promisit d. dotem restituere
in omnem euentum restitutionis tam con-
stante, quam soluto matrimonio, vnde eo so-
1 luto per obitum † eiusdem Maximiliani abs-
que filijs ex d. Laura factus fuit locus resti-
tutioni d. dotis iuxta *text. in l. 1. ff. solut. ma-
trim. l. vnic. §. cum autem, C. de rei vxor. act. cum
alijs in decisione allegatis.*

Nec hodie obstare visum fuit, quod d. In-
strumentum contineat solam confessionem
de recepto, quæ vti facta constante matrimo-
nio nõ videatur probare veram solutionem;
2 nec etiam in præiudicium mariti † confiten-
tis, cum præsumatur facta in fraudem dona-
tionis prohibitæ inter virum, & vxorem iux-
ta doctrinam *Bart. in l. 2. §. creditum, sub num. 5.
ff. si cert. pet. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de
donat. int. vir. & vxor. Socc. in d. l. 1. num. 101. ff. so-
lut. matr. Castr. cons. 86. num. 1. lib. 2. Alex. cons. 45.
num. 6. lib. 1. Menoch. de præs. præsumpt. 12. num. 57.
& seqq. Mascard. de probat. concl. 362. num. 2. Mare-
scott. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 1. Rot. dec. 435. n. 1.
lib. 3. par. 3. diuers. & dec. 083. num. 2. par. 2. recent.
& alibi.*

Nam d. conclusio non procedit, quando
(prout hic) plures concurrunt coniecturæ,
3 & adminicula, † ex quibus apparet dotem
confessatam verè solutam fuisse, *Bald. in l. vn.
C. de priuil. dotal. Socc. cons. 82. col. 2. & cons. 122.
col. 4. post med. lib. 4. Dec. cons. 538. col. 3. circa med.
Aym. cons. 40. num. 4. Bero. cons. 60. num. 43. lib. 2.
Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 62. n. 2.*

In præsenti autem casu vltra generalem
coniecturam, quod matrimonia sine dote
4 regulariter † non contrahantur, *Campegg. tract.
de dot. art. vlt. q. 57. Natt. cons. 581. n. 5. & 15. Pur-
purat. cons. 461. num. 10. Surd. cons. 489. nu. 12. Rota
decis. 153. num. 3. par. 2. diuers. & coram san. mem.
Greg. XV. d. dec. 62. n. 3.* Concurrit primo præ-
cedens promissio d. dotis facta in capitulis
matrimonialibus vsque de anno 1591. ab E-
quite Octauiano Crescentio patre d. Lauræ,
& in Instrumento d. quietantiæ registrata,
quo casu confessio subsequens mariti probat
veram solutionem non solum contra ipsum
confitentem, sed etiam contra creditores ex-
5 cipientes de non solutione dotis, † quia præ-
sumitur facta potius animo liberandi pro-
missorem dotis, quam animo fraudandi, *Cin.
Salyc. & alij in l. contractibus, §. sed quoniam, C. de
non numerat. pecun. Bald. Nouell. in repert. com.
opin. lib. 3. tit. de donat. int. vir. & vxor. concl. 4. n. 2.
Menoch. præs. 12. n. 53. Mascard. de probat. concl. 362.
num. 20. Afflict. decis. 402. num. 2. Ioseph. Ludou. de-
cis. 66. num. 25. Greg. d. decis. 62. n. 4. & 491. n. 7.*

Nec obstat, quod de d. promissione non
6 constet nisi ex apoca priuata, † quæ cum non
sit trino teste munita, videtur militare contra
eam suspicio antidatæ iuxta *text. in l. qui scri-
pturas, C. qui pot. in pign. habeant.* Nam d. su-
spicio tollitur ex multis coniecturis, & admi-
niculis, & primo ex indulto postmodum ob-
tento per d. Equitem Octauianum de eodem
anno 1591. à Gregorio XV. pro derogatione
7 Constitutionis † Sixti V. super excessiuis do-
tibus, in quo Constitutio, & promissio d. do-
tis expressè narrata fuerunt, *Gratian. discept. fo-
rens. cap. 951. num. 5. vers. adminiculum, & fuit di-
ctum in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624.
coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana anterio-
ritatis 20. Decembris 1628. coram me.* Secundo
quia Maximilianus promisit cum iuramento
d. dotem confessatam restituere in omnem
casum restitutionis tam constante, quam so-
8 luto matrimonio, quo casu † confessio dotis
receptæ probat veram numerationem, *Aret.
cons. 74. num. 7. Dec. cons. 202. num. 7. vers. non ob-
stat, Bald. Nouell. d. tract. de dot. in princip. col. 5.
vers. Nec obstat, & in repetit. d. l. 1. nu. 198. & 203.
ff. solut. matr. Gabr. d. tit. de donat. concl. 3. numer. 4.
& 5. Surd. d. cons. 439. num. 16. vers. quinto concur-
rit, Ioseph. Ludou. d. decis. 66. num. 11.* Tertio quia
de anno 1592. cũ effectu recepit scuta 1500.
pro finali solutione d. dotis, vt constat ex par-
titis formiter extractis ex libro Banchi de Ca-
ualcantibus in eodem Instrumento d. quie-
tantiæ enunciatis; Vnde cum solutio d. do-
9 tis probetur in parte vera, † in totum vera
præsumitur, *glos. & DD. in d. l. 2. C. de non nume-
rat. pecun. Soc. sen. d. cons. 82. col. 3. lib. 3. Aym. cons.
158. num. 6. in fin. Rot. dec. 547. nu. 26. & dec. 124.
num. 4. par. 2. recent. Greg. XV. d. dec. 62. num. 8. &
fuit dictum in Veliterna dotis 21. Maij 1621. coram
Manzanedo, & in Romana legati, seu dotis 19. Iunij
præteriti coram me.*

Nec obstat, quod Maximilianus in quie-
tantia se retulerit ad partitas Banchi, ex qui-
bus partitis prætenditur non probata integra
solutio; nam vltra quod solutio cantat pro
residuo, & finali solutione, fuit responsum,
quod quietantia vltra relationem continet
actum certum, & habet orationem perfectam
tam circa tempus, quam circa substantiam,
10 & quantitatem dotis exactæ sub verbis † di-
spositiuis, quo casu referens probat etiam si-
ne relato, *Surd. cons. 540. num. 5. Seraph. dec. 1083.
num. 4.* Quartò quia nedum post d. confessio-
nem d. Lauram penès se retinuit, eique diu
11 alimenta † præstitit, quam coniecturam iun-
ctis alijs ponderauit alias *Rota ad hunc effectum,*

& signanter coram san.mem. Greg.XV. d. decis.62. num.5. & in præcitata Romana legati, seu dotis coram me. Verum etiam d. Laura judicialiter egit contra ipsum Maximilianum post illius decoctionem pro dd.alimentorum præstatione, ac pro illis mandatum obtinuit, citatis illius creditoribus, & d.Mario, quæ quidem
12 alimenta Maximilianus, si dotem † recepisset, præstare non tenebatur, vt per *glos. Cin. & alios in l. quod vxorem, C. de neg. gest. Bald. in l. fin.C.ad Velleian.Surd.de alim.tit.7.q.17. num.1. & d.cons.489.n.10.* Quinto quia eadem Laura obtinuit ab A.C. simile mandatum pro assecuratione d. dotis citatis pariter creditoribus mariti, ac d. Mario, qui à dd. mandatis relaxatis vsque ab annis 1606. & 1607. non ap-
13 pellarunt, adeout † censeantur illis acquieuisse ad tradita per *Bald. in l. si vt proponis, num.1.& 2. C.de nupt. & in l. qui satisdare, nu.3. de fideiuss.*

His accedit propria confessio eiusdem Marij, qui in precibus de anno 1624. Sanctissimo porrectis fassus fuit d. Lauram esse creditricem Maximiliani viri occasione suæ dotis, & pro illa mandata exequutiua obtinuis-
14 se, qua confessione† nulla maior probatio ad. *l.cum te, C. de probat.* Demum accedit qualitas, & dignitas personarum vtriusque coniugis, quibus attentis d. dos scutor 10.mil. satis verisimilis, & congrua visa fuit, quo casu cō-
15 fessio † receptæ dotis vera præsumitur, *Tiraq. in l. si vnquam verb.donatione largitus nu.101. C.de reuoc.donat.Mascard.de probat. d.conclus.362. num.14. in fin.Surd.d.cons.489.num.14. vers.accedit quarto Ioseph Ludou. d.dec.66.nu.24. circa med. & fuit dictum in Ferrarien. Dotis 2.Iunij 1627.coram Manzanedo.*

Præsertim quia Eques Octauianus pater d. Lauræ dedit dotem scutor.25. mil. Hieronymæ alteri eius filiæ, vt constat ex *decis.294.*
16 *num.3. par.1. recent.* Vnde verisimile non est Patrem vni ex filiabus dotem scutorum 25. mill. dedisse, alteri verò nihil dare voluisse, prout etiam considerauit *Rot. in d. Ferrarien. dotis coràm Manzanedo.*

Nec obstant coniecturæ exaduerso ponderatæ ad infringendam veritatem d.solutionis; & primo non obstat coniectura desumpta, ex eo, quod Maximilianus d. dotem scutor. 10. mil. non inuestiuerit prout eam verisimiliter inuestiuisset, si verè recepisset; Nam vt pluri-
17 mum dotes non inuestiuntur, † nec maritus ad huiusmodi inuestimentum de iure tenetur, *tot. tit. C. ne fideiuss. dot. dent. & latè fuit dictum in Romana dotis de Ruinis 3.Decembris 1632. coram me.*

Similiter non obstat secunda desumpta ex eo, quod Maximilianus de tempore d. confessionis erat magno ære alieno grauatus, ac proximus decoctioni; Tum quia d. decoctio
18 superuenit quadriennio † post d. confessionem, vt constat ex Congregatione facta ab eius creditoribus de anno 1606. Summario responsionis *num.1.* Tum etiam quia sufficit,
19 quod † aliundè constat de veritate solutionis.

Tertia verò desumpta ex eo, quod solutio d.dotis in summa scutor.3000. appareat facta ante tempus destinatæ solutionis. non subsistit in facto, quia solutio d. summæ non erat facienda post biennium, vt supponebatur, sed infra biennium, vnde solutio facta hoc medio tempore non fuit ante, sed infra tempus destinatæ solutionis.

Et quidem dd. coniecturæ eo minus veniunt attendendæ, quia versamur in confessione pluribus, & quidem vrgentibus coniecturis, & adminiculis comprobata, vt supra ostensum fuit, præsumptiones autem, quæ
20 stant † pro veritate confessionis, præualent alijs, quæ pro simulatione ponderantur, *Greg. XV.d.dec.62.n.11.*

Quo verò ad secundam partem decisionis, in qua firmatur, decreta obtenta ad instantiā Marij esse reuocanda, adhuc eius fundamentum subsistere visum fuit; siquidem rescriptum Sanctissimi, cuius vigore dd. decreta emanarunt, fuit subreptitiè obtentum, ex quo Marius narrauit Papæ se esse in maxima necessitate constitutum, nec habere bona libera, ex quibus suis prætensis necessitatibus satisfacere posset, & tamen cōstat ipsum de eo tempore habuisse annua scuta 360. sibi assignata super Palatio pro credito dotis maternæ scutor. 900. vt in decisione firmatur; vnde decreta pro alienatione bonorum d. fideicommissi non poterant exequutioni demandari
21 in † præiudicium ipsius Lauræ, cui dd. bona erant obnoxia pro restitutione suæ dotis, *Osasch.dec.Pedem.168. num.10. Crauett. cons.296. n.3. cum alijs in decis. allegatis.*

Non obstat, quod Marius de tempore gratiæ careret Palatio, quod antea vendiderat, & careret etiam pretio, quod emptor illi tūc soluere non tenebatur stante euictione eiusdem Palatij sequuta contra ipsum emptorem in possessorio ad instantiam Battinelli Marij creditoris in scut.800.

Quia adhuc subreptio DD.visa fuit *patens*, cum nihilominus Marius remansisset dominus pretij eiusdem Palatij, quod consequi debebat ab emptore, statim atque Battinellus immissus ex fructibus eiusdem domus de d. credito scut.800. fuisset satisfactus, quod quidem creditum cum esset pretio æstimabile, & per Marium vendi potuisset, vtique cessabat eius necessitas, & consequenter intrat subre-
22 ptio, † cū dici non possit in necessitate is, qui rem habet pretio æstimabilem, vt firmauit *Rota in Romana pratensa dotis 2. Decembris 1633. coram R.P.D.meo Motmanno.*

Secundo fuit responsum, quod etiam si Marius de tempore gratiæ fuisset in necessitate, adhuc gratia fuit subreptitia, quia non narrauit Papæ qualitatem necessitatis, an scilicet necessitas esset fatalis, vel naturalis, aut voluntaria, prout erat necesse exprimere; nam
23 licentia data à testatore † alienandi in casu maximę necessitatis, intelligitur de necessitate fatali, vel naturali, non autem de volunta-
24 ria, † in quam quis voluntariè se coniecit, *Bald.cons.20.lib.2. Crauett. in respons. pro genero, num.23.*

num. 23. cum pluribus seqq. & num. 94. & 486. vers. idem in specie, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 182. num. 31. 32. & 38. lib. 2. cent. 2. Osasch. dec. Pedem. 168. per tot.

Quod autem necessitas Marij fuerit voluntaria ex co deducitur, quod debita, pro quibus soluendis Papæ supplicauit, fuerunt contracta nulla præcedente necessitate fatali, vel naturali, & ex eo, quod post susceptum terminum coram A.C. ad illa soluenđ, per paucos dies, antequam laberetur, exegit creditum scut. 500. quam summam erogare poterat in extinctionem illius debiti, seu maioris partis, & se eximere ab illa necessitate, quod non solum non fecit, sed vt in maiori necessitate se constitueret, condonauit eidem suo debitori aliud creditum scutor. 497. sibi debitum pro fructibus vnius census scutor. 1500. ad se spectantis, & vlterius eidem debitori fortem principalem eiusdem census donatione inter viuos pura, & mera liberalitate donauit, & pro euictione donatorum se obligauit, qui
25 actus prodigalitatis, † ex quibus necessitas orta fuit, priuarunt Marium facultate alienandi sibi à Testatore, concessa in casu maximæ necessitatis, vt in puncto firmat *Osasch. d. dec. Pedem. 168. n. 6. in fin. & per tot.*

Denique clarior DD. visa fuit subreptio ex quo Marius non narrauit Papæ ius hypothecæ, quod habebat D. Laura super d. multiplico, quod ipse non ignorabat, nam taciturni-
26 tas iuris † tertij vitiat rescriptum, & illud subreptitium reddit *Natt. conf. 211. sub num. 14. in fin. & seqq. Gratian. discept. 730. num. 32. & 33. Osaschal. decis 168. n. 10.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA COMMENDAE DE MAZZARA.

Lunæ 5. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Sententia contra sententiam lata, prima non reuocata quando sustineatur: Equites Hierosolymitani nō possunt obtinere aliquam Commendam si de tempore smutitionis sunt debitores communis ærarij, & an in hoc casu admittatur compensatio.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

2 *Sententia contra sententiam non sustinetur nisi prima contraria reuocata.*

3 *Clausula quam & quas apposita in commissione operatur vt Iudex possit pronunciare prout in prima.*

Sententia contra sententiam sustinetur quando in commissione adest clausula quam & quas, n. 3.

4 *Statuta Religionis Hierosolymit. declarant incapaces & inhabiles milites ad obtinendas Commendas si sint debitores communis ærarij.*

5 *Fidei officialis in pertinentibus ad eius officiū standum est, & num. 11,*

6 *Credita liquida & certa sunt quæ efficaciter ab inuitis extorqueri possunt.*

7 *Debitum litigiosum non est debitum maximè ad inducendum pœnam caducitatis.*

8 *Inhabilitatis pœna tollitur ex qualibet causa colorata.*

9 *Interpretatio ea sumenda est per quam euitatur pœna.*

10 *Statutum quamuis mandet quid seuerissimè obseruari non indè censetur sublata interpretatio legalis.*

12 *Ad capacitatis vel incapacitatis effectus quod tempus attendatur.*

13 *Compensatio est facienda cum illo debito cum quo potest tolli causa inhabilitatis.*

14 *Compensatio ad euitandam pœnam fit ipso iure.*

15 *Compensatio censetur inducta cum debitis antiquioribus.*

16 *Creditum liquidum præsumitur compensatum cum debito pariter liquido.*

17 *Compensatio regulariter præsumitur facta in causam duriorem.*

18 *Compensatio regulariter non fit ipso iure potius in vnam quam in aliam causam, sed fit debitore opponente.*

19 *Compensare potest ipse creditor suum creditum cum debito sibi bene viso etiam cum debito minus antiquo.*

20 L. in potestate ff. de solut. *& alia iura hic allegata in quibus terminis loquantur.*

21 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ* cap. 20. de verb. signific. *de quibus debitis loquatur, & num. 22.*

23 *Priuilegium exequendi quando est concessum alicui personæ non extenditur extra illam personam.*

24 *Dictio (De) est similis dictioni (Ex)*

25 *Dictio (Ex) importat causam proximiorem & immediatam.*

26 *Dictio (De) idem importat quod dictio, Propter.*

27 *Dictio (De) quando est coniuncta materia, denotat causam materialem immediatam.*

DECISIO CCCLXXVI.

DOMINI responderunt pro confirmatione sententiæ Rotalis, per quam fuit pronunciatum, Commendam, de qua agitur, esse adiudicandam D. Equiti Renato Cauiæ,
1 quia ex reuolutione actorum visum fuit† cōstare de eius validitate; & de Iustitia ex latè deductis in decisione R. P. D. mei Merlini, in qua benè remanet probata capacitas, & habilitas D. Cauiæ, & vice versa incapacitas Eq. Grimaldi.
2 Non obstat nullitas deducta † contra dictam sententiam, ex quo in ea non fuit reuocata sententia lata Melitæ, *l. 1. C. quan. prouoc. non est necess. Cassad. decis. 1. num. 4. de sequestr. poss. & fruct.*
3 Quià cum commissio habeat clausulā (quam & quas) Dominus meus Merlinus benè potuit (prout fecit) pronunciare prout in prima nec opus erat reuocatione d. sententiæ, *Achill. dec. 14. num. 1. & dec. 17. in fin. de rescript. Sarnen. de*

& fignanter coram fan.mem. Greg.XV. d. decif.62. num.5. & in pracitata Romana legati, feu dotis coram me. Verum etiam d. Laura iudicialiter egit contra ipfum Maximilianum poft illius decoctionem pro dd.alimentorum præftatione, ac pro illis mandatum obtinuit, citatis illius creditoribus, & d.Mario, quæ quidem
12 alimenta Maximilianus, fi dotem † recepiffet, præftare non tenebatur, vt per *glof. Cin. & alios in l. quod vxorem, C. de neg. geft. Bald. in l. fin.C.ad Velleian. Surd.de alim.tit.7.q.17.num.1. & d.conf.489.n.10.* Quinto quia eadem Laura obtinuit ab A.C. fimile mandatum pro affecuratione d. dotis citatis pariter creditoribus mariti, ac d. Mario, qui à dd. mandatis relaxatis vfque ab annis 1606. & 1607. non ap-
13 pellarunt, adeout † cenfeantur illis acquieuiffe ad tradita per *Bald. in l. fi vt proponis, num.1.& 2. C.de nupt. & in l. qui fatifdare, nu.3. de fideiuff.*

His accedit propria confeffio eiufdem Marij, qui in precibus de anno 1624. Sanctiffimo porrectis faffus fuit d. Lauram effe creditricem Maximiliani viri occafione fuæ dotis, & pro illa mandata exequutiua obtinuif-
14 fe, qua confeffione† nulla maior probatio ad. *Leum te, C. de probat.* Demum accedit qualitas, & dignitas perfonarum vtriufque coniugis, quibus attentis d. dos fcutor. 10.mil. fatis verifimilis, & congrua vifa fuit, quo cafu cõ-
15 feffio † receptæ dotis vera præfumitur, *Tiraq. in l. fi vnquam verb.donatione largitus nu.101. C.de reuoc.donat. Mafcard.de probat. d.conclu f.362. num.14. in fin. Surd.d.conf.489.num.14. verf.accedit quarto Iofeph Ludou. d.dec.66.nu.24. circa med. & fuit dictum in Ferrarien. Dotis 2.Iunij 1627.coram Manzanedo.*

Præfertim quia Eques Octauianus pater d. Lauræ dedit dotem fcutor.25. mil. Hieronymæ alteri eius filiæ, vt conftat ex *decif.294.*
16 *num.3. par.1. recent.* Vnde verifimile non eft Patrem vni ex filiabus dotem fcutorum 25. mill. dediffe, alteri verò nihil dare voluiffe, prout etiam confiderauit *Rot. in d. Ferrarien. dotis coram Manzanedo.*

Nec obftant coniecturæ exaduerfo ponderatæ ad infringendam veritatem d.folutionis; & primo non obftat coniectura defumpta, ex eo, quod Maximilianus d. dotem fcutor. 10. mil. non inueftiuerit prout eam verifimiliter inueftiuiffet, fi verè recepiffet; Nam vt pluri-
17 mum dotes non inueftiuntur, † nec maritus ad huiufmodi inueftimentum de iure tenetur, *tot. tit. C. ne fideiuff. dot. dent. & latè fuit dictum in Romana dotis de Rusnis 3.Decembris 1632. coram me.*

Similiter non obftat fecunda defumpta ex eo, quod Maximilianus de tempore d. confeffionis erat magno ære alieno grauatus, ac proximus decoctioni; Tum quia d. decoctio
18 fuperuenit quadriennio † poft d. confeffionem, vt conftat ex Congregatione facta ab eius creditoribus de anno 1606. Summario refponfionis *num.1.* Tum etiam quia fufficit,
19 quod † aliundè conftat de veritate folutionis.

Tertia verò defumpta ex eo, quod folutio d.dotis in fumma fcutor.1600. appareat facta ante tempus deftinatæ folutionis non fubfiftit in facto, quia folutio d. fummæ non erat facienda poft biennium, vt fupponebatur, fed infra biennium, vnde folutio facta hoc medio tempore non fuit ante, fed infra tempus deftinatæ folutionis.

Et quidem dd. coniecturæ eo minus veniunt attendendæ, quia verfamur in confeffione pluribus, & quidem vrgentibus coniecturis, & adminiculis comprobata, vt fupra oftenfum fuit, præfumptiones autem, quæ
20 ftant † pro veritate confeffionis, præualent alijs, quæ pro fimulatione ponderantur, *Greg. XV.d.dec.62.n.11.*

Quo verò ad fecundam partem decifionis, in qua firmatur, decreta obtenta ad inftantiã Marij effe reuocanda, adhuc eius fundamentum fubfiftere vifum fuit; fiquidem refcriptum Sanctiffimi, cuius vigore dd. decreta emanarunt, fuit fubreptitiè obtentum, ex quo Marius narrauit Papæ fe effe in maxima neceffitate conftitutum, nec habere bona libera, ex quibus fuis prætenfis neceffitatibus fatisfacere poffet, & tamen cõftat ipfum de eo tempore habuiffe annua fcuta 360. fibi affignata fuper Palatio pro credito dotis maternæ fcutor. 900. vt in decifione firmatur; vnde decreta pro alienatione bonorum d. fideicommiffi non poterant exequutioni demandari
21 in † præiudicium ipfius Lauræ, cui dd. bona erant obnoxia pro reftitutione fuæ dotis, *Ofafch.dec.Pedem.168. num.10. Crauett. conf.296. n.3. cum alijs in decif. allegatis.*

Non obftat, quod Marius de tempore gratiæ careret Palatio, quod antea vendiderat, & careret etiam pretio, quod emptor illi tũc foluere non tenebatur ftante euictione eiufdem Palatij fequuta contra ipfum emptorem in poffefforio ad inftantiam Battinelli Marij creditoris in fcut.800.

Quia adhuc fubreptio DD. vifa fuit patens, cum nihilominus Marius remanfiffet dominus pretij eiufdem Palatij, quod confequi debebat ab emptore, ftatim atque Battinellus immiffus ex fructibus eiufdem domus de d. credito fcut.800. fuiffet fatisfactus, quod quidem creditum cum effet pretio æftimabile, & per Marium vendi potuiffet, vtique ceffabat eius neceffitas, & confequenter intrat fubre-
22 ptio, † cũ dici non poffit in neceffitate is, qui rem habet pretio æftimabilem, vt firmauit *Rota in Romana prætenfa dotis 2. Decembris 1633. coram R.P.D. meo Motmanno.*

Secundo fuit refponfum, quod etiam fi Marius de tempore gratiæ fuiffet in neceffitate, adhuc gratia fuit fubreptitia, quia non narrauit Papæ qualitatem neceffitatis, an fcilicet neceffitas effet fatalis, vel naturalis, aut voluntaria, prout erat neceffe exprimere; nam
23 licentia data à teftatore † alienandi in cafu maximè neceffitatis, intelligitur de neceffitate fatali, vel naturali, non autem de volunta-
24 ria, † in quam quis voluntariè fe conicit, *Bald. conf.20.lib.2. Crauett. in refponf. pro genero, num.23.*

num.23.cum pluribus seqq.& num.94.& 486.vers. idem in specie, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 182. num.31.32.& 38. lib.2.cent.2.Ofasch. dec. Pedem. 168. per tot.

Quod autem necessitas Marij fuerit voluntaria ex eo deducitur, quod debita, pro quibus soluendis Papæ supplicauit, fuerunt contracta nulla præcedente necessitate fatali, vel naturali, & ex eo, quod post susceptum terminum coram A.C. ad illa soluen. per paucos dies, antequam laberetur, exegit creditum scut. 500. quam summam erogare poterat in extinctionem illius debiti, seu maioris partis, & se eximere ab illa necessitate, quod non solum non fecit, sed vt in maiori necessitate se constitueret, condonauit eidem suo debitori aliud creditum scutor. 497. sibi debitum pro fructibus vnius census scutor. 1500. ad se spectantis, & vlterius eidem debitori sortem principalem eiusdem census donatione inter viuos pura, & mera liberalitate donauit, & pro euictione donatorum se obligauit, qui
25 actus prodigalitatis, † ex quibus necessitas orta fuit, priuarunt Marium facultate alienandi sibi à Testatore concessa in casu maximæ necessitatis, vt in puncto firmat *Ofasch. d. dec. Pedem. 168. n. 6. in fin. & per tot.*

Denique elatior DD. visa fuit subreptio ex quo Marius non narrauit Papæ ius hypothecæ, quod habebat D. Laura super d. multiplico, quod ipse non ignorabat, nam taciturni-
26 tas iuris † tertij vitiat rescriptum, & illud subreptitium reddit *Natt.cons. 211. sub num. 14. in fin. & seqq. Gratian.discept. 730. num. 32.& 33. Ofaschal.decis. 168. n. 10.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA COMMENDAE DE MAZZARA.

Lunæ 5. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Sententia contra sententiam lata, prima non reuocata quando sustineatur: Equites Hierosolymitani nõ possunt obtinere aliquam Commendam si de tempore smutitionis sunt debitores communis ærarij, & an in hoc casu admittatur compensatio.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Sententia contra sententiam non sustinetur nisi prima contraria reuocata.*
3 *Clausula quam & quas apposita in commissione operatur vt Iudex possit pronunciare prout in prima.*
Sententia contra sententiam sustinetur quando in commissione adest clausula quam & quas, n. 3.
4 *Statuta Religionis Hierosolymit. declarant incapaces & inhabiles milites ad obtinendas Commendas si sint debitores communis ærarij.*
5 *Fidei officialis in pertinentibus ad eius officiũ standum est, & num. 11,*
6 *Credita liquida & certa sunt quæ efficaciter ab inuitis extorqueri possunt.*
7 *Debitum litigiosum non est debitum maximè ad inducendum pœnam caducitatis.*
8 *Inhabilitatis pœna tollitur ex qualibet causa colorata.*
9 *Interpretatio ea sumenda est per quam euitatur pœna.*
10 *Statutum quamuis mandet quid seuerissimè obseruari non indè censetur sublata interpretatio legalis.*
12 *Ad capacitatis vel incapacitatis effectus quod tempus attendatur.*
13 *Compensatio est facienda cum illo debito cum quo potest tolli causa inhabilitatis.*
14 *Compensatio ad euitandam pœnam fit ipso iure.*
15 *Compensatio censetur inducta cum debitis antiquioribus.*
16 *Creditum liquidum præsumitur compensatum cum debito pariter liquido.*
17 *Compensatio regulariter præsumitur facta in causam duriorem.*
18 *Compensatio regulariter non fit ipso iure potius in vnam quam in aliam causam, sed fit debitore opponente.*
19 *Compensare potest ipse creditor suum creditum cum debito sibi bene viso etiam cum debito minus antiquo.*
20 *L. in potestate ff. de solut. & alia iura hic allegata in quibus terminis loquuntur.*
21 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ* cap. 20. de verb. signific. *de quibus debitis loquatur, & num. 22.*
23 *Priuilegium exequendi quando est concessum alicui personæ non extenditur extra illam personam.*
24 *Dictio (De) est similis dictioni (Ex)*
25 *Dictio (Ex) importat causam proximiorem & immediatam.*
26 *Dictio (De) idem importat quod dictio, Propter.*
27 *Dictio (De) quando est coniuncta materia, denotat causam materialem immediatam.*

DECISIO CCCLXXVI.

DOMINI responderunt pro confirmatione sententiæ Rotalis, per quam fuit pronunciatum, Commendam, de qua agitur, esse adiudicandam D. Equiti Renato Cauiæ,
1 quia ex reuolutione actorum vitum fuit† cõstare de eius validitate; & de Iustitia ex latè deductis in decisione R. P. D. mei Merlini, in qua bene remanet probata capacitas, & habilitas D. Cauiæ, & vice versa incapacitas Eq. Grimaldi.
2 Non obstat nullitas deducta † contra dictam sententiam, ex quo in ea non fuit reuocata sententia lata Melitæ, *l. 1. C. quan. prouoc. non est necess. Cassad. decis. 1. num. 4. de sequestr. poss. & fruct.*
3 Quia cum commissio habeat clausulã (quam & quas) Dominus meus Merlinus bene potuit (prout fecit) pronunciare prout in prima nec opus erat reuocatione d. sententiæ, *Achill. dec. 14. num. 1. & dec. 17. in fin. de rescript. Sarnen. de*

 infirm.

infirm. resign. quæst. 34. num. 4. Mohedan. decis. 6. de appellat.

Nec etiam obstat, quod non fuerint prorogata fatalia infra biennium, quia hoc tollitur ex facto, in quo iustificatur Equitem Cauiam obtinuisse Commissionem cum facultate prorogandi fatalia, & in integrum restituendi, prout de Iure, illiusque vigore fuisse obtentum solitum decretum.

Minus obstant ea, quæ deducuntur contra Iustitiam scilicet, Equitem Cauiam de tem-
4 pore smutitionis fuisse debitorem † communis Aerarij, & propterea ei obstare Statuta Religionis *cap. 24. & 26. tit. de ærar. & cap. 43. tit. de Commend.* quæ declarant incapaces, & inhabiles ad obtinendas Commendas debitores communis ærarii, quod quidem debitum informantes pro Eq. Grimaldo restringunt ad quatuor partitas, nempè ad primam scutor. 25. debitam, principaliter, occasione spolij q. Eq. Nibbiæ, & ad partitam scut. 10. prouenientem ex spolio Prioris Lamarræ, & ad alias duas partitas, vnam videlicet scut. 5. debitã ab Eq. Cauia ex spolio q. Prioris Mazzinghi, & aliam scut. 4. debitam pariter spolio q. Commendatoris Migliau, quæ partitæ in totum constituunt summam scut. 44.

Sed ex huiusmodi debitis non visum fuit DD. induci incapacitatem D. Equitis Cauiæ; Nam quoad debitum scutor. 25. proueniens ex spolio Equitis Nibbiæ, illud facilè tollitur ex quo de tempore smutitionis Equitis Cauiæ non erat liquidum, nec iustificatum, cũ super eo penderet lis, vt patet ex fide Notarij officij spoliorum, ex qua apparet litem super dicto debito scutor. 25. vertentem coram Cõmissarijs spoliorum adhuc sub die 9. Augusti
5 1632. & sic post smutitionem d. Eq. † Cauiæ reperiri indecisam, quæ quidem fides benè probat *Adden. ad Gregor. decis. 214. sub littera B.* quapropter respectu istius partitæ videntur nõ posse intrare Statuta Religionis, quæ imponunt pœnam inhabilitatis, quia debent in-
6 telligi de creditis liquidis, & certis, quæ efficaciter ab inuitis extorqueri possunt, *Socc. in l. quibus diebus §. dominus num. 8. ff. de cond. & dem. Aret. cons. 93. num. 2. vers. nec obstat præmissis, & num. seq. Caphal. cons. 14. num. 8. cum seqq.* & propterea donec pendet lis super Iustitia huius crediti, non potest dici, quod d. Eq. Cauia sit
7 debitor, quia debitum † litigiosum non est debitum maximè ad inducendam pœnam in-
8 habilitatis, ad quam euitandam † quælibet colorata causa sufficit *Gabr. concl. 8. tit. de crimin.* vbi plenè hanc conclusionem exornat.

Nec obstat, quod præfatum debitum fuerit descriptum in libro communis ærarij sub die 14. Octobris 1630. & sic non obstet supradicta fides Notarij facta sub die 19. Augusti 1632. Quia stante d. lite non potuit fieri descriptio nisi de debito litigioso, & semper viget credulitas rationabilis in d. Equite Cauia, quod illi non obstaret debitum, dum erat in controuersiam per litem deductũ, quæ inter-
9 pretatio † videtur facienda maximè ad effectum euitandi pœnam, *Gabr. vbi supra concl. 8. tit. de crimin. Put. dec. 393. lib. 2. in correct.*

Non obstat, quod Statuta de debitis communis ærarij sint seuerissimè interpretanda, *vt in cap. 29. tit. de thesaur.* Quia nunquam pro-
10 pterea † censetur exclusa interpretatio legalis; *Rot. decis. 686. num. 9. par. 1. diuers. Put. dec. 55. num. 5. lib. 3.*

Quoad partitam scutor. 10. prouenientem ex spolio Prioris Lamarræ, illa non videtur releuare, quia illud debitum fuit contractum de mense Decembris 1631. de quo tempore
11 obijt d. Prior, vt patet ex fide † Secretarij Religionis, quæ benè probat, vt fuit dictum in *Aquitanen. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Melenitana Prioratus Nauarræ 18. Febr. & 24. Iunij 1628. coram bon. mem. Card. Virili*, & sic per sex menses post smutitionem d. Eq. Cauiæ, quod tempus particulariter attenditur ad effectum habilitatis ex *stat. cap. 43. de commend.* ibi *al tempo delle smutitione, & ex stat. cap. 26. de ærar.* ibi *che il fratello, il quale al tempo, che si dourà fare la smutitione della lingua sarà debitore &c.* & de iure etiam attẽ-
12 di † debet ad effectum capacitatis, *cap. et cui de preb. in 6. Felin. in cap. eam te num. 18. vers. fallit primo de rescript. Cels. Hug. cons. 69. num. 1. vers. prædictis non obstantibus Rota decis. 155. num. 4. p. 1. recent.*

Quouerò ad alia debita prouenientia ex spolijs Prioris Mazzinghi, & Commendatarij Miglau, licet illa pro parte Eq. Cauiæ non controuertantur, & dicantur facta ante ipsius smutitionem, tamen non videntur habenda in consideratione ad effectum inducendi incapacitatem in d. Equite, quia benè iustificatur in facto d. Cauiam fuisse creditorem Religionis ex causa soldeæ saltèm in scutis 17. nempè prò scutis 11. per totum mensem Februarij 1631. & pro scutis sex vsque ad diem 14. Iunij, quo fuit facta smutitio, quod non negatur prò parte Eq. Grimaldi, sed solum impugnatur creditum ipsius Cauiæ in maiori summa, nempè in scutis 83. & ità debet in-
13 duci compensatio debiti d. Eq. Cauiæ † cum d. credito ad tollendam eius inhabilitatem, vt fuit dictum in *Elboren. Commende 30. Iunij* 1600 *coram Penia*, & quod ad euitandam pœnam
14 inducatur † compensatio ipso Iure tenent. *Socc. in l. Iulianus num. 9. ff. de cond. & dem. Gabr. concl. 7. de iureiur. num. 9. & 10. Corbul. de caus. priuat. ob can. non solut. limit. 5. nu. 1. Mantic. de contract. lib. 22. tit. 27. num. 65. Socc. cons. 179. num. 4. lib. 2. & cons. 99. num. 5. vers. hæc opinio est rationabilis, & vera lib. 1. Rol. cons. 87. num. 28. lib. 1.*

Nec dicatur d. compensationem censeri inductam cum alijs debitis antiquioribus eius-
15 dem † Equitis in eodem libro descriptis, *tex. in l. 1. l. in his l. vbi fideiussor. l. si ex pluribus §. fin. ff. de solut. Rot. decis. 113. num. 5. vers. aut saltem, & decis. 679. num. 5. par. 1. diuers. Gregor. XV. dec. 521. num. 3.*

Nam omisso, an dd. debita sint antiquiora, & an illa verè debeantur nec nè, fuit responsum dd. prætensa debita antiquiora non esse de illis, de quibus loquitur d. statutum 20. declaratum per statutum 21. *de verb. signific.* sed

esse

esse debita ex alijs causis, quæ non reddunt
Equites incapaces ad assecutionem Commē-
darum, nisi postquam fuerint legitimè inter-
pellati ad illorum solutionem, & per senten-
tiam condemnati, aut dd. debita confessi fue-
rint, vt expressè disponitur in *d. stat. 21. de ver-
bor. signific.* Vndè cum Eq. Cauia non fuerit
legitimè interpellatus ad solutionem præten-
sorum debitorum antiquorum, & per senten-
tiam condemnatus, nec eadem debita con-
fessus fuerit, præsumitur compensasse suum
16 creditum liquidum, † & certum ex causa
soldeq; cū debitis spoliorum liquidis, & certis,
quæ ipsum incapacem redderent ad Commē-
dam, non autem cum alijs debitis incertis, &
illiquidis, & quæ ipsum incapacem reddere
non possunt, cum regulariter compensatio
17 censeatur † facta in causam duriorem, *d. l. 1. &
d. l. ex pluribus ff. de solut. Ruin. cons. 136. numer. 15.
lib. 4. Alex. cons. 39. num. 1. lib. 7.*

Et in omnem euentum cum d. Eques fue-
rit descriptus debitor ex diuersis causis in
vna pag. dicti libri, e regione autem eiusdem
paginæ fuerit descriptus creditor ex alijs cau-
sis, nec appareat d. Equitem aliquid soluisse
in extinctionem huius debiti ex causa spolio-
rum, nec partitas *debiti, & crediti* hinc indè de-
scriptas solidatas fuisse, est in electione eius-
dem Equitis debitoris, in quam causam vult
cōpensare id, quod sibi debetur, quia compē-
18 satio non fit † regulariter ipso iure potius in
vnam causam, quam in aliam, sed fit debito-
re opponente, seù allegante, & ideò potest
ipse debitor compensare suum creditum cū
19 debito † sibi magis beneuiso etiam cum de-
bito minus antiquo, vt elegantèr firmat *Imol.
in d. l. 1. col. fin. nu. 9. vers. tu adde ff. de solut.* vbi ait
dictam l. 1. & alia Iura, quæ in contrarium al-
20 legari possent, † habere locum non in com-
pensatione, sed in solutione debiti simplici-
ter facta, idem *Imol. in d. l. cum ex pluribus in fin.
eod. tit.* quem sequuti sunt *Alex. cons. 65. num. 2.
& 3. lib. 3. Menoch. cons. 121. numer. 43. lib. 2. Surd.
decis. 112. num. 10. & 186. num. 7. Rot. Ianuen. decis.
16. num. 8.*

Sed quatenus etiam non intret d. compen-
satio, prout illam omninò intrare DD. cen-
suerunt, adhuc tamen non obstarent ista de-
bita Eq. Cauiæ, quia DD. aduerterunt, quod
illa non sunt de compræhensis per Statutum
c. 20. de verbor. signific. in quo disponitur, *che
dovunque si parla de dritti di commune Tesoro, si de-
ue intendere de Mortorij, de spogli, de vacanti, ri-
sponsioni, & impositioni di pensione, de passaggi &c.*
subdit cap. 21. *per simili dritti solamente non pa-
gati s'intendano i fratelli nostri esser debitori in modo
che possono esser priuati delle Commende, & ammi-
nistrationi, che pretendono senza speranza di conse-
guirne dell'altre, mà per altri debiti non s'intendano
esser debitori per l'effetto detto, se prima non saranno
legitimamēte ammoniti da Riceuitori, Procuratori &c.*
Quia licet ista debita peruenerint ad Religio-
nem occasione spolij, attamen respectu Ca-
uiæ non possunt dici debita contracta ex cau-
sa spolij, neque propter spolium, quia Eq.
Cauia non erat debitor Equitum defuncto-
rum ex causa spolij, vel propter spolium, &
ideò quamuis per obitum dd. Equitum Cauia
21 fuerit † effectus debitor Religionis ad tradi-
ta per *Roman. cons. 142.* nihilominus cum sta-
tutum loquatur de debito ex spolio, vel pro-
pter spolium, dici non potest, quod ista de-
bita sint talia; cum statutum non consideret
22 id, quod spolijs debetur, sed creditum † prin-
cipaliter debitum ex spolio vt benè ad pro-
positum *Roman. cons. 38. in princ.* vbi quod quā-
do priuilegium exequendi principaliter est
concessum personæ, non extenditur extra
23 illam † personam, quæ interpretatio videtur
sumenda, si attendantur verba dicti statuti,
dum dicit, quod incapacitas inducatur abs-
que alia monitione, quando quis est debitor
de dritti, quorum nomine inter alia intelli-
guntur de *spogli, de mortorii &c.* ponderando
24 illam dictionem † (de) quæ similis est dictio-
25 ni † (ex) quæ importat causam proximio-
rem, & immediatam iuxta *text. in l. 1. §. fin. ff.
de incend. ruin. & naufr. & in l. ex hoc Iure ff. de
Iust. & Iur. Bald. in l. 1. C. si seruus exter. l. 1. §.
nunc videamus. ff. de coniung. cum emancipat. liber.*
& ibi *Bart. in §. emancipatus. & in l. prætor ait §.
quod de fructibus num. 2. ff. de bon. auct. Iudic. possess.
Ias. in l. non dubium nu. 24. C. de legib. Paris. cons. 9.
num. 44. lib. 2. Dec. in rubr. ff. si cert. pet.* eoque ma-
26 gis quod illa dictio † (de) adiuncta spolijs po-
test etiā intelligi propter spolia *l. vnic. C. quem
Ciuil. agat in princ.* ibi, *de re familiari l. 4. ff. de pe-
tit. hæredi* Vndè Terent. in Eunucho. Est quod
nos amas de fiducia ista, idest propter fidu-
27 ciam hanc, & cum d. dictio † (de) sit coniū-
cta materiæ, denotat causam materialem im-
mediatam, *in l. ex arra in princip. C. de act.
empt.*

Ex quibus sequitur debita ista duo scutor.
9. siuè sint de compræhensis à Statuto, siuè
non sint, non posse præiudicare Cauiæ ad ef-
fectum consequendi Commendam, de qua
agitur, quia si non sunt de compræhensis, in-
trant proximè dicta, quod scilicet propter
illa Cauia non fuit effectus inhabilis, & inca-
pax, si verò compræhenduntur, & tunc in-
trat compensatio ex supra deductis.

Et ita vtraque parte informante fuit reso-
lutum &c.

FERRARIENSIS SEV ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 5. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Obligans se in forma Cameræ ad dandum ali-
cui si quid tantū impleuerit, an fiat locus ob-
ligationi. Non adimplementi exceptio, quan-
do prosit.

SVMMARIVM.

1 *Obligās se aliquid soluere alicui si certa pacta adim-
pleuerit, constito de adimplemento videtur esse lo-
cus obligationi desoluendo.*
2 *Obligatio Cameralis quando fuit extensa iuxta for-
mam*

mam Camera habet executionem paratam.

3 *Non adimplementi exceptione quis non potest iuuari dum ipse prius adimplere debebat, & deficit.*

4 *Obligans se aliquid intra certum, & pracisum tempus adimplere cum pacto resolutiuo, si intra d. tempus non adimpleuerit cessant omnia promissa correspectiua.*

5 *Transactionem si quis post tempus conuentum ratificauerit stante pacto, quod post illud non teneretur ratificare, censetur d. exceptioni renunciasse & in eadem transactione perseuerasse.*

6 *Pactum resolutiuum in aliquo contractu, operatur dumtaxat volente & declarante eo ad cuius fauorem apponitur.*

7 *Fideiussor si se obligauerit sub conditione si aliquid intra certum tempus fuerit adimpletum transacto eo tempore amplius non tenetur.*

8 *Fideiussor simplex, quando quis non fit, sedetiam principalis.*

9 *Dictiones, tam & quam, tribuunt actum aequaliter.*

10 *Principalis in contractu, quis dicitur, ad quem commodum illius spectat.*

11 *Promissio facta ratione renunciationis matrimonio est inualida, & simoniaca.*
Sed hoc cessat quando promissio fuit facta ratione damnorum & interesse, & num. 12.

12 *Papa confirmatio tollit omne vitium simonia.*

DECISIO CCCLXXVII.

CVM de anno 1606. orta esset lis super validitate matrimonii initi inter Com. Iulium Caesarem Stellam, & Comitissam Iuniperam de Rouarellis, eaque diu in Rota fuisset agitata. Tandem de anno 1612. mediante persona Comitis Valerij de Rouarellis deuentum fuit ad concordiam in qua inter alia conuentum fuit, *che l'vna, e l'altra parte rinuntiino, ò cedino alla lite.*

Che il Conte Stella dia il consenso per ogni suo interesse sopra il matrimonio, acciò si possa ottenere la dispensa, e presti il consenso alla d. dispensa tutte volte quante sarà di bisogno.

Che la d. dispensa ottenendosi, si debbia ottenere à spese della Comitissa Gineura.

Che il Conte Stella debbia rinuntiare à tutte le ragioni, che per occasione del detto matrimonio potesse hauere nelli beni del Conte Gio. Rouarelli.

All'incontro che il Conte Valerio Rouarelli come Procuratore del Conte Giouanni, Isabella, è Gineura, & in nome suo proprio promette, e s'obliga di dare al d. Conte Stella per tutti li danni, & interessi patiti scudi 3500. nel modo infrascritto; cioè subito segnata la supplica della dispensa, e cassata la sicurtà di scudi 5000. data dal Conte Valerio de se repraesentando *si sborsino al d. Conte Stella scudi 2000. e che per tutto Giugno prossimo d. Conte Valerio debba pagare al detto Conte Stella altri scudi 1000. & alri scudi 500. al 1. di Nouembre prossimo, e. lo restante in tanti beni stabili.*

Item *che tutto questo negotio si debba spedire per tutto il mese di Maggio prossimo, e che questi Capitoli, e concordia habbino il loro effetto, purche segui la dispensa Apostolica, e venghi cassata la detta Sicurtà di scudi 1000. e tutte queste cose cioè tanto la dispensa, quanto la detta Cassatione debbiano essere puntualmente per tutto il tempo sopra specificato, altrimente la presente resti di niun valore.*

Item *il Conte Valerio* nomine quo supra *promette fare ratificare tutte, e singole cose dal detto Conte Giouanni, Isabella, e Gineura per tutto il mese d'Aprile prossimo,*

Cumque d. Comes Stella praetenderet omnia per eum promissa adimpleuisse egit coram A. C. siuè R. P. D. Androsilla deputato contra dd. Valerium, & Iuniperam pro consecutione praedictorum scut. 3500. & mandatum exequutiuum obtinuit, à quo interposita pro parte Comitis Valerij, & Consortis appellatione, causaque per Signaturam mihi commissa, proposui dubium an d. mandatum esset reuocandum, & DD. pro confirmatione responderunt, ea moti ratione.

Quia licet Comes Valerius se obligauerit soluere postquam fuerit signata supplicatio super dispensatione matrimonij, & postquam fuerit cassata fideiussio praestita per ipsum. Nihilominus ex quo pro parte Comitis Stel-

1 lae docetur praedicta fuisse executioni demandata, & effectum sortita intrare videtur obligatio de soluendo *Caputaq. decis. 272. num. 1. par. 1. & in Ariminen. nullitatis obligationis 6. Iunij 1629 coram R. P. D. meo Pirouano.* Quae quidem obligatio cum sit extensa iuxta formam Camerae

2 habet † executionem paratam, iureque merito in executionem illius fuit relaxatum mandatum exequutiuum iuxta notas Iuris conclusiones.

Non obstat quod dispensatio obtenta, & alia ad quae tenebatur Comes Stella non fuerint adimpleta in tempore conuento, nempè per totum mensem Maij. Quia placuit responsio, quod cum Comes Valerius teneretur prius facere ratificare transactionem, à D. Iunipera, & alijs de Rouarellis intra mensem Aprilis praecedentis, & ratificatio infra d. tempus non fuit sequuta, sed longe post, cessat exceptio non adimplementi pro eius parte

3 opposita, cum non † possit quis tali exceptione iuuari dum ipse prius debebat adimplere, & defecit iuxta theoricam *Bald. & alior. relatorum à Grat. discept. vlt. num. 21. & seq. approbatam à Rota decis. 369. par. 4. diuers. in Romana Pecuniaria 20. Nouembris 1624. coram bo: me: Vbaldo & in Romana assignationis bonorum 26. Iunij 1630. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Prout nec visum fuit obstare, quod praedi-

4 cta omnia fuerint adimplenda † in tempore praeciso cum pacto resolutiuo, per cuius temporis lapsum obligatio Valerij resoluta, & extincta remansit *Menoch. cons. 120. num. 29. & cons. 212. num. 23. & cons. 246. num. 4.*

Fuit enim responsum, quod cum Gineura, & Isabella non obstante lapsu temporis conuenti ratificauerit transactionem, videtur tacite d. pacto resolutiuo, & exceptioni non

5 adimplementi in tempore renunciasse † in eademque transactione perseuerare voluisse *ad trad. per Bald. in l. qui crimen num. 15. vers. item partes C. de his qui accus. non poss. &* firmatum fuit *in Mediolanen frumenti 16. Octobris 1587. coram Orano.* Pactum enim resolutiuum in d. transactione

ctione appositum operatur dumtaxat volente
6 & declarante † eo, ad cuius fauorem apponitur, non autem quando, prout hic, illi tacitè
renunciatur *Rota decis.447.num.6. part.2. recent. & coram Seraph.decis.209.n.1. & 3. & decis.650. num.1.Caual.decis.70.num.4.*

Nec releuat replicatio, quod prædicta possent applicari respectu Iuniperæ, & Isabellæ principalium, non autem Comitis Valerij fideiussoris, respectu cuius tempus mensis Maij
7 appositum in transactione censetur † adiectum causa finiendæ obligationis, adeout elapso tempore fideiussor censeatur omninò liberatus *Mantic.de tacit. lib.6. tit.21. per tot. Menoch.d. cons.246.num.4. Rota decis.567.num.2.par.1.diuers.*
Quia ex verbis transactionis clarè deprehen-
8 ditur Comitem Valerium † non fuisse simplicem fideiussorem, sed principalem promissorem nedum ex verbis ibi. *All'incontro il Conte Valerio come Procuratore, & in nome suo proprio*, ponderatis verbis, *in nome suo proprio* quæ eum principalem efficiunt.


Verum ex illius subscriptione ibi, *Io Valerio confermo, & accetto quanto di sopra*, tam meo, quam Procuratorio nomine, quæ pariter demonstrat eum in negotio fuisse principalē in virtute dictionum (tam, & quam) quæ cum
9 tribuant † actum æqualiter iuxta *doctr. Surd. cons.317.num.16. & cons.401.n.12.* negari non potest, quin eumdem Valerium æque principalem constituant.

Concurrente præsertim, quod effectuatio d. transactionis tendebat etiam ad commodum, & vtilitatem eiusdem Valerij, qui nisi promissa in transactione adimpleta fuissent, non potuisset matrimonium cum Iunipera contrahere, nec Ius in donatione facta contemplatione d. matrimonij acquirere, quod
10 in proposito sufficit, cum principalis † quis in contractu dicatur, ad quem commodum illius spectare dignoscitur *Bart.in l.3. §.vbi duo num.15. ff.de duobus reis Ronchegal de duob reis l.3. §.vbi duo à num.164.vsque à 168. Rota decis.153. num.6. part 2. diuers. & in Romana Pecuniaria 28. Nouembris 1613.coram bo.me.Card.Virili.*

11 Neque prætendi potest inualida, † vel Simoniaca promissio ratione renunciationis factæ matrimonio *cap. gem. de sponsal.* Quia non hac
12 ratione † sed ratione damnorum & interesse, quæ etiam aliquibus ex DD. nota erant, facta fuit promissio, & sic sustinetur, *vt in d.cap.gemma notat. Butr.in vltimis verbis Card. num.6. in fin. Sanches de matrim.lib.1.disp.31. num.16.* Et bene
13 speciali confirmatione Sanctissimi † sublatum esset hoc vitium si adfuisset *glos. in cap.cum pridem, verb.illicit. de pact. Paris.de resignat. lib.7. q. 2.num.69. & in Pistorien. Archidiocanatus 15. Ian. 1629. coram R. P. D. Pirouano.*

Prætensas verò nullitates d. mandati in facto non iustificari DD. visum fuit.

Et ità vtraque &c.



COLIMBRIEN MATRIMONII.

Merc. 14. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Matrimonium dicitur validum si fuerit contractum coram Prouisore sustinente vices Vicarij, & habente facultatem alijs concedendi licentiam interessendi matrimonijs.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij validitas resultat ex interuentu Parochi.*

2 *Matrimonium coram Prouisore sustinente vices Vicarij & habente facultatem dandi licentiam vt alij possint interesse solemnitatibus matrimonij est validum.*

3 *Matrimonium dicitur validum ex quo fuit celebratum coram illo qui communitèr reputabatur pro parocho.*

4 *Episcopi sola scientia & patientia sufficit pro validitate matrimonij.*

5 *Actus assistendi matrimonijs est voluntariæ iurisdictionis nullum decretum vel sententiam definitiuam requirens.*

6 *Iurisdictio voluntaria ab Episcopo quando dicatur tributa cumulatiuè non priuatiuè respectu illam habentium.*

7 *Testamentum factum coram vno parocho & testibus est validum licet plures parochi eidem Ecclesiæ sint præpositi.*

DECISIO CCCLXXVIII.

PROPOSITO à me dubio, an matrimonium celebratum inter Michaelem Soarez, & Teotonicam de Britto esset validum, vel inualidum, itaut sententiæ de partibus essent confirmandæ, vel infirmandæ, DD. vnanimiter pro validitate responderunt.

Præcipuum enim fundamentum, quod pro inualiditate allegabatur ex eo desumebatur, quod matrimonium esset contractum absq; interuentu Parochi, vel sine eius licentia,
1 quorum † alterum pro validitate videbatur necessarium iux. dispositionem *Sacr.Conc.Trid sess.24.* Quod quidē fundamētum in præsenti casu minimè obstare DD. censuerunt; Nam cum d. matrimonium fuerit celebratum corā Prouisore, & duobus testibus, dicitur satisfactum dispositioni Concilij, quia Prouisor in illis partibus vices Vicarij sustinet, & solemnizationi matrimonij præest, vt probatur ex constitutionibus Episcopalibus *de regim.off.cap. 2.§.poterit.* Vnde quemadmodum habebat facultatem dandi alteri licentiam interessendi matrimonij solemnizzationi; multòmagis
2 potuit illam † per se ipsum exercere iuxta opinionem *Nauarr.cons.47.num.1.de sponsal.alias est cons.14. decland. desponsi. Salzed. cap.75. vers.140. Sanch.de matrim.lib.3.disp.29. quæst.3.num.17. & 29. Guttier.eodem tract. cap.68. maximè num.9. & comm.quæst.lib.1.cap.19. num.13. & seqq. Basil. de non potest.matrim. cons.556. vers. idem etiam & in termi-*

terminis de prouisore firmat Gasp. Hurtad. de matri. disp. 5. diff. 9. num. 31. vers. est tamen difficultas & num. 32.

Non obstat quod dicatur non probati d. Emanuelem fuisse Prouisorem. Nam cum ex testibus pro parte Teotonicæ examinatis probetur ipsum publice, & Palam Prouisoris officium exercuisse, & quod pro prouisore publicè, & palam habebatur, & reputabatur,
3 ista communis reputatio cum † actuali exercitio sufficit pro validitate matrimonij *Sanch. de matrim. d. lib. 3. quæst. 22. num. 5. & seqq. Cened. q. 30. num. 5.* iuncta præsertim scientia, & patien-
4 tia Episcopi, quæ † sola sufficeret *iux. tradit. per Mascard. de probat. concl. 1158. num. 5.*

Nec subsistere visum fuit, quod Iurisdictio d. Prouisoris fuerit per Episcopum auocata, & sublata, illaque tributa congregationi per eum deputatæ occasione discessus à Diœcesi, vt ex verbis deputationis ibi (ordinamus quod in congregatione decretorum maneat omnis potestas necessaria ad gubernationem huius Episcopatus, & per hanc nostram commissionem illi cōmittimus quantum de iure possumus &c. & quoniam esset magna occupatio, si ea, quæ pertinent ad officium Prouisoris, quæ sunt dispositiua ad decreta finalia huius muneris, tractarentur in congregatione, iubemus quod hæc omnia præpparet Licentiatus Emanuel Auditor noster, itaut vltima decreta, & sententiæ dentur in congregatione) fuit enim responsum per antedicta verba deputationis fuisse sublatam à Prouisore iurisdictionem contentiosam, & ea, quæ antecedentem negotij discussionem requirebant, vt patet ex verbis, ibi (itaut vltima decreta, & sententiæ dentur in Congregatione) quæ verba non possunt referri ad actum assistendi matrimoniis, qui est
5 voluntariæ † iurisdictionis, nullum decretum, vel sententiam diffinitiuam requirens, *Sanch. d. lib. 3. disp. 5. diff. 9. nu. 33. in fin. Vinc. Rice. de matrim. lib. 3. disp. 19. vers. præmitto 4.*

Prout nec releuant verba ibi (In Congregatione maneat omnis potestas necessaria ad gubernationem Episcopatus) quia etiam si ista verba sint apta comprehendere iurisdictionem voluntariam, nihilominus in dubio
6 illa censeri debet † tributa Congregationi cumulatiuè, non autem priuatiuè ad Prouisorem, & alios officiales ad tradita per *Bart. in l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb. Roman. cons. 395. num. 1. Rot. dec. 533. num. 4. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 4. num. 5. Basil. de matrim. lib. 5. cap. 11. num. 4. & 12. vers. neque obstat.* Quod suadetur ex eo, quia non est verisimile, quod Episcopus per deputationem Congregationis voluerit Prouisoris, Vicarij, aliorumque officia in totum supprimere, dum hoc in deputatione non expressit, sed potius est dicendum eamdem Congregationem subrogare voluisse in locū ordinariæ iurisdictionis, & superintendentiæ per ipsummet Episcopum in contentiosis exerceri solitæ, firma remanente iurisdictione voluntaria penès officiales.

Præterea quatenus eidem Congregationi tributa diei posset iurisdictio voluntaria priuatiuè quoad officiales, adhuc in proposito non releuaret: Quia stante declaratione postea facta ab Episcopo, quod per d. deputationem Congregationis concessit, & concedere voluit, & intellexit cuilibet ex nominatis in deputatione iurisdictionem exercendi munus Prouisoris in omnibus illis, quæ non essent per decreta, vel sententias finales terminanda, & ad solam Congregationem spectantia, sequitur quemlibet ex dd. nominatis singulariter officium Prouisoris exercere posse, & consequenter Emanuelem tamquam vnum de nominatis hoc matrimonium solemnizare potuisse; nam quando cura est demandata pluribus, omnes singulariter possunt exercere per ea, quæ in simili dicuntur de testamento facto coram vno Parocho, &
7 testibus, quod sit validum, † licet plures Parochi eidem Ecclesiæ sint præpositi iuxta opinionem *Corn. cons. 18. sub num. 12. vers. ponderandum est etiam lib. 2. quem refert, & sequitur Io. Dilect. de art. testam. tit. 2. caut. 2. nu. 2. vers. nam Sacerdos, Cened. ad decretal. collect. 119. n. 2.*

Et ita vtraque &c.

CAESENATEN. CENSVS.

Mercurij 14. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandati validitas est constans, quando interuenerunt omnia requisita.*
2 *Mandati iustitia colligitur ex verbis obligationis debitoris in forma Cameræ obligati.*
3 *Dictio*, vel, *est alternatiua, cuius vis est, vt sufficiat alteram partem esse veram.*
4 *Clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia.*
5 *Dictio*, communemente, *in instrumento diuisionis, apposita censetur limitatiuè ad debita inter eosdem contrahentes, non autem inter non contrahentes.*

DECISIO CCCLXXIX.

EQVES Lelius Lucatellus de anno 1613. in Ecclesia S. Mariæ Ciuitatis Cæsenæ, erexit vnam Cappellam sub inuocatione Sācti Seueri, pro cuius dote assignauit annuum censum scut. 125. alias ab ipso emptum ab Adriano Lucatello, & q. Comite Hippolito de Roccarellis pretio scut. 1500. de ista Cappella fuit prouisus Petrus Ludouicus Manginus, qui fructus istius census exigere impeditus: obtinuit ab A. C. relaxari duo mandata exequutiua contra Comites Aurelium, & Valerium de Roccarellis nepotes, & hæredes q. Com. Hippolyti vigore cuiusdam instrumenti diuisionis inter ipsos celebrati, in quo dd. Aurelius, & Valerius se obligarunt soluere debita, & fideiussiones d. Com. Hippoliti eorum

eorum Aui, à quibus mandatis intericcta appellatione pro parte dd. Comitum, & causa mihi commissa cum clausula, si quid exequendum proposui dubium, an dd. mandata sint exequenda, & DD. affirmatiuè responderunt.

1 Nam de validitate † eorum constat ex reuolutione processus, in quo apparet omnia requisita interuenisse, de quibus per *Capntaq. dec. 260. par. 2.*

Iustitia verò visa fuit DD. clara ex verbis obligationis dd. Comitum Aurelij, & Valerij in instrumento diuisionis factæ, in quo promiserunt sub obligatione Camerali soluere debita contracta à q. Comite Hippolito eorum Auo vnde cum census, de quo agitur fuerit impositus per eumdem Com. Hippolitum pro quo ipse erat in forma Cameræ ob-

2 ligatus satis remanet probata eorum obligatio, ac proinde via exequutiua aperta remanet ad petendam, & consequendam exequutionem dd. mandatorum, *Gallesf. de obligat. Camer. par. 1. q. 2. nu. 13.* cum alijs per eum allegatis.

Non obstat, quod in d. Instrumento diuisionis fuerit conuentum, quod dd. Comites Aurelius, & Valerius eatenus tenerentur soluere, quatenus communiter se obligassent in Instrumento: Quia ex lectura eiusdem Instrumenti videtur sublata omnis difficultas, ex quo dd. Comites se obligarunt pro debitis tam per eos communiter, quam per Com. Hippolitum eorum Auum contractis, vt colligere est ex verbis instrumenti, ibi, *delli debiti fatti dal Signor Conte Hippolito, ò da dd. Signori Conti Valerio, & Aurelio communemente, ò da qualsiuoglia altro della lor Casa,* ac etiam ex tacita enunciatiua eiusdem instrumenti, ibi, *ò da qualsiuoglia altro della lor casa,* ponderando di-

3 ctionem alternatiuam, *vel*, cuius vis est, † vt sufficiat alteram partem esse veram, *l. si ita quis, ff. de verb. oblig. l. si ita fallent. ff. de manum. test. cap. in alternatiuis 70. de reg. iur. in 6. Parisi. consi. 47. n. 3. lib. 3. Menoch. cons. 3. n. 10. & præsump. 83. num. 66. lib. 4. Rot. dec. 719. num. 2. part. 2. rec.*

Non obstat, quod dictio illa in fine posita, *communemente*, referri quoque debeat ad debita in communi contracta cum Com. Hippolito

4 ad reg. quod clausula † in fine posita refertur ad omnia præcedentia, *l. 1. C. de lib. præter. Rot. dec. 105. n. 9. par. 1. rec.*

Quia cum dd. fratres diuiserint inter se bona paterna, materna, & auita, eiusdem scilicet Hipoliti eorum aui: prædicta dictio, *com-*

5 *munemente*, censetur apposita † ad qualificandum debita ipsorum fratrum diuidentium, & sic limitatiuè ad debita per eosdem communiter contracta, non autem ad debita Hipoliti superius nominati iuxta *l. fin. in princip. ff. quando dies legat. vel fideic. ced. Capic. decis. 108. num. 12. & fuit dictum in Carpentoracten. pensionis 20. Nouemb. 1601. coram Lancellotto.*

Et ità vna tantum &c.

ELBOREN. FRVCTVVM.

Veneris 16. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus non debet participare de distributionibus nisi esset nulliter excommunicatus, vel concurrerent requisita de quibus in hac decisione.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando vna confirmat aliam, & omnes conueniunt in substantia ad eumdem finem.*

2 *Excommunicatus iniustè non debet priuari distributionibus.*

3 *Excommunicatus nulliter, vel iniustè recuperat distributiones, & secundum commun. opin. à Capitulo non abeo, qui fuit causa, vt excommunicaretur num. 4.*

5 *Dicta conclusio procedit primo, quando excommunicatio per iudicis decretum fuit declarata nulla.*

6 *Secundo, quando excommunicatus institit pro absolutione, & pro causæ cognitione cum alias distributiones eo tempore debitas non recuperet.*

7 *Tertio, quando ante censurarum comminationem erat solitus diuinis officijs in choro interesse.*

8 *Excommunicationis sententia reuocata excommunicatus venit restituendus ad distributiones.*

9 *Sententia nulla defectu iurisdictionis non est habenda in consideratione.*

10 *Actorum trasportatio est necessaria ad effectum dignoscendi iniustitiam, & inualiditatem sententiarum.*

11 *Citatio personalis de iure requiritur, & praecedere debet sententiam excommunicationis.*

12 *Citatio personalis de stylo Curiae non est necessaria, quando agitur vigore obligationis Cameralis contra absentem.*

13 *Mandatum praesumitur validum si ex actis de contrario non constat.*

14 *Excipiens de nullitate tenetur trasportare actu ex quibus d. nullitas elicitur.*

15 *Concordia extracta litependente absque citatione sine compulsorialibus, & non effectuata non meretur attendi.*

DECISIO CCCLXXX.

CVM Hieronymus de Gouea Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Elboreñ instante Emanuele Fonseca per Sententiam A. C. fuerit publicè declaratus excommunicatus ob nõ solutionem cuiusdam eius debiti, Capitulum eiusdem Cathedralis eum priuauit fructibus, & quotidianis distributionibus, à qua sententia Hieronymus appellauit ad Auditorẽ Collectoris Lusitaniæ, qui gesta ab A.C. reuocauit eo sub prætextu, quod d. excommunicatio non fuisset personaliter ipsi intimata, causa postmodum ad Rotam deuoluta per tres sententias cõformes fuit reuocata sententia d. Auditoris Collectoris, sed istis sententijs adhuc non acquiescens Hieronymus obtinuit causam mihi committi cum clausula, *consito de*

de tribus, quapropter proposito à me hodiè dubio, an constet de tribus conformibus, quæ veniant exequendæ DD. affirmatiuè responderunt.

1 Nam cum vna sententia confirmet † aliam & omnes conueniant in substantia, & ad eumdem finem, & effectum tendant, negari non potest, quin illæ sint conformes *l. qui sententiā C. de paen. Surd. conf. 92. num. 9. Corn. conf. 14. col. 1. in fin. vol. 4. Rot. decis. 98. num. 4. & decis. 647. nu. 1. par. 1. recen.*

2 Non obstat, quod d. Hieronymus non potuerit dd. distributionibus priuari, nec eas Capitulum denegare ex quo (vt prætenditur) fuit nulliter, & iniustè excommunicatus. *glos. in cap. Apostolicae num. 12. de except. Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 116. Seraph. decis. 1239. num. 3.*

3 Quia licèt vera sit conclusio, quod iniustè, vel nulliter excommunicatus † recuperet distributiones, vt latè per *Monet. de distrib. quotid. par. 2. qu. 15. num. 32.* & secundum communem

4 opinionem † à Capitulo, non autem ab eo, qui fuit in causa, vt excommunicaretur. *Monet. d. qu. 15. nu. 3. & latiùs num. 42. & seqq.* in quibus locis dicit, quod *Vgolin. de censf. tab. 2. cap. 12. num. 4.* qui voluit, quod recuperet ab illo, qui dedit causam, vt excommunicaretur loquitur contra communem sententiam.

Attamen conclusio prædicta locum sibi vindicat, primo quando excommunicatio

5 per Iudicis decretum fuit declarata † nulla, & iniusta *Felin. in d. cap. Apostolicae num. 12. de except. Nauarr. conf. 11. nu. 6. de cleric. non resid. vol. 1. Foller. in prax. crimin. canon. par. 3. cap. 33. num. 111.*

6 Secundò, quando Excommunicatus † institit pro absolutione, & pro causæ cognitione, cum alias distributiones eo tempore debitas non recuperet *Vgol. d. tab. 2. cap. 12. num. 4. in princ.*

Tertiò denique, quando ante censurarum comminationem, & ante sententiam excommunicationis Diuinis officiis in Choro inte-

7 resse † erat solitus *Couarr. in select. cap. alma mater par. 1. §. 8. num. 5. de sent. excomm. in 6. vers. 12. hinc etiam Surd. tract. de alim. tit. 1. quæst. 82. num. 15 Monet. quæst. 15. concl. 2. par. 2.* Vndè cum in præsenti casu non constet de Iniustitia, & nullitate sententiæ A.C. hec Hieronymus fecerit diligentias pro absolutione obtinenda, & quæuis fecerit, non appareat, quod esset solitus Diuinis officiis ante sententiam excommunicationis interesse, vtique dd. sententiæ, quæ illum priuant dd. distributionibus, remanent iustæ.

Non obstat, quod sententia excommunicationis lata ab A.C. contra d. Hieronymum fuerit reuocata per Auditorē Collectoris Lusitaniæ, qua reuocatione stante corruit supra firmata conclusio, & d. Hieronymus ad distri-

8 butiones veniat † restituendus, vt in specie tenet *Henriq. lib. 13. cap. 13. §. 4. Nauarr. d. conf. 11. num. 6. de cleric. non resid. vol. 1.*

Quia huic obiecto fuit alias responsum in decisione in hac causa emanata coram R. P. D meo Merlino sub die 16. Febr. 1032. quod scilicet d. Auditor Collectoris Lusitaniæ, qui d. sententiam reuocauit, carebat Iurisdictione, ex quo fuerat deputatus vti merus exequutor ad nudum factum publicationis Censurarum, non autem ad cognoscen. super nullitate, & Iniustitia sententiæ A.C. quapropter

9 d. sententia vti nulla † ex defectu Iurisdictionis non est habenda in consideratione *Innoc. in cap. Pastoralis §. quia verò de off. deleg.*

Vlterius considerabant DD. acta A.C. non fuisse in Rota transportata, quæ transportatio

10 erat necessaria † ad effectum, vt potuerit cognosci de Iniustitia, & inualiditate d. sententiæ A.C. vt in similibus de actis subhastationis firmauit. *Rot. apud Zacch. de societ. off. decis. 60. nu. 1. & fuit resolutum in Imolen. Bonorum 3. Martij 1628. & 4 Iulij 1629. coram bon: mem. Card. Virili, & 5. Martij 1632. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Non obstat, quod sententia A.C. esset nul-

11 la ex defectu citationis personalis, † quæ de Iure requiritur. & præcedere debet sententiæ excommunicationis. *Innoc. in cap. fin. de eo qui mitt. in poss. caus. rei seruand. Couarr. in d. cap. alma mater par. 1. §. 11. num. 4. vers. personalis est eadem de sent. excomm. in 6. Cassad. decis. 12. de rescript.* Quia quoties vigore obligationis Cameralis proceditur contra absentem de stylo Curiæ,

12 non est necessaria personalis † citatio iuxta praxim, de qua per *Salust. Tiber. lib. 1. cap. 11. Rot. decis. 215. numer. 8. relat. post Gallesf. de oblig. Camer.*

Non obstat, quod cum ageretur contra Hieronymum ad instantiam filiorum, & hæredum Emanuelis Fonsecæ iam defuncti mutata persona creditoris, cessabat prædictus stylus, & denuo personaliter citandus erat d. Hieronymus, quo citato, & postea non comparente poterat procedi per contradictas, vt admittit d. Salust. Tiber. loc. supra cit. Quia vt dixi supra, cum non fuerint transportata

13 acta A.C. intrat præsumptio † pro validitate mandati, *vt fuit dictum in Maceraten. Bonorum 28. Iunij 1625. coram bon. mem: Remboldo*, ad quam transportationem tenetur Hieronymus exci-

14 piens de nullitate, † cum sit fundamentum suæ intentionis *Bald. in l. 2. in fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de præsumpt. præs. 4. num. 1. lib. 6. & fuit dictum in d. Romana subhastationis apud Zacch. de societ. off. decis. 60. num. 1.*

Nec vlla vis fieri potest in concordia allegata pro parte Hieronymi, quia cum sit extra-

15 cta † lite pendente absque citatione, & sine Compulsorialibus, & non fuerit effectuata, non meretur attendi *ad notat. in cap. 1. de fid. Instr. Rot. decis. 511. num. 2. par. 1. recent.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA CASALIS,

Veneris 23. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Iudicium inchoatum cum matre tutrice, & curatrice absque Iudicis Confirmatione, quando sit nullū ex non legitimatione personarū.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Matris confirmatio per Iudicem in Curatricem in praxi non seruatur.*

2 *Lis inchoata cum matre pupilli deputata in tutricem & pro tempore curatricem ante pubertatem, potest etiam cum illa terminari.*

3 *Præcipuè si mater citata semper gessit se pro tali, ac etiam finita tutela adstitit liti, & acriter defendit filium prout melius potuit & nu. 4. quidquid esset dicendum si lis fuisset inchoata post pubertatem.*

5 *Constituens procuratorem cum protestatione, quod ille tantum citaretur non autem ipse constituens, si adhuc citetur non inde oritur vitium nullitatis processus.*

6 *Hæreditatis aditio inducitur ex possessione omnium bonorum.*

7 *Maior probatio non datur propria confessione.*

8 *Sententia debet iustificari ex eisdem actis, quando causa fuit commissa cum clausula*, si quid exequendum.

9 *Legitimatio personæ, quando non fuit opposita ante sententiam ista remanet valida.*

10 *Legitimatio personæ, quando opponitur in gradu appellationis potest elidi per replicationem.*

DECISIO CCCLXXXI.

IN decisionibus coràm me emanatis in hac causa sub diebus 6. Februarij, & 28. Iunij anni præteriti fuit resolutum Sententiam Rotalem latam ad fauorem D. Vellij esse iustam, reseruato tamen, vt de nullitatibus pro parte D. Serlupii allegatis particulariter videretur Hodiè verò proposito dubio, an dd. nullitates obstarent, DD. negatiuè responderunt.

Non enim visa fuit obstare prima nullitas ex eo deducta, quod Iudicium fuerit incohatum contra bon. mem: Io: Phylippum procuratorem D. Gregorij, & ideò non potuerit terminari contra D. Gregorium, qui non fuit patris hæres; quia ex facto constat D. Gregoriū fuisse hæredem sui patris, vt infra dicetur.

Prout nec releuare secundam nullitatem desumptam ex eo, quod fuerit actum contra D. Gregorium pupillum indefensum, cui propterea deputandus erat Curator ad lites; namquoad defensionem de ea sufficienter apparet ex pluribus disputationibus, & decisionibus Rotalibus, nec non ex recursu ad Signaturā Sanctissimi habito, ex quibus omnibus dicendum est, Pupillum potius fuisse à causa destitutum, quàm à Tutoribus indefensum: Quo verò ad defensorem licèt fuerit citata D. Benuenuta D. Gregorij mater tamquā Curatrix absque eo quod fuerit à Iudice confirmata in Curatricē, nihilominùs huiusmo-
1 di Confirmatio † non seruatur in praxi prout testatur *Gratian. discept. 225. num. 23.* Vltraquod dum antè pubertatem D. Benuenuta fuerat deputata in Tutricem, & pro tempore curatricem, & cum ea fuerat lis incoata, potuit
2 etiam cum † illa terminari *l. vnic. & ibi glos. verb. causarum C. vt caus. post pubert. ad tut. l. ità autem §. post completum ff. de admin. tut. & Cur. par. 2. cap. 19. num. 4. Montan. post Boer. ad consuetud. tit. 1. §. 8. de tut. cap. 37. reg. 39. num. 79. & c. 35 num. 64.*

Præsertim, quia eadem D. Benuenuta cita-
3 ta semper gessit se † pro tali *l. fin. ff. de eo, qui pro tut. se gess.* & tradit *Guttier. d. tract. par. 1. c. 16. num. 142. Montan. d. cap. 39. num. 102.* ac etiam fi-
4 nita † tutela astitit liti, & acritèr defendit D. Gregorium, prout assistere, & defendere potuit *Aegid. consf. 12. n. 1.* nihil omisso quidquid esset dicen, si lis fuisset incohata post pubertatem.

Ad id, quod pro parte Gregorij replicabatur, quod Benuenuta eius mater constituerat procuratorem cum protestatione, quod ille tantum citaretur, non autem ipsa Constituens; placuit DD. responsio, quod non obstan d. protestatione potuit etiam ipsa Constituens
5 citari † citrà vitium nullitatis processus ad tradita per *Castren. in l. non videtur num. 3. C. de Sent. & Interloc. omn. Iudic.*

Similiter non obstare DD. censuerunt secundam nullitatem deductam ex defectu legitimationis personarum tàm Vellii actoris, qui egisse asseritur tamquam hæres Honufrij, quàm Serlupij rei conuenti vti hæredis Io: Phylippi eius patris.

Quoniam respectu Vellij actoris non fuit opus alia legitimatione, quia ipse non egit tamquam hæres Honufrij, sed eius proprio nomine, & tamquam Dominus, & possessor portionis Casalis diuisi: Respectu verò personę Gregorij dixerunt DD. satis superque fuisse legitimatam tàm ex tacita approbatione, dùm citatus tamquam hęres non contradixit, tùm ex possessione omnium bonorum, ex
6 qua † inducitur aditio *Bart. in l. gerit. num. 21. & l. pro hærede §. 1. ff. de acquir. hæred. Alex. consf. 32 lib. 3.* Tùm denique ex propria eius confessio-
7 ne vltimo loco producta, qua maior † probatio dari non potest *ad text. in l. 1. C. de confess. l. cum te C. de probat. Surd. decis. 10. num. 12.*

Nec officit, quod dum causa fuit mihi cōmissa, cum clausula, *si quid exequen.* sententia
8 debeat † iustificari ex eisdem actis non autem ex nouitèr deductis *Mart. de clausf. p. 1. clausf. 169. num. 6.* Quia hoc procederet, si d. exceptio nō legitimationis fuisset opposita antè sententiā; vndè cum in præsenti casu non fuerit opposi-
9 ta, † sententia remanet valida *Boer. decis. 171. num. 19. Rot. decis. 307. num. 7. par. 1. recent.* & dùm
10 hodiè opponitur, hodiè potest elidi † per replicationem latè *Add. ad Greg. XV. decis. 272. sub num. 8. & decis. 581. num. 12.*

Ad vltimam nullitatem prætensam ex eo, quod D. Gregorius fuerit condemnatus de proprio ad solutionem fructuum, & Canonum, fuit responsum illam cessare ex facto, quia mandatum fuit relaxatum contra bona hæreditaria, non autem contra propriam personam Georgij.

Et ità vtraque &c.

BRIXINEN. PARROCCHIALIVM.

Luna 26. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

In Parrocchialibus fecularibus vnitis alicui monafterio deputandi funt Vicarij feculares quorum inftitutio fpectat ad Epifcopum.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij feculares funt deputandi in parrochialibus vnitis alicui monafterio.*

2 *Inftitutio tunc fpectat ad Abbatem, vel alium inferiorem, quando id fuit cautum in fundatione de confenfu Epifcopi.*

3 *Vel quando cura principaliter, & in capite refidet penes inferiorem pleno iure.*

4 *Actus potius gefti præfumuntur in vim vltimæ concordiæ, quam antiquarum conceffionum.*

5 *Concordia inita cum Coadiutore Abbatis cum futura fucceffione, & adminiftratore monafterij tenet.*

6 *Concordia roborata beneplacito Apoftolico ligat etiam fucceffores.*

7 *Inftituendi ius de iure competit Epifcopo.*

DECISIO CCCLXXXII.

CVM Abbas Monafterij Montis S. Georgii Brixineñ Diœcefis prætenderet ad fe fpectare Ius inftituendi, & deftituendi Rectores Regulares in Ecclefiis Parrocchialibus, de quibus agitur, fuit fub die 18. Ianuarij proximè præteriti (propofito dubio fuper hoc) refolutum ei tale Ius non competere; & hodiè iterum pofita caufa fuper eifdem DD. fteterunt in decifis ex iifdem rationibus in decifio
ne ponderatis,& præcipuè quia eum iftę Par-
rocchiales fint vnitæ Monafterio non eft du-
1 bium, quin veniant † in ijs deputandi Vica-
rij feculares. *cap. extirpandæ §. qui verò de præb. cap. 1. de Cappell. Monach. cap. 1. eodem tit. in 6. Clem. vnic. de off. Vic. Rebuff. in prax. tit. de Vicar. perpet. Gozzad. ad reg. 8. Cancell. glof. 5. §. 3. num. 1.* quæ deputatio, feù Inftitutio fpectat ad Epifcopum *cap. 1. 17. quæft. 1. cap. ex prouentibus de Inftit. cap. 1. eodem tit. in 6. cap. cum fatis de off. Archid. Lambert. de Iurep. lib. 2. par. 3. quæft. 1. in princ. art. 10. num. 1. Vgol. de off. Epifc. cap. 51. §. 4. num. 1. Mar. Ant. var. refol. lib. 1. refol 47. nu. 6. & refol. 55. num. 11. in fin.*

Non obftat, quod Inftitutio poteft fpectare
ad Monafterium Abbatem, aut alium Infe-
riorem; quia hoc admittitur, & procedit vel
2 quando hoc fuit cautum † in fundatione de
confenfu tamen Epifcopi. *Abb. in cap. dilectus num. 3. de confuetud. Roccb. de Iurep. verb. pro eo num. 25. Lambert. d. tract. lib. 1. par. 1. quæft. 9. princ. art. 1. num. 55. & 96.* vel quando cura † princi-
3 paliter, † & in capite refidet penès Inferiorem
pleno Iure *glof. in clem. 1. verb. prouentibus, de fupplen. neglig. Prælat. cum alijs in decifione allegatis,* quorum neutrum hic concurrit; nam quod hoc fuerit cautum in fundatione Parrocchialium, de quibus agitur, nullibi probatur, & quod cura in capite refideat penès Monafteriũ S. Georgij pleno iure tantum abeft, quòd probetur, quinimò de contrario conftat; nam vltra Iuris difpofitionem, quæ vt fupra oftēdi, militat pro Epifcopo, concurrit vltimus ftatus deductus ex vnione iftarum Parrocchialium facta de anno 1510. d. Monafterio per Card. Santacrucium, tunc in Germania Legatum à latere cum claufula, *dummodo ordinarij Brixinen. accederet affenfus*, cui quidem vnioni d. ordinarius ad Imperatoris interceffionem, ac preces Abbatis, Coadiutoris, Adminiftratoris, & Conuentus prædicti d. vnioni confenfit fub diuerfis conditionibus, & fignanter quoad ad dd. fic vnitas Ecclefias d. Abbas & eius fucceffores tenerentur præfentare coram ordinario Sacerdotes fæculares, qui præuio examine approbarentur, ac Inftitutionem perpetuam, fiuè temporalem ab ordinario reciperent, quas quidem conditiones dd. Coadiutor, Adminiftrator, totufque Conuentus maturo præhabito confilio acceptauit, ac fe, fuofque fucceffores ad illarum fidelem, perpetuam, inuiolabilemque obferuantiam obligauit, prout in effectu fuerunt obferuatæ, vt patet ex præfentationibus factis ab Abbate coram Vicario, & ex alijs actibus ponderatis in alia decifione, qui non poffunt dici facti in
vim antiquarum conceffionum, cum militet
4 præfumptio quod illi fuerint † facti in vim vl-
timæ concordiæ emanatæ de anno 1510. *l. fi quis ante ff. de acquir. poff. Rot. decif. 397. num. 6. p. 1. recent.*

Non obftat, quod d. vltima concordia non
fuerit facta cum Abbate Titulari, fed cum
Leonardo Coadiutore, qui non poterat præ-
iudicare Monafterio, quia cum d. Leonardus
5 effet Coadiutor cum futura fucceffione, † &
adminiftrator Monafterij, d. concordia tenet
Add. ad Lap. alleg. 50. in verb. adminiftrator, & fuit dictum in Barchinonen. Cameraria 30. Ianuarij 1609. *coram Penia*, & cum fit roborata bene-
6 placito † Apoftolico præfumpto, vt fuit di-
ctum in alia decifione, ligat etiam Succeffores *Mantic. de contract. lib. 5. tit. 13. num. 5. glof. communiter recepta in cap. veniens de tranfact. vbi Butr. num. 15. Abb. num. 2.*

Nec releuant dd. Conceffiones factæ
antiquitus ab Epifcopis Brixineñ, quia vt fuit
refponfum in alia decifione, illæ non continent
prætenfam Inftituendi, & deftituendi faculta-
tem, nec per illas fuit translata cura penes
Abbatem authorizabilem, & pleno Iure; nam
prima Epifcopi Arthmanni concedit curam
animarum regendam per d. Abbatem non
fuo Iure, & nomine proprio, fed fub Epifco-
po, ibi, *Curam animarum cum bannio, & omni prælationis Iure fub Epifcopo peruigili ftudio &c.* & fe-
cunda Brunonis facta legitur cum claufula,
faluo Iure Canonicorum, quapropter etiam fi ad-
mitteretur, iftas Ecclefias quoad tempo-
ralia fpectare ad Monafterium, fat eft tamen,
quod illæ attentis fubiectione, & præferua-
rione prædictis nō fpectent pleno Iure quoad
fpiritualia ad hoc, vt penès Epifcopum dica-
7 tur remanfiffe etiam Ius inftituendi, † quod
ei de Iure communi competit *Felin. in cap. auditis*

ditis num.8. de praescr. cum alijs supra allegatis.
Et ita vtraque &c.

TOLETANA CONSERVATORIAE.

Luna 16. Aprilis 1635.

Argumentum, & Summarium habent, quod concedatur absolutio, quando adest verificatio contentorum in Breui super absolutione reportato:

DECISIO CCCLXXXIII.

POSTQVAM Pater Petrus Nolascus procurator Commendatoris, & Conuentus B. Mariae de Mercede Oppidi Compluti pluries institisset prò absolutione à Censuris incursis, dùm esset Commendator d. Monasterij ob non paritionem litterarum exequutorialium alias à bon: mem: Cardinali Horatio Lancellotto relaxatarum ad instantiam Rectoris, & vniuersitatis oppidi da Alcalà super cognitione, & Iurisdictione Causarum Iudicialium vniuersitatis d. Oppidi Compluti, & ob recursus habitos ad Concilium Regium, tandem hodiè in relatione causarum DD. viso Breue Sanctissimi D.N. per d.P.Nolascum in actis causae producto, per quod mandatur, vt facta priùs per d.P.Nolascum renunciatione omnibus praetextu d. recursus factis, gestis, & attentatis, & parito Iudicato, si quod adsit, absoluatur, & attento, quod haec omnia per ipsum fuerunt sufficientèr adimpleta, vt apparet ex cedula per ipsum in actis dimissa, non obstantibus in contrarium deductis pro parte dd. Rectoris, & vniuersitatis Alcalae, quae non visa fuerunt releuare, mandarunt eum absolui.

ROMANA VINEAE.

Veneris 20. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis, quando dicatur vulnerata itaut sit procedendum via ordinaria, & cesset executiua.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Obligatio Cameralis si fuit vulnerata per decretum cessat via executiua, & agi debet via ordinaria.*
3 *Obligatio Cameralis, quando dicatur per sententiam vulnerata.*
4 *Venditio facta vnico pretio est indiuidua, nec potest pro parte valere, & pro alia non.*

DECISIO CCCLXXXIV.

CVM Alphonsus Ferrus, & Portia eius vxor de anno 1618. vendidissent vineam sitam extra portam Sancti Pancratij Francisco Rocchae, & Clementiae Gramulatae pro pretio scutorum 1000. cuius pretij medietas fuit soluta mediante assignatione vnius Census scutorum 200. & alterius crediti scutor. 300. aliam verò medietatem promisit soluere d. Rocca intrà decennium, & interim soluere fructus recompensatiuos: Insurrexerunt Moniales S. Cosmati de Vrbe, ad quas spectat proprietas, & dominium directum istius Vineae, & ob diuersas alienationes per d. ferrum factas de d. Vinea ipsis irrequisitis obtinuerunt mandatum de associando, cuius mandati vigore fuerunt immissae in possessionem eiusdē Vineae, postmodum praedictus Rocca praeuio mandato recuperauit dd. scuta 500. in partem pretij assignata.

Defuncta postmodùm Portia vxore d.ferri, eius filij, & haeredes praetendentes hanc Vineā fuisse dotalem, & spectasse ad d. eorum matrem mouerunt litem contra dd. Roccam, & Moniales, quae tandem absolutoriam obtinuerunt sententiam; Cumque vltimo loco egerit ferrus contra Roccam pro residuo pretij d. Vineae, obtinuit relaxari mandatum, à quo fuit appellatum, & causa mihi commissa cum clausula, *si quid exequen.* dubitaui, an, d. mandatum esset exequēdū, & DD. negatiuè responderunt.

Ratio autem huius resolutionis fuit, quia licèt Alphonsus habeat ad sui fauorem obli-
1 gationem Cameralem, † quae habet exequutionem paratam ad tradita per *Angel. in l. 4. §. condemnatum num.4.ff. de re iudic. Rot.decis.686.*
2 *num.1.par.2.recent.* Nihilominùs cum ex † supradicta serie facti appareat illam fuisse postea vulneratam per decretum factum super restitutione pretij iam soluti, ac etiam per sententiam absolutoriam latam ad fauorem Roccheę emptoris, & Monialium d. Vineae proprietariarum, à quibus illa fuerat euicta, cessabat via exequutiua, ex quo causa fuit effecta appellabilis, & agi debebat via ordinaria *Gonz. super reg.8.glos.6.num.202.Caual.decis.574.num.2. & decis.611.num.1. & 2.Rot.decis.28.num.2.par.2 recent. & coram Reuerendissimo D. meo Decano decis.78.num.1.2.5. & seq.*

3 Non obstat, quod ex † decreto emanato super restitutione pretij iam soluti, & ex sententia absolutoria prędicta non possit dici vulnerata d. obligatio, ex quo nec decretum, nec sententia fuerunt lata ad effectum vulnerandi d.Instrumentum d.obligatione Camerali munitum; quia etiam si principaliter praedicta non fuerint gesta super restitutione residui controuersi, fuerunt tamen gesta super isto contractu, & inter easdem personas citato procuratore d. ferri, & sic Implicitè tangunt etiā solutionem d. residui, cum decretum super restitutione partis pretij iam soluti ob euictio nem totius Vineae sequutam contineat integrum pretium ratione indiuiduitatis contra-
4 ctus, † qui non potest pro parte valere, dùm vnico pretio Vinea vendita fuit. *Mantic. de tacit. & ambig.tit.19.num.65.lib.4. Rot. diuers. decis. 709. numer. 5. par. 1.* quod pretium, Rocca soluere tenebatur, dum vinea ei fuit vendita lite pendente cum Monialibus. *iux. glos. in §. nouissimè in ver. praestat. Instit. de suspect. tutor.*

Ex quibus vtraque parte Informante fuit resolutum mandatum non esse exequeñ, an autem residuum pretij debeatur, via ordinaria DD. mandarunt, vt particulariter videretur citatis Monialibus.

PARMEN. PENSIONIS.

Veneris 20. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Metus in carcerato quando excludatur, & ex quibus excarceratus dicatur positus in plena libertate.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas coacta voluntas est.*
2 *Metus regulariter probatur indicijs & præsumptionibus.*
3 *Intellige tamen ex indicijs & præsumptionibus perfectis in suo genere.*
4 *Metus nō probatur nisi ex apertissimis probationibus quando contractus fuit initus in libertate, loco publico cum præsentia honestorum virorum & consanguineorum, & quando erat facilis recursus ad Iudicem, & num. 7.*
5 *Metus est probandus ab allegante.*
6 *Metus excluditur ab eo qui fuit excarceratus & positus in sua libertate.*
8 *Testes plures concludentes in dicto & non habentes exceptiones personales probant.*
9 *Carcer tunc tantum inducit iustum metum vel quādo carceratio, est iniusta, vel contrahens reperitur in carceribus ad instantiam illius ad cuius fauorem contrahit, & num. 10.*
11 *Carceratio in dubio præsumitur iusta.*
12 *Metus non probatur ex protestationibus contrahentium.*
13 *Cautio præstita de non recedendo ab aliquo loco efficit vt dictus locus habeatur pro carcere.*
14 *Metus cessat ex libertate se conferendi quo vult.*
15 *Metus iustus quando nequeat argui ex cautione præstita fauore fisci.*
16 *Metus non datur data ignorantia causæ.*
17 *Metus excluditur ex præsentia amicorum, & consanguineorum.*
18 *Metuendi causa cessat etiam si contractus fuerit initus cum aliquo habente iurisdictionem quando ipse contrahens potest libere adire Iudicem particularem, & eius officium implorare.*
19 *Iurisdictio ad effectum inducendi metum non attenditur nisi etiam contrahens ita subsit iurisdictioni vt ad alium Iudicem recurrere nequeat.*
20 *Clausula insolita in renunciatione pensioni quando non dicantur adesse.*
21 *Renunciatio pensioni dicitur facta cum causa si facta fuerit ad instantiam consanguineorum & amicorum.*
22 *Metus excluditur si contractus sit initus cum viro probatæ famæ, & conspicuæ conditionis.*

DECISIO CCCLXXXV.

CORAM Reuerendiss. D. Vrgellen. fuit resolutum sub die 28. Iunij 1628. Dominico Amitæ non esse dandum mandatum de manutenen̄ in quasi possessione exigendi pensionem, de qua agitur, nō obstante quod ipse illam probasset, quia ei renunciauerat ad fauorem D. Mussi Titularis beneficij, super quo est imposita ista pensio, & licèt tunc pro parte Amitæ obijceretur, huiusmodi renunciationem fuisse nullā vti metu extortam in carcere; attamen DD. dixerunt non constare de metu, & in omnem casum per dictam renunciationem meticulosam fuisse amissam
1 possessionem, cum voluntas coacta † voluntas sit *l. si mulier §. si metu ff. de eo quod met. caus. cum alijs relat. in decisione* causa hodiè iterum posita super iisdem DD. resoluerunt nō constare de metu.

Ratio resolutionis fuit, quia licet metus
2 regulariter † probetur indicijs, & præsumptionibus, *Bart. in l. si ob turpem ff. de cond. ob caus. Butr. in cap. sollicite num. 20. de restit. spoliat. Dec. consil. 218. num. 2. Osasch. dec. Pedem. 79. num. 1.* At-
3 tamen † præsumptiones, & indicia debent esse in suo genere perfecta, & concludenter probare *l. non est ff. quod met. caus. Alciat. cons. 504. num. 7. Paris. cons. 5. numer. 169. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 103. & cons. 2. num. 170. Nauar. in repetit. cap. accepta num. 8. de restit. spoliat. Boer. decis. 191. in fin.* Quinimò quando (prout in præsenti casu) præsumptio est contra allegantem metum ex eo, quia spontè contraxit, attenta eius libertate, loco publico, præsentia honestorum virorum, & consanguineorum, & facili recursu ad suum Iudicem, tunc ad
4 probandum metum † requiri apertissimas probationes decidit *text. in cap. quia verisimile. ff. quod met. caus. & consuluit, Rolan. cons. 83. nn. 37. & 38. lib. 2. Mantic. decis. 285. nu. 5.* quæ quidem probationes pro parte Dominici non adducuntur, cum tamen ab eo vti allegante me-
5 tum † essent adducendæ, *l. meritò ff. pro soc. l. metum, & ibi glos. & DD. C. de his, quæ vi, vel met. caus. fiunt. Paris. d. cons. 5. n. 168. lib. 4. Rot. dec. 463. num. 3. par. 2. recent.*

Nam quod renunciatio facta fuerit in carcere non probatur, quinimò ex Instrumento ipsius renunciationis apparet illam fuisse factam extra Carcerem, videlicet in Cancellaria Episcopali, Amita existente in pristina
6 libertate, vnde cessabat † omnis metus *glos. in l. qui neque ff. de verb. signific. Bart. in l. qui in carcerem ff. quod met. caus. Barb. cons. 54. lib. 1. Paris. cons. 170. num. 23. lib. 4. Menoch. lib. 3. præsumpt. 4. num. 26. Rot. d. decis. 463. num. 3. circa fin. p. 2. recent.* Maximè dum ipse penes se habebat, vt depo-
7 nunt testes, plures † honestos viros, amicos, & consanguineos, cum quorum præsentia deuenit ad Instrumenti celebrationem, *l. transact. C. de transact. Bart. in l. frater à fratre num. 51. ff. de cond. indeb. Anchar. cons. 382. num. 11. Angel. cons. 215. num. 1. Aretin. cons. 24. nu. 8. Socc. cons. 263 num. 10. lib. 2. Dec. cons. 232. num. 5. & cons. 463. num. 7.*

*num.7.Crauett.conf.114.nu.2.lib.1.Ruin.conf.122.
num.12.lib.4.Greg.XV.decis.120. num.24.*
Neque obstat, quod Amita de tempore
celebrati Insttumenti esset à Ministris Curiæ
circumuentus, quia contratium satis proba-
tur nedum ex testibus pro parte D.Mussi, sed
etiam ex alijs quatuor ad instantiam ipsius
Dominici examinat. deponeñ eum liberum,
& solutum spontè accessisse ad Cancellariã,
ibique non adfuisse Iudicis familiam, neque
milites, neque cuiusuis alterius generis Cu-
stodes, quibus testibus est credendum, cum
8 sint plures, † concludant in dicto, neque re-
pelli possint aliqua personali exceptione, *l. si
quis testibus C.de testib.Mantic. decis.244. numer.2.
Rot.dec.182.n.1.p 1.rec.*
Prætereà dato etiam, quod constaret de
carcere, non propterea dici posset constare
9 de metu, quia Carcer tunc demum † iustum
metum inducit, vel quando carceratio est in-
iusta. *d.l.si mulier. ff.de eo, quod met. caus.Oldrad.
cons.7.num.1.& 2.Paris.in tract.de sindic.vers. an si
est facta compositio num.5.Rot. dec.295. num.4. post
secundum volum.cons.Farinac.* & fuit dictum in
*Romana Mutui, seù pecuniaria 14. Maij 1631. co-
ram R.P. D. meo Merlino*, vel quando contra-
10 hens † reperitur in carceribus ad instantiam
eius, ad cuius fauorem contrahit, *Farinac. de
carcer. & carcerat. q.35.num.31. & Rota in d. Ro-
mana Mutui, seù Pecuniaria*. In præsenti autem
de Iniustitia Carcerationis non constat, & in
11 dubio in contratium militat † præsumptio,
*cap.in præsentia de renunciat.Cranett. cons.188.n.8.
Surd.decis.89.num.8.Mantic.d.decis.285. numer.4.*
Neque probatur d. Dominicum fuisse carce-
ratum ad instantiam D.Mussi.
Neque releuant protestationes, quæ dicun-
tur factæ pet Dominicum ante, & post renũ-
ciationem, quia vltra quod nõ benè proban-
tur ex testibus datis pro parte ipsius, quia eo-
rum fides, & dicta ex obiectis datis pro parte
D. Mussi turbidantur, vt in alia decisione fuit
firmatum, vera est opinio, & à Rota recepta,
quod ex huiusmodi protestationibus non
12 probatur† metus *l.metum C.quod met. caus.Dec.
in l.in omnibus causis num.12.de reg.iur. Rot. d.dec.
295.num.6.post secundum volum.cons. Farin. Greg.
XV.decis.326.nu.30.*
Prout etiam non probatur ex eo quod Do-
minicus, dum erat excarceratus cum cautio-
ne scutorum 2000. de se repræsentañ. infrà
annum non videretur repositus in plena li-
bertate. Quia prætcrquamquod benè applica-
tur responsio superius adducta, quod ab ini-
tio non fuit carceratus ad instantiam d.Mussi
neque probatur carcerationis Iniustitia, obie-
ctum procederet, si cautio esset præstita de
non recedendo ab aliquo loco, tunc enim
13 locus † ille haberetur pro carcere, *l.nec non in
princ.& ibi glos.in verb.satisdatione.ff.ex quib.caus.
maior.*
At in præsenti casu Dominicus poterat di-
scedere, & se conferre quocumque vel-
let, prout ad Vrbem, & alio se contulit ad sui
14 libitum, vndè cessat † causa metus, Felin. lo-
quendo de habente saluum conductum in
*cap.cum R.Canonicus num.2.de off. de leg. Rot. dec.
12.num.1.de dol.& contum.in non.* Et in omnem
casum sicut Amita ex ipsa renunciatione nõ
sentiebat cõmodum liberationis ita à d. cau-
tione non potest argui iustus metus, propter
15 quem † verisimiliter adduci potuerit ad re-
nunciandum, *ad l.cum de indebito ff. de probat.
& conferunt deducta in d.decis.242.num.24. post d.
2.vol.cons.Farin.*
Minus probatur metus ex prætensa Clau-
suta portæ maioris Palatij Episcopalis, quia
nec clausura probatur, & probata non satis
conferret ad metum, nedum ex rationibus
supradictis, sed etiam quia eam Dominicus
ignorabat, data autem ignorantia causæ non
16 datur † metus, *l.1. ff. quod met. caus.* ac etiam
quia contraxit coram amicis, & consangui-
neis, ex quorum præsentia excluditur omnis
17 suspicio † metus. *Curt.Iun.cons.64.num.2.& 3.
Ruin.cons.14.num.10. lib.2. Menoch. de arbitr. cas.
194.num.19.*
Neque denique ex eo, quod D.Mussus die
14. Maij 1625. qua fuit facta renunciatio, esset
Vicarius Generalis D. Episcopi Parmen. po-
test desumi aliqua metus causa, nam omisso,
an pro parte Dominici probetur, quod d. die
D. Mussus esset Vicarius, sat est, quod Do-
minicus non subiaceret iurisdictioni Vicarij,
sed haberet Iudicem particularem anteà de-
putatum, & ab ipso acceptatum ad omnes
causas ciuiles, & criminales, motas, & mo-
uendas tam actiuè, quam passiuè, quem dum
poterat liberè adire, & eius officium implo-
18 rare, † cessat causa metuendi, *l.fin.in princ ff.
quod met.caus.Rot.d.decis.242. num.24.* Cum sola
Iurisdictio in loco non attendatur ad istum
19 effectum, nisi † etiam contrahens ità subsit
Iurisdictioni, vt ad alium Iudicem recurrere
nequeat. *Roman. cons. 518. in fin, Crauett. cons.
205. num.43.Brun.cons.114.nu.347. Sarnen. super
reg.de subrogan.q.1.vers. hodie tamen Menoch. præ-
sumpt.129.num.37.lib.3.Rota in Mutinen. Emphy-
teusis 26. Aprilis 1632. coram Reuerendiss. D. Vr-
gellen.& in Bononien. Transactianis 29. Nouembris
1633.coram R.P.D.meo Verospio.*
Non obstat, quod solus Amita, & non
Notarius fuerit carceratus, quia omnia gere-
bantur nomine fisci, cui non adhærebat D.
Mussus, & ideò nihil potest conferre ad cau-
sam.
Quæ dicuntur de insolitis clausulis apposi-
tis in Instrumento renunciationis non rele-
uant, quia vltra quod Minuta Instrumenti
fuit confecta de ordine ipsius Amitæ, & per
ipsum, & suos considerata ante contractum,
& d. minutæ additum, & deletum suo arbi-
trio, vt testes deponunt Summario num.18.
Nihilominus non possunt dici insolitæ clau-
20 sulæ, dum adsunt † solitæ renunciationes, &
obligationes de illis seruandis, vt in his termi-
nis benè ponderat *Paris.cons.189.vol.4.*
Non obstat pariter, quod renunciatio sit
facta sine causa, quia de causa sufficienter cõ-
stat ex depositionibus, de quibus in Summar.
num.19. & 20. circa instantiam factam Ami-
tæ per Galeottum Costam Notarium, & il-

21 lios consanguineos, & amicos, quæ † satis pro causa suffragantur iuxta tradit per *Paris. d.cons.5.num.183.vol.4.*

Et contra præsũptionem metus nõ parum etiam vrgebant laudabiles qualitates D.Mussi viri probatæ famæ, & conspicuæ conditio-
22 nis, † quę ad excludeñ metus incussionem valdè attenduntur, *Crauett. cons.205.numer.44. Osasch.dec.Pedem.144.num.14.*

Ex quibus vtraque parte informante DD. resoluerunt non constare quidem de metu, sed mandarunt, vt videretur de bono Iure.

LAVDEN. PENSIONIS.

Luna 30. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Executio pro pensione vigore litterarum Apostolicarum retardari potest contra Regulares si fructus Monasterij non percipiunt; cum de proprio soluere non possint.

SVMMARIVM.

1 *Verba dispositiuè prolata in litteris Apostolicis censentur apposita ad qualificandum omnes personas superius nominatas, & quomodo censeantur obligata.*

2 *Litteræ Apostolicæ recipiunt interpretationem à dispositione iuris communis.*

3 *Fructus Monasterij obnoxij pensioni, si non percipiantur ad illius solutiones non tenetur Prior generalis.*

4 *Præcipuè si Prior sit Regularis, & adstrictus voto paupertatis.*

5 *Verba relatiua, quæ non ampliant dispositionem, sed illam restringunt, regulantur à verbis correlatiuis, seù dispositiuis.*

DECISIO CCCLXXXVI.

SVB die 15. Ianuarij fuit firmatum non intrare arbitrium pro retardatione exequutionis litterarum Apostolicarum reseruationis pensionis super fructib. Monasterij Sancti Michaelis de Brembio Ordinis Eremitarum ad fauorem Mensæ Capitularis Ecclesiæ Laudeñ emanatarum contra Priorem Generalem, & alios in eisdem litteris nominatos; Ea ratione quia cum Papa in præfatis litteris reseruationis (quarum sola particula data fuit in præterita positione) voluerit sub his verbis Priorem generalem, aut eius Vicariũ, & Oeconomum, seù Monasterij S.Michaelis Priorem specialem nunc,& pro tempore existentes, vel administratores, aut illorum bonorum conductores ad integram solutionem d. pensionis fore efficaciter obligatos; Sequitur litteras prędictas vti emanatas motu proprio non indigere iustificatione, & cõsequenter non intrare arbitrium pro illarum retardatione; sed contra prædictos Priorem generalem, & alios nominatos esse exequutioni demandandas ex Iuribus in dicta decisione relat.

Hodie verò reproposita causa super iisdem datoque per extensum toto tenore dictarum litterarum DD.à decisis recedendũ esse ad fauorem Prioris generalis pro arbitrio responderunt.

Nam licet veræ sint conclusiones firmatæ in dicta decisione verbaque prędicta vt supra simpliciter posita, & considerata sufficienter obligent Priorem generalem, & cęteros nominatos ad solueñ dictam pensionem tamen DD.aduertentes verba dispositiua litterarum ibi (Per dilectos filios modernos, & pro tẽpore existentes Priorem generalem, aut eius Vicarium, vel Oeconomum, seù Monasterij S. Michaelis Priorem specialem, ac quoscũque alios tàm d. Congregationis superiores, quam sæculares bona, aut fructus, redditus, & prouẽtus Monasterij huiusmodi pro tempore administrantes, vel eorum Conductores annis singulis in perpetuum persolueñ) censuerunt prædictos Priorem generalem, & alios nominatos non pure,& simpliciter sed in tantum fuisse obligatos in quantum bona administrarent,& fructus perciperent, vt cla-
1 rè demonstrant verba † ibi (bona & fructus pro tempore administrantes) quæ censentur apposita ad qualificandum omnes personas superius nomiatas adeò vt eatenus dicantur obligatæ, quatenus bona administrent, & fructus percipiant ad notat. in *l.1.vbi Ias nu.4. C.de lib, præter.Bart.in l.3.§.filios num.7.ff.de lib. & posth. Felin.in cap.causam, quæ num.4.vers.claré refert.de rescript.Mandos.in prælud.reg.quæst.2.nu.2. Capic.decis.108.num.9.*

Quæ interpræ̃tatio suadetur etiam ex eo,
2 quia litteræ † Apostolicæ recipiunt interpretationem à dispositione Iuris communis, *Roman.cons.328.num.10.vers.nec etiam præsumendum est. Cassad.decis.96.super regul.Cancell.Rota in Veneta Pensionis 6.Febr.1612.coram Sacrato,* iuxtà, quam pensio nõ de proprio, sed de fructibus, super quibus reseruata existit, venit soluenda, *Gig.de pens.q.39.& 45.Bursatt.cons.361. num.25. & 32. Rot.decis.128.num.2.decis.699.num.1.par.1.*
3 *diuers.* adeò vt † si fructus à dicto Priore generale non perciperentur ad illius solutionem non teneatur, vt in fortioribus terminis firmauit. *Rot. d.decis.129. par.1. diuers. decis.255. num.2.vers.Alfonsus par.2.rec.*

4 Prædictaque † facilius in præsenti casu visa fuerunt procedere, quia cum Prior generalis sit regularis, nihilque de proprio possideat vti astrictus voto paupertatis, inuerisimile est, quod Papa voluerit eum obligare ad soluendum pensionem, nisi fructus Monasterij perciperet, cum alias de proprio soluere non possit, *cap.super quodam, & cap.cum ad Montium, & vtrobique DD. communiter de stat. Monac.*

Nec obstant verba antedicta ponderata in prædicta decisione ibi (Priorem generalem, aut eius Vicarium &c. fore efficaciter obligatos &c.) quia non simpliciter fuerunt addita, sed cum verbis relatiuis ad verba dispositiua

siua superiùs relata vt patet ibi (ad integrā solutionem d. pensionis iuxta reseruationis; Constitutionis, assignationis præfatarum te-
5 norē fore efficaciter obligatos)quæ verba (iuxta tenorem)nō ampliant dispositionem, sed illam restringunt, ac in omnibus, & per omnia regulantur à verbis dispositionis ibi(bona & fructus administrantes) superius relatis, *Castr.cons.17.num.1.in fin. vers. sed breuiter lib.2. Dec.cons.63.num.6.Ruin.cons.25.num.11.volum.1. Alex.cons.81.num.8.lib.6.*

Et ità vtraque &c.

FERRARIEN IVRISPATRONATVS.

Lunæ 30. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus fundans pro se, & post eius obitum pro aliquibus personis à se nominatis, cum consensu ordinarij an in præiudicium nominatorum possit alijs donare etiam iuspatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus qui fundauit prò suis filijs & descendentibus absque qualitate hæreditaria an possit illis præiudicare.*

2 *Iuspatronatus fundans pro se & suis descendentibus post completam stipulationem cum consensu ordinarij non potest illis præiudicare.*

3 *Fily si sint admittendi ad iuspat. vti successores illis viuente fundatore nullum ius quæritur, & ideò illis inrequisitis potest in alium transferri.*

4 *Iuspatronatus quandoque fundauit pro se, & alijs ab eo nominatis, & in ipso actu fundationis interuenit consensus ordinarij, iste consensus habetur pro approbatione translationis; & perinde est ac si iuspat. donasset.*

5 *Idque facilius procedit si concurrat stipulatio d.ordinarij promittentis cappellam esse iuspat.dotantis & nominatorum ab eo, quo casu ius irreuocabiliter acquiritur etiam substitutis post mortem alterius vocati.*

6 *Donans nec etiam de consensu donatarij potest recedere à donatione in præiudicium substituti quando adest stipulatio notarij vel alterius habentis facultatem stipulandi pro substituto.*

7 *Verbum Promisit stipulationem significat & Iudex quilibet potest stipulari pro absentibus.*

8 *Stipulatio Notarij subintelligitur in donatione quando adest verbum, promisit licet non sit scriptum fuisse promissum sibi stipulanti pro absentibus.*

9 *Iurispatronatus donatio non valet sine consensu ordinarij.*

10 *Limita si sit facta loco pio & Ecclesiæ.*

11 *Ista limitatio sublimitatur quando cum iurepatronatus donatur etiam ipsa Ecclesia.*

12 *Iuspat. fundans pro se & tali familia ex hoc non censetur abdicasse iuspat. à se ipso & eius hæredibus saltem præmorientibus omnibus de d. familia.*

13 *Iuspat. fundans, si illud reseruet pro se, & post eius mortem, alijs nominatis ista reseruatio præsumitur facta de præsenti ac statim ius quæsitum est illis & solum executio post eius mortem differtur.*

DECISIO CCCLXXXVII.

DOMINA Laura de Amatoribus fundauit Iuspatronatus de anno 1602 in Oratorio B. Mariæ in Villa Ficaroli Diacesis Ferrariensis pro se, & post eius obitum pro DD. Com. Alphonso Montecatino, & Petro Maria de Gregorijs, eorumque descendentibus, pro cuius dote tradidit quædam bona stabilia sub hac verborum forma, quod non intelligantur dd. bona assignata pleno Iure, nisi sequuta illius morte cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc*, & interim se obligauit de euictione, quæ omnia acceptauit Episcopus, & approbauit, ac promisit, & conuenit, d. Oratorium perpetuo fore, & esse de iurepatronatus d. D. Lauræ, ipsorumue per eam vt supra nominatorum, ipsa D. Laura audiente, assentiente, acceptante, & gratias agente.

Verum prædicta fundatrix post 20. annos, & vltra senio iam cōfecta, & forsan facti oblita donauit d.Iuspatronatus cum dd.bonis fratribus S. Pauli Ferrariæ donatione inter viuos, illa verò defuncta, & vacante beneficio per obitum Cappellani,DD. Com. Montecatinus, & Petrus de Gregorijs alium Cappellanum præsentarunt,postquam præsentationem dd. fratres exhibuerunt Instrumentum d. donationis, & introducta lite coram Vicario Ferrarieñ, obtinuerunt sententiam fauorabilem, à qua pro parte dd. Com. Montecatini, & de Gregorijs interiecta appellatione,& causa ad Rotam delata,*dubitaui*, an d. donatio suffragetur dd.fratribus,& DD.negatiuè responderunt.

Nam licet quæstio sit controuersa inter Doctores, an ille, qui fundauit Iuspatronatus pro suis filijs, & descendentibus, absque quali-
1 tate hæreditaria † possit illis præiudicare, nec ne *ex Adden.per Garz.de benef.par.5.cap.9.num.69* qui tenet negatiuam sententiam, & affirmatiuam vti veriorem, & communiorem post alios tenet *Gratian.discept.177.num.14.* Attamen quidquid sit de hac opinione, DD. visum fuit nos versari in diuersis terminis, ex quo in limine d.fundationis Iuspatronatus fuit acquisitum pro fundatrice, & extraneis, ideòque
2 fundatrix † post completam stipulationem cum consensu odinarij extraneis vocatis præiudicare non potuit, vt latè distinguendo aduertit *Lambert.de Iurep.lib.1.par.2.quæst.2. art.6. num.9. in fin.* vbi reddit rationem differentiæ,
3 quia† in primo casu filij admittuntur vti successores, quibus viuente fundatrice nullum Ius acquiritur, & ideò ipsis irrequisitis potest in alium transferri. In secundò verò casu extranei se habent vti donatatij, ac proindè non potest ipsis innitis in alium transferri, quando prout hic in actu fundationis in-
4 teruenit consensus ordinarij † qui quidem cōsensus habet vim approbationis huius translationis, perindè ac si Iuspatronatus donasset *Lambert.d.lib.1.quæst.2.num.6. in fin.Garz.d.cap.9. n.60.Mart.vot.9.in princ.& nu.43. & seq. Gratian. d.discept.177. num.14.vsque ad fin.Rocch.de Iurep. vers.ipse, vel is. num.33. Calder.cons.20. de Iurep.*

Ricc.

Ricc.decis.280. per tot. & signanter num.14.& 17. lib.4.

Idque facilius procedit concurrente stipulatione eiusdem Episcopi promittẽtis Oratorium, de quo agitur esse Iuspatronatus D. Lauræ dotantis, & nominatorum ab ea, quo
5 casu † ius irreuocabiliter acquiritur etiam substitutis post mortem alterius, vocatis, prout dixit *Rota in Romana Pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram R.P.D. meo Merlino*; & in fortioribus terminis, quod etiam de consensu dona-
6 tarij non possit donans † recedere à donatione in præiudicium substituti, quando adest stipulatio Notarij, vel alterius habentis facultatem stipulandi pro substituto tenuerunt cumulati per *Card.Mantic.de tacit.lib.13.tit.48. nu.13.Rota coram Seraph.decis.472.num.12.& seqq.*

De stipulatione autem Episcopi apparet ex eo, quia in fundatione vsus est verbo (pro-
7 misit) † quod stipulationem significat *Seraph. decis.427. num.6. & d.decis.472. num.1. Greg.XV. decis.328.num.7.* & quilibet Iudex stipulari potest prò absentibus *Panorm.in cap. Pastoralis §. præterea num.5.vers.nota hoc vltimum de off. ordin. Iaf.in l.stipulatio ista 38.§.si stipuler. num.16.vers. amplia ff.de verb.obligat.* imò subintelligi potest
8 etiam † stipulatio Notarij, licet non sit scriptum fuisse promissum sibi stipulanti pro absentibus *Seraph.d.decis.472.num.1.*

Rursus d. donatio vti nulla non potest sub-
9 sistere, ex quo† non interuenit consensus Episcopi; quamuis enim vera sit conclusio, quod
10 donatio Iurispatronatus facta loco pio, † vel Ecclesiæ sustineatur etiam sine consensu ordinarij iux.dispositionem *text.in cap.vnic.de Iurep in 6. Rota decis.9. eodem tit.in nou.* Attamen præ-
11 dicta conclusio non habet locum, † quando cum Iurepatronatus donatur etiam ipsa Ecclesia fundata, prout hic, quia hoc casu requiritur consensus Episcopi *c. illud vbi glos. verb. licet Religioso. Io Andr.n.1. de Iurep.Dec.in cap.de Monacis num.29.vers.vndè respondeo de prab.*

Præterea esto, quod d. donatio facta fratribus sustineretur, adhuc illa non præiudicaret reseruationi Iurispatronatus factæ pro personis nominatis in Instrumento fundationis, donec ipsæ extarent: quandoquidem in principio d. donationis adiecta sunt verba, donauit eo Iure, quo infrascripta bona sunt, vel aliqua eorum pars esse reperitur, quod Ius intelligatur omninò reseruatum cuicumque illud legitimè spectat. Vndè d. donatio censetur facta saluo Iure iam in fundatione aliis quæsito, & sic quod fundatrix voluerit eam suffragari fratribus deficiente familia patronorum in fundatione vocatorum, non autem ea adhuc durante eosdem fratres admittere,
12 fundans enim † Iuspatronatus pro se, & tali familia non censetur ex hoc abdicasse Iuspatronatus à se ipso, & eius heredibus saltem præmorientibus omnibus de familia vocata *Calder. cons.4. de Iurep. quem sequuntur relati per Garz.de benef.par.5.cap.9. num.64. & 67. Rota diuers.decis.385.num.9. & sub.nu.14.par.1. & coram Seraph.decis.378.num.15.*

Nec obstat quod reseruatio in fauorem dd. Com. Alphonsi, & Petri Mariæ de Gregorijs sit collata post mortem Lauræ fundatricis, & propterea ante illius euentum non possit dici aliquod Ius fuisse ipsis acquisitum super d. Iurepatronatus. Quia fuit responsum reseruationem nihilominus censeri factam de
13 præsenti, ac † statim Ius quæsitum fuisse, & solum illius exequutionem fuisse dilatam post mortem D. Lauræ *iux. text.in l. quoties C. de donat.*

Et ita vna tantum &c.

VERCELLEN CANONICATUS.

Veneris 4. Maij 1635.

ARGUMENTUM.

Manutentio debetur possessori. Vnio ex qnibus excludatur Decretum irritans quando non impediat manutentionem possessoris anterioris.

SUMMARIUM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
2 *Possessio in Canonicatibus requiritur quod sit capitulariter capta.*
3 *Possessio posterior præsumitur clandestina nec est manutenibilis.*
4 *Possessio diuersi beneficij non præiudicat aliud beneficium possidenti.*
5 *Vnio est quid facti & sic debet concludenter probari.*
6 *Canonicatus si sit in statu collatiuo & sit collatus in titulum non potest dici vnitus alicui dignitati.*
7 *Decretum irritans non impedit manutentionem possessori quando dubitatur de reseruatione.*
8 *Manutentio solum datur ex sola facti insistentia.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

DOMINI resoluerunt Sigismundo Salomonio dandum esse mandatum de manutenẽdo in possessionem Canonicatus, de quo agitur de illius enim possessione visum fuit sufficienter constare in Instrumento adeptæ possessionis, quod alio in possessione
1 non † existente plene probat ad effectum manutentionis. *vulg. l. prædia ff.de acquir.poss. Rota decis.512. num.1. par.1. recent.Greg.XV.decis.138. nu.1.Reuerendis.D.meus Decanus decis.113. nu.1.*

Præsertim cum illa fuerit capta capitulari-
2 ter, prout de iure † requiritur in Canonicatu *Innoc.in cap.ex litteris num.7. & seqq. de rest. spol. Rot.decis.701.nu.5.par.2.recent.Reuerendis.D.meus Decanus decis.353.num.2.*

Non obstat possessio Mauritij, quia præter-
3 quam quod vti † posterior præsumitur clandestina, & consequenter non manutenibilis, fuit responsum eam non præiudicare Sigismundo, quia illa solum cõcernit Archidiaco-
4 natum, † de quo Mauritius auctoritate Apostolica tamquam de reseruato fuerat prouisus non

non autem Canonicatum tūc temporis possessum à Sigismundo, *Abb. in cap. 1. nu. 3. vers. secus autem de religios. domib. & cons. 71. n. 3. vers. nec alius erat in possessione lib. 2. Canal. decis. 209. num. 3. Rota dec. 171. num. 3. par. 2. recen. Adden. ad Greg. dec. 54. num. 3.*

Prout nec subsistere censuerunt, quod Archidiaconatus habeat annexum Canonicatũ, & propterea adepta possessione d. Archidiaconatus dicatur quoque capta possessio Canonicatus annexi: Nam obiectum facile visum fuit cessare, quia prætensa vnio tantum abest, quod pro parte Mauritij probetur,
5 prout tanquam quid † facti cõcludenter probari debet, *Seraph. decis. 386. num. 1. Rot. in recen. decis. 233. num. 1. par. 1. & decis. 55. num. 2. par. 2. Adden. ad Greg. XV. decis. 196. num. 3.* Quinimo contrarium apparet ex eo, quia Canonicatus reperitur in statu collatiuo, & propterea dum
6 fuit collatus in titulum † non potest dici vnitus dignitati Archidiaconatus, *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 12. Gonz. ad reg. 8. glos. 5. §. 7. n. 4. & 20. Canal. dec. 408. n. 3.*

Hinc quoque cessat obiectum desumptum ex regula reseruatoria cum decreto irritanti, quod inficit titulum, & possessionem præcedentem Sigismundi: Quia illud procederet, vbi reseruatio esset notoria, qualis non potest prætendi in præsenti casu, ex quo asserta vnio non solum non probatur, sed potius excluditur; & ideò vsquequo non docetur de vnione, concedi debet manutentio Sigismundo
7 anteriori † possessori non obstante decreto irritanti apposito in regula, *Seraph. dec. 1471. n. 5. Reuerendissimus D. meus Decanus, dec. 124. num. 4.*
8 *& 5.* Et ratio est, quia decretum irritans appositum in regula non tollit insistentiam facti, pro qua sola datur manutentio *Reuerendissimus D. meus Decanus decis. 354. num. 7.* & pluries fuit in his terminis resolutum, & præcipuè in *Baren. Prioratus 18. Martij 1613. coram bo. me. Card. Sacrato impress. apud Marches. fol. 991. par. 1. & in Regien. Beneficij 16. Febr. 1596. coram Litta.*

Et ita vtraque &c.

ARIMINEN. DOMVS.

Luna 7. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Clausula, *si quid exequendum*, apposita in rescripto signaturæ, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* si quid exequendum, *apposita in rescripto Signaturæ retrotrahitur, & inducit effectum suspensiuum vsque ab initio interpositæ appellationis.*
2 *Hoc procedit, quando signatura cognoscit causam esse appellabilem etiam quoad effectũ suspensiuum, secus quando simpliciter rescribit cum d. clausula tunc eo casu tantum dicitur dubitare, & sic huiusmodi rescriptum solum suspendit executionem donec de iustitia sententiæ, vel mandati exequendi cognoscatur, & n. 3.*
4 *Clausula,* si quid exequendũ, *intelligitur prout de iure.*

DECISIO CCCLXXXIX.

D. Iunipera Catanea sub die 19. April. 1632. obtinuit relaxari mandatum exequutiuũ ab A.C. vigore obligationis Cameralis contra Franciscum Pauonum venditorem domus, de qua agitur, ad faciendum consentire venditioni d. domus Diotalleuium Lallium super eadem domo ius habentem iuxta pactum in Instrumento d. venditionis appositum.

Appellauit Pauonus à d. mandato sub die 14. Iunij eiusdem anni 1632. & Signatura sub die 1. Iulij eiusdem anni rescripsit cum clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis; Causa tamen appellationis spatio biennij, & vltra non prosequuta, d. Iunipera sub die 23. Iunij anni 1634. d. mandatum super quibusdam bonis hæreditarijs d. Pauoni exequi fecit.

Sed cum hæredes d. Pauoni iterum adita Signatura obtinuissent sub die 20. Iulij eiusdem anni 1634. committi causam appellationis in Rota cum clausula, *si quid exequendum,* cõtendebant prædictam exequutionem, cæteraque hoc medio tempore gesta subiacere vitio attentatorum: Vnde in locum Reuerendissimi D. Vrgelleñ in hac causa subrogatus dedi dubium, an constet de attentatis; quo hodie proposito, DD. resolutionem capere noluerunt, ea moti ratione; quia licet vbi
1 Signatura † rescribit cum clausula, *si quid exequendum*) d. rescriptum videatur retrotrahi, & inducere effectum suspensiuum vsque ab initio interpositæ appellationis, adeo vt gesta hoc medio tempore sint attentata, *Rota in Romana domorum de Zacchonis 17. May 1621. & in Vrbeuetana bonorum 26. Ianuarij, & 27. Martij 1624. coram bon. mem. Vbaldo, & in Leodien. Dominij de Hollonia 25. Iunij 1627. & in Perusina fideicommissi 20. Febr. 1630. coram Reuerendiss. D. Vrgellen. & in Mantuana Iurispascendi 26. Iunij 1628. coram bon. me. Card. Virili, & in Ferrarien. pecuniaria 7. Apr. 1631. coram R.P.D. meo Motmanno, & in Bononien. de Barzellinis 20. Nouembris anni præteriti coram R.P.D. meo Buccabella.*
2 Attamen hoc procedit, quando Signatura cognoscit causam esse appellabilem etiam quoad effectum suspensiuum, nam tunc, quia Signatura detegit esse locum appellationi, d. rescriptum retrotrahitur, & gesta hoc medio tempore sunt attentata, & in his terminis procedunt decisiones in contrarium allegatæ: At quando Signatura rescribit simpliciter cũ
3 clausula, *si quid exequendum*, prout in præsenti casu, non dicit esse locum appellationi ad effectum suspensiuum, sed solum dubitat, quia huiusmodi rescriptum solum suspendit exequutionem, donec de iustitia sententiæ, vel mandati exequendi cognoscatur, *Paleott. dec. 133. quæ est decisio 487. num. 6. lib. 3. par. 3. diuers.*

& fuit

& fuit dictum coram Reuerendissimo D. meo Decano in causa Romana Vineæ de Fabijs 20. Decembris 1604.

4 Et ista clausula † intelligitur, *prout de iure*, quatenus scilicet exequutioni locus sit ex eisdem, quæ sola attenduntur ad hoc, vt sit locus exequutioni, *Abb. in cap. inter cæteras, nu. 8. vbi Felin. col. fin. de re iudic. Franc. in cap. dilecto, quæst. 55. de appellat. & pluries fuit in Rota resolutum.*

Et propterea cum Signatura non firmauerit, an sit locus appellationi ad effectum suspensiuum, sed solum ad effectũ deuolutiuũ, vt scilicet Rota cognoscat, an sit locus exequutioni, attentata visa fuerunt pendere à discussione negocij principalis; nam si est locus exequutioni, appellatio deuoluit tantum, & non suspendit; si verò non est locus, suspendit, & deuoluit, & per consequens gesta hoc medio tempore sunt attentata.

Quapropter DD. mandarunt, vt prius videatur, an sit locus exequutioni.

Et ita vna tantum &c.

ROMANA EVACVATIONIS DOMVS.

Lunæ 14. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Locatione finita res locata locatori, est restituenda.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus finita locatione tenetur rem locatam locatori restituere.*
2 *Appellatio non datur in remedio momentaneæ possessionis.*
3 *Iudicij qualitas dignoscitur ex monitorio, & ex prosequutis in causa.*
4 *Locatio censetur facta in fraudem conductoris primi, quando secunda fuit facta adhuc durante prima locatione.*
5 *Locatio non effectuata non præiudicat.*
6 *Inquilinatus ius inquilino non prodest, quando locator vult ipse inhabitare.*

DECISIO CCCXC.

FINITA locatione domus, de qua agitur, facta per Iubentium de Angelis Ioanni Vittiario fuit per d. Iubentium intentatum iudicium euacuationis coram A. C. qui mandatum relaxauit, à quo Vitriarius appellauit, & causam mihi cõm.tti obtinuit cum clausula, *si quid exequendum*, vnde dato à me dubio, an d. mandatum esset exequendum, DD. quia Iubentius non videbatur adimpleuisse formã Decreti Cameralis, in quo habetur, quod nullus Inquilinus possit eijci ex conducta domo à locatore nisi propter domus locatę vẽditionem, vel si dominus domum locatam per seipsum inhabitare velit, data eo casu fideiussione de illam inhabitando saltem per annum, resoluerunt quod renouata per Iubentium fideiussione ad formam d. Decreti, daretur mandatum de euacuando.

Nam cum terminus locationis effluxerit, & Iubentius declarauerit velle retinere domum pro vsu proprio, vtique potest Vitriarius compelli ad illam dimittendam, renouata tamen prius fideiussione (vt supra) quili-
1 bet enim Conductor, † seu Inquilinus elapso tempore locationis tenetur rem locatam locatori restituere, vel ex causa venditionis, vel ex causa vsus proprij, vel similium, ne dum vigore d. decreti, sed etiam ex iuris dispositione, *l. æde, & l. si quis conductionis, C. locat. Surd. cons. 205. num. 13. Gregor. XV. dec. 45. num. 3. & ibi Add. sub num. 7. Rota dec. 692. num. 2. par. 1. recent.* & in hoc remedio momentaneæ possessionis
2 non datur † appellatio, *Contard. de nomen. in ampliat. n. 71.*

Non obstat, quod Iudicium fuerit inchoatum super euictione Vitriarij conductoris, quod esset morosus in solutione pensionum: Quia ista causa in monitorio non fuit expressa, sed tantummodo emanauit Monitorium generale, quod potuit declarari in prosequutione Iudicij, cum illud sit munitum clausulis generalibus (deducendo omne ius suum
3 &c. non se astringens &c.) qualitas enim Iudicij dignoscitur ex monitorio, & ex prosequutis, *Greg. XV. dec. 335. nu. 16.* & fuit dictum in *Oscen. Optionis, seu Præbendæ 4. Iunij 1594. coram Gipsio.*

Non obstat locatio facta Dino ad quinquennium, quæ vti facta durante adhuc lo-
4 catione Vitriarii † censetur facta in fraudem Conductoris, *Gratian. discept. forens. cap. 460. num. 66. & seqq.* Quia cessat ista difficultas, ex
5 quo d. locatio † non habuit effectum, & sic nullum afferre potest præiudicium Vitriario, *Gozad. cons. 16. num. 16. & 17. Caphal. cons. 441. num. 106. & seqq.*

Non obstat, quod quousq; Vitriarius non renunciauerit iuri inquilinatus, semper possit vti eius priuilegio: Quia hoc est verum, & procedit, vbi Dominus domus vellet alteri domum locare, sed eum velit ipse eam inhabitare, & sit paratus adimplere requisita à de-
6 creto Camerali, ius inquilinatus † nihil prodesse potest, *d. l. æde, C. locat. Greg. XV. d. decis. 45. n. 3. & ibi Add. n. 7.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA LEGATI, SEV DOTIS.

Veneris 18. Maij 1635.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio regulariter euitari non potest volente debitore.*
2 *Fructus decursi constante matrimonio sunt viri, ac eius hæredum.*
3 *Fructus sunt restituendi illi, qui fuit passus euictionem in re sibi tanquam libera tradita, ac si euictio*

euictio sequuta non fuisset.

4 *Hoc procedit factis diligentys, ac defensionibus pro euitanda euictione.*

DECISIO CCCXCI.

CVM hodie reuideretur decisio facta in hac causa sub die 19. Ianuarij præteriti coram me, qua fuit resolutum Clementiæ Turri esse restituenda ab Antonio Ferretto filio, & hærede q. Iosephi sui viri scuta 350. vna cum fructibus à die interpellationis eidē Iosepho pro residuo suæ dotis assignata super quadam vinea sita extra Portam S. Ioannis d. Antonius eius fundamenta nō impugnabat, sed allegabat dumtaxat se esse creditorem eiusdem Clementiæ ex alijs causis pro maiori pecuniarum summa, pro qua prætendebat esse locum compensationi, quæ regula-
1 riter † euitari non potest volente debitore ad *text. in l. si constat, & l. fin. C. de compensat. Surd. dec. 197. num. 2. & 5. Franch. dec. 53. in fin. sa. me. Greg. X V. dec. 568. n. 11.*

Primo namque opponebat d. Clementiam post obitum d. sui viri exegisse scuta 56. pro fructibus cuiusdam census vitalitij scut. 100. in sorte ad rationem octo pro quolibet centenario, quem ipsa, siue Ioannes eius pater ad computum dotis d. Iosepho dederat, qui
2 tamen fructus, cum essent decursi † constante matrimonio, non ad ipsam Clementiam, sed Iosephum virum, & per consequens ad Antonium eius filium, & hæredem spectare dicebantur inxta *text. in l. dotis fructum, ff. de iur. dot. Mantic. decis. 90. num. 11. Gregor. X V. decis. 80. num. 5.*

Verùm hæc prætensio licèt in iure subsistat, attamen ex facto corruere visa fuit, quādoquidem non constat fructus decursos viuente marito ascendere ad prædictam summam scut. 56. sed solum ad scuta 40. nam solutio dd. scut. 56. facta fuit pro fructibus decursis spatio septem annorum completorum de mense Maij 1629. & tamen Iosephus obijt de anno 1627. eiusdem mensis; vnde demptis scutis 16. pro fructibus duorum annorum d. Clementię tanquam fructibus dotalibus debitorum, remanent solum scu. 40. quorum compensationem Clementia non euitabat.

Præterea opponebat d. vineam, quam Ioannes Pater Clementiæ assignauit d. Iosepho pro d. rata scutor. 350. fuisse postmodum euictam per Acchillem maritum Iuliæ alterius filiæ d. Ioannis occasione census sc. 100. in sorte per d. Ioannem super eadem vinea ad fauorem ipsius Acchillis impositi, dictumque Acchillem immissum ex remedio Saluiani in possessionem d. vineæ exegisse non solum scuta 42. pro fructibus census vsque tunc decursis, sed vlterius aliam maiorem summam vltra suum creditum, ac propterea Clementiam filiam, & hæredem d. Ioannis, qui vineam vti liberam ab omni onere assignauerat, teneri ad restitutionem omnium
3 fructuum, † quos Iosephus pater, & auctor Antonij percepisset, si d. vinea euicta non fuisset iuxta tradita per *Molin. de contrac. tract. 2. disp. 315. num. 5. & seq. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 4. nu. 5. vers. nam licet, iuncto vers. quod si verè, Rota in Senogallien. Prædij 24. Octob. 1586. coram Bubalo.*

Cæterum quidquid sit de identitate d. vineæ, responsum fuit non constare Iosephum
4 fecisse legitimas † defensiones pro euitanda d. euictione, qui tamen tenebatur agere contra Ioannem patrem Clementiæ, qui dotem super d. vinea assignauerat, vel recuperare vineam postquam Acchilles immissus ex remedio Saluiani fuerat de suo credito satisfactus, ac propterea æquum non esse, vt culpa Iosephi cedat in damnum ipsius Clementiæ pro restitutione suæ dotis agentis.

Et videbatur cessare difficultas, quia Iosephus post d. euictionem nedum se non declarauit creditorem d. Clementiæ eius vxoris occasione d. euictionis, quinimò fatendo se recepisse integram dotem scutor. 500. eam auxit ad alia scuta 1500. & eidem Clementiæ plura mobilia donauit, quod augmentum, & quam respectiuè donationem postea in eius vltimo testamento confirmauit, eamque dominam, & vsufructuariam omnium suorum bonorum reliquit, at si Iosephus voluisset esse creditor d. Clementiæ, vtique potius creditum remisisset, quam d. augmentum, & donationem fecisset.

Quapropter DD. censuerunt d. decisionem esse reformandam solum pro d. partita scutor. 40. & sic esse restituenda scuta 310. non autem 350.

Er ita &c.

VRBEVETANA CENSVS.

Lunæ 21. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Census impositio facta ab aliquo contemplatione alterius personæ, secuta eius ratificatione, perinde est, ac si ab eo fuisset celebrata. Censum nulliter impositum retificans tenetur ad damna & interesse. Census si fuerit impositus super fundo alienari prohibito, quando debeantur damna, & interesse loco fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Censum si quis creauerit, si alius recognouerit bonā fidem, ac censum sui contemplatione impositum fuisse, illiusque precium recepisse declarauerit, & se obligauerit in forma Cameræ &c. ad omnia &c. ex hoc efficitur principalis debitor, perinde, ac si eum imposuisset.*

2 *Communitates non possunt alienare, vel obligare eorum bona absque licentia Papæ, vel Cameræ Apostolicæ.*

3 *Ex censu nulliter imposito, nulli fructus debentur.*

4 *Census nulliter impositus, si quis vti principalis ratificauerit, benè substinetur ad hoc vt ipse teneatur ad fructus loco damnorum & interesse.*

5 *Per ratificationem alicuius instrumenti, censetur quis obli-*

obligare ad omnia contenta in eo.

6 *Promissio facta ad fauorem alicuius, fauere non potest ei, qui in instrumento promissionis non interuenit.*

7 *Clausula*, quorum interest, *aut interesse poterit continetur sub obligatione Camerali.*

8 *Obligatione restricta ad certã personam taxatiuè non conditionaliter clausula*, quorum interest, *non se extendit ad alias personas.*

9 *Census remanet solum sub obligatione personali si sit impositus super fundo alienari prohibito.*

10 *Census quando est impositus super fundo expressè alienari prohibito, vt debeantur damna & interesse loco fructuum, sufficit, quod census sit impositus super fundo certo, & fructifero etiam si dictus fundus sit prohibitus alienari.*

11 *Census impositus super re expressè alienari prohibita, sciente creditore est ab initio nulla, & ex illo non debentur fructus, nec etiam loco damnorum, & interesse.*

12 *Sed hoc intellige quando Dominus rei non consentit impositioni, ac reclamat, secùs verò si id fiat ipso sciente, & consentiente.*

DECISIO CCCXCII.

COMMVNITAS Proceni sub die 5. Augusti 1599. imposuit annuum censum scut. 216. super quadam sua Tenuta, quem vendidit Cornelio Maidalchino pretio scut. 1700. promittens inter alia d. census impositionem, ac venditionem esse, & perpetuo fore bonas, & validas &c. & in euentum contrarij de euictione tam generali, quam particulari teneri voluit.

Die verò sequenti bo: me: Dux Alexander Sfortia recognouit bonam fidem d. census, illumque sui contemplatione impositũ fuisse ac pretium recepisse declarauit, fructusque soluere quolibet anno, ac dictam Communitatem, & fideiussores indemnes releuare promisit, vt in instrumentis obligatione Cameralivallatis, *Summ. num. 1. & 2.*

Lite introducta coram A.C. ad instantiam hæredum d. Maidalchini pro consequutione fructuum d. census, fuit Rota consulta, an pro dd. fructibus esset relaxandum mandatum contra Excellentissimum D. Ducem Sfortiam, & per duas decisiones emanatas sub diebus 10. Martij 1628. & 11. Maij 1629. coram Eminentissimo Cardinali D. meo Vbaldo affirmatiuè respondit, quarum vigore A. C. mandatum relaxauit.

Causa appellationis à dicto mandato mihi commissa cum clausula (si quid exequẽdum) proposui dubium, an illud esset exequẽdum, & DD. affirmatiuè pariter responderunt, quia illius validitas non controuertebatur, & de iustitia satis liquere visum fuit ex benè deductis in dictis duabus decisionibus.

Quamuis enim sola Cõmunitas imposuerit d. censum, illumque vendiderit dicto Maidalchino absque interuentu dicti D. Ducis, attamen cum Dux die sequenti recognouerit bonam fidem, ac censum sui contemplatione impositum fuisse, illiusque pretium recepisse declarauerit, ac fructus soluere in forma Ca-

1 meræ se obligauerit, vtique censetur † fecisse eundem censum, illiusque principalis debitor effectus fuit, perindè ac si ab initio ipsemet censum imposuisset, & cum eodem Maidalchino contraxisset, *Mohed. decis. 8. de procur. Rota par. 1. diuers. decis. 132. nu. 23. & apud Zacch. de obligat. Camer. decis. 81. num. 1. cum aliis in dd. decisionibus allegat.*

Non obstat, quod impositio d. census fuerit ab initio nulla ex eo, quod Communi-

2 tas contraxit absque licentia Papæ, † vel Cameræ Apostolicæ in alienatione, vel obligatione bonorum Communitatum requisita, iuxta Constitutionem Sixti V. 42. *in Bullar. nou. §. 5. innouatam per Clem. 8. const. 10. §. 12.* & notat *Cenc. de censib. post. 1. cap. 2. quæst. 2. artic. 1.*

3 *num. 12.* ac proptereà nulli † fructus debeantur *Cenc. de cens. par. 1. cap. 2. quæst. 4. art. 7. num. 7. & seqq.*

Quia fuit responsum hodie non agi contra Communitatem, cuius fauore dd. Constitutiones emanatæ fuerunt, sed contra ipsum Ducem, qui vt dictum est ob dictam recognitionem effectus fuit principalis debitor d. census; Vnde esto, quod dictus census fuerit ab initio nullus, quoad ipsam Communitatem nihilominus, quoad ipsum Ducem principa-

3 liter obligatum † benè substinetur ad hoc, vt ipse teneatur ad fructus loco damnorum, & interesse, vt in his terminis recedendo à decisis *coram Cantuccio sub die 29. Martii 1585. apud Cenc. de censib. decis. 45. dixit Rota coram Seraphin. decis. 785. & decis. 78 /. & in Tudertina Census coram Iusto apud eundem Cenc. de cens. decis. 138. & in Romana Census S. Celsi coram eodem Iusto decis. 229. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 61. num. 1. & seqq.* & facinnt tradita per *Gregor. XV. decis. 560. & 564. & fuit dictum in eisdem decisionibus in causa factis coram Eminentissimo D. meo Vbaldo.*

Nec releuat si dicatur censum fuisse nulliter impositum ab ipsa Communitate non autem à D. Duce, nec Ducem in instrumento dictæ recognitionis se obligasse in casu nullitatis census; quia cum ipsa Communitas promiserit impositionem, ac venditionem d. census esse, & perpetuo fore bonas, & validas, & in euentum contrarij de euictione tam generali, quam particulari teneri voluit, ipseque Dux recognouerit bonam fidem dictæ impositionis, ac venditionis vtique Dux tenetur in casu nullitatis census etiam quod ipse censum non imposuerit, nec expressè in instrumento dictæ recognitionis se obligauerit in casu nullitatis, quia ob dictam recognitio-

5 nem † censetur ratificasse omnia quæ in instrumento dictæ impositionis continentur, vt supra dictũ fuit, & consequenter se obligasse etiam in casu nullitatis census, prout ipsa Communitas teneri voluit, ad tradit. per *Tiraquel. tract. de iur. const. par. 3 limit. 40. num. 11. & 12. Bald. consil. 184. lib. 2. Alex. consil. 127. col. 1. vol. 5. Cæs. de Graff. decis. 3. num. 12. de fideiuss.*

Non obstat responsio, quod huiusmodi recognitio, ac promissio fuerit facta ad fauorem

6 Communitatis, ideòque † illi dumtaxat suffragetur non autem Maidalchino, qui in instru-

instrumento dictæ recognitionis non interuenit, *Gratian. discept. 723. num. 1. & 5. Rot. dec. 33. post Cenc. de censib.*

Quia cum in dicto instrumento enuncietur censum impositum fuisse per dictam Communitatem ad fauorem ipsius Maidalchini, ipseque Dux recognoscendo bonam fidem se obligauerit ad solutionem fructuum d. census in forma Cameræ, dicta recognitio, ac obligatio suffragatur etiam Maidalchino emptori census propter clausulam, † (quorum
7 intereſt aut intereſſe poterit, quæ sub obligatione Camerali continetur, *Rota decis. 5. nu. 10. & decis. 69. num. 4. post Galles. de obligat. Camer. & decis. 246. num. 2. & decis. 271. numer. 2. par. 1. diuersor.*

Non obstat *d. decis. 33. num. 3. Gratian. d. discept. 723. ex aduerso allegat.* quia loquuntur de
8 obligatione † restricta ad certam personam taxatiuè & conditionaliter, quo casu clausula (quorum intereſt) non se extendit ad alias personas ex iuribus ibi allegat. at in præsenti casu obligatio Ducis nõ est restricta ad ipsam Communitatẽ, quinimmò in instrumento dictæ recognitionis enunciatur censum impositum fuisse ad fauorem Maidalchini, ipseque Dux solutionem fructuum promisit, quæ ipsum Maidalchinum, & non alium respicit, vt fuit in alijs decisionibus ponderatum.

Nec dicatur censum remanere sub obliga-
9 tione personali dumtaxat absque fundo † ex quo census fuerit nulliter impositus super tenuta Communitatis alienari prohibita.

Nam ad effectum vt debeantur damna, &
10 intereſſe loco fructuum sufficit, † quod census sit impositus super fundo certo, ac fructifero etiamsi d. fundus sit prohibitus alienari, *Seraph. decis. 785. & decis. 787. Rota decis. 138. & 289. apud Cenc. de censib.*

Demum non obstat, quod Maidalchinus censuarius sciebat, vel scire debebat Tenutam super qua census fuit impositus, alienari non posse per dd. Constitutiones, census autem
11 impositio † super re expresſè alienari prohibita sciente creditore est ab initio nulla, & ex illo non debentur fructus, nec etiam loco damnorum, & intereſſe, *Rota decis. 309. num. 5. & seqq. post tract. de censib. Gratian. decis. 13. n. 13. num. 12. & seq. Duard. de censib. §. 1. quæst. 16. sub num. 14. vers. & non tantum.* Quia fuit respon-
12 sum † id procedere quando Dominus rei non consensit impositioni, & reclamat *Rota decis. 13. num. 2. post Cenc. de censib.* secus autem quando prout hic ipso sciente, & consentiente census imponitur, *Mantica decis. 201. Rota decis. 70. part. 2. recentior. & decis. 13. decis. 24. & decis. 138. num. 5. vers. qua propter post Cenc. de censib.*

Et ità vtraque &c.



GERVNDEN. BENEFICII.

Veneris 25. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Prouisus à Sede Apostolica de beneficio mediante gratia non iustificata, illius possessionem obtinere non potest.

SVMMARIVM.

1 *Industria personæ electa excluditur deseruire per substitutum*
2 *Prouisus Apostolicus suam narratiuam, debet concludenter probare, quamuis consistat in negatiua.*
3 *Minor 14. annorum non potest obtinere beneficium iuxtà dispositionem Sac. Concil. Trid.*
4 *Minor septem annorum est habilis ad obtinenda beneficia simplicia de iure communi.*
5 *Narratiua debet concludenter probari ab eo qui in ea se fundat.*

DECISIO CCCXCIII.

DALMATIVS de Raset Archidiaconus Ecclesiæ Gerundeñ post fundationem factam de beneficio, de quo agitur, in Capella SS. Dalmatij & Georgij eiusdẽ Ecclesiæ in eius vltimo, sub quo decessit testamento imposuit onus Beneficiato celebrandi Missas, & Diuinis officiis intereſſendi; Ius verò præsentandi, seu eligendi ad dictum Beneficium reliquit Beneficiatis aliorum trium beneficiorum antea per ipsum erectorum, adiecta tamen conditione, quod huiusmodi præsentatio fieri deberet de proximiori de parentela de Raset si tamen existeret.

Vacante deinde dicto beneficio de an. 1629. per obitum Iacobi Garbi prædicti tres beneficiati elegerunt Thomam della Nuca, & de Raset, qui præuia confirmatione Ordinarij possessionem eiusdem beneficij accepit. Cum verò Petrus Ioannes Pallares prætenderet dictum Thomam pruisum carere qualitatibus à dicto Testatore requisitis, obtinuit prouideri à Sede Apostolica de dicto beneficio, & hinc fuit ortum dubium, An gratia Petri Ioannis sit iustificata, quo hodie à me proposito, DD. negatiuè responderunt.

Nam Petrus Ioannes tria præcipuè narrauit videlicet, beneficium non requirere personalem residentiam, Thomam existentem in 7. vel 8. ætatis anno non esse à Sede Apostolic dispensatum ad beneficia simplicia obtinenda, & denique Thomam non esse de familia de Raset.

Quoad primum tantum abest, quod iustificetur, quinimmò constat de contrario ex instrumento fundationis, dum expressis verbis fundator mandauit, quo beneficiatus quotidie intereſſet in Choro Ecclesiæ Diuinis officijs, horis diurnis, & nocturnis cantando, & officiando vna cum alijs, prout sibi mandabit

1 præcentor, ex quibus verbis censetur † electa industria personæ, & exclusa facultas deseruiendi per substitutum, *Gonz. super reg. 8. gloss. 5. num. 80. & 100. & numer. 104. versic. quartus casus. Monet. de commut, volunt. cap. 10. num. 149. & 150. Rota decis. 635. num. 2. & seqq. par. 2. recent.*

2 Quoad secundam narratiuam† non dispensationis Thomæ illa pariter non probatur, cum tamen illa concludenter probari deberet per Petrum quamuis consistat in negatiua, *Gabr. de probat. concl. 6. Rot. decis. 268. num. 4. par. 1. diuers. & decis. 444. num. 2. par. 2. recent. Adden. ad Gregor. decis. XV. decis. 13. numer. 8. & decis. 577. num. 6. & 7.*

3 Non obstat, quod prouisio †dicti Thomæ non possit sustineri ob minorem ætatem 14. annorum iuxta dispositionem Sac. Concilij, nam licet Concilium requirat d. tempus 14. annorum ad beneficia simplicia obtinenda, tamen cum fundatio dicti beneficij sit facta de anno 1448. & sic longè ante Concilium, illius dispositio non venit attendenda, sed ius

4 commune, secundum † quod in septimo ætatis anno constitutus est habilis ad obtinenda beneficia simplicia, vt latè fuit firmatum in *Monopolitana Beneficij apud Viuian. de Iurepatron. decis. 19. num. 9. & seqq.*

5 Tertia denique narratiua,† quod Thomas non sit de familia de Raset, & de parentela fundatoris non probatur, & tamen illa esset concludenter probanda à Petro cum sit fundamentum intentionis suæ, *Rota d. decis. 268. par. 1. diuers. & d. decis. 444. num. 2. par. 2. recent.*

Et ità vtraque &c.

CAESARAVGVSTANA BENEFICII.

Veneris 25. Maij 1635.

Argumento non eget.

SVMMARIVM.

1 *Testis de auditu regulariter non probat.*
2 *Probatio incerta, & æquiuoca non est attendenda.*

DECISIO CCCXCIV.

DOMINI iterum hodie responderunt contra Fratrem Antonium Sauinum informantem, & sic perstiterunt in decisis sub die 9. Februarij proximè præteriti, in qua fuit resolutum, ei non esse dandum mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur, ex quo de illius possessione non

1 docetur nisi per testes † de auditu, qui regulariter non probant ex allegat. in decisione.

Non obstat testis nouiter examinatus ad probandam dictam possessionem, quia adhuc ille eodem defectu laborat: Quamuis enim deponat, Commendatorem Hieronymum Medinam vti possessorem dicti Sauini accepisse possessionem huius beneficij, & eius fructus, & redditus percepisse, eosque eidem Sauino remisisse, attamen reddens causam scientiæ, inquit, *E sò le sudette cose, perche io son nato in Saragozza, & hò pratticato con detto Commendatore Frà Girolamo Medina, e da S. Signoria hò inteso che detto beneficio Priorato lo teneua, e n'haueua cura à nome di detto Fr. Antonio*, & sic quoad possessionem deponit etiam de auditu, qui propterea nõ probat, vt in decisione firmatur.

Nec releuat adminiculum desumptum ex transmissione pecuniarum per eumdem Medinam dicto Sauino factam, quia partita Banchi, in qua dicta transmissio continetur, non cantat pro fructibus beneficij, ideoque tam-

2 quam † æquiuoca non meretur attendi, *cap. in præsentia de probat. l. neque natales, C. eodem tit. Greg. XV. decis. 405. num. 2.*

Prout nec releuat depositio eiusdem testis quoad dictam transmissionem pecuniarum, Quia in causa scientiæ, inquit, *Io lo sò, perche di detto tempo io mi ritrouaua in casa del Sig. Commendator Medina, e viddi la lettera di cambio, & intesi dal medesimo Signor Commendator Medina, che erano per li frutti del benefitio*, & sic etiam deponit de auditu.

Et ita vna tantum &c.

ROMANA LEGATI.

Veneris 1. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Donatio constante matrimonio, à marito vxori facta, an sit valida.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta constante matrimonio sustinetur, cum illa fuerit in testamento expressè confirmata.*
2 *Massaritiarum appellatione veniunt suppellectilia.*
3 *Amplia, vt veniant etiam vasa argentea, quæ sunt parata ad quotidianum vsum, & habentur loco suppellectilium. num. 2.*
4 *Qui totum dicit nihil excludit.*
5 *Testis vnicus nihil probat.*

DECISIO CCCXCV.

IOSEPHVS Ferrettus constante matrimonio auxit dotem Clementiæ vxoris suæ in scutis 1500. vna cum omnibus massaritijs domus, de quibus voluit, quod ipsa esset absoluta Domina, & patrona per hæc verba, *Vuole che sia Signora e padrona di tutta la massaritia che si trouerà nel tempo della sua morte di qualsiuoglia valore, e ne possa fare, e disporre quello che li parerà, e piacerà &c.* Quam donationem idem Iosephus in vltimo sub quo decessit testamento expressè confirmauit.

Sed cum Antonius filius, & hæres dicti Iosephi prætenderet dictam donationem vti factam constante matrimonio fuisse inualidam, vel saltem sub illa non comprehendi quædam mobilia argentea reperta in hæreditate dicti Iosephi, Clementia litem introduxit coram

A.C.

A.C. à quo tam pro dicto augumento scutorum 1500. de quibus hodie non agitur, quam pro suppellectilibus mandatũ obtinuit. Cumque Antonius à dicto mandato appellasset, causaque appellationis mihi commissa prætenderet dictam Clementiam post inhibitionem Rotalem dicta mobilia è domo d. Testatoris asportasse, ac postmodum illa ab eodem A. C. sibi consignari obtinuisse, ac propterea omnia prædicta esse attentata, dedi dubium, an constaret de attentatis in cuius disputatione habita sub die 30. Aprilis 1629. DD. mandarunt, vt videretur de bono iure; Vnde proposito hodie dubio, an constaret de bono iure Antonij negatiuè fuit responsum.

Nam quod dicta donatio sit valida res visa fuit carere difficultate, quia licet illa vti facta constante matrimonio videatur prohibita tam ex dispositione iuris communis, quàm ex
1 statuto Vrbis; attamen cum † illa fuerit in testamento eiusdem Iosephi expresse confirmata benè sustinetur, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 7. num. 20. Paris. consil. 90. num. 26. lib. 3.* & fuit dictum in hac causa 25. *May* 1633. *& 19. Ianuarij præteriti coram me*.

Quod autem sub dicta donatione comprehendantur etiam mobilia argentea dicti Testatoris, & sic quod etiam ex hoc capite excludatur bonum ius Antonij satis deducitur ex eo quod Iosephus donauit omnes massaritias domus, appellatione † autem massaritiarum, quæ idem important, quod suppellectilia, *Bart. in l. 1. ff. de suppellect. leg. Ias. in l. si quis in fundi num. 27. ff. de leg. præst. Pap. in forma libell. pro legat. re. singul. numer. 94. Abb. consil. 88. numer. 2. lib. 2. Tusch. conclus. incip. massaritiarum appellatione in ordine 104. num. 1.* veniunt etiam vasa argentea, † quando illa sunt parata ad quotidianum vsum domus, & habentur loco suppellectilium, *l. 3. §. vitrea, l. cum quidam, l. legata, §. suppellectilis, ff. de suppell. leg. Alex. consil. 216. numer. 8. versic. tamen hæc vera sunt lib. 7. Card. Tusch. concl. incip. legatum de massaritys 122. num. 6.*
2

Eoque magis, quia Donator vsus fuit amplissimis, & vniuersalibus verbis, ibi, *di tutta la massaritia di mia casa di qualsiuoglia valore &c.* vnde per dictam vniuersalem dispositionem
4 etiam de his argenteis sensisse videtur, † nam qui totum dicit nihil excludit, *d. l. à procuratoribus, vbi gloss. & Bald. C. de procurat. Bart. in l. Iulia num. 2. de leg. 3. Dec. consil. 472. num. 2.*

Nec releuat testis pro parte Antonij examinatus asserens dictum Iosephum hisce mobilibus quotidie vsum non fuisse; nam vltra
5 quod d. testis † tamquam vnicus non probat ex regula, quod dictum vnius dictum nullius sat est, quod illa essent destinata ad quotidianum vsum domus, & loco suppellectiliũ haberentur ad hoc vt illa inter suppellectilia computentur ex iuribus supra allegat.

Et ità vtraque &c.

TOLETANA CONSERVATORIAE.

Mercurij 6. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo cui concedatur, & possessio ad dictum effectum qualiter probetur, & aliqua circa materiam conseruatoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio est concedenda possessori, & num. 7.*
2 *Possessio probatur per testes de visu, & de certa scientia deponentes.*
3 *Testes non probant possessionem controuersam si de alia diuersæ speciei deponant.*
4 *Confessione propria nulla maior probatio.*
5 *Mandata de manutenendo faciunt adminiculum ad probandum.*
6 *Probationes leuiores admittuntur in iudicio manutentionis.*
8 *Possessio antecessoris suffragatur successori in dignitate ad effectum manutentionis.*
9 *Possessio quando est antiquissima est manutenenda etiam si contra se habeat aliquam resistẽtiam iuris.*
10 *Conseruatorem in quibus terminis solus Papa possit deputare.*
11 *Vniuersitates Parisien. & Salamanticen. habent priuilegium eligendi sibi Conseruatorem.*
12 *In iudicio summarissimo manutentionis non admittuntur ea quæ respiciunt altiorem indaginem.*
13 *Officium aliquod quando fuit reuocatum euanescit etiam causa manutentionis.*
14 *Conseruatoria valdè differt ab executoria.*
15 *Constit. Greg. XV. super reuocat. Conseruat. in quibus Conseruatoriis loquatur, & num. 16.*

DECISIO CCCXCVI.

PRATENDENTE Commendatore Monasterij Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Oppidi Compluti mandatum de manutenendo in quasi possessione iuris exercendi officiũ Conseruatoriæ in Collegio maiori S. Ildephonsi, seu Vniuersitate Compluteñ Oppidi de Alcalà de Henares Toletanæ Diœcesis: Proposui dubium sub die 6. Nouembris proxime præteriti, An ei dictum mandatum esset dandum, in cuius disputatione, quia Rector & Collegiales dictæ Vniuersitatis in alia excipiebant de censuris per Commendatores antecessores incursis, tam ob non paritionem litterarum exequutorialium aliàs à Rota coram bon. memor. Card. Lancellotto, & Eminentissimo D. Cardinali Verospio ad instantiam eiusdem Vniuersitatis relaxatarum, quam etiam ob varios recursus ad Consilium Regium habitos: viceque versa idem Commendator alias censuras ob similes recursus per dictum Rectorem incursas obijceret, DD. tunc mandarunt, quod vtraque pars peteret absolutionem: Cumque nouus Commendator infra mensem dd. exequutorialibus sufficienter paruerit, & respectu omnium recursum suorum antecessorum eis plenè renunciauerit, reassumpta fuit disputatio super articulo

ticulo manutentionis, quam hodie DD. vnanimiter dixerunt d. Commendatori esse con-
1 cedendam, quia de possessione † exercendi dictum officium Conseruatoriæ ex pluribus constare visum fuit.

Et primo ex pluribus testibus de dicta pos-
2 sessione, † de visu, & certa scientia deponentibus, qui propterea benè probant *Felin. in cap. cum causam col. 2. de testib. Bald. in l. presbyter n. 17. C. de Episc. & Cleric. consf. 245. num. 6. vol. 5. Gabr. de testib. concl. 4. num. 58.*

Nec subsibit, quod prædicti testes concludant solum quoad possessionem exercendi iurisdictionem contentiosam in cognitione causarum dictæ Vniuersitatis (quam non competere dicto Commendatori, sed Rectori eiusdem Vniuersitatis per sententiam Rotalem declaratam extitit) non autem quoad possessionem exercendi officium Conseruatoriæ,
3 ac † propterea tamquam possessio diuersæ speciei nou suffragetur *Rota decis. 17. nu. 3. & 4. par. 2. diuers.* Nam ex lectura dd. testium satis apparet eos distinguere iurisdictionem iudicialem à iurisdictione exercendi officiũ Conseruatoriæ; Nam secundus exprestè deponit Commendatores pro tempore d. Monasterij B. Mariæ de Mercede vsos fuisse iurisdictione Iudicum Conseruatorum contra laicos ad instantiam Scholarium dictæ Vniuersitatis, & cognouisse de eorum litibus, idemque comprobat secundus super tertio asserens se vidisse Commendatores pro tempore semper fuisse Conseruatores Vniuersitatis Compluteñ, & in hac possessione similium Conseruatorum, & vtendi iurisdictione ipsis concessa, & cum eadem distinctione deponit sextus super secundo, dum inquit, Commendatores pro tempore pacificè, & quietè extitisse in possessione fungendi officium Conseruatoris, & exercendi iurisdictionem iudicialem; & septimus super secundo, ait, se vidisse Commendatores B. Mariæ de Mercede fuisse Conseruatores Vniuersitatis Compluteñ, & vti tales exercuisse officium Conseruatoriæ, & iudicatoriæ; idemque melius deponunt octauus, nonus, & decimus, qui omnes cum effectu concludunt Commendatores pro tempore vltra iurisdictionem iudicialem, super qua hodie non petitur manutentio, exercisse etiam effectum Conseruatoriæ iura, & priuilegia dictæ Vniuersitatis conseruando, & defendendo.

Secundo ex pluribus mandatis per Commendatores antecessores tamquam Conseruatores ad instantiam Rectoris eiusdem Vniuersitatis vsque de anno 1572. relaxatis.

Tertio ex confessione emanata tàm in libello de partibus, quàm in commissione Rotali, in quibus Rector Vniuersitatis dictum Commendatorem appellat Conseruatorem, eumque ratione dicti officij iurisdictionem exer-
4 cere, † qua confessione nulla maior probatio, *l. 1. C. de confess. l. cum te, C. de transact. Greg. XV. decis. 458. num. 3. 5. & 6.* maximè cum sit emanata in iudicio, *l. cum precum, C. de liber. caus. Greg. XV. decis. 585. num. 9.*

Quarto ex alia simili confessione coram Episcopo Abulen de anno 1617. in qua Syndicus Vniuersitatis dictum Commendatorem appellat Iudicem Conseruatorem d. Vniuersitatis eius iura, & priuilegia conseruando, & defendendo.

His accedit sententia Rotalis lata ad fauorem Rectoris d. Vniuersitatis de anno 1604. coram bon. mem. Card. Horatio Lancellotto, qui d. possessionem præsupponit; nam licet in ea fuerit declaratum d. Commendatori non competere iurisdictionem iudicialem, sed Rectori, attamen iniungitur eidem Commendatori; vt tamquam Conseruator semper teneatur ratione sui officij d. iurisdictionem Rectoris defendere, & conseruare.

Eamdemq; possessionem præsupponũt duo mandata de manutenendo in quasi possessione exercendi d. officium Conseruatoriæ ad fauorem eiusdem Commendatoris in partibus relaxata ab Eminentissimis Cardinalibus Cennino, & Montio tunc Hispaniarum Nun-
5 cijs, quæ mandata † faciunt saltem adminiculum, *l. Herennius, §. sicut, ff. de euict. Gabr. comm. concl. tit. de sent. num. 1.* & fuit dictum *in Romana Pecuniaria sub diebus 10. Maij, & 3. Iulij 1634. coram me.*

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis d. possessio satis superque probata remanet,
6 cum † in hoc iudicio summarijssimo retinendæ leuiores probationes sufficiant, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. Castr. consf. 3. num. 8. vers. quarto, Seraph. decis. 624. num. 5. cum alijs,* & propterea moderno Commendatori manutentio
7 negari † non debet *ad vulg. §. retinendæ instit. de interdict. Bart. in l. 1. ff. vti possidet. cum com. ord.* Cum possessio antecessoris suffragetur suc-
8 cessori in dignitate † ad effectum manutentionis, *Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 73. cum seqq. Rota decis. 326. num. 1. & 623. num. 2. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 246. num. 1. Reuerendissimus D. meus Decanus decis. 26. num. 3.*

Præsertim quia d. possessio est antiquissima, & spatio 80. annorum, & vltra continua-
9 ta, quæ † propterea venit manutenenda, etiam si contra se aliquam haberet iuris resistentiam *Franc. in cap. ad decimas num. 8. de restit. spol. in 6. Rota decis. 534. num. 7. par. 1. & decis. 595. num. 7. diuers. & decis. 585. num. 3. par. 1. recent.*

Non obstat, quod non constat de legitima deputatione d. Conseruatoris, & solus Papa in istis terminis potuerit deputare Conserua-
10 torem. Imò secũdum veriorem, † nec etiam Legatus, nec Archiepiscopus, aut alius inferior potuerit deputare, ex *Monet. de Iudic. Conseruat. cap. 4. per tot.* Quia vltra quod in litteris erectionis huius Vniuersitatis Iulij II. apparet huic Vniuersitati Compluteñ communicata omnia priuilegia aliarum Vniuersitatum
11 & signanter Parisieñ, † & Salamanticeñ, quæ (vt supponitur) habent huiusmodi priuilegiũ eligendi sibi Conseruatorem, vt de Vniuersitate Salamantina supponit *Rota coram Seraph. decis. 185. & 595. Monet. d. tract. cap. 6. num. 14.* cuius priuilegij vigore Rector, & Collegiales dictæ Vniuersitatis d. Commendatorem in

Conser-

Conseruatorem eligere potuerunt (prout de facto elegerunt) DD. dixerunt huiusmodi exceptionem tamquam respicientem altio-
12 rem † indaginem esse reiiciendam ad petitorium, nec admitten. in hoc summarijssimo iudicio retinendæ.

Nec obstare visum fuit, quod Episcopus Abulen. vnus ex tribus executoribus deputatis in litteris Iulij Secundi de anno 1537. subdelegauerit in omnibus Commẽdatorem, donec eum dixisset reuocandum, & hanc subdelegationem sub ista qualitate, d. Commendator acceptauerit, quoque successor d. Episcopi de anno 1617. dictam subdelegationem reuocauerit, & de anno 1628. Abbatem Sancti Bernardi in locum dicti Commendatoris subrogauerit. Vndè inferebatur Commendatores exercuisse officium Conseruatoris nõ iure proprio, sed in vim dictę subdelegationis,
13 qua postmodum reuocata omnem † possessionem, & sic causam manutentionis vna cum ea euanuisse, *iuxta trad. per Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 37.*

Nam fuit responsum dictum Episcopum Abulen., aliosque in dd. litteris nominatos non fuisse deputatos Conseruatores d. Vniuersitatis, sed dumtaxat meros exequutores dictarum litterarum, quę aliud non continent nisi exemptionem a iurisdictione ordinaria d. Vniuersitati, eiusque officialibus concessam, & Sedi Apostolicæ immediatam subiectionem, vt constat ex eius lectura, quod nil
14 commune habet cum † Conseruatoria, *iuxta term. cap. fin. de off. deleg. in 6.*

Quod satis ex eadem obseruantia comprobatur; nam in eisdem actibus ex quibus dicta possessio deducitur, dictus Commendator vocatur, & intitulatur simplex Conseruator non autem subdelegatus, aut subconseruator vt ex aduerso prætenditur.

15 Pariter non releuat † Constitutio san. mem. Gregor. XV. *in nou. Bullar. tom. 4. in ord. 9.* in qua reuocantur omnes Conseruatoriæ tam perpetuæ, quàm temporales in vim quorumcumque priuilegiorum concessæ etiam ex titulo oneroso.

Quia vltra quod dicta Constitutio non legitur de Conseruatorijs Vniuersitatum, & Studiorum generalium; an dicta Constitutio comprehendat Conseruatoriam, de qua agitur, nec ne; hoc non visum fuit DD. discutiendum in præsenti disputatione, sed reij-
16 cien. † ad petitorium, prout etiam alias obiectiones deductas pro parte Rectoris, quæ pariter non visę fuerunt præsentis indaginis.

Et ità vtraque parte informante decisum fuit &c.

TVDERTINA PAROCCHIALIS.

Mercurij 6. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ex quibus dicatur acquisitum ex causa onerosa resultan. ex cœquali dotatione: quomodo augmentum probetur, & an iuspatronatus licet ex priuilegio cadat sub regulis reseruatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus si sit acquisitum ex causa onerosa coequalis dotationis licèt ex priuilegio non cadit sub reseruatione reg. 8. & per consequens, nec sub collatione indultary, & num. 2.*

3 *Testes deponentes per eumdem præmeditatum sermonem non probant.*

4 *Executor, quando est merus potest absque vitio nullitatis extraiudiciales informationes capere pro iustificatione narratorum.*

5 *Promotor Fiscalis est legitimus contradictor, quando agitur de supponendo aliquod beneficium seruituti iurispatronatus.*

6 *Promotor Fiscalis non est citandus, quando Papa concedit iuspatronatus ex gratia non ex iustitia.*

7 *Iuspatronatus, & augmentum dotis concludenter est probandum, quando fuit positum in conditione.*

8 *Iuspatronatus, quando dicatur cum effectu, & non præsumptiuè probatum.*

9 *Probatio tunc requiritur concludens, quando ipsa probatio est posita in conditione, secus quando simpliciter est addita conditio, puta (postquam auxeris ad tantundem) cum hoc casu leuiores probationes admittantur.*

10 *Obseruantia 30. annorum sufficit prò iustificatione implementi, & assignationis redditumm, & n. 11. & 12. vbi etiam quoad vtilitatem Ecclesiæ.*

13 *Pertinentiam Iurispatronatus sufficit deducere non solum à dotante, sed etiam ab eo, qui semel præsentauit.*

14 *Iurispatronatus non comprehenditur sub facultate alicui data testandi de certa portione cum ipsum sit pretio inestimabile.*

15 *Iuspatronatus venit sub vniuersitate bonorum.*

16 *Vacatio beneficij per obitum N. bene probatur ex confessione partis venientis ex eadem vacatione.*

DECISIO CCCXCVII.

VACANTE de mense Iulij 1632. per obitum q. Lazzari Desiderij Ecclesia Parrocchiali, de qua agitur fuit de illa tamquam de libera prouisus ab Em.mentissimo D. Cardinali Lante vti Indultario beneficiorum vacantium in Diœcesi Tudertinã Franciscus Valentinus: viceque versa Dominæ Olimpia, & Theresia vti patronæ mediante persona D. Du cissæ Saluiatæ earum matris, & tutricis ad d. parrochialẽ præsentarũt Eligium Mataluccium vndè orta lite inter istos prouisos, dubitauit hodie, an Mataluccio sit adiudicãda d. parrochialis: Cuius dubij resolutio pendebat ex discussione Iurispatronatus, an scilicet sufficienter de illo constaret, & de eo DD. dixerunt constare, & sic beneficium esse adiudicandum Mataluccio præsentato à patronis.

Nam cum ex litteris Apostolicis Pij IV. appareat fuisse ad fauorem D. Romuli Cæsij. eiusque successorum reseruatum Iuspatronatus super dicta Ecclesia, dummodo prouentus illius augeret ad tantundem, & consensus Ordinarij interueniret, vtique probato augu-

mento cum consensu Ordinarij remanet etiã
1 probatum Iuspatronatus† acquisitum ex causa onerosa resultañ ex coæquali dotatione, quod propterea licet sit ex priuilegio non cadit sub reseruatione *reg.8. Adden.ad Greg. XV. decis.397. sub num.6.in fin.* & fuit firmatum in *Cæsaraugustana Parochialis de Maella vers. in nostro autem casu 6. Nouembris 1617. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Ianuen. Abbatiæ 10. Iunij 1633. in vers. attamen, coram R.P.D.meo Pirouano, & 14. Martij præteriti coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Augumentum siquidẽ visum fuit DD.sufficienter probari ex assignatione quorumdam bonorum stabilium facta per d.D. Romulum ad prædictum effectum Episcopo Tudertino tunc Rectori, & Commendatori d. Ecclesiæ pro ea stipulanti, & acceptanti, qui deindè possessionem accepit mediante persona Venturini procuratoris ad id specialiter constituti, prout de prædictis apparet ex processu facto à Vicario Tudertino litterarum Apostolicarum Exequutore, & ex testibus examinatis deponentibus, quod valor d. beneficij ante concessionem gratiæ erat ducatorum 20.auri de Camera, postea verò per d. Romulum mediante assignatione fuit auctus ad alios ducatos 28 sic remanet non solum d.augmentum probatum pro medietate, sed etiam vltrà dimidiũ, vndè sequitur istam parrocchialem non cade-
2 re† sub reseruationibus Apostolicis, & consequenter neq; sub collatione Eminentissimi Cardinalis Indultarij *Rot.decis.563.num.3.par.4. recent.Add. ad san mem.Greg.XV.decis.395.num.6. & fuit dictum in d.Ianuen. Abbatiæ coram R. P. D. meo Pirouano, & in eadem coram R.P.D. meo Ghislerio.*

Non obstat, quod dd. testes fuerint confusè examinati, & omnes deponant per eundẽ
3 præmeditatum† sermonem, ideoqne nullũ faciant probationis gradum. *cap. venerabili de testib.specul. eodem tract.§. nunc tractandum num.7. in princ. & num.9.Farinac. eodem tit.quæst.8.n.92. & seqq.*

Quia cum Vicarius esset deputatus merus exequutor dd. litterarum benè potuit absque
4 vitio nullitatis extraiudiciales† Informationes capere pro iustificatione narratorum, nec ei fuit necesse aggredi telam iudiciariam cum articulis & interrogatorijs partis *Gratian.discept. 516. n.30. & seqq. Redoan. de reb.Eccles. non alien. rubr. de caus.congu.num.73.*

Non obstat defectus Promotoris Fiscalis,
5 qui est† legitimus Contradictor, quando agitur de supponendo aliquod beneficium seruituti Iurispatronatus *Seraph. decis. 1395. num.7. & firmauit Rot. in Ferrarien Archipræsbyteratus 16 Iunij 1628. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quia cessat obiectum ex eo, quod Papa concessit hoc Iuspatronatus ex gratia, non au-
6 tem ex Iustitia, & sic non erat† necesse citare d. Promotorem *Io.Andr.in c. inter quatuor n.5 in fin. de maioest. & obed.* vbi quod si fit subiectio ex Iure pristino, requiritur citatio, secus si fit ex gratia *Sarmient.select.interpret.cap.8.n.3. cum allegatis in decis.210.num.3.par.1.recent.*

Non obstat, quod Iuspatronatus, seu aug-
7 mentum dotis sit concludentèr† probandum cum positum sit in conditione, nec sufficiant depositiones testium informes, & præsumptiuæ probationes deductæ ex longi temporis obseruantia *l.lutius & ibi Bart.ff. de cond.& dem. Ruin.consf.68.num.15.lib.1.Gabr. de præsumpt.concl.1.num.71.Mantic.decis.257.n.5.Seraph.dec.952. num.8.*

Quia ex supradicta assignatione bonorum cum apprehensione possessionis Episcopi iuncta etiam obseruantia 60. annorum cum effectuatis præsentationibus, nec non attentis visitationibus ordinariorum, in quibus d. beneficium enunciarur de Iurepatronatus Dominorũ de Cæsis, illud probatum remenet cũ
8 effectu, † non autem præsumptiuè, vt fuit resolutum *coram bon. mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien. in Lucana Iurispatronatus de Podys 27. Iunij & 2. Decembris 1619. & in Gerunden. beneficij 28. Aprilis & 19. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Merlino, & coram Reuerendissimo D. meo Decano decis.224.num.5.* Vltra quod videtur subsistere, distinctio, quod vbi probatio est posita in conditione, tunc exiguntur concludentes probationes, secùs quando simpliciter ad-
9 dita† est conditio, vt in præsenti casu, *ibi, (postquam auxeris ad tantundem)* quo casu sufficiunt etiam præsumptiuæ probationes, vt distinguit *Felin. in cap.fin. num.33. vers. & nota diligenter de præsumpt. & in rubr.de probat.nu.2. & 3* & ad effectum iustificationis implementi, &
10 assignationis† reddituum, atque conditionis sufficere obseruantiam per 30. annos dixit. *Rot. coram Card. Seraph. decis.264. num.12. & in recent.decis.122.num.5.par.1. Adden. ad Greg.XV. decis.431. sub num.13.*

Non obstat quod familia Cæsia in Ciuitate Tudertina sit potens, quia vltraquod DD.nõ visa fuit probati talis potentia, ex qua oriri possit præsumptio vsurpationis, omnis prorsus cessabat suspicio vsurpationis ex euidenti probatione assignationis bonorum pro æquali, imò maiori dote, vt supra ostensum fuit, maximè concurrente obseruantia triginta
11 imò 60. ann.ex qua oritur† præsumptio nedum adimplementi, & iustificationis narratorum in priuilegio, ex actu assignationis, *Seraph.d.decis.264.num.12.Rot.dec.522. num.5.& par.1.rec. cum alijs relat.per Adden.ad Gregor.XV.*
12 *decis.332.num.14.* Sed† etiam vtilitatis Ecclesiæ *Card.Mantic.dec.101.in princ.& num.3.*& fuit dictum in *Mediolanen. rescissionis permutationis coram bon.mem.Card.Pamphilio seniore impress. penes Marches.fol.113.num.6.* & ex hac responsione excluditur suspicio fraudis deducta ex cõsanguinitate Episcopi Tudertini, & Romuli dotantis, nam cum ex supra deductis constet de vera, & reali assignatione bonorum, & de vtilitate Ecclesiæ, ista veritas facit cessare omnem suspicionem fraudis.

Iuspatronatus autẽ spectare ad prædictas DD. Olimpiam, & Theresiam satis probatur ex eo, quod ipsæ sunt filiæ, & heredes bon. mem. D.Ducis Federici Cæsij, qui fuit hæres testamentarius D. Romuli dotantis, qui bis præsen

sentauit; nam ad effectum, vt dicatur constare de pertinentia Iurispatronatus, sufficit probare se habere causam non solum à dotante si prout hic, sed etiam ab eo, † qui semel pre-
13 entauit *Greg. XV. dec. 346. num. 1. Rot. d. dec. 146. num. 2. par. 2. decis. 179. num. 4. par. 3. & dec. 176. sub num. 4. p. recent.*

Nec obstat, quod ad probandam d. pertinentiam exhibeatur testamentum Romuli, in quo fuit restricta Institutio facta D. Marchioni Monticellij filio D. Ducis Federici ad summam scutor. 3000. iuxta suam facultatem te-
14 standi, sub qua non comprehenditur † Iuspatronatus tanquam quid inestimabile, *Lamber. de Iurepatr. n. 8. art. 5. quaest. princ. 2. par. 1. lib. nu. 1.* Quia restrictio prædicta legitur tantum quoad bona Ecclesiastica, de quibus pro d. summa sc. 3000. D. Romulus habebat facultatẽ disponendi; non autem quoad bona patrimonialia, in quibus fuit institutus vniuersalis hæres sub qua bonorum vniuersitate venit etiam
15 Iuspatronatus † *Abb. in cap. ex litteris num. 10. de Iurep. Dec. consf. 127. num. 2. & 3. post med.* & fuit firmatum in *Narnien. Iurispatronatus 13. Maij & 16. Decembr. 1633. coram me.*

Quo verò ad Clericatum Matalucci, & vacationem beneficij per obitum Lazzari, vltra quod non impugnatur à Francisco, benè probatur ex confessione ipsiusmet Francisci ve-
16 nientis † ex eadem vacatione, *Caual. decis. 33. num. 1. & dec. 127. num. 2 Reuerendiss. D. meus Decanus dec. 145. in princ.* & fuit dictum in *Nicien. Parrochialis impress. per Vigian. post tract. de Iurepatron. decis. 46. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA LEGATI CIBI, ET POTVS

Mercurij 13. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Legatum cibi, potus, & habitationis in domo testatoris præstan an extra domum in pecunia peti possit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quando in specie debetur, non tenetur hæres pecuniam soluere.*

2 *Legatum cibi, & potus minus continet, quam alimentorum.*

3 *Alimenta, vel cibaria relicta in domo, vel sub conditione habitandi in domo non debentur extra domum.*

Limita, quando legatarius habet iustam causam habitandi extra domum. num. 4. & causa huiusmodi debet concludenter à legatario iustificari num. 5.

6 *Legatum relictum in domo Testatoris cum conditione si legatarius voluerit remanere cum hæredibus, deficiente conditione legatarius potest petere legatum extra Domum.*

Limita si illa conditio stet demonstratiuè, non autem taxatiuè num. 7.

8 *Legatum factum cum onere habitandi cum hæredibus si hæredes omnes moriantur, legatarius consequitur alimenta extra domum.*

9 *Clausula, non aliàs aliter nec alio modo &c. non solùm demonstrat enixam voluntatem testatoris, sed præcisam formam inducit.*

DECISIO CCCXCVIII.

GENTILESCA Capranica testamentum condidit, in quo institutis hæredibus Laura eius filia pro vna medietate, ac Lelio, & alijs de Cinquinis eius nepotibus pro altera medietate, legauit inter alia Hectori Claudiano suo familiari cibum, & potum, & habitationem in domo ipsius testatricis donec vixerit huiusmodi legato Hector spatio plurium annorum in domo testatricis potitus fuit, sed cum hodie prætenderet illud sibi deberi in pecunia ac extra d. domum egit contra DD. Didacum, & Dominicum de Cinquinis pronepotes, & hæredes fideicommissarios eiusdem testatricis coram A.C. qui sententiam tulit, per quam d. legatum taxauit ad rationem trium panum, vt dicitur, à decina, & trium foglietarum vini, & vnius Iulij pro quolibet die in domo tamen testatricis; Causa appellationis à d. sententia per dictum Hectorem interpositæ mihi commissa, dubitaui, an illa esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmandam esse responderunt Validitas enim illius non controuertebatur, & de Iustitia constare visum fuit.

Si quidem, quod prædictum legatum minimè debeatur in pecunia satis probatur ex eo quod testatrix legauit cibum, & potum, & habitationem sub quorum nomine non venit
1 pecunia, vnde † d. legatum in specie debetur nec hæres pecuniam pro eo soluere tenetur, nam sicut aliud pro alio inuito creditore solui non potest *l. 2. §. mutui datio ff. de reb. credit.* ita nec debitor ad soluendum aliud pro alio cogi debet, cum creditor, & debitor sint correlatiua, quorum eadem est dispositio *l. fin. ff. de acceptil. Ias. consf. 117. n. 1. vol. 1. Rot. Pedem. dec. 116. num. 10. & in his terminis Surd. de alim. tit. 4. qu. 3. num. 8.*

Quo vero ad quantitatem cibi, & potus taxatio in prædicta portione iusta quoque apparet, & rationabilis attenta conditione, & qualitate ipsius Hectoris, qui cum sit persona priuata; & simplex sacerdos commode potest se cum dicta portione substentare, Præsertim
2 quia † illi non fuerunt relicta alimenta, sed simpliciter cibus, & potus, qui minus continent, quam alimenta *l. diarijs relictis ff. de alim. & cibar. legat. Surd. de alim. tit. 2. quaest. 2. num. 14. vers. quando autem.*

Demum, quod d. legatum debeatur in domo testatricis, & non extra liquido constat ex verbis testamenti supra relatis, ex quibus apparet testatricem legasse Hectori cibum, & potum, & habitationem in domo ipsius testatricis donec vixerit, vnde intrat regula,
3 quod † alimenta, vel cibaria relicta in domo vel sub conditione habitandi in domo, non de-

debentur extra domum *Bart. in l. Caio §. Imperator ff. de alim. & cibar. legat. Angel. in l. cum hi §. vult. igitur num. 3. vers. quod intellige ff. de transact. Castr. in l. diuortio nu. 9. ff. solut. matr. Alex. cons. 100 num. 1. vol. 1. & cons. 178. num. 5. vol. 6. Bertrand. cons. 67. nu. 1. vers. pro præmissorum dubiorum vol. 7. Ber. cons. 185. num. 1. & per tot lib. 1. Ruin. cons. 81. num. 3. vol. 2. Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 2. cas. 170. num. 9. & 10. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 15. num. 1. & seqq. Gratian. discept. 552. num. 42.*

Non obstat, quod à dicta regula recedatur
4 quando legatarius † habet iustam causam habitandi extra domum. *Specul. in tit. qui filij sint legit. §. 1. vers. quid si dixit in testamento nu. 36. Bart. in d. §. Imperator nu. 1. in fin. vers. nota vltimo cum seq. Salicet. in l. 1. num. 4. C. de legat. Ias. in l. diuortio nu. 25. vers. quinimo si testator ff. solut. matr. Corn. cons. 167. num. 1. in fin. vers. aut stas & lib. 1. Intrigliol. singul. 142. num. 4. lib. 1. Surd. d. quæst. 15. nu. 11. vers. Principalis autem Rota decis. 199. num. 6. p. 4. recen. & in Romana alimentorum 14. Aprilis 1603. coram bon: mem: Card. Mellino impressa per Marches de Commiss. par. 1. fol. 1175.*

5 Nam causæ † allegatæ per Hectorem vltra, quod non fuerunt per ipsum iustificatæ, prout concludenter iustificari deberent. *Anchar. cons. 254. num. 1. & seq. Ber. d. cons. 185. num. 2. vers. sed in casu nostro lib. 1. Ias. in d. l. diuortio num. 25. vers. qui autem Gratian. d. discept. 552. num. 4. Surd. d. quæst. 15. num. 45.* non visæ fuerunt sufficientes in casu de quo agitur.

Nam prima desumpta ex eo quod decesserint omnes nepotes testatricis primi hæredes instituti, non releuat, quia cum Hector ad effectum consequendi d. legatum non teneretur habitare cum dd. nepotibus, sed in domo testatricis, fat est, quod domus ad huc exiftat ad hoc vt duret conditio illam inhabitandi ex allegat.

Nec obstat replicatio, quod legatum fuerit
6 relictum † in domo testatricis, si Hector voluerit ibidem remanere cũ dd. suis nepotibus, ac propterea conditio habitandi in d. domo fuerit apposita viuentibus dumtaxat dd. nepotibus adeo, vt illis iam defunctis Hector non teneatur habitare in domo, sed possit extra illam d. legatum petere *Bertrand. d. cons. 67. nu. 4. vers. sed istud non obstat Surd. de alim. d. quæst. 15. num. 66. Intrigil. d. singul. 142. num. 7. per tex. in l. 1. C. de legat.*

Quia cum legatum fuerit relictum in domo
7 testatricis, & sub conditione † si voluerit ibidem remanere, & sic præcesserit dispositio certa verba sequentia, cum dd. suis nepotibus, stant demonstratiuè non taxatiuè. *Castr. cons. 219. col. 2. vers. Verba ergo lib. 2.* Vnde DD. in contrarium allegati non applicantur, nam *Bertrand. vt videre est num. 2. vers. verum*, quia in casu nostro, & in principio thematis loquitur de testatore, qui reliquit alimenta mulieri in domo cum suo hærede, & casu, quo non posset habitare cum hærede, fecerat aliud legatum, qui quidem hæres cum obijsset, & sic mulier non posset cum illo habitare non mirum, quod euanuerit conditio habitandi in domo, & factus fuerit locus alteri legato.

Surd. verò Intrigliol. & alij loquuntur in legato
8 facto † cum onere habitandi cum filijs, vel hæredibus, quo casu si filij aut hæredes omnes moriantur, legatarius consequitur alimenta extra domum cum per eum non stet, quo minus adimpleat conditionẽ, sed per casũ fortuitum id eueniße reputetur *d. l. 1. C. de legat. Dec. cons. 601. num. 3. & seqq. Rimin. cons. 250. nu. 8. lib. 2. Sim. de Pret. de interp. ult. uol. lib. 4. dub. 11. num. 113. cum alijs allegat per infor.*

Secundò non releuat lis inter dd. legatarium, & hæredes debitores tam respectu huius legati cibi, & potus, quam alterius legati scut. 300 lis autem iusta causa censetur à domo recedendi *Ias. cons. 44. n. 4. uers. sed in casu nostro lib. 1. Rol. cons. 22. num. 12. uol. 1. Menoch. tract. de arbitr. Iudic. cas. 170. num. 16. cum alijs allegat per Surd. d. quæst. 15. num. 28.* Nam respectu legati pecuniarij lis fuit iam terminata per illius solutionem respectu verò legati, de quo nunc agitur, illa attendi non debet ad effectum illud consequendi extra domum nam alias esset in facultate legatarij, cui fuerunt relicta alimenta, aut cibaria in domo eadem consequi extra domum litem etiam iniustè mouendo contra hæredes pro legati prestatione, & sic ab iniuncto onere inhabitandi domum se eximere in hæredis præiudicium, vt in proposito aduertit *Alex. cons. 158. num. 2. in fin. lib. 7.*

Demum non obstat allegata senectus, & aduersa valetudo, quia DD. non visa fuit talis, ex qua dd. hæredes grauari debeant ad præstandum d. legatum extra domum testatricis contra eius expressam dispositionem.

Eoque minus dd. causæ visæ fuerunt attendendę stante clausula, † *non alias aliter, nec alio*
9 *modo*, quæ non solum demostrat eius enixam voluntatem, sed præcisam formam inducit *Barbos. de claus. claus. 39. num. 2. & seqq. Surd. cons. 246. num. 20. Rot. decis. 115. num. 6. & decis. 619. num. 2. par. 1. recent.* adeo vt si dicta forma non seruetur dispositio corruat *Anan. cons. 77. Alex. cons. 3. num. 4. lib. 1. Guidop. decis. 162. num. 1. Boer. decis. 243. num. 1. Caputaq. decis. 82. num. 4. Mart. de claus. quæst. 3. claus. 51. num. 1. & seqq.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Veneris 15. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotale, vt debeatur iuxta statutum Vrbis lib. 1. cap. 132. quid requiratur. Impotentia viri, quando est temporalis, vel dubia. Vxor quam successiuam patientiam præstare teneatur, & quid si reclamauerit intra bimestre.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale iuxt. Statut. Vrb. lib. 1. cap. 132. ut debeatur, matrimonium debet esse consummatum.*

2 *Matrimonium propter impotentiam perpetuam non subsistit.*

Matri-

3 *Matrimonium, ubi non adest, ibi non potest esse locus lucrodotalis.*

4 *Impotentia uiri, quando est temporalis, uel dubia uxor tenetur prestare successiuam patientiam per triennium, ut possit fieri experientia copula coniugalis.*

5 *Mulier si infra bimestre reclamauerit de impotentia uiri non tenetur ulteriorem patientiam prestare.*

6 Cap. 1. de frigid. & malefic. *declaratur.*

7 Cap. laudabilem de frigid. & malefic. *dispositio ad nihilum reduceretur, si sola mulieris reclamatio sufficeret.*

8 *Confessio propria preualet depositionibus testium, & omnibus alijs probationibus per confitentem faciendis.*

9 *Contra confessionem propriam, quando est adminiculata testibus, non admittitur probatio incontrariũ.*

10 *Remissoria non conceditur tanquam calumniosè petita, quando est propria confessio, præsertim si sit testibus adminiculata.*

DECISIO CCCXCIX.

POSTQVAM bis in hac causa fuit resolu-
tum coram me sub diebus 26. Nouem-
bris 1633. & 20. Decembris 1634. Dianam
Grottam per obitum Viri non lucratam fuisse
1 quartum dotale ex eo, quod cum eius † Viro
matrimoniũ non consumauerit, prout requi-
ritur ex statuto Vrbis, iuxta cuius dispositio-
nem coniuges matrimoniũ contraxerunt ce-
pit prætendere d. lucrum nihilominus sibi de-
beri, ex quo per ipsam non stetit, quin matri-
monium fuerit consummatum, cum per 40.
dies cum eius Viro cubuerit, ac debitam pa-
tientiam præstiterit, vnde assumpto onere hoc
probandi dedit articulos, super quorum rele-
uantia dato particulari dubio, eoque hodiè à
me proposito, DD. eos non releuare respon-
derunt.

Non enim visa fuit relenare articulata mala
valetudo, seù impotentia Alexandri: Quia si
illa probaretur perpetua, & nulla arte sanabi-
2 lis, non releuaret, quia † matrimonium
propter impotentiam perpetuam subsistere nõ
3 posset, & consequenter nec potest esse † locus
lucro dotali, vt in terminis tenent *DD. in c. 2
de fingid. & malef. cum alijs cumulatis in prima de-
cisione.*

Si verò probaretur, impedimentũ, vel im-
potentiam fuisse temporalem, vel dubiam, &
pariter non releuaret. Quia Diana tenebatur
4 prestare † successiuam patientiam per trien-
nium, vt potuisset fieri experientia Copulæ
Coniugalis. *iux. text. in cap. laudabilem*, & ibi,
*DD. communiter de frigid. & malefic. Mascard. de
probat. concl. 311. num. 3. Sanch. de matrim, lib. 2. di-
sput. 152. num. 12.*

Nec releuat, quod Diana infra bimestre
5 reclamauerit, qua stante reclamatione † non
tenebatur vlteriorem patientiam præstare *c. 1.
6 de figid. quia d. tex.* dicit quod mulier, † quæ
vult agere ad nullitatem matrimonij teneatur
infrà bimestre reclamare, non tamen dicit,
nec indè inferri potest, quod non teneatur prę-
stare patientiam, vt possit fieri experientia co-
pulæ iuxta dispositionem *d. cap. laudabilem*, quę
7 quidem † dispositio ad nihilum deseruiret, si
sola mulieris reclamatio sufficeret.

Prout non subsistit, quod Alexander spon-
tè recesserit à Domo Dianæ, quia contrarium
constat tùm ex testibus in alia decisione pon-
deratis explicitè deponentibus Alexandrum
fuisse eiectum à Domo, tùm etiam ex moni-
torio super nullitate matrimonij ad instantiã
Dianæ contra eundem Alexandrum exequu-
to, in quo Diana expresse declarauit nolle
amplius cum eo habitare, vndè satis constat
ipsam non præstitisse successiuam patientiam,
quam præstare tenebatur, vt potuerit dici per
ipsam non stetisse, quin matrimonium fuerit
consumatum, vel experimentum adhibitum
iuxta Canonicas sanctiones; ex prædicto enim
Monitorio clara resultat confessio eiusdem
8 Dianæ, † quæ præualet depositionibus testiũ,
& omnibus alijs probationibus in contrarium
per ipsam faciẽ ad tradita per *Surd. cons. 6. n. 1.
Greg. XV. decis. 357. num. 3.* & ibi *Add. num. 7. &
decis. 434. num. 14.* Adeò quod contra propriam
9 confessionem, † præsertim quando, prout hic
est adminiculata testibus non admittitur pro-
batio, & denegari solet remissoria, tanquam
10 calumniose † petita, prout alias fuit firmatum
*in Toletana pensionis 29. May 1598. coram Litta
Greg. XV. decis. 524. num. 4.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Luna 18. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Qualis faciendus sit computus pretij rei emptæ adhoc vt constet de læsione ad effectum rescindendi contractum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor vt dicatur deceptus vltra dimidiam vel tertiam partem pretii iuxta statut. Vrb. lib. 1. cap. 154. computus qualiter sit ineundus, & an secundum* gloss. in l. 2. verb. Iudicis C. de rescind. vend. & num. 2. & 3.

4 *læsio vltra dimidium, quæ idem est, quam vltra duplum, vt rescindam emptionem, à iusto pretio non est detrahenda tertia pars, sed superaddenda.*

5 *In læsione rei emptæ, tertia seù dimidia pars mensurari debet rei positæ, seù datæ, & n. 6.*

7 L. rem maioris 2. C. de rescindenda venditione, *non tribuit beneficium personæ, sed causæ.*

8 *Læsio in venditione considerari non potest si æstimatio rei non excedat terminos solitæ æstimationis, & prout communiter æstimari solet.*

9 *Æstimatio rei debet fieri de tempore venditionis.*

10 *Venditionis tempus attendi debet quoad constitutionem pretii rei venditæ.*

11 *Non est attendendum si casu superueniente in æstimatione diminuta sit res vendita.*

12 *Perito impossibile est, quod innotescat status rei de tempore præterito, si medio iuramento deposuerit se dictam rem ante diem æstimationis nunquam vidisse.*

Ro-

13 *Resessioni contractus nõ est locus quando quis prius plenissimè informatus contraxit, quodque multo magis procedit, quando personæ, quæ contraxerunt fuerunt plures, & cautæ, & n. 14.*

15 *Dolus præcipuè consideratur in læsionibus.*

DECISIO CCCC.

PRAETENDENTIBVS Ministris Infirmorum se fuisse læsos in pretio domus emptę à D. Cassandra Guarnella vltra tertiam partem pretij iuxta dispositionem Statuti Vrbis cap. 154. & opponente Cassandra lęsionem deducendam esse in excessu vltra dimidiam iuxta dispositionem iuris communis, non autem in excessu vltra tertiam partem iuxta dictum statutum, nihilominus sub die 22. Iunij 1633. fuit ex alio capite capta resolutio ad fauorem Cassandræ nempè non adesse prętensam læsionem vltra tertiam partem, eo quod excessus huiusmodi erat in scutis 17. tantũ, quæ parua summa tollebatur ex omissione æstimationis marmorei capitis Aprini valorem scut. 17. excedentis.

Ministri prædictę decisioni nõ acquiescentes aliam mouerunt difficultatem nempè rationem computi non esse ineundam, prout in dicta decisione inita fuit vt videlicet summæ 2456. quæ à perito fuit æstimata iuxtum pretium domus superaddatur tertia pars, videlicet, summa 1228. cum illa sit medietas summę 2456. cum tamen excessus debeat dari tantum in tertia parte dictæ summę videlicet, in summa 818. quæ; iusta summa 2456. constituit summam 3274. adeò vt cum domus, de qua agitur fuerit empta pro scut. 3700. excessus resultabit in scut. 300. & vltra

1 non autem in scut. 17. tantum, † vt supponitur in dicta decisione, & hunc esse ineundum calculum probari per *glos. in l. 2. verbo Iudicis post med. vers. sed quæ est hæc dimidia, C. de rescind. vendit.*

Tamen sub die 30. Ianuarij 1643. resolutũ fuit nõ esse locum rescissioni & glosam prędictam à multis reprobari prout ex allegatis in decione desuper emanata quo non obstante ministri prefati rursus obtinuerunt nouam audientiam, & causa sæpius proposita, & maturè discussa tandem hodie fuit resolutum non constare de læsione.

2 Quidquid enim sit de † opinione, *glosa in d. l. 2.* quam tenet *Azor. in summ. num. 4. vers. sic in emptore de rescind. vend.* eamque sequuntur ibidem *Alberic. de Ros. num. 6. vers. sed salua pace Odofred. num. 3. vers. cum volentem Angel. de Perus. num. 6. Salic. nu. 20. vers. Reuertor ad glosam. Castr. num. 16. in fin. vers. similiter Cagnol. num. 137. Bald. num. 49. vers. Decimo sexto quæro Padill. nu. 4. Glos. in cap. cum causa verb. dimidiam, vers. & sic etiam in emptore de empt & vend.* & ibid. *Hostiens. nu. 2. vers. ex parte vero emptoris Abb. numer. 6. vers. in glosa prima Imol. num. 28. vers. Quid dicendum è cõtra Henric. Boich. in cap. cum dilecti num. 8. vers. aut emptor eod. tit. Fabian. de Mons. tractat. de empt. & vend. q. 8. sub num. 7. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 3. num. 8. Gomes. in Comm. var. resol. tom. 2. cap. 2. n. 22 de empt. & vend. Cuttier. pract. quæst. lib. 2. qu. 183. num. 2. vers. in emptore Greg. Lop. lib. 16. tit. 11. p. 4. in glos. esto feria Velasch. consult. 44. num. 1. Munoz. de compt. compt. 6. nu. 5. Rebuff. ad Const. Gall. tom. 2. tit. de rescin. contract. art. vnic. glos. 15. in princ. Paul. Laiman. Moralium lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 1. de pret. rer. num. 7. Neuizan. cons. 89. Gabr. cons. 126. lib. 1. Vincent. de Franch. dec. 243. num. 2.*

3 Contrariam opinionem † tenuerunt, *Roffred. Petr. Cin.* & alij, quos refert, & sequitur. *Arrius Pinell. par. 1. lib. 2. cap. 2. num. 6. de rescind. vend. Abb. in cap. cum dilecti num. 2. de empt. & vend.* vbi & alij *Canonistæ Bella. pertic. in d. l. 2. in rubr. num. 11. Mising. cent. 4. obseru. 73. num. 2. vers veritas est forner. lib. 2. Select. cap. 19. Vgon. Donell. in in d. l. 2. sub nu. 17. Cuiac. lib. 16. obseru. cap. 18. Facchin. connot. lib. 2. cap. 16. vers. illud longè probabilius Viuian. comm. opin. cap. 15. Ceuall. sect. quæst. comm. contr. comm. quæst. 536. nu. 10. Conan. l. b. 3. comment. cap. 9. pag. penult. Forcett. in dialog. 100. Duarsen. in l. si quis cum alter ad fin. de verb. obligat.* Qui omnes concludunt lęsionem vltra dimidiã idem esse, ac vltra duplum, & à iusto pretio non

4 esse detrahendam † tertiam partem, sed super addendam, quod etiam videtur sensisse, *Rota decis. 648. num. 6. par. 1. rec.* ea ratione, quod in

5 læsione † tertia siue dimidia mensurari debeat rei positæ siue datæ *Marian. Soccin. cons. 98. num. 20. lib. 2. Menoch. cons. 156. num. 36. lib. 2. Facchin. d. cap. 16. vers. Probatur hæc sententia.* Et hæc opinio vltra numerum Doctorum fulcitur ratione longè meliori, quam præcedenti vt per *Facchin. vbi supra, & in decisione in hac causa sub die 30. Ianuarii 1634.* & irrefragabilem reddit *Ponell. in d. l. 2. nu. 17.* vbi postquam ostendit falsitatem primę opinionis & omnes viros doctos tenuisse hanc secundam dicit per hanc

6 leg. † venditori restitui non quidem, quod minoris dimidia iusti pretij vẽdidit, sed quod minus duplo accepit, quam dedit, & duplo plus dedit, quam accepit: hoc ipsum in emptore seruandum esse ad effectum vt iuuetur hæc leg: vt scilicet duplo plus dederit, quam

7 acceperit; cum *lex 2.* † *C. de rescind. vend.* non tribuat beneficium *personæ*, sed causæ, & hęc non est ratio interpretatiua, quam sequuntur DD. primæ opinionis sed sumpta ex ipso textu vt notat etiam *Pinell. loco supra alleg.*

Domini tamen omissa hac disputatione substinuerunt decisionem ex secundo capite videlicet non constare de aliqua læsione.

Primo, quia Peritus pro parte Cassandræ æstimauit domum de qua agitur in scu. 3293. 41. iuxta mensuram situs parietum areæ, & similium domui adiecentium, & hanc mensuram non impugnat peritus pro parte ministrorum electus, sed eam videtur admittere vnde cum æstimatio rerum mensuratarum non excedat terminos solitæ æstimationis, &

8 prout † communiter æstimari solent, & res ipsæ mensuratę existant & de hoc non ambigatur non potest opponi de læsione. *Abbas in cap. 1. num. 3. vers. idem si constat de rest. spoliat. Dec. cons. 474 num. 11.*

Secundo non constat de læsione, quia Peritus Ministrorum æstimauit domum non tem-

9 tempore venditionis sed inde post quinque annos, & propterea non debuit æstimare domum ad corpus, sed ad mẽsuram, prout eam æstimauit peritus Cassandræ, quia de tempore æstimationis domus erat effecta deterior præsertim cum Patres eam locauerint. Cauponi,& proinde omnibus erat peruia,& hinc resultat communis conclusio, quod, quoad
10 constitutionem † pretij rei venditæ attendi debet tempus venditionis, *Doct. communiter in l.eam postea §.si minor ff. de iureiur. Gabr. de empt. & vend. concl. 1. numer. 47.* nec attendendum si
11 casu† superueniente in æstimatione diminuta sit *Rot. decis. 87. num. 4. p. 1. recen. & alii in dicta decis. allegati.*

Neque obstat, quod Peritus Ministrorum dicat se in æstimatione facta habuisse respectum ad tempus præteritum, quia cum ipse medio iuramento deposuerit se dictam do-
12 mum ante diem æstimationis nunquam vidisse impossibile est, vt potuerit ei innotescere status d. domus de tempore præterito.

Tertio non constat de læsione, quia ministri antequam venirent ad hanc emptionem fecerunt æstimare domum per eorum peritos eorumque relationem in ipsorum Congregatione approbarunt, vt in Instrumento emptionis videlicet, illam emerunt pro pretio à peritis æstimato, quod fuit scut. 3700. &c.& pro quo pretio d. Cassandra &c. vendidit Patri Marcello Mansio illorum Vicario generali in locum Reuerendissimi D. Indiani Betij Generalis ab Vrbe absentis acceptanti, & ementi etiam vigore decreti à RR.PP. Fabritio, Iosepho Russo, Flaminio Russolino consultoribus principalibus in Congregatione &c. adeo vt habitę fuerint Congregatio-
13 nes per quas ipsi Patres fuerint † plenissimè informati, quo casu non est locus rescissioni cõtractus, *Gabr. de empt. & vend. concl. 2. n. 98. Socein. sen. conf. 48. num. 4. lib. 4. Ber. cons. 49. num. 32. lib. 1.* præsertim cum emptores sint plures,
14 & † personæ cautæ,& ipsi requisiuerint Cassandram, & eius patrem, vt venderent hanc domum, quam illi vendere nõ curabant, quia erat nedum paterna sed auita, & propterea in vẽditoribus excluditur omnis præsumptio
15 doli, † qui præcipuè considerari solet in læsione latè *Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 4. sub n. 11. vers. quinto quod.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 16. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum datur aduersus sententiam notoriè iniustam, non obstante reiudicata.

SVMMARIVM.

1 *Subconductor vigore contractus subrogatur in locum conductoris: & omnia conductori competentia, competunt eidem.*

2 *Amplia virtute verborum instrumenti, nel modo, & forma qua referuntur generaliter ad omnia contenta in primo instrumento locationis inita cum locatore, & numer. 2.*

3 *Verba vniuersalia comprehendunt etiam illa, quæ aliàs in dispositione non veniunt.*

4 *Obligatio semper reputatur odiosa, & propterea venit restringenda potius, quam amplianda.*

5 *Pacta non expressa in instrumento sublocationis capere non possunt extensionem à translatione actionum & iurium, ad pacta; quæ sunt expressa in instrumento locationis.*

6 *Contractus semper censetur initus secundum æqualitatem proportionis damni, & lucri.*

DECISIO CCCCI.

COMMISSA mihi causa restitutionis in integrum ad instantiam DD. de Perbenedictis aduersus sententiam Rotalem ad fauorem D. Marchionis Iustiniani latam, & in rem iudicatam transactam Proposui dubium. An constaret de causis restitutionis.

Pro cuius affirmatiua resolutione informantes pro Perbenedictis se restringebant ad caput iniustitiæ dictæ sententiæ ex eo, quod in Instrumento concordiæ inito inter eos, & praeclaræ mem. Cardinalem Iustinianum, cuius Marchio est hæres, conuentum fuit, quod pro scutis 2897. bai. 38. ac omni, & toto eo, quod prætendere posset ab hæreditate Silnestri de Perbenedictis, occasione cessionis factæ à DD. de Bandinis Tesaurarijs Ciuitatis Camerini, Perbenedicti soluere tenerentur scuta 1000. in tribus terminis, pacto tamen adiecto, quod si appareret dictum Siluestrum, vel alium eius nomine vltra partitas descriptas in libris DD. de Bandinis, & Iustinianis, vel alium eius nomine soluisse alias partitas, quæ excederent scuta 1897. bai. 38. in quibus Siluester vltra supradicta scuta 1000. remanebat debitor, quod totum id, quod excederet ipse D. Cardinalis teneretur compensare cũ antedictis scutis 1000. pro rata. Vndè cum dictus Siluester occasione Instrumenti subappaltus sibi facti à Bandinis Thesaurarijs, prætendatur creditor in scut. 1800. vltra alias partitas per eum solutas DD. Perbenedictis prętendunt, illa esse eum antedictis scutis 1000. compensanda, & sic sententiam Rotalem, quæ reuocat mandatum ad eorum fauorem relaxatum, esse iniustam, & per consequens constare de causis restitutionis in integrum.

Quod autem Siluester esset creditor DD. de Bandinis in prædicta quantitate scutorum 1800. prætendebatur iustificari ex eo, quod Bandini Thesaurarij sublocauerant eidem Siluestro collectas Ciuitatis Camerini pro sex annis ad rationem scutorum 600. quolibet anno cum solitis facultatibus & eodem modo, & forma, prout ipsi Thesaurarij conduxerant à Camera Apostolica. Vndè cum à Camera defalcentur quotãnis scuta 1000. pro pauperibus, & viduis videlicet scut. 300. pro pauperibus eiusdem Ciuitatis Camerini, & scuta

scuta 700. pro paupeuribs Comitatus illius
illa scuta 300. taugentia Ciuitatem cedere de-
buisse commodo eiusdem Siluestri subcon-
ductoris, quæ in dictis sex annis constituunt
dictam summam scutorum 1800. Et hoc qui-
dem nedum ex natura contractus sublocatio-
1 nis, vigore cuius † subconductor subrogatur
in locum conductoris, & omnia conductori
competentia, competunt etiam subcondu-
ctori in eius locum subrogato, vt firmat *Corn.*
2 *cons. 339. num. 4. lib. 1.* Verùm † etiam virtute
verborum Instrumenti, ibi, *nel modo, e forma*,
quæ verba referuntur generaliter ad omnia,
quæ continentur in primo Instrumento loca-
tionis inite cum Camera, *Ciriac. contr. 69. n. 37.
ad med. & seq. Bertazz. consil. ciuil. 39. nu. 3, & seqq.*
& important identitatem in omnibus, & per
omnia, *gloss. in l. cum hi §. si vni in verb. obligatus
ff. de transact. Grat. cons. 149. numer. 22. lib. 2. Iacob
Beut. cons. 313. num. 4. & seqq.* Iunctis præsertim
alijs verbis ibi *Transferendoli tutte le ragioni, &
attioni, che sopra di ciò à detti Tesorieri competono,
ò possano competere*, quę pariter tamquam vni-
3 uersalia † comprehendunt etiam illa, quæ
alias in dispositione non venirent, *Rimin. Iun.
cons. 31. n. 83. Menoch. cons. 81. n. 32.*

His tamen minimè obstãtibus DD. ex eis-
dem rationibus deductis in decisionibus ema-
natis, in hac causa coram R. P. D. meo Mer-
lino censuerunt desalcum cessisse commodo
DD. de Bandinis, non autem commodo Sil-
uestri, & sic sententiam Rotalem esse iustam,
& consequenter non constare de causis resti-
tutionis responderunt.

Nam cum in Instrumento sublocationis
nullum verbum fiat de desalco, dicendum
est in eo non fuisse comprehensum; obliga-
4 tio † enim tamquam odiosa potius venit re-
stringenda, quam amplianda ita vt tantum
capiat, quantum cantet, *l. quicquid astringenda
l. si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de verb. oblig. Bal.
cons. 55. num. 2. circa med. lib. 2. Fulgos. cons. 80. in
fine vers. & si quid Rot. dec. 55. num. 1. & decis. 436.
num. 3. par. 3. rec.*

Præsertim quia si Bandini sublocatores cõ-
ptendere voluissent desalcum, non conuenis-
sent, quod Siluester solueret quot annis scu-
ta 600. cum specifica distributione solutionũ
in scutis 50. quolibet mense, sed præcisè cõ-
uenissent, quod solueret scuta 300. quolibet
anno, vt benè firmatur in prima decis. sub
13. Maij 1630. coram R. P. D. meo Merli-
no.

Nec obstat ponderatio facta super verbis
Instrumenti sublocationis, *nel modo & forma,
&c. transferendoli tutte le ragioni, & attioni &c.*
5 Quia † verba prædicta referri debent ad mo-
dum exactionis, non autem ad desalcum fa-
ciendum per Camerã, de quo nulla fit men-
tio, vt propter allegatos in *dicta decis. 13. Maii
1631. tenet Mazar. cons. 4. num. 26. vers. nec refra-
gatur Rot. in Romana fideicommissi 5. Maij 1623. co-
ram bo. me. Vbaldo seniori.*

Quæ interpretatio suadetur etiam ex eo,
quia quantitas collectarum sublocatarum ex-
cedebat quantitatem pensionis scut. 600. in
scutis 155. adeout solutis per Siluestrum di-
ctis scutis 600. adhuc remanebant in lucro
scuta 155. quæ quantitas lucri est proportio-
nata vtrique contrahenti; quod secus esset si
desalcum promissum à Camera cedere de-
buisset commodo Siluestri; quia tunc Silue-
ster esset in lucro scutorum 455. Bandini ve-
ro in damno dictorum scutorum 300. Nec
est verisimile, quod Bandini in tam paruo
affictu scutorum 600. voluerint tantam ia-
cturam facere, quapropter dicendum est, vo-
luisse sublocare absque dicto desalco; cùm
6 contractus † semper censeatur initus secundũ
æqualitatem proportionis damni, & lucri
iuxta tradita per *Bald. in l. planè §. inde dicitur ff.
de legat. 1. cum alijs cumulatis in d. dec. coram R. P. D
meo Merlino.*

Prædictis accedit etiam obseruantia subse-
quuta, de qua in præterita decisione iunctis
alijs præsumptionibus desumptis ex lapsu tẽ-
poris; & qualitate personæ Siluestri, qui erat
de negocio benè informatus, quæ omnia be-
nè deseruirent ad interpretandam eius volũ-
tatem, taliter, quod contra ipsum, qui pote-
rat clarius contrahere capienda venit inter-
pretatio, *Mantic. de tacit. & ambig. tom. 1. tit. 17.
num. 1. & seqq.*

Neque obstat id, quod nouiter opponitur,
quod scilicet scuta 1000. quæ ddesalcantur à
Camera Tesaurario propriè non desalcentur,
sed ab eadem Camera Thesaurario soluantur
& sic quòd sint pars affictus, & per consequẽs
transferantur etiam in subconductores, quia
respondetur, quod in conuentione cum Ca-
mera apertè legitur, illa desalcari, ibi. *E li
scudi mille che la Camera ha già concessi à quella
Città si mettano in Tauola dell'esito è si faccino buo-
ni in diminutione del Censo*, nec secus esse potest;
nam comprehenduntur in summa scutorum
25. mil. quæ soluuntur a Thesanrario pro af-
fictu Cameræ, & sic esset debitor illius quan-
titatis idemmet Thesaurarius, ideoque non
potest esse, quod Camera, quæ est Creditrix
soluat Thesaurario debitori, sed ab eo non
exigere, quod sonat in nomen desalchi.

Et ita vtraque &c.

NEAPOLITANA PECVNIARIA.

Veneris 22. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Quilibet ex socijs an teneatur pro toto debito
sociali in solidum, an vero solum pro rata se-
cundum participationem, quam habet in
Societate. Et quando intelligatur clausula in
solidum vbi non adest particularis obligatio
pro debitis contractis tàm aduersus contra-
hentes; quam ipsosmet socios. Et quid in
socio nihil ponente in societate præter indu-
striam.

SVMMARIVM.

1 *Societas quid sit.*

So-

2 Societas quomodo contrahatur.
3 Societatis lucrum est inter socios aequaliter diuidendum si opera vnius socij respondeant pecuniae per alterum collatae.
4 Socij industria tanta est quandoque vt plus societati conferat, quam pecunia.
5 Socius, qui posuit pecunias, dominium illarum sibi reseruare potest; si lucrum & damnum est commune.
6 Societatis amplissima administratio arguit quem aliquando esse verè socium, non autem nudum ministrum.
7 Aditio haereditatis arguit aliquem esse heredem; cum aditionis actus fieri non possit citra ius, & nomen haeredis.
8 Inter socios quando fuit expressa certa pars in solo lucro, vel in solo damno, eadem quoque pars censetur expressa in eo quod fuit omissum.
9 Socius tenetur pro illa rata, & portione, quam habet in societate & non vltra.
Limita vt procedat inter ipsosmet socios quorum vnus erga alterum tenetur solum pro sua rata & portione, non autem respectu contrahentium, erga quos quilibet ex socijs tenetur insolidum pro debito sociali & num. 10.
Declaratur d. limitatio, & quomodo intelligatur illa clausula, insolidum, num. 11. & 14.
12 Contrahentes debent inuestigare de quantitate, & qualitate societatis eorum, cum quibus contrahunt alias sibi imputare debent & num. 13.
15 Socius quamlibet portionem habeat, sufficit vt insolidum pro toto debito sociali obligetur & quando procedat num 16.
17 Consensus obligat quemlibet ex socijs insolidum pro toto debito sociali non autem portio collata.
18 Socius non obligatur, nisi pro bonis quae habet in societate.
Limita quando nihil alind ponitur in societate praeter industriam num. 19.

DECISIO CCCCII.

IOANNES Rotolus erexit rationem Banchariam in Ciuitate Neapolis sub nomine Petri Angeli, Georgij Arciussi, & Bartholomei Benaliae, quibus dedit in accomandita m duc. 20. mil. pro capitali cum pacto inter alia quod lucrum diuideretur in solidos 20. hoc modo videlicet, quod ipse participaret solidos 12. Angelus solidos 3. & denarios 6. Arciuffus solid. 2. & den. 3. & Benalia alios solid. 2. & den. 3. vt in capitulis datis summ. n. 1. Finita d. ratione Maseraniei, & Lumachi illius Creditores obtinuerunt vigore trium conformium relaxari mandatum contra dd. Rotolum, & Arciuffum pro seut. 2. mil. sed cum Arciuffus praetenderet se tanquam nudum ministrum non teneri pro d. debito, vel saltem teneri solum pro rata participationis, quam habuit in d. ratione non autem insolidum pro toto d. debito; Proposui dubium, pro qua quantitate d. mandatum sit exequendum contra Arciuffum, & DD. dixerunt eum teneri pro rata suae participationis, & sic pro quantitate proportionabiliter ad praedictam ratam d. mandatum esse contra ipsum exequendum.

Pro cuius resolutionis fundamento praemittebant DD. quod inter dd. Rotolum Arciuffum, & alios fuit contracta societas super d. ratione bancaria, si quidem ex tenore capitulorum illius creationis apparet omnia societatis requisita substantialia interuenisse, nempè sociorum consensum, negotium particulare, hoc est rationem Bancariam, & lucrum commune; Vnde versamur in termi-
1 nis verae societatis, cum haec † aliud non sit, quam duorum, vel plurium in idem consensus lucri causa *Bald. cons. 120. num. 1. lib. 1. Castr. cons. 415. num. 2. in fin. Rota Ianuen. d. 14. num. 48.*

Nec releuat, quod Rotolus posuerit totum capitale, Arciuffus verò, & alij posuerint dumtaxat operas, & industriam personarum. Nam etiam quando vnus ponit capitale, &
2 alter operas contrahitur † societas *§. de illa vers. num. & ita coiri instit. de societ. l. 1. & ibi Bart. Bald. & omnes C. pro socio, Angel. cons. 207. num. 3. & 4. Hartmanu. Pistor. quaest. 1. lib. 3. num. 15. Morquech. de diuis. bon. lib. 2. quaest. 3. num. 42.* Adeout etiam si non fuerit actum de modo diuidendi lucri si tamen operae vnius correspondeant pecu-
3 niae per alterum collatae lucrum † erit inter eos equaliter diuidendum *l. si non fuerint, l. cum duobus §. in coeunda ff. pro soc.* Plerumque enim pauperior ex opere supplet quantum ei per comparationem patrimonij deest, vt inquit *iuris C. in l. societates §. societas ff. pro socio*: Et quando-
4 que tanta est industria † socij, vt plus societati conferat, quam pecunia *d. l. si non fuerint §. ita coiri ff. eod. soc. sen. cons. 265. per tot. lib. 2. Purpur. in l. si pascenda num. 15. & seq. C. de pact. Hartman. Pistor. d. lib. 3. num. 15. cum alijs alldgat. per Menoch. de arbitr. lib. 2. cons. 2. cas. 125.*

Pariter non releuat, quod Rotulus sibi reseruauerit dominium d. capitalis, quia cum lucrum, & damnum d. rationis esset com-
5 mune, potuit Rotulus, † qui pecunias posuit illarum dominium sibi reseruare, vt in terminis societatis in qua vnus ponit pecuniam, & alter operam dixerunt *Natt. cons. 405. num. 1. in fin. Rimin. Iun. cons. 399. nu. 63. in fin. vol. 4.* quia nemo contrahendo societatem, rei suae desinit esse Dominus *l. si tibi area §. Iulianus ff. de praescript. verb.*

Secundò praemittebant Arciuffum fuisse verum socium, non autem nudum ministrum d. Rotuli in d. ratione. Nam ex tenore dd. Capitulorum approbat ipsum Arciuffum nedum participasse vti socium de lucro d. rationis verum etiam ei prout caeteris alijs concessum fuisse complementum, & auctoritatem d. rationis insolidum cum facultate litteras cambij, Cedulas, & alias scripturas subscribendi, cumque in totum, ac principaliter pro negotijs d. rationis obligatum fuisse, quae
6 omnia † cum nequeant considerari circa ius, & nomen societatis arguunt eum non ministrum, sed socium fuisse, *Bart. in l. Titium, & Maium §. altero num. 5. & 6. ff. de admin. tut. & in l. si Patruus in fin. C. commu. vtriusque Iudic. socc. sen. cons. 87. num. 8. lib. 1. Rimin. cons. 280. num. 27. Morquech.*

quech.de diuis.bon. d. cap.3. in fin. prout in simili
7 aditio † hæreditatis arguit aliquem esse hære-
dem, cum aditionis actus fieri non possit ci-
tra Ius, & nomen hæredis, *Roman.cons.291.nu.
2.soec.sen.d.cons.87.num.7.in fin.*

His ergo præmissis clarè sequitur d. Arciuf-
fum teneri ad solutionem debiti d. rationis
pro rata suæ participationis, siquidem cum
ipse fuerit socius, & participauerit de lucro d.
rationis pro certa rata nempè pro solid. 2. &
den. 3. vtique pro eadem rata proportionabi-
liter tenetur ad damnum, & per consequens
ad solutionem æris alieni, etiamsi certa pars
8 damni non fuerit expresfa nam si inter † socios
sit expressa in solo lucro, vel in solo damno,
eadē quoque pars cēsetur expressa in eo, quod
fuit omissum, vt probat *text.in* §. *illud expeditum
inst.de soc.* Portio enim lucri regulat, & demō-
strat portionem damni, & è contra *l.vtrum* §.
*fin. ff. de rebus dub. l. 1. C. de impub. & alijs substit.
Ias.cons.33.num.11.lib.3. Hartmann. Pistor. d. quæst.
1.num.30. Marquech.de diuis.bon. d. lib.2. cap.5. in
princ.; vbi etiam allegat leges Hispaniæ.* Et ideò
Arciuffus qui vti socius participauit de lucro
pro certa rata, pro eadem rata proportiona-
biliter tenetur ad debitum scut. 2. mil: quia
9 socius † tenetur pro illa rata, & portione,
quam habet in societate, & non vltra, *Anchar.
cons.332.col.2.num.4. & num.6. vers. postremo, Bald.
cons.125. num.2. vers. sed si fuisset probatum lib.5.
Paris.cons.93.num.31. & cons.94.num.28. li.1. Dec.
in l.si socius num.4. ff. si cert.pet. stract. de mercat. tit.
de contract.mercat.nu.15. Osasch.decis.150.n.8.* qui
testatur de communi, *Rota Ianuen.decis.14.nu.
111. vbi pariter de communi, & fuit dictum in Ro-
mana Pecuniaria 4. Decembris 1626. coram Reue-
rendiss. D. meo Decano.*

Nec obstare visa fuit distinctio exaduerso
ponderata, nempè d. conclusionem proce-
10 dere † inter ipsosmet socios quorum vnus
erga alterum tenetur solum pro sua rata, &
portione non autem respectu contrahentium,
erga quosquilibet ex socijs tenetur insolidum
pro debito sociali, *Castr.cons.205.n.3.li.2. Men.
cons.410.n.12. Gratian.discept.967.n.35. Rota.Ian.
d.97.num.7. & 8. & decis.170.n.7. & fuit dictum in
Romana Pecuniaria 8. Febr. 1585. coram Oriolen.*

Nam fuit responsum socium teneri qui-
11 dem insolidum † erga contrahentes non ta-
men pro toto debito, sed pro ea dumtaxat
quantitate quam ipse habet in societate quia
obligatio repræsentatur in corpore societatis,
12 & ideò contrahentes † debent inuestigare de
qualitate, & quantitate societatis eorum cum
quibus contrahunt, alias sibi imputare debent
vt inquit *Anchar.d.cons.332.col.2.num.4. vers.non
obstat. Castr.in l.1. §. non autem num.4. ff. de exerc.
act. & in l.sed etiam pupillus §.conditio num.2. ff. de
13 instit. act.* Vbi dicitur non excusari † contra-
hentes si ignorant sub qua forma, & lege fue-
rit institor præpositus, & contrahunt lege vel
forma perscripta non obseruata *Dec.in l. socius
num.4. vers. & notan. est ff. si cert.pet. Paris. d. cons.
93.num.32. lib.1. Mantic.de tacit.lib.6.tit.22.num.7.
& 8. Felin.de societ.cap.30. num.56. Osasch.d.decis.
150. num.8.* qui omnes huiusmodi obligatio-
14 nem † insolidum respectu tertij declarant pro-
cedere solum pro summa, & quantitate,
quam quisque habet in societate.

Non obstat si dicatur non referre quam
15 quisque † portionem habeat ad hoc vt insoli-
dum pro toto debito obligetur *l. nec quicquam
ff. de exerc.act. l. habebant §. fin. ff. de instit.act. Rota
Ianuen.decis.14.num.20.vers.10.insurgebat.* quia
vt respondet eadem *Rota d.decis.14. num.126.
16 vers. ad decimum* dd. iura procedunt † quan-
do plures socij vnam mercaturam seu ratio-
nem, ministerio vnius socij exercent, in qua
omnes socij obligantur ex consensu, & tene-
ri volunt insolidum pro toto debito sociali,
etiamsi portionem tantum in societate habe-
17 ant quia tunc consensus † obligat quemlibet
ex socijs insolidum pro toto debito non au-
tem portio, quæ vtique non posset facere vt
socius in totum teneretur, nisi manifestè
etiam pro aliorum sociorum portionibus te-
neri vellet, & sic distinguēdo, & allegañ DD.
firmat *Marquec.de diuis.bon.d.lib.2.cap.4. num.19
& seq.* & in his terminis loquitur *decis.in Mili-
ten. Nauis 12. Decembris 1633. coram R.P.D. meo
Merlino.*

Demum non obstat *Surd. decis.213. num.8.
vers. & quamuis multi dicant*, vbi ait quod
18 licet † socius non obligetur nisi pro bonis,
quæ habet in societate *ex Anchar.* & alijs supra
19 citatis, hoc tamen non procedit † quando
nihil aliud ponitur in societate præter indu-
striam, vt quando sunt plures socij vecti-
galium, vel aliorum bonorum Conducto-
res, ne hoc pacto fraudentur Creditores. Nam
quamuis hoc dictum Surdi sit probabile. At-
tamen non visum fuit applicari præsenti casui
in quo licet Arciuffus nihil posuerit in socie-
tate, attamen vti socius participauit de lucro
societatis pro certa rata, & ideò pro eadem,
rata tenetur insolidum ex supra deductis.
Et ita vtraque &c.

ROMANA ASSECVRATIONIS.

Lunæ 25. Iunij 1635.

Argumentum in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus sub certa conditione non dicitur liberatus ab ea nisi eam adimpleuerit; & propterea contra eum relaxari potest mandatum executiuum, etiam ad instantiam tertij causam habentis à principali Creditore.*

DECISIO CCCCIII.

DOMINVS Gaspar Alberus de anno 1613. vendidit officium Notariatus causarum ciuilium Tribuñ Gubernatoris Vrbis Ioanni Petro de Bonis, Angelo Carobio, & Petro Philippo prætio scut. 13500. & in Instrumento venditionis promisit prætium deponere ad effectum inuestiendi pro euictione d. officij, quod erat subiectum fideicommis-

so

fo Gondisalui eius Aui, postmodum d. Ioannes Petrus, & alij vendiderunt pro eodem pretio illud officium D. Thomæ Baccello pro persona nominanda, qui Baccellus nominauit q. Ioannem Baptistam de Aste, post cuius obitum cum eques Franciscus eius filius, & Mauritius nepos illius hæredes conuenerint D. Gasparem ad d. inuestimentum faciendum, proposui dubium, an ad hunc effectum esset relaxandũ mandatum contra D. Gasparem, & DD. affirmatiuè responderunt.

Quia cum ex Instrumento cessionis quod datur in *sum. num.* 6. constet D. Baccellum nominasse, & cessisse respectiuè officium, de quo agitur q. Ioanni Baptistæ de Aste Patri
1 Equit. Francisci,& D.Gaspar † in Instrumento venditionis factæ de anno 1613. sub obligatione Camerali promiserit scuta 11. mil. quæ in actu stipulationis recepit, & alia scut. 2500. quæ habuisse in eodem Instrumento confessus fuit deponere, & inuestire, hocq; non adimpleueritvtique contra eum venit relaxandum mandatum *Mantic.de tacit. & ambig. lib.4.tit.3.per tot.& signanter n.23. & seqq. Gomes var. tom.2.cap.13. num.7.*

Non obstant partitæ exhibitæ pro parte D. Alberi, ex quibus prætenditur probari huiusmodi Inuestimentum in tot locis montium, quia vltra quod in multis non apparet de vero inuestimento, ex illarum inspectione non constat illud fuisse factum cum conditione, quod staret loco fideicommissi Gondisalui, prout fuerat conuentum in Instrumento venditionis, quo stante D. Gaspar non potest dici liberatus à supradicta sua obligatione.

Et ità vtraque &c.

CAMERINEN. IVRIS FABRICANDI.

Mercurij 27. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Vicinus, an possit altius ædificare inuito vicino laterali, non obstante pacto de altius non tollendo.

SVMMARIVM.

1 *Vicino, & vnicuique licet suas ædes altius extollere.*
2 *Pactum, de altius non tollendo intelligitur tantum cum præiudicio in ordine ad vsum, ad quem locus destinatus fuit.*
3 *Peritorum relationi secũdum eorum materiam standum est.*
4 *Seruitus altius non tollendi in præiudicium luminis differt à seruitute prospectus.*
5 *Seruitus promissa ad certum vsum ad necessitatem eiusdem restringi debet.*
6 *Luminis præiudicium cum non sit considerabile, sed modicum attendi non solet.*

DECISIO CCCCIV.

QVIDAM Franciscus Calcarius vendidit domum alteri suæ domus contiguam q. Leonardo Bernardino cum pacto inter alia,*che non possa alzare la casa comprata in pregiuditio d'vna fenestra ferrata sopra il tetto della casa, che resta al detto Francesco creditore*, vt in Instrumento d.venditionis *Summ.nu.*1. fuit hodie dubitatum, An Iosepho filio, & hæredi d. Leonardi liceret altius tollere aulam d. domus emptæ non obstante d.pacto,& per DD. fuit affirmatiuè responsum; nam Iosephus habet intentionem fundatam de iure se-
1 cundum, quod vnicuique † licet suas ædes altius extollere, *vulg. l. altius, & ibi communiter DD. C.de seruit. & aqu. l.cum eo, ff. de seruit. vrban. prædior. Andr.Gail. pract.obseru.lib.1. cap.69. num.1.Menoch.de præsumpt.lib.3. præsump.89.n.3. Socc. sen.consf.141.numer.1. vers. His tamen lib.1. Aym.consf.94.num.2. Honded. consf.80. num.14. & consf.81.num.17.vers. sed prædictis lib.1. Magon.decis.Lucens.29.num.7.* etiam si extollendo, vicini ædes obscurentur, *d.l.cum eo, & ibi DD. ff. de seruit.vrban. prædior. l. Proculus, ff.de damn.infect. Gail.d.l.2.cap.69.num.10. Dec. consf.200. in princ. Aym. d. consf.94. num.2. in fin. Honded. d.consf.80. num.16.Magon.d.decis.29.num.8.*

Non obstat pactum de altius non tollendo in præiudicium fenestræ cancellatæ in Instrumento d.venditionis appositum, siquidem cum agatur de materia seruitutis, quæ vti odiosa strictam recipit interpretationem,*Dec. d.consf.200.num.2. & 3. Bero.consf.133.n.18.lib.3.*
2 *Surd.consf.41.num.1.* Prædictum pactum † intelligitur de illo dumtaxat præiudicio in ordine ad vsum ad quem fenestra destinata fuit, *l. ergo, vbi Bald.§.Neratius, ff.de seruit. rusti. prædior.Surd.consf.27.num.8.& d. consf.41. num.1.* Ex planta autem d. domus, ex depositione testium, & ex relatione Architectorum tam de
3 partibus, quam Vrbis, quibus † in huiusmodi materia standum est, *Specul. in §. final. col.1. tit. de probat. Alba consf.20.num.15. lib.1.* constat fenestram, de qua agitur, fuisse destinatam ad lumen recipiendum non autem ad prospectum, vnde cum per eleuationem aulæ d.domus in ea parte, in qua Iosephus vult ædificare, d.fenestræ quoad lumen non officiatur, prout ijdem Testes,& Architecti per optimas rationes apertè concludunt, vtique Iosepho licet altius ædificare non obstante d. pacto, *l. inter seruitutes, ff.de seruit.vrban. prædior. Alb.d. consf.20.num.20.lib.1.Honded.d.consf.80. numer.14.*
4 *& seqq.* Hæc enim seruitus † censetur seruitus altius non tollendi in præiudicium luminum iuxta *doct.Castr.in l.inter ædificia, ff.de seruit.* quę longè differt à seruitute prospectus aut ne prospectui officiatur, vt notant *Doctor. in d. l. inter seruitutes, & signanter idem Castr. in eius lectura Auenionen. ff. de seru.vrb. prædior. Cæpoll. in tract.de seruit. vrb. prædior. cap. 32. vsque ad 36. Coras. in eius Commentar. tom. 1. tit. de seruitutibus.*

Nec obstat, quod fenestra sit posita in loco eminenti, ac propterea possit inseruire

etiam ad prospectum; Nam ad hunc effectum non solet attendi locus rei cui seruitus debetur, sed vsus, seu exercitium illius, vt in proposito aduertit *Bero.d.conf.133. numer.14. lib.1.* adeo vt † seruitus promissa ad certum vsum ad necessitatem eiusdem vsus restringi debeat, vt inquit, *Bald. in d.l. ergo, §. Neratius, ff. de seruit. rustic. prædior. Surd. d. conf.27.numer.8.*

5 Cum ergo d. fenestra vsque de tempore venditionis domus, sit locata propè tectum, & habeat cancellos, *con li ferri dentro la spalletta, & non à gabbia, vt vulgo dicitur*, aliasque habeat qualitates, quæ satis demonstrant eam fuisse destinatam solum ad vsum luminis iuxta tradita per *Sebast.Medic.dec.March.49.num.9. in fin.& seq.* Vtique non potest hodie prætendi, quod illa possit inseruire etiam ad prospectum, & per consequens, quod ei debeatur etiam seruitus prospectus; Nam quis vti non potest seruitute nisi ad effectum, ad quem illa acquisita fuit, *l. ex meo, ff.de senten. rust. prædior. Surd.d.conf.27.n.8.*

Nec releuat si dicatur d. fabricam esse præiudicialem saltem ex eo, quod tollat lumen prouenìens à latere eiusdem fabricæ: Nam stante distantia decem palmorum inter d. fenestram, & fabricam faciendam, vt refert Iudex de partibus de consensu electus, præiudi-

6 cium † respectu luminis non est considerabile, sed modicum, quod in huiusmodi seruitutibus non solet attendi, vt in terminis seruitutis luminum, aut ne luminibus officiatur tradit *Corn.conf.113.numer.19.& seqq. lib.2.* Sufficit enim, quod non prohibeatur quin cœlum videri possit ad hoc, vt luminibus non officiatur, vt inquit *Abb. d. conf.20. in fin. lib. 1.*

Et ita Iosepho tantum informante resolutum fuit.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE CINCIIS.

Mercurij 4. Iulij 1635.

Argumento neque Summario indiget.

DECISIO CCCCV.

DOMINI steterunt in duabus decisionibus in causa factis 19. Aprilis 1630. & 19. Ianuarij præteriti pro immissione D. Ludouici in possessionem reliquorum bonorũ à D. Hieronymo possessorum ex rationibus deductis nè dum in dd. duabus, sed etiam in tribus alijs decisionibus nempè 8. Iunij 1628. 9. Iunij 1629. coram bon.mem. Card. Virili, & 19. Aprilis 1630. coram me etiam in prima decisione sub d. die, contra quas nihil releuans deducebatur.

Et ità vna tantùm &c.



ARIMINEN. DOMVS.

Mercurij 4. Iulij 1635.

Ex Summario Argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Promissio quando est iuramento, & obligatione Camerali vallata, paratam habet executionem: nec admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem, n.2.*

3 *Promissio de faciendo consentire omnem personam intelligitur si damnum pati possit.*

4 *Obligatio quando tendit ad plures casus, non debet restringi.*

DECISIO CCCCVI.

HIERONYMVS Labius vendidit domum de qua agitur, quondam Francisco Pauonio, qui rursus eam vendidit Iuniperæ Casaneæ promittens domum esse suam liberam ab omni onere, venditionem esse bonam, facere consentire omnem personam litem non inferre, omnemque litem in se suscipere, & ab omni molestia liberare cum obligatione Camerali, & iuramento, vt latius in Instrumento d. venditionis.

Sed cum domus non spectaret ad Hieronymum primum venditorem, sed ad illius filium Diotalelium vti hæredem Magdalenæ Morettæ eius Matris, cui prædicta domus pro suo fundo dotali assignata fuerat, Diotalelius, iudicium in Rota introduxit pro vindicatione domus, tam contra Hieronymum patrem, quam contra Iuniperam illius detentricẽ, & duas decisiones fauorabiles sub diebus 23. Iunij 1631. & 27. Martij 1632. coram me reportauit, in quibus resolutum fuit cõstare de bono iure ipsius Diotalelij super d. domo; Quapropter d. Iunipera egit contra Pauonium coram A.C. pro præstatione consensus ipsius Diotalelij, & successiue mandatum exequutiuum relaxari obtinuit, causa appellationis commissa cum clausula, si quid exequendum. Dubitauit, an esset locus exequutioni d.mandati, & per DD. fuit affirmatiuè responsum.

Siquidem de promissione ipsius Pauonij de faciendo consentire d. venditioni vnde cum Pauonius legitimè interpellatus à Iunipera non fecerit consentire d.Diotalelium, cuius bonum ius super d. domo fuit à Rota canonizatum vtique mandatum ab A.C. relaxatum pro d. consensus præstatione venit

1 exequendum; cum d. promissio † sit iuramento, & obligatione Camerali vallata, quę paratam habet exequutionem, *Mohed. decis.2. de except.Cassad. decis.1. num.2. de mutuis petition. Seraph.decis.1477.num.1.Rota decis.695.numer.2. par.2.recent. & alibi*, nec admittit exceptiones

2 altiorem † indaginem requirentes, *Gallesi. ad form.Cam.oblig.par.3.q.2.nu.11.Seraph. dec.1455. num.22.Rota dec.485.num.10. par.1. recen. & coram Greg.XV.dec.234.n.1 & 406.n.17.*

3 Non

3 Non obstat, quod huiusmodi † promissio de faciendo consentire omnem personam intelligatur dummodo Iuniperæ intersit, & damnum pati possit iuxta *decis. Seraph.* 1243. & 1275.

Quia cum de bono iure ipsius Diotalelij super d. domo satis appareat ex Instrumento assignationis eiusdem domus factæ d. Magdalenæ eius matri pro suo fundo dotali, dictumque bonum ius sit etiam per binas decisiones Rotales canonizatum, negari non potest, quin Iuniperæ validè intersit consensum ipsius Diotalelij obtinere, & eo non obtento graue damnum ipse patiatur, cum facile d. domus ab ea auocari possit.

4 Nec releuat, quod Pauonius † litem in se susceperit; quia eius obligatio non est restricta ad solam litis susceptionem, sed etiam ad faciendum consentire omnem personam, & cum immineat euictio domus, sola susceptio litis non sufficit, nec per eam d. Iuniperæ satis est consultũ ad tradit. per *Glos. in §. fin. & ibi Io. Sab. in fin. instit. de suspect. tutor. Caball. de euict. §. 2. num. 13. in fin. Surd. decis. 295. n. 17. & seqq.*

Et ità vna &c.

BONONIEN. BENEFICII.

Mercurij 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione beneficij datur illi, qui mediante confessione, seu assertione aduersarij contenta in narratiua suæ prouisionis, dicitur intrusus in d. beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Confessio aduersarium fuisse intrusum in beneficio, expressa in narratiua potest inseruire ad effectum manutentionis contra confitentem, reiecta qualitate vitij intrusionis.*

2 *Possessio attentata non est manutenibilis.*

3 *Clausula*, non tamen in executionem &c. *exigit immediatam executionem litterarum Apostolicarum sine retardatione.*

Limita, quando est mera exequutiua, secus quando est appellabilis, num. 4.

5 *Clausulæ.* vocatis &c. amoto &c. *faciunt executorem de mero mixtum, & reddunt causam appellabilem, & in suspenso retinent executionem, quandiu adest legitimus contradictor.*

Ampliæ quando concurrit paritas tituli inter partes, n. 6.

DECISIO CCCCVII.

FVIT dictum Angelo Mathioli dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficij de quo agitur, quia de eius possessione constat ex cõfessione Grifoni collitigantis, dum in sua prouisione narrauit d. Angelum fuisse intrusum in d. Beneficio, & licet ex ista narratiua videatur oriri confessio possessionis vitiosæ, attamen cum illa habeat præsumptionem contra se, quia possessio præsumitur legitima, non autem vitiosa, *arg. l. merito, ff. pro soc. Aym. cons. 150. nu. 5. Corn. cons. 185.*

1 *in fin. lib. 3.* potest inseruire † respectu possessionis ad effectum manutentionis contra confitentem reiecta qualitate vitij intrusionis, *Cravett. d. cons. 150. num. 5. Rota decis. 302. num. 3. p. 1. diu. Greg. XV. decis. 458. num. 3. Rota dec. 525. nu. 2. & dec. 768. num. 6. par. 2. rec.*

Non obstat posterior possessio capta per Grifonum in vim sententiæ ad eius fauorem latæ ab exequutore litterarum Apostolicarũ, quia illa detegitur attẽtata, ex quo sub die 10. Iunij 1634. fuit lata sententia, & possessio capta die 11. eiusdem mensis, & sub die 13. fuit appellatum; vnde negari non potest, quin d.

2 possessio † subiaceat vitio attentatorum, & & consequenter non veniat manutenenda, *Lancell. de attent. par. 3. cap. 4. n. 49. Rot. decis. 701. num. 1. par. 2. recen. Caual. decis. 592. & decis. 598. num. 1. & 2. Greg. XV. dec. 513. n. 1. & 2.*

Non obstat, quod causa fuerit com-

3 missa cum clausula (non tamen in exequutionem litterarum Apostolicarum) quæ exigit immediatam exequutionem dictarum litterarum sine retardatione. Ideoque appellatio interposita pro parte Angeli non potuerit impedire illarum exequutionem, & consequenter, nec causare attentata ad effectũ denegandi manutentionem Grifono.

4 Quia prædicta † clausula tunc dictum operatur effectum quando mera est exequutiua, secus quando est appellabilis, prout in præsenti casu illam esse appellabilem colligi-

5 tur ex clausulis appositis in litteris † Grifoni (vocatis &c. amoto &c.) quæ clausulę faciunt exequutorem de mero mixtum, reddunt causam appellabilem, & in suspẽso retinent exequutionem; quando tamen adest legitimus contradictor (prout hic) vt de clausula (amoto) tenuerunt *Abb. in cap. de cætero num. 8. & ibidem Felin. num. 9. de re iud. Oldrad. cons. 227. n. 3. & seqq. Caual. dec. 278. num. 8. & dec. 478. numer. 5.* & de clausula (vocatis) *Rota decis. 558. nu. 3. 4. & 7. par. 1. & decis. 386. num. 1. par. 2. rec.* Con-

6 currente † præsertim paritate tituli inter istas partes cum vtraq; habeat prouisionem Apostolicam, & sit præsentata à patronis respectiuè, *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 35. Caual. decis. 485. num. 1.*

Et ita vtraque &c.

PISTORIEN. SEV NVLLIVS BENEFICII.

Mercurij 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur prophana si agatur de pertinentia Iurispatronatus, & præsentandi, non autem de titulo beneficij.*
2 *Hæreditas semper defertur ad proximiores.*
3 *Clausula, parito litteris Apostolicis, non impedit quin Iudex ad quem procedere possit ad vlteriora.*

DECISIO CCCCVIII.

PENDENTE lite coram me inter D. Archiepiscopum Pisanum prouisum Apostolicum de beneficio, de quo agitur, & Bartholomæum Verzonum ad idem beneficium præsentatum à Nicolao Verzono, fuit ad causam admissus Nicolaus tanquam patronus pro suo iure, & interesse respectu pertinentiæ iurispatronatus, & successiuè fuit cõcessa d. D. Archiepiscopo immissio in vim gratiosæ subrogationis ad ius, & possessionẽ q. Euerardi, & d. q. Bartholomæi collitigantis, interposita deinde appellatione pro parte Nicolai, & causa mihimet commissa cum clausula (parito litteris) idem Nicolaus intendens litem prosequi super d. pertinentia petijt remissoriam ad probandum se esse successorem de descendentibus: q. Antonij Thierij Andreæ Lenzini, & Iacobi Torelli antiquorum patronorum; idcirco proposui dubium, An d. remissoria ei esset concedenda, & DD. resoluerunt illam esse concedendam.

1 Nam † cum agatur de pertinentia iurispatronatus, & præsentandi, non autem de titulo beneficij, causa dicitur prophana, *Acch. decis. 11. de iurep. Cas. de Grass. decis. 11. de dilat.* quo
2 casu data releuantia articulorum remissoria conceditur in quacunque instantia etiam sine fumo, *Put. dec. 201. lib. 1. Verall. decis. 68. p. 3. Greg. XV. dec. 174. n. 2.*

Releuantia autem visa fuit DD. clara, quia ex probatione d. descendentiæ, vel successionis resultabit probatio pertinentiæ ad fauo-
3 rem Nicolai; cum † hæreditas deferatur ad proximiores, & probans se certo gradu coniunctum, præsumatur proximior, donec contrarium probetur, *Alen. in l. is potest, ff. de acquir. hæred. Dec. cons. 321. circa fin. Alciat. cons. 199. n. 21. Neuiz. cons. 10. n. 9. Surd. cons. 241. n. 26.* Imo Iuspatronatus transeat regulariter ad hæredes, *Clem. plures de iurep. Seraph. dec. 456. num. 1. Rota decis. 482. num. 2. par. 1. rec. & fuit dictum in Narnien. Iurispatronatus 13. May, & 16. Decembris 1633. coram me.*

Neque obstat, quod causa appellationis fuerit commissa cum d. clausula (parito litteris Apostolicis) quæ non tribuit iurisdictionem donec illis fuerit paritum, quia Dominis visum fuit constare de sufficienti paritione, dum D. Archiepiscopus existit in possessione, fructus percipit, & D. Nicolaus nihil cum effectu restituere tenetur; sed solum præstare patientiam verbalem, quo casu d. clau-
4 sula † non impedit, quin Iudex, ad quem procedere possit ad vlteriora, *Mohed. dec. 275. alias dec. 9. de sent. & re iudic. & dixit Rota in Toletana Cappellaniæ 14. Aprilis 1595. coram bo. me. Card. Millino penes Marches. de communi rest. in integr. §. 2. par. 2.*

Et ita vtraque &c.

TVDERTINA CENSVS, SEV EXPENSARVM.

Mercurij 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Iusta causa litigandi in Rota, quando excuset à solutione expensarum.

SVMMARIVM.

1 *Litigantes dicuntur quasi contrahere in iudicio, & sic tenentur ad omnes expensas.*
2 *Ex quasi contractu, ciuilis nascitur obligatio, quæ habet vim naturalis.*
3 *Sententia Rotalis, quando reuocat aliam extra Rotam latam, & condemnat in expensis, venit intelligenda de expensis in Rota factis, non autem extra.*
Intellige hoc procedere si sententia extra Rotam lata fuerit reuocata ex noniter deductis, secus si ex ijsdem actis, & n. 4.
5 *Expensæ debentur à succumbentibus, quando eorum culpa fuerunt factæ ab altero litigante.*
6 *Expensarum condemnatio debet intelligi pro virili non autem insolidum, etiamsi agentes essent ad negotium principale insolidum obligati.*

DECISIO CCCCIX.

AD instantiam Rubini Cellij, & Cardutij fuit lata sententia ab A.C. contra Confraternitatem Sanctissimæ Annunciatæ Tuderti, per quam fuit declaratum census, de quibus agebatur, fuisse nulliter impositos, & esse cassandos ad illorumque fructus dd. Rubinum, & Cardutium non teneri: Hæc sententia fuit postmodum per sententiam Rotalem reuocata, quæ cum ob non prosequutam appellationem fecerit transitum in iudicatum, dubitatur, An hæredes d. Rubini teneantur ad expensas factas in vtraque instantia, & pro qua rata, & quantum attinet ad primam partem dubij fuit affirmatiuè responsum, quia cum d. sententia Rotalis, vt supra dictum est, transitum fecerit in iudicatum, dictusque Rubinus in ea sententia in expensis fuerit condemnatus, constetq; istos de Cellijs conuentos à Confraternitate, esse hæredes eiusdem Rubini, vtique ad istas ex-
1 pensas tenentur, † cum in iudicijs quasi contrahatur, *l. 3. §. idem scribit, vbi glos. in verbo iudicio, & Bart. nu. 1. & 7. ff. de pecul.* ex quo quasi
2 contractu † nascitur obligatio ciuilis, quę habet effectum naturalis, *Bart. in d. §. idem scribit sub num. 12.*

Non obstat, quod cum Rubinus obtinuerit

rit primam sententiam ab A.C. ad sui fauo-
3 rem, sententia Rotalis, † quę condemnat in expensis veniat intelligenda de expensis factis in Rota non autem de factis coram A. C. Quia vltra quod etiam iusta causa litigandi, in Rota non excusat à solutione expensarum *Cassador.dec.13.nu.2.de rescript.Put.dec.246.lib.2. in antiq.vesti. in prax.lib.8.cap.2.num.10. Sarn. in regula de annal.q.41. in princ.* hoc procederet si
4 sententia † A.C. esset reuocata ex nouiter deductis, sed cum fuerit reuocata ex iisdem, rectè dd. Rubinus, & Cardutius fuerunt condemnati in expensis d.primæ instantiæ, *Verall. dec.340.num.3.& 4. par.1.& dec.289.lib.1.in manuscript. Rota dec.10. in princ.de dol. & contum. in nouis, Vestr. in prax.lib.8.cap.2.num.10.& seq.*

Non obstat id, quod dicitur nempe Rubinum in prima instantia non fuisse admissum ad causam, & propterea licet in sententia fuerit nominatus pro quocunque suo iure, & interesse non ideo posse dici, quod sit aduersarius *iux.addit.ad Bart.in l. testamentaria, litt.A. ante med.C.de testam. & quemadmod. testam. ordin.* Quia cum Rubinus possessor bonorū censuatorum corā A.C.in quolibet actu comparuerit contra societatem, & sententiam fauorabilem super extinctione censuum, de quibus agebatur reportauerit eademq; societas fuerit coacta appellare, & causam prosequi; hocque iudicio Rotali d. Rubinus, & post eius obitum hæredes fuerint citati neque renunciauerint d. sententiæ A.C. & expectauerint sententiam Rotalem, & sic societas fuerit astricta facere expensas, culpa aduersariorum
5 sine † dubio ad illas tenetur, *Abb. in cap. finem litibus, num.23. vbi & alij Canonistæ de dol.& contum.Specul.in §.postremo, tit.de expens.Gail.obseru. 151. in princ. vers. itaque indicialium lib. 1. Thesaur.dec.67.n.4.vers.ex quibus.*

Quantum verò ad secundam partem dubij, pro qua rata teneantur ijdem Cellij, DD. dixerunt, illos teneri pro medietate; nam cum in sententia fuerint condemnati in expensis hæredes Cardutij, & Rubinus: condemnatio
6 debet † intelligi pro virili non autem insolidum, quod agentes essent ad negotium principale insolidum obligati per *text. in l.1. & 2. l. si plus, ver. sent.Surd.consf.150.nu.35.circa med. vers. & dicit, Bertrand.Gratian. disceptat. cap.33. num.50. & 55.tom.1.Giurb. dec.46. num.4. Cancer.variar.lib.3.cap.17.nu.295. vers. similiter condemnatio expensarum, Verall. decis.343. par. 1.& fuit dictum in causa Rauennaten. censuum 27. Nouembris 1628. coram Reuerendiss.D.Vrgellen.*

Non obstat, quod Io: Baptista, & Ludouicus Cardutij essent duo, & hæredes Rubini repræsentent personam eiusdem Rubini, quæ erat vnica, & propterea ipsi hæredes solum teneri debeant pro tertia parte ad dd. expensas.

Nam huiusmodi prætentio fuit reiecta per DD. quia licet duæ sint personæ illorum de Cardutijs negari tamen non potest quin sit ius vnicum apud ipsos, & sic repræsentent vnicam tantum personam, & propterea dd. hæredes teneantur ad expensas pro medietate, & non pro duabus tertijs partibus ex supra deductis.

Et ita vtraque &c.

PISTORIEN. BENEFICII.

Mercurij 29. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Possessio capta vigore mandati de immittendo concessi ab executore Apostolico pendente litte, est attentata.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta pendente lite remanet attentata. Et Rota solet apponere sequestrum, & num.3.*
2 *Acta in causa facta, quæ percutiunt merita causæ fieri non possunt absque contestatione litis.*
4 *Appellatio datur à sententia mixti executoris, & executio illius remanet attentata.*
5 *Clausula*, amoto &c. *vel alia sonans in iudicialem indaginē, non habet locum in mero executore dato in litteris expeditis in forma gratiosa.*
6 *Clausula*, verificato prius iurepatronatus, *facit executorem mixtum.*

DECISIO CCCCX.

VACANTE Beneficio, de quo agitur, quod prætenditur esse de Iurepatronatus familiæ de Ricciardis, Petrus, & alij de dicta familia constituerunt Antonium procuratorem ad præsentandum in Rectorem personam sibi benè visam, qui quidem Antonius vigore facultatis substituendi sibi traditæ substituit Bonifacium eius fratrem, qui ipsum Antonium præsentauit. Deindè Patroni variando præsentarunt Nicolaum, & postmodum Thomam, qui Thomas lite introducta, & indecisa pendente coram Vicario Pistorieñ cum Antonio super prælatione, & institutione ad dictum beneficium obtinuit à Sede Apostolica mandatum de prouidendo directum Priori Cathedralis Pistorieñ, qui nemine citato ei concessit mandatum de immittendo, cuius vigore d. Thomas cæpit possessionem; Ab hoc mandato, & alijs inde sequutis appellauit Antonius, & causam mihi à Signatura committi obtinuit; Quapropter proposito à me dubio, an possessio d. Thomæ esset attentata, itaut veniret sequestranda, DD.
1 affirmatiuè responderunt ea ratione; † quia cum illa fuarit capta pendente d. lite coram Vicario, illa per consequens remanet attenta-
2 ta, quo casu Rota passim solet apponere sequestrum *Cassador.decis.3.in fin.de restit. spol. Verall.decis.157.par.3. Cas.de Grass. decis.2.num.1.de appell. Gregor.XV.decis.10.num.1.& decis.91.n.1.* & fuit dictum in *Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 23. Iunij 1615. coram bon. mem. Remboldo, & alias sepissime.*

Nec dubitari potest de pendentia litis coram dicto Vicario, quia de illa sufficienter constat ex eo, quod in termino edicti tam Antonius, quam Thomas præsentati, compa-

paruerunt coram eodem, & suas exceptiones & replicationes protulerunt; & Iudex terminum vtrique parti præuia citatione, & decreto, ac protestatione alterius partis assignauit ad producendum, & allegandum, quicquid voluerint, & potuerint, ac successiuè fuerunt hinc inde iura producta, & repetita præuia citatione ad videndum fieri productionem iurium, ac protestatione ex vna parte (generalia contra) fuerunt pariter articuli exhibiti pro parte Thomæ, Antonio citato, & testes examinati formiter, prout de prædictis omnibus constat ex datis in Summario Antonij
3 *num.4.* quæ † omnia fieri non poterant citra contestationem litis cum percutiant merita causæ, *ad not.in cap.1.de lit.contest.Felin.in cap.fin. num.27.de præsumpt. Gonzal.super reg.de attent. seu in annot. contra nullitat.num.38.* & fuit dictum in *Piscen. Beneficij 20. Martij 1628. coram Eminentissimo D.Card.Vbaldo.*

Non obstat, quod in litteris Apostolicis fuerit facta mentio litis in genere; quia id suffragatur ad sustinendam gratiam ne corruat ex eo, quod non fuerit facta mentio litis, sed
4 non impedit, quo minus possessio † capta pendente lite non sit attentata *Greg.XV.dec.2.Add. n.16.* & fuit dictum in *d.Piscien. Beneficij coram Eminentissimo Vbaldo.*

Non obstat decisio in causa *Lunen.Sarzanen. Beneficij 13.Iunij 1625.coram Reuerendiss.Vrgellen.* quia illa non applicatur, cum in ea supponatur, quod Capitulum non processit iudicialiter, sed omnes actus fuerint extraiudiciales, qui propterea non inducunt attentata in casu autem isto fuit processum iudicialiter, vt patet ex supradictis.

Præterea euitari non possunt attentata, ex quo Vicarius Pistorien. erat mixtus executor propter clausulam, verificato prius Iure-
5 patronatus, vnde ab † illius sententia dabatur appellatio, & absque vitio attentatorum exequi non potuit, *Gregor.XV. decis.91. num.2. & seqq. vbi Adden.* & fuit dictum in *dicta Piscien. Beneficij.*

Non obstat, quod, cum neque Antonius, neque Thomas possideret, dictus exequutor
6 vti † datus in litteris expeditis in forma gratiosa, & sic merus, non debuerit assumere partes Iudicis, sed extraiudicialiter capere informationem super narratis non obstante clausula, amoto &c. vel alia sonante in iudicialem indaginem, *vt in Pacen. Prioratus Veneris 11. Nouembris 1604. coram bon. mem. Patriarcha Hierosolymitano.*

7 Quia obiectũ tollitur ex clausula, (verificato prius Iurepatronatus &c.) quę facit exequutorem mixtum ex decisionibus supra allegatis, & propterea dicta decisio Pacen. Prioratus, & aliæ in contrarium allatæ cum procedant in alijs terminis, quam Iurispatronatus, non applicantur.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GVIDIS.

Mercurij 28. Nouembr. 1635.

ARGVMENTVM.

Ex Summatio.

SVMMARIVM.

3 *Descendentes seu illi qui sunt de cippo, & casata Testatoris possunt impugnare conuentionem, etiam non expectata morte alienantium, seu diuidentium.*

3 *Testes deponentes in genere aliquos esse de cippo, & casata Testatoris per lineã masculinam, & de publica voce, & fama, sufficienter eorum descendentium probant ad effectum admissionis ad causam, cũ hoc casu etiam semiplena probatio sufficiat, & num.2.*

DECISIO CCCCXI.

PENDENTE hac causa coram me inter Io. Baptistam, & alios de Bernis prætensos fideicommissarios q. Antonij senioris de Guidis vti illius descendentes per lineam masculinam, ex vna, & Marcum Antonium Panicatum, Matthæum Bussium & Mauritium de Fabijs alios prætensos Fideicommissarios eiusdem q. Antonij vti illius descendẽtes per lineam fœmininam partibus ex altera super diuisione quorundam bonorum d.q. Antonij Carolus, Petrus, & Dominicus de Bernis, & Guidis filij d. Io. Baptistæ obtinuer unt commissionem admissionis ad causam cum clausula, constituto de interesse, vnde proposito à me dubio, an constet de ipsorum interesse DD. affirmatiue responderunt; Quia cum Antonius de Guidis constituerit in suo testamento successiuum, & perpetuum fideicommissum ad fauorem masculorum de cippo, & casata ipsius, & ipsis deficientibus vocauerit proximiores masculos descendentes per lineam fœmininam, cum expressa prohibitione cuiuscumque alienationis etiam latissimè sumpto vocabulo, nec in totum, nec in partem ex quauis causa etiam vrgenti, & vrgentissima, adhoc vt eius bona perpetuo cõseruarentur, vt in particula Testamenti data in Summar.num.1. conuentio de diuidendo dd. bona fideicommissaria postea inita inter Io. Baptistam, & alios de Bernis, & Guidis ex vna, & prædictum Panicarum, & alios descendentes ex fœminis ex altera est de directo contra expressam dispositionem eiusdem Testatoris, qui ad suã successionem non simultaneè, & coniunctim sed successiuè, & gradatim vocauit prius masculos de cippo, & casata sua, & istis deficientibus proximiores masculos descendentes ex fœminis, & per cõ-
1 sequens Carolus, & fratres, qui sunt de cippo, & casata d. Testatoris fideicõmittentis videntur posse impugnare dictam conuentionem etiam non expectata morte alienantium seu diuidentium iuxta tradit per *Fusar.q.554.n.6. & seqq.*

& seqq.& Peregr. de fideicom. art. 14. num. 8. quod satis superque visum fuit ad hoc vt dicatur
2 constare † de eorum interesse & admittantur ad causam, cum ad hunc effectum sufficiat docere de interesse etiam apparenter, *Innoc. in cap. veniens el 2. num. 1. verb. intentionem Card. Zabarell. ibid. num. 2. de testib. Put. decis. 166. num. 2. lib. 3. in correct. Bisgnett. decis. 1. de rescript. in antiquior. Mandos. de commiss. commiss. 9. verb. ad causam,* & fuit dictum *in Vrbauetana Terrarum 28. Iunij 1632. coram me & alius sepè.*

Quod autem dd. Carolus, & fratres sint de cippo, & casata d. q. Antonij fideicõmittentis probatur ex testibus, qui dantur in Summar. num. 2. & 6. qui deponunt eos esse filios legitimos, & naturales d. Io. Baptistæ Bernæ de Guidis huncq; esse de cippo, & casata q. Antonij de Guidis per lineam masculinam, cosque vocari duplici cognomento de Bernis, & Guidis, ex eo quod in hac familia de Guidis fuit quidam nomine Bernonus vocatus, indeque illius descendentes vltra cognomentum de Guidis nactos fuisse alterum cognomentũ de Bernis; qui testes quamuis non specificent omnes gradus, per quos dd. fratres descendunt à d. q. Antonio, attamen cum de-
3 ponunt in genere eos esse de cippo, & casata ipsius per lineam masculinam, ac deponunt de publica voce, & fama sufficienter eorum descendentiam probant ad effectum admissionis ad causam cum hoc casu etiam semiplena probatio sufficiat, *Felin. in cap. cum super num. 16. de sent. & re iudicat. Mandos. d. commiss. 9. verb. ad causam Zabarell. cons. 7. in fin.*

Et ità vna tantum &c.

BONONIEN. BENEFICII.

Veneris 14. Decemb. 1635.

ARGVMENTVM.

Impetrans beneficium à Summo Pontifice vti vacans, certo modo, tenetur concludenter probare negatiuam tanquam fundamentum suæ gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua assertio debet plenè & concludenter probari ab impetrante beneficium vti vacans, certo modo.*

2 *ad Negatiuam promotionis ad ordines sacros probandam; Relatio Notarij non suffragatur quia semper possibilitas susceptionis ordinum ab alio Episcopo cum litteris dimissorijs, sui ordinarij; quæ sola possibilitas sufficit ad elidendum probationem negatiuè desumptam ex libro Curiæ Episcopalis.*

3 *Promotus ad gradum presbyteratus arguit fuisse promotum ad præcedentes ordines inferiores, statutis à iure temporibus; cum nemo præsumatur per saltum promotus.*

4 *Episcopus, vel Vicegerens non confert ordinem presbyteratus, nisi constet de præcedentibus ritè susceptis.*

DECISIO CCCCXII.

DIXERVNT DD. Matthæo Griffonio non esse adiudicandum beneficium de quo agitur ea moti ratione, quia ipse impetrauit illud à Sanctissimo vti vacãs certo modo, nimirum, ex eo quod Michael Angelus Zambonus alias prouisus de eodem beneficio nõ fecerit se promoueri ad ordines sacros cum primum ad legitimam ætatem peruenisset iuxta decretum in litteris suæ prouisionis
1 appositum: Quam tamen † negatiuam Griffonius, omissis alijs narratis, in quibus sufficiens probatio adhuc deficere visa fuit, non probauit plenè, & concludenter prout probare tenebatur tanquam fundamentum suæ gratiæ, *Innoc. in cap. super hic col. 3. de accus. Cassad. dec. super regul. Gabr. de probat. conc. 6. in princ. Dec. cons. 649. n. 9. Caual. dec. 315. num. 5.*

Non obstat, quod d. negatiua promotionis satis probata remaneat ex relatione Notarij de partibus, qui attestatur se fecisse diligentias in libro ordinationum Curiæ Archiepiscopalis Bononiæ, in quo huiusmodi ordinationes adnotari solent, & inter promotos descriptos in dicto libro d. Zambonum non inuenisse.

Quandoquidem cum d. Zambonus po-
2 tuerit † alibi, quam in Ciuitate Bononiæ ad prædictos ordines promoueri, nimirum ab alio Episcopo cum litteris dimissorijs sui Ordinarij, dd. diligentiæ nõ suffragantur ad probandam d. negatiuam promotionis cum illã non coarctent adeo vt excludatur possibilitas susceptionis ordinum alibi, quam in d. Ciuitate, quæ sola possibilitas sufficit ad elidendã probationem negatiuæ desumptam ex libro d. Curiæ vt in similibus terminis probationis negatiuæ concursus fuit dictum in *Nicien. Parocchialis 25. Iunij 1629. coram bon. mem. Cardinali Virili.*

Et visa fuit cessare difficultas, quia dictus Zambonus docet se iam fuisse promotum ad presbyteratus ordinẽ sub die 5. Iunij 1633. à Reuerendissimo Vicegerente Vrbis Vicarij suffraganeo vt constat ex litteris patentibus
3 datis in eius Summar. num. 5. Qua † promotio ad Ordinem presbyteratus satis arguit dictum Zambonum fuisse promotum ad præcedentes ordines inferiores statutis à iure tẽporibus cum nemo præsumatur per saltum promotus, *Put. decis. 140. num. 6. lib. 2. Rota in Calaguritana beneficij de Alegria 20. Nouembr. 1617. coram Reuerendiss. D. meo Decano Caual. decis. 569 num. 4.* stante præsertim verisimilitudine ex eo
4 desumpta, quod nisi † constitisset de præcedentibus Ordinibus ritè susceptis Vicegerens presbyteratus Ordinem eidem Zambono nõ contulisset vt alias dixit, *Rota in Bononien. Canonicatus 24. May 1591. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.*

Non obstat, quod Zambonus non fecerit se promoueri ad Ordinem Subdiaconatus cũ pri-

ae probatur qui adoquidem ex deductis in
facto bene iustificatur lineam primi inuestiti
esse finitam.

Non obstat, quod non probetur obitus
omnium comprehensorum in inuestitura.
Nam vltra quod satis est Simeonem vltimũ
possessorem istius domus obijsse sine filijs ma
sculis, vt D.Ducissa, & Balzanetti grauentur
1 onere probandi superuiuentiam † aliorum,
quæ non præsumitur, *Ias. in l.is potest num. 84.
de acquir.hæred.Curd.Mantic.de coniect. lib. 11. tit.
quarto in fin. & fuit dictum in Regien. bonorum 15.
Martij 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano,*
Concurrunt etiam Testes deponentes de il-
lorum obitu, nec non confessio eiusdem Si-
meonis, qui dum hoc appartamentum
vendidit vti ad se solum spectañ, per necessa-
rium antecedens, confessus est aliorum ma-
sculorum in inuestitura cõprehensorum obi-
2 tum, quæ confessio † sicuti contra eundem
plenè probaret, *l.cum precum C.de liber. caus.* ita
probat contra D.Ducissam, & Balzanettos
eius successores *l. cum à matre C. de rei vendic.
Greg.XV. decis. 172. num. 1.* Iuncto præsertim
actu positiuo solutionis totius Canonis per
spatium longi temporis, quem quidem veri-
similiter Simeon non soluisset integrè si in
domo fuissent portiones aliorum.

Non obstat, quod domus istæ fuerit ab ini-
tio concessę Bruto Capizuccho pro se, & hæ-
redibus quibuscumque quo casu cum sit cõ-
prehensiua fœminarum non videtur potuisse
à filijs Bruti in præiudicium D.Ducissæ reci-
pi pro descendentibus masculis: Quia, cum
ipsa sit hæres Simeonis hæredis Sicinij, qui
cum alijs filijs Bruti interuenerat Instrumen-
to transactionis, quo hæc emphyteusis alias
compræhensiua fœminarum fuit restricta ad
3 masculos, tenetur acquiescere † dispositioni
suorum Authorum, nec potest illam impu-
gnare, quamuis tendat in eius præiudicium,
*d.l.cum à matre, C.de rei vendic.l.hæres seruum, ff.
qui, & à quibus Alex.cons.29.num.12.lib.5.Couar.
variar.resol.lib.12. cap.18.num.2. vers.quarta con-
clusio, Mantic.de tacit.lib.7.tit.25.num.4.Greg.XV.
decis.418.num.5.*

Non obstat exceptio allegata per D.Ducissã,
ratione prætensorum melioramẽtorum, quia
quamuis de illis constet in genere, attamen
cum post plures terminorum præfixiones ad
illa liquidanda D.Ducissa illa non liquidaue-
4 rit, non potest retardari † imissio DD.Capra-
nicis data per eos cautione de illis reficiendis,
postquam fuerint liquidata, *Socc. Iun.cons.62.
num.5.lib.1.Put.decis.461.lib.2.post med.vers.nam
responsum, Rot. decis.137. num. 3. part.2. recent.* &
fuit dictum *in Perusina melioramentorum 15. Ia-
nuarij 1616. coram Reuerendissimo D. meo Decano,
& in Romana, seu Casenaten. hæreditatis 4. Iunij
præteriti coram R.P.D. meo Pirouano.*

Non obstat, quod dicatur dicta meliora-
menta fuisse liquidata per peritos inductos in
testes per D.Ducissam intra terminum præfi-
xum ad liquidandum. Quia omissis ijs, quæ
contra ipsorum personas, & dicta obijciuntur
per DD. de Capranica, cum in multis eorum
relatio, & depositio detegantur erroneæ, non
visum fuit DD. constare de sufficienti liqui-
5 datione, quia † dum dicti Periti non viderunt
statum antiquum istius domus, de tempore
concessionis, non possunt præcisè referre,
quid, & quantum fuerit expensum, & quid
melioratum pro illius restauratione, *Seraph.
decis.952. numer.7. & decis. 2453. numer.5. Curt.
6 Iun.cons.165.num.14.lib.2.* Vbi quod † pro iu-
stificandis melioramentis necessariò habenda
est notitia status deteriorationis, quæ quidem
non potest haberi ex solo iudicio, & artis pe-
ritia, sed requiritur ocularis inspectio status
præcedentis, *Socc.Iun.dicto cons.62.num.4.& seq.*
Vbi optimam reddit rationem, quia nimirũ
possibile est multa ex operibus, quæ compu-
tantur inter melioramenta fuisse facta imme-
diatè ante concessionem, quo casu non com-
putantur inter melioramenta, ad *not.in fundo ff.
de rei vendic. Paris.cons.33.num.53.lib.1.* & regu-
7 lariter in æstimandis † melioramentis combi-
nandus est status antiquus cum statu præsen-
ti, *Seraph.dicta decis.952. num.2. & d. decis.1453.
num.5.* & fuit dictum in *d.Perusina melioramen-
torum coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in
d.Romana, seù Cæsenaten.hæreditatis coram R.P.D.
meo Pirouano.*

Non obstat, quod status antiquus innotes-
cat ex dictis Instrumentis concessionum, quia
dd. Instrumenta adeo genericè loquuntur, vt
nulla ratione possit discerni quales in Indiui-
duo fuerit status huius appartamenti de tem-
pore concessionis.

Non obstat, quod in Instrumento conces-
sionis dicatur domum esse restituendam so-
lutis prius melioramentis. Quia hoc debet
intelligi, vel quatenus DD. Capranici non
præstarent cautionem de illis reficiendis, vel
quatenus D.Ducissa dd. melioramenta liqui-
dauerit, sed dum DD. Capranici præstiterunt
cautionem, & D.Ducissa est morosa in liqui-
dando, intrant conclusiones supra firmatæ,
8 quia † mora propria nemini debet prodesse in
alterius præiudicium ne alias sit in eius facul-
tate nunquam liquidando defraudare inten-
tionem Domini directi, contra *l. relegato nim.
in fin.ff.de interd.& relig. Rota decis.31.numer.2. in
fin. vers.ne alias ex mora p.2. rec.*

Cœterum quia Balzanetti alias obtinuerũt
in hac eadem causa à R.P.D. Meltio manu-
tentionem, & sententiam absolutoriam à R.
P. D. Pallauicino, & propterea via exequuti-
ua intentata per DD. de Capranica fuit vul-
nerata DD. resoluerunt dandum esse illis
quidem d.mandatum, sed tamen via ordina-
ria; cùm etiam iustificatis iustificandis via
9 ordinaria agenti illa † cõpetat, *Bald. in l.fin.C.
de edict.Diu.Adr.toll. num.53. in fin. Alber. ibidem
num.11.ad med. & num.13. in princ. & numer.14.
Fulgos.num.20.vers.hæc differentia, Corn.nu.8.& 9.
Persun.de adipisc.num.87. 138. 170. vers. & licet,
& 268. 270. & seqq.Put.decis.308.lib.1.in correct.
Rota in Bergomen.Cappellaniæ 28. February 1615.
coram bon.memor. Patriarcha Hierosolymitano,* &
fuit

fuit dictum *in Paduana beneficij 27. Iunij 1635. coram me.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 17. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Debitor Census tenetur ad solutionem sortis principalis, & fructuum si census resolutus fuerit ex causa necessaria hypothecarum anteriorum & fructus exiguuntur non vti fructus, sed loco damnorum, & interesse vigore actionis ex stipulatu, quæ dicitur personalis.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca posterior remanet extincta ex causa necessaria anteriorum hypotqecarum.*

2 *Resoluto iure debitoris hypothecantis, resoluitur etiam ius Creditoris, ad cuius fauorem hypotheca imposita fuit.*

3 *Hypotheca seù census non extinguitur ob alienationẽ fundi censuati, sed transit cum onere suo ad fauorem Domini census.*

Limita vt procedat, quando fundus alienatur simpliciter ab ipsomet debitore census, vel à Iudice absq; consensu Domini census, vel eo irrequisito; secus quando alienatur, seù euincitur à Creditoribus habentibus hypothecam anteriorem num. 4.

5 *Census extinguitur, quando Dominus census efficitur Dominus fundi censuati.*

6 *Census est species seruitutis realis: quæ in re propria non consistit.*

8 *Census impositio duplicem actionem parit: vnam ex stipulatu, quæ dicitur personalis: alteram ex ipso censu, quæ dicitur in rem scripta, nempe realis.*

9 *Euictio facit extinguere actionem realem non autem personalem.*

10 *Debitor census, qui pro eo reperitur personaliter obligatus tenetur nedum ad restitutionem sortis, verumetiam ad fructus; non quidem vti fructus census sed loco damnorum & interesse.*

DECISIO CCCCXIV.

DE anno 1617. Horatius Sabellus imposuit annuum censuum scut. 770. super duobus fundis, nimitum domo Vrbis, & quodam tenimento *detto il Barco* illumq; vendidit q. Ioanni Rotulo pretio scut. 11. mil.

Sed cum de anno 1624. idem Rotulus, & Matthias Spada creditores d. Horatij qui hoc medio tẽpore cessit bonis vti deputati ab alijs concreditoribus vendiderint dictam domum Eminentiss. D. Card. Capponio; dictum verò tenimentum fuerit deinde subhastatum, ac deliberatum Giorgio Arciuffo, qui agnouit bonam fidem, ac declarauit se obtulisse pro eodem Rotulo creditore, Horatius cœpit prætendere d. censum esse resolutum, & per consequens se amplius non teneri ad solutionem fructuum illius; Vnde contigit dubitari coram me, an d. census esset resolutus, adeò vt non debeantur amplius fructus, & DD. licet in positione d. dubij habita sub die 16. Nouẽbris præteriti non essent concordes, hodie tamẽ iterum proposita causa, ac re maturius discussa censuerunt d. censum esse quidem resolutum seù extinctum, sed Horatium teneri actione personali ad sortem, nec non ad fructus loco damnorum & interesse.

Nam quod census fuerit extinctus siue spectetur domus siuè tenimentum super quibus
ille impositus fuit bene probari visum fuit; &
quidem quoad domum probatur resolu-
1 tio census; quia † cum illa fuerit euicta ir-
reuocabiliter ab Horatio debitore ex causa
necessaria anteriorum hypothecarum, vtique
posterior hypotheca pro censu de quo agitur
extincta remansit ex regula quod resoluto
2 iure † debitoris hypothecantis, resoluitur quo-
que ius creditoris ad cuius fauorem hypothe-
ca imposita fuit *iux. doctr. Bart. & Angel. in l. 3. ff.
quib. mod. pign. vel hyp. solu. Alex. in l. si patroni §. fin.
num. ff. ad Trebell. & cons. 45. num. 3. lib. 5. Tira-
quell. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. seù vnic. num. 10.
Cenc. de cens. par. 3. cap. 1. quæst. 6. num. 1. & 2. Rota
decis. 15. num. 10. post d. tract. de cens. & in Romana
fructuum census 21. Maij proximi præteriti coram R.
P. D. meo Verospio, & in Romana census 29. April.
1630. & 14. April. 1631. coram me.*

3 Non obstat quod alienatio † fundi censuati
de sui natura non extinguat hypothecam seù
censum desuper impositum ex eo quod tran-
seat cum onere suo ad fauorem domini cen-
sus *Cenc. de cens. par. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 4. num. 4.
in fin. & par. 3. cap. 1. quæst. 7. nu. 2. vers. licet.* Nam
4 fuit responsum id procedere quando † fundus
alienatur simpliciter ab ipsomet debitore cen-
sus vel à Iudice illius factum repræsentante
absque consensu domini census, vel eo irre-
quisito non autem quando prout hic aliena-
tur seù euincitur à creditoribus habentibus
hypothecam anteriorem, & sic ex causa
antecedenti necessaria ipso quoque domino
census interueniente, quia tunc posterior
hypotheca euanescit iuxta distinctionem
quam tradit *Bart. in d. l. 3. num. 1. ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. solu. & in l. in diem. num. 2. ff. de
aqu. pluuiar. quem sequitur Alex. in d. l. si patroni
num. 3. & d. cons. 45. num. 3. lib. 5.*

Respectu verò tenimenti nulla visa fuit
adesse difficultas, quia cum Rotulus creditor
census illud emerit sub hasta mediante perso-
na Arciuffi, & sic fuerit effectus dominus ir-
reuocabilis illius, vtique census, qui forsan
poterat super eo sustineri remansit extinctus:
5 nam certi iuris est quod vbi dominus † census
efficitur dominus fundi censuati census extin-
guitur *iux. decis. Boes. 319. Benedictus de Bonis de ac-
cessib. art. 69. num. 102. Cenc. eod. tract. d. par. 3. cap. 1.
quæst. 5. num. 1.* vbi plures decisiones Rotales *al-
legat. quas refert post d. tract. num. per eum relat.* cen-
6 sus † namque est species seruitutis realis, res
autem propria nemini seruit, vt late ponde-
rat idem *Cenc. d. quæst. 5. num. 1. & seqq.*

Quod

Quod autem Oratius teneatur actione personali ad sortem, nec non ad fructus loco damnorum, & interesse etiam quod census sit extinctus, mouebantur DD. ex obligatione eiusdem Horatij impositoris de qua in Instrumento dato in *fum. nu.* 1. duplex n. resultat
7 actio ex impositione census, † vna ex stipulatu, quæ dicitur personalis, & altera ex ipso censu, quæ dicitur in rem scripta *Gabr. cons.* 141. *num.* 2. *lib.* 2.

Vnde quamuis euicta re censuata per hypothecas anteriores fuerit extincta realis, quæ sequitur possessorem rei ex d. allegatione actio
8 tamen † personalis, quæ sequitur ipsum contrahentem, seù debitorem nequaquam extincta fuit vt in terminis de fundo censuato, ac euicto per subhastationem, ac deliberationem ad instantiam creditorum fuit dictum in Romana censuus coram bo: me: Sacrato post *Cenc. de censdecis.* 90. *num.* 4. & 5. & *faciunt tradita per Alberic. in l. sed an vltro sub num.* 3. *ff. de neg. gest. Bald. in l. creditor.* la 2. *ff. si cert. pet Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 21. *post med. vers.* quibus adde ideòque Horatius, qui pro d. censu re-
9 periturt personaliter obligatus tenetur nedum ad restitutionem sortis sed etiam ad fructus non quidem vti fructus census sed loco damnorum, & interesse iuxta *Caad. Seraph. decis.* 785. & 787. *Rota decis.* 138. *num.* 1. *post Cenc. de censib.* & *fuit dictum in d. Romana census* 29. *Apr.* 1630. & 14. *Aptil.* 1631. *coram me*.

Ex quibus pro Iacobo Rotulo filio, & herede d. Ioannis vtraque parte informante responsum fuit &c.

LAVDEN PENSIONIS.

Luna 11. *Ianuarij* 1636.

ARGVMENTVM.

Verba dispositiuè prolata in reseruatione pensionis qualificant omnes personas ibi nominatas adeòut non simpliciter & indistinctè, sed eatenus dicantur obligatæ quatenus bona, & fructus administrant.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus qui non possidet bona & fructus beneficij, nec administrat; non tenetur ad solutionem pensionis & num.* 2.
3 *Lex quando disponit circa plura in eadem oratione, & omnia reguntur ab eodem verbo: dictum in vno censetur in omnibus repetitum.*
4 *Pensio cum sit onus reale fructuum ab eo solui debet, qui fructus beneficij percipit.*
5 *Verba in fine posita, sed cum relatione ad verba dispositiua, non alterant dispositionem: sed ab illa in omnibus regulantur.*
6 *Inferior censetur subordinatus superiori.*

DECISIO CCCCXV.

PLACVIT DD. vltima decisio emanata in hac causa sub die 30. Aprilis anni præteriti, in qua recedendo ab vltima decisione sub die 15. Ianuarij eiusdem anni fuit dictum intrare arbitriū ad fauorem Prioris Generalis Ordinis Monacorum Eremitarum S. Hieronimi pro retardatione solutionis pensionis, de qua agitur; Nam quamuis illa fuerit reseruata motu proprio, ex certa scientia, cum decreto irritanti, & alijs amplissimis clausulis, atque ad illius solutionem fuerit inter alios Generalis expressè obligatus, attamen cum d. reseruatio per hæc verba concepta fuerit per (dilectos filios modernos, ac pro tempore existentes Priorem Generalem aut eius Vicarium vel Oeconomum in Monasterio *dell'Hospitaletto*, seù Monasterij S. Michaelis Priorem specialem, ac quoscumque alios tam d. Congregationis superiores, quam seculares, bona aut fructus pro tempore administrantes vel eorum conductores annis singulis in perpetuum reseruamus &c.) clarè se-
1 quitur d. Priorem Generalem, † qui dictum Monasterium S. Michaelis non possidet, nec eius bona, aut fructus administrat ad solutionem d. pensionis non teneri; cum dd. verba (bona aut fructus administrantes) qualificent omnes personas ibi nominatas, adeòut non simpliciter, & indistinctè sed eatenus dicantur obligatæ quatenus bona, & fructus administrant *iux. doctr. Bart. in l.* 3. §. *filius nu.* 7. *ff. de liber.* & *posthum. mandos. in prælud. regul. quæst.* 2. *num.* 2. *Capic. decis.* 108. *num.* 9. *cum alys in* 2. *decis. relatis*.

Nec placuit interpretatio exaduerso ponderata nimirum dd. verba (bona aut fructus pro tempore administrantes) referri dumtaxat ad alios superiores d. Congregationis vel seculares tamquam ad proximè præcedentia, ibi, ac quoscunque alios tam d. Congregationis superiores, quam seculares bona aut fructus pro tempore administrantes, non autem ad Priorem Generalem aliosq; superius nominatos.

Etenim cum tota oratio d. reseruationis, in qua plures obligantur, regatur ab vnico verbo (reseruamus) verba illa (bona aut fructus pro tempore administrantes) censentur repetita in qualibet persona ibi nominata adeòut
2 ille † debeat pensionem soluere, qui bona, & fructus administrat, vt notat *Bart. in l. Prætor la* 2. §. *eritq. differentia ff. de vi bonor. raptor.* vbi,
3 quod quando † lex disponit circa plura in eadem oratione, & omnia reguntur ab eodem verbo dictum in vno censetur in omnibus repetitum, & faciunt tradita per *Ruin. cons.* 222. *num.* 8. *lib.* 1.

Præsertim cum id suadeat subiecta materia
4 pensionis, † quæ cum sit onus reale fructuum ab eo solui debet, qui fructus beneficij percipit *Gig. de pens. quæst.* 39. *num.* 5. *Paris. de resign. lib.* 6 *quæst.* 2. *num.* 100. *Rota decis.* 128. *nu.* 2. & *decis.* 699. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. cum alys in eadem decis. relatis*.

Nec obstant verba subsequentia, ibi, (*Nec non Priorem Generalem, aut eius Vicarium, vel Oeconomum in Monasterio* dell'Hospitaletto, *seù Monasterii S. Michaelis Priorem specialem &c.* vel administratores, aut illorum bonorum conductores &c. fore efficaciter obligatos &c.) vnde infertur Pontificem obligasse Priorem Generalem non vti possessorem aut admini-

ftratorem bonorum d. Monasterij S. Michaelis, sed vti contradistinctum à Priore speciali eiusdem Monasterij, & bonorum administratoribus, propter dictiones, vel, aut, seù, quæ stant disiunctiue vt firmatur in 1. decis. Quoniam adhuc placuit responsio data huic obiecto in 2. decis. nimirum dd. verba fuisse apposita in exequutiuis, nec simpliciter sed cum relatione ad verba dispositiua superius relata, ibi, (*ad integram solutionem d. pensionis iuxta reseruationis constitutionis, & assignationis præ-*
5 *fatarum tenorem*) quæ propterea † non alterant dispositionem sed ab illa in omnibus regulantur *iux. vulgat. cons. Decij 63. num. 6. Ruin. cons. 25. num. 11. lib. 1.*

Non obstat, quod hoc Monasterium Sancti Michaelis fuerit vnitum per Leonem X. d. Congregationi, seù Ordini Eremitarum non autem alicui Monasterio, seù membro particulari eiusdem Ordinis, & proinde totus Ordo, & per consequens Prior Generalis càput, & superior illius teneatur ad solutionem d. pensionis.

Nam fuit responsum prædictam vnionem fuisse solum, quoad superioritatem, & iurisdictionem vt scilicet d. Monasterium quod olim erat sub Regula seù Ordine S. Benedicti, per d. vnionem esset sub regula Monacorum Eremitarum S. Hieronimi non autem, quoad bonorum, & fructuum administrationem, adeout bona d. Monasterij vniti essent d. Ordinis, seù Congregationis Monacorum Eremitarum, cum d. Monasterium etiam post d. vnionem retinuerit sua bona distincta & in eo remanserit Prælatus particularis, qui bona ac fructus independenter à Generali administrat.

Et ex hac responsione cessat, quod Prior Generalis teneatur ad solutionem huius pensionis, ex quo habet administrationem bonorum huius Monasterij mediante Priore spe-
6 ciali, qui tanquam Prelatus † inferior censetur illi subordinatus *iux. doct. Innocentij in cap. cum venerabilis num. 2. verbo adiudicauimus vers. nec est vis de religios. domib. quem sequuntur ibidem Hostien. num. 4. ad. med. Io. Andr. num. 9. Card. num. 13. ad med. vers. & hoc procedit Butr. num. 12.* Quia cum administratio bonorum post vnionem remãserit penes particularem Prælatum Monasterij, ipse Prælatus non autem Generalis tenetur ad solutionem pensionis ex supra deductis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

CESENATEN CENSVS.

Luna 14. Ianuarij 1636.

Argumentum in Summatio.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*

2 *Alternatiua separat orationem, & propterea non datur relatio ad omnia præcedentia.*

3 *Dictio communemente censetur apposita in Instrumento diuisionis inter hæredes ad qualificanda debita ipsorum diuidentium contracta solum communiter per eosdem.*

4 *Equalitas seruari debet in contractu diuisionis inter hæredes.*

5 *Actus odiosus initus contra alterum fauorabilem censetur à fauorabili recessisse.*

6 *Obligatio cum fuerit facta informa Camera per hæredes de soluendo debita hæreditaria, suffragatur etiã creditoribus propter clausulam, pro omnibus quorum interest, quæ subdicta obligatione continetur.*

DECISIO CCCCXVI.

DOMINI steterunt in decisis sub die 14. Martij anni præteriti, in qua fuit resolutum duo mandata relaxata ab A. C. ad fauorem Petri Ludouici Mangini contra Comites Aurelium, & Valerium de Rouarellis pro fructibus census, de quo agitur, esse exequenda, cum de eorum validitate, & iustitia satis constet ex deductis in d. decisione. Non obstat, quod dicitur contra, in iustitiam dd. mandatorum nempè dd. Comites Aurelium, & Valerium se obligasse pro debitis communiter contractis cum Com. Hipolito, contractum siquidem fuisse contrariũ apparet ex lectura Instrumenti, in quo dd. Comites se obligarunt soluere debita ipsius Hipoliti simpliciter, vel per ipsosmet fratres communiter contracta, ibi, (*Delli debiti fatti dal Signor Conte Ipolito, ò, dalli dd. Signori Conti Aurelio, e Valerio communemente, ò da qualsiuoglia altro della lor casa &c.*) vt fuit ponderatum in d. decisione.

Neque obstat replicatio, quod illa dictio, (*communemente &c.*) referatur etiam ad debita Comitis Hipoliti, & sic ad debita per d. Hipolitum, & dd. Aurelium, & Valerium communiter contracta, ex regula, quod clausula
1 in † fine posita referatur ad omnia præcedentia *l. 3. §. filius vbi Bart. num. 79. ff. de liber. & posth. cum alijs cumulatis.*

Quia cum d. obligatio fuerit concepta per verba alternatiua ibi *delli debiti fatti dal Signor Conte Ipolito, ò da dd. SS. Conti Aurelio, e Valerio communemente* (d. dictio) *communemente* refertur solum ad debita dd Aurelij, & Valerij,
2 cum d. † alternatiua separet orationem, quo casu non datur relatio ad omnia præcedentia *iux. doct. eiusdem Bart. in l. 3. §. filius nu. 7. ff. de liber. & posth. & l. talis scriptura vbi Ias. nu. 36. de legat. 1.*

Præterea cum dd. Comites Aurelius, & Valerius essent hæredes d. Com. Ipoliti, eiusq; bona inter se diuiserint, vtique tenebantur ad solutionem debitorum eiusdem Ipoliti, vnde
3 d. dictio (*communemente*) † censetur apposita ad qualificandum debita ipsorum fratrum diuidentium, & ideò refertur solum ad debita per eosdem communiter contracta *iux. decis. Capic. 108. num. 12. in d. decis. relata.*

Non obstat, quod solum Comes Aurelius fuerit obligatus pro debitis Ipoliti; non autem Comes Valerius, ponderando illa verba

All'in

(*All'incontro il Signor Conte Aurelio non sia tenuto &c. mà si bene sia obligato pagar la metà sua delli debiti, ò sicurtà non espresse in detti patti, ò liste fatte dal Signor Conte Ipolito &c.*) ac proindè dd.
mandata saltem respectu Comitis Valerij sint
iniusta. Etenim cum dd. fratres diuiserint in-
ter se bona hæreditaria æqualiter paterna, &
materna, & signanter illa d. Com. Ipoliti eo-
rum aui, dictusq; Aurelius se obligauerit sol-
uere debita eiusdem Ipoliti pro sua dimidia,
vtique Comes Valerius censetur, & ipse obli-
gatus pro altera sua dimidia, cum versemur
4 in † contractu diuisionis, in qua seruari de-
bet æqualitas *l. si maior in fin. C. comm. diuid. Gratian. discept. 320. num. 46. & discept. 520. num. 9.*

Hinc non obstat sententia bo. me. Orphini Vicelegati Romandiolæ, per quam fuerunt separata a bona propria dd. fratrum de Rouarellis à bonis Com. Ipoliti, qui vlterius fuit condemnatus ad præstandum indemnitatem quatenus prædicti fratres aliquod damnum paterentur ex obligationibus eiusdem Ipoliti eorum aui.

Quandoquidem d. sententia non habuit ef-
fectum, ex quo non fuit acceprata a dd. fra-
tribus ob honorificentiam propriæ familiæ de
5 Rouarellis, qui † propterea d. sententia spreta
deuenerunt ad diuisionem bonorũ eum obli-
gatione soluendi omnia debita tam ipsius Ipo-
liti, quam per eosdem communiter contracta,
per quam diuisionem, & obligationem cen-
sentur à d. sententia recessisse *ad not. per Doct. in l. 2. ff. de iureiur.* & faciunt tradita *per Rota decis. 119. num. 14. & seqq. par. 2. diuers.*

Demum non obstat, quod d. obligatio fuerit facta inter ipsos Comites Aurelium, & Valerium, ideòque non suffragetur creditoribus Ipoliti *ad text. in l. cum res. C. de donat. cum alijs allegat.*

6 Quia † cum illa fuerit in forma Cameræ,
suffragatur etiam creditoribus propter clau-
sulam pro omnibus quorum interest, quæ
sub obligatione camerali continetur *Grat. cons. 12. num. 7. lib. 1. Rot. decis. 97. nu. 1. post. Galles. tract. de oblig. Camer. & fuit dictum in Vrbeuetana census 10. Maij 1628. & 11. Maij 1629. coram Eminentiss. D. meo Card. Vbaldo, & in eadem 21. Maij 1635. coram me.*

Quæ autem dicebantur de prætensa nullitate dd. mandatorum non fuerunt à DD. habita in consideratione, quia non iustificabantur in facto.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 15. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Filiatio legitima, qualiter probetur; Proximior Testatori, quando quis præsumatur. Electio de digno, omisso digniori, quo casu substineatur. Fauori suo ante, & non post acceptationem quilibet potest renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Ad fideicommissum admittitur, qui probat se esse vocatum in fideicommisso purificato.*

2 *Filiatio legitima probatur per testes si deponant de nominatione tractatu, ac publica reputatione, & fama.*

3 *Partita extracta ex libris matrimoniorum, & baptismatum à Parocho concurrentibus adminiculis probant filiationem.*

4 *Filiatio probatur si quis vti filius, hæres vniuersalis fuerit institutus.*

5 *Sororem alicuius probatur aliquam esse, si in testamento sororem eam nominauit, & vti tali legatum reliquit.*

6 *In gradu successibili si quis est, & alius non concurrit, qui prætendat se proximiorem, habet intentionem fundatam, quod sit proximior.*

7 *Qualitas quando requiritur ad certum effectum non est curandum de modo, dummodo habeatur effectus.*

8 *Iuuenis, vel senex ad hoc, vt quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis, secundum subiectam materiam.*

9 *Iuuenes vocantur in Ciuitate Bononiæ potius respectu sexus ad differentiam fœminarum, quam respectu ætatis.*

10 *In Parochialium concursu si plures sint admissi, & approbati dum fit electio digni omisso digniori non substinetur, & hoc ex iure speciali.*

11 *Dignum sufficit eligere omisso digniori, quando sumus extra casum concursus ad Parochialem.*

12 *Fauoribus quilibet potest renunciare.*

13 *Ius renunciantis quando habet aliquam mixturam cum honore, & voluntate testatoris, tunc dicto iuri renunciari non potest.*

14 *Hæres, vel fideicommissarius postquam hæreditatem acceptauit, non potest amplius illi renuntiare.*

15 *Citari, vel vocari illi debent, de quorum interesse agitur.*

16 *Executor ad aliquem eligendum si potest se extraiudicialiter informare, potest eligere etiam nemine citato.*

17 *Exceptio de iure tertij non suffragatur ad impediendam immissionem.*

DECISIO CCCCXVII.

QVONDAM Io. Baptista Ramundinus testamentum condidit, in quo instituta hærede vsufructuaria omnium suorum bonorum Ludouica eius vxore, grauauit eam restituere dd. bona filijs masculis legitimis, & naturalibus Melchioris eiusdem testatoris ex Francisco fratre nepotis, quibus decedentibus absque simili prole legitima, & naturali, voluit, quod exequutores testamentarij quatenus de tempore purificatæ conditionis superuiuerent, sin minus Priores quatuor Ordinum Mendicantium Ciuitatis Bononiæ pro conseruatione agnationis, & familiæ de Ramundinis eligerent iuuenem ex legitimo matrimonio conceptum, & natum de proximioribus cognationis ipsius testatoris, qui teneretur assumere nomen, & insigna familiæ

de Ramundinis, quem sic eligendum ex tunc instituit, & substituit vulgariter pupillariter & per fideicommissum, vt latius in d. Testamento dato *Summ. num. 1.*

Decessit Ludouica hæres vsufructuaria, ac successiuè Aloysius Franciscus filius d. Melchioris vltimus hæres grauatus absque filijs. Vnde dd. Priores prædefunctis alijs exequutoribus in testamēto deputatis elegerunt Antonium Mariam Beliorsum d. testatoris ex germana sorore pronepotem, qui nomen, & insignia eiusdem testatoris assumens cœpit agere coram Auditore Generali Bononiæ pro recuperatione quorundam bonorum d. fideicommisso subiectorum contra Lucatellos illorum possessores, à quo sententiam contrariam reportauit. Causa ad Rotam delata, & mihi commissa; Dubitaui, An constet de fideicommisso ad fauorem d. Antonij Mariæ Beliossi, seu Io. Baptistæ de Ramundinis, & DD. responderunt affirmatiuè.

Existentia siquidem dicti fideicommissi non controuertebatur, & de illo satis apparet ex tenore eiusdem testamenti.

Quod autem illud sit purificatum ad fauorem ipsius Antonij Mariæ, seu Io. Baptistæ clarè desumitur ex præfata serie facti, in qua partes non discrepabant; Cum enim per obitum Aloysij Francisci vltimi hæredis grauati ex linea Melchioris nulla relicta prole factus fuerit locus electioni iuuenis proximioris de cognatione Testatoris; dictique Priores ob defectum exequutorum in testamento nominatorum elegerint ipsum Antoniū Mariam habentem omnes qualitates ab eodem testatore fideicommittente requisitas, vtiq; dictum fideicommissum fuit purificatū

1 ad fauorem† ipsius Antonij Mariæ electi, qui docet se esse in casu vocationis, *Glos. in l. qui duos verbo superstes fuit, ff. de reb. dub. Crau. cons. 208. num. 3. vers. Rursus alleganti, Peregr. de fideic. art. 43. num. 17. Rota decis. 267. numer. 1. par. 2. recent.*

Quod verò d. Antonius Maria habeat qualitates à fideicommisso requisitas dubitari nō potest; Nam quod ipse sit ex legitimo marito conceptus, & natus probatur, ex testibus formiter examinatis, qui apertè deponunt d. Antonium Mariam esse filium ex Carolo Beliosso, & Valeria Scarpia coniugibus constante matrimonio susceptum, qui testes cum

2 deponant de nominatione † tractatu, ac publica reputatione, & fama d. legitimam filiationem sufficienter probant *iux. doctr. Bart. in l. filium, num. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien iur. Surd. cons. 1. num. 46. & seqq. Rota decis. 766. num. 1. par. 2. recen.*

Concurrentibus præsertim partitis formiter extractis à Parocho ex libris Matrimoniorum, & Baptismatum, ex quibus apparet matrimonium inter prædictos Carolum, & Valeriam cōtractum præcessisse per 11. menses natiuitatem d. Antonij Mariæ eorum filij,

3 quæ partitæ † iunctis depositionibus dd. testium legitimam filiationem Antonij Mariæ benè probant, *Rota in recen. dec. 132. num. 1. p. 2. & inter impress. per Farinac. post 2. lib. cons. decis. 285. n. 2. in fin.*

Quod autem d. Antonius Maria sit pronepos Corneliæ sororis Io: Baptistæ fideiussoris; & sic quod sit proximior de cognatione eiusde fideiussoris probatur, ex eo, quod Carolus pater d. Antonij Mariæ fuit filius d. Corne-

4 liæ, vt elicitur ex testamento eiusdem Corneliæ, quæ d. Carolum † vti eius filium hæredem vniuersalem instituit, *Paris. cons. 29. num. 10. lib. 2. Caphal. cons. 48. num. 18. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 43. num. 77. Reuerendiss. D. meus Decanus dec. 105. num. 3. san. mem. Greg. XV. decis. 349. num. 5. Rota in recen. dec. 472. n. 8. par. 1.*

Quod verò d. Cornelia esset soror Io. Bapt. fideicommittentis desumitur ex eo, quod idē

5 Io: Baptista illam in d. Testamento sororem nominauit, & vti tali legatum reliquit, *Rota coram Greg. XV. dec. 422. n. 1.*

Non obstat, quod Antonius Maria non probauerit se proximiorem de cognatione d. Testatoris, quia cum ipse sit in gradu certo, & successibili, neq; alius concurrat, qui præ-

6 tendat se proximiorem, † habet intentionem fundatam, quod sit proximior, *Surd. cons. 241. num. 25. circa fin. & seqq. Rota dec. 693. num. 2. p. 2. recen. Caual. dec. 575. num. 7. & fuit dictum in Ferrarien. bonorum de Taffonis 6. Aprilis 1615. coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio.*

Non obstat, quod testator voluerit eligi aliquem iuuenem qualis non videtur dictus Antonius Maria excedens ætatem annorum 50. Nam DD. omissa quæstione, quinam in iure dicatur iuuenis, vel senex, considerabant, quod qualitas iuuentutis in casu, de quo agitur, fuit contemplata à testatore ad certum effectum, nempe pro conseruatione agnationis, & familiæ de Ramundinis, & sic habilitatis ad suscipiendam prolem; Vnde cum d. Antonius Maria de tempore electionis esset vxoratus, ac plures haberet filios, & in dies alios etiam susciperet, visum fuit satis cōstare de illius iuuētute ad hoc, vt dicatur con-

7 sultum voluntati testatoris, † nam vbi requiritur qualitas ad certum effectum non est curandum de modo illam adimplendi dummodo habeatur effectus, *Couarruu. pract. q. cap. 39. num. 7. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 16. nu. 4. Peregr. cons. 51. num. 17. lib. 5. Fusar. cons. 50. num. 11. Put. dec. 488. num. 7. lib. 2. in correct. Seraph. decis. 589. num. 9. & 11. Rota in Romana domus 5. Nouembris 1582. coram Robustlerio.*

8 Præsertim cum ad hoc, vt quis dicatur iuuenis, vel senex relinquatur arbitrio Iudicis secundum subiectam materiam iuxta veriorem opinionem, de qua *Menoch. de arbitr. cas. 59. num. 3. & seq. Gail. obseru. 92. num. 7. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 249. & seq. Ioseph. Ludouic. dec. Lucen. 13. num. 55. Peguer. dec. 57. numer. 21. Rota in Bononien. bonor. de Mulettis 26. Iunij 1602. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Quibus accedit communis vsus loquendi

9 Ciuitatis Bononiæ, in qua iuuenes † vocantur potius respectu sexus ad differentiam fœminarum, quam respectu ætatis, vt fuit pōderatum in eadem *decis. Bononien. de Muletis.*

Non

Non obstat, quod dictus Antonius Maria
de tempore electionis haberet duos fratres
iuniores, & sic habiliores ad suscipiendam
prolem, vnde infertur electionem factam de
dicto Antonio Maria iuuene, omissis alijs fra-
tribus iunioribus fuisse inualidam, prout in
simili dicitur de pluribus admissis, & appro-
10 batis in concursu Parocchialium, † quod ele-
ctio digni omisso digniori non sustineatur,
Garz. de benef. par. 7. cap. 16. num. 2. & seqq. Rota
dec. 613. num. 6. par. 1. recen. Gregor. XV. decis. 11.
numer. 8.

Nam fuit responsũ procedere in concursu
Parochialium ex dispositione Conc. Trident.
in sess. 24. cap. 18. & particulari Constitutione
san. mem. Pij V. super prouisione Parochia-
11 lium non autẽ in alijs electionibus, † in qui-
bus sufficit electores elegisse dignum etiam
omisso digniori, vt declarat *Adden. ad Gregor.*
d. dec. 11. num. 8. idem Garz. de benef. par. 7. c. 16.
num. 16. Paris. de resign. lib. 4. quæst. 16. numer. 4. Et
in terminis facultatis eligendi datæ in te-
stamento, *Bart. in l. cum quidam, num. 6. ff. de*
legat. 2. Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. num. 46. vers.
valebit tamen, Molin. iun. de iust. & iur. tom. 3. p. 1.
tit. de maior. disp. 595. sub num. 2. Sanch. cons. moral.
lib. 4. cap. 1. dubit. 60. num. 11. vbi alios cumulat.

Et visa fuit cessare difficultas, quia dd. fra-
tres d. fideicommissum non agnouerunt nec
voluerunt concurrere in d. electione, quini-
mo illi expressè renunciarunt, atque electio-
nem factam ad fauorem d. Antonij Mariæ
eorum fratris approbarunt, vnde perinde ha-
beri debent in consideratione ac si non exta-
12 tent, † cum quilibet possit suo fauori renun-
ciare, *l. si quis in conscribendo, C. de pact. cap. si de*
terra in fin. de priuileg. Surd. cons. 318. n. 3.

Non obstat, quod quando ius renunciantis
habet aliquam mixturam cum honore, & vo-
13 luntate testatoris, † tunc d. iuri renunciari
non potest, *iuxt. cons. Castr. 259. sub num. 5. circa*
med. vers. dedit enim ipse testator lib. 1. Cald. cons. 1.
prope fin. vers. si vero esset introductum.

14 Nam prædicti Doct. loquuntur in hærede,
vel fideicommissariis, qui testatoris hæredi-
tatem acceptarunt, ac per consequens eius fa-
15 ctum, seu voluntatem impugnare † non pos-
sunt, ideoque non applicantur præsenti ca-
sui, in quo cum fratres d. Antonij Mariæ non
sint hæredes testatoris liberè d. iuri renuncia-
re potuerunt ex allegat.

Demum non obstat, quod dd. fratres de-
16 buerint † saltem vocari, seu citari in d. ele-
ctione, ex quo de illorum interesse agebatur,
iuxt. cons. Zabarell. 139. num. 2. Cumen. cons. 7. nu. 2.
Quia cum d. electio non esset actus iudicialis,
dd. Priores deputati ad eligendum in testa-
mento potuerunt se extraiudicialiter infor-
mare, ac d. Antonium Mariam consangui-
neum testatoris eligere etiam non citatis dd.
fratribus, vt in terminis tenuerunt *Gutier. ca-*
non. quæst. lib. 2. q. 67. nu. 13. Sanch. cons. moral. lib. 4.
cap. 1. dub. 62. n. 1. in fin.

Et in omnem euentum d. exceptio tam-
quam de iure tertij non suffragatur Lucatel-
17 lis ad impediendam † immissionem d. An-
tonii Mariæ, *Socc. sen. cons. 78. nu. 8. lib. 2. Ruin.*
cons. 35. num. 31. lib. 1. Rota coram Martin. Andrea
dec. 87. n. 14. cum alijs ibi relatis.

Et ità vtraque &c.

SANCTI SEVERINI DOTIS.

Lunæ 18. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum successiuum & perpetuum ad fauorem illorum de linea quando dicatur inductum. Lineæ appellatione, qui veniant. Hæreditas quando dari possit in Codicillis.

SVMMARIVM.

1 *Obligationi Camerali alicuius, quando est factus locus contra eum relaxatur mandatum.*

2 *Liberè vt aliqua res dicatur tradita quid requiratur.*

3 *Alienationis prohibitio facta inter vocatos inducit fideicommissum.*

4 *Fideicommissum clarum ad fauorem illorum de linea, dicitur inductum si testator dicat, quod finita dicta linea bona reuertantur ad aliquam Ecclesiam, & num. 5.*

6 *Testator, quando deficiente linea vocauit Ecclesiam, ex hoc resultat successiuum ac perpetuum fideicommissum inter illos de linea. Alioqnin dicta vocatio locum habere non posset nisi omnes de linea vocati essent.*

7 *Lineæ appellatione regulariter venit solùm linea effectiua vocatorum.*

8 *Lineæ appellatione veniunt omnes descendentes.*

9 *Hæreditas in Codicillis, nec dari, nec adimi directo potest.*

10 *Substitutio secunda facta in codicillis sustinetur in vim fideicommissi, quando præcessit hæredis institutio in testamento.*

11 *In legatorum reuocatione regulariter non comprehenduntur legata conditionalia, & difformia.*

12 *Ecclesiæ, & loci Pij fauor in dubio attendendus est.*

13 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandam identitatem, & num. 14.*

15 *Res inter alios acta non præiudicat ei, qui non interuenit.*

16 *Contra Donatarium non potest procedi via executiua si donans erat obligatus in forma Cameræ.*

17 *contra Hæredem potest procedi via executiua propter obligationem testatoris in forma Cameræ.*

DECISIO CCCCXVIII.

QVINTVS Camillus Seruantius cum interuentu Alphonsi, Gregorij, ac Virgilij eius filiorum de anno 1605. nuptui tradidit Detiam filiam Palmilio Seruantio filio q. Fuluij cum dote scut. 3000. soluenda in annnis paghis scut. 300. & cum pacto, quod illa poni deberet in tuto; Viceuersà Fuluius cũ interuentu d. Palmilij filij nuptui quoque tradidit Liuiam filiam Clearco Seruantio alteri filio d. q. Camilli, ac dd. Alphonsi, Gregorij, & Vir-

& Virgilij respectiuè fratri cum simili dote scut. 3000. soluenda in annuis paghis sc. 300. quæ pariter dicti Alphonsus, ac alij fratres de Seruantijs in solidum promiserunt ponere in tuto.

Ortis hinc inde dissidijs super solutione dd. dotium præfatæ partes de anno 1610. fecerũt compromissum in bo. me. D. meum Archiepiscopum Seleucien. tunc Ciuitatis S. Seuerini Gubernatorem, qui de anno 1611. laudum tulit, in quo inter alia condemnauit d. Palmilium ad cedendum ratam scut. 1300. dotis sibi promissæ pro Detia Vxore, d. Clearco cui pro eadem rata dotis sibi promissæ pro Liuia Vxore assignauit quandam domum; quam tunc dictus Alphonsus vna cũ eisdem Clearco & alijs prædictis fratribus de Seruantijs possidebat, ea tamen lege, quod Alphonsus teneretur illam tradere liberam ab omni fideicommisso etiam respectu portionis spectantis ad Clearcum, defuncta Liuia Clearcus eius maritus conuolauit ad secundas nuptias, & postea decessit relictis quibusdam filijs masculis, qui cum occupauerint d. domum vti subiectam fideicommisso q. Laurentij Lauri, Maria filia, & hæres d. Liuiæ conuenit Constantiam vti hæredem d. Alphonsi pro recuperatione dotis maternæ, vel ad docendum dotem pro d. rata scut. 1300. fuisse positam in tuto iuxta obligationem Alphonsi eius auctoris, alias videndum relaxari mandatum executiuum pro ea rata; Causaque ad Rotam delata, & mihi commissa dubitaui, an d. mandatum esset relaxandum, & Domini responderunt affirmatiuè.

Clara si quidem est obligatio d. Alphonsi, qui vna cum fratribus de Seruantijs insolidũ, ac in forma Cameræ promisit ponere in tuto dotem d. Liuiæ vxoris Clearci fratris vt in apoca matrimoniali data in Summar. num. 1. Cumque idem Alphonsus dictam ratam scu. 1300. cessam à Palmilio d. Clearco pro dote eiusdem Liuiæ non posuerit in tuto, vtique
1 factus est locus stipulationi, † & sic iure merito venit contra eius bona relaxandum mandatum pro dicta rata loco damnorum, & interesse, *Marescott. var. resol. cap. 90. lib. 1. Gratian. discept. cap. 301. num. 1. Rot. decis. 741. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 139. nu. 2. post Cenc. de cens. & coram Greg. XV. dec. 88. n. 3.*

Non obstat, quod Alphonsus pro dicta rata scut. 1300. iam assignauit d. Clearco domũ, de qua agitur vigore dicti laudi. Etenim cũ filij eiusdem Clearci ex secundo matrimonio eandem domum occupauerint tanquam vocati ad fideicommissum q. Laurentij Lauri, & contra Mariam filiã, & hæredem d. Luciç obtinuerint etiam inhibitionem ab A. C. ne eos molestaret in possessione eiusdem domus satis deprçhenditur dotem maternam pro d. rata non esse in tuto neque domum traditam esse liberam à dicto Alphonso iuxta formam
2 dicti Laudi, cum † ad vtrunque effectum requiratur vt nullum præstetur impedimentũ, *Abb. in cap. 2. num. 2. de pact. Imol. ibid. num. 2. Scac. de assecur. in rubr. num. 6. glos. in cap. Romana §. deinde in verbo liberè de censib. in sexto, Ruin. cons. 219. num. 3. lib. 1.*

Quod autem d. domus fuerit subiecta fideicõmisso q. Laurentij satis desumitur ex eius testamento in quo institutis hæredibus Alphonso, Antonio, Francisco, Virgilio, ac Seuerino de Seruantijs & Lauris per hæc verba disposuit.

L'infrascritti saranno li miei Eredi nominati da me il Sig. Alfonzo Seruantio &c. Alli quali lascio tutto il mio stabile, cioè la Casa mia doue io habito, nel modo che si troua hoggi fabricata da me horto, e cortile; Con questa conditione, che tra loro non si possa diuidere, ne darla per dote à qualsiuoglia donna giouane maritata non maritata, o vero religiosa, o vedoua, ne per qualsiuoglia eccesso che loro facessero o commettessero possa esser confiscata, ne manco horti di detta Casa, che non vi si possa far Censi, ne Compagnie d'officio &c.

Deinde subdit, *E perche la Casa della Palombara, e il mio Patrimonio, non voglio, che sia compresa nello stabile, che io lascio in questo presente Testamento, la lascio à messer Clearco Seruantio de Lauri, &c. con patto che sia sottoposta al fideicommisso, come stà specificato in questo presente Testamento.*

Et inferius, *Intorno al regresso, che voglio ordinare per la Santiss. Madonna di Lumi mia auocata, e di tutta questa Famiglia &c. Dico che il regresso s'intenda sopra la Casa vecchia finita la linea de Seruantij de Lauri, che li successori siano di legitimo matrimonio nati, cioè padre, e madre è loro figliuoli medesimamente nati Escudo figliuoli naturali, e donne &c.*

Ex quibus liquido constat de fideicommisso super dicta domo nedum quia testator
3 prohibuit† illius alienationem, ac diuisionem inter ipsos de familia, quæ prohibitio regulariter inducit fideicommissum, *Gozad. cons. 52. num. 5. Dec. cons. 584. num. 8. & cons. 637. nn. 6. & 9. Sim. de Pret. vlt. vol. fol. 263. & num. 10. Gabr. de fideicom. concl. 9. num. 16. Fusar. de subst. q. 688. n. 109* Verum etiam, quia deficiente linea de Seruantijs testator voluit, quod domus reuerteretur ad Ecclesiam Diuç Mariç Luminum,
4 quo casu resultat † clarum fideicommissum ad fauorem illorũ, qui sunt de linea, *Decian. cons. 3. num. 64. lib. 1. Caphal. cons. 386. num. 14. Fusar. de substit. quæst. 688. num. 89.*

Hinc non obstat, quod dictum fideicommissum fuerit extinctum ex eo quod hæredes primo loco vocati decesserint absque filijs. Quãdoquidem cum testator in tota eius ferè dispositione vsus fuerit verbis collectiuis familia, linea, & successoribus, ibi, *Per esser mutato l'ordine della mia famiglia &c. Dico che il regresso à fauore della Santiss. Madonna di Lumi s'intenda finita la linea de Seruantii di Lauri &c. Che li successori siano di legitimo matrimonio nati &c.* Sicque appareat testatorem vocasse familiam lineam & successores benè desumitur dictum fideicommissum non expirasse inter primos vocatos, sed omnes de familia, ac linea de
5 Seruantijs † ad illud vocatos fuisse, vt in terminis vocationis familiæ tradunt, *Peregr. de fideicom. art. 22. num. 26. vers. verum, Mantic. de coniect.*

tell. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 12. & ſeq. Fuſar. de ſubſt. qu. 351. num. 1. & num. 9. verſ. Ego in puris, & in terminis lineæ idem Peregr. de fideicomm. dicto art. 22. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 345. num. 1. & ſeqq.

Præſertim cum teſtator deficiente d. linea de Seruãtijs vocauerit Eccleſiam Diuæ Mariæ Luminum, quo caſu reſultat ſucceſſiuum ac perpetuum fideicommiſſum inter illos de li-
6 nea nam alioquin † d. vocatio locum habere non poſſet niſi omnes de linea vocati eſſent, *Decian. conſ. 3. num. 64. lib. 1. Fuſar. de ſubſt. q. 382. num. 44.*

Non obſtat, quod regreſſus intelligatur ſuper domo *della Palombara*, & non ſuper domo *con orto, & cortile*, ex eo quia dixit Teſtator, *che il regreſſo s'intenda ſopra la Caſa vecchia*, quoniam fuit reſpoſum, quod ex ſupradictis verbis, ibi, *con patto che ſtia ſottopoſta al fideicommiſſo come ſtà ſpecificato in queſto preſente teſtamento*, liquet vtramque domum ſubiectam eſſe fideicommiſſo ad fauorem familiæ de Seruantijs, & ex alijs etiam rationibus per informantem deductis.

Non obſtat, quod neque Clearcus neque eius filij fuerint inſtituti hæredes in teſtamẽto, ſed dumtaxat Alphonſus, Antonius, Franciſcus, Virgilius, ac Seuerinus; Sicque ceſſet fideicommiſſum ad fauorem d. Clearci filio-
7 rum cum † appellatione lineæ veniat regulariter linea effectiua vocatorum, *Bald. conſ. 321. per tot. lib. 1. Menoch. conſ. 234. num. 8. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 24. cum alijs cumulatis per Fuſar. de ſubſt. q. 345. num. 1. & ſeqq.*

Etenim Teſtator in Codicillis per eum deindè factis d. Clearcum hæredem inſtituit eodem modo, & cum eiſdem prærogatiuis, quibus alij fratres fuerant inſtituti hæredes in teſtameto ibi, *che il Sig. Clearco figliolo di miſ. Camillo Seruantio ſia nominato Erede è s'intenda nominato, quanto e come è nel medeſimo modo dell'altri Eredi in detto Teſtamento nominati, e con tutte quelle prerogatiue*. Vnde tam Clearcus, quam eius filij qui ſunt de illius linea effectiua, vocati cẽ-
8 ſentur, † cum appellatione lineæ veniant omnes deſcendentes, *Fuſar. d. q. 345. n. 1. & 6. Peregr. de fideic. d. art. 22. n. 24.*

9 Non obſtat, quod hæreditas in † Codicillis dari nec adimi directo poſſit, *l. 2. C. de codicillis Inſt. eod. tit.* Nam cum præceſſerit hæredis inſtitutio in Teſtamento: ſecunda inſtitutio facta in Codicillis ſuſtinetur in vim fideicõ-
10 miſſi adeò vt hæredes in Teſtamento † ſcripti cenſeantur grauati communicare hæreditatẽ cum hærede dato in Codicillis *d. l. 2. verſ. verbis tamen C. de Codicill. l. 2. §. fin. verſ. ſed ex fideicommiſſo petitur vbi Bart. & alij ff. de iur. Codicill. d. §. Codicillis verſ. nam per fideicommiſſum Inſt. de Codicill. l. Scæuolis ff. ad Trebell. Molin. de primog. hiſp. lib. 2. cap. 8. nu. 38. latè Caſtill. quotid. controu. par. 4. cap. 22. num. 73. & ſeqq.*

Non obſtat, quod Teſtator in eiſdem Codicillis reuocauerit omnia legata pia & non pia duobus exceptis, & per conſequens fideicommiſſum ſuper domo de qua agitur ad quod fuit vocata Eccleſia Sanctæ Mariæ Luminum finita linea de Seruantijs ſit itidem reuocatum, nam contrarium DD. cenſue-
11 runt ex eo quod in † reuocatione legatorum regulariter non compræhenduntur legata conditionalia, & difformia iuxta tradita per *Ruin. conſ. 23. ſub num. 20. lib. 2. Franch. deciſ. 169. num. 3.* & cum ademptio in alijs legatis verificari poſſit non videtur trahenda ad fideicommiſſum, *Seraph. deciſ. 1409. num. 4.* præſertim
12 in præiudicium Eccleſiæ, † & loci pij, cuius fauor in dubio attendi debet, *Bald. in cap. in præſentia col. penult. de probat. Tiraquell. de pia cauſ. priuil. 98. in fin. Gratian. cap. 88. num. 6. & cap. 131. num. 2.*

Non obſtat, quod domus ſuper qua fuit impoſitum fideicommiſſum non ſit illamet, quæ fuit aſſignata Clearco pro dote Liuiæ; Quoniam illius identitas ſatis apparet ex cõbinatione demonſtrationum, & confinium expreſſorum in teſtamento cum illis, quæ in Inſtrumento dictæ aſſignationis expreſſa fuere.

In Teſtamento namque iſta domus hiſce finibus enunciatur, *Alli quali io laſcio tutto il mio ſtabile, cioè la Caſa mia doue io habito, nel modo che hoggi ſi ritroua fabricata da me con Horto, e Cortile &c.* & in clauſula actum prædicta domus cum iſtis finibus enunciatur, ibi, Actum in Ciuitate Sancti Seuerini in Quarterio Sancti Marci in domo prædicti D. Laurentij iuxta bona D. Scipionis Lazarelli, vias publicas, & alia latera, in Inſtrumento autem aſſignationis domus vigore d. laudi dicitur, *Diamo, e concediamo, & aſſegnamo al detto Sig. Clearco per pagamento delli detti ſcudi 1300. che gli hà conceduti il detto Sig. Palmilio, la Caſa che hora tengano e poſſedono li ſopradetti Signori Virgilio, Alfonſo, Antonio, Franceſco, Clearco, e Seuerino fratelli nella Città di S. Seuerino, nel quartiero di S. Marco in contrada detto la Gadetta preſſo li beni e caſa di miſ. Scipione Lazarelli da vna parte, e da altri notiſſimi lati con Horto ad eſſa contiguo, e Palombara alle mura della Città &c.* Demum Seruantij filij d. Clearci, qui obtinuerunt inhibitionem pro manutentione in hac domo vigore dicti fideicommiſſi illam cum eiſdem ferè confinibus deſcripſerunt, ibi, Pro parte & ad inſtantiam Caroli Camilli &c. exponentium ipſos inſtantes eſſe *in pacifica, & quieta poſſeſſione*, vnius domus poſitæ in Ciuitate S. Seuerini in quarterio S. Marci, & contrada nuncupata *la Gadetta con Horto contiguo, e Cortile*, iuxta bona Scipionis Lazarelli ab vno, viam Communitatis, & alia latera.

Ex quibus ſatis apparet de identitate iſtius domus cum ad hũc effectum etiam duæ de-
13 monſtrationes † ſufficiant iuxta theoricam, quam tradit *Bart. in l. demonſtratio falſa, num. 14. & ſeq. ff. de condit. & demonſtr. Crau. conſ. 112. n. 13. Surd. conſ. 44. num. 20. Gregor. XV. deciſ. 575. num. 4. & ſeq.*

Non obſtat, quod in d. laudo fuerit conuentum, quod Palmilius deberet cedere iura Clearco, quæ ceſſio cum ad huc exacta non fuerit, actio competens contra Alphonſum ſeu illius hæredem repellitur exceptione non

ac-

adimplementi; Quoniam vltra', quod de dicta cessione satis constare videbatur ex assignatione prędictę domus facta vigore d. Laudi eodem Palmilio ratificante, fuit responsum Liuiam illius hæredem non agere vigore di-
14 cti Laudi, sed vigore promissionis † factæ per Alphonsum in apoca matrimoniali de ponēdo in tuto dotem eiusdem Liuiæ, ratione cuius promissionis benè competit actio contra bona Alphonsi ex supra allegat.

Minus obstat transactio inita de anno 1618 inter Alphonsum, & Clearcum in qua fuerunt cassata priora Instrumenta, & actiones hinc inde remissæ.

Nam quicquid sit an comprehendat nec ne apocam matrimonialem cuius vigore hodie agitur illa tanquam res inter alios acta non
15 præiudicat † Liuiæ, quæ in ea non interuenit, *l. inter alios C. res inter alios act. l. Modestinus ff. de except. cap. inter dilectos de fi. instr.*

Demum non obstat, quod Constantia non sit hæres, sed donataria Alphonsi, ideoque
16 contra † ipsam agi non possit via executiua, quoniam in duobus instrumentis datis in Summar. Mariæ num. 7. apparet ipsam Constantiam se vocasse hæredem Alphonsi, & sic
17 videtur contra † ipsam posse agi exequutiuè propter obligationem in forma Cameræ pręstitam per Alphonsum eius authorem, *Gallesi. de oblig. Camer. q. 4. num. 1. & 12. Rot. dec. 630. p. 1. recent.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PRAETENSAE DEVOLVTIONIS.

Luna 18. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Bona concessa in Emphyteusim perpetuam cum pacto, quod ob non solutionem canonum, & alienationem irrequisito domino ipso iure, & absque Iudicis sententia deuoluantur, quando cadant in commissum. An Caducitas Rei Emphyteuticæ possit intētari ab hærede Domini directi. Ius petendi rem, quæ cecidit in commissum quinquennio præscribitur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis perpetua est transitoria ad quoscumque haeredes, maximè quando fuit concessa Emphyteutę pro se, & haeredibus & successoribus in perpetuum, & cum clausula,* ad habendum.

2 *Caducitas probatur eo ipso, quod Emphyteuta non probat se soluisse canonem.*

3 *Caducitas non declarata à D. directo ipso viuente contra authorem non potest declarari ab eius haerede contra successorem.*

Limita non habere locum, quando pœna vigore pacti incurritur, & procedit in pœna conuentionali non autem, quando in contractu exprimitur pœna, quæ de iure inest, & num. 5.

4 *Criminalis omnis actio tendens ad vindictam morte delinquentis extinguitur, nec amplius potest suscitari.*

6 *Pactum intelligi debet secundum naturam contractus ac subiectam materiam, sicuti iuramentum.*

7 *Pactum, quod bona ob non solutionem canonum, & alienationem irrequisito Domino ipso iure, & absque iudicis sententia deuoluantur, non alterat contractum cum sit conforme dispositioni Iuris.*

8 *Caducitas non potest acceptari nec intentari per haeredes Domini etiam stante pacto, nisi voluerit, & declarauerit D. directus illam acceptare quia aliàs censetur remisisse, & num. 15.*

9 *Hæres potest negare legata tacitè reuocata per inimicitias inter legatarium, & testatorem contractas quamuis testator illà aliter non reuocauerit, aut voluntatem suam non expresserit.*

10 *Caducitatem inductam ex pactis concessionis non seruatis, haeredibus nocere. Licet in vita Vassalli Dominus tacuerit.*

Limita Emphyteutam per commissum non simpliciter cadere à iure suo, sed ita demum si Domino placuerit, quæ conditio, & si resolutoria sit, non suspensiua exigit tamen, quod D. voluntatem suam declaret, quod vbi viuus non fecit remittere caducitatem videtur, & numer. 11. & 12. sed hoc procedit, quando D. sciuisset caducitatem, si autem nesciuisset non censetur remissa, & in dubio præsumitur ignorantia, & num. 17.

Quando defuncto domino directo, illius haeredes agūt contra Emphyteutā, tunc vt caducitas censeatur remissa debet probari, quod Dominus habuerit notitiā illius caducitatis, sed quando agitur contra haeredes Emphyteutae defuncti non est probanda scientia caducitatis, quia tunc non est attendenda Domini directi scientia, vel ignorantia cum delictum Emphyteutae, qui alienauit per mortem sit extinctum: Secus, quando haeres ipsius Domini vellet agere contra eumdemmet Emphyteutam qui cecidit ob alienationem irrequisito Domino, & num. 18. per totum.

13 *Voluntatis declaratio est personalis, morte extinguitur nec ad haeredes transit.*

14 *Legitimae supplementum à filio viuente non petitum ab eius haerede peti non potest.*

16 *Donatio semel perfecta amplius reuocari non potest non obstante dispositione* l. fin. C. de reuocandis donat. vbi Bald. *quia reputatur odiosa, & contra iuris communis regulas, & declaratur, in quo casu procedat.*

19 *Emphyteuta cessante à solutione canonis, vel alienante inconsulto D. oritur contra eum dupplex ius ordinarium scilicet, & extraordinarium.*

20 *Pœna inducta à lege ipso iure adhaeredes transit, non autem quæ ex conuentione & quae dicitur conuentionalis.*

21 *Emphyteuta non tenetur ire ad domum creditoris, sed ipse D. ad domum Emphyteutae debitoris.*

22 *Emphyteusis, & multò magis feudum non potest ab haerede reuocari cum sit valdè iniquum, vt de delicto mortui, qui se defendere non potest, agatur in praeiudicium haeredis.*

23 *Purgatio moræ, maximè facta tempore habili facit cessare caducitatem.*

24 *Annus est considerandus à die cessionis non autem à die,*

die, quo canon debet solui.

25 *Cedula producta depositi, habet vim solutionis.*

26 *Emphyteuta si soluerit canonem pro primo & tertio non autem pro secundo & quarto anno non potest expelli, secùs si cesserit à solutione canonis per triennium continuum.*

27 *Solutio canonis facta à tertio, non autem ab Emphyteuta potest sperni à D. directis.*

28 *Purgatio morae non potest admitti, quando dies, & pœna sunt appositae ab homine secus autem quando dies est apposita ab homine, & pœna à iure ante acceptatam deuolutionem.*

29 *Emphyteutica bona, quando ceciderũt in cmissõum illud ius petendi deuolutũ quinquennio praescribitur*

30 *Emphyteuta non soluens, non cadit à iure suo pro tempore, quo res reuertitur ad dominum iam spoliatum pro debito sui antecessoris mediante immissione vigore Saluiani, sed solum tenetur ad solutionem canonis.*

31 *per Delictum commissum à patre bona feudalia trãseunt in Fiscum durante solum vita Patris, & donec durat vsusfructus, ita vt post illius mortem reuertantur ad filios.*

Amplia in Praelato, & in Imperatore aduersus Vassallos Imperij Romani, & num. 32. 33. 34.

35 *Constitutio quantumuis pœnalis extenditur ad omnes casus, qui secundum propriam significationem sub generalitate verborum comprachenduntur.*

36 *Fœudum datum in dotem an perdatur per felloniam mariti.*

DECISIO CCCCXIX.

DIE 3. Iulij 1585. Cardinalis Io: Antonius Sorbellonus Sancti Georgij nuncupatus tamquam Procurator Comitum Io: Baptistę, & Alexandri de Sorbellonibus, concessit in Emphyteusim bona de quibus agitur Octauiano Mascarino, & Simoni Carabello insolidum, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum pro annuo Canone scut. 31. soluendorum in duobus terminis Romæ videlicet in festiuitatibus Natiuitatis Domini, & Paschatis Resurrectionis pacto adiecto quod si dd. Emphiteutæ deficerent in solutione d. Canonis per triennium continuum caderent ab omni Iure, actione, & commodo d. Concessionis, & bona ipso Iure, & facto deuoluerentur.

Obijt Octauianus 6. Augusti 1606. instituta hærede Vsufructuaria Dominica eius Vxore, ac proprietate relicta Isabellæ, & Dorotheæ ex fratre neptibus, quæ hæredes proprietariæ sub die 5. Septembris eiusdem anni citarunt Procuratores dd. Comitum Io: Baptistę & Alexandri ad recipiendum Canones decursos duorum annorum, alias ad videñ illos deponi, prout de facto sub die 18. d. mensis deposuerunt scut. 62. in Monte Pietatis, & Cedulam depositi produxerunt in actis sub die 23. eiusdem mensis.

De anno 1615. & sic post nouem annos ab obitu Mascarini Comes Fabritius filius, & hæres d. Io: Baptistæ litem mouit contra dictã Dominicam hæredem Vsufructuariam super deuolutione dd. bonorum ob nõ solutionem Canonis, contra, quã obtinuit mandatum de associando citatis dd. Isabella, & Dorothea, hæredibus proprietarijs pro omni eorum Iure, & interesse.

Cumque de anno 1620. obijsset d. Dominica d. Dorothea hæres proprietaria, & Flauius Angelottus hæres Isabellæ alterius Cohæredis proprietariæ petierunt immitti in possessionem dd. bonorum vigore l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll. sed à R. P. D. Cecchino Iudice ab A. C. deputato sententiam contrariam pro denegatione Immissionis reportarunt. Causa appellationis à dicta sententia pro parte dd. heredum interpositæ mihi commissa. Dubitaui an illa esset confirmañ, vel infirmanda, & DD. sub die 27. Nouembris 1634. dixerunt esse infirmandam ex rationibus in d. decisione deductis. Cui resolutioni DD. de Sorbellonibus non acquiescentibus, placuit DD. nouam eis indulgere audientiam super ijsdem super quibus sæpius reproposita causa, ac re longa, ac matura discussione examinata tandem hodie indecisis perstitum fuit.

Si quidem, quod dd. hæredibus competeret immissio in possessionem dd. bonorum etiam, quod illa sint Emphyteutica, visum fuit carere difficultate cùm versemur in Em-
1 phyteuti † priuata, & sic transitoria ad quoscunque hæredes *Calder. cons. 6. tit. de locat. Alex. cons. 128. num. 8. vers. licet secundum eos lib. 1. Clar. in §. Emphyteusim qu. 28. vers. 3. casus Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 9. numer. 1. & tit. 19. numer. 2. cum alijs in d. decisione relatis*. Maximè concessione facta pro se, hæredibus, & successoribus in perpetuum, & cum clausula, *ad habendum &c. Socc. cons. 266. nu. 36. lib. 2. Socc. Iun. cons. 124. num. 75. lib. 1. Caual. decis. 293. nu. 2. & 3. Rot. decis. 294. num. 4. part. recent.*

Difficultas igitur restringebatur ad prætensam caducitatem, quam Sorbelloni duplicem esse prætendebant.

Primò dicebatur incursa in vita Octauiani ob non solutionem Canonis ab anno 1601. vsque ad eius obitum, sequutum de an. 1606.

Altera verò deducebatur ob non solutionem eiusdem Canonis ab obitu d. Octauiani vsque ad annum 1615. quo fuit actum ad caducitatem.

2 Quæ negatiua videbatur satis probari † eo ipso, quod Emphyteuta non probabat se soluisse, *glos. in l. 2. in verb. repellere. vers. item quis probabit*, & ibi *Bart. num. 9. C. de Iur. Emphyt. Ias. in l. in illa stipulatione la prima num. 15. vers. 2 fallit ff. de verb. oblig. et Natt. cons. 226. num. 2. & 3. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. Canon. quaest. 4. num. 1. Clar. in §. Emphyteusis qu. 10. vers. sed pone.*

Circa primam caducitatem fuit consideratum primò illam non obstare, quia caduci-
3 tas † non declarata contra Authorem non potest declarari contra successorem. *Cumat. cons. 164. num. 3. vers. quinimo etiam Rip. in l. fin. qu. vlt. num. 236. C. de reuoc. donat. Ruin. cons. 10. n. 4. lib. 1. Gabr. de crimin. concl. 35. nu. 2. & seqq. Rimin. Iun. cons. 22. num. 25. & seqq. lib. 1. Gabr. cons. 67. num. 7. & 10, cum seqq. lib. 2. Bursat. de communi cons. 447 num. 6. lib. 4. & post multos in cons. 257. num. 11. lib. 3.*

lib.3. Cassad.decis.2.num.2. de locato Osasch.dec.29.
num.13.vers. verumtamen, Mantic. de tacit.lib.22.
tit.27.num.34. Vbi quod ita fuit resolutum in
Romana domorum in Burgo 6. Iunij 1582.
coram Robust. Honded. cons.55. num. 20. lib.1.
Caldas de renouat.ampliat.lib.4.cap.17.n.29. & 30.
4 Vbi affert rationem, quia omnis actio † cri-
minalis tendens ad vindictam, qualis est ista
commissi re integra morte delinquentis ex-
tinguitur, nec amplius potest suscitari. Rip.
in d.l.fin.num.27.& seqq.C. de reuoc. Ruin.cons.159
num.13.vol.1. Bursat. cons.91. ante nu.6. idem Cal-
das in repet.l.vnic.C. ex delict.defunct.

Neque obstat, quod ista conclusio non ha-
5 beat locum quando † poena vigore pacti in-
curritur, Bero. cons. 122. num. 10. lib.1. Gabr. de
crimin.d.conclus.35.num.14.san.mem.Greg.dec.529.
num. 20. Quia conclusio procedit in poena
conuentionali, non autem quando in contra-
ctu exprimitur poena, quæ de Iure inest, sci-
licet, quod cessante Emphyteuta in solutio-
ne canonis per triennium cadat ab Emphy-
teusi, si eam obtinet à priuato, quia si ab Ec-
clesia sufficit biennium l.2.C.de Iur.Emphyt.&
Auth. qui rem C. de sacros. Eccles.cap. potuit de lo-
cat. Corbul.de caus.priuat.ob non solut.canon.in prin.
Et propterea ista expressio nihil operatur, cũ
in omnibus, & per omnia sit conformis di-
spositioni Iuris communis l.3. ff. de leg. primo
6 l. non rectè C. de fideius. Et quia pactum † est in-
telligendum secundum naturam Contractus,
ac subiectam materiam sicut tradit Iurisconf.
l. si vno ff.locat.l. si insulam de prescript. & ita in
istis terminis respondet Rot. apud Cassad. dec.3.
num. 6. vers. sed quando de locat. Vbi materiam
exornat, quare parum curandum est de Bero.
in d.cons.122.nu.10.lib.1. qui tenet, quod pactũ
etiam conforme Iuri communi causat deuo-
lutionem ipso Iure, quia ad hoc probandum
nihil allegat, & in contrarium habemus sen-
tentiam Rotae apud Cassad. vbi supra.

Nec obstat, quod secus est quando adest
pactum, quod bona ob non solutum Cano-
nem deuoluantur ipso Iure, & absque Iudi-
cis sententia prout in casu nostro, vt voluit
Honded.cons.51.num.32.vol.1. Bursat.cons.252.n.4
lib.2. Vig.cons.68.num.314. & 315.

Quia non refert huiusmodi pactum cum sit
7 conforme † dispositioni Iuris, secundum quam
incurritur caducitas non solum ob alienatio-
nem irrequisito domino, sed non solutum
Canonem ipso Iure ex alleg. per Caldas de Em-
phyt. extinct.lib.4.cap.17. num.2: & in specie Cas-
sad.d.decis.2. num.1. & decis.4. num.3. de locat. Et
propterea hoc pactum non alterat Contrac-
tum, Cassad.d.decis.3.num.7. de locat.

Secundò Considerabant, quod de tempo-
re obitus Mascarini erant Domini directi præ-
dicti Comites Io: Baptista, & Alexander; qui
cum non acceptauerint d. caducitatem cen-
sentur illam remisisse, & propterea Comes
8 Fabritius non potuit illam acceptare † etiam
quod Mascarinus viueret, ergo multò magis
non potest contra hæredes ipsius, quia cadu-
citas incurritur quatenus Dominus directus
velit, & ideo requirebatur declaratio dd. Cõ-
mittum Ioannis Baptistæ, & Alexandri Bart.
in l. seconda num.2. C. de Iur. Emphyt. quem DD.
communiter sequuntur vt dicit Paris. in cons.108.
num.33. lib.1. communem quoque dicit Rimin. iun.
in cons 94.num.16. Io.Anan. cons.84. in princ. Ias.
qui etiam de communi in l.2.num.10. C.de Iur.Em-
phyt. Dec.cons.140.col. tertia Cassad.decis. secunda,
& tertia de locat. Et sine declaratione non potest
dici res caducata Alex.cons.82.num.3.lib.7. Clar.
d.§. Emphyteusis qu.9. in princ.; vbi de communi
testatur, & propterea cum dd. Comites Io:
Baptista, & Alexander non acceptauerint in
eorum vita caducitatem censentur illam re-
misisse, itaut Comes Fabritius illorum hæres
non potuerit illam acceptare, argum text. in
l.fin.C. de reuoc. donat. & in l. eum qui §. Iniuria-
rum ff. si quis caut. & in l.1.C. de reuoc.donat. quæ
Iura põderat Caldas.de Iur.Emphyt.lib.4.de Em-
phyt.extinct. cap.27. à num. 13. vsque ad num. 15.
& ita in puncto dicunt glos. in l.omni modo verb.
non licebit C. de inoffic. Testam. & ibi Castrens.an-
te num.5. vbi declarat. d.glos. & Salicet. num.6. &
videtur etiam text. clarus in l. final. in fin.C. de re-
uoc.donat. Hippol. de Marsil. in l.vnic.num.63.C.de
rapt.Virgin. Rip. in l.fin. num.206. C. de reuocand.
donat. Tell. Fernandez ad l.4. Tauri nu.53.& seqq.
Vbi dicit hoc procedere etiam stante pacto
Paris.cons.108 nu.33. & seqq.lib.1. Afflict.in cap.1
§. porro nu.38. quae fuit prima causa Curt. de feud.
4.part. num.156. qui de communi testatur, &
respondet contrarijs Tob. cons.2. num. 5. & seq.
Misinger.cent.3.obser.97.nu.3. vers. Porro Gramat.
decis.17. num. 2. & ibi additio testatur de com-
muni Bursatt.cons.91. sub num.5. ubi de communi
lib.1. & latissimè Caldas de Emphyt.extinct.part.4.
cap.17.num.5. & seqq. vbi ponderat alias rationes à
num. 18. vsque ad 24. tollit contraria, & hanc
sententiam tenet Rota, vt per Cassad. decis. 2. de
locat. & in decis.3.eod.tit.num.1.3. & 7. Vbi hæc
sententia procedit etiam stante pacto, quia
non est admittendum Dominum voluisse pa-
cisci, vt Emphyteuta omnino caderet, etiam
si sibi displiceret, & ipse non declararet, non
est enim verisimile, quod per tale pactum vo-
luerit perdere iuris arbitrium, attento quod
dependeat à mera voluntate ipsius Domini,
quam de facili poterat declarare.

Neque prædictis contradicit text.in l.3. §.fin.
C.de adimen.legat.. Vbi habetur posse hæredem
9 legata † tacitè reuocata per inimicitias inter
legatarios, & defunctum contractas negare,
quamuis Testator illa aliter non reuocauerit,
aut voluntatem suam non expresserit, quem
text.ad propositum de quo agitur ponderat Barbat. in
c.fin.nu.13. circa med.vers.ego vero dubito de donat..
Prout nec alius text.in cap. Vassalli, tit. 51. Vas-
sallus feud. priuetur, vbi feudo priuatur filius
propter culpam Patris licet in vita eius Domi-
nus tacuerit, quem text.ad hoc post. Isern.ibi per-
pendit Afflict.in d.cap.1.§.porro num.48.qua fit pri-
ma causa &c. Quæ iura eo magis videntur pro-
cedere stante pacto apposito in concessione,
quod si Canon per triennium non soluatur
bona cadant in commissum Bald.in cap.1.§.in-
super num.70.in fin.de prohib. feud.alien. per frider.
10 qui dicit caducitatẽ † inductã ex pactis con-

cessis

cessis non seruatis, hæredibus nocere, quamuis in vita Vassalli Dominus tacuerit, nec conquestus fuerit, & sequitur *Afflict. in d. cap. 1. §. porro n. 55. quæ sit 1. causa* respondetur enim quod text. *in d. l. 3. §. fin.* non facit ad præsentem casum in quo ex Domini directi taciturnitate inducitur quædam commissi remissio, propter quam non licet hæredi semel remissam à defuncto offensam suscitare, vt supra dictum fuit, & ideò non est receden à communi opinione vt placuit *Curt. lib. 4. feud. num. 256. Caldas. de Iur. Emphit. par. 4. de emphit. extinct. num.*

11 *19. & 24.* Vbi dicit † Emphiteutam per commissum non simpliciter cadere à Iure suo. Sed ita demum, si Domino placuerit, quæ conditio & si resolutoria sit, non suspensiua exigit tamen quod Dominus voluntatem suam declaret, quod vbi viuus non fecit, remittere caducitatem videtur vt firmat *Bald. in l. fin. num. 5. C. de reuoc. donat. Imol. in cap. fin. num. 24. de donat. Ias. in l. omnimodo fin. C. de inoffic. testam. Cassad. d. decis. 2. & 3. de locat.* & Barbatiamet *in d. cap. fin. num. 13. de donat.* tenet hac sententiam in Emphiteusi contrarium defendens in feudis, quia Iure expressum non reperitur eorum caducitatē pendere a Domini voluntate, quocirca planè fatetur. Contrarium resoluendum in Emphiteusi, in qua id expressum reperitur. Et hac ratione cessat etiam dispositio *text. in cap. Vassalli si Vassalli feud. priu.* quia procedit in feudo, non autem in Emphiteusi, in qua habemus claram dispositionem, vt caducitas intelligatur quatenus Dominus voluerit

Ad doctrinam verò *Bald. in c. 1. §. insuper nu. 7. de prohib. feud. alien. per freder.* qui dicit pactum continens, quod Emphiteuta ipso facto cadat à Iure suo sufficere pœnam transire ad hæredes. Respondetur quod d. pactum

12 appositum † in concessione Emphiteutica sequitur naturam Emphiteusis, & consequenter patitur illam tacitam conditionem, si Domino placuerit quamobrem nisi Dominus declaret se velle moriens magis videtur remi-

13 sisse, quia Ius declarandi † voluntatem adeo personale est, quod morte extinguatur, nec ad hæredes transeat, vt dicunt omnes communiter Doctores *in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verb. oblig. & fuit sententia glos. in l. idem Pomponius §. fin. vers. appareat ff. de rei vendic. & notat Bart. in l. inter stipulantem §. 1. nu. 3. ff. de verb. oblig.* Maximè in præiudicium Emphiteutæ, cui dicitur remissa pœna commissi *Angel. in §. signanter num. 3. vers. sin autem instit. de leg. Ias. in l. si quis à filio §. si quis plures num. 4. & 9. ff. de legat. 1.* & concordant illi, qui hac eadem ratione, & ar-

14 gumento contendunt legitimæ † supplementum à filio viuente non petitum quasi remissum ab eius hæredibus peti non posse. Quoniam illa declaratio voluntatis personalis est, & morte extinguitur, vt bene considerat *Caldas. de Emphit. extinct. par. 4. cap. 18. num. 25.* & vt supra dixi Rota tenet, & videre est apud *Cassad. d. decis. 3. & 3. de locat.* Quod caducitas non

15 possit † per hæredem Domini contra Emphiteutam, & illius hæredes intentari etiam stante pacto, vt supradictum est.

Cessat quoque id quod dicit *idem Bald. in l. fin. C. de reuoc. donat.* scilicet reuocationem inductam ob causam non sequutam, seu pacta non seruata ad hæredes transire ad instar, & similitudine pœnæ conuentionalis.

Nam respondetur quod d. lex est odiosa, & contra Iuris communis regulas secundum

16 quas perfecta semel donatio † amplius reuocari non potest *l. perfecta C. de donat. quæ sub. mod. l. sicut ab initio C. de action. & oblig. cap. quod semel placuit de reg. Iur.*

Aduersus quæ legis principia legislatoribus æquum visum est ob ingratitudinem posse reuocari, quam reuocationem tamquā odiosam ipsis solis donatoribus tribuerunt, & successoribus negarunt, quamobrem vbi ob pacta non seruata, seu ex causa non sequuta Baldo, & alijs DD. placuit potestatem dare reuocandi, huiusmodi reuocatio procedit secundum Iuris communis regulas, & consequenter restringitur ad ipsos donantes, vt sunt verba clara *Montalu. in l. l. for. tit. 3. de cas. donationes, l. 2. glos. 2. lit. I. fol. 209. col. 3. in princ. Cald. cap. 18. num. 26.* Qui subdit quod quoties ob causam non sequutam, seu pacta non seruata donatio reuocatur magis ex defectu voluntatis, & intentionis donantis, quasi nunquam fuisset facta, reuocata censeri debet, quam in pœnam Donatarij non adimplentis causam, & promissa, quapropter non est mirum si *d. l. fin. C. de reuoc. donat. ob caus. nō sequut.* odiosa sit & restringenda ad casum, in quo propter ingratitudinem, vel similem causam agitur de pœna infligenda delinquenti, seu donantem offendenti, cuius culpa tacitè remissa ab offenso videtur quemadmodum contingit in Emphiteuta, cuius culpam Dominus tacendo moriens videtur remisisse, vt supra probatum fuit ex pluribus auctoritatibus.

Neque obstat quod prædicta procederent

17 si † Dominus sciuisset caducitatem, si autem nesciuit non censetur remissa caducitas ex DD. cumulatis per *Caldam de emphit. extinct. l. 4. cap. 18. num. 27. Corbul. de Iur. emphit. de caus. priuat ob non solut. Can. ampl. 45. num. 25. Cassad. decis. 2. n. 70. & decis. 1. de locat.* Et in dubio præsumitur ignorantia in Domino nisi probetur scientia *ex alleg. per Cald. loco proxime allegat. num. 28.*

Nam huic fundamento duplex datur re-

18 sponsio † 1. est quando defuncto Domino illius hæredes agunt contra Emphiteutam, tunc vt caducitas censeatur remissa, debet probari, quod Dominus habuerit notitiam illius caducitatis; Sed quando agitur pontra hæredes Emphiteutæ defuncti non est probanda scientia caducitatis *Rip. in l. fin. C. de reuoc. donat. num. 205. & seqq. Ruin. cons. 259. num. 13. lib. 1.* Et ratio est, vt supra dictum fuit, quia omnis actio criminalis tendens ad vindictam, (qualis est ista commissi) re integra morte delinquentis extinguitur; nec amplius potest suscitari *ex congest. per Caldam. in rept. l. vnic. C. ex delicto defuncti Rip. in d. l. fin. num. 205. & seqq. C. de reuoc. donat. Ruin. d. cons. 259. nu. 13. col. penult. Bursat. d. cons. 91. ante num. 6.* Quare non est attendenda ista Domini directi scientia, vel ignorantia

rantia, cum delictum Emphiteutæ qui alienauit per mortem sit extinctum *Corbul.d.auspl.* 45. *num.*25. Secus autem esset quando hæres ipsius Domini directi vellet agere contra eumdemmet Emphiteutam, qui cecidit ob alienationem irrequisito Domino, vt distinguendo dicit *Cald.d.lib.*4. *de Emphit.extinct. cap.* 18.*num.*30.

Neque obstat quod *Bursatt.d.cons.*91. *num.*7. *vers.respondetur namque lib.*1. teneat contrarium, quem videtur sequi *Caldas.de emphit.extinct.lib.* 4.*cap.*18. *num* 30. dicit enim verum non esse actionem commissi ex mero delicto procedere, nec per actionem ex contractu purgari; sed ex contractu Dominum aduersus Emphiteutam agere, qnoniam Emphiteuta ex vi contractus, & pacti vinculo tenetur Canonem soluere, rem etiam non vendere Domino inconsulto, nec illam deteriorare, *glos.& DD.in* §. *adeo instit.locat.Corn.cons.*67.*num.*25.*lib.*2. *Cephal. cons.*339.*num.*26. quamobrem contrafaciens ex ea actione pacti conuenti priuatur Emphiteusi, & consequenter per eam actionem, delictum purgat. Actio enim ex contractu qua Dominus Emphiteusim ex causa commissi repetit est in rem scripta, quæ contra 3. possessorem transit *Alex.cons.*113. *in princ. lib.*4. *Dec. cons.*184. *num.*7. *& seqq. cum alijs per Caldas. loco modo supra cit.nu.*32. Huic fundamento respondetur quod, vt inquit *Bero.in cap.potuit num.*76.

19 *de locat.* Emphiteuta † cessante à solutione Canonis, vel alienante incosulto Domino oritur contra eum duplex Ius, ordinarium, & extraordinarium. Ordinarium pronenit ex cōtractu ipso, quod continet damnum, & interesse Domini, videlicet satisfactionem pensionum, & damnorum, & d. Ius transit ad hæredes Emphiteutæ, vt dicunt *Canouist.in cap. fin.& ibi glos. de sepult.* vbi aiunt quod hæredes Incendiarii siuè alicuius alterius delinquentis sunt censuris compellendi, quod confirmatur *in c. in litteris de raptor.* Aliud extraordinarium Ius est pœnale, quo dominus directus potest declarare Emphiteutam cecidisse à Iure suo, & istud prouenit ex dolo, & culpa Emphiteutæ, non autem ex contractu, sed ex prouisione legis. Ideoque illud Ius non est extendendum ad alios personas, cum dicatur Ius personale, *vt in l.fin.& in l.his solis C.de reuoc.donat.* & bene dicit *Alciat in l.*4.§.*Cato num.*64.*ff.de verb. oblig.* quod ista pœna commissi est legalis, non conuentionalis, & licet *Cald.vbi supra n.*

20 32. dicat idem respondendum esse, quia † pœna inducta à lege ipso Iure ob hæredes transit *l. si quis in graui* §. *fin.ff.ad Stllanian. Boer. cons.* 98. *num.*28.*lib.*1. Attamen hæc responsio videtur vera secundum distinctionem *Bero supra allat.* sed non officit in casu isto, & hæc procedunt etiam quod in contractu fuit dictum quod caducitas incurratur si per triennium fuerit cessarum à solutione Canonis, cum solum fuerit expressum id quod de Iure inerat, vt pulchrè per *Cassad.decis.*3.*num.*7.*de locat.*

Secundò respondetur quod aut erat Procurator in Curia DD. Comitum Io. Baptistæ, & Alexandri ad exigendum Canones. Aut non erat qui tale munus in Curia haberet, si aderat Procurator specialiter ad exigendum, & hoc casu cum Procurator haberet mandatum speciale præsumitur DD. certiorasse *Lap. in cap. gratia num.*3.*de rescript in* 6. *quem refert Roman. in cons.*481.*in princ. & tenuit Rot.apud Cost. decis.*80. Prout etiam in simili videmus in officialí, ad quem spectant iura alicuius rei, licet secus sit in Procuratore Generali constituto *Surd. in cons.*566. *num.*14. *lib.*4. Aut verò non aderat Procurator in Curia ad exigēdum, & cum solutio deberet Romæ fieri vt clarè dicitur in Instrumento concessionis, & DD. Comites essent diuersi fori, scilicet Mediolanenses, Em-

21 phiteuta † non tenebatur ire ad domum creditoris, sed ipse Dominus vel ipsi Domini ad domum Emphiteutæ debitoris *Bart.in l.itemilla num.*9.*vers.& per hæc duo de const.pecun.& sequitur Ias.iu l.*2.*num.*92.*ff.de iur.Emphit.* Nec protestatio Emphiteutæ debitoris erat necessaria nisi ad bene esse *Corbul. de caus. priu.ob non solut. Can.limit.*9. *num.*1. *&* 2. Itaut Dominus teneatur probare se die solutionis vel eius legitimū Procuratorem fuisse in Vrbe *Corbul. vbi supra limit.* 15.*n.*2.*&* 3. *& seqq.* Vbi etiam dicit quod protestatio solum requiritur ad bene esse, & est de mente *Mantic.de tacit.& ambig. lib.*22. *tit:* 27.*num.*60. & sufficit etiam ad hunc effectum, quod materia esset dubia, quia cum agatur de deuolutione contra successorem ex facto defuncti, requiritur etiam in feudis, quod plus est, quod deuolutio sit adeo notoria, & inexcusabilis quod nullo pacto negari possit, aut defendi; Sed si eget aliqua probatione vel possit aliquo colore excusari, non potest hoc ca-

22 su feudum † & sic multo minus Emphiteusis ab hærede reuocari, cum sit valde iniquum, vt de delicto mortui, qui se defendere non potest, agatur in præiudicium hæredis, vt prudenter considerat *Clar.in* §.*feudum quæst.*65.*num.* 1.*vers.quam opinionem.*

Tertiò principaliter dicebant DD. non in-

23 trare caducitatem, quia † mora fuit purgata, & quidem tempore habili. Et quod fuerit purgata satis probatur, quia vt supra dictum fuit Comites Io. Baptista, & Alexander concesserunt Emphiteusim die 3. Iulij 1585. & & Canon scut. 31. erat soluen. In duobus terminis Natiuitatis Sanctissimi D.N.& Paschatis Resurrectionis & sic annus incipiebat à die 3. Iulij 1585. & finiebat 3. Iulij 1586. ad hunc

24 enim effectum annus est † considerandus à die concessionis, non à die qua Canon debet solui *Corbul. de caus. priuat. ob non solut.Canon. q.* 1. *per tot.Grat.cons.*79.*num.*8.*&* 9. *vol.*1. Quare cum prætendatur quod ab anno 1602. citra Canon non fuerit solutus, debet hoc intelligi quod non fuerit solutus à die 3. Iulij 1602. quia tunc incipiebat annus, & propterea cum Mascarinus obierit die 6. Augusti 1606. à die 3. Iulij 1602. vsque ad diem obitus erant elapsi quatuor anni. Vnde cum die 5. Settembr. eiusdem anni 1606. dd. hæredes proprietariæ Mascarini fecerint citari Procuratores dd. Comitum Io. Baptistæ, & Alexandri ad recipiendum Canonem, alias videndum deponi, & obti-

obtinuerunt decretum ad fauorem, & die 18. eiusdem Mensis Septembris bo: me: Io. Baptista Bolognettus depofuerit in Monte Pietatis de proprijs pecunijs animo se reualendi contra dd. hæredes scut. 72. pro Canone duorum annorum, & die 23. eiusdem Mensis Procuratores dd. hæredum Proprietariarum Mascarini in actis produxerint d. Cedulam
25 depositi, † (quæ productio sufficit pro solutione, cum dd. Procuratores recusauerint recipere, *l.fin.in fin.C.de Iur.æmphit. Guidopap. dec. 123.num.1.in fin.Ripoll.var.resol.cap.7. num.223. Barzius decis.50.num.46.*) Ideo fuit purgata mora, licet non fuerit solutus Canon totius quadriennij, quia sufficit quod debitum pro integro triennio non remaneret, ad effectum enim deuolutionis requiritur quod cessatio à solutione sit per triennium continuum, alias res non cadit in commissum itaut si emplu-
26 teuta † soluat Canonem pro primo, & pro secundo anno non, & pro tertio soluat, sed pro quarto non soluat, non possit expelli: *Corbul.post alios de causs.priuat. ob non solut. Canon. q.3.n.1.& 2. & per tot quæst.* Ita in proposito cũ versemur in tẽpore quo mora potuerit purgari, vt infra dicetur, satis est, quod mora fuerit purgata, itaut Comiti Fabritio hæredi Comitum Io: Baptistæ, & Alexandri competat solum actio ad repetendum residuum Canonis, *Cassad.decis.3.num.2.de locat.* Nec his resistit *decis.466.num.1.vers. depositum par.1.diuers.* quia ibi dicitur quod depositum non erat integrũ, & factum post declarationem Capituli & illa decisio non examinat ex professo hunc articulum neq; supradictas conclusiones, & cessat omnis difficultas, ex quo Mascarinus in Testamẽto scripsit se debitorem Canonis pro duobus annis tantum. Vnde dd. hæredes Proprietariæ sunt excusandæ; si iusto errore ductæ non soluerint integrum Canonem, *Alex. in l.in executione §.item si ita num.5. vers. Prædicta enim de verb.obligat. Clar.in §. emphiteusis quæst.8. vers.hoc autem de plano circa med. Gabr.cons.66.numer. 59. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. titul. 27. num.53.*

Neque subsistit quod Procuratores dd. Comitum Io: Baptistæ, & Alexandri poterant
27 spernere d. solutionem † tamquam factam à tertio nempe à Io: Baptista Bolognetto ex *alleg.per Corbul.de caus.priuat.ob non solut.Canon.limit.7.num.2.* Quia in hoc casu non agitur de solutione facta à tertio pro dd. hæredib. Mascarini, in quibus terminis loquitur *Corbul.& alij per illum allegati,* sed Io: Baptista Bolognettus nomine dd. mulierum hæredum deposuit pecunias in Monte Pietatis animo se reualendi, quæ verba important quod mutuo dederit illas pecunias, & Procurator dd. mulierum hæredum produxit in actis dictam cedulam depositi, & sic tertius non soluit pro dictis mulieribus hæredibus, sed Procurator ipsarum soluit earum nomine, & sic cessat obiectum.

Quod autem purgatio moræ fuerit facta in tempore satis apparet, quia ante acceptatã caducitatẽ vera est distinctio quod si dies, & pœna sint appositæ ab homine, mora non
28 potest † purgari, secus autem quando dies est apposita ab homine, & pœna à Iure, quia isto casu admittitur purgatio moræ ante acceptatam deuolutionem, *Guidopap.post Din. & Bart.* quos allegat *decis.171.num.1. in fin. & sub nu.2.* dicit rationẽ esse, quia lex subrogat sibi pœnam commissi, si non soluatur die statuta ab homine, & cum per legem sit introducta de æquitate purgatio mora. Ideò non mirũ si pœna, quam lex subrogat etiam tollatur per purgationem, quam etiam lex introduxit, & sic vna lex per aliam tollitur, vel declaratur, & hanc distinctionem claris verbis facit, *Put.in decis.66.lib.3.* quamuis non alleget *Guidopap.* & optimè etiam *Clar. in §. Emphyteusis, quæst.8.num.15. vers.item quæro,* dicit quod secundum dispositionem Iuris Canonici, quod maximè innititur æquitati mora celeri satisfactione potest purgari, *cap. potuit de locat.* Et subdit quod secundum magis communem opinionem DD. statur arbitrio Iudicis, quando dicatur celer purgatio moræ, & quod in dubio celer satisfactio dicitur antequam Dominus declaret velle esse locum caducitati, quod & tenet *Ferrett.in add. ad decis. Guidopap.* & subdit etiam idem *Clar.* quod Iudex debet semper inclinare in sententiam, per quam caducitas euitetur. Tantò magis procedendo secundum æquitatem Canonicam, & dicitur etiam quod licet *text.in cap.potuit de locat.* procedat tantum in Emphyteusi Ecclesiastica, nõ autem laicorum, & priuatorum, vt dicunt DD. communiter, tamen si esset iudicandum secundum æquitatem, & sola veritate inspecta posset seruari dispositio *d.cap. potuit,* etiam in terris Imperij in emphyteusi etiam laicorũ & dicit illud esse æquissimum, & quod Senatus ita seruat, & benè etiam *Cepoll. caut. 135.* Vbi quod cautela est ad purgationem moræ euitandam, vt statim lapso tempore acceptetur caducitas, quia tunc mora non poterit purgari nisi celeri solutione, aliàs enim non facta protestatione mora poterit purgari, & benè etiam *Barzius decis.50. num.46.* Vbi quod mora committitur post declarationem factã, quia postmodum purgari potest infra modicum tempus, & celeri satisfactione, ac per depositum, *Mantic. de tac. & amb. lib.22.tit.27. num.35.* Vbi quod mora ante declarationem potest purgari, imò & facta declaratione celeri satisfactione, & allegat alios DD. vndè clarè patet quod cum *Corbul. de caus. priuat.ob non sol.can.limit.41.in fin.* dicat cõmunis sententia est, quod arbitrium Iudicis nõ potest operari vltra duos menses sit intelligendus facta acceptatione, secus autem non facta acceptatione, & ita non obstat *d.decis.466.par.1.diuer.* Quia vt supra fuit respõsum in casu illius depositum fuit factum longè post occupatam caducitatem, sed in casu isto non constat de acceptatione.

Ex quibus clarè constat quod in casu isto pœna caducitatis si Canon non soluatur per triennium est apposita à lege non autem ab homine, etiam quod legatur in Instrumento

ex supra deductis, *Cassad.decis.3.num.7.de locat.* Ea ratione quod cum istud pactum per omnia sit conforme dispositioni Iuris communis non alterat ipsum Ius commune,& quod propterea mora ante acceptatã caducitatem potuerit purgari, prout fuit purgata.

Quarto principaliter põderabant DD.quod caducitas ob non solutum Canonem in vita Mascarini defuncti de mense Augusto 1606. aut fuit intentata de anno 1615. Aut solum hodie intentatur, ex neutro istorum temporum potuit intentari,cum esset lapsum quinquennium, quia Ius petendi rem, quæ inci-
29 dit† in commissum quinquennio præscribitur, *l.2.C.de vectigal.& commiss.quem text.tamquã singularem notat Rom.singul.*479.Incipieñ Ius petendi rem. Vnde post quinquennium non durat illud Ius commissi, *Alex.in add. ad Bart. in l.forma, §. si quis veniam ff.de cens. Bart.in l.cõmissa q.fin.ff.de publican.& vectigal.Cald.de emphit. extinct.lib.4. cap.18, num.11.*

Quantum attinet ad caducitatem prætensam post obitum Mascarini intentatam de anno 1615.licet comes Fabritius potuerit intentare caducitatem ob non solutionem factam per triennium suo tempore, *Cassad. dec. 3.num.3.de locat.*Tamen pro resolutione huius articuli repetendum, quod supradictum fuit, nempè Mascarinum reliquisse Dominicam vxorem vsufructuariam,hæredes autem Proprietarias Isabellam,& Dorotheam ex fratre neptes, & certum est potuisse in dicta re emphyteutica constituere dictum vsumfructum *Bald.in l.1.§.1.per d.text.ff.quib.mod.vsusfr.amitt. & in l.3.num.5.vers.quæro hic C.de seruit. & aqu. Alex.cons.120.in fin.lib.1.& in l.3. §. ex contrario ante num.37.* & ibi *Ias.num.30.ff.de acquir.possess. Cott.in memor ver.emphiteuta non potest, Socc.Iun. cons.80.num.48.lib.3.Molin.de primog.lib.1.cap.20 num.5.* Et propterea solutio Canonis spectabat ad d.Dominicam vsufructuariam, nam legato vsufructu rei emphiteuticæ vsufructuarius tenetur ad solutionem Canonis, cum istud onus sit reale, quod sequitur possessorẽ ipsius rei, quæ est obnoxia solutioni. Itaut vsufructuarius non possit se eximere, *Gabr. cons.47. num.6.& 7.lib.1.Pinell.in l.1.§.1.C.de bon.matern. num.76.vers.8.ampliatur Caualcan.de vsufruct.mulier.relict.num.60.Castill.de vsufr.cap.73. num.11, & clarius in cap.56.num.16.Ripol.var. resol.cap.7. num.364.* Et in specie quod vsufructuarius teneatur ad solutionem Canonis dicit idem *Castill.decis.56.nu.14.* Et in simili videmus, quod immissus vigore Saluiani si nõ fuit immissus propter debitum Domini, sed Antecessoris tenetur ad solutionem Canonis, itaut si non
30 soluatur emphiteuta† non cadat pro tempore, quo res reuertitur ad ipsum Dominum, vt fuit resolutum in causa *Romana prætensæ deuolutionis 2.Maij* 1589.*coram bo.me.Comitulo,* quã refert,& sequitur *Mantic. de tacit. lib.22, tit.27, num.47.& seqq.*

Hinc sequitur quod etsi Dominica hæres vsufructuaria non soluerit Canonem, non propterea Isabella,& Dorothea fuerunt priuatæ emphiteusi, sed solum emphiteusis fuit reuersa ad Dominum durante vita ipsius Dominicæ vsufructuriæ, vt de vsufructu debito Patri in bonis aduentitijs filiorum, si Pater
31 committat delictum, † quod bona feudalia transeant in fiscum durante solum vita Patris, scilicet donec durat vsusfructus secundum formam, *l.vsusfructus, ff.sol.matr.dicunt Bald.in l.corruptionem nu.7.C.de vsufr.Salic.in l.si quis post hæc C.de bon.proscript.nu.1. Rom. l. si finita §. si de vectigal.num.12.ff.de damn.infect.Boer.decis.7. num4. vbi num.5.* etiam dicit quod si filius nihil habet ex istis bonis deuolutis in vita Patris ali debet, *Peregr.de Iur.fisc.lib.5.tit.1.num.126. vers. sed aduerte, Menoch.de recup.remed.9. num.243.* & sequitur *Roderic. in repet.l si post rem num.13.ff.de rei vendic.Franc.Mar.decis.827.nu.4. 1.par. Gabr. cons.123.num.10.vol.1.Rosental.de feud.par.2. cap.20.concl.6.num.11.& 13.*

32 Hinc etiam videmus, quod † si Prælatus Ecclesiæ, qui est Vsufructuarius in vita,& vsuarius in morte vt dicit *Ias.cons.75.nu.4.cum seqq. & in fin.lib.3.* Delictum commiserit,feudum deuoluitur ad Dominum ipso Prælato viuente, & post mortem illius reuertitur ad successorem in Prælatura, *cap. 1. §. fin. tit.46. de capit. Corrad.de vsib. feud. lib.2.* vbi expressè dicitur propter culpam Prelati Ecclesiam pro tempore vitæ Prælati feudo priuari,& notant cõmuniter DD. *in cap. fin. de Cap.& post glos.in in verb. ad Regem Iacob. de Beluis, Bald. Lauden. Aluarot. & alij, Cuiac. in tit.49.lib.4.* Vbi quod Ecclesia damnum non patitur, sed Prælatus delinquens in eo, quod viuens habere debet, *Iacob.de Ardizon. in sum. tit.quib.mod. feud.amitt. rubr.63. vtrum vassallus, Blanc.lib.2.cap.3.num.8. Capic. de inuest. feud. c. feudatariorum delicta col.2. §. Prælati delictum, Hostien. in summ. tit. de licit. §. qualiter contrahatur scriptura interueniente, vers. quid ergo si factus sit non soluendo, Corbul. de iur. emphyt. caus. priu. ob non sol. can. ampl.22.num.4. & ampl.27.num.22.Clar. in §. feudum q.67. Abb. in cap.verum nu.19.de for.compet.Scrader. de feud. art.20. par.9. sect.9. q.37. numer.70. & seqq. cum alijs per Rosental. de feud. par.2. cap.10. conclus.3. num.3. in littera C.* Vbi quod hæc habent locum in omni Prælato, aut Rectore delinquente, vt tandiu feudum Domino applicetur,vt is eas vtilitates,quas Prælatus inde pro mẽsa, aut commodis suis percipiebat capiat, quousque delinquens viuit, & est in administratione, & optimè respondet contrarijs, & quamuis aliqui teneant contrarium, quos recenset *Rosental.loc.alleg. num.7. in littera F, & G.* Tamen à priori opinione tamquam communi non est recedendum.

Et in terminis nõ solutionis Canonis,quod Ecclesia cadat solum durante vita Prælati, & ipso mortuo emphyteusis reuertatur ad Ecclesiam, *Io.Andr.in cap. Constitutus num. 17. & 18. de relig.domib. Abb. in cap.1.num.18.de dol. & contum.Roman. singul.270.Rip.in repet. l. fin. num. 175. C.de reuoc.donat, Bertachin. de Episcop. p.4. numer.163.Cald.de emphyt. extinct. par.4. cap.19. num.11. vbi allegat. Bald.Rosental. de feud. d. p.2. cap.10.concl.3. in litt.M.ante fin, Scrader. de feud. 9. par. princ. q.2. sect.9.num.71. fol.637. vers.quæ*

tamen

tamen pœna vltra vitam Prælati, & ponderat, quod propter ingratitudinem Prælati res donata Ecclesiæ non potest auferri nisi pro tempore vitæ Prælati ingrati, *Roman.consf.*283.*n.*4. *Rip.in repet. l. fin.num.*174.*C.de reuoc.donat. Bald. in l. Executorem num.*42.*& seqq. C. de execut. rei iudic.* quod dictum *Bald.* refert, & sequitur *Præposit. in cap.*1.§.*fin.de cap.Corrad.* Ponderan-
34 do insuper, quod † si Imperator commiserit tale delictum contra Vassallos Imperij Romani, nempè contra Reges, Marchiones, Duces, Comites, propter quod delictum Imperator proprietatem feudi amittere mereretur, ille Vassallus contra quem Imperator deliquit tantum donec viuit ille Imperator, & non vltra à iuramento fidelitatis absolutus est, *Bald. in d.l. executionem col. fin. in fin.* Ponderat denique quod *text. in d.cap.*1. §. *fin. de cap. Corrad.* expressè dicit propter culpam Prælati Ecclesiam pro tempore vitæ Prælati feudo priuari, & subdit, quod omni dubio caret, quod appellatione culpæ secundum propriam, & genuinam vocabuli significationem omnis omnino culpa comprehendatur, siue illa consistat in faciendo, siue in omittendo, *arg. l. si mora, & ibi glos. in verb. ne facto, & DD. ff. sol.matr. l. in l.Aquilia* 49. *ff. ad l.Aquil. l.magna negligentia* 226. *ff. de verb. signif.* Et subdit certū esse, quod Constitutio quan-
35 tumuis pœnalis † extendatur ad omnes omnino casus, qui secundum propriam significationem sub generalitate verborum comprehenduntur, *l.cum lege* 26. *& ibi Franc. Aret. ff.de testam.glos. in cap.contra Christianos verb.procedere de hæretic. in* 6. *Tiraquel. in repet. l. si vnquam in princ. C. reuoc. don.* Vnde infert idem *Scrader.lo.cit.*ex prædictis rationibus, quod *tex. in d.cap.*1. §. *fin. de cap.Corrad.* habeat locum etiam quando Prælatus deficit in solutione Canonis.

Hinc, & tertio videmus, quod licet quæstio
36 sit, An feudum datum † in dotem perdatur per feloniam mariti, & affirmatiuā sententiam teneant quamplures DD. quos allegat *Rosental. de feud.d.cap.*10. *concl.*5. *in littera A.* Ea ratione, quod vtile dominium in maritum transit, *l. doce Ancillam, l. de rei vendic. l. in rebus, C. de iur. dot.* & vtrobique notant DD. & sic maritus videtur esse in illo iure Vassallus, & rei dotalis dominus, cum mulier non habeat potestatem recognoscendi, & fidelitatem iurandi, sed hoc spectet ad maritum, qui ad fidelitatem, & seruitia tenetur. Et dd. DD. velint, quod feudum ita amittatur, vt teneatur maritus illiusque hæres vxori, aut eius heredi matrimonio dissoluto damnum, & æstimationem feudi præstare, & resarcire, & aliqui ex dd. DD. restringant doctrinam, quod si maritus non sit soluendo feudum in subsidium non amittatur, sed mulieri, eiusque heredibus matrimonio dissoluto Dominum teneri ad restitutionem feudi.

Attamen alij DD. tenent, quod ob feloniā mariti ipse tantum feudo, & eius honoribus, & commoditatibus priuetur ad vitam ipsius, post illius verò mortem ad vxorem reuertatur sine aliqua contradictione, seu distinctione, An sit soluendo maritus, vel non, & dd. DD. allegat *Rosental. loco proxime citato litt. D. & num.*7. dicit, quod hoc verius, & æquius videtur. Primo, quia mulier naturaliter remanet domina rei dotalis, *l. in rebus cum ibi notat. C. de iur. dot.* Iure autem cautum est res mea mihi sine facto meo non auferatur, *l. id quod nostrum, ff.de reg.iur.* Nec potest dici, quod maritus habuerit mandatum delinquendi, cum hoc nunquam intelligatur datum nisi id specialiter exprimatur. Secundo idem *Rosental. loc. cit.* considerat, quod regula iuris est, quod fauore tertij alienare prohibitus non potest delinquendo rem perdere, & notum est, quod maritus res dotales fauore vxoris alienare non potest. Tertio considerat, quod æquitas suadet hanc opinionem esse tenendā; cum mulier hac ratione facilius seruetur indemnis, & litium difficultates subire necesse non habeat litigando, An maritus iustè, vel iniustè fuerit priuatus, vel an sit soluendo, vel non. Quarto considerat, quod res dotales, & aliæ ipsius vxoris ob delicta mariti nunquam publicantur. Quinto, quia id, quod dicitur de Prælato sine difficultate ex identitate rationis habet etiam locum in marito; Quæ omnia eo magis videntur admittenda, quando agitur de emphyteusi; quia tunc cessant rationes deductæ pro contraria parte, videlicet, quod maritus est vassallus; cum ad ipsum spectet præstare seruitium, & iuramentum fidelitatis.

Non obstat, quod quando fuit actum contra Dominicam vsufructuariam fuerunt citatæ Isabella, & Dorothea hæredes Proprietariæ pro suo iure, & interesse, quia vt fuit dictum in alia decisione ista citatio nihil facit, ex quo Comes Fabritius contra dd. hæredes proprietarias non habebat ius, sed solum potuit illa operari, quod non posset immissio per ipsas impediri contra Dominicam hæredem vsufructuariam, *Alex. in l. sæpe num.*5. *& seqq. ff.de re iudic.Castr.in l.cum filius familias n.*3. *vers. & aduerte, ff. de verb.oblig.* Vbi quod fecit remanere confusum quemdam magnum Aduocatum, qui non considerauerat virtutem talis citationis, & ita se obtinuisse dicit per tres conformes sequitur *Dec. in cons.*186. *col.*2. *super secundo dub. vers. sed ad ista num.* 2. *& cons.*700. *n.*4.

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 29. *Februarij* 1636.

ARGVMENTVM.

Tutor, negligens in inuestiendis pecunijs pupillaribus, quando teneatur ad interesse: & sic ad vsuras vsurarum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non potest sustineri sine citatione ad sententiam;*

 2 Con-

2 *Conclusio in causa tunc fit per citationes ad videndum concludi: nisi Iudex in termino sententiæ interloquatur, & suum decretum interponat stante contradictione partis.*

3 *Sententia est nulla contra exemptum à iurisdictione.*

4 *Incompetentiæ Iudicis exceptio à reo potest dici, dum non constat fuisse factum in fraudem litis pendentiæ.*

5 *Reus factus Clericus gaudet exemptione, & priuilegijs suæ Religionis, & non debet amplius conueniri in foro seculari, licet lis pendeat.*

6 *Actus est nullus si proueniat ex radice infecta, quæ influat in subsequentia.*

7 *Tutor habet tempus legale sex mensium inuestiendi pecunias pupillares à die exactionis cõputandum.*

8 *Tutor non dicitur morosus non inuestiendo pecunias pupillares intra dilationem sibi traditam à Testatore.*

9 *Tutor, cessante mora, non potest condemnari ad interesse pro tempore dilationis ad inuestiendum pecunias pupillares.*

10 *Pupillus tenetur probare negligentiam Tutoris in non inuestiendo suas pecunias ad hoc vt ipse teneatur ad interesse.*

11 *Pupillus probare tenetur in specie, quod de tempore quo tutor habebat pecunias inuestiendas aderant non solum prompta, sed etiam tuta occasiones inuestiendi.*

12 *Vsura vsurarum non solum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili omnino prohibentur, cum fanoris renouatio sit anatocismus interdictus.*

Declara, quando interesse transiuit in sortem, & tunc non improbantur à iure, præsertim fauore pupilli, & n. 13.

Hæc conclusio procedit, quando Tutor dolosè administrauit, & in vsus proprios pecunias pupillares erogauit, & n. 14.

DECISIO CCCCXX.

MATTHAEVS Cassia de anno 1608. suscepit tutelam, & curam Antoniæ, eamque gessit vsque ad annum 1627. de quo tempore reddidit rationem suæ administrationis, cui rationi non acquiescentes d. Antonia, & Franciscus Perdicomatus eius maritus mouerunt Iudicium contra ipsum Matthæum, eumq; per sententiam Iudicis Ciuitatis Meleuitanæ condemnari obtinuerunt in scutis 4000. Ab hac sententia appellauit Matthæus, & causa fuit in secunda instantia commissa duobus Iudicibus iuxta solitum d. Ciuitatis, quorum vnus pronunciauit Matthæum esse creditorem d. Antoniæ, alter verò condemnauit eumdem in scut. 2052. qua stante discordia fuit ab Eminentissimo Magno Magistro electus tertius, qui adhæsit opinioni Iudicis condemnantis. Franciscus post latas huiusmodi sententias adijt R. P. D. Inquisitorem, apudque eum institit pro earum executione vigore statuti de duabus conformibus exequendis in dicta Insula vigentis, à quo obtinuit mandatum pro scut. 3800. quod fuit postea exequutum super bonis eiusdem Matthæi, qui appellauit ab huiusmodi mandato, & exequutione causamque appellationis mihi committi obtinuit à Signatura, quę rescripsit, vt ad legitimam vlteriorem executionem procedatur. Vnde proposito à me dubio, An esset locus vlteriori executioni DD. tam ex capite nullitatis, quam ex capite iniustitiæ dd. sententiarum, non esse locum responderunt.

Nam quoad nullitates illę videbantur claræ. Nam respectu primæ sententiæ nullitas
satis apparebat, ex quo fuit lata absque cita-
1 tione ad sententiam sine qua illa sustineri nõ
potest, *l. 1. §. item cum ex edicto, ff. quæ sent. sine appell. rescind. l. de vnoquoque, ff. de re iudicat. Gregor. XV. decis. 4. num. 1. Rota decis. 409. num. 1. p. 1. recent.*

Non obstat, quod huiusmodi defectus citationis dicatur sublatus ex conclusione in
causa, quia non iustificatur in facto ista con-
2 clusio, sed tantummodo datur † citatio ad videndum concludi, quæ non operatur conclusionem effectiuè nisi Iudex in termino d. sententiæ interloquatur, & suum decretum interponat stante contradictione partis, *glos. in Clem. sæpe verb. conclusione de verbor. signific.* quam reassumit *Felin. in cap. cum dilectus, n. 29. de fid. Instrum. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 35. num. 6. Greg. XV. dec. 140. vbi Adden. n. 13.*

Quo verò ad sententiam secundæ instantiæ illa pariter detegitur nulla, ne dum ex eodem defectu citationis, sed etiam ex defectu iurisdictionis, ex quo lata fuit contra Matthæum Equitem professum in S. Religione Immacu-
latæ Conceptionis, & sic contra exemptum
3 à iurisdictione † Iudicum, qui illam protulerunt *tot. tit. C. si à non competenti Iudice, Vestr. in prax. cap. 13. num. 16. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 1. & seqq.*

Nec prædicta nullitas euitari potest ex eo, quod Iudicium fuerit inchoatum contra di-
ctum Matthæum ante susceptum habitum,
4 quia † cum non appareat illum d. habitum suscepisse in fraudem litis pendentiæ bene potuit de Iudicis incompetentia excipere, ad notata per *Bald. in cap. in præsentia, num. 9. de probat. Bart. in l. 1. num. 3. ante med. ff. de pœn.*

Non obstat, quod Matthæus susceperit
habitum d. Religionis post latam primam
5 sententiam, † quia hoc non impedit quin possit gaudere exemptione, & alijs priuilegijs eiusdem Religionis, *ad not. per Vrsill. ad Afflict. decis. 24. num. 19.* Vbi si quis obtinuerit beneficium ante clericatum, si postea primam tonsuram suscipiat, gaudet priuilegio fori, ac si à principio fuisset ordinatus, & facit etiã quod si Clericus efficiatur laicus lite pendente, illa lis est terminanda coram Iudice Ecclesiastico, quia lex, vbi cœptum de Iudicijs non habet locum, quando Iudex est omnino incapax, prout est Iudex laicus in causa Clerici iuxta opinionem, quam sequitur Rota, & latè prosequitur *Surd. cons. 222. per tot.* & hanc opinionem latè defendit *Molphes.* in suis consilijs.

Quo denique ad decretum Inquisitoris, sa-
6 tis pariter detegitur † nullum ex quo proue-

nit

nit à radi ce infecta, cum nullitas primæ, & secundæ sententiæ in illud insiuat, vt fuit resolutum in *Toletana fructuum 6. Maij 1586. coram bon.mem. Card. Pamphilio impress. apud Marches. de Commis. par.2. fol.80.num.7.& in Lauden. Pecuniaris 1. July 1588. coram Orano impress. apud eundem Marches. par.2. fol.145.n.5.*

Iniustitia pariter dd. sententiarum est euidens. Primo quia condemnant Matthęum
ad vsuram à die, quo redditus pupillares maturabant, quod fieri non potuit ne dum quia
7 de iure eidem † Matthæo indulgendum erat
tempus sex mensium ad inuestiendas pecunias pupillares, vt disponit *text. in l. si tutor constitutus 16. ff. de administr. Tutor.* Sed etiam ex dispositione Ioannis Testatoris, qui dedit dilationem vnius anni ad inuestiendum à die exactionis computandi, qua dilatione stante
8 non potuit dictus Tutor † dici morosus in
inuestiendo pecunias pupillares intra dilationem sibi traditam, *Seraph.decis.1427. numer.2. Greg.XV. decis.204. num.25.* Et propterea ces-
9 sante † mora non debuit condemnari ad interesse pro tempore d. dilationis, *l. ob fœnus, ff. de administr. tutor. Bart. in l. Tutor, qui repertorium, §. si post. ff. eod. Roland. cons.35. num.13. lib.1. Aym. cons.89. n.4.*

Non obstat, quod huiusmodi excessui fuerit occursum per defalcationem scut.60. Quia vltra quod in secunda instantia dicitur hanc defalcationem esse factam ob alias causas, ista summa non correspondet damno, quod dictus Matthęus pati potest ex d. condemnatione, quod quidem damnum ad longè maiorem summam ascendit.

Præterea d. sententiæ deteguntur iniustæ ex quo declarant Matthæum teneri ad interesse
10 nulla præcedente iustificatione, quod habuerit promptam, & tutam occasionem inuestiendi, quod omnino erat probandū ad hoc, vt ipse propter negligentiam potuerit condemnari ad interesse, *l. si pecuniam, C. de vsur. pupill. Surd. cons.39. num.15. Dec. cons.562. nu.12. Gabr. cons.26. num.9. lib.1.*

Non obstat, quod ex Testibus pro parte Francisci datis probatum fuerit in Insula Melitæ promptam semper fuisse, & esse occasionem emendi census ad rationem septem, & octo pro centenario. Quia ista probatio visa fuit nimis generica; cùm ad effectum vt Mat-
11 thæus potuerit condēnari, † debuerit in specie probari, quod de tempore quo ipse habebat pecunias inuestiendas aderant non solum promptæ, sed etiam tutæ occasiones inuestiendi, *Gabr. loco supracit. Castr. cons.301. num.6. lib.1. Montan. de tutel. cap.31. reg.9. nu.205.* & fuit dictum *in Auximana Tutela 20. February 1586. coram Gypsio, & in Mediolanen. Cambiorum 31. Ianuarij 1605. coram Burebaten.*

Tertio denique dd. sententiæ excusari non possunt ab iniustitia ex quo cōdemnant Matthæum ad vsuras vsurarum; cum tamen illę
12 non solum † de Iure Canonico, sed etiam de iure ciuili omnino prohibeantur, cum fœnoris renouatio sit anatocismus interdictus, *l. placuit 29. ff. de vsur. l. si non sortem 26. ff. de condict. indeb.* & latè fuit dictum in *Romana vsurarum 13. Iunij 1629. coram R.P.D. meo Merlino.*

13 Non obstat, quod quando primum † interesse transiuit in sortem, tunc vsuræ vsurarū non improbantur à iure, præsertim fauore pupilli per *text. in l. Tutor, qui repertorium, §. si vsura, ff. de admin. & peric. tutor. l. qui negotiationem, §. ex duobus, ff. eod. Montan. vbi supra cap.32.*
14 *nu.177.* Quia hoc forsan procederet, † si probaretur Matthæum dolosè administrasse, & in vsus proprios pecunias pupillares erogasse, *Borgnin. Caualc. in tract. de tutor. & curat. nu.116. circa med.* vbi alios refert, qui dicunt hoc esse speciale.

Et ità vtraque &c.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Lunæ 10. Martii 1636.

ARGVMENTVM.

Res data in dotem æstimata quando faciat emptionem, pertinentia locorum montium ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Possessores duo eiusdem rei in solidum eodem tempore esse non possunt.*

2 *Aestimatio rerum in dotem datarum in dubio facit emptionem & venditionem.*

Amplia primo: quando dominiū illarum fuit translatum in maritum, & num.3.

Amplia secundo: quando mulier posuit maritum in locum suum, eumque constituit procuratorem vti in rem propriam ad exigendum, & num.4.

Amplia tertio: quando fuit dos promissa marito in quantitate, & num.5.

Amplia quarto: quando maritus promisit restituere dotem tam intelligitur conuentum, vt restitueretur æstimatio non autem bona data in dotem, & num.6.

7 *Existentia locorum montium probatur ex litteris patentibus ad fauorem illius expeditis, intellige respectu Papæ non autem respectu interesse habentium, & num.8.*

9 *Loca montium in bonis illius existere descriptio non probat, sed in cuius personam cantant, seu descripta reperiuntur.*

10 *Alienatio per mulierem facta sine solemnitatibus statutarijs causa dotis valet, quia statutum non comprahendit casum priuilegiatum prout est casus dotis.*

DECISIO CCCCXXI.

MARGHERITA Lucchesina de anno 1610. condidit Testamentum, in quo inter alia reliquit hæredem vsufructuarium Octauium de Caualerijs locorum montium *che si troueranno à fauore d'essa Testatrice nella sua morte,* in quibus post Octauij obitum instituit hæredem Ecclesiam S. Annæ Parafrenariorū de Vrbe cum onere maritandi puellas, post conditum huiusmodi Testamentum de anno 1611. dicta Margherita nupsit prædicto Octa-

uio cum dote ſcutorum 9000. in quorum cō-
putum aſſignauit loca 25. Montis fidei ad ra-
tionem ſcutorum 112. pro quolibet loco in-
ter partes æſtimata, & in totum facieñ ſcuta
3050. cum clauſula Conſtituti. Deceſſit pri-
mo loco Margherita, & poſtea obijt Octa-
uius hærede inſtituto Veñ. Hoſpitali S. Ioan-
nis Colabbitæ, cui etiam donauerat inter vi-
uos omnia bona ſua, poſt cuius obitum Vni-
uerſitas Parafrenariorum pulſauit Hoſpitale,
vti hæredem, & Donatarium Octauij pro ſu-
pradicto legato locorum montium facto in
Teſtamento Margheritæ.

Verum quia pro parte eiuſdem Hoſpitalis
opponebatur nulla loca montium fuiſſe re-
perta in hæreditate eiuſdem Margheritæ dedi
dubium an conſtaret de exiſtentia dd. locorū
montium in hæreditate d. Margheritæ de tē-
pore eius obitus, itaut cenſeatur purificatum
legatum ab ipſa factum ad fauorem eiuſdem
Societatis, & Domini dubio hodie propoſito
reſponderunt non conſtare de tali exiſtentia,
ea ratione quia cum loca montium de qui-
bus agitur data fuerint in dotem à Margheri-
ta Octauio Marito æſtimata æſtimatione fa-
ciente emptionem, ſequitur illa non potuiſ-
ſe eſſe in dominio, aut poſſeſſione Magheritę
de tempore eius obitus; cum duo eiuſdem
1 rei domini, & poſſeſſores † inſolidum eodem
tempore eſſe non poſſint. *l. de hereditate §. Pa-
ter de Caſtren. pecul. l. ſi vt certo §. ſi duobus ff. com-
modati Rot. deciſ. 262. num. 2. par. 1. diuerſ.*

Quod autem iſta loca montium fuerint da-
ta æſtimata apparet ex verbis Inſtrumenti ibi
*Item à canto, come di ſopra, luoghi 25. del monte
della Fede cantanti in perſona de Sig. Margherita à
ragione di ſcudi 112. per loco tanto trà eſse parti va-
2 lutati*; Aeſtimatio † autem rerum in dotem
datarum ſemper indubio facit venditionem,
cum maritus dominium illarum conſequa-
tur, *l. quoties C. de Iur. dot. l. plerumque in fin. ff. eod.
tit. gloſ. in l. ſi inter virum, verb. aſtimata, verſ. quid
autem ſi non appareat C. eod. Imol. in l. ſi aſtimatis
num. 3. verſ. ſi autem aſtimatio ff. ſolut. matr. Rolan.
conſ. 92. num. 9. & ſeq. lib. 2. & conſ. 86. num. 6. lib. 4.*
In propoſito autem multo magis æſtimatio
venditionem feciſſe cenſeri debet, cum viſū
fuerit DD. nos non verſari in dubio, ſed in
claris, vt euidentiſſimè apparet ex ſequeñ.

Primo quia Margherita poſt dd. locorum
conſignationem conſtituit ſe illa tenere, ac
poſſidere nomine Octauij mariti. Vnde du-
3 bitari non poteſt † quin dominium illorum
fuerit in ipſum tranſlatum, *l. quod meo in princ.
ff. de acquiren. poſseſs.* & in his terminis, *Natt.
conſ. 650. numer. ſecundo verſ. accedente præſertim.*
4 Secundo quia † ipſa poſuit eum in locum ſuū,
eumque conſtituit Procuratorem vti in rem
propriam ād exigendum tam ſortem, quam
fructus quod importat facultatem alienandi,
& pretium in propriam vtilitatem conuer-
tendi, *Fulgoſ. conſ. 202. num. 1. verſ. ſed & dato*, quo
caſu bona data in dotem æſtimata ſine vlla
controuerſia cenſentur vendita, *Bero conſ. 63.
num. 11. lib. 3. Roland. conſ. 64. nu. 10. & ſeq. & conſ.
86. num. 13. verſ. quarto accedit lib. 4.* Tertio quia
5 hæc loca † fuerunt eidem Octauio pro dote
promiſſa in quantitate, vt patet ex illis verbis,
*al quale promette per dote, & nome di dote darli, e
conſegnarli ſcudi 9000. di moneta*, & paulo infe-
rius. *Item à conto come di ſopra l'aſsegna, e conſe-
gna luoghi 25. del Monte della Fede*, in quibus ter-
minis clarum eſt res datas æſtimatas tranſi-
re titulo emptionis in dominiū mariti, *Bald.
in d. l. quoties num. 8. & ſeq. C. de Iur. dot. Soccin. ſen.
conſ. 57. num. 8. verſ. ex quibus lib. 1. Alex. conſ. 79.
num. 1. circa fin. verſ. tamen hoc non obſtante lib. 5.
Rolan. d. conſ. 86. num. 5. lib. 4. Natt. conſ. 650. num. 3*
6 Quarto denique quia † eo ipſo, quod Octa-
uius promiſit reſtiture dotem, vt ibi, *quale d.
Sig. Ottauio promette reſtituirla &c.* intelligitur
conuentum, vt reſtitueretur æſtimatio, non
autem loca montium, aut alia in dotem data
*Bald. in d. l. quoties num. 9. C. de Iur. dot. Alex. conſ.
79. in fin. verſ. eo enim ipſo lib. 5. Natt. d. conſ. 650.
num. 4. Soccin. ſen. d. conſ. 57. n. 6. lib. 1.*
7 Non obſtat, quod exiſtentia † locorum
15. in hæreditate Margheritæ ſatis probetur
ex litteris patentibus ad illius fauorem expe-
ditis, quæ non fuerunt mutatæ in perſonam
Octauij niſi poſt mortem ipſius Margheritæ,
vnde infertur iſta loca 15. ſemper remanſiſſe
penes eamdem Margheritam ad notat. *In de-
ciſ. 650. coram bon. mem. Card. Caualerio num. primo*,
quia vltra quod dicta deciſio loquitur in ca-
ſu, in quo non fuerat facta traditio prout in
præſenti caſu, vt patet ex ſupradictis, iſta cō-
8 cluſio procedit † reſpectu Papæ, ſed non re-
ſpectu partium; de quorum intentione ſatis
conſtat ex ſupra ponderatis ex quibus clarè
apparet dominium locorum, de quibus agi-
tur fuiſſe tranſlatum in Octauium, & in hac
materia non attenditur in cuius perſonam fa-
cta ſit deſcriptio, ſed ad quem ſpectet domi-
nium, *Seraph. deciſ. 1303. num. 11. & 13. verſ. neq.
obſtat, Rot. deciſ. 771. num. 2. par. 2. recent.* vbi fir-
9 matur, quod huiuſmodi deſcriptio † non pro-
bat loca montium in bonis illius exiſtere, in
cuius perſonam deſcripta reperiuntur, quod
in caſu de quo agitur facilius videtur proce-
dere quia Margherita non reliquit d. Socie-
tati loca montium, quæ ſub eius nomine tē-
pore obitus ſimpliciter deſcripta eſſent, ſed
quæ ad eius fauorem reperientur, ibi, *che ſi
trouerranno in fauore d'eſsa Teſtatrice nella ſua mor-
te*, quæ verba non important nudam deſcri-
ptionem, ſed facultatem de locis deſcriptis
liberè diſponendi, quam Margherita de tem-
pore obitus amplius non habebat vt in deci-
ſionibus ſupra proximè allegatis.

Non obſtat, quod cum ageretur de aliena-
tione locorum montium, quæ habentur ad
inſtar ſtabilium requirerentur ſolemnitates
de quibus in ſtatuto Vrbis cap. 151. lib. 1. quę
ſolemnitates cum deficiant in præſenti con-
tractu æſtimatio non potuit facere venditio-
nem; & ſic dd. loca cenſentur adhuc extare
in hæreditate d. Margheritæ, *Couar. pract. quaſt.
cap. 28. num. 10. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 28. n. 25.
Molin. de pact. nup. lib. 3. q. 37. num. 38.* Quoniam
10 ſtatutum prædictum in cauſa dotis non im-
pedit alienationem mulieris, prout reſolutū
fuit

fuit coram Puteo decis. 160. lib. 3. & Caputaq. decis. 199. Pieb. ad stat. Vrb. glos. 7. num. 123. Quarum decisionum ratio potissima fuit, quia statutū non comprehendit casum priuilegiatum, prout est casu dotis.

Et ita conclusum vtraque &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 7. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Paupertas non summa prout est mendicitas requiritur ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis, neque è contra sufficit sola præsumptio paupertatis, sed egestas probanda est per testes.

SVMMARIVM.

1 *Paupertatem allegans ad certum effectum, tenetur illam probare tanquam fundamentum suæ intentionis.*

2 *Paupertatis sola præsumptio non est sufficiens eiusdem probatio.*

3 *Paupertas debet probari ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis.*

4 *Paupertas an sit probata remittitur arbitrio Iudicis.*

5 *Paupertas benè probatur à testibus formiter examinatis de certa scientia, deque reputatione deponentibus.*

6 *Testis esse non prohibetur domesticus versari in domo licet secus sit respectu illius familiaris, qui viuit expensis, ac salarium recipit.*

7 *Testis potest esse frater cognati, quia non dicitur affinis.*

8 *Paupertas, non summa, aut mendicitas probari debet ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis.*

9 *Paupertas probari debet respectiuè ad conditionem, & personæ qualitatem.*

10 *Pauper quis dicatur secundum Archidiaconum Socratem, Baldum, & Alexandrum.*

DECISIO CCCCXXII.

LATA fuit sententia ab A.C. ad fauorem Theresiæ, & Annæ Mariæ de Mascis cōtra Nicolaum, & fratres de Garofalis filios, & hæredes q. Iuliæ de Mascis, per quam ipsis fuit concessa immissio in possessionem medietatis bonorum, de quibus agitur vti subiectorum fideicommisso q. Constantij de Bernardinis, ab hac sententia fuit pro parte dd. Nicolai & fratrum appellatum. Causaque d. appellationis mihi à Signatura commissa cum clausula subministratis alimentis, & sumptibus litis docto de paupertate, proposui dubium, an constaret de paupertate dd. sororum, & DD. responderunt affirmatiuè.

1 Nam licet allegans † paupertatem ad certum effectum teneatur illam probare tamquam fundamentum suæ intentionis, *glos. in l. si vero § qui pro rei qualitate, verb. dubitetur, vers. sed quidam dicunt, ff. qui satisd. cogant. Couar. var. resol. cap. 5. num. 2. Afflict. decis. 377. num. 48. seqq. Benincas. de paupert. & eius priuil. q. 5. num.* adeout
2 sola † præsumptio quod paupertas veluti naturalis qualitas in quocumque præsumatur non sufficiat *Afflict. dicta decis. 377. num. 5. Couar. d. cap. 6. num. 2.*

Quam conclusionem etiam ad effectum
3 consequendi † alimenta, & sumptus litis passim admisit Rota, & signanter coram *Seraph. decis. 426. num. 1. & decis. 1098. num. 2. & in recent. decis. 748. numer. 1. part. 2. & coram Cauallerio decis. 554.*

4 Nihilominus an illa † sit probata pendet ab arbitrio Iudicis, cui à lege datum est iudicare quisnam pauper, quis verò diues iuxta personarum conditionem & qualitatem censeri debeat, *glos. in Auth. præterea in verb. locuples. C. vnde vir & vxor. Bart. in l. si constante num. 14. & alij Doct. ff. solut. matrim. Couar. var. resol. d. cap. 6. num. 8. Socc. sen. cons. 30. num. 1. lib. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 65. num. 7. Benincas. d. q. 6. n. 17. Caual. decis. 120. n. 1.*

In præsenti autem casu paupertas dd. puellarum sufficiēter probari visa fuit ex duobus testibus formiter examinatis, qui ditertis verbis deponunt dd. Theresiam, & Annam Mariam esse nobiles quidem, sed pauperes puellas, easque non habere, nec possidere bona
5 ex quibus valeant decenter ali, qui † Testes cum deponant de certa scientia, ac de communi reputatione benè probant, vt in his terminis tradit, *Couar. d. cap. 6. num. 3. vers. cæterum, Socc. sen. d. cons. 30. num. 1. Caputaq decis. 293. nu. 2. p. 2. Seraph. dec. 58. num. 1.*

Præsertim cum sint adminiculati ex fide Parochi, qui benè informatus de statu, & cōditione dd. puellarum de earumdem paupertate attestatur, *Gabr. de testib. concl. 2. in fin. Greg. XV. dec. 544. num. 19.*

Non obstat, quod ex dd. Testibus vnus sit familiaris, alter Cognatus Lucretiæ Matris dd. puellarum, & ideo non probent. Nam obiectum cessat ex facto; cum vnus non sit
6 propriè familiaris, adeout viuat expensis d. Lucretiæ, aut Salarium ab illa recipiat, sed dumtaxat practicus, ac solitus versari in eius domo, qui propterea nō prohibetur esse testis *Farin. in tract. de test. q. 55. num. 180.* Alter verò
7 non † sit Cognatus ipsius Lucretiæ, cum reuera non ipse, sed frater eiusdem testis habeat in vxorem sororem ipsius Lucretiæ, quę proinde non dicitur Affinis d. Testis *Sanch. de imped. matrim. Lib. 7. disput. 67. num. 2.*

Non obstat, quod prædicti Testes deponāt Franciscum Patrem dd. Puellarum possedisse quoddam prædium in Agro Perusino annui redditus scut. 400. circiter.

Quoniam ex dictis eorumdem Testium apparet d. prædium fuisse assignatum dictæ Lucretiæ pro sua dote, & Iuribus dotalibus, eamque præuio mandato relaxato ab A. C. actualem possessionem illius adeptam fuisse, vt constat etiam ex Instrumento d. possessionis dato in Summ. num. 5.

Nec proinde dicatur, quod dd. Puellę habeant

beant matrem diuitem, quæ in subsidium tenetur alere filias pauperes.

Quoniam non apparet d. Lucretiam habere bona tanti valoris, ex quibus possit se, dictasq; eius filias decenter sustentare. Quinimo visum fuit constare de contrario ex eo quod Sanctissimus per Breue assignauit illi subsidium charitatiuum scutor. quinque pro quolibet mense, Quodque nihilominus dicta mulier pro suis necessitatibus diuersa debita contraxit, pluraque mobilia in Sac. Monte Pietatis obpignorauit, vt in facto fuit ostensum.

Præterea considerabant DD. quod in hac
8 materia non est probanda summa † paupertas
aut mendicitas, sed paupertas, quæ inter se
longè differunt, vt aduertit *Benincas. d. q. 1. n. 42.*
9 Eaque † respectiuè ad conditionem, ac per-
sonæ qualitatem, *Castr. in l. id quod pauperibus*
num. 4. C. de Episc. & Cler. Luc. de Pen. in l. omnes la
tertia num. 5. C. de annon. & tribut. lib. 10. Rot. in rec.
decis. 201. num. 3. & decis. 628. num. 3. par. 4. late
Nouar. de elect. & var. for. decis. 24. num. 16. Cum
10 etiam is † qui habet vnde alimenta perci-
piat, nisi habeat abundè ad benè beatèque
viuendum pauper nuncupetur iux. *Archidiac.*
in cap. quo Iure 8. dist. Castren. in d. l. id quod paupe-
ribus num. 5. C. de Episc. & Cleric. Et hinc apud
Philetum legitur, proinde iucundior mihi
paupertas, & modica possessio fuit, & apud
Socratem, quos igitur pauperes, & diuites
vocas? illos qui non satishabent, vbi sumptus
facere oportet pauperes, diuites vero qui vl-
tra quam satis habent appello. Et hinc est
quod Puella, cui non desunt ad victum ne-
cessaria, si nobilis est, & secundum eius con-
ditionem, & qualitatem ex paucitate dotis,
& patrimonij æquali Viro nubere non potest
pauper appelletur, *Bald. in l. si quis ad declinandū*
num. 5. vers. circa tertiam membrum C. de Episc. &
Cler. & in l. paupertas num. 2. ff. de excus. tut. Dec.
in cap. cæterum num. 74. de Iudic. & cons. 120. nu. 2.
& col. fin. Ex qualitate namque personarum
pauperes appellantur, *Alex. cons. 213. nu. 8. lib. 6.*
& latè *Benincas. d. q. 6. n. 39. & seqq.*

Ex quibus DD. attenta qualitate, & nobilitate dd. Puellarum nedum censuerunt constare de illarum paupertate, sed etiam mandarunt solui scuta 25. per modum prouisionis, & insuper prouideri de Procuratore, & Aduocato gratis.

ROMANA SPOLII VINEAE.

Luna 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Reintegratio non competit spoliato alias nulliter immisso. Emphiteuta an possit alienare fauore dotis bona in emphiteusim sibi concessa non obstante pacto incontrarium inito Fructus rei emphiteuticæ licet inalienabilis cadunt sub obligatione generali.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio non competit nulliter immisso & iniustè possidenti.*

2 *Bona emphiteutica quando fuerunt expressè alienari prohibita etiam fauore dotis sub pœna caducitatis ipso iure, & facto non veniunt sub generali restitutione dotis.*

Amplia quando adest illa clausula, etiam alienationis latissimè sumpto vocabulo, cum hoc casu censeatur prohibita etiam hypotheca, & num. 3.

Procedit quando emphiteuta, qui se obligauit non habet alia bona, quam alienari prohibita, secus vero quando apparet emphiteutam alia bona libera de tempore contracta obligationis habuisse, & num. 4.

5 *Creditori incumbit onus probandi, emphiteutam habuisse alia bona de tempore obligationis vltra bona emphiteutica.*

6 *Mulier potest agere constante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam pro assecuratione suæ dotis super bonis viri emphiteuticis ad hoc vt ex illis fructuum commoditatem percipiat.*

7 *Fructus rei emphiteuticæ, de iure veniunt sub obligatione generali.*

8 *Bona emphiteutica possunt dari in dotem pacto etiā incontrarium non obstante, secundum statutum Vrbis cap. 122. lib. 1.*

Limita in bonis emphiteutics Ecclesiarum, num. 9.

10 *Citationes fieri debent personaliter; vel domi dimissa copia in manibus domesticorum; vel in ostio affigi vno saltem adhibito teste, si nemo ex cohabitantibus repertus fuerit, secundum Statut. Vrbis c. 151. lib. 1. in Curia Capitolina, alias actus est nullus.*

11 *Exceptio non iuris vbi notoria est, admittitur etiam in Iudicio spolij.*

DECISIO CCCCXXIII.

VINCENTIA Muta nupsit de anno 1604. Vincentio Critio cum dote scut. 700. pro cuius obseruatione d. Vincentius hipothecauit omnia sua bona illamque vna cum lucro dotali in omnem casum restitutionis, tam constāte, quam soluto matrimonio restituere promisit, cui obligationi vti principalis principaliter, & insolidum accessit Dominicus Critius illius frater, qui vineā de qua agitur sibi à Capitulo, & Canonicis S. Mariæ in Via lata in emphiteusim perpetuo concessam possidebat.

Vergentibus ad inopiam tam Vincentio Viro, quam Dominico fideiussore d. Vincentia egit de anno 1622. coram A.C. pro restitutione d. dotis & ab illo mandatum de immittendo in possessionem d. Vineæ pro concurrenti quantitate d. dotis scut. 700. & lucri dotalis scut. 175. obtinuit, cuius mandati vigore actualem possessionem d. Vineæ adepta fuit, in eaque continuauit vsque ad annum 1632. de quo tempore dd. Capitulum, & Canonici obtinuerunt in Curia Capitolina mādatum de associādo ad possessionem d. Vineę ob illius deteriorationem, & Canonum non so-

solutionem, ac successiuè illam vti deuolutam Antonio Giano in emphiteusim perpetuam pariter concesserunt.

Vincentia prætendens se spoliatam intentauit Iudicium spolij coram eodem A. C. à quo sententiam reintegratoriam reportauit.

Causa postmodum per appellationem ad Rotam deuoluta, mihique commissa dubitaui, an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. pro infirmatione responderunt.

Quamuis enim dicta Vincentia fuerit iudicialiter immissa in possessionem dictæ Vineæ pro credito suæ dotis, & probauerit primum extremum iu Iudicio spolij requisitum, nihilominus cum dicta Vinea non esset obligata pro restitutione d. dotis, vtique immissio in

1 illius † possessionem sibi ab A. C. concessa euidenter iniusta detegitur, ac per cōsequens illi tamquam iniustè possidenti non competit reintegratio, *Rot. decis. 2. vt lit. pend. in nou.* & ibi *Add. & decis. 2. de restit. spoliat. pariter in nou. Seraph. decis. 777. num. 7. Put. dec. 94. nu. 7. & dec. 177. num. 2. lib. 1.*

Quod autem d. Vinea nō esset obligata pro restitutione dotis d. Vincentiæ liquidò constat ex Instrumento cōcessionis illius factę à Capit. ad fauorem d. Dominici fideiussoris, in quo inter alia fuit expressè conuentum per hæc verba, *che il detto emfiteota ò suoi successori nō possino, in modo alcuno vendere, dare, donare, dare in dote, legare ò in qualsiuoglia altro modo alienare, pigliato il vocabolo d'alienatione larghissimamente, detto terreno, o miglioramenti &c. & in caso di contrauentione incorrino nella deuolutione* ipso iure, & facto.

2 Vnde cum d. Vinea † fuerit expressè alienari prohibita etiam fauore dotis sub pœna caducitatis ipso iure, & facto, vtique illa non venit sub generali obligatione restitutionis dotis factæ ad fauorem d. Vincentiæ, *Bart. in l. dicillos §. Instituto num. 5. ff. de leg. 2 cum alijs per Gabr. de reg. Iur. conclus. 22. num. 12. Mantic. de tac. lib. 11. tit. 4. num. 17. Rot. in causa Romana domorum 3. Iunij 1577. coram Card. Lancellotto seniori, quæ est decis. 426. inter impress. par. 1. diuers. & in Romana Vinea 26. Iunij 1578. coram Card. Seraphino, & in alia Romana Saluiani 12. Nouembris 1599. coram bon. memor. Penia.* Stanteque illa clausula

3 etiam † alienationis latissimè sumpto vocabulo, censetur prohibita etiam hypotheca, *Glos. in l. fin. vers. vel hypothecam, C. de reb. Eccl. non alienan. Socc. sen. consil. 75. vers. sed his non obstan. n. 2 vol 1. Rot. in d. Romana domorum coram Card. Lancellotto seniore* quam refert, & sequitur *Mantic. de tacit. d. lib. 11. tit. 4. num. 29. vers. quod esset intelligendum.*

Nec releuat, quod ista conclusio limite-

4 tur, quando emphiteuta † qui se obligauit, nō habet alia bona, quam alienari prohibita. Quia respondetur d. limitationem tunc demum procedere, quando apparet emphiteutam alia bona libera de tempore contractæ obligationis habuisse *Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 50. num. 6.* At in præsenti casu non probatur d. Dominicum de tempore obligationis restitutionis d. dotis alia bona vltra d.

5 Vineam possedisse, cum tamen † onus id probandi incumberet huic mulieri, vt dixit *Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 50. numer. 6. & 7.*

6 Non obstat quod Vincentia † ob vergentiam Viri ad inopiam potuerit agere constante matrimonio pro assecuratione suæ dotis super d. Vinea ad hoc vt ex illa fructuum cōmoditatem perciperet, iuxt. text. *in l. vbi adhuc cum Auth. seq. C. de Iur. dot. Caual. dec. 62. numer. 2.* Etiam quod d. Vinea sit emphiteutica, cum

7 de Iure fructus † rei emphiteuticæ veniant sub obligatione generali, licet illius proprietas sit alienari prohibita, *Grat. consil. 22. num. 3. & consil. 54. num. 4. lib. 1.*

Etenim pro responsione aduertebant DD. Vincentiam non egisse Iudicio Saluiani, aut alio Iudicio possessorio super d. Vinea, adhoc vt ex illius fructibus sibi satisfieret; sed egisse ad proprietatem illius, fuisseque immissam in illius possessionem pro concurrenti quantitate suæ dotis, & lucri dotalis, quæ proprietas cum in Instrumento cōcessionis fuerit expressè alienari prohibita, etiam fauore dotis, vt supra dictum fuit, iure merito sub dicta generali obligatione restitutionis dotis non compræhenditur ex supra allegatis.

8 Nec suffragatur statutum Vrbis † cap. 122. lib. 1. quo cauetur bona emphiteutica posse dari in dotem, pacto etiam in contrarium nō

9 obstante, quia cum illud † non loquatur expressè de bonis emphiteuticis Ecclesiarum Vineam de qua agitur non compræhendit, nulla habita ratione, quod d. statutum sit cōfirmatum à Sede Apostolica, cum d. confirmatio nil operetur, quoad bona Ecclesiastica, de quibus in dicto Statuto expressa mentio facta non fuit, vt fuit dictum in *Romana donationis de Castellanis 23. Iunij 1631. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana liberationis à fideiussione 4. Martij 1630. coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec obstat, quod dicatur Vincentiam fuisse nulliter priuatam per Curiam Capitolinam ex eo quod mandatum de associando fuerit relaxatum contra ipsam citatam domi, & sic non seruata forma Statuti Vrb. cap. 55.

10 lib. 1. in quo disponitur citationes † fieri debere personaliter, vel domi dimissa copia in manibus cohabitantium, vel in ostio affixa, vno saltem adhibito Teste si nemo ex cohabitantibus repertus fuerit, vt in terminis dicti Statuti dixit *Rota in Romana Vineæ 11. Decembr. 1613. & 21. Aprilis 1614. coram bo. me. Card. Pamphilio iuniore.*

Nam quidquid sit de nullitate d. mandati de associando, de qua nulli ex DD. dubitarunt propter reformationem fel. recor. Pauli Quinti, per quam videbatur obseruantiæ d. Statuti derogatum, vt sentit *Gratian. discept. forens. cap. 964. num. 17. & 18.* fuit responsum sat esse, quod ex actis notorie constet de non Iu-

re ipsius Vincentiæ super d. Vinea, adhoc vt illi non competat reintegratio, sicque sententia A. C. tamquam iniusta sit infirmanda.

11 Cum † exceptio non Iuris, vbi notoria est admittatur etiam in Iudicio spolij *Pont. de spol. lib. 3. cap. 2. num. 48. Gabr. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 94. cum alijs allegatis in Ferrarien. Spolij 21. Iunij 1635. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Mater excluditur à legitima per substitutionem pupillarem. Et quando de dicta substitutione dicatur constare licet verbis expressis non sit concepta.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris excludit matrem à legitima, & num. 4. & 16.*

2 *Legitima filio debetur ex bonis paternis, & ea non potest fideicommisso grauari.*

3 *Legitima Matri debetur in bonis filij.*

4 *Mater succedit filio ab intestato morienti.*

5 *Substitutio, quando dicatur compendiosa, licèt non sit adiecta dictio quandocumque.*

6 *Substitutio compendiosa si sit facta per verba ciuilia directa, continet pupillarem etiam matre existente in medio, & num. 7.*

8 *Substitutio pupillaris excludit matrem si sit facta per verba directa, siue ciuilia, siue non.*

9 *Verba hæredem suum instituit, tanquam prolata à Notario in tertia persona referuntur ad testatorem vide num. 11.*

10 *Substitutio compendiosa non continet pupillarem, quando verba non sunt directa.*

Per pupillarem substitutionem succeditur pupillo, & non testatori, & num. 11.

12 *Dictio, suum, & similes, quando non excludant num. 13. & 16.*

14 *Verba præcedentia, declarantur ex subsequentibus.*

15 *Per fideicommissariam substitutionem succeditur dumtaxat in bonis testatoris.*

17 *Testator, quando certum sit, quod voluerit facere pupillarem substitutionem.*

18 *Verba directa ciuilia sunt apta comprahendere pupillarem substitutionem.*

19 *Conditio, si sine filijs decesserit non potest conuenire pupillari substitutioni vide num. 20.*

21 *Pupillarem substitutionem, quando dubium est, an pater voluerit facere matre in medio constituta recurrendum est ad coniecturas.*

22 *Testator præsumitur filio infanti substituisse pupillariter, si non vxorem, sed alterum ei substituit, & num. 25.*

23 *Matri, quando est relictus vsusfructus extantibus filijs restringitur adalimenta, secundum opinionem Bulgari communiter approbatam.*

24 *Vsusfructus si sit relictus vxori sub conditione vitæ vidualis, per transitum ad secunda vota affectio mariti erga eam cessat.*

26 *Pater si faciendo filio infanti substitutionem pupillarum disponat, quod tota hæreditas ad aliquem perueniat non detrahitur legitima pro matre, alias non tota hæreditas ad illum perueniret, & num. 27.*

DECISIO CCCCXXIV.

QVONDAM Iulius Perintius in Testamento sub quo decessit relicta hærede Vsufructuaria D. Comitissa Imperia Incasata eius Vxore, donec vitam vidualem duceret, atque instituto in legitima D. Lælio eius filio Primogenito hæredem instituit Vincentium alterum eius filium in Infantili ætate constitutum, cui Cohæredem dedit filium masculum nasciturum ex d. D. Imperia, eosque ad inuicem substituit, & ambobus decedentibus sine filijs legitimis, & naturalibus hæredem suum instituit prædictum D. Lælium, eique pariter decedenti sine filijs alios substituit, & tandem voluit quod vltimo vocato decedente absque filijs masculis tota hæreditas deuolueretur ad Archiconfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis de Ponte Sixto.

Cumque decesserit dictus Vincentius adhuc in Infantili ætate constitutus, & Posthumo non nato. Contigit coram me dubitari An d. D. Imperiæ deberetur legitima in bonis d. Vincentij filij.

Cuius dubij resolutio pendebat ex eo
nempe An substitutio d. Vincentij facta
ad fauorem Lælij fratris esset pupillaris, vel
1 fideicommissaria tantum. Etenim † si est pu-
pillaris excludit matrem à legitima *Cap. si Pater de testam. in 6. l. Papinianus, §. nec Impuberis ff. de inoffic. testam. Crass. de success. §. substitutio q. 50 num. 2. late Fusar. de substit. quæst. 156. num. 1. & seqq.*

2 Si verò est fideicommissaria; † legitima, quę
filio debetur ex bonis Patris *§. 1. Auth. de trient. & semiss. & in Auth. Nouissima C. de inoff. testam. cap. Raimutius vers. cum autem de testam.* non potuit fideicommisso grauari *l. Cohæredi, §. cum filio ff. de vulg. & pupill. l. omnimodo, & l. quoniam la seconda C. de inoffic. testam.* & consequenter
3 matri † debetur legitima, quia ipsa succedit
filio ab Intestato, *Auth. defuncto C. ad Trebell. Mantic. decis. 367. num. 1. & seqq.*

Examinata igitur diligenter serie Testamē-
ti d. Iulij DD. censuerunt d. substitutionem
4 esse pupillarem, & per consequens † matri
non deberi legitimam. Verba siquidem Testamenti sunt hæc. Instituit Vincentium eius filium legitimum, & naturalem adhuc in Infantili ætate constitutum, & instituit etiam filium masculum nasciturum ex Vxore quatenus grauida appareret, & dd. masculos inuicem substituit, sed si ambo decesserint absque filijs legitimis, & naturalibus hæredem suum instituit prædictum D. Lælium eius fi-
5 lium &c. Quæ verba faciunt † substitutionem
Compendiosam, etiam quod non fuerit adiecta dictio, quandocunque, *glos. in d. cap. si Pater, verb. absque deductione, vers. sed ad vltimam de testam. in 6. Bart. in d. l. Centurio num. 32. post med. vers. Item si non est apposita Cart. Iun. cons. 172 num. 1.*

num.1. Neuiz.conf.53.nu.3. Menoch.lib.4. præsumpt. 51.num.7. Peregr. de fideic.art.34.num.9. Fusar. de substit.quæst.234.num.6. Rot.decis.332.n.10.part.2. recent. Quæ quidem substitutio Compendiosa
6 cum † sit facta per verba directa Ciuilia, qualia sunt, hæredem instituit, *Ias. in d.l. Centurio nu.62.ff. de uulg. & pupill. Bald. in rubr.C. de impub. & alijs substit. num. 3. Odd. de compend. subst. par.4.qu.2. art.1. uers. Instituo in princ. & in uers. retenta regula Intrigl.de substit.Cent.3.quæst.11.n.4*
7 continet † pupillarem etiam matre in medio existente *d.cap. si Pater de testam in 6. d.l. Centurio*, & ibi, *DD.ff. de uulg. & pupill. Odd. de compend. substit. par.5.q.3. de Compend. fact. à pagan. art.1.num.3. Crass. de success.d.§. substitutio qu.30. num.3. Menoch.lib.4.præsumpt.56.num.2. Peregr. de*
8 *fideic.art.34. num.21.* Vbi quod † excludit matrem si facta sit per verba directa siuè Ciuilia, siuè non Ciuilia *Fusar. de substit.qu.240.num.1. & seq. & num.12.* vbi & alios refert.

Non obstat, quod dd. Verba hæredem
9 suum instituit tanquam prolata † à Notario in tertia persona referantur ad Testatorem, non ad pupillum, *iuxta doctr. Rip. in l. ex facto num.5.ff. ad Trebell. Dec.cons.371.num.4. uers. & hoc in casu isto Ruin.cons.103.num.15. lib.2.* cum alijs quos refert *Fusar. de subsit.qu.106.num.8.*
10 sicque appareat Testatorem sibi, † & non Pupillo substituere voluisse, quo casu substitutio Compendiosa non continet pupillarem cum per hanc succedatur pupillo non Testatori, *Castrens. cons.142. num.2. uers. unum tamen in casu nostro lib.1. Dec.d.cons.371.num.4. uers. & hoc in casu isto Ruin.d.cons.103.nu.14. & seq.lib.2. Paris.cons.73.num.18. & 19.lib.2. Odd. de compend. subst.d.par.5.qu.3. de comp.fact. à pag.art.1.nu.45. Menoch.lib.4.præsumpt.34.num.6. Fusar.d.qu.106. num.6.*

Quoniam fuit responsum d. limitationem
11 procedere, vel † quando non est facta mentio pupillaris ætatis, vel substitutio non est facta verbis directis Ciuilibus, in quibus terminis loquuntur Iura, & Doct. exaduerso allegati. Secus autem, quando primo loco, Testator fecit mentionem pupillaris ætatis, aut substituit per verba directa Ciuilia, quia tunc
12 dictio, suum, & similes non excludunt pupillarem *Bald. in l. praecibus num.59. & num.60. uers. praeterea attende C. de impub. & alijs subst. & ibidem Angel. & Salic. Alciat. in l.1. num. 6. ff. de uulg. Paris.cons.73.nu.54.lib.2. Hond cons.73.nu.3. & seqq.lib.1. Menoch.cons.362.ante n.23. & praes. 54.num.23.lib.4. Fusar. de subst.qu.109. num.8. & seq. & qu.241.num.65.*
13 Et ratio est, quia vbi Testator fecit mentionem pupillaris ætatis, vel vsus fuit verbis aptis ad pupillarem compræhendendam, vt sunt verba directa Ciuilia, liquido constat ipsum voluisse pupillariter substituere, & ideo verba hæredem suum in bonis suis, sibi substituit, & similia non immutant formam pupillaris. At quando Testator simpliciter nulla facta mentione pupillaris ætatis substituit per verba communia, vtpote quando sub inuolucro verborum dixit, quandocumque decesserit substituo, non apparet, quam substitutionem facere voluerit, & ideo hæc verba
14 declarantur † ab alijs verbis subsequentibus, mihi substituo, in hæreditate mea substituo, vel sibi, in bonis suis substituit, & similibus, tunc enim apparet voluisse facere solam fideicommissariam per quam succeditur in
15 bonis dumtaxat † Testatoris non autem pupillarem per quam succeditur etiam in bonis Pupilli *Honded.d.cons.73.num.35.lib.1. Menoch.d. praes.54.num23. Fusar. de subst.qu.14.num.65.*

In proposito autem Testator vocauit Vincentium eius filium in Infantili ætate constitutum, sicque fecit mentionem pupillaris ętatis, eique substituit Lælium fratrem, per verba directa Ciuilia, quæ sunt apta compręhendere pupillarē substitutionē, vt supra dictum
16 fuit, & ideo illud † pronomen, suum, non impedit quominus d. substitutio cēseatur pupillaris, & per consequens excludat matrem à legitima, *l. si ita scriptum §. qui filio ff. de bonor.possess. secundum tabul. vbi Bart.num.12. Bald. in d.l. pracibus num.44.C. de impub. Corn.cons.152. num.37.lib.2. Dec.cons.371.num.3. latè Peregr.consil.32.n.42.lib.2. Menoch.de præsumpt.lib.4.præs.34. num.12. Fusar.quæst.241.num.63. & pluribus cumulatis fuit resolutum in Perusina de Baptistis 28. Maij 1627. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Non obstat, quod prædicta iura loquantur in casu, quo Testator expresse substituit pupillum, vtpotè quando dixit. Et si filius meus decesserit in pupillari ætate, aut aliàs quando-
17 cunque † quasi tunc certum sit Testatorem voluisse facere substitutionem pupillarem.

Nam fuit responsum id procedere etiam quando Testator prout hic, substituit per verba apta compræhendere pupillarem, qua-
18 lia † sunt verba directa Ciuilia *Mantic. de coniect.lib.tit.2 num.12.vers. vel nisi facta sit Fusar.d. quæst.241.num.65.*
19 Non releuat, quod d. substitutio sit † facta sub conditione si ambo decesserint sine filijs, quæ non potest habere locū in pupillari æta-
20 tate. Etenim d. conditio non excludit † pupillarem infra tempus pubertatis *Bart. in d. l. Centurio num.17.ff. de vulg. & pupil. cum alijs quos latè congerit Fusar.d.qu.250.num.5. & seqq.*

Sed quatenus versaremur in dubio An d. substitutio cōtineret pupillarem etiam matre in medio existente ista dubietas videtur tolli
21 ex Coniecturis, quæ hic concurrunt, † quibus in dubio defertur ad effectum dignoscendi Testatorem voluisse facere substitutionem pupillarem *Rot. decis.151. num. 1. & seqq. par.2. diuers. Mantic.d.decis.967.num.10.*

Prima autem Coniectura in præsenti casu desumebatur ex eo, quod Testator dicto Vin-
22 centio † Infanti substituit Lælium alterum filium, quem propterea magis dilexisse censetur, quam Vxorem, & ideò censetur voluisse pupillariter substituere *Bart. in d.l. praecibus num.14. C. de impub. & alijs substit. Alex. in d.l. Centurio num.90. & ibidem Rip.nu.137. Corn. cons.28. num.3. vers. secunda Coniectura lib.4. cum alijs cumulat. per Menoch. de praesumpt. d. praes. 54. & Fusar.d.qu.242.num.60.*
23 Secunda, quia eumdem Lęlium substituit

in

in proprietate † matri verò reliquit solum Vsumfructum, qui extantibus filiis restringitur ad alimenta secundum opinionem *Bulgari. communiter approbatam*, & quidem sub condi-
24 tione vitæ Vidualis † adeo vt per transitum ad secundas nuptias affectio erga illam cessaverit *Mantic. d. decis. 367. num. 14. Corn. cons. 28. num. 3. lib. 4. Menoch. d. praes. 66. sub num. 13.*

Tertia, quia d. Lælio, & alijs vocatis Te-
25 stator † non substituit matrem, sed piam causam, quæ excludit fauorem matris *d. cap. si pater de testam. in 6. Ias. in d. l. praecibus num. 8. Odd. de comp. subst. par. 5. qu. 2. num. 4. Rolan. cons. 69 num. 7. lib. 3. Menoch. d. praes. 46. num. 18. vers. quartum est exemplum Fusar. d. qu. 242. num. 81.*

Quarta denique, quæ apud DD. non leuiter vrgebat desumebatur ex eo, quod vltimo vocato decedente absque filijs Testator voluit, quod tota hæreditas deuolueretur ad Archiconfraternitatem de PonteSixto Si autem
26 detraheretur † legitima pro matre, vtique non tota hæreditas deuenire posset ad substitutum *Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 7. num. 16. vers. id quod Bart. Menoch. de praes. lib. 4. praes. 56. nu. 12 & seq. Fusar. de subst. d. qu. 242. num. 104. Mantic. d. decis. 367. num. 11.*

Nec dicatur, quod Archiconfraternitas fuerit substituta sub conditione omnino incerta nimirum in casu obitus ne dum filiorũ Testatoris sine filijs, sed etiam d. Lælij, eiusque filiorum aliorumque vocatorum absque filijs, adeout per obitum cuiuslibet ipsorum cum filijs substitutio d. Archiconfraternitatis potius euanuisset.

Etenim DD. casum huiusmodi substitutionis non metiebantur à futuro euentu, sed à voluntate Testatoris, qui tandem voluit totam hæreditatem deuenturam ad Causam
27 piam, quod certè † contingere non posset si legitima matris esset detrahenda.

Et ità vtraque parte Informante resolutum fuit &c.

BVRGEN. CAPPELLANIAE,

Lunae 28. Aprilis 1636.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia nihil aliud est, quam voluntaria inobedientia.*

2 *Declaratoriam Rota solet concedere contra contumaces, & inobedientes.*

DECISIO CCCCXXV.

PRO Laurentio Diaz informante fuit responsum, nempè dandam esse declaratoriam contra Io: Dominicum Baredam, & Ioannem Solazzanum eius Aduersarios. Quia relaxatis à Rota litteris Exequutorialibus pro dimissione possessionis Cappellaniæ, de qua agitur, illisq; contra eos personaliter intimatis, atque in actis reproductis, seruatisque quatuor terminis iuxta stilum ad docendum de paritione, adhuc de illa doctum non fuit: Vnde satis constat de illorum contumacia,
1 quæ † nihil aliud est quam voluntaria inobedientia qua quis mandatum Iudicis contemnit, Ideoque relaxanda venit contra eos de-
2 claratoria, † quam Rota contra huiusmodi Contumaces passim concedere soler *Felin. in cap. ad probandum num. 6. de sent. & re indic. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & prop. Rot. in recent. decis. 591. num. 2. par. 2. & coram Caual. decis. 364. num. 1.*

Et ita vna tantum &c.

NVLLIVS, SEV APRVTINA IVRISDICTIONIS.

Lunae 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Manutentio in materia iurisdictionis concedi non potest, nisi prius fuerit probata identitas loci, intra limites territorij.

SVMMARIVM.

1 *Probationes leuiores sufficiunt in probandis antiquis confinibus & num. 2.*

3 *Testes super confinibus deponentes eo magis probant si sint admininculati & plura admininculа traduntur num. 4. 5. & 6.*

7 *Testes deponentes de facto proprio super affirmatiua & de pub. voce, & fama, pluribus & vrgentissimis adminiculis cum sint roborati sunt preferendi & num. 9*

8 *Testes non habentur in consideratione cum non deponant de gestis ante motam litem.*

DECISIO CCCCXXVI.

IN hac causa quatuor emanarunt decisiones 1. coram bo. mc. D. m. Archiepiscopo Seluciẽ sub die 10. Maij 1624. in qua fuit firmatum loca Murri, Mosciani, & Notareschi, quæ spectant ad Abbatem B. Mariæ de Propezzano, & S. Angeli in Musciano non probari intra limites Dioecesis Aprutinæ ad effectum manutentionis.

Secunda coram bo. me. Remboldo sub die 15. Iunij 1626. quæ reuocat hanc 1. ex quo per 4. Testes pro Episcopo examinatos probatur dd. loca esse intra confines d. Dioecesis Aprutinæ 3. coram bo. me. Card. Vitili, quę reuocat 2. Remboldi, & confirmat. 1. D. Seleuciẽ, ea ratione quia ex Testibus post d. 2. decisionem Remboldi examinatis ad instantiam Abbatis visa fuit probata negatiua, quod supradicta loca non essent intra limites dioecesis Aprutinæ.

Quarta denique decisio emanauit coram me sub die 24. Maij 1632. in qua fuit recessum à decisione Card. Vitilis, & statum in decisis coram Remboldo.

Post

Post hanc vltimam decisionem D. Abbas institit prò nouo examine, & disputato dubio sub die 25. Aprilis 1633. DD. mandarunt Testes examinari, & poni ad partes, quapropter peracto d. examine, reassumptaque causa pro parte Domini Episcopi contra Modernum Abbatem, eoque citato, & informante proposui hodie dubium. An esset standum in vltimo loco decisis coram me, & DD. affirmatiuè responderunt.

Quia adhuc visa fuerũt subsistere fundamẽta d. decisionis nam ex depositionibus testium pro parte Episcopi examinatorũ ponderatis in decisione, quæ reuidetur bene remanet probatum dd. loca controuersa esse sita intra confines Diocesis Aprutinæ, dicti siquidẽm Testes deponũt fines d. Diocesis versus Orientem se extendere vsque ad Mare, & versus meridiem vsque ad Flumen Vomanum, & intra dd. fines esse sita dd. loca Murri, Musciani, & Notareschi, & optimas rationes adducunt, nempe quia sunt practici, & versati in dd. locis, & fuerunt Officiales Episcopi
1 Aprutini, † & deponunt de auditu à maioribus suis, quos recensent, & de publica voce, & fama, quæ nedum simul iuncta, sed etiam separatim sufficerent, cum agatur de
2 probandis àntiquis † confinibus, quo casu leuiores admittuntur probationes. Immò sola indicia, & coniecturæ sufficiunt, ac etiam sola fama *cap. cum causam vbi glos. in verb. Testes de probat. Natt. conf. 672. num. 15. Rota decis. 405. num. 8. par. 1. & decis. 334. num. 1. par. 1.* & fuit dictum *in Calagurit. iurisdictionis. 16. Ianuarij* 1604. *coram Penia*.

Et prædicti Testes corroborantur ex pluribus adminiculis in decisione deductis, & si-
3 gnanter ex sumpto Bullę † Anastasianæ, in qua pro confinibus d. Diocesis ponuntur Flumen Vomani versus meridiem, & Mare versus Orientem, quæ quidem Bulla suffragatur pro adminiculo, & quidem graui *Cephal. conf. 297. num. 16. Genua de script. priuat. lib. 1. quæst. 16. num. 20. & seqq. Rota decis. 467. num. 2. par. 4. in rec.* Maximè cum d. Bulla sit antiqua, & habeat faciem sumpti publici Bullæ, & Testes deponant de illius obseruantia, quæ efficiunt vt tãto maior illi sit adhibenda fides ad effectum adminiculandi depositiones dd. Testium *Rota decis. 18. num. 1. par. 2. recent. & d. decis. 467. num. 6. p. 4. & in Conchen. decimarum* 28. *Iunij* 1617. *coram Rrerendiss. D. meo Decano*.

Secundò adminiculantur dd. Testes ex
4 Mappa † impetrata de ordine Proregis longè ante motam litem, & sic de tempore non suspecto, & à Testibus approbata, quæ valdè releuat ad istum effectum, vt fuit dictum in *Theatina Iurisdict. coram R. D. meo Decano inter recent. decis. 405. nu. 1. par. 1. & in Clusina Pota 14. Decembris 1618. coram bo: me: Buratto, & in Nucerina prædij 20. Maij 1622. coram D. Nauarro*.

Tertiò concurrit quod Episcopi Aprutini in dd. locis, vt deponunt supradicti Testes
5 exercuerunt † plures actus Iurisdictionales ex quibus etiam probatur situs intra fines *Bal. in d. cap. cum causam num. 6. vers. item per exercitia de probat. & cons. 420. num. 1. ad fin. lib. 1.* & fuit dictum *in Adrien. Iurisd. 22. Iunij coram R. P. D. meo Pirouano impress. per Modern. Perus. post tract. de manuten. decis. 310. num. 2. & 30.*

Quartò denique pro adminiculo facit, quod in Archiuio Episcopali Aprutino adsunt ab antiquo Capsulæ pro scripturis omnium locorum Diocesis, inter quæ adsunt Capsulæ particulares dd. locorum Murri, Musciani, & Notareschi, vt deponunt supradicti Testes
6 gesta † si quidem per Officiales etiam proprios deseruiunt ad effectum probandi fines Territorij *Surd. conf. 429. num. 38. & seqq.*

Nec supradictis obstant Testes pro parte D. Abbatis examinati, quia Testibus examinatis in 1. & 2. placuerunt DD. responsiones datæ in decisione, quæ reuidetur. Nam vt in ea dicitur, alii deponunt de auditu absque specificatione personarum à quibus audiuerunt. Alij sunt subditi, & Vassalli D. Atriæ, ad quem dicitur spectare Iuspatronatus Abbatiarum, de quibus agitur, omnes deponunt super negatiua, quod scilicet Episcopi Aprutini non exercuerunt Iurisdictionem in dd. locis controuersis sine aliqua coarctatione, quod dd. actus fieri per totum tempus non potuerint, quin ipsi audiuissent, ideò nihil probant *Dec. conf. 94. num. 5. Seraph. decis. 607. num. 1. Greg. XV. decis. 42. num. 5. Mantic. decis. 350. num. 7. & seq.* Et in
7 concursu Testes † D. Episcopi sunt præferendi quia deponunt de facto proprio super affirmatiua, & sunt adminiculati, *Mantic. decis. 6. num. 12. & decis. 214. num. 4. Greg. XV. decis. 449. n. 3. Rota decis. 459. par. 1. recent.* cum alijs adductis in alia decisione.

Quoverò ad quinque Testes vltimo loco examinatos, nec pariter illos obstare DD. dixerunt, quia quoad tres, nempè 1. 2. & 5. deteguntur minus informati cum non deponãt de notitia confinium nisi post motam litem. Nam lis fuit mota ab annis 20. circiter, & 1. Testis deponit de notitia ab annis 13. 2. ab annis 16. videlicet ab annis quinque occasione Officij commissariatus spoliorum, ad quod fuit deputatus à D. Nuntio Errera, & ideò
8 isti tres Testes † non videntur habendi in considerationem, cum deponere deberent de actibus gestis ante litem motam *Caual. decis. 649. num. 20. Greg. XV. decis. 4. num. 2.* & fuit dictum *in Hispalen. Primitiar. coram. D. Nauarro impressæ per Modern. Perus. post tract. de manut. decis. 166. num. 4.*

Tertius verò Testis non meretur attendi, quia vltra quòd iuxta 27. deponit non habere notitiam de omnibus confinibus Diocesis Aprutinæ, & deponit super negatiua, quod scilicèt Flumen Vomanum non est finis Diocesis Aprutinæ fuit instructus, & detegitur partialis, & interressatus, ex quo vt ipse deponit super interrogatorijs additionalibus possidet bona in Territorio D. Ducis Atriæ, & D. Abbatis, & sperat quædam bona sibi ablata per D. Abbatem recuperare.

Quartus denique Testis non videtur attendendus vti parum informatus, nam iuxtà 21. Interrogatorium licet deponat se habere no-

Oo titiam

ritiam de supradictis locis ab annis 30. circiter & iuxta 21. dicat Episcopum nullam habere Iurisdictionem in locis Montis Pagani, & Podij Motelli, & quod ab aliquo tempore Iurisdictionem in dd. locis exercet, tamen super 2. fatetur se non esse informatum de loco Musciani. Præterea supponit quod territoria locorum de quibus agitur, & Montis Pagani Podij Norelli, & Guardiæ Vomani sint nullius, & quod sint confinia Diocesis Aprutinæ, quod quidem suppositum in totum eliditur ex depositionibus Testium pro parte D. Epi-
9 scopi examinatorum, qui † cum deponant super affirmatiua de facto proprio, & de publica voce, & fama, & pluribus, & vrgentissimis adminiculis sint corroborati, & sint omni exceptione maiores veniunt præferendi *Gabr. de test. conclus. 4. num. 1. 71. & 94. Cranet. consil. 99. n. cum alijs supra, & in alia decisione allegatis.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS.

Lunæ 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideiussor an teneatur releuare idemnem illum pro quo fideiussit quando commodum pecuniarum peruenit ad ipsum; Et an iste contractus dicatur simulatus.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiarum probatur ex reuolutione actorum.*
2 *Fideiussor tenetur releuare indemnem illum pro quo fideiussit quando commodum pecuniarum peruenit ad fideiussorem.*
3 *Solutionis declaratio quando continet confessionem explicitam soluentis contra eundem bene probat.*
4 *Soluens, quietantiam in qua fit aliqua declaratio quando apud se retinuit censetur illam approbasse cum illa declaratione & proinde perinde probat ac si ab ipsomet soluente fuisset facta.*
5 *Minuta Notarij ex se non probat; tamen rei gestæ maximum præstat argumentum.*
6 *Contractus simulatus est nullus.*
7 *Contractus per suppositam personam factus, cum sit honestatis causa non est prohibitus.*
8 *Periurij exceptio agentem repellit à limine iudicij.*
9 *Factum testatoris, factum hæredis reputatur.*

DECISIO CCCCXXVII.

FRANCISCVS Matia Argellatus de anno 1615. 12. Maij super quadam sua possessione imposuit annuum Censum libr. 122. quē postea sic impositū vendidit sub fideiussione Benocij fratribus Sancti Dominici Venetiar. pro pretio libr. 4300. ex quibus cum 3000. cesserint ad commodum d. Bonifacij fideiussoris hæredes illius fuerunt condemnati per duas sententias latas in Ciuitate Bononieñ ad conseruandum indemnē Franciscum Mariam Argelatum pro d. rata libr. 3000. Vnde proposito à me dubio an sit locus Statuto Bononiæ de duabus conformibus DD. omisso articulo an sit locus d. Statuto in quo habuerūt aliquam difficultatem propter diuersitatem personarum, quæ interuenerūt in hoc iudicio resoluerunt dd. sententias esse iustas, & validitas.

1 Validitas † probatur ex reuolutione actorum, ex quibus apparet omnia interuenisse necessaria ad validitatem de quibus per *vulg. decis. Caputaq. 260. p. 2.* Et ea quæ opponebantur pro parte hæredum circa d. validitatem tollebantur ex deductis pro parte Argelati in responsione facti, cum quibus DD. transierunt.

De iustitia etiam apparet, quia vt dictum est supra, cum ex d. Censu libr. 4300. constet ratam libr. 3. mil. ad d. Benacium fideiussorem peruenisse, proindeque respectu huius summæ Argelatum quoad dd. hæredes Benacij pro fideiussore illius reputari *l. item cum filius familias §. sed Iulianus ff. ad Maced. l. vir. vxori §. fin. in glos. vlt. ff. ad. Vell. Surd. consil. 150. num. 57. Greg. XV. decis. 167. num. 6. vbi Add.* Sequitur vt
2 ad eius † releuationem ipse Benacius, & hodie eius hæredes teneantur, *cap. peruenit de fideiuss. l. Lucius, & ibi Bald. ff. mandati Paris. consil. 104. num. 12. lib. 3. Rota decis. 377. num. 1. par. 4. diuers.*

Prædictam autem ratam libr. 3. mil. peruenisse ad d. Benacium sufficenter probari visum fuit ex sequeñ, nempè ex solutionibus fructuum per ipsum Benacium, dum vixit, factis fratribus Dominicanis dominis Census cum declaratione quod d. rata ad ipsum spe-
3 ctabat, quæ quidem † solutiones cum contineant Confessionem explicitam eiusdem Benacij bene probant *l. generaliter, ff. de non n. pecun. cap. per tuas de probat.*

Non obstat quod d. declaratio non fuit facta ab ipsomet Benacio, sed ab illo qui nomine fratrum fructus exegit, quia cum Benacius
4 quietantias † in quibus fit d. declaratio apud se retinuerit, censetur illas approbasse cum hac declaratione, & proinde perinde probant ac si ab ipsomet fuissēt factæ *Paul. de Castr. consil. 314. sub num. 2. vers. præterea, quem sequitur Ias. in l. qua dotis num. 90. ff. sol. matr. Mascard. de prob. par. 1. concl. 121. num. 10.*

Et tantò magis cum dd. quietantiæ sub fasciculo scripturarum pertinentium ad negotium cum Argelato fuerint descriptæ in Inuentario hæreditatis eiusdem Benacij facto ab eius hæredibus, in quo etiam Franciscus Maria Argelatus fuit descriptus tamquam præcensus Creditor d. summæ. Et cum dd. quietantijs concordent etiam partitæ librorum fratrum.

Accedat prædictis quod Argelatus soluit fructus Census pro sua rata videlicet pro libr. 1300. quod arguit ipsum hanc ratam solum, Benacium verò reliquum habuisse. Et coadiuuantur prædicta ex præparata minuta eiusdem Instrumenti releuationis reperta inter alias scripturas Notarij post eius obitum, quæ
5 quidem minuta † licet ex se non probet *l. contractus cum ibi not. de fid. Instr.* Negari tamen non

non potest quia veritatis rei gestæ maximum præstet argumentum iunctis maximè quæremonijs, & lamentationibus Argelati, de quibus deponunt Testes dati in sum. quod Benacius nolebat facere Instrumentum ex quibus simul iunctis visum fuit DD. sufficienter probari Benacium habuisse hanc partem libr. 3. mil. præsertim eum simus in materia, quæ ad sui substantiam non requirit probationem Instrumentalem sed potest aliunde probari.

6 Non obstat quod iste contractus † sit simulatus, & propterea nihil valeat *Crass. de except. cap. 12. num. 1. Rota decis. 435. num. 2. par. 4. recent.* Quia in hoc casu obligatio non est simulata, sed simulatio est respectu personarum, quia 7 Benacius noluit nominari, sed fecit † cantare contractum in personam Argelati amici sui sine dolo, & fraude, qui modus contrahendi non est prohibitus *Bald. conf. 249. num. 2. lib. 1.* Vbi quod quandoque suppositio personæ fit honestatis causa, & ex isto contractu validè agitur, & acquiritur, ei pro quo reuera contractus est celebratus, & qui habet Ius potest obtinere, vel officio Iudicis, vel per viam actionis *id Bald. conf. 287. per tot. lib. 1. Dec. qui plura exempla ponit conf. 543. num. 11. & seqq.*

Nec etiam obstat quod Argelatus iurauerit releuare indemnem Benacium fideiussorem, & propterea dum hodie contra eum, & illius hæredes agit, obstare ei videatur ex- 8 ceptio † periurij, quæ eum repellit à limine Iudicij *l. si quis maior. C. de transact. c. dilecti de except. Specul. in tit. de act. quæst. 1. num. 16. vers. Item quod est periurus Rota in rec. decis. 5. num. 1. par. 2. Greg. XV. decis. 64. num. 1.*

Quia illa promissio Argelati non potest intelligi respectu d. ratæ libr. 3000. quas ex supra dictis constat cessisse commodo Benacij, sed tantum respectu summæ libr. 1300. quæ penes Argelatum remanserunt, pro quibus Benacius fideiussor remansit.

Non obstat quod d. Inuentarium, in quo describitur debitum Benacij, pro d. rata libr. 3. mil. non fuerit confectum, neque repertum penes hæredes ipsius.

Quia tam Inuentarium in quo describitur debitum Benacij pro d. rata libr. 3. mil. quam depositum scripturarum facta fuerunt à personis legitimis inter quas interuenit Eques Stella, qui est Maritus, & legitimus Administrator Elisabettæ hæredis pro medietate ipsius 9 Benacij cuius propterea factum, † factum ipsius Elisabettæ reputatur *Gratian. qui plures refert. discept. 514. num. 24.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDICOMMISSI.

Veneris 9. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario, quibus concurrentibus detur remedium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* fideicommissi derogatio quando corruat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario etiam competit remedium* l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.
2 *Bona probantur adesse in hæreditate fideicommittentis ex Instrumento diuisionis facta inter coheredes.*
3 *Item etiam ex Instrumento bonorum hæreditatis facto per hæredem grauatum.*
4 *Confessio non solum probat contra confitentem, sed etiam contra habentes causam ab eo.*
5 *Fideicommissorum derogatio impedit fideicommissario immissionem.*
6 *Verba, volumus in primis, & ante omnia important conditionem.*
7 *Fideicommissi derogationis gratia remanet inualida si forma in ea data non adimpleatur.*
8 *Iudex delegatus sine præsentatione commissionis nullam habet iurisditionem.*
9 *In Instrumento si enuncientur aliquæ solemnitates, & solemnitas aliqua reperiatur omissa ex hoc non solum eliditur præsumptio dicta solemnitatis, sed imò oritur contraria præsumptio, quod illa non præcesserit & num. 10.*
11 *In præscriptionibus tempus litis est demendum.*
12 *Præscriptio longi temporis non sufficit in his, quæ sunt grauis præiudicij, sed requiruntur saltem 30. anni.*

DECISIO CCCCXXVIII.

POSTQVAM in hac causa sub die 15 Februarij proximi præteriti fuit resolutum constare de fideicommisso q. Io. Baptistæ Ramûdini ad fauorē alterius Io. Bap. Ramundini alias Antonij Mariæ Belliossi dedi dubium, an ei danda esset Immissio in possessionem Prædij Cadriani de quo agitur, quo hodie proposito fuit per DD. affirmatiuè responsum.

Etenim eum existentia d. fideicommissi purificati ad fauorem d. Ramundini non controuertatur, dictumq; prædium Cadriani fuerit in bonis, & hærede d. q. Io. Baptistæ fideicommittentis, illudque sit idem, quod hodiè detinetur à DD. Lucarellis Aduersarijs, vtiq; prædictis concurreñ Immissio vigore *l. fin. C.* 1 *de Edict. Diu. Adr. toll.* D. Ramundino † fideicommissario denegari non debet cum remedium *d. l.* etiam fideicommissario competat. *Pereg. de fideic. art. 48. num. 5. & seqq. Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 166. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 611. num. 12. Rond. conf. 64. nn. 56. lib. 1. Rota decis. 472. num. 1. par. 3. recent. R. D. meo Decano dec. 167. num. 2. & seqq.*

Hoc autem prædium fuisse in hæreditate d. q. fideicommittentis satis probatur ne dum 2 ex Instrumento diuisionis † factæ inter ipsum fideicommittentem, & Melchiorem eius ex fratre Nepotem, in qua d. prædium fuit eidem fideicommittenti pro sua portione assignatum *Peregr. conf. 48. num. 6. & seq. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 44. num. 4. & 5. Fusar. de substit. q. 618. num. 17.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Victorijs 9. Decembris 1626. coram R. P. D. meo Merlino, & in Bonon. fideicommissi de Desiderijs 5. Martij 1626. coram eod.* & ex Inuentario bo- 3 norum hæreditatis d. Io. Baptistæ † fideicom-

 mit-

mittentis facto per Franciscum Aloysium he-
redem grauatum, in quo d. Prædium reperi-
tur descriptum *Natt.cons.235.num.15. Peregr.d.
art.44.num.5.& 6. Rota in d. Romana fideicommissi
de Victorijs, & in d. Bononien. de Desiderijs prox.
allegat.* Verumetiam ex confessione eiusdem
Francisci Aloysij emanata in præcibus porre-
ctis Clementi VIII. & Paulo V. pro alienatio-
ne huius prædij cum derogatione fideicom-
4 missi, quæ Confessio † probat etiam contra
Lucatellos ab eo causam habentes *Aretin.cons.
36.num.3. Mascard.de probat. conclus.778. num.26.
in fin. Fusar.d.quæst.618.num.34.& 35. Reuerendiss.
D. meus Dec. decis.120.num.20.*

Nec releuat, quod Io. Baptista fideicom-
mittens de anno 1604. assignauerit hoc præ-
dium quibusdam suis Creditoribus cum clau-
sula constituti. Quoniam prædicta assignatio
non fuit perpetua, sed temporalis, donec sci-
licet ipsi Creditores fuissent de eorum credito
ex fructibus d. prædij satisfacti qua satisfactio-
ne postmodum subsequuta, idem prædium
iterum deuenit ad ipsum fideicommittentem,
vt constat ex Instrumento d. diuisionis factæ
de anno 1606. & alijs Iuribus supra pon-
deratis.

Non obstant Breuia Clementis VIII. &
Pauli V. obtenta á d. Francisco Aloysio vlti-
mo hærede grauato pro derogatione d. fidei-
5 commissi, † quæ impedit fideicommissario
Immissionem *Caual.decis.430. num.20. cum alijs
alleg.* Etenim fuit responsum dd. Breuia non
suffragari. Primò quia Breue Clem. VIII. ema-
nauit sub certa forma, & conditione, vt patet
ex illis verbis ibi, *Volumus &c. quod in primis &
ante omnia ex pretio Prædij huiusmodi scut. monetæ
1500. in tot locis Montium non vacabilium de Vrbe
inuestiantur, & subinde illorum, & aliorum, vt in-
fra emendorum fructus in emptionem tot aliorum si-
milium locorum per emptorem, eiusque successores &c.
annuatim conuertantur &c.* dicta enim verba, vo-
6 lumus in primis, † & ante omnia important
formam, & conditionem, vt de verbo volu-
mus dixit *Rota coram Caual.decis.612.num.17.&
coram Seraph. decis.1474. num.2. & in Placentina
decimarum 28. Maij 1629. coram Reuerendiss. Vr-
gellen. & de verbis, in primis, & ante omnia Rota in
rec.decis.345.n.1.par.2.* Secũdò quia Sauinianus,
Emptor d. prædij ratam d. pretij non inuesti-
uit, quinimo venditio vigore eiusdem Bre-
uis subsequuta non habuit effectum vt con-
stat ex Instrumento retrouenditionis eiusdem
prædij factæ ad fauorẽ Francisci Aloysij Ven-
7 ditoris vt in *sum. num.2.* Ideoque † gratia de-
rogationis d. fideicommissi remansit nullius
roboris, *Thesaur.decis.99. num.13. Rim. Iun.cons.
255.num.36.& seqq. Cas. Manent.decis.31. num.24.
& seq. Ciriac.controu.103. num.71. Rota decis.621.
num.6.& decis.773.num.9.par.3.recent.*

Pariter non suffragatur Breue Pauli V. in
quo mandatur fieri Bononiæ Inuestimentum
in locis Montium, vel in stabilibus. Quia
illud fuit in forma Commissaria directum
Vicario Generali Bononiæ, cui non constat
8 fuisse præsentatum, sine qua † præsentatione
nullam habuit Iurisdictionem *Card. Seraph.de-
cis.1010.num.12.* & fuit dictum *in Burgen. Cano-
nicatus coram bo. me. Card. Pamphilio impress. apud
Marches.par.1.fol.369.num.2.& in Messanen. feudi
5. huius Mensis coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat allegata præsumptio d. præsen-
tationis desumpta ex lapsu temporis 20. anno-
rum, & vltra. Nam illa excluditur ex inspe-
ctione Instrumenti venditionis d. prædij fa-
ctæ D. Comiti Ranuccio, in quo ad vnguem
recensentur omnes aliæ solemnitates, hac vna
præsentationis Breuis, & licentiæ á d. Vicario
obtentæ excepta. Vnde cum ex lectura d. In-
strumenti appareat, quod in enunciatione
9 aliarum solemnitatum, † ista præsentationis
reperitur omissa non solum eliditur præsum-
ptio d. præsentationis sed imo oritur contra-
ria præsumptio quod illa nõ præcesserit *Crau.
de antiquit. temp.par.3. num.30. Gabr. de præsumpt.
conclus.1.num.57.*

Neque est verisimile, quod contrahentes
qui fuerunt adeo diligentes, nedum in enun-
ciandis, sed etiam in iustificandis alijs solem-
nitatibus mediante insertione Copiæ Breuis
Clementis VIII. & sententiæ vigore illius latę
10 & Breuis Pauli V. voluerint † magis substan-
tialia omittere nempe præsentationem eiusdẽ
Breuis, ac licentiam á Vicario reportatam.

Præterea dicebant DD. non posse fieri vim
in ass. obseruantia, & diuturnitate temporis,
11 cum non adsint 30. anni dempto † tempore
litis, prout de Iure demendum esse tenuit *Rot.
in rec.decis.563.num.5.in fin. par.4. & coram R. P.
D. meo Decano decis.362. num.6. & in Valentina
Baroniæ 4. Iulij 1603. coram Ortembergo, & in
Messanen. seù nullius feudi 15. Februarij 1656. coram
R.P.D. meo Merlino*, vbi duo anni tantum defi-
ciebant ad complendum tempus 30. annorum
12 ante motam litem. Et quod † non sufficiat
longum tempus in his quæ sunt grauis preiu-
dicij, sed requirantur saltem 30. anni post
alios tradunt *Surd.cons.28.num.98. Gabr.cons.36.
num.46.& seqq.lib.1.* vbi testatur de veriori.

Et ita vtraque &c.

TOLETANA CONSERVATORIAE.

Veneris 30. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria relaxatur de stylo Rotæ ob contuma-
ciam, & non paritionem mandato de manute-
nendo.*

2 *Intimatio dicitur collegialiter facta, quando fuit exe-
cuta Collegialibus loco solito congregatis.*

3 *Intimatio sustinetur etiam quod non sit facta, quan-
do Rector ad quem spectat conuocare Collegium
fuit monitus ad illud conuocandum ad effectum
intimandi, nec curauit illud conuocare.*

DECI-

DECISIO CCCCXXIX.

FVIT conclusum dandam esse declaratoriam contra Rectorem, & Collegiales Vniuersitatis,& Studij Generalis S.Idelphonsi Oppidi Compluten̄,necnon contra Abbatem Conuentus Sancti Bernardi eiusdem Oppidi. Quia relaxato contra eos mandato de manutenendo in possessione, seu quasi iuris exercendi officium Conseruatoriæ in d.Collegio, seu Vniuersitate ad fauorem Commendatoris Monasterij B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, eoque dd. Rectori, & Collegialibus, atque Abbati dicti Conuentus S. Bernardi legitimè intimato, & in actis reproducto, seruatisque quatuor terminis ad docendum de paritione seruari solitis, de dicta paritione minimè doctum fuit. Vnde satis constat de eorum contumacia, propter
1 quam † venit de stylo relaxanda declaratoria, *Felin. in cap. Rodulphus num.41.de rescript.Cassad. decis.6.de caus. poss. & proriet.Cresc. decis.1. de sequestr. poss. & fruct. Vestr. in prax. cap. vlt. lib.3. num.19.Rota in recent.dec.445. num.4. & dec.591. num.5.par.2.* & alibi, quem stylum Rota seruat etiam in mandato de manutenendo, vt fuit dictum coram *Caual.dec.364.n.1.* vbi aliæ decisiones recensentur.

Non obstat, quod respectu d.Collegij, seu Vniuersitatis, non appareat de legitima intimatione d. mandati ex eo, quod illud non fuerit intimatum dd. Collegialibus collegialiter congregatis. Etenim ex intimatione data in *Summ. num.6.* apparet d. mandatum fuisse intimatum dd.Collegialibus loco solito congregatis, quod sufficit ad hoc, vt inti-
2 matio † dicatur collegialiter facta, *Iacob. de Maur. alleg.1.num.7.*

Præsertim cum Rector ad quem spectat conuocare Collegium fuerit monitus ad il-
3 lud conuocandum ad effectum intimandi d. mandatum, vt in *Summ.num.5.* nec curauerit illud conuocari, quo casu intimatio sustinetur etiam quod non sit facta, *Add.ad Greg. dec. vlt.num.6. glos. in cap. si capitulo, verbo factam de conceff. preb. in 6.* & fuit dictum in *Colonien. Monasterij 4.Aprilis 1619. coram Eminentiss.Card. Vbaldo.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOTIS DE CRESCENTIIS.

Veneris 13. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Dotem deberi mulieri ab hæredibus mariti dū constat de quantitate dotis solutæ, nè dum ex instrumento, sed etiam ex partita solutionis pro residuo factæ, & alijs concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus, non obstante confessione de recepto facta constante matrimonio, quæ regulariter veram solutionem non probat.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto facta constante matrimonio regulariter veram solutionem non probat.*
2 *Matrimonia sine dote regulariter non contrahuntur.*
3 *Antidata suspicio militat contra apocam priuatam, quæ non est trino teste munita.*
4 *Puri, & purificati idem est iudicium.*
5 *Iuramentum appositum in instrumento quietantiæ, quæ simulata præsumitur elidi non potest; nisi quietantia iam simulata detecta fuisset.*
6 *Dotis solutio in parte vera, in totum vera præsumitur.*
7 *Dictio,* siue verbum, residuum, *totum continet, & probat solutionem totius.*
8 *Creditores debent esse cauti ne debitor in centum soluat viginti pro residuo, cum ista dictio,* residuum, *probet solutionem totius.*
9 *Confessio integræ dotis receptæ in Instrumento quietantiæ non relatiuè, seu enunciatiuè, sed dispositiuè facta etiamsi ad alias scripturas habeatur relatio adhuc referenti statur sine relato.*
10 *Mandatum procura præsumi solet, quando Iudex enunciat in eius mandato talem esse procuratorem.*

DECISIO CCCCXXX.

PER binas decisiones factas sub diebus 20. Maij 1633. & 2.Martij 1635. fuit in ista causa resolutum q. D. Lauræ de Crescentijs deberi dotem, ac decreta Vrbis Vicarij obtenta à Mario super alienatione bonorum fideicōmissi q. Bernardini Caffarelli esse reuocāda, reseruato, quod particulariter videretur quoad alimenta eiusdem D. Lauræ, ac decreta emanata ad instantiam Maximiliani.

Sed hisce resolutionibus Francisco Ioualia non acquiescente fuit tertio posita causa super resolutis, & DD. quoad primam partem decisionis, qua fuit firmatum dotem deberi, adhuc in decisis perstiterunt, quo verò ad secundam partem mandarunt, vt de illa in alia disputatione videretur.

Etenim quod dos debeatur visum fuit omni prorsus carere difficultate cum de illius solutione in summa scut. 10.mil. satis appareat ex publico instrumento quietantiæ factæ de anno 1601. per d.q. Maximilianum eius virum, quod Instrumentum licet contineat solam confessionem de recepto, quæ facta con-
1 stante matrimonio veram solutionem dotis regulariter non probat, iuxta *doct. Bart. in l.2. §.Creditum sub num.5. ff. si cert. pet.* Attamen cum plures concurrant coniecturę ex quibus apparet istam dotem confessatam verè solutam fuisse benè probat, vt latè fuit ostensum in dicta secunda decisione, in qua omnes ferè coniecturæ, quæ pro veritate confessionis receptæ dotis solent ponderari, plenè cumulantur.

Non obstant ea, quæ ad elidendas dd. coniecturas hodie repetebātur, nam omisso, quod
2 matrimonia † regulariter sine dote non contrahantur, & quod Maximilianus D.Lauram

cius vxorem tamquam dotatam diu in domo retinuerit, & aluerit, quodque attenta qualitate, ac habilitate vtriusque coniugis d. dos scut. 10. mil. congrua, & verisimilis videatur quæ coniecturæ quamuis generales à Doctoribus, & à Rota pariter pro huiusmodi veritatis comprobatione passim admittuntur ex allegatis in alia decisione, adhuc cæteræ in d. decisione ponderatæ in suo robore permanere visæ fuerunt.

Nam prima desumpta ex præcedenti promissione d. doris facta in apoca matrimoniali vsque de anno 1590. ab Equite Octauiano Patre Lauræ non tollitur ex eo, quod de dicta promissione non constet nisi per apocam
3 priuatam, † quæ cum non sit trino teste munita dicebatur contra illam militare antidatæ suspicione. Nam hæc difficultas omnino remouetur ex aliis coniecturis, & adminiculis, & signanter ex Indulto postmodum obtento per d. Eq. Octauianum de eodem anno 1590. à Gregorio XIV. pro derogatione Constitutionis Sixti V. super excessiuis dotibus, in quo promissio d. dotis in eadem summa scutor. 10. mil. expressè legitur.

Nec releuat, quod de tempore d. Indulti matrimonium inter d. Lauram, & Maximilianum adhuc contractum non esset; quodque in dicto Indulto prædicta dos sc. 10. mil. præcisè d. Maximiliano promissa non fuerit, sed illi, aut alteri viro æqualis conditionis, proindeque dicta enunciatiua tamquam non omnino certa aliquod adminiculum pro dicta promissione facere non valeat.

Etenim cum d. Indultum fuerit obtentum ad instantiam nedum Eq. Octauiani Patris, sed etiam Maximiliani Sponsi asserentis se d. Lauram cum d. dote scutorum 10. mil. in vxorem fore ducturum, quam deinde cũ effectu duxit, satis deprehenditur prædictam dotem in eodem Indulto enunciatam reuera d. Maximiliano promissam fuisse ex regula,
4 quod † puri, & purificati idem sit iudicium, *l. & si de quo prope fin. ff. de acquiren. hæred. Surd. cons. 517. n. 5. & cons. 527. n. 8.*

Altera coniectura desumpta ex Iuramento specialiter præstito per dictum Maximilianũ
5 pro restitutione dotis, non eliditur ex eo, quod illud fuerit appositum in Instrumento quietantiæ, quæ simulata præsumitur *in l. 1. num. 50. C. de inoffic. testam. Menoch. lib. 3. præs. 12. numer. 43. cum seqq. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 20. num. 5. & num. 27. & lib. 21. tit. 8. sub nu. 55. Marescot. var. res. lib. 1. cap. 8. n. 7.*

Nam obiectum forsan procederet si dicta quietãtia iam simulata detecta fuisset, quæ tamen cum ex pluribus coniecturis vera probetur, iuramentum illius veritatem optimè confirmat, *Surd. cons. 89. num. 16. vers. quinto concurrit,* vbi alios refert.

Tertia verò deducta ex partitis formiter extractis ex libro Banci de Caualcantibus, in quibus apparet Maximilianum verè, & realiter accepisse scuta 1500. pro residuo integræ
6 dotis optimè subsistit, ne dum quia † solutio dotis vera in parte in totum vera præsumitur, *gloss. & Doct. in l. 2. C. de non num. pec. Gregor. XV. decis. 62. num. 8.* cum aliis allegatis in dicta
7 secunda decisione. Verùm etiam quia verbum residuum totum continens arguit Maximilianum totam dotem recepisse, *arg. l. quod si Meuius, ff. de hæred. instit. l. Pater tuus, C. eod. tit. Vlpell. de præposit. & aduerb. sign. in dictione resi-*
8 *duum,* vbi dicit, quod creditores † debent esse cauti ne debitor in centum soluat 25. pro residuo, cum ista dictio, *residuum*, probet solutionem totius per *l. si ex pluribus, in princ. vbi gloss. in verb. reliquum, ff. de acceptilat.* denotat enim, quod nihil amplius debeatur, *Rota decis. 94. n. 2. par. 2. rec.*

Hinc non obstat, quod huiusmodi confessio Maximiliani sit relatiua ad alias scripturas seu quietantias per eumdem factas, quibus idem Maximilianus relationem haberi voluit ibi, (quibus semper relatio habeatur) cum tamen de illarum existentia non doceatur:
9 Nam vltra quod Maximilianus † in Instrumento d. quietantiæ non relatiuè, seu enunciatiuè, sed dispositiuè integram dotem scutor. 10. mil. se recepisse fatetur, quo casu etiam si ad alias scripturas habeatur relatio, adhuc referenti statur sine relato, *Surd. cons. 540. nu. 7. & seq.* & in terminis confessionis receptæ dotis tradit *Fontanell. de pact. nupt. claus. 14. gloss. vn. num. 23. vers. autem secundum Instrumentum,* visum fuit de relato satis constare ex d. partita solutionis pro residuo, quę totius solutionem probat ex proximè allegatis.

Minus obstat, quod eadem confessio sit relatiua ad partitas Banchi de Caualcantibus, cum tamen partitæ quæ dantur sint extractæ ex banco de Mazzinghis, quoniam obiectum remouetur ponderando, quod dd. partitæ leguntur extractæ ex libris banchi de Mazzinghis, & sociorum, qui dicuntur fuisse dd. Caualcantes.

Altera pariter coniectura desumpta ex mandatis obtentis ab A.C. per d. Lauram pro alimentorum præstatione, & dotis assecuratione citatis tam creditoribus Maximiliani viri, quam ipso Mario, adhuc hodie viget, nec illa cessat ex eo, quod citatio non fuerit exequuta contra Marium, sed contra quemdam Herculanũ eius Procuratorem de cuius mandato non constat.

Nam omisso, quod talis negatiua non probatur, prout debuisset probari per inspectionem actorum, quæ per Tovaliam super tali nullitate se fundantẽ debuisset transportari; satis esse videtur, quod per rem iudicatam ob lapsum 29. annorũ à die qua mandata fuerũt relaxata præsumantur valida, & iusta cum nõ agatur in Rota ad obtinendam illorum executionem, quo casu Rota non præsumit pro mandatis, & sententiis aliorum Tribunalium; sed producta fuerint per modum iurium pro coadiuuanda veritate supradictæ confessio-
10 nis, & quod A.C. in dd. mandatis enunciet dictum Herculanum Procuratorem Marij, ob quam Iudicis assertionem mandatũ procuræ præsumi solet, vt firmat *Menoch. de præs. lib. 2. præs. 33. n. 10.*

Vlti-

Vltima tandem coniectura desumpta ex propria confessione Marij, qui in precibus Sanctissimo porrectis pro derogatione fideicommissi fatetur Lauram esse creditricem d. dotis, ac pro illius restitutione mandatum exequutiuum obtinuisse adhuc vrget, nec illa elliditur sub prætextu, quod dd. preces fuerint quidem tàm Marij, quàm Maximiliani nomine porrectæ, sed persona Marij fuit eo inscio supposita per Maximilianum Patrem, de cuius cōmodo principaliter agebatur. Quoniam dicta suppositio non præsumitur, & donec contrarium probetur standum est dd. precibus, in quibus nomina vtriusq; exprimuntur; Immo dicta suppositio cessare videtur ex eo, quod Marius habuit notitiam gratiæ Pontificis, eaque vsus fuit testes examinando coram Vrbis Vicario Exequutore ad probandā eius prætensam inopiam pro derogatione fideicommissi.

Nec prædictis obstare visa fuit decisio in causa Romana census de Mutis 1. Iulij 1620. coram Reuerendissimo D. meo Decano exaduerso allegata. Nam omisso, quod casus d. decisionis fuit specialis, vt patet ex lectura illius adhuc coniecturæ ponderatæ in d. decisione pro simulatione confessionis receptæ dotis ad casum de quo agitur non applicantur.

Nam primo, quod confessio Pompei viri facta esset de tempore, quo erat debitis satis inuolutus, proindeque illa censeretur facta ad exclusionem creditorum non militat in præsenti casu, in quo esto quod Maximilianus de tempore d. confessionis esset magno ære alieno grauatus, ac decoctioni proximus: Nihilominus quidquid sit de d. decoctione, quæ reuera quadriennio post d. Confessionē subsequuta videtur, fat esse diecebant DD. quod de veritate d. confessionis aliunde constet, & præcipuè ex d. partita solutionis pro residuo integræ dotis vsque de anno 1592. de quo tempore Maximilianum magnis debitis fuisse inuolutum non apparet.

Secundo verò, quod d. quoque confessio Pompei esset relatiua ad quoddam Instrumentum quietantiæ non applicatur. Quia Pompeus confitens retulit se ad dictum Instrumentum rogatum per certum Notarium A. C. ab eo nominatum, cuius tamen non existentia probata fuerat ex inspectione Protocolli. At in casu nostro de partitis relatis constat, præcipuè ex d. partita cantante pro residuo dotis.

Tertia, & quarta coniecturæ, nimirum, quod fuerit inuerisimile socerū dotem Pompeo genero, ac plura debita illius persoluisse absque eo, quod quietantiam solutionum reportauerit minus cōueniunt præsenti casui, in quo de quantitate solutæ dotis constat non dum ex d. Instrumento rogato de anno 1601. sed etiam ex dicta partita solutionis pro residuo factæ mediante d. banco de Caualcantibus de anno 1592.

Quinta demū nec etiam applicatur. Nam ibi Pompeus gener erat debitis valde inuolutus, de quibus socer scientiam habuerat, & ideo nil mirum, si videbatur inuerisimile, quod socer dotem filiæ in tuto non posuisset, si verè eam persoluisset, præsertim cū Pompeius numerosa quoque familia esset grauatus, vt in eadem decisione ponderatum fuit. At hic Octauianum socerum vllam scientiā habuisse debitorum Maximiliani de tempore solutæ dotis non apparet.

Denique quatenus etiam coniecturæ ponderatæ in dicta decisione huic nostro casui applicari possent, cuius oppositum liquet ex prædictis, adhuc illæ non essent attendendæ, cum aliæ coniecturæ, & præsumptiones ponderatæ pro veritate solutionis huius dotis sint numero plures, verisimiliores, & efficaciores, quæ proinde præualent dd. coniecturis, & alijs pro simulatione alias exaduerso deductis, & hodie repetitis, quibus visum fuit DD. sufficienter satisfactum ex responsionibus datis in secunda decisione.

Et ità vtraq; parte informante resolutum fuit &c.

LAVDEN. PENSIONIS.

Veneris 13. Iunij 1636.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta pendente appellatione venit reuocanda tanquam attentata, & n.2.*

3 *Bona Monasterij non veniunt sub nomine fructuum.*

DECISIO CCCCXXXI.

CAPITVLVM, & Canonici Ecclesiæ Lauden. obtinuerunt ab A. C. sententiam fauorabilem contra Monasterium, & Monachos Sancti Michaelis de Brembo, & contra Priorem eiusdem Monasterij; nec non contra Vicarium, & Oeconomum alterius Monasterij loci, *dell' Hospidaletto*, Ordinis Heremitarum Sancti Hieronymi super executione litterarum Apostolicarum reseruationis pensionis, de qua agitur, in eaque fuit relaxatum mandatum exequutiuum pro terminis decursis, & non solutis contra bona quæcunque, & effectus d. Monasterij Sancti Michaelis.

Appellarunt à d. sententia, & mandato tam Prior specialis, ac cæteri Monachi d. Monasterij Sancti Michaelis, super cuius fructibus fuit hæc pensio reseruata, quam Vicarius, & Oeconomus alterius Monasterij Sancti Petri *dell' Hospidaletto*, & Signatura commisit mihi causam sine præiudicio litterarum Apostolicarum, & non retardata solutione pensionis quoad fructus: sed nihilominus dd. Capitulum, & Canonici d. mandatum exequi fecerunt super 50. vaccis, 14. bobus, 4. Equis, & 3. plaustris. Quapropter proposito dubio,

An

An d. sententia cum omnibus inde sequutis sit cōfirmanda, vel infirmanda, DD. pro nunc firmarunt prædictam executionem vti nullā, & ininstam esse reuocandam, de alijs autem mandarunt particulariter videri.

Nullitas enim d. executionis euitari non
1 potest, † cum facta fuerit post interpositam appellationem à d. sententia, ac propterea tamquam attentata venit reuocanda, *Rubr. & tot. tit. ff. nil nou. lit. pend. & C. vt lit. pend. cap. non solum de appell. in 6. Lancell. de attent. par. 2. c. 12. de attent. appell. pend. num. 7. Gregor. XV. decis. 545. num. 10.*

Non obstat, quod Signatura commiserit causam d. appellationis cum clausula non retardata solutione pensionis. Quia Signatura rescripsit cum clausula non retardata solutione pensionis quoad fructus, & ideò admisit appellationem simpliciter quoad reliqua,
2 quod sufficit adhoc, vt d. executio facta dicta appellatione pendente non super fructibus, sed super bonis d. Monasterij sit nulla, & attentata, & per consequens reuocanda, *glos. in l. appellatione verb. deliberationis, C. de appell. Lancel. de attent. appell. pend. ampl. 19. Rota in Romana bonorum de Zacconis 17. Maij 1621. coram Vbaldo seniori, & in Romana domus 22. Octobris 1625. coram. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Iniustitia autem eiusdem executionis est clarior. Quia pensio ista fuit reseruata super fructibus Monasterij, & tamen executio facta fuit super bonis illius, nimirum super vaccis, bobus, equis, & plaustris, quæ non veniunt
3 sub † nomine fructuum beneficij, *glos. in Clemen. vnic. §. Abbates, verbo illicitè de excess. prælat. in 6. Card. ibidem num. 1. circa med. vers. vndecimo nota, Bertachin. in suo repertorio verbo fructus beneficij.*

Non obstat, quod A. C. per Epistolam declarauerit eius intentionem fuisse relaxare mandatum contra fructus Monasterij. Quia hoc non impedit quin dicta executio vti facta super bonis vigore eiusdem mandati non sit excessiua, & propterea veniat reuocanda ex allegatis.

Et ita &c.

ROMANA GRVPPI.

Lunæ 16. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Scriptura in corpore scripta non probat de iure communi contra scribentem si ab alio fuerit subscripta, nisi de stylo mercatorum, Gruppum aliquod pecuniarum ex quibus doceatur peruenisse ad aliquem Capserium.

SVMMARIVM.

1 *Epistola subscripta probat contra subscribentem, perinde ac si tota per eum fuisset scripta.*
2 *Subiectum persona si deficiat, cui obligatio possit cohærere sequitur contra eum, nullam oriri obligationem.*
3 *Epistola scripta in corpore ab aliquo contra eum nō probat quando ab altero subscribitur.*
Sed secus est de consuetudine, & stylo mercatorum, num. 6.
4 *Stylo in materia mercantili standum est.*
5 *Stylus inter mercatores, quando est præcisè, & indiuidualiter probatus, tanquam lex seruandus est.*
7 *Testes probant stylum ita esse si deponant ita obseruasse, & ab aliis publicè, & palam seruari vidisse.*
8 *Testes qui deponunt de dicto contra proprium interesse magis probant.*
9 *Stylus respiciens decisoria, non dicitur legitimè probatus, nisi doceatur obtentus in contradictorio iudicio.*
10 *Stylus extraiudicialis per actus extraiudiciales quādo est probandus tunc nō requiritur quod sit obtentus in contradictorio Iudicio, siuè simus in stylo ordinatorio, siuè in decisorio.*
11 *Ad Capserij officium solum spectat aperire Gruppa & creditores facere transmittentes.*
12 *Sriptura posterior priorem abrogare videtur.*
13 *In mercantili materia Rota non solet recedere à Iudicio mercatorum.*
14 *Ad Capserij officium pertinet recipere pecunias ad bancum transmissas.*
15 *Actus præsumitur factus à ministro ad id specialiter deputato.*
16 *Res plures quando sub eadem oratione, & sub vnica Structura verborum comprahenduntur non possunt diuerso iure censeri.*
17 *Recepisse aliquid quis præsumitur si appareat de eius recepta.*
18 *Ad coniecturas recurri solet quando materia est dubia.*

DECISIO CCCCXXXII.

IN alia decisione emanata in hac causa sub die 19. Ianuarij coram Reuerendissimo D. meo Vrgellen., resolutum fuit decretum A. C. quo D. Capponus Capserius Banchi D. Flaminij Razzantis condemnatus fuit ad reddendam rationem eius D. Razzanti de Gruppo scut. 500. per Monaldum ad idem Banchū transmisso, esse reuocandum, ea præcipuè ratione, quia non probatur Gruppum ad manus Capserij peruenisse, cum Epistola vt dicitur, *d'auuiso*, directa Monaldo continens receptam d. Gruppi, vigore cuius Razzantes egit, & super qua antedictum decretum fundatur; quamuis fuerit scripta in corpore manu eiusdem Capserij. Attamen ex quo fuit postea subscripta ab eodem Razzante, contra eumdem subscribentem, non autem contra Capserium probat receptionem Gruppi. Ne
1 dum ex regula quod Epistola † subscripta probat contra subscribentem perinde ac si tota per eum scripta fuisset iuxta text. *in l. sicut §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hipoth. sol. cum alys cumulatis in d. decis.* Verum etiam ex eo quia Capponius in ea nunquam nominatur, & propterea cum deficiat subiectum personę
2 Capponij, cui † obligatio possit cohærere, sequitur cōtra eum nullam oriri obligationem,

vt

vt firmat *Rebuff. de Chirogr. & cedul. recogn. n. 84. cum alijs relatis in d. deciſ. emanata coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* iuxta quam deciſionem cauſa
fuit poſtea per ſententiam reuocatoriam expedita. A qua cum pro parte D. Razzantis
fuerit appellatum. Cauſa mihi in ſecunda
inſtantia commiſſa propoſui dubium, an ſententia prædicta eſſet confirmanda, & DD ex
nouiter pro parte Razzantis deductis, negotio per binas propoſitiones maturè diſcuſſo
vnanimiter infirmandam eſſe reſponderunt.
Quia fundamentũ antedictæ deciſionis, quod
3 Epiſtola ſcripta in corpore à † Capſerio contra eum non probet, quando ab altero ſubſcribitur in eaque Capſerius nullo modo nominatur, licet verum ſit ſecundum Iuris diſpoſitionem. Contrarium tamen viſum fuit
procedere de conſuetudine, & ſtylo mercatorũ in hac ſecunda inſtantia legitimè pro parte
4 Razzantis probato. † Cui quidem ſtylo hac
in materia mercantili ſtandum eſſe firmant, *Socc. Iun. conſ. 27. num. 21. lib. 2. Corn. conſ. 319. nu. 12. lib. 3. Rota coram Greg. XV. dec. 126. nu. 2. & 3. & inter recent. deciſ. 522. n. 7. p. 1.*

Præſertim quando (prout hic) præciſè &
5 indiuidualiter † probatur in contingentia
facti, tunc enim pro lege ſeruari debet, *Theſaur. dec. 1. num. 9. Rot. dec. 376. num. 1. in fin. p. 2. rec. Dec. conſ. 699. num. quinto, Rota Iannen. deciſ. 91. num. 5.*

Stylus autem in præſenti caſu fuit ſufficiẽter probatus ex pluribus teſtib. formiter examinatis deponeñ, quod Epiſtola vt dicitur
d'auuiſo cõtinens receptionem Gruppi ſcripta
in corpore à Capſerio, & ſubſcripta à D. Ban-
6 chi, vel alio † complementario contra eumdem Capſerium plenè probat receptionem
Gruppi, reddentibus ſcientiæ cauſam ex quo
ita obſeruarunt, & ab alijs publicè, & palã obſeruari viderunt, addentibus etiam fundamentalem rationem eiuſdem ſtyli, ex eo quia ſi
Epiſtola prædicta contra Capſerium non probaret, eſſet in poteſtate eorum negare receptionem pecuniarum de partibus tranſmiſſarum, & ſic fraudare Dominos Banchi, qui
eaſdem litteras miſſiuas ſubſcribunt, vt dicitur, *a chiuſi occhi*, & in ſola fide Capſerij ſcri-
7 bentis in corpore, † qui quidem Teſtes deponentes idem obſeruaſſe, & ab alijs publicè, &
palam obſeruari vidiſſe plenè probãt ſtylum, *Bero conſ. 40. num. 7. lib. 3. Maſcard. de probat. concl. 1344. num. 3. Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. c. 12. n. 4. Rota dec. 416. nu. 3. p. 3. rec.*

8 Eoque maximè quia ſunt Capſerij, † &
deponunt de directo contra eorum propriũ
intereſſe, *Surd. deciſ. 107. num. 5. Soccin. Iun. conſ. 61. numer. 19. & 20. lib. 2. Gregor. XV. deciſ. 351. num. 15.*

Nec viſa fuit releuare reſponſio data pro
parte Capſerij, quod ſtylus reſpiciens deci-
9 ſoria non † dicatur legitimè probatus, niſi
doceatur obtentus in contradictorio Iudicio
iuxta *deciſ. Mantic. 337. num. 3. verſ. præterea.* Quia
placuit reſponſio data per informantes pro
Razzante concluſionem ſcilicet non procedere, quando agitur de probando ſtylo extraiudiciali per actus extraiudiciales, tũc enim
10 non requiritur † quod ſit obtentus in contradictorio, ſiue agatur de ſtylo ordinatorio, ſiue
deciſorio, *Aym. conſ. 201. num. 21. & 22. Menoch. conſ. 163. num. 13. & 14. Grattian. deciſ. March. 237. num. 18.*

Nec pariter obſtare cenſuerũt, quod Gruppus peruenerit ad manus D. Curli Miniſtri
eiuſdem Banchi, prout ex Epiſtola eius manu ſubſcripta ibi. *S'è riceuuto il Gruppo in apparenza ben conditionato,* & propterea ipſum teneri reddere rationem. Quia obiectum viſũ
fuit ceſſare ex antedicta ſecũda Epiſtola poſtmodum ſcripta per Capſerium ibi, *come hauerà viſto per altra di Mercordì ſi riceuette il Gruppo, & hauendolo incontrato ſtare giuſto n'è andato creditore, ſi come è ſegnitato appreſſo dell'appiè partite fattomi capitare per lui*, Ex quibus verbis manifeſtè deprænenditur Gruppum è manibus
Curli perueniſſe ad manus Capſerij, qui vt in
Epiſtola aſſeruit, cum aperuit & incontrauit, creditum de eo dedit Monaldo, prout
prædicta omnia facere tenebatur ratione Of-
11 ficij Capſerij † ad quem ſolum ſpectabat aperire Gruppos, & credilores facere tranſmittentes ad tradita per *Bart. in l. cum ſeruus 104. ſub num. 4. verſ. tunc & ipſe ff. de verb. oblig. Bald. in l. plures num. 20. verſ. ſolue C. de condit. inſer.*

Nec conſignatio Gruppi facta per Curlum
Capſerio controuerti poteſt ex eo quod Curlus non reportauit à Capſerio receputam, vel
adnotationem in eius liberculo prout fieri
ſolet, vt deponunt Teſtes pro parte Capſerij
examinati. Quia præmiſſo quod Teſtes id nõ
concludunt videntur ſolum loqui de pecunijs, quæ exiguntur per Iuuenes in Vrbe, &
poſtmodum conſignantur Capſerio, de quibus Iuuenes reportant adnotationem in eorũ
liberculis manu Capſerij, non autẽ de Gruppis tranſmiſſis de partibus, in quibus diuerſa
ratio concurrit. Quia Iuuenes Gruppa non
aperiunt, quapropter ab eorum conſignatione facienda Capſerio remanent liberati ſtatim atque Capſerius propria manu in Epiſtola, vt dicitur *d'auuiſo*, ſcribit Gruppum reincontraſſe, eumq; integrum reperijſſe, abſq;
eo quod egeant alia adnotatione, vel receputa in liberculo, quia Epiſtola prædicta deſeruit loco adnotationis, vel receputæ & Iuueni
12 ſuffragatur, † eaque ſola attendi debet tamquam poſterior, per quam prior abrogata
cenſetur ad text. *in l. pacta nouiſſima C. de pact. Rota p. 4. recent. deciſ. 593. nu. 3. & coram Greg. XV. deciſ. 267. num. 9.*

Prædictaque omnia facilius DD. viſa fuerũt
procedere tùm attento laudo ad fauorem D.
Razzantis lato à mercatoribus Primarijs Vrbis in Peritos ab vtraque parte electis, qui
eumdem Capponum debitorem Gruppi declararunt, à quo quidem Mercatorum Iudi-
13 cio in materia mercantili Rota †. recedere
non ſolet, *Rota deciſ. 522. num. 7. p. 1. recent. Greg. XV. dec. 126. num. 1.*

Tum etiam ex pluribus coniecturis ſuadentibus Gruppum ad manus Capſerij perueniſſe, quarum.

Pri-

Prima oritur ex qualitate Officij Capserij, ad quem spectat recipere pecunias ad bancū
14 transmissas † tamquam ad id specialiter deputatum. Ex qua quidem præambula deputatione actus subsequutus receptionis Gruppi
15 interpretationem † recipere debet. Adeout semper præsumatur factus à Ministro ad id specialiter deputato iuxta *glos. in l. quædam mulier 76. in verb. sufficiebat ff. de rei vendic. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 34. num. 5. lib. 3. præsumpt. 49. num. 2. Rota decis. 522. num. 7. in fin. p. 1. recent.*

Secunda elicitur ex verbis eiusdem Epistolæ, in qua Capponus Capserius scripsit dedisse Monaldo creditum de Gruppo, sicut de alijs partitis ad bancum per eumdem Monaldum transmissis. Quæ quidem partitæ quēadmodum ad manus Capserij peruenerunt, quod non controuertitur, ita præsumi debet
16 peruenisse Gruppum, † quia omnes sub eadem oratione, & sub vnica structura verborum comprehenduntur, & sic non possunt diuerso Iure censeri ad text. *in l. eum qui ædes ff. de vsucap. Rota Ianuen. decis. 26. n° 10. & 11.*

Tertia desumitur ex eo quod si Capserius Gruppum non recepisset, verisimiliter receptum in corpore Epistolæ non subscripsisset
17 vel non dixisset de eo dedisse creditum Monaldo, vel saltem post scriptam Epistolam Gruppum perquisiuisset, vel aliquo modo reclamasset, *glos. in l. si litterarum in verb. impedire poterit C. de solut.* & in præcisis terminis firmat *Rota Ianuen. dec. 26. n. 26. per tot.*

Pro quarta coniectura concurrit in curia Capserij, qui solitus erat similes partitas omittere, vt iustificatur ex pluribus partitis datis in Summ. Razzantis, iuncta qualitate personæ eiusdem D. Razzantis optimæ conditionis & famæ, ex quibus coniecturis simul iunctis dixerunt DD. sufficienter probari Gruppum ad manus Capserij peruenisse, cū
18 in † materia dubia ad coniecturas recurri soleat vt firmat text. in *l. continuus 137. §. cum ita ff. de verb. oblig. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præs. 11. num. 8.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA VINEAE.

Lunæ 16. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Iudex si executiuè procedat vigore obligationis vulneratæ nulliter procedit, Emptor, si se obligauerit ad soluendum fructus recompensatiuos donec pretium soluat, quando ad illos non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est ei, cuius possessio de tempore mota litis non controuertitur.*
2 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possessorem sua anteriori possessione.*
3 *Iudex nulliter procedit executiuè vigore obligationis Cameralis vulneratæ.*
4 *Obligatio Cameralis quando est vulnerata cessat via executiua, & est ordinariè procedendum.*
5 *Ad fructus compensatiuos soluendos si quis se obligauit euanescit eius obligatio si contractus non habuit effectum.*
6 *Possessor per superuenientiam noui tituli censetur mutasse causam possessionis.*
7 *Dominium, quod quis habeat super aliqua re, quando non dubitetur.*
8 *Ex Instrumento concessionis iunctis adminiculis probatur dominium.*
9 *Sententia, quando deducitur per viam exceptionis, probat etiam sine actis.*
10 *Collusio non præsumitur si non probetur.*
11 *Collusio quando excludatur.*

DECISIO CCCCXXXIII.

ALPHONSVS Ferrus, & q. Portia Caputa eius vxor de anno 1618. vendiderunt Vineam de qua agitur Io: Francisco Rocchæ pretio scut. mille, ad quorum computū d. Rocca soluit scut. 500. mediante datione in solutum vnius census scut. 200. in sorte, & alterius crediti scut. 300. Reliqua vero scut. 500. promisit soluere intra decem annos, & interim fructus recompēsatiuos ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario.

Verum quia Moniales Monasterij Sancti Cosmati de Vrbe proprietariæ istius Vineæ ob alias præcedentes alienationes factas per d. Alphonsum ipsis irrequisitis obtinuerunt à Locumtenente Vicarij mandatum de assōciando contra d. Roccam Emptorem. Cuius vigore actualem possessionem d. Vineæ adeptæ fuerunt. Ideo d. Rocca egit coram A. C. contra d. Alphonsum pro restitutione dd. scut. 500. in partem pretij solutorum, eaque præuio mandato sibi restitui obtinuit, ac deinde Inuestituram eiusdem Vineæ tamquam deuolutæ à dd. Monialibus reportauit.

Siluit Alphonsus vsque ad annum 1633. de quo tempore Iudicium mouit coram D. Locumtenente Vrbis Vicarij contra ipsum Roccam pro fructibus recompensatiuis scut. 500. residui d. pretij, ac pro illis mandatum exequutiuum obtinuit, quod exequi curauit super eadem Vinea, ac præuia subhastatione illam sibi deliberari fecit, ac successiuè illius possessionem adeptus fuit.

Deinde egit contra eumdem Roccam pro solutione dd. scut. 500. in sorte; & mandatum pariter exequtiuum pro illis obtinuit.

Sed adita Signatura pro parte d. Rocchæ fuit mihi commissa causa cum facultate manutenendi quem de Iure quoad mandatum relaxatum pro fructibus recōpensatiuis, quo vero ad mandatum relaxatum pro scut. 500. in sorte cum clausula si quid exequendum.

Disputato dubio die 20. Aprilis anni præteriti. An mandatum pro scut. 500. in sorte esset exequendum, eoque negatiuè resoluto ex rationibus deductis in decisione desuper ex-

extensa, fuit postmodum suscepta disputatio quoad mandatum relaxatum pro fructibus, datoque dubio sub die 22. Februarij præteriti, cui dandum esset mandatum de manutenendo in possessione istius Vineæ DD. voluerunt gustare de bono Iure, & hodie iterum posita causa, & informantibus etiam partibus super bono Iure fuit responsum ad fauorem Io. Francisci Rocchæ, sicque illi dandum esse
1 mandatum † de manutenendo, cum illius possessio de tempore motæ litis non controuertatur *vulg. §. retinendæ Instit. de Interd.*

Non obstat possessio d. Alphonsi capta vigore mandati relaxati à D. Locumtenente Vrbis Vicarij pro fructibus recompensatiuis
2 scut. 500. Quia cum d. Iudex † nulliter, & iniustè processerit non priuauit d. Roccam sua anteriori possessione, *Corn. cons. 193. num. 4. lib. 3. Rota decis. 302. num. 7. vers. quia pro responsione par. 1. diuers. Cauai. decis. 535. num. 3. coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 233. num. 2. & alias sæpe.*

Quod autem Iudex nulliter processerit patet ex eo, quia relaxauit dictum mandatum via exequutiua vigore obligationis Camera-
3 lis †. Cum tamen obligatio esset vulnerata per decretum latum ad fauorem d. Rocchæ super restitutione aliorum scu. 500. in partem pretij solutorum, & in Iudicatum transactũ;
4 & ideo cessabat via exequutiua. † Et ordinariè erat procedendum etiam pro fructibus residui d. pretij cum versemur in contractu indiuiduo, vt fuit firmatum in *d. decis. emanata coram me; sub die 20. Aprilis anni præteriti.*

Iniustè pariter processit, quia condemnauit d. Roccam ad soluendum dd. fructus recompensatiuos, qui tamen non debentur. Quan-
5 doquidem licet Rocca † ad eorum solutionem se obligauerit pendente solutione scut. 500. in sorte. Attamen cum ipse eodem anno passus fuerit realem euictionem à Monialibus directis Dominis ob culpam eiusdem Alphonsi, qui hanc vineam pluries alienauit ipsis irrequisitis, ac postmodum nouam Inuestituram habuerit à dd. Monialibus, vtique non tenetur amplius ad solutionem dd. fru-
6 ctuum, † quia ex superuenientia istius noui tituli mutauit sibi causam possidendi & per consequens Alphonsum excludit ab huiusmodi prætensione, *Acchill. decis. 4. ad fin. de caus. possess. & propriet. Crescen. decis. 5. num. 2. de restit. spoliat. Rota decis. 143. nu. 4. par. 2. diuers. & in rec. decis. 761. num. 2. par. 2. Gregor. XV. decis. 546. nu. 1. & ibi Add. num. 15.*

Hanc autem Vineam super qua hodie disceptatur esse sub dominio directo ac proprietate dd. Monialium DD. non dubitarunt.
7 Quia † vltra Instrumentum concessionum concurrunt depositiones Testium pro hæredibus Portiæ examinatorũ, ac solutio Canonis per decennium continuum per eamdem Portiam facta, & confessio geminata eiusdẽ Alphonsi, & Portiæ suæ vxoris, qui dum hãc Vineam vendiderunt Carolo Antonio Braschæ, & d. Rocchæ fassi fuerunt illam esse sub dominio directo dd. Monialium, eisque pro-

miserunt soluere laudemium pro hac venditione, & illarum consensum obtinere ex quibus satis dicitur probatũ dominium dictarũ
8 Monialium, cum illud probetur † ex Instrumento concessionis iunctis adminiculis, *Bald. in l. cum aliquis num. 4. C. de iur. delib. Socc. cons. 89. num. 11. lib. 1. Dec. cons. 428. in fin. cum alijs per Velasch. de Iur. emphit. q. 9. num. 16.* vbi plenè, & fuit dictum in causa *Papien. bonorũ 28. Aprilis 1595. coram bon. me. Card. Millino, & in Ferrarien. 10. January 1600. coram eodem.* Et in alia *Ferrarien. de Nocellis 7. Iunij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Demum quod hæc Vinea fuerit deuoluta ad prædictas Moniales ob alienationes factas ipsis irrequisitis, satis constare visum fuit ad effectum manutentionis de qua agitur, ex sententia lata ad fauorem dd. Monialium super ista deuolutione, quæ sententia cum non probetur iniusta, illaque deducatur non per viam actionis, adhoc vt scilicet intret deuo-
9 lutio sed per† viam exceptionis ex quo dictus Rocca illam deducit pro ruenda sua possessione probat etiam sine actis, *Rota decis. 143. num. 5. & seqq. p. 2. diuers. vbi allegatur decisio Acoramboni 35.*

Non obstat prætensa collusio inter dd. Moniales, & Roccam, quoniam illa non præsu-
10 mitur, † nisi probetur, *Natt. cons. 537. num. 30. & 31. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 321. num. 2.* Quinimo excluditur ex veris alienationibus factis per d. Alphõsum irrequisitis ipsis Monialibus, atque ex acceptatione d. deuolutio-
11 nis & sententia super ea lata, † citato etiam Alphonso, qui nedum litem sibi, seu eius legitimo Procuratori intimatam suscipere non curauit, molestias non amouit, promissa non adimpleuit, & à prædicta sententia non appellauit, sed spatio quindecim annorum, & vltra acquieuit, *Rota decis. 119. numer. 10. par. 2. diuers. & decis. 415. num. 3. & 4. par. 1. recent. coram R. P. D. meo Pirouano apud Modern. de mand. de manuten. dec. 331. num. 12. vsque ad 15.*

Et ità vtraque &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 23. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Ex Summatio.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non comprahendit personas Ecclesiasticas.*

2 *Appellatio à sententia lata in possessorio datur, etiã quoad effectum suspensiuum de iure Canonico ad fauorem Clericorum.*

3 *Aegidiana non habet locum contra Laicos, quando adsunt Clerici consortes possidentes cum Laicis pro indiuiso.*

4 *Instantia cœpta contra Laicum de iure non transit contra hæredem Clericum.*

DE-

DECISIO CCCCXXXIV.

RESOLVTVM fuit non esse locum Aegidianæ, quia sententia de qua agitur lata fuit contra Nicolaum, qui est Presbyter & Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Perusiæ,
1 dicta autem Constitutio † non comprehendit personas Ecclesiasticas ex defectu potestatis Card. Aegidij statuentis, vt latè per *Honded. cons.20.nu.6.& seqq.lib.2.* vbi plures decisiones refert, *Gratian.discept.forens.cap.421.num.76.Seraph.decis.424.num.1.Rota decis.32.num.2. part.1. & decis.472.num.1. par.2. recent. & coram Caual. decis.267.num.6.& in Romana domus de Scapuccys coram Reuerendiss. D.meo Decano relata per Marches.de commiss.parte 1.fol.*1020. Ideoque seruāda est dispositio Iuris Canonici, iuxta quod à
2 sententia † lata in possessorio datur appellatio etiam quoad effectum suspensiuum, *Honded. d.cons.20.num.8.lib.2.Rot.d.decis.472.num.1. p.2. recent.*

Idque procedit non solum quoad ipsum Nicolaum Clericum. Verum etiam quoad eius fratres Laicos in hac lite consortes, quia
3 cum agatur de bonis inter eos indiuisis Aegidiana nec etiam quoad illos intrat, *Seraph. decis.957.num.2. 11. & 12.Scrader.de feud.par.9. cap.4.num.13.Gail.de pac.publ.lib.1.cap.5.num.18 Cost.cons.4.num.43.& seqq.Crass.de effect.2.nu.55. & seqq.*

Non obstat, quod instantia fuerit cœpta contra Iuliam Laicam, ac propterea transeat contra dictum Nicolaum illius filium, & heredem. Quia quidquid sit, An obiectum subsistat in facto, in Iure minimè subsistere visum fuit, quia secundum opinionem quam
4 Rota sequitur, instantia cœpta † contra Laicum non transit contra hæredem Clericum, *Seraph.d.decis.957. num.9.* & latè discusso articulo ex professo fuit magistraliter decisum in *Romana fideicommissi de Vipera 14. Ianuarij* 1630. *coram Reueredissimo D. meo Decano*, & fuit quoque dictum in *Romana Saluiani* 15. *huius mensis coram R.P.D.meo Verospio*.

Etità vna &c.

ROMANA FIDEIVSSIONIS INDEMNITATIS.

Veneris 27. Iunij 1636.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum Camerali obligatione & alijs amplissimis clausulis vallatum facit probationem probatam.*

2 *Promissio indemnitatis id præcipuè importat, vt illam promittens censeatur obligatus ad sortem, & ad omne interesse.*

3 *Fideiussor soluens Cessionario perinde est ac si eidem principali creditori soluisset.*

DECISIO CCCCXXXV.

BO. mem. Archiepiscopus Aquauiua de anno 1624. recepit ad cambium scuta 12. mil. monetæ à DD. Acciaiolo, & Martello cum fideiussione D.Octauij Costæ, quē tam ipse D. Archiepiscopus, quam etiam Illustrissimus D. Franciscus Aquauiua Dux Atriæ promiserunt indemnem releuare.

De anno 1628. Idem Archiepiscopus pro extinctione d.debiti recepit ad cambium scuta 9.mil. auri à D.Bonifacio Pasqua, eaque soluit dd. Acciaiolo, & Martello, qui sua Iura cessernnt d.Pasquæ, ad cuius fauorem fideiussor pariter accessit idem Costa.

De anno 1633. d. Pasqua pro consecutione sui crediti obtinuit relaxari mandatum exequutiuum pro scut. 9093. 17. 8. auri contra d.Costam, qui in vim d.mandati d.summam soluit d.Pasquæ, à quo reportata Iurium cessione Iudicium in Rota introduxit contra d. D Ducem Atriæ pro releuatione suę Indemnitatis. Causaque mihi commissa dubitaui, An d. D. Dux pro releuatione Indemnitatis d.D.Costæ teneatur eidem soluere d. summā. & DD.responderunt affirmatiuè.

Clara siquidem est obligatio d. D. Ducis mediante Procuratore specialiter ad id constituto de releuando indemnem d.D.Costam fideiussorem D. Archiepiscopi Acquauiuæ occasione pecuniarum per eumdem Archiepiscopum receptarū ad cambium à DD. Acciaiolo & Martello, cum de illa constet ex publico Instrumento Camerali obligatione,
1 & alijs amplissimis clausulis vallato, † quod facit probationem probatam, *Aym. cons.31. in fin.Dec.cons.424.num.10.Alex.cons.119.nu.5.lib.2. Rota in recent.decis.266.num.1.in fin. par.2.Caual. dec.71.num.1.& dec.185.num.3.*

Vnde cum D. Costa occasione d. cambij fuerit coactus soluere d. Pasquæ d. summam scut.9093. 17. 8. satis constat de damno passo per ipsum Costam, vt propterea D. Dux teneatur eādem summam soluere pro releuatione d.damni iuxta formam suæ obliga-
2 tionis, cum † indemnitas id præcipuè importet, vt illā promittens censeatur obligatus ad sortem, & ad omne interesse, in quo esset diminuta stipulatoris conditio, *Salic. in l.2.* & ibid. *Bald.C.de sent.quæ sin.cert.quant. prof. Paris. cons.109.num.39.vol.1.& cons.16.num.524. lib.2. & cons.76.num.21.lib.3.Rota in Anconitana Pecuniaria corā R.P.D. meo Pirouano impress. per Cenc. de cens.decis.137.num.1.*

Nec obstat si dicatur, qnod D.Dux promiserit releuare idemnem D.Costam in primo cambio facto cum Acciaiolo, & Martello, non autem in secundo facto cum Pasqua. Etenim cum hoc secundum fuerit effectnm pro extinguendo primo, quod cum effectu ex pecunijs receptis in hoc secundo extinctum fuit, satis apparet Costam occasione primi cambij damnum d. resolutionis passum fuisse.

Præsertim quia Pasqua cui d. Costa soluit

repor-

reportauit Cessionem Iurium à dd. Acciaiolo & Martello, & Costa Cessionem quoque Iurium ab eodem Pasqua reportauit. Adeo
3 vt † Costa dum soluit Pasquæ perinde est ac si eidem Acciaiolo, & Martello soluisset, *Surd. cons. 332. num. 3. & cons. 424. num. 22.*

Et ita D. Costa Informante resolutum fuit.

CALCIATEN. DECIMARVM.

Veneris 4. Iulij 1636.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur in causa profana, & in qualibet instantia etiam sine fumo, quando articuli sunt releuantes.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur sine fumo, quando articuli sunt releuantes, in qualibet instantia.*
2 *Remissoria, vt possit dari requiritur fumus ad reprobandum id quod fuit exaduerso probatum.*
3 *Fumus satis datur ex testibus nulliter examinatis.*
4 *Remissoria non datur constito de calumnia, licet ea cessante concedatur.*
5 *Remissoria denegari non debet, quando probatio probationem non excludit.*
6 *Immemorabili probatione ille non eget, qui habet iuris assistentiam.*

DECISIO CCCCXXXVI.

DOMINI Censuerunt dandam esse remissoriam Beneficiatis Ecclesiæ Parochialis S. Martini loci de Cenizeros, quia fumus in Causa Decimarum quę censetur prophana ad hunc effectum, *Put. decis. 324. in fin. lib. 2. Ludouis. decis. 174. num. 1.* & ibi *Add. num. 7. Rot. decis. 677. num. 1. par. 1. recen.* Quo casu Re-
1 missoria † passim conceditur inqualibet instantia etiam sine fumo, quando, prout hic, articuli sunt releuantes *Caputaq. dec. 68. par. 3. Cas. de Grass. decis. 1. num. 10. de dilat.* Et in terminis Decimarum *Put. d. decis. 324. lib. 2. in fin. Rot. decis. 705. num. 1. par. 4. diuers. & decis. 183. num. 1. p. 3. recent.* & aliàs sæpe.

Articulorum autem releuantia in præsenti casu liquido constat ex illorum lectura siquidem articulatur, quod prædicti Beneficiati sunt vniuersales Decimatores d. loci de Cenizeros, quodque faciant de prædictis Decimis vnum aceruum, seu Massam, illamque diuidunt in quatuor partes, quarum tres integras inter ipsos, reliquam verò quartam partem subdiuidunt inter Capitulum Calciaten. & Archidiaconum de Hagera. Vnde satis apparet de releuantia. Quia Capitulum prætendit, quod Beneficiati ex prædictis Decimis faciunt quatuor partes, quarum vna quarta integra ab ipso, alia quarta ab Archidiacono, duæ verò reliquæ quartæ partes à dd. beneficiatis percipiuntur.

Non obstat, quod Capitulum, & Archidiaconus probauerint contrarium per Testes aliàs examinatos, & ideò requiratur fumus,
2 vt possit dari Remissoria † ad reprobandum id quod fuit exaduerso probatum; *Rot. in Causa Ferrarien. Decimarum 27. Aprilis 1622. coram bon. mem. Cardinale Vbaldo, & in Corduben. portionis 11. Febr. 1628. coram Reuerendissimo Vrgellen.*
3 Quoniam vltra, quod fumus † satis dabatur ex duobus Testibus pro Archidiacono, licet nulliter examinatis *Cassad. decis. 3. num. 2. de dilat. Verall. decis. 208. num. 10. part. 1. Seraph. dec. 585 num. 1.* fuit responsum prædicta procedere, quando articuli cōtinent reprobationem circa qualitatem personæ, vel dicta Testium,
4 quo casu Remissoria † non datur constito de calumnia, licet ea cessante concedatur, *Afflict. decis. 351. num. 9. & 10. vbi testatur de stylo Romanæ Curiæ per doctr. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. & figura Iudicij.* Secus tamen est quando, prout hic, articuli continent probationem contrariam circa qualitatē facti, quia tunc materia non est reprobatoria, & ideò
5 Remissoria † denegari non debet, cum probatio probationem non excludat, & postmodum videbitur quis melius probauerit, vt inquit *Aegid. decis. 565. in princ. & fin. & ita fuit resolutum in Vicen. Prioratus 4. Nouembris 1611. coram Eminentissimo D. meo Card. Pamphilio, & in Valentina præeminentiarum 11. Decembris 1634 coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Non obstat, quod Testes producendi pro Beneficiatis non possint probare immemorabilem articulatam ex eo, quod lis fit cepta de anno 1594. sicque non possint deponere de visu per 40. annos cum (dempto tempore litis, & pubertatis Testium) opus esset eos attingere annum 94. cuius ætatis homines vix hodie reperiuntur.

Nam omisso, quod inuenire Testes huiusmodi ætatis non est impossibile, & duo ex illis sufficerent deponentes cum requisitis *gloss. in cap. fin. de præscript. in 6.* Neque lis, de qua hodiè agitur cœpta contra Beneficiatos super prætensione Capituli, & Archidiaconi detrahen. integram quartam partem pro singulis, de qua hodie agitur, fuit introducta de anno 1594. sed de anno 1604. vt constat ex libello dato in Summario Beneficiatorum, & consequenter sufficit, quod Testes sint ætatis annorum 84. fuit responsum, quod licet dicta
6 Immemorabilis fuit † articulata, nihilominus Beneficiati illius probatione non egent, cum ratione Curæ animarum, quam in d. loco de Cenizeros exercent, habeant Iuris assistentiā pro se quoad perceptionem Decimarū eiusdem loci *cap. cum contingat & cap. cum in tua in fin. de decim. Castr. cons. 38. per tot. lib. 1. Seraph. decis. 1449. num. 5. Greg. XV. decis. 449. num. 1.*

Verum, quia versamur in Iudicio manutentionis in quo Capitulum obtinuit mandatum Rotale de manutenendo in quasi possessione percipiendi integram quartam partem dd. Decimarum Ideo fuit conclusum Beneficiatis dandam esse Remissoriam sine retardatione d. mandati de manutenendo.

Et ita vna tantum &c.

CESENATEN. CENSVS.

Veneris 4. Iulij 1636.

ARGVMENTO.

Non indiget,

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ, & decreta Iudicum recipiunt interpretationem ab actis, quamuis etiam indefinitè loquantur.*

DECISIO CCCCXXXVII.

IAM per duas decisiones fuit firmatum Comites Valerium, & Aurelium de Rouarellis teneri soluere fructus Census de quo agitur, vti debitum Co: Hyppoliti, cuius debita cum obligatione Camerali soluere conuenerunt, & sic mandata contra ipsos relaxata esse exequenda: hodie tertio posita Causa super iisdem DD. Steterunt in decisis. Nam quoad Iustitiam dd. mandatorum illa non impugnabatur, quo verò ad validitatem de illa quoque DD. dixerunt constare non obstañ contra illam in hac positione deductis.

Et primo non obstat, quod dd. mandata fuerunt relaxata insolidum contra dd. Comites, cũ tamen pro medietate dumtaxat vnusquisque eorum teneatur soluere debita Comitis Hyppoliti, quia hoc facile tollitur, attento, quod dd. mandata habent relationem ad acta, & ad obligationem dd. Comitum, & sic intelliguntur pro rata vniuscuiusque nam certum est, quod sententiæ, & decreta † Iudicum recipiunt interpretationem ab actis, *Seraph. decis. 738. & fuit dictum in Bononien. de Cataneis 1. Februarij 1634. coram R.P.D. meo Merlino*, quamuis etiam indefinitè loquantur, præsertim ad sustinendum actum, & euitandum excessum, vt latè *in d. Bononien. de Cataneis*.

Secundò non obstat, quod obligatio fuerit facta in partibus, in qua non adest consensus in mandatum vnica Citatione præcedente & propterea dd. mandata non potuerint sub vnica Citatione decerni, & relaxari, sed erant decerneñ nisi infra tres, & successiuè relaxañ ad primam iuxta stylum A.C. de quo testatur *Rot. apud Zacch. decis. 103. num. 3.* Quia hoc pariter cessat, dum non semel, sed ter fuit factum decretum nisi ad primam. Vnde videtur per æquipollens satisfactũ decreto nisi infra tres, & fuerunt bis allegata præiudicialia, nempe factæ protestationes, quæ solent fieri antequã relaxetur mandatum, neque fuit quidquam oppositum vnde videtur fuisse renunciatum huic nullitati. Vltra quod Instrumentum obligationis Com. Hyppoliti, quem repræsentant Com. Valerius, & Aurelius habet consensum sub vnica &c. & sic videtur suffragari ad sustineñ dd. mandata, dum vigore eiusdem Instrumenti actum fuit contra prædictos Comites.

Cæteris obiectis visum fuit DD. sufficienter responsum in aliis decisionibus.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CAMBIORVM.

Veneris 4. Iulij 1636.

ARGVMENTVM.

Commissio est loco appellationis, quando expeditur intra decem dies ad appellandum, alioquin sententia transit in rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum si non fuerit appellatum infra decem dies.*

2 *Appellationis negatiua probatur ex reuolutione processus.*

3 *Appellatio interposita ab vno ex litis consortibus suffragatur alteri non appellanti.*

4 *Appellatio non interposita coram Iudice, sed solum dimissa cedula appellationis apud notarium perinde habetur, ac si interposita non fuisset.*
Et suffragari non potest cum remanserit deserta ob non commissionem causæ infra annum, illiusque non prosecutionem infra biennium, & vltra & num. 5.

6 *Appellationi renunciare videtur fideiussor, qui reportauit mandatum contra illum, cui intimauit molestias sibi illatas à principali Creditore.*

7 *Commissio porecta in Signatura Sanctissimi, quando non dicatur habere vim legitimæ appellationis.*

8 *Restitutio in integrum non datur absque læsione.*

9 *Cambiorum quantitas liquidata remanet ex relatione Periti, quando illa est fundata in libris in quibus cambia iustificantur.*

10 *Cambiorum liquidationem fideiussor censetur approbare si ea contra hæredes principalis debitoris vsus fuerit.*

11 *Pro Cambiorum iustificatione non requiritur productio litterarum, vt dictum dell' andata, quia illæ remanent penes corresponsales, quibus diriguntur.*

12 *Cambiorum liquidationis excessus concludenter ab allegante probari debet.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

QVONDAM Sannonus Curlus de anno 1625. dedit ad Cambium scut. 8. mil. auri bon: mem: Archiepiscopo Aquauiuæ, cuius obligationi accessit vti principalis, principaliter, & insolidum D. Flaminius Razantes.

Deinde Curlus cessit huiusmodi Creditũ DD. Acciaiolo, & Martello Mercatoribus in Vrbe, deditque pro fideiussore cla: me: Excellentissimum D. Principem Perettum, qui vlterius accessit obligationi factæ per Aquauiuam.

Acciaiolus, & Martellus satisfacti iam de sorte principali egerunt de anno 1631. coram A.C. contra d. D. Razzantem: bon: mem: Aquauiuam, & Illustrissimum D. Abbatem Perettum hæredem d. D. Principis pro consecutione Cambiorum, & recambiorum, quæ præuia relatione D. Iosephi Bonanni Periti iudicialiter electi fuerunt tunc liquidata ad scut. 5928. pro quibus A.C. mandatum relaxauit.

Sed facto nouo Calculo de anno 1635. & com-

computatis ne dum Cambijs calculatis, sed alijs de nouo vsque tunc decursis dd. Cambia fuerunt ab eodem Perito liquidata ad summam scut. 9630. 12. 2. pro quibus A.C. nouū mandatum relaxauit, à quo non fuit appellatum, & illius vigore d. D. Abbas fuit coactus soluere d. summam dd. Acciaiolo, & Martello à quibus d. D. Abbas reportata Iurium cessione pulsauit D. Razzantem, qui adita Signatura Sanctissimi obtinuit mihi committi causam restitutionis in integrum aduersus omissam appellationem ab excessiua liquidatione dd. cambiorum, propositoque à me dubio sub die 21. Maij præteriti An constaret de re iudicata, vel potius de causis restitutionis DD. quia Razzantes contendebat se fuisse læsum in d. liquidatione, sicque sibi côpetere restitutionem aduersus omissam appellatio nem ab excessiua liquidatione voluerunt illum audire super d. prætenso excessu, super quo ter posita causa tandem fuit hodie resolutum constare de re iudicata, & non constare de causis restitutionis in integrum.

Nam, quod attinet ad rem iudicatam, illa visa fuit clara, quia D. Razzantes non docet se à dicto mandato appellasse † infra decem dies datos de Iure ad appellandum, *cap. quoad consultorem de re iudic. cap. cum dilectus in fin. de elect. Auth. hodie C. de appell.*

Quinimo constat de contrario ex reuolu-
2 tione processus, quæ † benè probat negatiuā appellationis *Card. Mantic. decis. 34. num. 9. Greg. XV decis. 416. num. 5.* & ibi, *Adden. num. 8. Rot. diuers. decis. 64. nu. 2. part. 1. Gratian. discept. 548. n. 15 & disc. 857. num. 23.*

Non obstat, quod bon: mem: Aquauiua appellauit infra decem dies à dicto mandato relaxato ab A C. pro Cambijs vsque tunc de-
3 cursis, quæ † appellatio tanquam interposita ab vno ex litis consortibus dicebatur suffragari D. Razzanti non appellanti, cum vna sit, & indiuidua causa defensionis, *Scacc. de appell. quæst. 5. num. 58. & quæst. 12. num. 37. & 78.* Vnde inferebatur non potuisse dd. Acciaiolum, & Martellum redire ad eundē Iudicem à quo, & ab illo nouum mandatum obtinere in præiudicium appellantis, cui fuerat ius quæsitum *Imol. in cap. vna sententia il penult. sub nu. 2. art. fin. vers. sed hic potest esse dubium de appell. cum alijs alleg.*

Quoniam vltra, quod illa non visa fuit ve-
4 ra appellatio cum non † fuit interposita corā Iudice, neque ab eodem fuerunt Apostoli petiti, sed solum dimissa cedula appellationis apud Notarium, quæ propterea perinde habetur, ac si nullatenus interposita fuisset *Rot. decis. 396. num. 3. par. 2. recent.* adhuc suffragari
5 nòn potest, cum † remanserit deserta ob non commissionem Causę infra annum, illiusque non prosecutionem infra biennium, & vltra *Cæs. de Graff. decis. 134. sect. 3. nu. 1. tit. de reb. Eccl. non alien. Caputaq. decis. 31. & decis. 32. par. 1.*

Præsertim, quia Procurator eiusdem Razzantis citato D. Duce Atriæ hærede d. D. Aquauiuæ præuia repetitione molestiarum sibi pro dd. Cambijs illatarum ac decreti obtenti per d. Abbatem petiit, & obtinuit ab eodem A.C. mandatum contra eumdem D. Ducem iuxta formam Iurium in actis productorum,
6 sicque censetur etiam d. appellationi, † si quę fuisset renunciasse, *Franc. in cap. cum teneamur num. 4. vers. vlt. & cap. sollicitudinem 54. num. 10. de appell. Rebuff. de appell. art. 15. glos. 1. numer. 7.*

Nec pro appellatione Razzantis valet suf-
7 fragari Commissio † per eum porrecta in Signatura Sanctissimi ab excessiua liquidatione Primò quia Sanctissimus commisit causam cum clusula Constito de legitima appellatione, sicque voluit quod d. Commissio effectū appellationis non haberet, *Reuerendissimus D. meus Decanus decis. 225. num. 2.* Secundò, quia Commissio appellationis tunc demum habetur loco appellationis, quando expeditur infra decem dies, non autem illis elapsis, prout contingit in casu isto, *iuxta doct. Sarn. in reg. de Annal. qu. 65. num. 3. vers. praeterea Bellam. decis. 219. num. 1. Caputaq. decis. 36. num. 2. part. 1.*

Minùs obstat, quod neque D. Abbas appellauerit à dicto mandato, sicque illud eius culpa transiuerit in iudicatum. Quia nemo tenetur litigare, vel appellare dum agnoscit semalum Ius souere *Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 18. num. 62. Caes. de Graff. decis. 12. de praeben. Acchill. decis. 2. de empt. & vend.*

Quod verò attinet ad secundam partem resolutionis nimirum non constare de causis restitutionis aduersus d. mandatum in iudicatum transactum, benè quoque illa subsistit, cum d. mandatum sit validum & iustum, &
8 per consequens cesset læsio, sine qua † restitutio non datur *Rot. decis. 1. de rest. in integr. in nou. Seraph. 1238. num. 1. Rot. in Romana deuolutionis 17. Iunij 1615. coram Reuerendissimo Cardinal Verospio, & decis. 354. num. 1. post 2. vol. cons. Farinac.*

Validitatem siquidem præ se fert actorum reuolutio, ex quibus apparet omnia ad illam necessaria interuenisse *iuxta decis. Caputaq. 260. par. 2.*

Iustitia verò liquet ex obligatione eiusdem D. Razzantis, quia vltra restitutionem sortis etiam pro Cambijs, & recambijs illius in forma Cameræ se obligauit.

Quantitas autem dd. Cambiorum, quæ in secundo Calculo fuerunt liquidata ad prædictam summam scutorum 9630. 12. 2. satis iu-
9 stificata † remanet ex relatione D. Bonanni Periti per Iudicem electi, quæ cum sit fundata in litteris *della tratta, e delli ritorni*, & in partitis librorum, in quibus Cambia iustificantur *Rot. Ianuen. decis. 33. num. 11. Seraph. decis. 949. n. 1. & fuit dictum in Romana Cambiorum 4. Maij 1629 cor. R. P. D. meo Motmanno* benè probat ad hunc effectum *Ruin. cons. 16. in fin. vol. 5. Paris. cons. 89. num. 510. Rot. decis. 393. num. 4. in fin. par. 2. recen. in posth. san: mem: Greg. XV decis. 220. num. 4.*

Præsertim, quia Razzantes citatus in Iudicio intentato ab Acciaiolo, & Martello contra Ill. D. Abbatem nihil opposuit, neque à dicta relatione reclamauit, vt benè ad propositum considerat *Bart. in l. instar num. 10. C. de*

Iur. Fisc. lib. 10. Ruin. d. conf. 16. in fin. lib. 5. Rot. decis. 393. num. 2. par. 2. in posthum.

10 Quibus accedit, quod idem † Razzantes vsus fuit d. liquidatione cum egerit contra d. D. Ducem Atriæ hæredem bon: me: Archiepiscopi Aquauiuæ pro eadem summa contenta in d. liquidatione, & ideò censetur illam approbasse *Dec. conf. 297. nu. 2. Alex. conf. 117 num. 2. vol. 5. Surd. conf. 351. num. 4.*

Non obstat, quod omnia Cambia decursa dicto anno 1625. vsque ad annum 1635. non probentur realia. Primò quia coram A. C. non fuerunt producta litteræ quas vocant dell' andata ab anno 1631. citra. Secundò quia in extractu in Rota transportato non reperiatur producta litteræ, quas vocant del ritorno trium vltimarum Nundinarum, nempè S. Io: Baptistæ, & Sancti Caroli anni 1634. & Purificationis B. Mariæ anni 1635. Tertiò quia in eodem extractu non adessent registratæ partitæ librorum dd. Acciaioli, & Martelli ab anno 1625. vsque ad annum 1631. ex quibus apparet prætium dd. Cambiorum.

11 Etenim quoad litteras dell' andata fuit responsum illarum productionem non † requiri pro iustificatione & realitate Cambiorum, cum illæ remaneant pœnes correspondales, quibus diriguntur *Rot. Ianuen. decis. 26. num. 22. & fuit dictum in Romana Cambiorum 4. Maij 1629 coram R. P. D. meo Motmanno in Romana discussionis bonorum 26. Iunij 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quo verò ad litteras del ritorno obiectum remouetur ex facto, quia ex processu mihi oculatiter ostenso constat d. litteras reuera fuisse coram A. C. productas.

Quoad partitas denique librorum, illarum defectus cessat ex eo quia d. Extractu postmodũ correcto præuio decreto constitit dd. partitas fuisse quoque realiter coram A. C. productas, licet errore extractistæ non descriptas.

Non obstat prætensus excessus d. liquidationis desumptus ex eo, quod Peritus liquidauit omnia Cambia decursa ad rationem currentem, & vt dicitur, à tutto corso, cum tamen pro duobus primis annis fuerit conuẽtum, quod Cambia calculari deberent ad rationem scut. 9. pro Centenario. Nam obiectum cessat pariter ex facto. Quandoquidem Acciaiolus & Martellus pro Cambijs decursis pro dd. duobus primis annis deduxerunt eam pecuniarum summam, quæ excedebat dd. scut. 9. pro Centenario, illamque descripserunt ad creditum d. D. Aquauiuæ principalis debitoris, aliorumque pro dd. Cambijs obligatorum, vt constat ex partitis datis in Summario.

Demum non obstat, quod in prædicta relatione non fuerit habita ratio sc. 2289. quam Razzantes prætendit soluisse pro D. Aquauiua dd. Acciaiolo, & Martello.

Quoniam neque ex partitis ex quibus deducitur ista solutio, neque aliunde probatur dd. pecunias solutas fuisse in causam Cambiorum, de quibus agitur, cum tamen excessus 12 concludenter † ab allegante probari debeat *Gig. de pens. quæst. 9. Seraph. decis. 1189. num. 2. & faciunt tradita per Aym. conf. 201. num. 29.*

Sed reuera si solutio dd. pecuniarum in hanc causam cessisset, neque Acciaiolus & Martellus dd. partitas ad creditum D. Razzantis in eius libris describere omisissent, prout alias descripserunt neque D. Razzantes illas coram A. C. qui mandatum relaxauit, producere neglexisset.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

ROMANA ALIMENTORVM.

Veneris 4. Iulij 1636.

ARGVMENTVM.

Sententia iusta, & valida, si sit deserta, & transacta in iudicatum exequenda est nec habet locum restitutio in integrum post petitam executionem.

SVMMARIVM.

1 *Causa appellationis non prosequuta infra biennium remanet deserta, & sententia transit in iudicatum.*

2 *Causæ desertio euitari non potest per solam transportationem actorum, sed requiritur vt appellans causam per sententiam terminari curet infra biennium, vel saltem instare debet quod sententia infra dictum tempus feratur: adeout nec vnica sufficiat instantia, sed replicata requiratur.*

3 *Causa nullitatis commissa vnà cum causa appellationis durat 30. annis.*

Limita si nulla deducatur nullitas, nam hoc casu dicta commissio non impedit, quin semper transeat in iudicatum, & num. 4.

5 *Sententia iusta, & valida, sed transacta in iudicatum exequi debet in causa priuilegiata, scilicet pro alimentis.*

6 *Restitutionis in integrum commissio obtenta post petitam executionem rei iudicatæ, ipsam executionem retardare non potest.*

7 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

DECISIO CCCCXXXIX.

MARCVS Bonellus egit contra Marchionem Cassani prædefunctum eius germanum fratrem pro alimentorum præstatione, quæ A. C. taxauit ad menstrua scut. 12. sed Rota ad quam causa per appellationem deuoluta fuit censuit ea deberi ad rationem scutorum 20. menstruorum ex rationibus, & fundamentis deductis in duabus decisionibus coram Reuerendissimo Vrgellen, qui successiuè suam tulit sententiam diffinitiuam, à qua licèt Marchio appellasset infra legitima tempora, & causam mihi committi obtinuisset; Attamen cum spatio 26. mensium, quibus superuixit causam dictæ appellationis non fuisset prosequutus, dedi dubium, An constaret de re iudicata, vel alias esset locus executioni dictæ sententiæ, in cuius positione habita sub die 21. Aprilis præteriti, quia heredes dicti

dicti D. Marchionis prætendebant patrimo-
nium fuisse per eius obitum non leuiter di-
minutum, sicque dd. quoque alimenta esse
diminuenda, placuit pro nunc videre, An
constaret de re iudicata, quæ sit exequenda
pro alimentis decursis vsque ad diem obitus
dicti D. Marchionis, quo dubio hodie propo-
sito fuit responsum affirmatiuè.

Nam quod attinet ad rem iudicatam illa
detegitur clara, quia dicta sententia lata fuit
de mense Iunij 1628. Marchio verò obijt sub
die 7. Augusti 1630. infra quod tempus, cum
1 ipse causam † dictæ appellationis non fuerit
prosequutus, vtique illa deserta remansit, &
sententia in iudicatum transiuit, *Auth. ei qui, &*
in l. fin. §. illud, C. de temp. appell. c. cum sit, Rom.
de appell. Clem. sicut eodem tit.

Nec obstat, quod infra biennium fuerint
acta transportata. Nam vltra quod dictorum
actorum transportatio non legitur facta ad in-
stantiam ipsius Marchionis appellantis, neque
ad instantiam Marci appellati, sed à quodam
tertio eiusdem Marci asserto creditore, adhuc
illa non suffragatur. Quia sola actorum trans-
2 portatio non sufficit ad euitandam† causæ de-
sertionem, sed requiritur, vt appellans causam
per sententiam terminari curet infra bienniũ,
Ruginell. de appell. §. 10. gloss. 2. num. 40. Vrsill. ad
Afflict. decis. 78. num. 3. Rota decis. 25. num. 1. & de-
cis. 38. de appell. in antiq. & fuit dictum in *Peru-*
sina bonorum 17. Aprilis 1627. coram bon. memor.
Buratto.

Vel saltem instare debet, quod sententia
infra dictum tempus feratur, *Rota decis. 25. in*
fine, & dicta decis. 38. in fine de appell. in antiq. Se-
raphin. decis. 597. num. 2.

Adeout nec vnica sufficiat instantia, sed re-
plicata requiratur, *Salyc. in d. l. fin. §. illud sub*
num. 4. post med. versic. sed sufficient protestationes,
C. de temp. appell. Felin. in cap. ex litteris num. 8. post
med. vers. 7. fallit de const. Alex consil. 19. num. 5. per
tot. lib. 1. & consil. 31. num. 2. vers. vbi voluit lib. 4.
Becc. consil. 171. num. 9. lib. 2. Osasch. decis. Pedem.
12. num. 7. & seq.

Non obstat, quod vltra causam appellatio-
nis, fuerit æquè principaliter commissa causa
3 nullitatis, † quæ durat annis 30. *Seraph. decis.*
1489. num. 1. Rota in recent. decis. 512. num. 3. par. 2.
Greg. XV. decis. 306. num. 1.

Quia cum nulla deducatur nullitas dictæ
4 Commissio † non impedit quin causa reman-
serit deserta, & abierit in iudicatum, *Rota in*
Ciuitatis Castelli bonorum 15. Martij 1621. coram
Eminentissimo Cardinali Verospio, quæ est decis. 134.
num. 5. impress. per Modern. Perus. post tract. de ma-
nuten. & decis. 156. num. 8. par. 2. recent. Adden. ad
Gregor. XV. decis. 306. num. 4.

5 Hanc autem sententiam † in iudicatum
transactam esse exequendam pro alimentis
decursis vsque ad diem obitus D. Marchionis
caret difficultate cum illa iusta sit, & valida
tot. tit. C. de exec. rei iudic. Paris. consil. 105. num. 29
par. 1. Hond. consil. 61. num. 10. lib. 1. Cappel. Tholos.
quæst. 84. Rota coram Reuerendissimo D. meo Deca-
no in Ferrarien. bonorum 7. Iunij 1607. & in Rauen-
natẽ emphyteusis 22. Maij 1628. coram eodem.

Validitas controuerti non potest, cum ex
reuolutione actorum appareat iurisdictionem
fuisse tributam per specialem commissionem
seruatos fuisse terminos substantiales, ac cita-
tionem ad sententiam præcessisse, *Caputaq. de-*
cis. 260. par. 2.

Iustitia verò liquet ex dd. duabus decisio-
nibus Reuerendissimi Vrgellen. solidissimis
fundamentis fulcitis, contra quas nil hodie
releuans deductum fuit.

6 Nec obstat † commissio prætensæ restitu-
tionis in integrum obtenta per hæredes dicti
D. Marchionis; Quia cum illa fuerit obtenta
post petitam executionem rei iudicatæ, ipsam
executionem retardare non potest, *Alex. consil.*
223. num. 6. lib. 6. Cephal. consil. 263. num. 38. lib. 2.
Honded. consil. 27. num. 32. lib. 2. Cæsar de Grassis de-
cis. 1. num. 14. de rest. in integr. Canal. decis. 281. n. 2.
Greg. XV. decis. 120. num. 18.

Præsertim cum, vt dictum est, dicta sen-
tentia iusta sit, & valida, sicque excludatur
7 læsio, sine qua † restitutio non datur, *Rota dec. 1*
de restit. in integr. in non. & decis. 532. num. 1. par. 1
Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 263. num. 5.

Non obstat, quod dictus Marcus habuerit
in vita Marchionis scut. 12. pro dd. alimentis
iuxta taxationem factam ab A. C. Quoniam
ipse dictam taxationem non controuertit; sed
petit residuum vsque ad summam scutorũ 20
vigore sententiæ Rotalis in iudicatum tran-
sactæ, quam propterea dixerunt DD. esse exe-
quendam pro scut. 20. detractis ijs, quæ ad
computum illorum apparebit Marcum per-
cepisse.

Cætera quæ exaduerso opponebantur visa
fuerunt extra dubium, quod hodie positum
fuit.

ROMANA TAXATIONIS DOTIS.

Lunæ 17 Nouembris 1636.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Dos regulariter succedit loco alimentorum, quæ*
præstari debent filiæ naturali iuxta facultatem, &
dignitatem parentum.

2 *Bona stabilia, quando alienantur, transeunt semper*
cum onere suo.

DECISIO CCCCXL.

NON acquiescente D. Marchione de Ma-
ximis decisionibus in ista causa factis
coram me sub diebus 28. Martij 1631. & 10.
Ianuarij 1634. in quibus dos Orinthiæ de Ma-
ximis filiæ naturalis q. Lucæ iunioris fuerat
taxata in scutis 4000. Iterũ consului Dominos
super taxatione dictæ dotis, quam hodie fuit
responsum deberi in summa scutorum 3270.
& sic in hac parte dictas decisiones esse refor-
mandas.

Nam quod debeatur dos Orinthiæ visum
fuit omni prorsus carere difficultate ex ijs, quæ

super hoc ex abundanti dicta fuerunt in decisionibus tam coram bon: mem: Penia, quam etiam coram me emanaris.

Ratio autem quæ hodie mouit DD. ad taxandum dictam dotem in prædicta summa scutorum 3270. desumpta fuit ex eo, quod D. Marchio ex pretio bonorum q. Lucæ Senioris, ex quibus dicta dos debetur iam inuestiuit scuta 6540. in tot locis Montium non vacabilibus pro alimentis dictæ Orinthiæ, & Ferdinandi fratris, ex quibus dempta medietate pro alimentis dicti Ferdinandi remanet altera medietas, quæ conflatur ex dicta summa scutorum 3270. pro alimētis dictæ Orinthiæ, pro cuius dote eadem summa satis congrua visa fuit, attentis facultate, & dignitate parentum ex quibus descendit, cum regula-
1 riter dos † succedat loco alimentorum, quæ præstari debent filiæ naturali, iuxtà facultatem, *&* dignitatem parentum, *ad not. in c. cum haberet in fine de eo qui duxit in vxor. Conar. in epit. de sponsal. par. 2. §. 6. num. 11. vers. sed procedit, Cordub. de lib. agnosc. §. idem rescripsit num. 54. in fine*, Vbi dicit hoc esse relinquendum arbitrio Iudicis, & in terminis dotis filiæ naturalis per *textum in dicto c. cum haberet* dicit Paleot. *de not: & spur. cap. 50. in princ. vers. ego tamen*, & subdit cum fortasse secundum patriæ cōsuetudinem indecorum esse possit filiæ ex clarissimo, & locupletissimo patre genitæ illud sibi dotis nomine dici, quod alioquin, si celebs remansisset, sibi ad quotidianum victum satis esse posset.

Non obstant ea quæ deducebantur ad probandum extenuationem patrimonij q. Lucæ senioris. Quia vltra quod prætensa extenuatio non probatur nisi ex quibusdam testibus, quorum dicta non concludunt, adhuc illa probata non visa fuit releuare, cum ass. alienationes fuerint factæ à D. Marchione post natiuitatem, & nuptias ipsius Orinthiæ, quæ proinde illi præiudicare non possunt. Nam alias esset in facultate hæredis grauati dissipare patrimonium, ac puellam dotandam excludere, vt in proposito dixit *Rota decis. 457. num. 2. par. 4. diuers. Fusar. de substit. q. 531. nu. 158.*
2 semperque bona † transeunt cum onere suo, & affecta dicuntur pro constitutione dotis etiamsi transeant in extraneum, vt in terminis *Auth. res quæ, C. com. de leg. tradit Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 69. num. 6. Rota in Spoletana Fideicommissi 14. Decembris 1634. & in Romana Dotis 14. Martij 1635. coram R.P.D. meo Merlino.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA ASSECVRATIONIS.

Lunæ 24. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Obligatio asse curatorum an cesset cum naufragium nauis ex mera fraude, & dolo malo nautarum euenit.

SVMMARIVM.

1 *Actores concludenter probare tenentur casum promissæ stipulationis tanquam fundamentum suæ intentionis.*

2 *Testes examinati in criminali super eadem re, & mandato, probant etiam in iudicio ciuili contra eosdem inducentes.*

3 *Testibus deponentibus de naufragio nauis ex impetu maris, licet sint nautæ eiusdem nauis solet adhiberi fides.*

4 *Testes cum agant de se exculpando non probant.*

5 *Assecuratorum obligatio cessat quando naufragium nauis ex mera fraude, & dolo malo patroni, & nautarum euenit.*

6 *Testes de auditu, cum simus in re facta in mari, & sic difficilis probationis debent admitti.*

7 *Fraudes, & barattariam ad probandum sola contestura admittuntur.*

DECISIO CCCCXLI.

NONNVLLI Mercatores Vrbis de anno 1630. assecurarunt Io: Francisco Gauotto quandam quantitatem leguminum à flumine Badini ad Ciuitatem Genuæ, siue Sauonæ vehendam super Tartana patroni Marci Pharaonis, & barattaria excepta, susceperunt omne periculum per hæc verba: *Correndo risico li sottoscritti Signori Assecuratori d'ogni caso di mare di rappresaglie, ò rubbarie d'amici, ò di nemici, e d'ogni altro oporteuole disastro*, prout latiùs in Apoca desuper confecta. Prætenditur quod hęc Tartana in itinere circa portum Finum fuerit submersa. Vnde DD. Gauotti hęredes Francisci egerunt contra dd. Assecuratores pro summis assecuratis coram A.C. à quo sententiam contrariam reportarūt, postmodùm causa per appellationem ad Rotam deuoluta, mihique commissa proposui dubium, An dicta sententia esset confirmanda, & Domini stante eius validitate, & iustitia, pro confirmatione responderunt.

Validitas enim non controuertebatur, Iustitia verò est patens, quia tantùm abest, quod DD. Gauotti probent euenisse casum promis-
1 sæ stipulationis in dicta Apoca, prout † concludenter probare tenentur pro eorum intentionis fundamento, cum sint Actores, *l. actor, C. de probat. & fuit dictum in Romana Assecurationis 1. Iulij 1633. coram R.P.D. meo Merlino*; Quinimò constat de exceptione Assecuratorum, qui sunt rei, nempè de Barattaria Patroni expresse excepta in dicta stipulatione: Nam respectu minarum 66. res prorsus caret difficultate, quod in illis adsit Barattaria; Nam testes qui dantur pro parte Assecuratorum *num. 3. & 4.* explicitè deponunt dd. Patronum, & Nautas in Gulpho Spetiæ illas vendidisse, & hoc idem probatur ex querela porrecta à DD. Gauottis contra eosdem Nautas in Ciuitate Genuæ, ex qua resultat confessio ipsorum, necnon ex sententia lata contra eosdem Nautas pro Barattaria.

Nec obstat, quod dicatur dd. Testes vti examinatos in iudicio criminali non esse admittendos

tendos ad probandum in iudicio ciuili. Quia
2 cum fuerint † examinati ad instantiam DD. de Gauottis super eadem re, & materia probant contra eos etiam in ciuili, *Bart. in l. 2. §. edicto sub num. 5. ff. de vi bon. rapt. Rnin. consil. 4. num. 5. lib. 4. & fuit dictum in Romana Administrationis Fundaci 6. Nouembris 1619. coram bon. mem. Buratto, & in Anconitana Terrarũ 20. Martij 1612 coram bon. me: Vbaldo.*

Respectu verò reliquæ quantitatis leguminum non probatur submersio Tartanæ allegata per DD. de Ganottis.

3 Neque obstant Testes examinati † in testimoniali dato in *Summario num. 3.* deponentes de naufragio d. Tartanæ ex impetu maris, quibus licet sint Nautæ eiusdem Tartanæ, tamen in hac materia debet adhiberi fides, *l. quoties obruta, C. de naufrag. Soccin. sen. consil. 17. nu. 5 lib. 1.* Quia non fuerunt habiti in consideratione per Dominos. Nam fuit animaduersum dd. Testes esse ipsummet Patronum, qui commisit Barattariam vendendo legumina, & alios Nautas, qui vti participes d. fraudis fuerunt condemnati ad triremes, & in exilium respectiuè per Magistratum Genueñ, qui qui-
4 dem Testes † cum agant de se exculpando non probant, *Cas. de Graff. decis. 475. num. 77. Farinac. de testibus q. 60. num. 18. Gregor. XV. decis. 435. nu. 9.* Et vlterius deteguntur falsi tàm in negando, quod d. Patronus, & ipsi vendiderint dd. legumina, quàm in affirmando duplas Patrono repertas fuisse retractas de reb. proprijs ipsius Patroni, cum tamen contrarium constet ex processu fabricato Genuæ, ex quo clarè probatur venditio dd. leguminum facta ad quantitatem 66. minarum, & dd. duplas esse retractas ex ipsa venditione, propter quæ ipsi fuerunt condemnati, quare eorum depositio corruit in totum, *Alex. consil. 170. num. 9. lib. 2. Rota decis. 100. num. 1. & 2. post 2. volum. consil. Farinac Valent. consil. 78. num. 47. & 84.* & ad effectum vt Testes non admittantur ad probandum sufficit etiam suspicio fraudis *Auin. consil. 158. n. 27. in fine lib. 5. Farin. quæst. 55. num. 69.*

Sed dato etiam, quod ex dicto testimoniali esset probatum d. naufragium, tamen ex coniecturis, quæ in præsenti casu concurrunt visum fuit DD. probari illud non impetu maris, aut alio casu fortuito euenisse, sed ex mera fraude, & dolo malo Patroni, & Nautarum,
5 quo casu cessare obligationem † assecuratorum huiusmodi, & casum venire sub exceptione Barattariæ, firmat *Stracc. de assecur. gl. 31. num. 2. versic. finge, & versic. seq. numer. 6. par. 1. fol. 378.*

Coniecturæ autem quæ concurrunt ad suadendum dictum naufragium fuisse dolosè factum plures sunt. Prima enim desumitur ex
6 depositione Antonij, & Lazari, qui dicunt † se audiuisse, quod dd. Nautæ nauium submerserant, & licet deponant de solo auditu, attamen cum simus in re facta in mari, & sic difficilis probationis debent admitti, *Farinac. de testibus q. 69. nu. 48. & seq. & num. 49.* Et quod ad huiusmodi fraudes, & Barattariam proban-
7 dum † solæ coniecturæ admittantur, firmant *Stracc. de assecur. gloss. 31. num. 5. Castill. decis. 167. num. 15. Rota Genuen dec. 2. nu. 2.* stantibus præcipuè aliis de quibus infra Secunda oritur ex verisimilitudine, quod dd. Nautæ post dictam vẽditionem leguminum noluerint prosequi iter ad locum destinatum cum apud eos quibus erant consignanda legumina non habebãt aliquam excusationem sine aliqua machinatione, quæ verisimilitudo in hac materia probationis plurimum attendi solet, *Surd. decis. 231. num. 17. & decis. 325. num. 1. Gregor. XV. decis. 747. num. 4.* Tertia coniectura desumitur ex eo, quod cum ex supradictis probatur dolus, & Barattaria in minis 66. præsumitur cõtinuatio eiusdem doli, & generis mali, quæ transfert onus probandi in eum qui contradicit, vt benè per *Bart. in l. si priusquam 15. nu. 18. sub vers. 5. oppono, ff. de oper. non. nunc Nauar. consil. 59. num. 18.* Quarta coniectura oritur ex inuerisimilitudine imo impossibilitate saluandi cum personis res proprias, si dictum naufragium, vt per dd. Nautas refertur in dicto testimoniali contigisset longè à terra duobus milliaribus, ex maris procellis, ventisque contrarijs cõcitatũ, quę inuerisimilitudo naturalis facit probabilem coniecturam, *Rota decis. 61 num. 11. par. 1. recent.* & inducit imaginem falsitatis *Farinac. consil. 38. sub num. 4. lib. 1.* Vnde confirmatur dictum naufragium fuisse excogitatum ad tegendam supradictam fraudem, & Barattariam.

Quinta demùm coniectura oritur ex non prosecutione itineris, dum tempus erat, & poterant cum salute Tartanæ, & leguminum ad locum destinatum peruenire, vt deponunt Testes, ex qua etiam culpa Assecuratores excusarentur, cum præsertim commissa fuerit, nedum in non nauigando tempore apto, trahendo nunc moram in procuranda venditione leguminum, sed quod magis est reuertendo retro à portu Fino ad locum Sigestri ad exonerandum legumina dolosè vendita, vt deponunt dd. Testes *num. 4. Santern. de assecurat. par. 3. num. 48. Stracch. eodem tractat. gloss. 31. sub num. 2. vers. & denique, & num. 4. vers. sexta facti, Odd. consil. 31. num. 32. vers. ad 3. & num. 33.*

Et ita vtraque parte informante conclusum.

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Luna 24. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Tutor negligens inuestire pecunias pupillares an teneatur ad interesse lucri cessantis. Milites Religionis Immaculatæ Cõceptionis Beatæ Mariæ gaudent priuilegio exemptionis à Curia sæculari, & an per solam susceptionem habitus liberentur ab instantia prius cæpta coram Iudice laico.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad concludendum in causa non operatur effectiuam conclusionem, nisi Iudex in termino d. citationis interloquatur.*

2 *Stylus quando est contra iuris dispositionẽ, non attenditur nisi probetur per testes formiter examinatos, & quod sit legitimè præscriptus.*

3 *Tutor si negligens reperiatur à pupillo in inuestiendo eius pecunias, non tenetur ad interesse lucri cessantis, nisi probetur, quod tunc adfuerit in indiuiduo commoditas inuestiendi pecunias pupillares.*

4 *Iudex laicus est omnino incapax in causa Clerici, etiam quod instantia fuerit prius capta coram ipso.*

Limita non procedere in Militibus, qui efficiuntur Bechet, qui ettamsi habeant priuilegium exemptionis à Curia sæculari, nihilominus sola habitus superuenientia, nõ liberat eos ab instantia prius capta coram Iudice laico, & num. 5.

6 *Dilatio ad inuestien. pecunias pupillares à lege, seu à Testatore Tutoribus concessa, suffragari debet etiam Tutori datiuo.*

DECISIO CCCCXLII.

SVB die 24. Nouembris præteriti fuit resolutum non esse procedendum ad vlteriorem executionem mandati scut. 3800. relaxati ab Inquisitore Meleuitano ad fauorem Francisci Perdicomati contra Equitem Mattheum Cassiam, cum illud fuerit relaxatum in vim duarum sententiarum contra d. Equitem latarum, quæ tamen sententiæ nullæ fuerunt & iniustæ ex rationibus in dicta decisione deductis. Hodie iterum posita causa super iisdem DD. perstiterunt in decisis, quia fundamenta decisionis tàm respectu nullitatum, quàm respectu iniustitiæ dd. sententiarum ad huc subsistere visa fuere.

Nullitas enim primæ sententiæ desumpta ex defectu citationis non tollitur ex asserta conclusione in causa, quæ iuxtà stylum illarum partium dicebatur habere vim citationis ad sententiam, siquidem vt fuit responsum in dicta decisione, asserta conclusio non iustifica-
1 tur in facto, sed dumtaxat quædam citatio † ad concludendum, quæ stante oppositione partis non operatur effectiuã conclusionem, nisi Iudex in termino dictæ citationis interloquatur *gloss. in Clem. sæpe verb. conclusione de verb. signif. Greg. XV. decis. 140. num. 12.*

Non obstat allegatus stylus illarum partium faciendi vnicam citationem pro tota causa ad concludendum, faciendum collationem processus, & audiendum sententiam, quæ citatio quando (prout hic) fuit exequuta durat, donec durat ipsa instantia vsque ad prolationem sententiæ, vt attestantur Curiales. Quoniam vltra quod huiusmodi stylus satis æquiuocus reddebatur ex inspectione plurium processuum hinc inde exhibitorum fuit re-
2 sponsum, quod cum ille † sit contra iuris dispositionem *Put. decis. 241. num. 3. in correct.* non attenditur, nisi probetur per Testes formiter examinatos, quodque sit legitimè præscriptus, *Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 12. num. 2. & seqq. Put. decis. 241. num. 1. lib. 3. in correct.* quod non videtur probari ex d. fide Curialium, qui solum attestantur d. citationem runc demum suffragari, quando altera ex partibus non contradicit, vel post illam noua iura non producit. Vnde cum in præsenti casu d. Eq. Matthias non solum d. citationi se opposuerit, sed post illam noua iura produxerit, & Iudex illa admiserit, vtique d. citatio ad concludenũ circumducta remansit *Gratian. discep. 156 num. 39. Cappell. Tholos. decis. 14. Rota decis. 8. in antiq.*

Quo verò ad secundum videbatur cessare ex facto, cum non appareat dd. 60. fuisse defalcata ob damnum denegatæ dilationis, sed ob aliã causam, & in omnẽ euentum d. summa non potest resarcire excessum vsurarum, in quibus Tutor in dd. sententijs fuit grauatus ob d. non inuestimentum, vt patet ex calculo dato pro parte d. Equitis.

Rursus iniustitia dictarum sententiarum desumpta ex eo, quod illæ condemnant dictũ Matthæum ad prædictas vsuras, cum tamen nullibi constaret d. Equitem Matthæum habuisse promptam, & tutam occasionem inuestiendi pecunias pupillares, prout erat necesse ad hoc vt ipse tamquam negligens condemnari posset, adhuc hodie viget. Nec illa tollitur ex eo, quod dictus Eques non fuerit condemnatus ad vsuras, quas hodie sublatas esse probat *text. in cap. quia in omnibus, & ibi gloss. & Doct. de vsur.* sed ad interesse lucri cessantis quod pupillus iustè percipere potuisset si illius pecuniæ inuestitæ fuissent, *iuxta doctr. Bart. in l. diues, ff. ad l. falcid.* Vbi ait, quod eo modo quo olim obligabatur Tutor, & Curator pupillarem, aut minoris pecuniam fœnori expendere, eodem modo eamdem pecuniam Mercatoribus idoneis in societatem honestam, vel ad aliquod cõmercium pro honesta quadam, ac licita lucri parte assignare, & tradere cogitur, quod ius licitum esse, firmat *text. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. & ibi Abb. & cæteri Doct. & latè Iodoch. in tit. de minor. pupillor. quæ interess. per tot. & præsertim à num. 46. vsque ad 58.*

Nam fuit responsum huiusmodi interesse iuxta opinionem, quam Rota sequitur non
3 deberi, † nisi probetur quod tunc adfuerit in indiuiduo commoditas inuestiendi pecunias, *iuxta tradita per Castr. in l. 3. ff. de eo, quod cert. loco Mohed. decis. 3. de vsur. per tot.* quod tamen non probatur.

Nec releuãt Testes deponentes in Insula, & Ciuitate Meleuitana semper extare promptã occasionem inuestiendi pecunias.

Nam huiusmodi probatio visa fuit DD. nimis generica ad hoc vt Tutor posset condemnari ad prædictum interesse, cum ad hunc effectũ deberet in specie probari, quod de tempore quo ipse tutor habuit in manibus pecunias pupillares adesset in indiuiduo talis cõmoditas inue-

inuestiendi, vt in specie de Tutore dixit *Rota apud Caputaq. decis.46. lib.3. in manuscript. & in Romana Bonorum de Cecchis 23. Maij 1599. coram Penia, & benè Ioseph Ludou. decis.67. num.5.& 6. & post alios Castill. quotid. controu. cap.1. num 45. parte 2.*

Altera verò nullitas 2. sententiæ ex defectu iurisdictionis, ex quo illa prolata fuerit à Iudice laico contra d. Equitem Matthæũ, qui iam susceperat habitum Militum Religionis Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ, adhuc in
4 suo robore sistit, cum Iudex laicus † sit omnino incapax in causa Clerici, etiam quod instantia fuerit prius cępta coram ipso, cum id non impediat quin titulus Clericatus, vel professionis superueniens suffragetur ad effectum exemptionis, *iuxta notat. per Vrsill. ad Afflict. decis.24. num.9. cum alijs allegatis in dicta decisione.*

Nec dicatur prædicta procedere in ijs qui efficiuntur Clerici, vel professionem emittũt, & sic in verè Religiosis, non autem in Militibus, quibus sola habitus susceptio non videtur suffragari ad effectum exemptionis à Curia sæculari, in qua prius instantia cæpta fuit, vt sensit *Bart. in l.1. num.4. ff. de pœn. quem sequitur Bald. in l. Officiales in fin. de Episc. & Cler.* Nam fuit responsum, quod tàm Bart. quàm Bald.
5 loquuntur de illis qui efficiuntur Bechetti seu Milites gaudẽtes, quia si habeant priuilegium exemptionis à Curia sæculari, nihilominus sola habitus superuenientia non liberat eos ab instantia prius cępta coram Iudice laico, cum dd. Milites habitum dumtaxat mutent; sed bona propria, & vxorem retineant, & ideò illorum doctrina non applicatur istis Militibus Militiæ Christianæ qui profitentur tria vota, & sunt verè Religiosi, ac tales appellantur in Bulla eorum erectionis.

Quo verò ad iniustitiam earumdem sententiarũ attinet desumptam ex eo, quod dictus Eques Matthęus fuerit condemnatus ad vsuras pupillares non habita ratione dilationis vnius anni iuxta præceptum Testatoris, vel saltem sex mensium iuxta illius dispositionem ad inuestiẽdum pecunias pupillares, euitari non potest ex eo, quod respectu dilationis annalis, illa fuerit indulta Francisco Mariæ Tutori testamentario, sicque ad personam dicti Equitis Matthæi Tutoris datiui extendi non debeat; respectu verò dilationis sex mensium fuerint illius contemplatione defalcata scuta 60.

6 Nam quoad prædictam dilationem † vnius anni ad inuestiendum pecunias pupillares cõcessam à Testatore d. Francisco Mariæ, fuit responsum illam suffragari etiam D. Equiti, ex quo in locum d. Francisci fuit à Iudice subrogatus, qui proinde diuerso iure censeri non debet, *Seraphin. decis.1496. num.3.*

Et ità vtraque &c.

LAVDEN. PENSIONIS.

Veneris 17. Decembris 1636.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Oris aperitionem obtinere ille debet in Signatura Sanctissimi ad effectum nouæ audientiæ, cui silentium fuit impositum à Summo Pontifice.*

DECISIO CCCCXLIII.

VT aliàs in ista causa dictum fuit sanct. mem. Clemens VIII. motu proprio annuam pensionem scutorum mille super fructibus Monasterij Sancti Michaelis de Bremio Ordinis Eremitarum S. Hieronymi ad fauorem Mensę Capitularis Ecclesiæ Lauden. reseruauit. Cuius reseruationis vigore Monachi prædicti Monasterij dictam pensionem spatio plurium annorum persoluerunt: sed cum postmodum causam in Rota super nullitate, seu reductione dictæ pensionis bo: me: Iusto committi obtinuissent, fel. rec. Paulus Quintus causam prædictam auecauit à Rota illamque bon. mem. Cardinalibus Seraphino & Pamphilio commisit, à quibus habita relatione de illius meritis litem extinxit, & dictã pensionem confirmauit cum clausula, quod de subreptione, vel obreptione, vel nullitatis vitio, seu defectu intentionis dari non posset, cum clausula sublata, ac decreto irritanti, alijsque amplissimis clausulis. Quapropter Monachi continuarunt in solutione d. pensionis. Sed annis proximè elapsis prætendentes fructus d. Monasterij adeo esse diminutos, vt illi non sufficerent pro congrua ipsorum sustentatione, ac solutione dictę pensionis institerunt pro dubio, An super fructibus d. Monasterij deberetur prius congrua ipsius Monachis, quam pensio Canonicis. Quo hodie proposito DD. dixerunt eis denegandam esse audientiam, quia, vt supra dictum est, cum dicta pensio fuerit reseruata motu proprio dicti Clementis Octaui, ac postmodum confirmata à Paulo V. præuia litis extinctione, & cum prohibitione cuiuscumque reductionis eiusdem pensionis ex quauis causa, cum amplissimis clausulis, de quibus supra, venit
1 eis omnino deneganda audientia, † donec in Signatura Sanctissimi obtinuerint oris aperitionem, *Rota apud Verall. dicta decis.134. numer.3. par.3. & coram Card. Seraphino decis.1020. in princip. & in recent. decis.77. num.9. par.7.*

Et ita vtraque &c.

BERGOMEN. PENSIONIS.

Veneris 5. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Lis inter Resignantem, & Pensionarium afficit Resignatarium, etiam respectu actorum iuxta Constitutionem fel. record. Gregorij XIII. ample-

amplectentem nedum casum litis super titulo beneficij, sed etiam super eius pensione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post inhibitionem Rotalem est attentata.*
2 *Lis cum resignante afficit resignatarium etiam respectu actorum.*
Amplia nedum in casu litis super titulo beneficij, sed etiam super eius pensione, & n. 3.
4 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta, est timenda.*
5 *Actorum integralis transportatio, gestorum coram Iudice attentante non est necessaria.*

DECISIO CCCCXLIV.

ABBAS Hieronymus Tassus debitor huius pensionis scut. 1000. auri ponderis veteris aliàs reseruatæ super fructibus Præpositurae Ecclesiæ SS. Simonis, & Iudæ Ciuitatis Bergomeñ conuenit de anno 1615. cum D. Com. Hieronymo Albano Pensionario de soluendo d. pensionem ad rationem librar. 8. & solidor. quinque pro quolibet scuto. Postmodum de anno 1621. resignauit d. Præposituram D. Lucillo Tasso eius Nepoti, cum reseruatione omnium fructuum. Cumque de anno 1625. d. Comes Albanus Pensionarius egisset coram Vicario Bergomeñ contra d. Hieronymum Tassum resignantem pro solutione d. pensionis iuxta formam litterarum reseruationis d. Vicarius sententiam protulit, qua declarauit d. pensionem esse soluendam iuxta formam concordiæ à dicto Hieronymo resignante, eo viuente, post verò illius obitum à Lucillo Resignatario. Post quam sententiam ob non interpositam appellationem in iudicatum transactam D. Albanus Pensionarius iterum egit pro consecutione d. pensionis iuxta formam litterarum coram eodem Vicario Bergomeñ, qui decretum tulit, quo mandauit procedi ad vlteriora in causa, ab huiusmodi decreto appellauit Hieronymus, & causam appellationis in Rota mihi committi obtinuit, cum clausula non retardata solutione pensionis iuxta formam primę sententiæ. Cuius commissionis vigore D. Lucillus Resignatarius successor d. Hieronymi obtinuit relaxari citationem cum inhibitione, quæ fuit intimata d. Pensionario sub die 8. Augusti proximi præteriti. Post quam inhibitionem cum d. Pensionarius reportauerit sententiam fauorabilem ab Auditore Nuntij Venetiarum, qua fuit pronunciatum pensionem deberi ad rationem scutorum auri ponderis veteris iuxta formam litterarum reseruationis fuit hodie dubitatum, An constaret de attentatis, & DD. responderunt affirmatiuè, quia cum dicta sententia fuerit lata
1 post † inhibitionem Rotalem d. Pensionario, ac Iudici legitimè intimatam inficiari non potest, quin illa subiaceat vltio attentatorum *cap. non solum de appell. in 6. Lancellott. de attent. post inhib. par. 2. cap. 20. num. 233. & seq. Caputaq. dec. 39. par. 2. Greg. XV. dec 305. n. 2.*

Non obstat, quod commissio Rotalis fuerit impetrata à solo Hieronymo resignante, qui appellauerat à decreto Vicarij Bergomeñ lato contra ipsum vti reseruatiuũ fructuum, ac proinde inhibitio postmodum relaxata vigore d. commissionis ad instantiam Lucilli Resignatarij non afficiat sententiam latam contra ipsum ab Auditore Nuncij. Quoniam obiectum cessat ex Constitutione fel. record. Gregorij XIII. relata à *Paris. de resignat. lib. 11. q. 3. num. 35.* qua cauetur, quod lis cum resignante afficiat Resignatarium etiam respectu
2 actorum ibi (Possit tamen ipse) scilicet Resignatarius (etiamsi in lite, & causa huiusmodi subrogatus non sit, quandocunq; ad illius prosecutionem, & terminationem venire) & fuit dictum in causa *Bracharen. Parochialis de Mataro 20. Iunij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quæ Constitutio cum loquatur generaliter visa fuit comprehendere nedum ca-
3 sum † litis super titulo Beneficij, sed etiam super pensione eiusdem beneficij.

Et in omnem euentum d. inhibitioni Rotali erat omnino deferendum, cum illa siue
4 iusta, siue iniusta sit timenda, *Rota decis. 26. de appellat. in antiq. Put. dec. 385. lib. 2. in correct. Mantic. dec. 345. n. 4.*
5 Non obstat, quod acta non fuerint integrè transportata, quia non est necessaria integralis transportatio actorum gestorum coram Iudice attentante, sed sufficit fuisse productam sententiam d. Nuncij, quam cõstat fuisse latam post inhibitionem emanatam vigore d. commissionis, vt fuit dictum in *Tullen. Scholastica 5. Iulij 1621. coram bon. mem. Remboldo.*

CVSENTINA BENEFICII, SEV ATTENTATORVM.

Mercurij 10. Decembris 1636.

Argumento, nec Summario indiget.

DECISIO CCCCXLV.

PRAEVIIS duabus decisionibus lata fuit sententia, seu decretum per R. P. D. meũ Buccabellam ad fauorem Fælicis de Iusso cõtra D. Abbatem Perronum pro purgatione attentatorum super restitutione nõnullorum bonorum mobilium in executione captorũ post inhibitionem Rotalem in vim mandati A. C. eorumque liquidatione in summa scutor. 296. 8 50.

Ab hac sententia d. Abbas appellauit, & Signatura commisit mihi causam appellationis, quoad excessiuam liquidationem dũtaxat, & dummodo dd. bona non fuerint aliàs liquidata.

Vnde proposui dubium, An constaret de d. excessu, & per DD. fuit responsum negatiuè, cum ex Testibus, & alijs ponderatis in dd. decisionibus benè iustificetur valorem dd. bono-

bonorum ascendere ad dictam summam scutor. 296. 850.

Non obstant ea, quæ deducebantur pro parte D. Abbatis ad probandum se non teneri ad restitutionem dd. bonorum. Etenim DD. vno ore respôderunt hodie non agi, an dictus Abbas teneatur necne ad dictam restitutionem, cum super hoc iam fuerit pronunciatum per R.P.D. meum Buccabellam, a cuius sententia licet ipse Abbas appellauerit, nihilominus Signatura commisit tantummodo causam appellationis ab excessiua liquidatione, & ideo cû exaduerso deducta pro D. Abbate non respiciant excessum liquidationis, sed substantiam debiti, circa cuius cognitionem non fuit concessa iurisdictio, non merentur attendi.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. DENEGATIONIS AVDIENTIAE SEV COMPROMISSI.

Veneris 12. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Sententia non potest dici nulla, tanquam lata pendente termino si ante sententiam d. terminus fuerit reuocatus. Maritus in bonis extradotalibus nullum ius habet, neq; ex persona propria, neque filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio dolosè dicitur extorta si fuerit concessa sub citatione ad dicen. contra iura.*
2 *Sententia non potest dici lata pendente dilatione si d. dilatio tanquam nulliter extorta, fuerit reuocata.*
3 *Articuli sunt reijciendi quando sunt impertinentes, siuè irreleuantes.*
4 *Maritus non potest impugnare transactionem factam ab vxore de bonis extra dotalibus, cum in his nullum habeat interesse.*
5 *Et hoc maximè procedit, vxore id prohibente.*
6 *Filij viuente matre nullum Ius habent in bonis maternis.*
7 *Filij non possunt litem agere pro bonis parentum eorum vita durante propter interesse sperata successionis.*
8 *A' Iudicio debet expelli is, de cuius interesse non constat.*
9 *Agenti ad id, quod sua non interest denegatur audientia.*
10 *Audientia vt non denegetur sufficit sola possibilitas interesse etiam apparenter.*
11 *Interesse sufficit semiplenè probari ad effectum admissionis ad causam.*
12 *Interesse in prosecutione iudicij debet plenè & concludenter probari.*

DECISIO CCCCXXXXVI.

DE anno 1622. obijt in Ciuitate Bononieñ Cæsar de Stephanis insignis fabricator Saponis alterati, relictis Magdalena ex 1. Coniuge, ac Domitilla, & Cornelia ex Constantia 2. Vxore. Postmodum d. Constantia 2. nupsit Francisco Fenitio, deinde obijt Domitilla, post cuius obitum Magdalena, & Cornelia quæ fuerunt nuptui traditæ, mouerunt litem contra d. Constantiam earum Matrem super restitutione Capitalis, & lucrorum negotij d. Saponis, & super exclusione ipsius Constantiæ à successione d. Domitillæ ob eius transitum ad 2. vota, dictaque lite indecisa pendente fuerunt inter istas mulieres celebrata duo Instrumenta, in quorum 1. d. Constantia reseruata sibi quarta parte lucrorum d. negotij, & Iure successionis d. Domitillæ eius filiæ, reliquum pro vna tertia parte d. Magdalenæ, & pro alia 3. cum dimidia alterius 3. d. Corneliæ liberè relaxauit, & in altero ipsi Constantiæ eius vita durante fuit assignatus vsusfructus d. dimidiæ 3. partis vna cum 4. parte vsusfructus librar. 16. mil. ad hæreditatem d. Domitillæ spectañ, & denique pro dote d. Corneliæ Antonio Bartolotto eius viro fuerunt assignatæ libræ 45655. Istis conuentionibus executioni demandatis Fenicius Maritus d. Constantiæ prætendens dicta Instrumenta celebrata absque eius scientia cessisse, & cedere in euidentem sui, suorumque ex d. Constantia filiorum læsionem, mouit iudicium in partibus tam suo, quam filiorum nomine super emendatione, correctione, & reductione dd. Instrumentorum, in quo iudicio emanauit sententia declarans petitionem Fenicij fuisse iniustam, eidemque super præmissis denegandam esse audientiam, dilationemque ad probandum ei concessam fuisse extortam &c. causa per appellationem ad Rotam deuoluta, nuhique commissa dubitaui an d. sententia sit confirmanda, vel infirmanda, & DD. stante illius validitate, & iustitia confirmandam esse responderunt.

De validitate siquidem illius constat ex reuolutione actorum, ex quibus apparet omnia requisita interuenisse.

Nec obstant, quæ contra eam opponuntur. Et 1. non obstat quod dicatur illam fuisse latam pendente dilatione eidem Fenicio
1 concessa. Quia vltra quod † hoc tollitur ex eo quod huiusmodi dilatio extorta fuit nulliter sub citatione ad dicendum contra Iura, illa
2 ante sententiam † fuit reuocata, & sic aliquam nullitatem inducere non valet *Grat. consi. 77. nu. 17. lib. 20. Lancell. de attent. cap. 7. num. 10. Rot. decis. 192. num. 6. par. 5. in recent.* Eoque magis quia fuit reuocata ex causa calumniæ, vel irreleuantiæ, *Rota in recent. decis. 582. num. 1. & 3. par. 1.* Quæ quidem calumnia clarè patet ex infra dicendis.

Secundò non obstat quod illa fuerit lata non visis actis, quia contrarium conuincitur ex lectura processus, ex quo apparet omnia exaduerso producta per Iudicem fuisse visa, nec non depositiones Testium, & articulos pro parte Fenicij productos fuisse per eum examinatos, cum illos vti irreleuantes, ac impertinentes reiecerit, quod Iure merito fuit
3 peractum cum † de d. irreleuantia satis DD. hodie constare visum fuerit propterquam dd. articuli

articuli erant reijciendi *Ias. in l. si duo Patroni §. idem Iulianus num. 34. ff. de iureiur. Paris. cons. 67. n. 38. & seq. lib. 4. Et fuit dictum in Romana Census scut. 12. 12. Ianuarij 1629. coram Eminentis. Card. Vbaldo.*

De iustitia etiam d. sententiæ satis apparet, siuè illa consideretur in ea parte, in qua declarat petitionem Fenicij, esse iniustam, siuè in alia, in qua pronunciat eidem esse denegandam audientiam. Nam quoad 1. partem clara est Iustitia, quia cum transactio, seù concordia facta inter istas fœminas fuerit inita super rebus, & Iuribus extradotalibus d. Constantiæ non poterat impugnari per Fenicium eius virum, cum Maritus ex persona propria
4 in † bonis extradotalibus vxoris nullum habeat interesse *Alex. cons. 90. nu. 5. lib. 2. Honded. cons. 66.*
5 *nu. 88. lib. 1.* præsertim vxore, prout hic, † expressè prohibente *l. hac lege C. de pact. conuent.* Nec
6 etiam ex persona † filiorum, cum & ipsi viuente matre nullum Ius habeant in bonis maternis *l. 1. §. si impuberi ff. de coll. bon. Rot. decis. 708. num. 3. par. 1. recent.* & in terminis, quod filij
7 non † possint litem agere pro bonis parentum eorum vita durante propter interesse speratæ successionis tenuerunt *Angel. de Perus. in l. ex consensu §. filium familias ff. de appell. Bart. in l. post emancipationem §. illud ff. de liber. legat. vbi etiam Alex. in 2. addit. Bald. cons. 304. nu. 1. vers. nam viuo patre lib. 4. Rota d. decis. 708. num. 30. part. 1. recent.*

Et ex his patet irreleuantia dilationis obtentæ à Fenicio, nec non iustitia 2. partis senten-
8 tiæ, † in qua denegatur audientia Fenicio, quia cum non constaret de eius interesse, merito fuit à Iudicio expulsus cum agenti ad id
9 quod sua non interest † audientia denegetur, *Alex. in l. vbi pactum nu. 7. C. de transact. Surd. cons. 435. num. 18. Lap. alleg. 50. num. 10.*

Non obstat quod ad effectum, vt audien-
10 tia denegari † non possit, sufficiat sola possibilitas interesse etiam apparenter *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 16. num. 32. Bald. in l. si defunctus nu. 2. vers. sed contra C. de suis & legit. Caputaq. decis. 114. num. 2. par. 1. cum allijs allegatis.*

Quia hoc verum; sed procedit ad effectum admissionis ad causam, nam tunc sufficit se-
11 miplenè probare † interesse; Secus verò in prosecutione iudicij; Nam hoc casu interes-
12 se debet plenè, & † concludenter probari, vt notant *Doct. in cap. veniens il 2. de testib. Add. ad Alex. in l. ille à quo §. si de testam. ff. ad Trebell. Felin. in cap. cum super num. 16. de reindicat. Bald. in d. cap. veniens num. 3. & seq. de testib. & post eum prosequitur Gratian. discept. cap. 439. num. 35. & seqq.*

Et ita conclusum vtraque &c.

ROMANA SEV PORTVGALLENSIS ASSECVRATIONIS.

Veneris 19. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

An arbitrium Rotæ intret quando agitur pro sanatione nullitatis examinis maxime ad effectum euitandi inutiles circuitus, & multiplicatas expensas.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure, attamen relaxat iuris rigorem.*

2 *Citatio non probatur ab assertione collectoris Iudicis delegati nisi aliunde appareat de actu positiuo citationis.*

3 *Procuratores citati cum responderint non esse tales nec velle comparere non debent amplius citari.*

4 *Citationes per proclama tanquam ex abundanti licet nulliter factæ processus vitiare non debent, accedente stilo fori citandi per proclama, qui stilus in ordinatorijs attendi solet.*

5 *Arbitrium passim intrat ad effectum euitandi inutiles circuitus, & multiplicatas expensas.*

DECISIO CCCCXXXXVII.

DOMINVS Emanuel Pinto sibi assecurari fecit à D. Iosepho Bonanno, & alijs quamdam Nauim nuncupatã *la Madonna del Rosario, e S. Antonio* discessuram à Portu Riui *della Platta* Prouinciæ Brasilieñ versus Portugalleñ. Quam quidem Nauim cum prętenderet fuisse ab Holandiæ Piratis captam institit coram A. C. pro litteris remissorialibus ad probandam d. deprædationem, easque obtinuit directas R. D. Collectori Regni Lusitaniæ in Ciuitate Vlixboneñ residenti cum facultate alium Iudicem subdelegandi in Ciuitatibus Vlixboneñ, vel Portugalleñ. Quibus litteris d. Collectori præsentatis fuit ab eo subdelegatus Vicarius Generalis Episcopi Portugalleñ coram quo examinatis Testibus, ac processu remissoriali ad Curiam transmisso, & coram A. C. producto. Assecuratores opposuerunt in eo adesse duas præcipuè nullitates, quarum prima deducebatur ex eo quod in d. processu non cõstaret per extensum de Instrumento subdelegationis factæ per d. Collectorem in personam d. Vicarij Portugalleñ, citatis Nicolao Bonaccursio, & Hieronymo Galba Procuratoribus per eos electis & in eisdem litteris nominatis.

Altera ex eo quod ijdem Procuratores fuerunt citati coram d. Vicario Portugalleñ per proclama, non autem per affixionem ad valuas Ecclesiæ. Quapropter Emanuel adiuit signaturam Sanctis. pro sanatione dd. nullitatum, à qua obtinuit rescribi eidem A. C. vt constito de attestatione D. Collectoris circa subdelegationem Iudicis remissorialis ad vlteriora arbitrio suo procederet. Cumque A. C. mandatum contra prædictos Assecuratores relaxasset, adiuerunt Signaturam Sanctissimi, qui rescripsit, vt procederetur perinde ac si Sanatio quoad prædictos duos defectus expressos in 1. Commissione Emanuelis emanasset cum clausula arbitrio Rotæ, & citra sanationem, siuè commissionem sanationis alicuius defectus. Vnde proposui hodie dubium an intraret arbitrium, & DD. responderunt affirmatiuè.

1 Nam quamuis arbitrium † reguletur à Iure *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur num. 8. Rota decis. 348. num. 4. par. 1. diuers. & decis.*

decis.179.num.1.& 547.num.6.par.1.recent. Attamen illud relaxat Iuris rigorem *Rota decis.450 num.1.& decis.587.num.1.par.2.recent.* & operatur vt Iuris extremo rigore relicto seruetur æquitas *Crescen.decis.4 num.3.de testib. Rota decis. 818.num.1. par.4. diu. Seraph. decis.1154. num.1.* maximè quando, *prout hic*, rescribitur Tribunali amplam habenti Iurisdictionem, ne alias retento Iuris rigore, clausula arbitrio reddatur inanis *Rota decis.163.num.1.par.2.recent. Add. ad Greg.XV.decis.189.num.8.*

In proposito autem visa fuit DD. concurrere magna æquitas pro sanatione dd. nullitatum. Nam quoad prædictam desumptam ex eo quod collector subdelegauerit Vicarium Portugalleñ non citatis Procuratoribus assecuratorum, illa videbatur cessare ex facto. Quoniam ex iuribus datis in *Sum. Emanuelis nu. 3.* dicitur dd.Procuratores in actu subdelegationis reuera citatos fuisse, sed eos respondisse non habere notitiam huius negotij neque esse Procuratores dd. Assecuratorum.

Non obstat quod de reproducta citatione Procuratorum eorumque responsione non
2 constet nisi per assertionem † Collectoris Iudicis delegati, quæ non probat citationem interuenisse, nisi aliunde appareat de actu positiuo citationis *cap.quoniam vbi Felin.nn.34. Rota decis.107.num.20.in fin.par.2.recent.* Etenim cum ex eisdem Iuribus appareat D. Collectorem decretum interposuisse pro d. Iudicis subdelegatione, illudque intimari mandasse dd. Procuratoribus, prout intimatum fuisse attestatur causæ Notarius, d.Intimatio supplet assertum defectum Citationis, & facit præsumere dd. Procuratores citatos fuisse.

Quo vero ad alteram nullitatem desumptam ex eo quod iidem Procuratores fuerunt citati coram Vicario subdelegato per proclama non autem per contradictas, aut per affixionẽ ad Valuas, prout præscribebatur in litteris remissorialibus. Fuit respõsum quod cum ipsi fuerint citati in Ciuitate Vlixboneñ ad comparendum in Ciuitate Portugallieñ, & non
3 comparuerint. Quinimo † responderint se non esse Procuratores dd.Assecuratorum nec velle comparere non erant amplius citandi, *cap.eum qui vbi Franc.num.50.vers.2. limita de dol. & contumac.in 6. Gabr.de citat.conclus.1. num.429. limit.62. Seraph. decis.400. num.4. Add. ad Greg.*
4 *decis.430. num.6.* Ac proinde citationes † per Proclama tamquam ex abundanti, licet nulliter factæ, processum vitiare non debent *Rota decis.15.num.2.de dol. & contumac.in nou. & decis. 365. num.4. par.3. recent.* Accedente præsertim stilo fori illatum partium citandi per proclama non autem per affixionem, de quo attestãtur Curiales, vt *in sum.num.6.* Qui stilus in ordinatorijs attendi solet, vt sentit *Rota decis.227. num.2.decis.393.num.3.& decis.404. num.6. par.1. recent.*

Eoque facilius visum fuit DD. intrare arbitrium, quia Testes fuerunt examinati cum Interrogatoriis Assecuratorum, quo casu ad euitandos inutiles circuitus, & multiplicatas
5 expensas partium intrat † arbitrium pro sanatione nullitatis examinis iuxta Rotæ obseruantiam de qua testatur *Add. ad Gregor. decis. 466. num.11.* Nam quando data sunt Interrogatoria, apparet quod pars fecit id totum, quod facere poterat, si examen esset validum *Viuian.commun.opin.931.num.6. Farinac. de testib. quæst.72.ampliat.12.n.34. Adden.ad Gregor.d.decis. 466.num.11.*

Non obstat quod nonnulli ex testibus non euacuarunt omnia Interrogatoria. Nam obiectum visum fuit cessare ex eo quod illi dixerunt se nihil super illis scire, vel se referre ad superius dicta, *vt in sum. Assecuratorum num.14.*

Demum non obstant aliæ nullitates deductæ contra d. processum. Quoniam arbitrium fuit restrictum ad sanationem prædictarum duarum nullitatum, & citrà sanationem, vel commissionem sanationis alicuius alterius defectus: Et ideò cæteræ nullitates non visæ fuerunt in hac disputatione discurreñ.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SVCCESSIONIS, SEV LEGITIMAE.

Lunæ 26. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Mater excluditur à legitima per substitutionem pupillarem, & quando de dicta substitutione dicatur constare licet verbis expressis non sit concepta.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio compendiosa non comprehendit pupillarem, quando verba substitutionis referuntur ad testatorem, eiusque bona, limita, non procedere quando testator, vel fecit mentionem pupillaris ætatis, vel substituit per verba directa ciuilia, quæ sunt apta comprehendere pupillarem, n.2.8.& 9.*
3 *Dictio, seu pronomen,* suum, *in substitutione, & similes non excludunt pupillarem, num.5.& 8.*
4 *Verba,* hæredem instituit, *sunt directa ciuilia, & num.10. Et quæ dicantur merè ciuilia, ibi.*
6 *Pupillaris ætatis mentio enunciatiuè facta in institutione non operatur expressam substitutionem pupillarem, secus quando est repetita in substitutione eidem facta sub verbis, sed si ambo, & n.9.*
7 *Testator, quando filio impuberi substituit censetur fecisse substitutionem pupillarem verbis generalibus expressam; ne alias mentio pupillaris ætatis inutiliter, & superfluè facta dicatur.*
11 *Mater transiens ad secunda vota non excluditur à legitima.*
12 *Mater à legitima in bonis filij excluditur, quando testator deferri voluit totam hæreditatem substituto expresiè vocato.*
13 *Prohibitus disponere potest testari.*
14 *In filios potest alienare, prohibitus.*
15 *Alienationis prohibitio non trahitur ad dispositionem, quæ fit inter vocatos.*
16 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati ex statuto Vrbis.*

DECISIO CCCCXLVIII.

ITERUM hodie posita causa super resolutis die 21. Aprilis anni præteriti, in qua fuit decisum D. Comitissæ Imperiæ non deberi legitimam in bonis Vincentij eius filij in infantili ætate prædefuncti. Placuit DD. in eadem decisione persistere ex fundamentis, & rationibus in ea deductis, quæ adhuc subsistere visa fuerunt.

Cum enim substitutio facta d. Vincentio infanti per q. Iulium Patrem per hæc verba concepta fuerit (& si ambo scilicet d. Vincentius infans, & posthumus nasciturus hæredes instituti decesserint absque filijs legitimis, & naturalibus instituit hæredem suum Lælium alterum eius filiũ &c.) satis apparet eam esse compendiosam, etiam quod non fuerit adiecta dictio, *quandocumque*, quæ substitutio compendiosa cum fit facta per verba directa ciuilia, qualia sunt: hæredem instituit, non solum continet fideicommissariã, sed etiam pupillarem, quæ excludit à legitima matrem in medio existentem iuxta conclusiones in d. decisione firmatas.

Neque obstare visum fuit, quod verba dictæ substitutionis referantur non solum ad personam Testatoris ibi, *hæredem suum*, ex allegatis in *decis. vers. Non obstat, quod verba*, quibus addebatur *Trentacinq. de substitut. par. 4. cap. 11. num. 13. vers. hac declaratio, Intrigliol. de substitut. cent. 3. qu. 21. num. 102. Fusar. q. 242. num. 99.* Sed etiam ad eiusdem Testatoris bona, de quibus loquitur præcedens institutio, ibi. In omnibus autem eius bonis instituit hæredem Vincentium eius filium, & ideo cum Testator videatur non pupillo, sed sibi substituere voluisse, ac de bonis suis disposuisse, dicta sub-
1 stitutio † compendiosa non comprehendat pupillarem per quam succeditur pupillo, & in omnibus illius bonis vndecunque quæsitis ex *Dec. conf. 371. num. 3. vers. & primo, & num. 4. ad fin. vers. & hoc in casu isto, & vers. & verba prædicta, & num. 6. ad fin. vers. Nam respondetur, Parif. conf. 73. num. 19. & 53. lib. 2. Fusar. qui alios congerit, q. 241. num. 61.* Nam placuit responsio data in dicta decisione, nimirum d. conclu-
2 sionem † non procedere, quando Testator, vel fecit mẽtionem pupillaris ætatis, vel substituit per verba directè ciuilia, quæ sunt apta comprehendere pupillarem, quia tunc cum certò appareat Testatorem voluisse pupillari-
3 ter substituere; † dictio, *suum*, in bonis suis, & similes non excludunt pupillarem, *Bald. in l. præcibus num. 59. & num. 60. vers. præterea, C. de impub. & alijs subst. Ang. & Salic. ibidem, Honded. conf. 73. num. 35. lib. 1. Fusar. de substit. q. 209. nu. 8. & q. 241. num. 65. & seq.* In præsenti autem casu Testatorem fecisse mentionem pupillaris ætatis, ac substituisse per verba directa ciuilia satis apparet ex eo, quod ipse instituit Vincentium eius filium in infantili ætate constitutum, eique sic decedenti sine filijs substituit
4 Lælium fratrem per verba † hæredem instituit, quæ sunt directa ciuilia DD. *in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. Odd. de subst. compend. p. 4. quæst. 2. artic. 1. vers. institue, Intrigl. de substit. cent. 5. quæst. 11. num. 4.* Nec proinde contradicit, quod Testator dixerit hæredem suum,
5 Quia pronomen, *suum*, potest verificari etiam in substitutione pupillari, vt scilicet substitutus pupillariter, quamuis respectu successionis dicatur succedere pupillo: respectu tamen dispositionis sit hæres Testatoris, adeout substitutus pupillaris dicatur succedere quidem pupillo, sed ex dispositione Testatoris pupillariter substituentis, vel saltem quod sit hæres illius mediante persona pupilli iuxta *text. in l. fin. C. de hæred. instit. vt declarat Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 7. num. 25. vers. secundo considero.*

Non obstat, quod Testator non fecerit expressam mentionem pupillaris ætatis, in hac substitutione per verba; & si filius meus in pupillari ætate decesserit substituo; sed dumtaxat illam enunciauerit in institutione ad indicandam ætatem, in qua d. Vincentius eius
6 filius tunc erat cõstitutus, † cuius ætatis mentio enunciatiuè facta non operatur expressam substitutionem pupillarem ex *Bald. in d. l. precibus, num. 48. in fin. de impub. & alijs substitut. Iaf. in l. si Testamento, eodem tit. & in l. Centurio, n. 50. de vulg. & pupill.* Nam vltra quod mentio infantilis ætatis expressa per Testatorem in institutione d. Vincentij videtur repetita in substitutione eidem facta sub illis verbis, sed si ambo, *ad trad. per Alex. conf. 9. num. 4. vers. quia dicto vol. 7.* & proinde cum † Testator filio im-
7 puberi substituit, censetur fecisse substitutionem pupillarem verbis generalibus expressam, quæ sufficit ad exclusionem matris, ne alias mentio pupillaris ætatis inutiliter, & superfluè facta dicatur, iuxta opinionem *Castren. conf. 222. num. 1. lib. 2. Trentacinq. de substitut. par. 4. cap. 11. num. 19. ante med. vers. Paulus de Castro, Fusar. de substitut.* qui alios congerit *q. 142. num. 94. Rota decis. 639. num. 5. par. 1. & decis. 373. num. 11. par. 2. recen. & in Firmana bonorum 5. & 11. Decembris 1584. coram Bubalo.* Fuit respon-
8 sum sat esse, † quod substitutio facta fuerit per verba directa ciuilia, quæ sunt apta comprehendere pupillarem. Nam ad hoc, vt dicatur facta substitutio pupillaris, eaque non excludatur per dictionem, *suum*, in bonis suis, & similes, non est necesse, quod vtrumque copulatiuè concurrat, nimirum expressa mentio pupillaris ætatis, & quod substitutio sit facta verbis directis ciuilibus; sed alterum ex illis sufficit, vt firmant *Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 7. num. 12. vers. sed enim, Fusar. d. q. 109. n. 8. vers. nisi facta esset, & q. 291. num. 65. Honded. conf. 73. n. 27. vol. 1.* Et ratio est, quia ex vtroque cessat dubietas, quæ oriri posset ex inuolucro verborũ
9 Testatoris, quandoquidem † tam expressa mentio pupillaris ætatis, quàm substitutio facta verbis directis ciuilibus satis demonstrant animum Testatoris fuisse substituendi pupillariter, nec contrarium expressè firmant *Bald. & Parif. ex aduerso allegati*, licet mentionem de vtroque faciant.

Non obstat, quod substitutio non sit concepta per verba merè ciuilia, qualia sunt, hæres esto, sed per verba hæredem instituo, quæ

iuxta

iuxta quorumdam *Doct. & signanter Bolognett. Cuiac.* opinionem non sunt directa ciuilia. Quia d. opinioni aduersatur verior, ac magis etiam à Rota recepta sententia, nimirum dd.
10 verba, hæredem instituo simul iuncta esse directa ciuilia, & hoc etiam est de mente *Bart. in d.l.Centurio num.15.vers. & idem Ias. num.62. Rip.num.180.Gallianl.num.510.Socc.iun. nu.219. ff.de vulg. & pupill. Bald. in rubr. C. de impub. & alijs substit.num.3. & in tract. de subt. in mat.Compend.nu.6.vers. idem in verbo, & alij relati ab Odd. de compend. d.p.4.q.2. art.1. num.8. vers. sed hanc iuris*, vbi ait hanc nimiam iuris subtilitatem fuisse sublatam ex *l. quoniam indignum, C. de testam. & sub num.9. vers. retenta regula, Intrigliol. d.cent.3.q.11.n.4.*

Sed visa fuit cessare omnis difficultas ex pluribus coniecturis pro substitutione pupillari in d. decisione ponderatis, quibus in dubio defertur ad effectum dignoscendi substitutionem pupillarem.

Quibus non obstant ea, quæ opponebantur ad illas infringendas. Nam prima desumpta ex eo, quod Testator d. Vincentio infanti substituit Lęlium alterum filium, quem proinde magis, quam matrem dilexisse censetur, non tollitur ex eo, quod immo appareat magis illam dilexisse, vxorem dilectissimam per ipsũ nuncupatam, quam d. Lælium eius filium, cui legitimam tantum, & scut.500. reliquit. Nam quamuis d. Lælium vti habentem primogenituram amplissimam instituerit in sola legitima, & scut.500. superstite Vincentio fratre, vel posthumo nascituro, in eorum tamen defectum plenè illum instituit.

Secunda verò ex eo desumpta, quod Testator eumdem lælium substituit in proprietate, matri verò reliquit solũ vsumfructum, donec vitam vidualem seruaret, minus tollitur ex eo, quod D.Imperia transiuerit ad secunda vota longè post mortem Vincentij, non autem eo viuente, quo casu mater per
11 transitum ad secunda vota † non excluditur à legitima ex congestis per *Fusar.d.quæst.242. num.48.*

Nam d. coniectura non fundatur in transitu D.Imperiæ ad secunda vota, sed in prædilectione Testatoris, qui Vincentio infanti Lęlium in proprietate, non autem eam substituit cui solum vsumfructum reliquit, & quidem sub conditione donec vitam vidualem seruaret.

Tertia pariter coniectura deducta ex eo, quod d. Lælio, & alijs vocatis Testator non substituit matrem, sed piam causam, non eliditur ex eo, quod pia causa non fuit substituta immediatè d. Vincentio infanti, sed M.Antonio Incasato, & sub conditione quasi incerta, nempe in casu obitus omnium vocatorum sine filijs.

Quia adhuc vrget prædilectio Testatoris, qui in casum mortis eius filiorum non substituit matrem, sed M.Antonium, & alios, ac demum piam causam d. matre penitus exclusa, quam tamen saltem post obitum filiorum substituisset, si eam à legitima excludere noluisset.

Quarta denique coniectura, cui plurimum DD. etiam hodie deferebant ex eo desumpta, quod vltimo vocato decedente absque filijs Testator voluit, quod tota hæreditas deueniret ad Archiconfraternitatẽ Sanctissimæ Trinitatis de Ponte Sixto, cui vtique tota hæreditas non deueniret, si legitima pro matre esset detrahenda, non remanet sublata ex eo, quod si Vincentius pubes decessisset, tunc quia pupillaris expirasset, & transijsset in fideicommissariam mater suam legitimam detraxisset.

Nam id accidisset ex necessitate legis, non
12 autem ex voluntate Testatoris, qui totam hæreditatem d. Archiconfraternitati tandem deferri voluit, quæ proculdubio integrè non deferretur, si mater ab ea legitimam detrahere vellet, *Mantic. de tacit.d.lib.5.tit.7. numer.16. Menoch. præsumpt.56.lib.4.n.12.*

Denique non releuat obiectum hodie excitatum, nempe quod Vincentius senior instituerit hæredem d. Iulium Testatorem eius filium, ea lege, quod de bonis suis, & hæreditate disponere non posset donec 25. ætatis annum compleuisset, vnde inferebatur, quod cum Iulius de tempore conditi Testamenti esset ætatis annorum 22. non potuerit de dd. bonis disponere, ac minus pupillariter substituere. Nam vltra quod non apparet bona Vincentij senioris fuisse eadem, de quibus d. Iulius disposuit Fuit responsum primo, quod
13 prohibitus † disponere non censetur prohibitus testari, vt post antiquiores firmant expressè *Gabr.cons.132.q.1.vol.1.Abb.cons.109.n.1. & seq.Surd.cons.77.à num.29.vers. cum igitur prohibitio, vsque in fin.vol.1. & cons.309.nu.19.vers. præcipuè cum seqq.vol.3.Pedroc. cons.20.numer.28. & seqq. & nu.83.vers. si verum cum seqq. & n.130. Menoch.cons.939.n.6.& seqq.vol.10.& cons.1031. num.3.vol.11.Fusar.de subst.q.690.nu.1. & q.712 n.15. qui alios cumulat.*

Et ratio est, quia huiusmodi prohibitio cẽsetur facta fauore ipsius prohibiti, ne propter lubricum ætatis bona dilapidet, non autem gratia tollendi facultatem testandi, quam nec pater directo adimere filio potuisset.

Secundo fuit dictum huiusmodi prohibitionem intelligi de illa dispositione, quæ fieret in extraneos, non autem de illa, quæ fit ad
14 fauorem † filiorum, quia sic disponens facit actũ permissum, prout de prohibitione alienandi tradit *Fusar.q.715. nu.1. & seqq. vbi alios congerit.*

15 Tertio denique fuit responsum † similes prohibitiones non trahi ad dispositionẽ, quæ fit inter vocatos à prohibẽte iuxta *not.in l. vo-*
16 *luntas, C.de fideicom.* Vnde cum Vincentius Auus posuerit in conditione filios d.Iulij, ex quo illi decedenti sine filijs substituit Lauiniam vxorem eosdem filios censetur dispositiuè vocasse ex *Stat.Vrb.lib.1.c.142. Greg.XV. dec.575.n.1.& ibi Add. Rota decis.427.n.1. par.2. rec.* Et per consequens prohibitio disponendi

facta per d. Vincentium seniorem comprehendit dispositionem Iulij, quæ facta fuit ad fauorem eius filiorum, & ab eodem Vincentio vocatorum.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit.

ROMANA ALIMENTORVM.

Veneris 30. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Patruus nepotem, & nepos Patruum alere tenetur, tam de iure Diuino, quam Cæsareo, & Pontificio.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstandi onus in linea Collaterali non excedit primum gradum.*

2 *Patruus nepotem, & è contra nepos patruum alere non tenetur, quia id nullo iure cauetur, & num. 3. contrarium, nu. 4. & vid. n. 44.*

4 *Patruus nepotem & è conuerso nepos patruum agentem alere tenetur.*

Et ista opinio est iuri, & æquitati consentanea, & est verior, & æquior, imò æquissima, & num. 5. 6. & 7. ita varia suprema Tribunalia tenuerunt, & num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. atque pluribus textibus fulcitur, numer. 14. 15. & 25.

17 *Abauus, vel Atauus, atque abnepos, vel atnepos impossibile videtur quod superuiuant.*

18 *Pronepos proauo viuente nasci, seu concipi non solet.*

19 *Patruo nomen parentis optimè adaptatur.*

20 *Nepos parricidium dicitur perpetrasse, pœnaque parricidij punitur, si patruum occidat.*

21 *Parentis nomen tripliciter sumitur, primò strictissimè, & sub eo veniunt tantum ascendentes vsque ad tritauum, secundo strictè, & comprehendit agnatos. Tertio largè & veniunt agnati, & cognati.*

22 *Parentis nomen in Collateralibus consanguineis verificatur.*

23 *Parentis nomen etiam ad consanguineos, & cæteros coniunctos refertur.*

24 *In alimentis præstandis Iudex perpendere debet votum singulorum in quibus æquitas, & charitas concurrit.*

26 *Legis ratio, quando est generalior dicto, illud semper extendit, & ampliat.*

27 *Ampliatio ex generalitate rationis admittitur etiam in odiosis & exorbitantibus.*

28 *Alimentorum materia fauorabilis est, & ideo in ea est admittenda ampliatio.*

29 *In alimentorum materia potius est admittenda superfluitas, quam quod quis debitis priuetur alimentis, etiam quod interpratatio contra ius fieret.*

30 *Alimentorum legatum relictum alicui, quoad cum aliquo moratus fuerit, debetur etiam mortuo eo, cū quo legatarius morari tenebatur.*

31 *Alimenta à nepote eius patruo & è conuerso debentur ex dispositione iuris Canonici.*

32 *Clericorum bona pauperum esse dicuntur.*

33 *Clericus alimenta præstare tenetur amitæ pauperi, non quidem ex eo, quod bona Clericorum sint pauperum, sed ratione propinquitatis, & sanguinis coniunctionis.*

34 *Coniuncti ad vitæ subsidia inter se præstanda tenentur.*

35 *Proximi sanguinis proprij non sunt despiciendi, si egere cognoscantur.*

36 *Coniunctis melius est, vt quis subueniat, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut postulare subsidium necessitatis.*

37 *Nepos patruo alimenta etiā in foro conscientiæ præstare tenetur.*

38 *In alimentorum materia etiam in foro ciuili, & in terris Imperij Ius Canonicum seruandum est.*

Egenti cuilibet est subueniendum, & n. 38.

39 *Ex familia sua nato qui non subuenit, fidem negat, ac infideli deterior efficitur.*

40 *Patruus est persona valde coniuncta.*

41 *Patruus in sacris litteris sæpissimè sub nomine fratris nuncupatur, & n. 43.*

42 *Soror etiam dicitur, quæ est filia fratris.*

45 *Lex si in aliquo casu non prospexit, tunc ratio naturalis, ipsaque rei æquitas vim legis habet, ac pro lege allegari potest.*

46 *In iudicando magis æqua est tenenda sententia, quāuis contraria sit magis communis.*

47 *Rota ex inueterato stylo in opinionū conflictu æquiorem solet amplecti sententiam.*

48 *Nepos, à quo alimenta petuntur, si sit Comes, vel Marchio, tunc patruo ne in Comitatus, seu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta sunt omnino concedenda.*

49 *Personis legitimatis iura minus fauent, quam legitimis.*

50 *In successionis materia legitimus naturali præfertur in alimentorum materia illegitimus non differt à legitimo.*

51 *Patruo etiam naturali debentur alimenta, & hoc præcipuè, quando procedit ex nobili prosapia, & num. 52.*

53 *Patruus non tenetur dotare neptem, sed ista opinio est admodum controuersa.*

54 *Alimentorum materia est magis priuilegiata, & vrgentior quam causa dotis.*

55 *Dos quibus non debeatur, multæ sunt personæ, & tamen ijs debentur alimenta.*

56 *Filius non tenetur dotare matrem.*

57 *Filius matri tenetur præstare alimenta.*

58 *Dotare tenetur ergo tenetur alere hoc argumentum, sic affirmatiuè sumptum validum est, sed secus, si negatiuè concipiatur, non tenetur dotare ergo non tenetur alere.*

59 *Opinio Doctorum verior, æquior & receptior est præferenda.*

60 *Doctores, qui asserant, quod patruus alimenta nepoti præstare non teneatur.*

62 *Alimenta nepoti, quod non debeantur à patruo fuit decisum Bononiæ.*

63 *Siluan. in Consil. 33. reijcitur.*

64 *Exemplis non est iudicandum.*

65 *Alendi onus transit ad hæredem, & quemcunq; bonorum possessorem.*

Ob

66 *Ob alimentorum specialem fauorem sola triennalis præstatio obligat ad eadem alimenta in futurum præstanda.*

67 *Alimenta quando quis alicui tenetur præstare non est curandum vnde bona prouenerint.*

68 *Alimenta, quando sunt præstanda non attenditur an quis aliquo exercitio possit sibi victum quærere, & hoc propter fragilitatem humanæ potentia, sed videndum est an habeat tot in bonis ex quibus decenter viuere possit.*

69 *Alere quando quis tenetur aliquem, Iudex potest illum condemnare ad assignanda bona, ex quorum redditibus alter alimenta percipiat.*

70 *In alimentorum quantitate taxanda, quid sit considerandum.*

DECISIO CCCCXLIX.

CVM aliàs D. Marcus Bonellus egisset coram A.C. contra D. Antoninum Piũ Marchionem Cassani prædefunctũ eius Germanum fratrem pro alimentorum præstatione, obtinuit ea decerni ad menstrua scut. 12. sed in gradu appellationis sententiam Rotalẽ reportauit, qua D.Marchio fuit condemnatus ad præstandum sibi dd. alimenta ad rationem scut. 20. menstruorum, quæ sententia vti in iudicatum transacta fuit etiam coram me executioni demandata pro alimentis decursis vsque ad obitum eiusdem Marchionis.

Cumque D. Marcus instaret sibi assignari aliquod corpus pro dd. alimentorum consecutione, versaque vice modernus Marchio fil. & hæres d.q.Marchionis Antonini prædidictæ assignationi se opponeret, quinimmo contenderet se ad præstationem dd.alimentorum non teneri dubitaui An, & ad quam summam esset faciendum d.assignamentum.

Et quoad primam inspectionem DD. præmittebant d.Modernum Marchionem teneri præstare alimenta d.Marco eius Patruo. Nam licet iuxta quorumdam Doct. senten-
1 tiam onus præstandi alimenta in † linea Collaterali prætendatur non excedere primum gradum, sicque Patruus Nepotem, & è con-
2 uerso † Nepos Patruum alere non teneatur, prout tenuerunt *Odofred. in l.2. num.2. post med. vers. sed inter Collateral. C. de alen.liber. Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit nu.208. & seqq.* Vbi de Patruo erga filios fratris prædefuncti, *& num. 125. vers. ex Superiori, & num. 126. vbi de filijs fratris erga Patruum ff. de liber. agnosc. Molin. de primog. hispan. lib.2. cap.15. n.67. iuncto vers. sed quamuis Emanuel. à Costa select. interpr. lib. 2. cap.25. num.2. Garz. de expen. & melior. cap.3. n.35 vers. sed verius, Barbos. in l.1. quæst.4. num. 142. vers. quinimo ff. sol. matr. Siluan. cons.33. n.12. vers. quidquid tamen sit Rimin. Iun. cons.777. nu.15. vers. prædictis tamen non obstan. vol. 3. Vinc. de Franch. decis.178. à num.2. vsque ad fin. Marilian. decis.99 num.2. & 3. Mastrill. decis.85. num.29. & 30. Io: Bapt. Larre decis. Granaten. disput.47. num.15. & seq.* Qui omnes eo præcipuo mouentur fun-
3 damento † quod nulla lege cautum reperiatur, quod Patruus Nepotem, & è conuerso Nepos Patruum alere cogatur, eamque secuta fuisse videtur, *Rot. in Romana domus 20. Nouembris 1630. coram R.P.D. meo Ghislerio quæ est decis.408. num.12. vers. quia contractuum part.5. recent.*

Contrariam tamen sententiam egregiè defensam à D. Aduocato Eusebio de Eusebijs vnanimiter à DD. commendato vti veriorẽ, æquiorem, & magis receptam, nimirum
4 quod Patruus † Nepotem, & è conuerso Nepos Patruum egentẽ alere teneatur DD. absque difficultate amplexi fuerunt vt pote quã cõmuniter sequuntur, *Crot. in l. filius familias, §. Diui num.30. in fin. ff. de leg.1. Rip. ibidem nu.43. Ferdinand. Loaz. ibidem num. 96, Bolognet. in l. 1. num.134. ff. solut. matr. Hond. cons.79. num.25. in fin.* Vbi etiam veriorem testatur, *& num.26. lib.2. Marcamb. cons.110. num.62. Pontan. de alim. cap.10 nu.2. in fin. vers. eademque de causa Coler. eod. tract. de alim. lib.1. cap.9. num.28. & seq.* Vbi sex efficacibus comprobat rationibus, *& num.30.* Iuri,
5 & æquitati consentaneam sententiam appellat, *Surd. pariter de alim. tit.1. quæst.28. nu.1. & 6. prop. fin. Veriorem testatur, & num. seqq. vsque ad fin. quæst. Roderic. Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib.2. cap.2. §.1. sub num. 73. vers. moueor etiam, idemque sentit lib.3. cap.1. num.2.* Vbi etiam in foro animæ ipsum teneri comprobat *Fachin. contron. Iur. lib. 12. cap. 61. à vers. contrariam sen-*
6 *tentiam*, vbi etiam hanc † æquissimam appellat sententiam, ad obiectaque contrariæ opinionis respondet *Io: Bapt. Cost. de remed. subsid. remed.66. num.4. in fin. à vers. qui verè loquitur Afflict. super 3. libr. feud. rubr.28. de natur. success. feud. sub num. 40. circa med. sub vers. item si Iure Francorum, & sub vers. nec obstat, quod dictum est supra Odd. de fideic. & prohibit. alienat. quæst.39. num.23. Castill. quotid. controu. lib.4. par.4. de coniect. vlt. vol. cap.61. num.52. & 53. vsque ad vers. quoad quartum verò,* Vbi latissimè comprobat, & ad obiecta partis aduersæ respondet, ac veriorem
7 & æquiorem † affirmat, *Mart. de Iurisd. 4. par. cas.23. num.22. & seq. Ioseph. Ludou. decis. Lucen.62 num.36. par.1. Martin. Monter. à Cueua decis. Aragon.16. à num.16. vers.2. pro hac sententia, & plurib. nu. seqq. & ferè per tot. decis. Giurb. decis.5. n.14. & seqq.* Vbi pluribus rationibus, & auctoritatibus confirmat, ac veriorem testatur, Idemque sentiunt *Alois Ricc. in Add. ad Vinc. de Franc. d. decis.178. ante vers. ex supradictis igitur, in verb. & nota quod non tantũ, & in fin. addit. Ang. in Auth. res quæ sub num.2. vers. & ideò non mirum C. Com. de legat.*

8 Et pro hac sententia pluries iudicatum fuisse in varijs Tribunalibus, & in supremo Castellæ Conuentu testatur, *Monter. à Cuen. dicta decis.16. num.11. in fin. & num.12. Giurb. d. decis.5. num.14. Molin. de primog. Hispan. d. lib.2. cap.15. num.12.*

9 In alio Supremo Castellæ Senatu † iudicatum affirmat *Castill. de coniect. vlt. vol. d. cap.61. sub num.53.*

10 In Regia Aragonen̄ audientia † testantur *Monter. à Cueu. d. decis.16. num.11. & 12. & Castill. de coniect. d. cap.61. sub nu.53. à vers. quæ Senatus illius.*

11 In supremo Concistorio Regni † Siciliæ omni-

omnium voto decisum testatur *Giurb.d.dec.5. num.14. & in fin. decisionis*.

12 In Sac. Consilio Neapolitano † decisum ex rescripto Cæsareæ Maiestatis affirmat *Mart. de Iurisd.4.par.cas.23.num.22. & seqq.*

Et hanc sententiam fuit amplexum hoc Sa-
13 crum † Tribunal, *& signanter in Romana Alimentorum 13. Iunij 1613. coram bon:mem: Patriarcha Manzanedo, & nouissimè in Romana dotis 14. Iunij 1635. coram R.P.D. meo Merlino.*

14 Quæ sententia pluribus quoque † fulcitur textibus tàm Iuris Ciuilis, quam Canonici, Iuris siquidem Ciuilis *in l. si quis à liberis sub vers. vtrum autem ff. de liber. agnosc.* ibi, *cœterosque Vitilis sexus parentes alere cogatur*, quod ver-
15 bum parentes ad Patruum † omnino referri visum est, quandoquidem DD. aduertebant Imperatorem de Patre, Auo, vel Proauo, ibi, nō intellexisse, ex quo illos nominatim expressisserat, vltra quod verbum illud, cœterosque
16 alias † personas præter expressas includir, ad Abauum verò, & Atauum referri minimè potest, quia impossibilis videtur casus, quod
17 Abauus, † vel Atauus, atque Abnepos, vel Atnepos eodem tempore superuiuant, vt in minus fortibus terminis, quod nec quidem
18 pronepos Proauo viuente † nasci seu concipi soleat benè considerat *Socc.sen. cons.10. sub numer.10. & 11.vol.3.*

Vndè pernecesse ad Patruum referri debet,
19 præsertim cum Patruo† illud nomen Parentis optimè adaptetur, *vt est text. clarus in l.sororis proneptem quæ est 39. ff. de rit. nupt. & de Amita est text. in §. item Amitam Instit. de nupt.*

Hinc videmus, quod Nepos parricidium
20 dicitur † perpetrasse pœnaque parricidij punitur, si Patruum occidit *l.1.ff. ad l. Pompe de parricid. Menoch.8 10. num.1. & faciunt tradit. per Alex. Trentacinqu. cons.72. vol.2.* Vbi tripliciter
21 nomen Parentis intelligi ait, † Primò sub eo strictissimè venire solos ascendentes vsque ad Tritauum. Secundò strictè comprehendi Agnatos, Tertiò largè venire agnatos, & Cognatos, & nomen Parentis quandoque etiam
22 in † Collateralibus Consanguineis verificari.

Et quod nomen Parentis etiam ad Consagui-
23 neos, & cœteros coniunctos † referatur tradunt *Aym.cons.80.num.12.Ias. in l.2.§. Prætor ait nu.1.ff. de in Ius voc. Angel. in §. Oeconomus versus finem, vers. vltimo nota Auth. de alien. & Emphit. Rot.decis.492.num.1. versus finem part.3. in recent.*

Qui Intellectus fortius cōprobatur ex alijs sequeñ verbis eiusdem *text. in d.l. si quis à liberis*, ibi (Et cū ex æquitate res hæc descendat, charitateq; sanguinis singulorū desideria perpendere Iudicem oportet) Vndè cum Iudex
24 in præstandis † alimentis perpendere debeat desiderium singulorum, in quibus æquitas, & charitas sanguinis concurrit, vtique Patruo tàm cōiuncto erunt alimenta per eum decernenda, & præterea quando etiam Patruus præ-
25 cedenti verbo, † parentum, non esset comprehensus, nihilominus sub hac ratione æquitatis, & charitatis sanguinis ab Imperatore allata comprehendi deberet, nam quando ra-
26 tio legis est generalior † dicto, illud semper extendit, & ampliat. *Surd. conf. 67. num.21. & conf.96.num.20. Tiraq. in tract. cessan. caus. par.1. num.154. & seqq. Rot. in Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Cumque ampliatio propter generalitatem
27 rationis † admittatur etiam in odiosis, & exorbitantibus *Surd.d.conf.67. sub eodem num.21 Tiraquel. ibidem num. 158.* facilius in hac mate-
28 ria alimentorū, † quæ fauorabilis est admitti debet, *Decian.conf.48.num.22.lib.5. Peregr. de fideic. art. 42. sub num. 87.* Cum in ea potius sit
29 admittenda superfluitas, † quam quod quis debitis priuetur alimentis etiam, quod interpretatio contra Ius fieret, *vt per optimum text. in l.1.C. de legat. tradit Gratian.discept. 104. num.65. Rot.decis.203.num.5. par.2. diuers. Et facit text. in l. Caio Seio, §. Imperator ff. de alim. & cibar. le-*
30 *gat.* Vbi legatum alimentorum † relictum alicui quoad cum aliquo moratus fuerit, Imperator fuit interpretatus deberi etiam mortuo eo, cum quo legatarius morari tenebatur.

Ex dispositione etiam Iuris Canonici hæc
31 alimenta † à Nepote eius Patruo, & è conuerso deberi probat, *primo text. in cap. 1. verb. amita de cohabit. Cleric,* ibi, *eis quæ necessaria sunt*
32 *subministrant*, qui text. licet loquatur de Clerico, cuius bona pauperum esse dicuntur nihilominus illum teneri præstare alimenta suæ
33 Amitæ, non † quidem ex eo quod bona Clericorum sint bona pauperum, sed ratione propinquitatis, & sanguinis coniunctionis prout iuta in eodē c.& glos.alleg.satis demonstrant. vt aduertit *Coler. de aliment.d.lib.1.c.9. n.28. sub vers.2. probatur, vbi refellit Cordub. de Lara qui in in d.l.si quis à liberis § idem rescripsit n.107. d.text. in cap.1. eludere conatur.*

Secundo probat *text. in c. cum quidam §.fin.de Iureiur.*vbi *Bald. n.3. & Felin. nu.2. in fine* aiunt
34 Coniunctos † ad vitæ subsidia inter se præstanda teneri, & per hunc etiam text. alimenta Patruo deberi firmat *Surd.de alim.d. tit.1. q.28. num.3. Monter. à Cueu.d. decis.16.num.10. & sequitur Giurb.d.decis.5.num.17. vers. Iure autem Canonico, & decis. Rot. in d. Romana Alimentorum, vers. quibus non obstat coram Patriarcha Manzanedo.*

Tertiò, & clarius id probat, *text. in cap. est*
35 *probanda distinct. 66.* ibi, *proximis † seminis tui* non despicias, si egere cognoscas, melius est
36 enim vt ipse subuenias tuis, quibus † pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui po-
37 stulare subsidium necessitatis per quem text. etiam in foro conscientiæ nepotem Patruo alimenta præstare debere docet *Roderic. Aluarad. de conicct.ment.defunct.d.lib.3.cap.1.num.2.*

Quod Ius Canonicum in hac materia ali-
38 mentorum † seruandum esse etiam in foro Ciuili, & Terris Imperij firmant in specie *Giurb.d.decis.5.num.17. & 24. Monter. à Cueu. d. decis.16. sub num.14. & in d. Romana Alimentorum coram Patriarcha Manzanedo, & in d. Romana dotis coram R.P.D. meo Merlino.*

His accedat authoritas sacrarum litterarū, quæ iubent, vt cuilibet egeno subueniatur, *vt in prouerb.5.vers.16.& Luc.6.vers.38.* nec non authoritas Apost.3.ad Thimot.5. dum ait eū,
39 qui † ex sua familia nato non subuenit, fidem ne-

negare, ac infideli deteriorem effici, pro vt per dd. auctoritates hanc sententiam comprobat idem *Coler. d. cap. 9. num. 28. vers. 5. addnei postea*.

Potissimè cum versemur in persona adeo
40 coniuncta, qualis † est Patruus, qui in ipsis sacris litteris sæpissime sub nomine fratris nũcupatur, vt signanter videmus in *Genes. c. 13. num. 18.* Vbi cum Abraham loqueretur, cum Loth qui erat filius sui prædefuncti fratris, vt patet *ex cap. 12. sub vers. Tulitque sarai Vxorem suam*, ait ne quæso sit Iurgium inter me, &
41 te, † & inter Pastores meos, & Pastores tuos fratres enim sumus. Et in eadem *Genes. c. 29. num. 15.* Vbi cum Laban Patruus loqueretur cum Iacob Nepote, inquit, num quia frater meus es, gratis mihi feruies? Idemque probatur *ex cap. quaritur 22. quæst. 2.* ibi, *Soror enim*
42 *dicitur, quia filia fratris † erat*. Vnde si Iura sunt clara, quod fratrem pauperem quis alere tenetur, & ad fauorem D. Marei firmauit *Rot. decis. 92. par. 5. diu.* Cur non idem dicendum de
43 Patruo, qui † etiam in sacris litteris tamquam frater recognoscitur, & nuncupatur.

Et hinc corruit præcipuum contrariæ opinionis fundamẽtum ex eo desumptum, quod
44 nulla † lege cautum sit à Patruo Nepoti, & è conuerso alimenta deberi, cum id nedum Iure Cæsareo, sed etiam Pontificio, quinimo Iure etiam Diuino appareat esse sancitum.

Præterea, quando Ius scriptum in huiusmodi Casu in specie non prospexisset ipsa ra-
45 tio † naturalis, ipsaque rei æquitas vim legis haberet ac pro lege allegari posset, vt in puncto aduertunt *Fachin. contrau. d. lib. 12. cap. 6. versus finem, vers. ideo non obstare, quod lex, & sub vers. cuius etiam rationem, Surd. de alim. d. tit. 1. quæst. 28. num. 7. & seqq. Monter. à Cueu. d. decis. 16. num. 9. & sub nu. 12. & seqq. Giurb. d. decis. 5. n. 16. & num. 23. & alys omissis Rot. in d. Romana dotis coram D. meo Merlino*.

Quapropter ab hac sententia non minus Iuribus fult ita quã rationibus à prædictis Doct. & signanter à Colerio relatis, quamue Doct. communiter, & inter alios *Pontan. Coler. & Surd.* qui ex professo hanc materiam alimentorum tractarunt, vti veriorem, & æquiorem sequuntur, & iuxta quã tot supremaTribunalia iudicarunt visum fuit non esse recedẽ, ma
46 ximè † cum iniudicando magis æqua sit tenenda sententia, quamuis contraria esset magis communis *Hond. cons. 59. num. 67. lib. 1. Port. Imol. cons. 42. num. 3. Cephal. cons. 93. num. 6. lib. 1. & cons. 766. num. 17. lib. 2. Lancell. Gall. cons. 122. n. 10*

Tanto magis in hoc S. Rotæ Auditorio, quod ex inueterato stylo in opinionũ confli-
47 ctu † æquiorem solet amplecti sententiam, vt dixit, *Rot. in Ariminen. legitima de Scarponibus 5. May 1627. coram Reuerendissimo Vrgellen.*

Additur ex abundanti multò magis prædictam opinionem recipiendam, quando vt in huiusmodi casu, Nepos à quo alimenta petuntur est Comes, vel Marchio tunc enim
48 ne † Patruus in Comitatus, seu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta esse omnino decernenda admittunt etiam cõtrariæ opinionis sequaces, vt in specie declarat *Castil. de coniect. vlt. vol. d. cap. 61. sub num. 53. vers. statim tamen, vbi idem sensisse testatur Corduba de Lar. in d. l. si quis à liberis, §. si mater n. 53. de liber. agnosc.* Et idem ex contrariæ partis sequacibus sentiunt *Larre decis. Granaten. 47. sub numer. 33. post. med. vers. nec habeant adiunctam dignitatem, & 50. in fin. & Mastrill. d. decis. 85. num. 35. & seqq. lib. 1.* Vbi etiam quod Concistorium determinauit Patruo naturali annua scuta 300. & quod resolutio ab vtraque parte fuit approbata.

Et sic non obstat, quod versemur in Patruo
49 naturali legitimato, cui † Iura minus fauere solent, quam legitimo, quoniam omisso, quod Iura, & Doct. supra alleg. indistinctè loquuntur, fuit responsum id procedere in
50 materia successionis, in qua † legitimus naturali præfertur, secus autem in materia alimentorum, in qua naturalis à legitimo non differt *Lup. de illeg. & natur. restit. liber. Comment. 2 §. 1. num. 8. & sub num 28. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 1. num. 77. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 25. num. 31. ad fin. & tit. 7. qu. 9. num. 9. Paleot. de noth. & spur. cap. 38. in fin. Gratian. discept. 567. num. 26. tom. 3.* & in specie quod etiam Pa-
51 truo † naturali debeantur alimenta firmat, *Mastril. d. decis. 85. num. 35. & seq. lib. 1. Et fuit resolutum in d. Romana alimentorum 15. Iuny 1613. coram Patriarcha Manzanedo*. Præcipuè quan-
52 do, prout † hic Patruus ex nobili prosapia descendit, vt ponderat idem *Mastrill. d. dec. 85. num. 35. & seqq. Vbi sub num. 79.* ait idem procedere ex maxima æquitate.

Minus obstant Doct. in contrarium allegati, nempe *Alex. in l. 1. num. 20. vers. quid de Patruo, Rip. ibidem post Angel. & Imol. num. 86. ff. solut. matrim. Afflict. in constit. Regn. lib. 3. de succeß. Nobil. rubr. 24. num. 39. Bald. Nouell. de dot. 6. par. princ. 16. Special. num. 5. vers.* quid autem in patruo *Campeg. de dot. par. 1. q. 29. Paris. cons. 16. num. 79. lib. 2.* Quia prædicti non loquuntur in casu alimentorum, sed in casu dotis, ex quo afferunt quod
53 patruus non tenetur dotare † Neptem, quæ conclusio vltra quod est admodum controuersa, cum non desint contrarium sentientes, & signanter *Bolognet. in d. l. 1. num. 134. in fin. ff. sol. matr. & aly, tãmquam tales à Rota non admissi in d. Romana dotis coram D. meo Merlino, & in alia Romana dotis 16. Iuny 1633. coram R. P. D. meo Pirouano*.

Ex ea male infertur ad casum alimentorum
54 quorum † causa magis priuilegiata est, & vrgentior; quam causa dotis *Peregr. de fideic. art. 42. num. 37. Dec. in l. si certis annis num. 8. C. de pact. Natt. cons. 410. num. 25. Gratian. discept. 832. nu. 33. Giurb. d. decis. 5. sub num. 40. vers. sed diuersa Monter. à Cueu. d. decis. 16. num. 16.*

Et argumentum ab alimentis ad dotem, quo dd. Doct. contrariæ opinionis sequaces vtuntur multis confunditur exemplis, nec
55 semper concludit, cum † multæ sint personæ, quibus non debetur dos, & tamen deben-
56 tur alimenta, filius enim non tenetur † dotare Matrem *l. 1. §. præterea ff. de tutel. & ration. distrah. l. tutor secundum §. fin. de admin. tutor. Iass. in Auth.* res

res qua num.9.C.comm.de legat. Surd.de alim.tit.1. quæst.28.num.9.in fin.& num.10. Monter.à Cuen.d.
57 *decis.26.sub.num.*20. Eam tamen † tenetur alere *d.l.si quis à liberis ff.de liber.agnosc. l.tutor §. fin. ff.de admin.& peric.tutor.* cum aliis similibus casibus, qui per d. Aduocatum afferebantur.

Propterea licet valeat argumentum affir-
58 matiuè sumptum tenetur dotare† ergo tenetur etiam alere, nõ tamen valet negatiuè sumptum videlicet non tenetur dotare ergo nec alere, vt in terminis affirmant *Fachin. controu. Iur.lib.12.cap.61.in fin.Surd.de alim.tit.1.quæst.28. sub num.3. à vers.2.* respondeo, *Io. Baptista Costa de remed.subsid.remed.66.num.5. Monter. à Cueu.d. decis.16.num.11.& 20.Giurb.decis.5.num.42.*

Et sic minus releuant cæteri prædicti Doct. Tum quia contra ipsos stat verior, magis
59 æqua, † & magis recepta sententia, vt ex prędictis apparet. Tum quia mouentur ex non subsistenti ratione, quod non reperiatur Iure cautum Patruo alimenta à Nepote, & e conuerso deberi cuius contrarium liquet ex deductis. Vel mouentur auctoritate prædictorum, qui in terminis dotis loquebantur, non autem alimentorum, quæ vrgentiora sunt, & magis priuilegiata. Tùm demum quia illi
60 communiter reijciuntur, nam† *Odofred.*vltra quod perfunctoriè loquitur, & solum tangit Ius alendi etiam inter Collaterales primi gradus procedere, nec aliud asserit, communiter reijcitur *à Coler.Surd.Fachin.Giurb. Monterio supracit. Emanuel à Costa confutatur à Coler de alim. lib.1.cap.9.num.27.& à Giurb.decis.5.n.21. Molin. de Primog. reijcitur à Roderic. Aluarad. de coniect. ment.defunct.lib.2.cap.2.§.1.sub num.73. à Castill. de coniect. vlt. vol. cap.61.sub num.53. presertim vers.& ita tenendo, & à Giurb. & aliis pluribus* Prætèrea idem *Mol.in loc.superius citato sub vers. his tamen non obstan.* pro alimentis ad fauorem Patrui in supremo Castellæ Conuentu decisum fatetur Garz.reijcitur *à Coler.de alim. d.c.9.n.27.& à Giurb.d.*Vinc.de Franch. confutatur à pluribus, & signanter *à Monter.d. decis. 17.num 38.& à Giurb.pracit.decis.5.& à Castill.d. d.cap.61.sub eodem n.53.*Cordub.de Lara reprobatur *à Giurb.d.decis.5.num.23.à Surd.de alim.tit. 1.quæst.28.sub num.12.à Coler.Castil. & in aliis locis supracitat.* Vltra quod *Cordub.* contra ipsum D. Marchionem retorquetur, nam iste vt aduertit *Castill. loco supracit.* à sua sententia recedit, quando vt in hoc casu Nepos, qui alere
61 tenetur, † est vel Comes, vel Marchio, ne in opprobrium talis dignitatis Patruus mendicare cogatur.

Denique minus obstat quod alimenta ne-
62 poti non deberi†decisum Bononiæ dicat *Silnan.conf.33.quem refert Rota d. decis.408. num.27. par.5.diuers.* Nam *Siluan.d.conf.33.vsque ad num.12.* ex pluribus efficacibus rationibus comprobat hæc alimenta deberi, & licet *d.num.12. sub vers. quidquid tamen sit* asserat contrarium decisum Bononiæ, hoc non releuat. Tum quia pro fundamento talis decisionis *Silnan.*
63 duas deducit rationes, † videlicet, quod non reperiatur Iure cautum illa deberi, & quod valeat argumentum de dote ad alimenta, quarum vtraque corruit ex pluribus superius deductis. Tum etiam quia si esset iudicandum
64 exẽplis,†licet Bononiæ fuerit semel decisum alimenta Nepoti à Patruo non deberi, contrarium postea pluries fuit decisum in Regno Aragoniæ, Siciliæ, & aliis supremis Tribunalibus supra relatis, & etiam in hoc S. Rotæ Auditorio, vt in prædictis decisionibus ex quibus patet etiam responsio *ad decis.408.part. 5.diuers.*

Quæ sententia quod D. Marchio teneatur alere d. D. Marcum suum Patruum multò magis recipienda videtur in huiusmodi casu, cum ille sit etiam hæres tàm Marchionis Hieronymi, quam Cardinalis Alexandrini, quam etiam Marchionis Antonini, qui tamquam Pater, Patruus, & frater respectiuè D. Marcum alere tenebãtur, & semper aluerunt, dum viuebant, vnde illis defunctis modernus Marchio ad alimenta eidem præstanda tene-
65 tur, cum † onus alendi transeat ad hæredem, & quemcumque possessorem bonorum *l.2.& l.alimenta & l. libertatis quos Testamento §. manumissis ff.de alim.& cibar.legat. Alex.cons.18.num.17 vers. sic videmus in alimentis lib.5.Negusan.respons. 490.num.7.Scacc.de Iudic.lib.2. cap.9. num.1105. vers.declara cum Rota in Bononien.alimentorum 18. Martij 1594. coram bo.me. Penia & in Romana alimentorum 13. Iunij 1608.coram Cardinali Pamphilio.*

Maximè cum D. Marcus apud d. Clar. mem. Cardinalem Alexandrinum fuerit nobiliter educatus, *vt in decis.92.n.15.par.5.diuers.*
66 Et ob specialem † alimentorum fauorem sola triennalis præstatio obliget ad eadem alimenta in futurum præstanda, *Bart. in tract. de aliment.num.3. Alberic.in l.non dubium.num.1. C.de testam. Alex.in l.si certis annis num.5.C.de pact.Guidop.quæst.576.num.5.Gratian.discept.208. num.13. tom.2. Mathesil.singul.122.in fine.*

Eoque magis cum nec sit curandum vnde
67 bona proueniant,†quando ea,vt in huiusmodi casu ratione sanguinis debentur *Maresc. var. resol.lib.2.cap.85.num.4.vers.dicit quod cum frater, Gratian.discept.forens.563.n.21. versus finem vers. vbi etiam non est quærendum tom.3.Molin.de primog Hispan.lib.2.cap.15.sub num.59.Rota decis.538 nu. 4.& 5.par.1.in recent, & ad fauorem d. Marci dixit Rota d. decis.92.num.11.par.5.diuers.*

Quibus stantibus non obstat alterum obiectum, quod D. Marcus possit vel militare, vel alio simili exercitio sibi victum quærere. Quoniam in hoc casu non attenditur talis
68 industria † propter fragilitatem humanæ potentiæ; Sed an quis habeat tot in bonis, ex quibus decenter viuere possit, vt aliàs firmauit *Rota ad fauorem d. Marci coram Reuerendiss. Vrgellen.& tradunt Aldobrand.cons.28. num.26.& seqq. lib.1.Caball.cons.Ciuil.754.num.28.& seqq. Aym. cons.199.num.5. & seq.& Io.Bapt.Lup.intret. de illeg.& natur.restit.liber.comment.2.§.1.num.35.*Vbi etiam decisum testatur Mantuæ reiecto *cons. Curt.Iun.contrarium sentien.Maresc.var.resol.lib.2.c. 83.num.40.*& dixit alias *Rota in Rom.alimentorum 17.Iunii 1608.coram Card. Pamphilio, in Viterbien. alimentorum 22. Iunij 1615.coram Card.Vero-spio*

rospio & decis. 628. num. 3. par. 4. recent.

Firmato igitur D. Marchionem teneri præstare alimenta d. Marco eius Patruo DD. resoluerunt pro eisdem alimentis esse faciendum assignamentum super Palatio Magno, quod possidetur à D. Marchione hic in Vrbe Platea SS. Apostolorum, ad hoc vt d. Marcus ex illius pensionibus quantitatem alimentorum sibi designatam liberè, ac pacificè perci-
69 pere valeat; Nam† vbi quis tenetur aliquem alere, Iudex potest illum condemnare ad assignandum bona, ex quorum redditibus alter alimenta percipiat, prout in hisce casibus fieri consuetum testantur *Bald. in l. 2. sub. num. 4. vers. sed pone pater C. si in fraud. patron. Alex. in l. Imperator num. 13. ff. ad Trebell. Ias. in l. si constante num. 199. ff. sol. matr. Cagnol. in l. fin. num. 290. C. de pact. Paul. de Castr. in d. l. 2. num. 6. C. si in fraud. patron. Zasi. in l. ait Prætor § sed & si quis nu. 2 versu fin. ff. de ineiur. Peregr. de fideic. art. 36. num. 16. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 41. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 88. num. 3. Molin. de Primog. d. lib. 2. cap. 15. nu. 72. & dixit Rota in Rom. alimentorum 11. Febr. 1605. coram bo. me. Penia.*

Quoquo ad secundam inspectionem, quæ respicit quantitatem alimentorum, DD. censuerunt d. assignamentum esse faciendum ad rationem scut. 12. pro quolibet mense; hoc modo videlicet quod scuta quatuor præstentur super bonis hæreditarijs Marchionis Antonini fratris d. Marci, & scut. 8. super bonis Primogenituræ institutæ à bo: me: Card. Alexandrino Patruo eiusdem Marci, quamuis enim dd. alimenta fuerint aliàs eidem D. Marco taxata ad rationem scut. 20. menstruorum. Nihilominus quia ex dicto Marchione præ-
70 defuncto, † cuius hæreditas prætenditur non leuiter diminuta, extant hodie quinque filij legitimi, nempe tres masculi inter quos adest d. Modernus Marchio, ac duæ fœminæ, status verò bonorum moderni Marchionis, qui possidet omnia bona tàm hæreditaria Marchionis Antonini, & Marchionis Hieronymi, quà Primogenituræ d. clar. mem. Card. Alexandr. adhuc huiusmodi non liquet. Ideò DD. pro nunc arbitrati sunt d. assignamentum esse faciendum iuxta modum superius expressum ad prædictam rationem scutorum duodecim menstruorum.

Et ita resolutum vtraq; &c.

AVENIONEN. VSVSFRVCTVS.

Mercurij 4. Februarij 1637.

ARGVMENTVM.

Substitutio exemplaris, quando sustineatur. Testamentum impugnans, quando priuetur omni eius commodo. Fideicommissum vt dicatur agnitum, quid requiratur. Vsusfructus an vendi, & alienari possit.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio exemplaris est nulla ob præteritionem filiorum. & num. 6.*
2 *Donatarius repræsentat personam donantis.*
3 *Ad vitæ tempus, si quid alicui fuerit relictum importat vsumfructum.*
4 *Dispositio purificata, perinde ac si pura esset iudicanda est.*
5 *Testamentum impugnans priuandus est omni commodo in testamento sibi relicto limita num. 7.*
8 *Pater faciendo substitutionem exemplarem filijs mente captis in suo testamento, reputantur duo testamenta, vnum Patris & alterum filiorum, & consequenter duo patrimonia separata.*
9 *Testamenti impugnatio, cum clausula, sine præiudicio iurium sibi in eo competen. quid operetur.*
10 *Fideicommissum transmitti non potest sine agnitione.*
11 *Fideicommissi agnitio resultat ex eius petitione Iudiciali.*
12 *Voluntatis declaratio sufficit ad agnitionem fideicommissi.*
13 *Vsusfructus potest vendi alienari, & donari.*
14 *Vsusfructus an possit cedi extraneo.*
15 *Vsusfructus dum dicitur quod non potest cedi intelligi debet ad effectum, vt ius siue commoditas reguletur à vita Vsufructuarij.*
16 *Vsusfructus morte Vsufructuarij extinguitur.*
17 *Testator, si aliquid alicui reliquerit si filios masculos non habuerit, si habeat nepotem ex filia, an deficiat conditio.*
18 *De Vsusfructus substantia est dare, seu offerre cautionem.*
19 *Rem melius est habere, quam fideiussores.*
20 *Testator si alicui reliquerit vsumfructum si is non valet præstare cautionem hæredi, consulitur vtriq; parti per dimissionem rei penes hæredem, qui præstet Vsumfructum.*

DECISIO CCCCL.

DE anno 2614. sub die 9. Iunij fuit in hac Causa resolutum coram bo: mem: Buratto substitutionem exemplarem factam per q. Nicolaum de Tertullijs Bartholomeo, & Antonio eius filijs masculis mente captis ad fauorem Francisci, & Nestoris eiusdem Ni-
1 colai ex filiabus Nepotum esse † nullam, ob præteritionem earumdem filiarum contra formam *l. humanitatis C. de impub. & alijs subst.* quæ decisio deinde sub die 29. Nouemb 1627 fuit confirmata coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo subrogato Buratti defuncti, & vltimo in hac decisione fuit firmatum intrare substitutionem fideicommissariam ad fauorem eorumdem Nepotum exemplariter substitutorum, quoad bona scilicet d. Nicolai Testatoris: Postquas resolutiones Catharina, & Franciscus Nepotes Donatarij, & hæredes Gabriellæ vnius ex d. Testatoris filiabus petierunt ab intestato immissionem in bonis dd. mentecaptorum, & per duas decisiones 1. sub die 18. Nouembris 1635. 2. sub die 3: Martij 1636. proponente R. P. D. meo Buccabella subrogato in locum Eminentissimi Cardinalis Vbaldi fuit resolutum ipsis dandam esse immis-

immissionem pro tertia parte bonorum in eorumdem mentecaptorum hæreditate reper-
2 torum, sicuti ipsi Gabrieliæ, † cuius personam repræsentant dari debebat, ex interdicto quorum bonorum *iuxta trad. per Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 33. & remed. 4. num. 236. cum alijs allegat. in decisionibus*; iuxta quarum tenorem D. meus Buccabella suam protulit sententiam, quæ executioni fuit demandata: Sed quia vltra dd. bona compræhensa in sententia dd. Donatarij pretendebant etiam Vsumfructum bonorum fideicommisso Nicolai subiectorum, contigit dubitari. An d. vsusfructus deberetur, & hodie proposito à me supradicto dubio fuit resolutum d. vsumfructum deberi.

Nam clara est Nicolai Testatoris dispositio quod in euentum in quem alia ex suis filiabus nullum haberet filium masculum, habeat sua vita durante partem suorum bonorum, quam habuissent eius liberi masculi, si in re-
3 rum natura extitissent, † quod relictum ad tempus vitæ vsumfructum importat, secundum communem opinionem, à qua non recedendum esse testatur *Menoch. præsumpt. 133. n. 12. lib. 4. & cons. 352. num. 17. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 29. Castill. de Vsufr. cap. 30. num. 13.* & fuit firmatum in hac causa d. die 19. Iun. 1617. coram bo: me: Buratto. Vnde cum d. Gabrielia, à qua Donatarij causam habent nullos susceperit filios masculos, vt in cōfesso est apud partes, & firmatur in d. decisione Buratti consequenter eidem Gabrielliæ, seù eius hæredibus, & Donatarijs debetur vsusfructus tertiæ partis bonorum ipsius Testatoris sicuti cum proprietate fuisset debitus filijs ipsius vigore substitutionis factæ ad illarum fauorem à Nicolao Testatore, vt pariter firmatur in d.
4 decis. Buratti, cum enim † conditio huic legato vsusfructus adiecta, sit purificata, idem est ac si dispositio pura fuisset, *l. vbi purè ff. ad Trebell. l. cum quidam la 2. ff. de leg. 2. l. si dies in fin. ff. quando dies legati cedat*, & fuit dictum in altera Aurenionen fideicommissi 5. Decembris 1635. coram R. P. D. meo Panzirolo.

Non obstat quod Gabrielia in partibus petierit Immissionem totius hæreditatis vti hæres vniuersalis Nicolai, & sic impugnauerit
5 illius Testamentum, propter quod† venit priuanda omni commodo ei ex d. Testamento relicto, *l. Papinianus §. meminisse ff. de inoffic. testam. l. post legatum ff. de his quibus vt indignis Bart. in Auth. ex causa num. 19. C. de lib. præterit.* Quia fuit responsum, quod licet d. Gabrielia petierit d. Immissionem sub prætextu quod careret filijs masculis, & quod substitutio exemplaris non
6 potuerit fieri † nisi de se, vti sola superstite ex sororibus mentecaptorum iuxtà dispositionem *l. humanitatis*, non propterea impugnauit Testamentum paternum, cum ipsa diuiserit
7 Patrimonia mentecaptorum, & Patris, vt fecit etiam *Rota in hac causa sub die 29. Aprilis coram Eminentiss. Card. Vbaldo*, in qua firmatur nullam fuisse substitutionem exemplarem, validam verò substitutionem fideicommissa-
8 riam, quia duo † reputantur Testamenta, nempe vnum Patris, & alterum filij, & consequenter duo Patrimonia distincta, & separata *ad trad. per Castr. cons. 222. sub nu. 2.* cum alijs in decisione allegatis.

Quapropter petitio, & aditio hæreditatis facta per Procuratores Gabriellæ ad hoc specialiter constitutos in partibus de anno 1614. fuit de successione sibi per substitutionem
9 exemplarem delata; † Idque citra præiudicium vsusfructus sibi competentis ex substitutione fideicommissaria, per quam clausulam censetur omnia iura sibi competentia ex testamento paterno reseruasse, *l. si debitor. §. 1. iuncta glos. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Paris. cons. 123. num. 142. lib. 1. Castr. cons. 312. numer. 4. lib. 1.*

Non obstat, quod donatio Gabrieliæ sit restricta ad iura competentia ex substitutione pupillari de bonis, & iuribus mentecaptorū, & quod propterea non posset dici agnitum fi-
10 deicommissum paternum, † sine qua agnitione non potuit transferri ad Donatarios, *Peregr. de fideic. art. 2. numer. 63. Fusar. de substitut. q. 486. per tot.* Quia vltra quod hoc cessat ex facto, ex quo in donatione sunt compræhensa omnia, & quæcunque iura competentia super hæreditate Nicolai. Respondetur, agni-
11 tionem probari ex † petitione iudiciali, in qua expressè Gabrielia sibi reseruauit ius cōsequendi vsumfructum, quæ declaratio vo-
12 luntatis † sufficit ad agnitionem fideicommissi, *arg. l. legatum, ff. de legat. 2. Peregr. de fideic. art. 2. num. 63.* & fuit dictum in *Viterbien. Castrorum 12. Iunij 1623. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Non obstat, quod in dicta donatione non fuerit cessa commoditas, sed vsusfructus, qui non potest cedi. Quia immo verior, & cōmu-
13 nior est sententia posse † alienari, vendi, & donari, vt per innumeros congestos per *Castill. de vsufruct. q. 69. num. 6. & seq.* Et licet sit
14 controuersum, An possit † cedi extraneo, vt per eumdem *Castill. d. cap. 69. num. 20.* Tamen hic agitur de donatione, quæ est permissa, & dum aliqui Doctores tradunt non posse ce-
15 di, debent † intelligi ad effectum vt ius, siue commoditas reguletur à vita vsufructuarij,
16 per cuius obitum † vsusfructus finitur, *l. si socius, C. de iur. dot. Bald. in l. Vsufructus, vers. secundo premitto, & Imol. numer. 1. 5. & 10. ff. solut. matr. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 3. num. 11. & 19. Castill. de vsufr. d. cap. 69. n. 13.*

Non obstat, quod legatum d. vsusfructus non fuerit purum, sed conditionale, nempe in euentum, quod aliqua ex dd. filiabus nullum haberet masculum, quæ conditio non
17 debet dici purificata † ex quo Gabriela habuit ex Francisca filia Henricum nepotem. Quia fuit responsum Testatorem intellexisse de masculis primi gradus, non autem de nepotibus *ad tex. in l. 1. in fin. & l. Immunitates, ff. de iur. immun. cum alijs per Fusar. cumulat. qu. 404. n. 1. & seqq.*
18 Non obstat, quod Gabrielia † nunquam dederit, neque obtulerit cautionem, quæ est de substantia vsusfructus, *Ruin. cons. 91. num. 10. & cons.*

& conf.202.nu.7.lib.2.Fulgof.conf.92.ad fin. Surd. dec.57.num.12. quia d.cautio non fuit oblata propter litem, quæ diu fuit agitata super validitate, vel inualiditate Testamenti, nec illa erat necessaria, ex quo hæredes semper ha-
19 buerunt proprietatem, & vsumfructum in manibus, plus enim est rem habere quam fideiussorem. Vnde fit, quod quando cautio haberi non valet consulitur vtrique parti per
20 dimissionem, rei penès hæredem, qui præstet vsumfructum, vt post *Bellon.& alios, Surd. dec.141.num.14.Siluan.conf.37.n.3.*

Et ità vtraque &c.

MVTINEN. MATRIMONII.

Veneris 27. Februarij 1637.

ARGVMENTVM.

Matrimonium non celebratum coram proprio Parocho, vel ab alio de illius, vel Ordinarij licentia non sustinetur. Parochianus, vt quis efficiatur alicuius loci, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non celebratum coram proprio Parocho, vel ab alio de illius, seu Ordinarij licentia non tenet, num.6.7.& 8.*

2 *Parochianus, vt quis efficiatur, sufficit vt habitare incipiat in loco.*

3 *Procedit, quando cum habitatione constat de animo habitandi per expressam ipsius habitantis declarationem, seu per coniecturas, & referuntur nonnulla, ex quibus animus contrahendi domicilium excluditur, & n.3.4.5.6.*

9 *Testis depositio venit intelligenda, vt falsitas tollatur.*

10 *Vicarius, an possit dare licentiam contrahendi matrimonium coram alio Parocho.*

11 *Licentia non extenditur vltra petita.*

12 *Verba restringenda sunt ad causam propter quam fuerunt prolata,& iuxta illam intelligenda.*

13 *Scripturarum, & voluntatis ambiguitas interpætationem recipit ex verbis præcedentibus, & sequentibus.*

14 *Matrimonium celebratum coram alio Parocho, de consensu Episcopi, quem credebat proprium Parochum, tenet.*

15 *Licentiam non fuisse generalem præsumitur ex declaratione concedentis.*

DECISIO CCCCLI.

MARGARITA de Verdis de mense Iulij 1630.è Ciuitate Mutineñ se transtulit iubente Catherina matre ad Domum Augustini Bisetti sitam in Parochia S. Adriani Oppidi Spilimberti ad effectum ibi permanendi, ratione pestis tunc in dicta Ciuitate Mutineñ grassantis, dum ista iuuenis moras traheret in d.domo,ducta est die 22. Septembris eiusdẽ anni ad arcem d. Oppidi prætextu inuisendi D. Comitissam Barbaram Rangonam Gubernatricem ipsius loci,ibique retenta fuit inducta die 24. ad contrahendum de facto matrimonium cum Paulo Bisetto dicti Augustini filio non coram Parocho, nec in d. Parochia S. Adriani, in qua contrahentes habebant domicilium,sed coram Parocho,& in Ecclesia S. Io: Bapt. cui d. Margarita dicitur esse subiecta. Catherina mater habita notitia huius matrimonij, curauit filiam separari à d. Paulo, motoque iudicio in partibus super illius nullitate fuerunt latæ duç sententiæ declarantes d. matrimonium nullum; Causa postmodum ad Rotam delata, hodierne proponente fuit etiam resolutum non constare de matrimonio valido.

1 Quia cum d. matrimonium non fuerit contractum a proprio Parocho contrahentium, vel ab alio de illius, seu Ordinarij licentia fuit nullum, & irritum vti factum contra dispositionem *S.Conc.Trid. sess.24. c.1. de reformat. matr.* irritantis, & nullum declarantis matrimonium aliter factum.

Non obstat,quod matrimonium istud fuerit contractum coram Archipresbytero Rectore Parochialis S.Io: Baptistæ, quem prætenduut informantes pro Paulo fuisse Parochum Margaritæ, quæ de tempore contracti matrimonij reperiebatur in arce d.Oppidi,in qua permansit per duos, aut tres dies,cum ad
2 effectum,† vt quis efficiatur Parochianus sufficiat, vt habitare incipiat in loco, *Clem.1. & ibi glos. in verb. Parochialis de priuil.Rebuff. in repet.cap.extirpandæ, §. qui vero, in vers. contrariam opinionem de præben. Sanch.disput.23.nu.14. lib.3. & fuit dictum in Toletana matrimonij* 10. *Decembris 1625. coram R.P.D.meo Merlino.*

3 Quia ista conclusio † procedit, quãdo cum habitatione constat de animo habitandi per expressam ipsius habitantis declarationem, seu per coniecturas, vt firmatur in *d. decis.Toletana, & tradit Sanch. loc. supracit. Guttier. c.63. num. 21. vers. inferius ex supradictis.* At in præsenti casu non constat de animo Margaritæ habitandi in d. Arce, nec per ipsius declarationem,nec per coniecturas quinimo constat
4 ex quadam † Epistola eiusdem Archipresbyteri postridie scripta ad Episcopum Mutineñ ipsam casualiter accessisse ad Arcem animo venerandi Comitissam Rangonam, & postea redeundi ad domum Bisetti, vt admittit ipsemet Paulus, vnde excluditur animus, & voluntas ipsius ibi contrahendi domiciliũ, vt latè per *Sanch. d.disput.23.lib.3.num.12. vers. & confirmatur, & vers. sed vno, aut altero die.* Et
5 in specie de eunte † inuisendi causa exemplificat *Guttier. in d.cap.63. num.5.* & probatur ex ratione communiter ab omnibus recepta, quia qui aliò petit, vel ex causa recreationis, vel statim, seu vno, aut altero die reuersurus non fit Parochianus illius loci, ad quem se contulit, *cap.15.qui de sepult. in 6.* vbi scribentes omnes, *Sanch.d.disput.23.q.2.numer.9. & 11. Guttier.d.cap.63.num.2.* Animus siquidem colligitur ex circumstantijs, *l.non tantum, & ibi gl. ff. rem rat. hab. Menoch. præs. 35. num.1. & seqq.* & fuit etiam dictum in *d. Toletana matrimonij*, quæ in præsenti casu sunt satis certæ,siue spectentur præcedentia, scilicet finis propter

quem

quem Margarita accessit ad Arcem, nempe d. Comitissam inuisendi gratia, vt supra dictũ
6 est, siue subsequentia, dum † ipsa duobus diebus elapsis confestim rediit ad domum Bisetti, quapropter excluso animo Margaritæ habitandi in Arce, illa non fuit effecta Parochiana S. Io: Baptistæ, & per consequens matrimonium celebratum coram d. Archipresbytero Rectore d. Parochiæ non sustinetur, *Rota dec.643. num.2. & 3. & dec.656. par.2. diuers. Ceuall. in spec. q.604. nu.63. Barbosa de Episc. p.2. alleg.32. n.59. Spin. in specul. testam. glos.15. n.41. Ricc. decis.108. num.3. par.2.* Et hac ratione non
7 valet † matrimonium coram Parocho loci, in quo recreationis causa contrahentes reperiuntur, vt retulit S. Congregatio relata per *Garz. de benef. par.5. cap.7. sub num.11. in 4. dub. Barbos. de offic. Paroch. cap.21. num.37.* & genera-
8 liter, quod † requiratur domicilium animo permanendi, nec sola sufficiat habitatio, nullumque sit matrimonium eorum, qui in alienam Parochiam se transtulerunt, & ibi contraxerunt, *Molin. de rit. nupt. lib.2. q.11. numer.88. & 93. fol.107. Henriq. de matrim. lib.11. cap.3. n.2. Hurtad. eod. tract. disp.5. diffic.6. sub nu.19. Saucins select. lib.3. disp.23. ab eo relatis, Cened. q.30. n.60. vers. Henriquez, & n.61.* Et quando quis est aduena, vel hospes, *Congreg. Conc. relata per Salzed. & Ceuall. quem refert Grat. discept.75. nu.18. Hurtado vbi supra, Menoch. cons.398. num.16.* Et in terminis pro nullitate matrimonij *Nauarr. cons.1. num.2. de Paroch. lib.3. Ricc. d. decis.108. sub num.4. lib.2. Bonacin. tom.1. pag.259. sub n.5.*

Non obstat, quod dd. Archipresbyter, & Comitissa deposuerunt d. Margaritam permansisse in Arce spatio trium mensium, quia
9 d. depositio venit intelligenda † post introductum iudicium super nullitate matrimonij, & factam separationem, alias dd. Archipresbyter, & Comitissa dicerent euidenter falsum, cum sit in confesso inter partes d. Margaritam à mense Iulij, de quo discessit à Ciuitate Mutinen. vsque ad diem 22. Septembris commoratam fuisse in domo Bisetti sub Parochia Diui Adriani, & sub die 24. fuisse attentatum matrimonium in Arce, exindeque redijsse ad domum Bisetti.

Nec d. Matrimonium potest sustineri ex licentia concessa per Vicarium d. Archipresby-
10 tero, quia dato quod † Vicarius potuerit dare huiusmodi licentiam, prout illam tradere posse, ait *Nauar. cons.10. per tot. & cons.14. nu.1. de clandest. despons. Sanch. de matrim. lib.3. disput.25. num.10. & disput.29. q.3. num.18.* Cum illa sit restricta ad derogationem publicationum petitam per Archipresbyterum, & cum supposito, quod dictus Archipresbyter esset proprius Parochus contrahentium, aut alterius ipsorum, illa non potest extendi ad facultatem celebrandi matrimonium, cum licentia
11 non † extendatur vltra petita, *cap. inter in fin. de fid. instrum. l. si defensor. §. qui interrogatus, ff. de interrog. action. Paris. cons.3. numer.56. & cons.108. num.20. lib.4. Alex. cons.84. num.7. lib.1. Rota decis. 84. num.3. par.2. diuers. & decis.73. num.19. par.5. recent.*

Non obstat, quod ex verbis licentiæ, ibi, *e fatto questo V. S. celebri il matrimonio*, prætendatur Vicarium dedisse facultatem contrahendi matrimonium, quia dd. verba non possunt sumi in hunc sensum, ex quo fuerunt prolata solo respectu derogationis publicationum per Archipresbyterum petitæ, non autem ad effectum illum subdelegandi loco
12 Parochi. Verba † autem semper restringi debent ad causam propterquam fuerunt prolata, & iuxta illam sunt intelligenda, *Honded. cons.6. num.34. lib.1. Surd. dec.217. numer.15. Rota dec.23. num.16. par.5. recent. Greg. XV. decis.511. num.23. & seqq. Seraph. dec.559. num.2. & 3.* Maximè quia tam ex verbis præcedentibus ibi, *potrà in vece delle publicationi*, quàm ex immediatè subsequen. ibi, *ch'io derogo alle publicationi*, clara est interpretatio, quod ad solam derogationem publicationum referri debeant,
13 ambiguitas † enim voluntaris, & scripturarum ex verbis quæ procedunt, & ex ijs, quæ sequuntur interpretationem recipiunt *Surd. cons.565. num.6. Mantic. dec.66. nu.5. Rota dec.453. num.5. par.1. & dec.358. n.10. par.5. rec.*

Non obstant verba, *se i contrahenti non saranno persone forastiere, che possano hauere moglie, ò marito in altri paesi*, ex quibus infertur Vicarium cogitasse etiam de personis forensibus, quia hæc verba debent intelligi continuatiuè retento eodem themate, quod sint Incolæ, & tamen potuerint contraxisse nuptias extra Castrum, quasi quod Vicarius dixerit si contrahatur matrimonium inter Incolas, loco denunciationum examinentur Testes, sed si extra Castrum potuerunt habere coniuges, de illorum obitu detur prius testimonium.

Hinc non obstat resolutio S. Congregationis Concilij relata per *Leon. in tractat. for. Eccles. par.2. de sponsal. q.8. sect.3. num.64. fol.397.* Vbi
14 habetur, quod licet proprius † Parochus non celebret matrimonium, sed alius de Episcopi consensu, matrimonium tenet, etiamsi Episcopus vocatum crederet proprium Parochum. Quia hic non versamur in terminis subdelegationis factæ ab Ordinario ad celebrandum matrimonium ex quo crederet vocatum fuisse proprium Parochum, sed in facultate limitatè concessa ad omittendas publicationes tantum, & propterea non bene infertur, quod Archipresbyter de consensu Vicarij putantis eum esse Parochum validè celebrauerit matrimonium, cum ad id nulla illi data fuerit licentia, & concessa ad vnum effectum non debent egredi limites concessionis ex supra allegatis.

Et hunc sensum tanto magis DD. amplexi fuerunt tam considerata declaratione ipsiusmet Archipresbyteri, qui in suis litteris post matrimonium scriptis Episcopo Mutinen. dicit se dubitare de validitate d. matrimonii, ibi, *di maniera che mi rimane qualche dubio della validità del matrimonio*; quàm etiam attenta Vicarij, qui dedit d. licentiam sententia, per quam declaratur matrimonium nullum, ex qua quidem sententia dicebãt DD. magnam oriri præsumptionem, quod dicta licentia

non

non fuerit generalis, sed restricta ad dispensationem super omissione denunciationum ex traditis per *Surd. consil. 288. num. 8. lib. 2.*
Et ita vtraque &c.

RAVENNATEN. EMPHYTEVSIS.

Veneris 6. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Emphyteusi Ecclesiastica finita, si Ecclesia eam pro se nolit retinere proximiores defuncti sũt praeferendi extraneis, & quando constet Ecclesiam nolle pro se retinere. Emphyteusis concessa ad beneplacitum concedentis, quando possit reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi Ecclesiastica finita, si Praelatus inuestiat extraneum, oritur declaratio sufficiens ipsum noluisse retinere pro Ecclesia.*

2 *Proprietarius finita emphyteusi debet cõsanguineos, & haeredes vltimi possessoris in inuestitura praeferre agnatis.*

3 *Pacta irreleuantia non sunt attendenda.*

4 *Pactum in inuestitura positum, quod ex possit resolui ad libitum concedentis non potest poni in voluntate resolutiua vnius, & numer. 28. declara, vt numer. 29.*

5 *Contractus essentia, sicuti non potest poni in alterius voluntate contrahentis, ita nec essentia distractus, vel resolutionis propter identitatem rationis.*

6 *Ecclesia, si statim finita emphyteusi declarat nolle pro se retinere inuestiendo extraneum, statim acquiritur ius praelationis proximioribus, & n. 26.*

7 *Itaut dicatur eis debita inuestitura cum ijsdem pactis contentis in antiqua inuestitura, & iuxta illius formam, & n. 31. & 32.*

8 *Pactum in contractu appositum in praeiudicium tertij non subsistit.*

9 *Proprietarius, quod voluerit emphyteutam perpetuo inuestire de bonis ei datis in emphyteusim, ex quibus appareat, n. 11. n. 37. & 39.*

10 *Pactum in contractu in tertij praeiudiciũ appositum pro non apposito habetur.*

12 *Pacta insolita apposita in contractibus arguunt fraudem.*

14 *Pactum in contractu emphyteusis appositum, quod possit reuocari ad libitum concedentis, debet intelligi si iusta, & legitima causa superuenerit.*

15 *Ecclesia, finita emphyteusi, potest illam pro se retinere, vel illam praecario, vel alio pacto reuersiuo alieni concedere ad beneplacitum, & sic quandocumque illam ita concessam reuocare.*

16 *Conuentio, quae voluntatem concedentis respicit eo ipso potest reuocari.*

17 *Ecclesia, si velit pro se retinere emphyteusim finitam non tenetur proximiores inuestire, & n. 20.*

18 *Emphyteusis concessio facta eisdem pactis appositis in antiqua inuestitura, non dicitur noua concessio, sed renouatio prioris inuestiturae.*

19 *Emphyteusis renouata, si prouenerit ex mera liberalitate concedentis pro nouo titulo habetur, licet sit facta cum eisdem pactis.*

21 *Emphyteutici contractus à conuentione partiũ recipiunt formam, cum à iure nulla eis praescripta forma sit, itaut quaecumque pacta etiam insolita possint apponi in eis.*

22 *Foeudum, & emphyteusis possunt concedi ad tempus concedenti bene visum. Et hoc pactum non aduersatur regulis iuris, & n. 23.*

24 *Feuda antiquitus concedebantur cum pacto, vt essent ad beneplacitum reuocabilia.*

25 *Foeuda hodie vassallis auferri possunt ad beneplacitum Dominorum, nisi adsit tale pactum.*

27 *Ecclesia tunc finita emphyteusi inuestiendo extraneum, dicitur declarare nolle pro se retinere, quando sumus in concessione pura, & simplici, sed secus in precario concessa.*

29 *Contractus emphyteutici nullam habent à iure praescriptam formam.*

30 *Ex consensus defectu vtile per inutile vitiatur.*

32 *Emphyteusi finita, si Ecclesia extraneum inuestiat, & agnati illius, ob cuius mortẽ fuit finita emphyteusis, praetendant, se esse inuestiendos, tunc iuxta pacta illius extranei inuestiti, non autem iuxta tenorem antiquae inuestiturae est eis concedenda emphyteusis.*

33 *Ecclesiae conditio, non est deterior efficienda.*

34 *Praelatus conditionem Ecclesiae meliorem facere debet.*

35 *Concessio aliqua si sit reuocata, dicuntur reuocari quoque omnes effectus ab ea prouenientes perinde, ac si facta non fuisset.*

36 *Ecclesia, emphyteusi finita, potest à principio totaliter proximioribus praeiudicare retinenda eam pro se.*

38 *In scriptura eadem non datur prius, vel posterius.*

40 *Actus subsequutus qualitatem voluntatis primordialis demonstrat.*

41 *Voluntas declarata in concursu est potius attendenda, quam praesumpta ad excludendam simulationem.*

42 *Simulationis suspicio, vt excludatur ex pacto insolito satis est, vt sit permissum à iure.*

43 *Praelatis imperatur, vt vtilitatem Ecclesiae perquirant.*

44 *Praelatus celebrans contractum pro Ecclesia tunc ex pactis insolitis in illo appositis, cessat omnis suspicio simulationis, si ea vtilitatem Ecclesiae respiciant, & conueniant iuris dispositioni.*

Concessio, quando fuit facta praecario, potest reuocari absque causa, amplia, vt n. 47. & 48.

49 *Feudorum concessiones ex conuentionibus partium declarantur, seu legem accipiunt.*

50 *Feudum concessum ad beneplacitum, potest sine causa reuocari, & n. 53.*

51 *Contractus ex conuentione, legem accipiunt.*

52 *Beneficia, & officia concessa à Principe sine iusta causa non possunt reuocari.*

54 *Feudi concessio facta pro libito voluntatis, vt reuocetur, sufficit simplex animi motus.*

55 *Clausula pro libito voluntatis latius patet, quam clausula ad beneplacitum.*

Clausula, pro libito voluntatis, *importat liberum, & absolutum arbitrium nulla iuris regula limitatum, num. 55.*

56 *In contractibus, nec etiam syllaba debet esse frustatoria.*

57. *Emphyteusis, tunc multo magis potest reuocari, si sit concessa pro libito voluntatis, quando adest iusta causa.*

58 *Instrumenti sumptum, quando fuit extractum ab archiuio, & ab illius Præfecto, dicitur in forma probanti.*

DECISIO CCCCLIII.

CVM per obitum Comitis Francisci Mariæ Manzoli, absque filijs masculis deuolutum esset Castrum Tuderani cum illius Territorio, & Villis annexis eidem Comiti in emphyteusim ad tertiam generationem masculinam à mensa Archiepiscopali Rauennaten concessum. Eminentissimus Cardinalis Capponius eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopus infra annum de dicto Castro, & Territorio Marchionem Philippum Capponum eius fratrem inuestiuit, in corpore huius inuestituræ declarauit, ac pacto expresso conuenit sub his verbis. Volens experimento cognoscere vtrum melius regantur Populi per huiusmodi infeudationem, an melius à se per suos Ministros immediatè gubernentur, pacto expresso conuenit, ac declarauit, quod præsens concessio, & infeudatio sit atque intelligatur reuocabilis ad beneplacitum suæ dominationis Eminentissimæ. Itaut si pro bono ipsius Archiepiscopatus, vel Vassallorū sibi videbitur d. Castrum, & Villas, ac alia supra concessa ad suam Rauennateñ Ecclesiam reuocare, & in corpore ipsum Castrum, & Villas &c. possit liberè, & ex sui animi dispositione reuocare, applicare, & incorporare prædictæ suæ Rauennateñ Ecclesiæ &c. absq; aliqua contradictione, & sine aliqua obligatione reddendi causam huiusmodi reuocationis, & applicationis. Volens liberè, & sine aliquo impedimento sibi hoc licitum esse de facto, declarans tamen huiusmodi facultatem durare ad ipsius vitam tantum, & non aliàs, aliter, nec alio modo &c.

A qua quidem inuestitura D. Ducissa, & sorores filię antedicti D. Comitis Francisci reclamarunt, & infra legitima tempora ab eodem Eminentissimo Archiepiscopo renouationem tamquam proximioribus sibi de iure debitam petierunt, & deinde ab illius denegatione appellarunt. Interim Eminentissimus prædictus experiendo facultatem sibi in prædicta inuestitura reseruatā declarauit Castrum prædictum cum suis pertinentijs velle pro se, & eius Ecclesia retinere, illudque mensæ Archiepiscopali vniuit, & incorporauit possessione subsequuta.

Hinc propterea introducta causa iactationis in Rota, mihique commissa. Proposui dubium, An dd. sorores de Manzolis essent inuestiendæ.

Pro cuius affirmatiua resolutione informantes pro sororibus in eo principaliter insistebant, quod cum Eminentissimus Archiepiscopus Castrū prædictum Marchioni Capponio fratri concesserit cum possessione sub-
1 sequuta, ex quo † oritur declaratio sufficiens ipsum noluisse retinere pro Ecclesia, *Rip. in l. 1. num. 10. in fin. ff. de priuil. credit. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 30. num. 11. in fin. Mantic. decis. 10. sub num. 9.* Tenebatur D. Ducissam, & sorores
2 vti filias, & hæredes † vltimi possessoris de æquitate prædicto Marchioni Capponio præferre, iuxta *doctr. Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quotid. & æstiu.*

Nec obstare asserebant, quod d. inuestitura fuerat concessa cum pacto resolutiuo ad beneplacitum concedentis. Quia pactum prædictum tanquam irreleuans ijdem informan-
3 tes † dicebant non esse attendendum.

Pro irreleuantia plura allegabantur. Primo, quia tale pactum videtur contra substantiam, & essentiam infeudationis, quæ licet contineat obligationem reciprocam ex parte
4 inuestitorum, † non tamen poni potest in voluntate resolutiua vnius secundum *Bald. in l. in vendentis num. 10. vers. præterea, C. de contrahen. empt. Salyc. ibidem num. 2. post med. vers. præterea.* Vbi quod sicuti essentia, vel nō essentia con-
5 tractus † non potest poni in alterius voluntate. Ita nec essentia distractus, vel resolutionis propter identitatem rationis, idque confirmat *Surd. cons. 136. num. 22. in fin. vers. vtique cum seq. lib. 1.*

6 Secundo quia statim atque Ecclesia declarat nolle pro se retinere inuestiendo extraneum, statim acquiritur ius prælationis proximioribus, *Abb. in cap. bonæ, il 2. num. 28. de post. prælat. Caputaq. decis. 303. par. 1. Mantic. decis. 10. n. 6. in fin.*

7 Adeout dicatur eis debita inuestitura † cum eisdem pactis conuentis in antiqua inuestitura, & iuxta illius formam, & non alio modo, *Cald. de renouat. emphyt. lib. 1. q. 3. num. 7. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 3. nu. 6. Rota decis. 176. n. 29. par. 5. recen.*

Aliàs si Prælatus vigore d. pacti posset ad sui libitum inuestituram reuocare esset in potestate illius tollere ius consequendi reno-
8 uationem proximioribus, in quorum præiudicium pactum prædictum subsistere non debet ad *tex. in l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. num. 20. Bald. in l. si constante 19. num. 3. in fin. & num. 4. C. de donat. ant. nupt.*

Tertio pariter allegabatur, quod in corpore d. inuestituræ apparet concessionem fuisse perpetuam ad tertiam generationem, vt colligitur ex verbis ibi, Volens Castrum prædictū, & emphyteusim concedere hinc est &c. sponte &c. in feudum, & emphiteusim, & titulo feudi, & perpetuæ emphiteusis &c. dedit &c. D. Philippo Capponio &c. de primogenito in primogenitum vsque ad tertiam ipsius Aloisij generationem masculinam inclusiuè finitam, & completam &c. quæ verba videntur demonstrare animum Eminen-
9 tissimi † fuisse concedere inuestituram perpetuam, pactumque resolutiuum addidisse solum ad excludēdos proximiores in casu quo huic inuestituræ contradixissent, & renouationem, ac prælationem petijssent, quapro-
10 pter † pactum prædictum in præiudicium dd. so-

dd. sororum pro non apposito haberi debet vt
in similibus Anchar. cons. 160. sub num. 4. post med.
vers. contrarium sentio, Afflict. de Iur. protb. §. 4. sub
num. 15. Corn. cons. 29. num. 23. lib. 3. Capic. decis. 38.
in fin. Carp. ad stat. Mediolan. par. 1. cap. 417. num.
884. & seq.

Prædictamque voluntatem concedendi In-
uestituram perpetuam, non autem resoluti-
11 uam † ad beneplacitum comprobant conie-
cturæ desumptæ. Tùm ex causa impulsiua
benemerentiæ considerata in persona DD.
Philippi, & Aloisij de Capponibus, ac narrata
in Chirographo obtento à Santissimo vigore
cuius emanauit concessio. Tùm etiam ex ere-
ctione prædicti Castri in titulum Marchiona-
tus ad fauorem eiusdem Capponij. Tùm de-
nique ex notabili impensa facta pro obtinen-
do d. titulo.

Considerato præsertim quod pactum præ-
dictum tamquam insolitum prætendebatur
12 inducere præsumptionem, † quod fuerit appo-
situm ad præiudicandum dd. sororibus Bald.
cons. 75. num. 2. lib. 2. Curt. Iun. cons. 178. num. 12.
Menoch. cons. 260. nu. 40. & seqq. Rota in recent. decis.
452. num. 7. par. 3. & decis. 3. num. 8. par. 5.

Quartò allegabatur, quod data etiam vali-
ditate pacti resolutiui, non ideò potuit Emi-
nentissimus pacto prædicto vti, suumque be-
13 neplacitum reuocare † absque iusta, & legiti-
ma causa, de qua dicebatur non constare, vt
in terminis d. beneplaciti tenent Menoch. cons.
804. num. 4. sub. num. 62. & seq. vol. 3. post Isern.
Capic. & Bolognet.

Pro quintò, & vltimo fundamento dice-
batur pactum prædictum non iustificari, quia
14 scriptura vnde sumitur † est informis, cum
sit sumptum de sumpto, quod regulariter
non probat l. 3. cum ibi not. C. de diuers. rescript.
Dec. in Auth. si quis in aliquo num. 3. C. de eden. Alex.
cons. 138. num. 4. lib. 1. Greg. XV. decis. 432. num. 1.

Prædictis tamen minime obstañ contrariũ
DD. resoluerunt, prædictas scilicet sorores
non esse inuestiendas, & ratio resolutionis fuit
quia cum Ecclesia, & pro ea Eminentiss. Ar-
15 chiepiscopus ante † concessam d. Inuestitu-
ram potuerit Castrũ pro se retinere, vel illud
precario, vel alio pacto reuersiuo ad benepla-
citum concedere sequitur ipsum semper, &
quandocunque illam ita concessam reuocare
potuisse, iuxta doctr. Bald. in l. qui se Patris nu. 33.
vers. & scias C. und. lib. arg. l. Lucius ff. de donat. In-
trigl. de feud. cent. 1. quæst. 18. num. 24. & 25. Ludou.
de Casanat. cons. 43. num. 54. lib. 1. & facit etiam
16 quod conuentio, quæ † voluntatem conce-
dentis respicit ex ea sola possit reuocari l. 1. cũ
simi. ff. de precar. Adeout per reuocationem
cum Incorporatione, & possessione subsequ-
utis dicatur vtile cum directo dominio irre-
uocabiliter consolidatum, taliter quod Ec-
clesia seù Prælatus non tenetur amplius
Inuestituram concedere ex communi Doct.
17 opinione, iuxta † quam Ecclesia si velit
pro se retinere, non tenetur proximiores
inuestire, vt in terminis firmant Valasch. de Iur.
Emphit. quæst. 2. num. 7. Add. ad Roman. cons. 22. sub
littera K. uers. 5. limito, vbi de magis communi,
latiss. Maresc. uar. res. lib. 1. ca. 3. Gratian. disc. forens.
cap. 477. num. 17. & cap. 813. num. 35. Afflict. decis.
238. num. 30. uers. fuit ergo conclusum, Benintend.
decis. 19. per tot. Et hanc opinionem sequuta
fuit Rota coram Caputaq. decis. 303. & 304. num. 1.
par. 1. Et in puncto de Ecclesia Rauennateñ
adest magistralis decis. in Rauennaten. bonorum co-
ram Mantic. inter impress. decis. 10. per tot.

Quod autem Ecclesia concedendo inuesti-
turam extraneo potuerit illam precario etiã
cum pacto resolutiuo ad beneplacitum con-
cedere pariter visum fuit DD. de Iure subsi-
stere.

Nam quidquid sit si ista concessio proue-
nisset ex aliqua causa impulsiua, vel necessa-
ria, quo casu non aliter fieri potuisset quam
iuxta tenorem, & cum eisdem pactis apposi-
tis in antiqua Inuestitura, ea ratione, quia
18 non † fuisset noua conuentio, vel nouus titu-
lus, sed renouatio, siuè continuatio prioris In-
uestituræ Valasch. de Iur. Emphit. quæst. 11. nu. 15.
uers. 7. casus, iuncto uers. nec etiam renouatio Calder.
de renouat. Emphit. quæst. 3. num. 1. lib. 1. Gratian. di-
scept. for. cap. 913. num. 21.

Verumtamen cum illa non prouenerit ex
aliqua causa necessaria, sed ex mera liberali-
19 tate † concedentis pro nouo titulo, & noua
concessione habetur Menoch. cons. 439. num. 18.
lib. 5. cum pluribus quos refert, & sequitur Gratian.
discept. for. cap. 724. num. 3. & 4. & seq. & cap. 913.
num. 20.

Eaque propterea potuit precario concedi,
vel quodcumque pactum concedenti bene
visum in illa apponi. Quoniam si Ecclesia
potuit à principio pro se retinere, & sic tota-
20 liter † præiudicare proximioribus, multò ma-
gis potuit inuestituram extraneis concedere,
& precarium vel pactum adijcere de reuocan-
do quandocunque, & postea reuocare, nec
tale pactum seù precarium naturæ contractus
resistit, cum nulla in isto contractu reperiatur
21 à Iure præscripta forma, sed illa † à con-
uentione partium recipiatur, taliter quod pos-
sunt quæcunq; pacta etiam insolita, & à com-
muni natura similium concessionum exorbi-
tantia apponi cap. 1. de feud. nou hab. propr. nat. feud.
Menoch. cons. 1. num. 347. Rolan. à Vall. cons. 16. num.
8. lib. 3. Mantic. de tac. lib. 23. tit. 22. num. 8. vsq. ad 19
Gratian. disc. for. cap. 719. num. 29. Surd. decis. 95. nu.
16. & 17. Valasch. de iur. Emphit. quæst. 11. num. 16.
in princ. & circa fin. vers. vnde sequitur. Et quod
22 feudum, & Emphiteusis † possint concedi ad
tempus concedenti bene visum tenent Bald. in
tit. de feud. guard. §. 1. num. 5. Iacob de Ardiz. super
vsib. feud. in sum. cap. 34. vers. idem potest ad certum
tempus arg. l. 2. C. de donat. quæ sub modo, Andr. Isern
tit. de feud. success. num. 9. vers. feudum etiam datur ad
diem firmat de Amic. in repet. cap. de his qui feud.
clar. poss. num. 3. fol. mihi 83. feder. Scanch. in repet. c.
1. de feud. guard. nu. 2. & in cap. 1. de feud. pignor. dat.
§. 2. nu. 1. Et in indiuiduo tale pactum non ad-
23 uersari † regulis Iuris communis, & ob id va-
lidissimum esse dixerunt Zaz. in Epithom. de
feud. part. 12. num. 23. Card. Mantic. de tacit. lib. 23.
tit. 22. num. 31. Quinimò conuenit antiquis ip-
sis feudorum legibus, cum non nisi cum ipso

pacto (vt essent ad beneplacitum reuocabilia)
24 concedi † consueuissent, *vt est text. in cap. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dar. poss.* Vbi propterea *Bald. n. 2. vers. nota,* postquam dixit, quod
hodie non est in potestate Dominorum reuo-
25 care feuda, & Vassallis auferre, † prout olim
fiebat, singulariter subdit nisi feudum fuisset
concessum ad beneplacitum, quem ibi sequuntur *Add. in littera B. & Modern. Neapol. tract. de claus. par. 2. num. 1. & num. 8.*

Nec obstare censuerunt DD. præcipuum
fundamẽtum in contrarium allegatum, quod
26 scilicet Ecclesia statim atque declarat † nolle
pro se retinere inuestiendo extraneum, quæratur Ius prælationis proximioribus *iuxt. doctr. Bart. ab omnibus approbatam in l. 1. §. permittitur ff. de aq. quotid. & æstiu.*

Quia conclusio bene procedit in concessione pura, & simplici, secus in precario conces-
27 sa, quæ semper, & † quandocunque potest à
concedenti reuocari, vt præter superius allegata in terminis feudi reuocabiliter concessi
tenent *Bald. in l. qui se Patris num. 3. vers. & sciat C. vnd. liber, & cons. 345. num. 6. vers. Sed sine vlla lib. 1. Alex. cons. 86. num. 5. lib. 2. Ruin. cons. 1. nu. 12. lib. 1.* Vbi ait hoc casu non procedere *doctr. Bart. in d. l. permittitur.*

Pariter nec visa fuerunt obstare allegata
contra d. precarium, seu pactum reuersiuum,
quod non possit fieri concessio resolutiua ad
voluntatem alterius, cum sit contra substan-
28 tiam † concessionis, quæ debet esse reciproca
iuxta opinionem *Bald. Salic. Surd. & aliorum:*
Quia prædicta possunt procedere in contractibus emptionis, & venditionis, & alijs merè
vltrocitroq; obligatorijs. Secus verò in con-
29 cessionibus gratuitis, & in contractibus † Emphiteuticis, qui nullam habent a Iure præscriptam formam, sed ea à mera voluntate concedentis dependet, vt supra firmatum fuit.

Quamuis admissa etiam nullitate nihil releuaret, quia cum concessio emanauerit sub
illius correspectiuitate. Ideò contractus an-
30 nullaretur, quoniam in hac materia † vtile
per inutile vitiatur ex defectu consensus *iuxta alleg. Lap. 80. per tot. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. nu. 5. vers. tandem, Afflict. decis. 107. Rota in Rauennaten. Emphiteusis coram R. D. meo Decano decis. 179. num. 44. par. 5. recent.*

Prout non releuat secundum quod per Inuestituram concessam extraneo statim quæ-
31 ratur Ius † proximioribus petendi renouationem cum ijsdem pactis, & conuentionibus
comprehensis in antiqua Inuestitura. Quia
obiectum potest sibi locum vendicare in concessione necessaria, nempe in renouatione
antiquæ Inuestituræ, quando scilicet Ecclesia
non potuisset pro se retinere. Secus verò in
noua concessione, quando, prout hic, Ecclesia
potuit pro se retinere, & concessionem non
facere, tunc enim etiamsi proximioribus de-
32 bita esset Inuestitura, † ea tamen concedi deberet iuxta tenorem Inuestituræ, & cum eodem pacto resolutiuo, quo fuit concessa Capponio, non autem iuxta rationem antiquæ Inuestituræ vt in terminis firmant *Rip. in l. 1. col. 3. post princ. nu. 13. vers. 5. intellige ff. de priuil. credit. Gabr. de Iur. Emphit. concl. 1. num. 28. Surd. cons. 181 num. 9. Alex. cons. 9. num. 2. lib. 3. Maresc. var. res. lib. 1. cap. 3. num. 24. Gratian. discept. for. cap. 88. num. 36 cap. 358. num. 18. cap. 814. num. 36. & cap. 913. num. 8. Cæs. de Grass. decis. 4. num. 1. & per tot. de reb. Eccles. non alien. Seraph. decis. 610. nu. 11. & decis. 630.*
33 *nu. 4.* Ne aliàs deterior † fiat conditio Ecclesiæ, vt post alios optime concludit *Hõded. cons. 51. num. 59. lib. 2.* Et in feudo Ecclesiæ iterum
concedendo non debet Prælatus attendere
34 formam antiquæ concessionis, † sed meliorem facere Ecclesiæ conditionem secundum
text. in extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. & in cap. ex parte de feud. & latè tradit Rota decis. 360. per tot. par. 1. Noniss. & decis. 193. num. 9. vers. deinde dictum clari par. 2. rec. Redoan. de reb. Eccles. nõ alien. quæst. 51. cap. 6. num. 16. & 22. Et ideò ne ex huiusmodi vsu inutilis reddatur Inuestitura ex aduerso petita, videtur illa ad circuitus vitandos deneganda.

Præterquam quod renouata cum pactis
initis cum Capponio tunc demum concedi
debuisset, si Eminentissimus adhuc non declarasset velle pro se retinere. Cæterum cum
per d. declarationem res deuenerit ad casum
à quo incipere non potest, & Ecclesia pro se
retineat, non est amplius locus nouæ conces-
35 sioni, quia reuocata, vel resoluta concessione,
dicuntur quoque reuocati, ac resoluti omnes
effectus ab ipsa concessione reuocata prouenientes, perinde ac si facta non fuisset, *Aldouin. cons. 40. num 28. Franc. Ant. Cost. cons. 66. nu. 74. Dec. cons. 108. per tot. Ciurb. decis. 24. num. 11. & decis. 55. num. 19. Albingan. decis. March. 35. num. 63.*

Nec afficit quod si Ecclesia posset concessionem reuocare, esset in potestate illius tollere Ius consequendi renouationem proximio-
36 ribus. Quia † cum Ecclesia potuerit à principio totaliter præiudicare retinendo Castrum
pro se, non videtur per concessionem factam
reuocabilem, & per subsequutam reuocationem maius præiudicium intulisse, quam si à
principio Castrum pro se retinuisset.

Ad tertium obiectum quod ex lectura Inuestituræ appareat illam fuisse primo conces-
37 sam ad tertiam generationem completam, † &
deinde additum pactum resolutiuum, fuit responsum non inde sequi quod concessio possit
per se solam sine d. pacto subsistere, quia immo
pactum prædictum totam concessionem qualificat, etiam quod non à principio, sed in
fine concessionis sit appositum. Sat enim est
quod omnia sint comprehensa in eodem In-
38 strumento, † vel scriptura, in qua non datur
prius, nec posterius *l. 2. §. per Ius cum ibi not. ff. de vulg. & pupill. Ias. in l. fin. post num. 3. ff. quod quisque Iur. Socc. Iun. cons. 78. num. 38. li. 3. Grat. discept. for. cap. 647. num. 18. lib. 4.*

Ad id autem quod dicebatur Eminentiss.
Archiepiscopum habuisse animum cõceden-
39 di † Inuestituram perpetuam, non autem resolubilem, fuit responsum hoc nullibi iustificari; Immò contractum manifestè apparere
ex veritate causæ in Instrumento expressæ,
scilicet maioris Ecclesiæ vtilitatis, iuncta præ-

sertim

ſertim reuocatione ſubſequuta, quæ demon-
ſtrat Eminentiſſimum eamdem voluntatem
habuiſſe vſque à principio; Actus enim ſub-
40 ſequutus † qualitatem voluntatis primordia-
lis demonſtrat, *Menoch.praſ.35.num.20.& ſeqq. lib.6.Card.Mantic.de tacit. lib.1. tit.17. num.40.& deciſ.313.num.7.*

Nec releuant coniecturæ ponderatæ ad de-
monſtrandum d. pactum ſimulatè fuiſſe ap-
poſitum. Quia nec repugnant conceſſioni re-
ſolubili ad tempus, nec concludunt ſimula-
41 tionem, & † in concurſu potius attendi de-
bet voluntas expreſsè declarata, quam præ-
ſumpta, vt ad excludendam ſimulationem latè
Becc.conſ.52.num.1.& plurib.ſeq.Bardellon.conſ.34 num.21.lib.1.

Prout nec aliqua ſuſpicio ſimulationis ori-
ri poteſt ex eo quod pactum reſolutiuum ſit
42 inſolitum. Quia ſat eſt † quod ſit permiſſum
à iure, vt ſuſpicio excludatur *l. qui autem in princ.ff.de his quæ in fraud. Credit. Greg.XV. deciſ. 195.num.10.cum ſeq. & deciſ.459. num.9.* & aliàs
ſæpe. Et à Iure non ſolum eſt licitum, ſed
43 etiam imperatur Prælato† perquirere vtilita-
te Eccleſiæ *iux.d.extrauag.ambitioſæ*. Vnde ceſ-
ſat omnis ſuſpicio ſimulationis, cum pactum
44 ſit ad vtilitatem† Eccleſiæ appoſitum, & con-
ueniat Iuris diſpoſitioni.

Et ceſſare videbatur omnis ſuſpicio ex qua-
litate tanti Præſulis, qui dum Inueſtituram
cum d. pacto reſolutiuo conceſſit, non aliam
à principio habuiſſe voluntatem præſumen-
45 dum eſt† quam ſuæ Eccleſiæ vtilitati proſpi-
cere, quod exitus comprobauit, dum com-
perto quod Eccleſiæ expeditet Caſtrum, &
alia annexa pro Eccleſia retinere, illud à pro-
prio fratre adhuc viuente auocauit, Menſæq;
Archiepiſcopali vniuit, & incorporauit.

Neque ſubſiſtere putarunt DD. quod d.
Eminentiſs. non potuerit d. conceſſionem,
ſuumque beneplacitum reuocare ſine legiti-
ma cauſa *iuxta doctr.Menoch.conſ.804.n.74.* Quia
46 contrarium † eſt verius, quando conceſſio
fuit facta precario, tùnc enim abſque cauſa
reuocari poteſt, vt in terminis tenent *Bald. in d.l.qui ſe Patris num.33.verſ.& ſcias C. vnd. liber. quem ſequitur Intrigliol.de feud.cent.1.quæſt.18. nu. 24.& 25.Ludou. Caſanet.conſ.43.num.54. lib.1. &*
47 *alij ſupracit.* Præſertim quando† intercedit ali-
quod temporis interuallum *iux. Molin. de Contract.diſp.298.num.30.Valaſch.de Iur.Emphit.quæſt 34.num.1.*

Nec obſtat *Menoch.d.conſ.804.num.72. cum ibi*
48 *allegat.nempe Iſern.Capic.& Bolognet.* † Quia dd.
Doct, non loquuntur in contractibus, ſed in
conceſſione officiorum. *Iſern.* enim loquitur
de Iuriſdictione ad Vniuerſitatem cauſarum.
Capic. loquitur de officio Præceptoris in
Aprutio. Bolognet loquitur de Cohorte 60.
Militum conceſſa ad beneplacitum Regiæ
49 Maieſtatis, & propterea non† applicantur con-
tractibus, qui, vt hic, ex conuentione legem
50 accipiunt, vt in terminis† de conceſſione feu-
di facta ad beneplacitum eſt *conſ.Bald.34. num. 6.verſ.ſed ſine vlla cauſa li.1.* Vbi quod ſine cau-
ſa feudum conceſſum ad beneplacitum poteſt
reuocari. Et ratio differentiæ eſt inter contra-
ctus, & beneficia conceſſa à Principe, quia
51 contractus, † vt dixi, ex conuentione legem
accipiunt Officia autem, & ſimilia beneficia
52 non poſſunt† reuocari ſine iuſta cauſa vt con-
ſiderat *Bald.in l.Iuris peritos ff. de excuſat.tutor.& in cap.1.qui ſucceſſ.tenean.*

Et quando in facultate reuocandi conceſ-
ſionem feudalem adeſt clauſula non tantum
53 pro beneplacito; † ſed etiam pro libito vo-
luntatis, vt in hoc caſu, ceſſant tradita per
Menoch. & alios, quia nulla requiritur Cauſa,
54 ſed ſimplex motus † animi ſufficit, vt in ter-
minis tradit *Modern.Neap.de clauſ.d.par.2. clauſ. 1.num.12.* Cum clauſula pro libito voluntatis
latius pateat, quam d. clauſula ad beneplaci-
tum, & impottet liberum, & abſolutum arbi-
55 trium † nulla Iuris regula limitatum *Gabriel. conſ.143.num.10.lib.1.Surd.deciſ.272. num.14.15. Modern. Luſitan. clauſ.6. num.1. & clauſ.3.num.8.*

Vltra quod in propoſito ceſſare viſum fuit
obiectum. Tùm quia in prædicta Inueſtitura
legitur reſeruata facultas libera reuocandi
conceſſionem abſque aliqua obligatione red-
dendi cauſam reuocationis quæ verba eſſent
penitus fruſtratoria, ſi Eminentiſſimus aliquã
56 cauſam deducere debuiſſet, quod † non eſt
diceñ, tùm quia in contractibus etiam Sillabæ
debent aliquid operari *Alex.conſ.36.nu.5. lib.2. Dec.conſ.48.num.4.Pariſ.conſ.21.n.58. lib.4. Mant. de tacit.& ambig.lib.2. tit.12. num.1. & 2.* Tùm
etiam quia in præſenti caſu concurrit legiti-
57 ma cauſa, † quæ eſt vtilitas Eccleſiæ cum ex-
perimento compertum fuerit quod plures, ac
maiores redditus percipiuntur ex Caſtro im-
mediate poſſeſſo, quam ex Canone.

Secundum denique, & vltimum obiectum,
quod ſcriptura continens d.pactum non ſit in
58 forma probanti, † tollitur ex eo quod ſum-
ptum fuit extractum ex Archiuio, & ab illius
Præfecto *Iaſ. in l. admonendi in 2.lect. num.355. verſ.intellige tamen ff.de Iur.Iur.* Et fuit deciſum
in Romana Iuriſpatronatus 6. Nouembris 1598. coram Orano.

Et ità vtraq; &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE GAROFANIS.

Mercurij 11. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione in Fideicommiſſis An, & quando veniant Nepotes; etiamque fœminæ ad interpretationem Statuti Peruſini fæminarum excluſiui.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum; preſertim quando vt hic tria concurrunt adminicula, & quæ ſine num.2.3.& 4.*

5 *Subſtitutio vulgaris directa operatur vt ſub nomine Filiorum comprehendantur nepotes; contrarium n. 6.declara num.7.*

5 *Nepos venit appellatione filij, si testator filios vocauit in numero plurali, & tempore conditi testamenti non aderat nisi vnus filius.*

9 *Statutum Perusinum exclusiuum fœminarum debet intelligi in successione ascendentis, & quando concurrit dotatio facta ab eo, à cuius hæreditate prætenditur exclusio.*

DECISIO CCCCLIV.

CONSTANTIVS Testator in suo, cũ quo decessit Testamento ita disposuit, *In tutti poi gli altri suoi beni instituisce herede vniuersale Castòra sua Moglie in vita sua tanto, e doppò morte di detta Castòra, ò se ella non viuesse alla morte di detto Testatore, sustituisce con piena ragione Vincenzo allieuo di detto Testatore in vita sua tanto, se sarà viuo, se non fosse viuo o fosse viuo doppò la sua morte sostituisce con piena ragione misser Vincenzo d'Adriano Masci Nipote d'esso Testatore, ò li suoi filioli se esso fosse morto, talmente che doppò morte di detta Castora, e Vincenzo allieuo d. misser Vincenzo Masci, ò suoi figlioli s'intendino siino heredi Vniuersali d'esso Testatore.*

Defuncto Constantio Testatore, aditaque illius hæreditate per Castoram, obierunt primo Vincentius Alumnus, deinde Vincentius Mascius Nepos, ex quo remanserunt Superius Antimus, & Iulia filij, postmodum adhuc etiã viuente Castora, obierunt primo loco Superius sine filiis, deinde Antimus relicto Francisco filio. Demum decessit Castora per cuius obitum orta controuersia super pertinentia d. hæreditatis inter Iuliam filiam Vincentij, & Franciscum Nepotem eiusdem Vincentij propositi dubium. An Franciscus fuerit ad fideicommissum vocatus, & DD. vnanimitèr negatiuè responderunt, ea ratione moti, quia cum Testator post mortem Castoræ, & Vincentij Alumni vocauerit alterum Vincentiũ, & eius filios, non videtur sensisse de Nepote
1 ex regula vulgata † filiorum appellatione non comprehendi Nepotes *l. quod si Nepotes 6. ff. de testam. tutor. Bart. in l. liberorum la 2. sub. num. 9. ff. de verb. signif. Alex. cons. 17. num. 4. & cons. 25. num. 13. lib. 5. Dec. cons. 93. num. 6. Ruin. cons. 127. num. 3. lib. 3.*

Tribus præsertim concurrentibus. Vnum
2 est, † quod non sumus in fideicommisso ascendentis, sed transuersalis eius gradus, in quo Nepotes Testatori non succederent ab intestato vna cum filiis, *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 7. & 11. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 36. num. 28. Fusar. de substit. quæst. 321. num. 20.* Et in substitutione facta à Proauunculo *Menoch. de præsumpt. præs. 49. num. 20. lib. 4. & cons. 886. nu. 22. Fusar. d. quæst. 321. num. 8. Rota in Ariminen. bonorum 29. Maij 1623. coram Reuerendissimo Decano, & in Asculana fideicommissi de Pacificis 3. Decembris coram bo: me: Card. Virili.*

3 Alterum est, † quod Testator eos vocauit cum pronomine suos, quod adeo restringit verbum filios, vt nullo pacto valeat ad Nepotes extendi *Grat. disc. for. cap. 765. n. 7. 8. Menoch. cons. 215. num. 52. & seq. Fusar. d. quæst. 321. num. 27 Thes. decis. 64. n. 6. Rota decis. 667. n. 6. part. 2. rec.*

4 Tertium † quod idem Testator discretiuè loquutus fuit de filijs, & Nepotibus, dum scilicet in vocatione d. Vincentij appellauit ipsum Nepotem, & dum vocauit eius filios omisit vocare Nepotes; Signum euidens quod vocando Vincentium, & eius filios, si intelligere voluisset de Nepotibus id expressisset *l. si seruus plurium §. fin. de leg. 1. Menoch. d. cons. 225. num. 69. Seraph. decis. 1486. num. 12. Rota decis. 507. num. 7. & decis. 667. num. 7. part. 2. recent.*

Nec vocatio d. Francisci Nepotis desumi potest ex eo, quod Vincentius 2. loco substitutus prædecesserit Castoræ, & propterea per subsequentem obitum eiusdem Castoræ videatur factus locus fideicommisso ad fauorem filiorum Vincentij per vulgarem dite-
5 ctam, † quæ operatur vt sub nomine filiorum non veniant Nepotes. Quia prætermisso,
6 quod etiam in † vulgari directa sub nomine filiorum non veniant Nepotes, vt tenet *Cephal. cons. 557. num. 54. vbi de communi Magon. decis. Lucen. 82. Menoch. cons. 347. num. 49.* Et quod vulgaris per aditionem factam à Castora expirauit *Fusar. quæst. 320. num. 6. per text. in l. iam hoc Iure ff. de vulg. & pupill. substit. Rota decis. 426. num. 4. ante finem par. 4. diuers.*

7 Cessare visum fuit obiectum ex eo † quod non extãtibus filijs debeant admitti Nepotes, ne ob defectum hæredis Testamentum subuertatur. Quæ ratio applicari non potest, quia non sumus in casu deficientiæ omnium filiorum Vincentij, in cuius præiudicium vulgaris Anomala fauore Nepotum nihil operatur, nec attendi debet, *vt not. Alciat. cons. 2. num. 23. lib. 8. Menoch. cons. 215. num. 39. & 45. Surd. cons 403. num. 2.*

Prout nec Aliqua coniectura pro vocatione d. Francisci oriri potest ex eo quod Testator vocauit filios Vincentij in numero plurali
8 quæ † cum non potuerit verificari in sola Iulia, videtur Testatorem intellexisse etiam de Nepotibus. Quia cum de tempore Testamenti non solum superuiueret Iulia, sed etiã Superius, & Antimus merito vocauit Filios Vincentij sub numero plurali, vt in his terminis ponderauit *Menoch. cons. 50. num. 18. vers. 3. dico, & cons. 225. num. 107. vers. respondetur 1. & num. 10. & seq. Fusar. quæst. 320. num. 19.*

Denique nulla desumi potest vocatio Nepotum ex exclusione Iuliæ prætensa in vim statuti Perusini, dispositioni cuius Testator se conformare voluisse præsumitur, quia licet d. statutum propter existentiam Masculorum
9 excludat fœminas, † id tamen intelligi debet in successione ascendentis, & quando concurreret dotatio facta ab eo à cuius hæreditate prætenditur exclusio, *vt dixit Thes. decis. 62. nu. 1. & Rota in Auximana bonorum 17. Febr 1620. coram Remboldo, & in his terminis statutum prædictum fuit interpretata Rota in Perusina successionis de Alphanis 1. Februarij & 19 Iunij 1634. coram me.*
Et ita vtraque &c.

D E-

ARIMINEN. EXPENSARVM.

Merc. 11. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Expensæ factæ à fratre pro recuperandis rebus communibus debent refici pro rata ab alio fratre qui commodum reportauit.

SVMMARIVM.

1 *Expensa modica facta à fratre in re communi, qui non fuit protestatus de animo repetendi an debeantur.*
2 *Expensa, quæ fit pro fratre in dubio censetur animo repetendi.*
3 *Rubricella Instrumentorum non probat existentiam Instrumenti in præiudicium tertij.*
4 *De Instrumenti tenore per extensum debet apparere ut alteri præiudicetur.*
5 *Testis deponens de tractatu non probat.*

DECISIO CCCCLV.

SVB die 19. Februarij 1635. resolutum fuit coram me Alexandrum Fauetanum teneri reficere pro rata expensas, quas fecit in Vrbe Cæsar eius frater pro recuperatione rerum communium ex rationibus in d. decisione deductis, quæ cum hodie reuideretur. Placuit DD. in ea persistere ex iisdem rationibus, contra quas nihil releuans deductum fuit.

Non obstat quod dum Cæsar fecit dd. ex-
1 pensas pro re communi non fuit protestatum ea erogare animo repetendi à d. Alexandro eius fratre, qui propterea nō tenetur *ex Run. conf. 18. num. 4. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 725 num 2. & concl. 727. num. 4.*

Quoniam quidquid dicant prædicti Doct. qui loquuntur de modicis expensis fuerit responsum quod nisi probetur contrarium frater nunquam censeatur expendere pro fratre animo donandi, sed potius animo repetendi
2 *glos. in l. si paterno in verb. repetiturus, & ibidem Castren. C. de neg. gest. Guttier. tract. de tut. par. 3. cap. 4. num. 15. Dec. cons. 628. num. 7. & 8.*

Non obstant ea, quæ hodie dicebantur pro d. Alexandro ad probandum eum ratam dd. expensarum persoluisse. Quoniam illa visa fuerunt extra dubium discussum in decisione, quæ reuidetur, cum aliud sit Alexandrum teneri reficere dd. expensas pro rata, de quo hodie agitur, alud verò ipsum easdem expensas persoluisse.

Et nihilominus ex abundāti dixerunt DD. probationem huius ass. solutionis non iustificari concludenter prout requireretur si quidem illa quæ desumitur ex ass. Generali & finali quietantia facta inter istos fratres de anno 1628. de omnibus pecunijs transmissis exactis, & hinc inde respectiuè expensis nō releuat, quia de d. quietantia non docetur nisi
3 ex quadam notula seu Rubricella Instrumentorum cuiusdam Notarij Gianettani prædefuncti, quæ sola non probat existentiam seu perfectionem Instrumenti d. quietantiæ in tertij præiudicium *ad not. per Felin. in cap. cum D. Tabellio num. 1. de Fid. Instrum.* Et quatenus
4 ass. quietantiam probaret, cum non appareat de tenore illius per extensum ad hoc vt dignosci valeat an d. Alexander fuerit liberatus nec ne à refectione dd. expensarum d. Cæsari præiudicare non potest *Guidop. decis. 19. num. 1. & seq.*

Minus releuat dispositio vnius Testis facta metu excōmunicationis super confectione d. quietantiæ quia vltra quod est vnitus, nō deponit nisi de tractatu conficiendi d. quietantiam, quam apertè fatetur non fuisse se præsente stipulatam, & ideò nihil probat cum multa tractentur quæ nō concluduntur *Surd. cons. 202. num. 5. Greg. XV. decis. 168. & ibi Add. num. 5.*

Demum non obstāt articuli, ac litteræ missiuæ continentes transmissionem plurium pecuniarum factam ad Vrbem a D. Alexandro pro litium consecutione. Quia vltra quod non concludunt solutionem, seu refectionem expensarum, de quibus agitur, fuit responsum in omnem euentum posse de illis haberi rationem in earumdem expensarum liquidatione.

Et ità vtraque &c.

ASCVLANA SOCIETATIS.

Lunæ 16. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Socij tenentur in solidum fauore secum contrahentium, sed inter se quisque tenetur pro sua rata: & cura sibi demandata tantum.

SVMMARIVM.

1 *Socij regulariter sunt in solidum obligati contrahentibus cum societate, inter ipsos tamen quilibet tenetur pro rata.*
2 *Socij institores tenentur in solidum socijs præponentibus.*
3 *Socius ab omni obligatione censetur liberatus, quando de consensu aliorum fuit alter in eius locum subrogatus.*
4 *Socius tenetur socijs pro cura sibi demandata, non autem vicissim, & in solidum.*
5 *Positio, & libellus contra principalem probat etiam si illorum productio emanauerit à procuratore.*
6 *Ratificatio actorum inducitur ex prosecutione causæ in alijs instantijs factis ab ijsdem principalibus.*
7 *Socius exigēs cum specificatione quantitatis tenetur tantū pro rata percepta, non autem de nonexacta.*
8 *Socij decoctio cedit damno sociorum.*

DECISIO CCCCLVI.

MERCATORES Asculani societatem, seu communionem fararum inierunt ad effectum illas vendendi in Nundinis Salerni, & Luceræ, pro earumque venditione depu-

deputauerunt DD. Franciscum Bentiuolum, & Franciscum de Annibalibus, ob cuius Annibalis aduersam valetudinem fuit subrogatus D. Fœlix eius frater, qui vna cum Bentiuolo ad Nundinas se contulit, venditisque mercibus ex pretio illarum socij participarunt exceptis scutis 2000. ex dd. Nundinis ad Ciuitatem Anconæ, mediantibus litteris cambij transmissis, ac plures post annos ab antedictis Francisco Annibale, & Bentiuolo exactis, super quorum restitutione orta iam lite eaque introducta in Rota fuit vltimo loco resolutum Bentiuolum de dd. pecunijs teneri reddere rationem, cum Franciscus Annibal de portione per ipsum exacta nunquam rationem reddere recusauerit, in executionem cuius resolutionis nouissimè deuentum fuit ad electionem Peritorum, qui eosdem Annibalem, & Bentiuolū debitores reliquatus retulerunt, Annibalem scilicet in quantitate sc. 252. 8. 99. Bentiuolum verò in quantitate scut. 771. 8. 89.

Verum quia Mercatores pro restitutione d. reliquatus prætendebant dd. Annibalem, & Bentiuolum insolidum obligatos habere. Proposui dubium, An prædicti Franciscus, & Fœlix de Annibalibus vna cum Bentiuolo teneantur insolidum; & DD. negatiuè resoluerunt. Ea moti ratione, quia licet regula-
1 riter † socij erga contrahentes cum societate teneantur in solidum, *Menoch. cons. 410. num. 42. & 54. vers. 9. obijcitur, & vers. dixi praeterea iuxta fin. Gratian. discept. for. cap. 279. nu. 8. Rota Ianuen. decis. 46. num. 4. & 97. num. 8. Greg. XV. decis. 302. & ibid. Add. num. 9.* Inter ipsos tamen quilibet tenetur pro rata, vt distinguit *Menoch. d. cons. 410. num. 42. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 22. num. 7. in fin. Gratian. discept. for. cap. 967. n. 35. Rota Ianuen. d. decis. 46. nu. 4. & fuit decisum in Meliten. Nauis Lunæ 12. Decembris 1633. & Veneris 10. Martij 1634. coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec obstare visum fuit, quod prædicti de Annibalibus, & Bentiuolis fuerint deputati
2 ad vendendum, † & propterea tamquam Institores erga socios præponentes in solidum censeantur obligati.

Quia placuit responsio data per informantes pro Annibalibus, quod scilicet respectu Francisci de Annibalibus, qui fuit deputatus vna cum Bentiuolo nulla possit considerari obligatio solidationis; quia deputatio in eius personam non habuit effectum ex eo, quia loco illius fuit deputatus, vel subrogatus alter, nempe fœlix, qui per d. subrogationem, seu deputationem factam ab ipsismet Mercatoribus consentientibus censetur habuisse
3 mandatum ab omnibus, adeout alter, † nempe Franciscus Annibal statim remanserit liberatus, vt in simili dixit *glos. in l. si quis 31. vers. vnius, ff. de procurat. Gregor. XV. decis. 548. num. 4.*

Prout idem censuerunt DD. respectu fœlicis, quia cum fuerit deputatus ad curam scripturæ, Bentiuolus verò ad curam capsæ,
4 quilibet † tenetur pro cura sibi demandata, non autem vicissim, & insolidum pro pecunijs ex mercibus retractis, iuxta *text. in l. 1. §. si plures sint Magistri, ff. de exerc. act. l. quoties, & l. cum te, C. quo quisque ord. conuen. lib. 11. Rota Ianuen. dec. 97. n. 8.*

Quod autem Fœlix fuerit deputatus ad curam scripturæ, & alter ad curam capsæ, visum fuit sufficienter iustificari ex libercula societatis, ac etiam ex confessione eorūdem Mercatorum desumpta ex positionibus, & libel-
5 lo, † quæ contra eos probat, etiamsi emanauerit a Procuratore, quia de illorum mandato facta præsumitur, *Rota decis. 614. num. 3. p. 1. recen. Caputaq. dec. 193. num. 3. par. 1.* Iuncta presertim sententia super eodem libello emanata ad eorum fauorem, ac prosecutione causę in alijs instantijs facta ab eisdemmet Merca-
6 toribus, † ex qua resultat ratificatio, *l. Paulus respondit, ff. rem rat. hab. V ant. de nullit. tit. vlt. nu. 103. Rota coram Gregor. XV. dec. 176. num. 6. & ibi Add. num. 13.* quæ speciali mandato æquiparatur, *Rota coram Gregor. XV. decis. 525. num. 4. & 5.*

Minus prætensa obligatio solidalis resultare potest ex promiscua exactione facta à Fracisco Annibale, & Bentiuolo in Ciuitate Ancone longe post dissolutam societatem. Quia quidquid sit si ambo in cōfuso pecunias exegissent, cum tamen exegerint cum specificatione quantitatis ad manus cuiuslibet per-
7 uentæ, † quilibet non pro tota quantitate exacta, sed pro rata percepta tenetur, vt aliàs firmauit *Rota dec. 769. n. 1. par. 2. recen.*

Denique non visum fuit releuare, quod dicatur d. exactionem fuisse factam dolosè, & quod interim Bentiuolus fuerit effectus non soluendo. Quia dolus non iustificatur, nec
8 de iure præsumitur. Decoctio verò Bentiuoli quatenus iustificaretur, cedere deberet damno sociorum, *Rota coram Greg. decis. 502. num. 3. Paris. cons. 93. n. 32. lib. 2.*

Et ita vna tantum &c.

APRVTINA IVRISDICTIONIS.

Mercurij 18. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Ex iuris assistentia Episcopo intra limites suæ diœcesis datur manutentio in quasi possessione exercendi iurisdictionem, præsertim concurrente actuali eiusdem exercitio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet de iure fundatam intentionem super iurisdictione in omnibus locis existentibus in sua diœcesi.*

2 *Manutentio in iurisdictione competit ex sola iuris assistentia.*

3 *Iurisdictionis quasi possessio bene comprobatur per testes deponentes de actuali exercitio iurisdictionis, etiam si non deponant de omnibus actibus iurisdictionalibus.*

4 *Iurisdictionis quasi possessio non acquiritur nisi ex scientia, & patientia Episcopi per Prælatum inferiorem intra fines sua diœcesis.*

5 Te-

3 *Testes habentes pro se assistentiã iuris tanquam deponentes verisimiliora; sunt praeferendi, contrarium deponentibus.*
6 *Testibus informatis, & de facto proprio deponentibus magis creditur.*
7 *in Iurisdictione causarum criminalium, & matrimonialium, Episcopus debet manuteneri donec immemorabilis per inferiorem allegata probetur per tres sententias.*
Amplia quo ad licentias concionandi, litteras dimissorias, & confessariorum approbationes non obstante immemorabili consuetudine, n.8.
9 *Admissus ad causam, quando venit ad excludendum actorem, & reum, non potest impedire expeditionem, maximè si sit admissus in statu, & terminis.*

DECISIO CCCCLVII.

FVIT resolutum Reuerendissimo D. Episcopo Aprutino dandum esse mãdatum de manutenendo in quasi possessione exercendi iurisdictionem in locis controuersis, Muni, Musciani, & Notareschi, quia cum dd. loca sita sint intra fines Aprutinae dioecesis, prout iam per plures decisiones firmatum
1 fuit, clarè sequitur d. D. Episcopum habere de iure intentionem fundatam in eisdem locis, *cap. omnes basilicae 16. q. 7. cap. consequenter de*
2 *off. ind. ordin.* Ob quam † iuris assistentiam competit manutentio, *cap. cum personae, §. fin. de priuil. in 6. Rota apud Verall. dec. 306. par. 1. & in Baren. iurisdictionis coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 273. sub num. 1. par. 2.* Praesertim quia vltra d. Iuris assistẽtiam concurrit actuale exercitium iurisdictionis d. D. Episcopi, eiusque Vicarij in d. locis, vt deponunt plures Testes ab eodem D. Episcopo examinati, quorum dicta fuerunt latè ponderata, & ap-
3 probata in eisdem decisionibus, qui † Testes d. quasi possessionẽ iurisdictionis benè comprobant, etiamsi non deponant de omnibus actibus iurisdictionalibus cum sufficiat causa vniuersalis, quae magis attenditur, quam actus, vt in his terminis dixit *Rota d. decis. 491. sub num. 3. & 11. par. 1. & d. dec. 273. in fin. & decis. 501. num. 3. par. 2. recent.* Et ad propositum faciunt deducta per *Bald. in l. querelam num. 23. de elect.* Vbi quod ex vnico actu iurisdictionali cõseruatur totum priuatiuè quoad alios, quam conclusionem latè confirmat *Surd. cons. 323. num. 45. & seq.*

Non obstant Testes exaduerso examinati deponentes D. Abbatem Aquauiuam aliquos actus iurisdictionis in eisdem locis exercuisse. Tùm quia non deponunt de scientia,
4 & patientia D. Episcopi, † quae omnino requiritur ad hoc, vt Praelatus inferior intra fines dioecesis Ordinarij possit acquirere quasi possessionem iurisdictionis, *Card. Mantic. decis. 40. num. 9. & in rec. decis. 560. sub num. 1. par. 3. & in Theatina iurisdictionis coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo impress. per modern. Perus. post tract. de manut. dec. 197. num. 8.*

Tùm etiam, quia eorum depositio eliditur ex contraria depositione dd. Testium pro D.
5 Episcopo examinatorum, † qui proculdubio sunt praeferendi, cùm habeant pro se iuris assistentiam, proindeque fauorabiliora, & verisimiliora deponere praesumantur, vt in his terminis aduertit *Innoc. in cap. auditis sub num. 4. vers. hinc colligunt, & vers. praeferantur de praescript.* quem sequuta est *Rota in recen. d. dec. 560. num. 1. ad fin. par. 3.* Eoque magis cum pluros
6 Testes Episcopi specificent actus, † magisque informatos se ostendant, & aliqui etiam de facto proprio deponant *Canal. dec. 361. num. 1. in fin. & num. 2. Rota in recen. dec. 324. num. 13. in fin. par. 1. & in Marsicana iurisdictionis coram Comitulo impress. per Modern. Perus. post tract. de manut. dec. 64. num. 4. & 5.*

Praedictaque visa fuerunt procedere absque
7 difficultate quoad † causas criminales, & matrimoniales, quia adhuc probata quasi possessione Domini Abbatis respectu illarum, illa non sufficeret, nisi probetur immemorabilis canonizata per tres conformes, vt dixit *Rota d. dec. 491. sub num. 11. par. 1. & dec. 126. sub n. 2. par. 4. & in d. Theatina Iurisdictionis coram Cardinali Vbaldo, & in alia Theatina Iurisdictionis de Atista 5. Decembris 1614. & 26. January 1615. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

8 Multoque minus d. manutentio † impediri potest D. Episcopo quoad licentias concionandi, ac litteras dimissorias, vt sentijt aliàs S. Congregatio Concilij in Theatina Iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere, cuius decreti copia data fuit, & quoad Confessariorum approbationes adest clara dispositio *Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform.* quod nemo admitti possit ad confessiones saecularium, nisi approbatus sit ab Episcopo, quocunque priuilegio, & consuetudine etiam immemorabili non obstañ, vt dixit *Rota in recen. decis. 655. sub numer. 2. par. 3.* vbi aliae decisiones recensentur.

9 Non obstat † admissio Reuerendissimi D. Episcopi venieñ ad causam, quia cum veniat ad excludeñ tàm D. Episcopum Aprutinum, quàm etiam D. Abbatem non potest impedire hoc Iudicium, illiusque expeditionem inter D. Episcopum Aprutinum, & Abbatem, *Rota dec. 4. de Iudic. in antiquior. Felin. in cap. cum super nu. 17. vers. sciatis etiam de re iudic. Couar. pract. cap. 14. num. 4. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 237. num. 3. & dec. 254. num. 2.* maximè cum veniat in statu, & terminis, *Put. decis. 71. lib. 3. in correct.*

Et ita conclusum vtraque &c.

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Mercurij 18. Martii 1637.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio praesupponit habitum possessionis.*

2 Ma-

2 *Manutentio datur ratione ciuilis possessionis, quando quis non habuit se pro spoliato.*

DECISIO CCCCLVIII.

FVIT conclusum Eq. Matthæo Cassiæ dandum esse mandatum de manutenendo in possessione bonorum, de quibus agitur, quia de illa constat ex confessione Perdicomati collitigantis, qui super eisdem bonis tamquam per Matthæū possessis curauit fieri executionem, & ab eo possessionem auocari,
1 quæ † priuatio præsupponit habitum possessionis, aliàs executio consummari non potuisset, *l. manumissiones, ff. de iust. & iur. l. decem, ff. de verb. signif. Rota dec. 242. nu. 1. & dec. 307. num. 4. par. 2. rec.*

Non obstat, quod per sententias Iudicum de partibus Eques Matthæus fuerit dicta possessione priuatus. Quoniam cum dd. Iudices nulliter, & iniustè processerint, vt fuit ostensum in duabus decisionibus factis coram me, quæ hodie præsupponuntur non potuerunt priuare d. Equitem sua legitima possessione,
2 dum † non habuit se pro spoliato, sed animo retinuit ciuilem propter quam passim datur manutentio, *Rota dec. 390. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 661. numer. 3. par. 1. recent. cum aliis allegatis.*

Et ita vna tantum &c.

ANCONITANA CAMBIORVM.

Veneris 27. Martii 1637.

ARGVMENTVM.

Apocha, quamuis non legitimè recognita, probat si sit pluribus adminiculis roborata.

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata non dicitur legitimè recognita non citata parte, & absque decreto Iudicis.*
2 *Adminiculis tamen roborata sufficienter probat.*
3 *Apocha recognita dicitur ex testibus deponentibus notam habere manum scribentis, eumque vidisse sapissimè scribere.*
4 *Testes nulliter examinati faciunt adminiculum.*
5 *Eo magis si deponant de facto proprio.*
6 *Institor obligat dominum, ac si ipsemet contraxisset.*
7 *Filius potest constitui institor ad negotiandum à patre, & ex illius gestis obligatur.*
8 *Epistola præbet adminiculum.*
9 *Liber mercatoris contra ipsum scribentem probat.*
10 *Obseruantia facit adminiculum.*

DECISIO CCCCLIX.

CVM alias Ioannes Baptista Fanellus egisset coram Eminentissimo D. Cardinale Spada tunc Prælato vti ab A.C. in ista causa deputato contra Crescentium Gouin filium, & hæredem q. Hieronymi senioris pro restitutione scutor. 1300. in sorte, quæ idem q. Hieronymus vsque de anno 1613. ab ipso receperat, ad hoc vt illa retineret super cambijs, ac mandatum exequutiuum pro d. summa contra bona hæreditaria d. q. Hieronymi relaxari obtinuisset Elisabetta, & Comitissa de Fanellis vti filiæ, & assertæ Donatariæ d. q. Io: Baptistæ obtinuerunt ab A. C. decretum de exequendo d. mandatum à quo cum Hieronymus iunior filius, & hæres d. q. Crescentij appellasset, & causa appellationis mihi per Signaturam Iustitiæ cum clausula, *si quid exequendum*, commissa fuisset. Dubitaui sub die 7. Iunij 1632. An d. mandatum esset exequendum, & Rota ex capite nullitatis negatiuè respondit, vt in decisione desuper extensa. Quapropter d. Elisabetta, ac Franciscus de Fanellis vti filius, & hæres d. Comitissæ interim prædefunctæ adita Signatura Sanctissimi obtinuerunt rescribi, vt in ista causa reiectis nullitatibus procederetur super bono iure appellatione remota: Vnde proposui dubium, An constaret de credito dd. de Fanellis, quod veniat soluendum vna cum cambijs, & DD. quoad sortem dixerunt constare de dicto credito, quo verò ad cambia mandarunt particulariter videri.

Etenim de dicto credito quoad sortem satis liquet ex apocha de d. anno 1613. confecta, ac nomine d. q. Hieronymi senioris subscripta, in qua expressè legitur ipsum q. Hieronymum recepisse à d. q. Io: Baptista Fanello dd. scuta 1300. ad effectum illa retinendi super cambijs ad commodum, & vtilitatem eiusdem Fanelli. Quæ apoca quamuis non fuerit legitimè recognita, ex eo, quod Testes,
1 qui illam recognouerunt fuerunt examinati parte non citata, & absque decreto Iudicis, *Ruin. cons. 46. num. 1. vers. quia tamen receptus fuit, lib. 4. Caputaq. dec. 4. par. 3. Mantic. dec. 177. num. 2. Greg. XV. dec. 71. n. 1.*

2 Nihilominus cum illa sit pluribus adminiculis roborata sufficienter probat, *Butr. in c. 2. num. 4. longe post med. ante vers. venio ad casus dubios de fid. instrum. Ias. in repet. l. admonendi nu. 90. vers. quia licet priuata Instrumenta, ff. de iur. iuran. Bald. cons. 400. nu. 4. vers. præterea illud exemplum lib. 4. Granut. theorem. 15. num. 10. & 18. Caputaq. dec. 234. num. 2. par. 1. Rota in Farfen. Territorij 12. Iunij 1606. coram bon. me. Penia.*

3 Primum autem adminiculum desumitur ex ijsdem Testibus superillius recognitione examinatis, qui apertè deponunt d. apocam fuisse subscriptam manu propria Crescentij filij d. q. Hieronymi, sub cuius nomine idem Crescentius mercaturam in Ciuitate Anconæ exercebat, redduntque optimam rationem eorum dicti ex eo, quia viderunt sæpissimè illum scribere, ac notam habent manum eiusdem subscribentis, quo casu apoca dicitur sufficienter recognita, *Bart. in Auth. de instr. caut. & fid. §. etsi contractus num. 10. & seq. C. de fid. Instrum. Curt. iun. cons. 162. num. 5. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 114. num. 25. vers. cum verò, Couarr. pract. cap. 22. num. 1. vers. quandoque tamen, Ruin. cons. 70. num. 4. lib. 4. Crammat. dec. 34. num. 15.* qui
4 Testes † licet nulliter examinati faciunt saltem

tem adminiculum. *Seraph. dec. 585. num. 1. Reuerendiss. D. meus Decan. decis. 31. num. 9. decis. 68. num. 15.*

5 Præsertim cum primus Testis fuerit socius in ratione bancaria cantante sub nomine d.q. Hieronymi. Secundus verò fuerit Capserius eiusdem rationis, ac dicat dictam apocam fuisse eius propria manu in corpore scriptam, ac manu dicti Crescentij subscriptam, sed d. subscriptioni, ac numerationi pecuniarum præsentem fuisse, qui Testis cum deponat de facto proprio iuncta depositione alterius Testis non leuem probationem facit, *Alex. cons. 239. num. 7. post princ. vers. ideò vt plenè probetur, lib. 6. Natt. cons. 362. num. 3. vers. & erit bonum argumentum, Granut. d. theorem. 15. num. 14. vers. cui præsumptioni.*

Non obstat, quod vt iidem Testes deponũt apoca prædicta non fuerit subscripta ab ipsomet Hieronymo, à quo dd. pecuniæ enũciantur receptæ, sed à Crescentio eius filio.

Quia ex depositione eorumdem Testium apparet d. Crescentium tunc temporis exercuisse rationem bancariam nomine d. Hiero-

6 nymi Patris, qui proinde ex d. subscriptione facta per Crescentium eius filium, & Institorem remansit obligatus, *l. si Institorem, & ibi Ias. ff. si cert. pet. §. si igitur, & §. Institoria, vbi DD. Instit. quod cum eo, Add. ad decis. Magon. Lucen. 2. in littera, C. Rot. decis. 452. num. 2. par. 4. recent.*

7 Filius namque potest à Patre constitui Institor ad negotiandum, & ex illius gestis obligatur, *l. penultima, §. taberna, ff. de Inst. act. Roman. cons. 469. num. 5. & ibi Mandos. litt. A. Felician. de societ. cap. 6. num. 19. Afflict. decis. 308. per tot. Thesaur. q. for. 29. lib. 4.*

8 Secundo pro adminiculo † concurrit quædam Epistola missiua in actis producta per d. Crescentium suo Procuratori in Curia transmissa, in qua monet d. Procuratorem se tamquam Institorem dictæ rationis bancariæ cantantis sub nomine Hieronymi Patris d. apocam subscripsisse, ac pecunias in ea contentas recepisse, sed credere illius vigore obligationem Cameralem non habentis, mandatum exequutiuum relaxari non posse, & sic creditum quoad sui existentiam approbasse censetur.

Tertio datur partita per compulsum extracta ex libro rationis bancariæ eiusdem q. Hieronymi, in qua apparet d. q. Hieronymum sub eadem die, qua d. apoca cõfecta fuit creasse creditorem d.q. Ioannem Baptistam in eadem summa scut. 1300. & pro eadem causa, quæ partita eum sit omnino conformis d. apocæ, & sit descripta in libro eiusdem Hieronymi, ne dum videbatur facere adminicu-

9 lum, † sed immo plenam probationem, cum liber mercatoris contra ipsum scribentem plenè probare dicatur, *Dec. in l. 1. num. 2. ff. de eden. glos. in Clem. 1. §. cæterum, in verb. rationum de vsur. cum alijs relatis per Mascard. de probat. conclus. 974. nu. 1.*

10 His accedit obseruantia eiusdem † apocæ desumpta ex alijs partitis in eodem libro descriptis, in quibus legitur eumdem Hieronymum dd. pecunias à d.q. Io: Baptista receptas super cambijs vsque ad annum 1617. retinuisse, quæ obseruantia magnum præbet adminiculum pro veritate eiusdem apocæ ad tradita per *Dec. cons. 262. num. 5. vers. accedit vltimus, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. num. 39.*

Non obstant exceptiones, & nullitates oppositæ contra processum compulsorialem; Quia visæ fuerunt irreleuantes, ac tolli ex responsionibus datis per informantes pro Fanellis, cum quibus DD. transierunt.

Et ita conclusum vtraque &c.

ROMANA ASSECVRATIONIS.

Mercurij 29. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM.

Assecurati secuta rei deperditione, seu deterioratione possunt agere pro summa assecurata contra assecuratores dempta tamen octaua parte, & nolitu si ad istum assecuratores non se obligarunt.

SVMMARIVM.

1 *Assecurationi factus est locus probata mercium deterioratione, vel ad locum conuentum non transportatione.*

2 *Verbum*, disastro, *denotat non solum totalem amissionem rei, sed illius quoque detrimentum.*

3 *Dictio*, alcuno, *in re minima verificatur.*

4 *Verba*, finche saranno scarichi, *includunt tam locum determinatum ad quem fieri debet transfuectio, quam illius perfectam exonerationem.*

5 *Impedimentum, quod de facili remoueri non potest, excludit omne dolum.*

6 *Renuncians abdicat à se omne ius, quod habet in re renunciata.*

7 *Eligens vnam actionem censetur alteri renunciasse.*

8 *Mandatum excessiuum executioni non demandatum sustinetur in summa debita.*

9 *Assecuratores non tenentur soluere nolitum nauis, & quando.*

DECISIO CCCCLX.

THEODOSIVS, & Ioannes Entriquez de Ordine, & ad computũ Benedicti Vuaz, & aliorum fecerunt assecurari à diuersis Mercatoribus certam quantitatem Aluminum oneratam, seu onerandam in portu Ciuitatis Vetulæ super Tartana, seu Naui Santa Marta Bonauentura nuncupata, donec salua peruenirent ad Portum Vlixbonæ. Cumque Nauis prædicta dicto Alumine onerata in processu nauigationis iuxta Portum Gadiceñ ventorum vi allisa in scopulos fracta fuisset, & ob aquarum ingressum d. Alumen in parte deperditum, & in parte deterioratum extitisset dd. Enriquez egerũt coram A.C. pro solutione pretij Aluminis assecurati contra dd. Assecuratores, contra quos obtinuerunt sibi decerni, & relaxari mandatum exequutiuum pro summa pecuniarum assecurata dempta octaua parte, à quo mandato Assecuratores appel-

appellarunt, & Signatura Causam in Rota commisit R. P. D. meo Macchiauello cum clausula, *si quid exequendum*, coram quo disputato dubio An d. mandatum esset exequendum, fuit per binas decisiones affirmatiuè resolutum, ac successiuè d. D. Macchiauellus mandauit exequi d. mandatum pro summa in eo contenta, sed Assecuratores iterum adita Signatura obtinuerunt mihi rescribi, vt procederem ad legitimam executionem quocirca dato desuper dubio DD. dixerunt esse procedendum ad vlteriorem executionem, dempta octaua parte, & nolitu.

Nam quod sit procedendum ad vlteriorem executionem d. mandati, nulla visa fuit adesse difficultas, quia illius validitas constat ex reuolutione actorum, & Iustitia ex rationibus optime deductis in duabus decisionibus emanatis sub diebus 17. Decembris 1635 & 3. Martij 1636. coram R. P. D. Macchiauello.

Cum enim Alumen assecuratum in processu nauigationis fuerit in parte deperditū, & parte deterioratum, & illud neque in totum, neque in parte nec saluum, nec deterioratum transuectum fuerit ad Ciuitatem Vlixbonæ,
1 factus † fuit locus stipulationi, & promissæ assecurationi, *iuxta tex. in l. centum ff. quod cert. Rot. in Romana Assecurationis 26. Februarij 1621. coram R.P.D. meo Ghislerio*. Ideoque assecurati potuerunt agere contra dd. Assecuratores pro summa pecuniarum assecurata vigore eorūdē promissionis *Dec. cons. 115. num. 2. Ruin. cons. 19. num. 13. & 14. lib. 4. Strach. de assecur. in præfat. num. 58. Rot. decis. 688. nu. 2. par. 2. recent. Et in Romana Assecurationis 18. Iunij 1631. coram R.P.D. Pirouano*.

Non obstat, quod Alumen in totum consumptum non fuerit, sed in parte deterioratū, & ideò stipulatio non pro toto, sed pro rata Aluminis cōmissa fuerit Quia dd. Assecuratores etiam in casu detrimenti d. Aluministeneri voluerūt pro sūma assecurata ex speciali pacto apposito in Apoca Assecuratorum, ibi. *E se in detti Alumi interuenisse alcun disastro, li sottoscritti Signori Assecuratori denono dare, e pagare quelli denari, che hauranno assecurato*. Verbum
2 enim, † *disastro*, denotat non solum totalem rei assecuratæ amissionem, sed illius quoque detrimentum in parte *l. 1. §. 1. §. deteriorem ff. de flumin. Strach. de assecur. glos. 27. num. 7. & alij quos congerit Rot. in decis. in hac eadem Causa facta coram R. P. D. meo Macchiauello*. Eoque magis
3 propter † dictionem, *alcuno*, quæ tamquam dictio diminutiua extendit obligationem ad quamuis minimam partē damni *Clem. 1. verb. earum parte de for. compet. Crauett. cons. 294. num. 4. Menoch. cons. 4. num. 18. Surd. decis. 283. num. 8. Cassan, in consuet. Burgund. rubr. 11. §. 6. verb. de alcune cose*.

Præterea Assecuratores se obligarunt in eadem Apoca fore vt d. Alumen non solum transportaretur ad Ciuitatem Vlixbonæ, sed etiam inibi saluum perueniret, ibi, *fino che scarichi saranno in terra à buon saluamento nel Por-*
4 *to di Lisbona*; Verba † enim, *finche scarichi saranno*, includunt tām locum determinatum, ad quem fieri debet transuectio, quam illius perfectam exonerationem e Naui, *Alex. consil. 100. num. 20. lib. 3. Bald. cons. 442. in fin. lib. 3. Cald. cons. 9. de locat.* Vnde cum prædictū Alumen neque in totum, neque in parte, neque saluum, neque deterioratum ad prædictum locum allatum fuerit, Assecuratores etiam ex hoc capite tenentur *Rot. in d. Romana assecurationis coram R.P.D. meo Ghislerio*.

Non obstat, quod residuum Aluminis non fuerit transportatum dolo, & Barattaria Præfecti Nauis, qui consulto Nauim fractā apud Portum Gadiceñ, & postea refectam vlterius perducere non curauit. Nam huiusmodi dolus, & Barattaria in ipso Præfecto prorsus excluditur ex eo quod post fractionem Nauis Nautæ furtum perpetrarunt in alis Mercibus in eadem Naui oneratis adeout Præfectus cōtra illos querelam exposuerit, qui proinde fugam arripuerunt, & quamuis idem Præfectus plures fecisset diligentias pro reperiendis eisdem Nautis, nihilominus nec illos, neque alios qui Nauim regerent in loco extero in-
5 uenire potuit, quod † impedimentum cum de facili remoueri non posset omnem dolum excludit, *Cresc. decis. 10. num. 20. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 104. nu. 3. par. 1. diuers.* et eo stante Præfectus Nauis iter perficere non tenebatur *Strach. de naut. nauil. & nauig. par. 3. num. 36*.

Non obstat, quod Assecurati sequuto dicto disastro Alumen, seu illius residuum non renunciauerint, quod vulgo dicitur renunciar l'incerta. Quia cum partes inter se conuenerint, quod in casu alicuius disastri Alumen superexistens spectaret ad dd. Assecuratores, sequuto disastro non erat opus alia renuncia-
6 tione, cum ab initio † assecurati in Conuentione hoc Ius à se abdicauerint *l. destitisse ff. de Iudic. Paris. cons. 39. num. 3. lib. 4. Cassad. decis. 4. n. 3. de restit. spoliat*.

Præterea cum iidem assecurati egerint pro
7 solutione pretij, per † electionem huius actionis censentur alteri renunciasse, *l. si quis stipulatus 112. ff. de verb. oblig. Afflict. decis. 397. num. 7. & in dicta decisione Domini mei Macchiauelli*.

Non obstat, quod mandatum A. C. fuerit excessiuum ex eo quod fuit expeditum pro tota summa assecurata, ad quam Assecuratores, non tenentur, nisi dempta octaua parte iuxta consuetudinem Maris, quia obiectum cessat ex facto. Nam ex lectura eiusdem mandati cuius copia data fuit apparet illud non fuisse relaxatum pro tota summa, sed dempta octaua parte. Et in omnem euentum cum
8 executio non sit consummata, visum fuit dictum mandatum posse reformari, & exequi dempta dicta octaua parte, prout ab initio A.C. relaxari decreuit.

Quo verò ad nolitum solutum Præfecto Nauis pro toto itinere, fuit dictum illum esse demendum. Quia Assecuratores ad illum non se obligarunt, nec Apoca assecurationis vltra pretium aluminis assecuratum aliud cō-
9 tinet, & ideo † Assecuratores pro illo non tenentur, *vt fuit dictum in Romana assecurationis*

sis 25. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Ghislerio.
Ex quibus, & aliis in dd. decisionibus D. mei Macchiauelli ponderatis cum quibus DD. transierunt, ita fuit conclusum.

ROMANA CENSVS.

Mercurij 29. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM.

Census per deliberationem rei censitæ fauore creditorum anteriorum licet extinguatur nihilominus debentur damna, & interesse in ea quantitate, ad quam ascendissent fructus, si res non fuisset alienata; Fructus non debentur quando Dominus census fuit effectus Dominus irreuocabiliter fundi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus census debentur loco damnorum, & interesse, si dominus census culpa debitoris non percepit illius fructus.*

2 *Damna, & interesse currunt liquidanda ad eandem rationem fructuum Census.*

3 *Census extinguitur si Dominus census efficiatur Dominus rei censitæ irreuocabiliter.*

DECISIO CCCCLXI.

CENSVS iste fuit impositus de an. 1617. ab Horatio Sabello ad fauorem Ioannis Rotuli super duobus fundis, nempe domo sita in Vrbe, & quodam Tenimento detto il Bauo. Cumque domus fuisset vendita de anno 1624. Eminentissimo Cardinali Capponio, illiusque pretium solutum Creditoribus habentibus super ea hypothecas anteriores tenimentum verò fuisset subhastatum, & deliberatum d. Rotulo vti Creditori d. Census, mediante persona Georgij Arciuffi, fuit dubitatum sub die 17. Decembris 1635. An d. Census esset resolutus, adeout Horatius ad solutionem fructuum amplius non teneretur, & DD. resoluerunt d. Censum esse quidem resolutum, sed Horatium teneri actione personali ad sortem, nec non ad fructus loco damnorum, & interesse ex rationibus deductis in decisione desuper extensa. Fuit hodie quæsitum pro quo tempore dd. fructus debeantur, & DD. quo ad portionem impositam super domo, dixerunt fructus Census deberi tamquam fructus vsque ad diem assignationis d. domus, seu illius pretij factæ Creditoribus anterioribus. Post verò d. assignationem dd.
1 fructus † deberi loco damnorum & interesse, quia cum Rotulus à tempore dictæ assignationis fructus d. Census non perceperit, dicitur damnificatus ex facto Sabelli debitoris, *Seraph. decis. 935. num. 1. & seq. Rot. in Romana Census de Mutinis coram Sacrato decis. 119. num. 6. vers. tollitur pariter post Cenc. de cens. Et in Romana Vinea de Brunis 8. Iunij 1588. coram Blanchetto*, & proinde Horatius debitor tenetur ad damna, & interesse iuxta pactum expressum in Instrumento Impositionis d. Census. Quæ
2 quidem † damna, & interesse veniunt liquidanda ad eamdem quantitatem, quam Rotulus exegisset, si dicta domus Creditoribus anterioribus assignata non esset *ad text. in l. Venditor ff. de euict. vbi Bart. Bald. & alij, & in l. si cum Successores C. eod. Crauett. consil. 319. num. 1. Maur. alleg. 47. num. 4. & seq. Et fuit dictum in Romana Officij Notariatus 31. Ianuarij 1629. coram.*

Non obstat, quod d. domus fuerit euicta facto Rotuli, qui illam alienauit, & sic Census fuerit extinctus pro rata culpa ipsius Rotuli, cui proinde nullum damnum, & interesse debeatur. Nam cum Rotulus vna cum aliis deputatis ab Vniuersitate Creditorum vendiderit d. domum, illiusque pretium erogauerit in extinctionem aliorum Creditorum anteriorum nulla fuit in culpa, cum soluendo prioribus, & potioribus fecerit id, ad quod Sabellus de Iure tenebatur.

Quo verò ad portionem impositam super tenimento fuit dictum dd. fructus deberi tanquam fructus Census vsque ad diem illius subhastationis, quia vsque ad d. diem tenimentum erat Sabelli debitoris, ac propterea fructus debentur Rotulo Creditori. Post verò illius subhastationem DD. dixerunt fructus nullatenus deberi, quia cum Rotulus Creditor Census per d. subhastationem, ac deliberationẽ sibi factam mediante persona Arciuffi effectus fuerit dominus irreuocabilis ipsius Tenimenti, Census pro rata super eo impositus remãsit extinctus, nec aliquod damnum seu interesse debetur. Nam vbi dominus Cen-
3 sus efficitur dominus rei censuatæ † Census extinguitur, cum res propria nemini seruiat *Boer. dec. 319. Cenc. de cens. p. 3. c. 1. q. 5. nu. 1. & seq.* Et ita vtraque &c.

MVTINEN. MATRIMONII

Lunæ 4. Maij. 1637.

Argumentum, & Summarium ferunt quod matrimonium coram incompetenti parrocho celebratum est nullum probata tali incompetentia per allegantem.

DECISIO CCCCLXII.

HAEC causa fuit proposita 27. Februarij proximè præteriti, & resolutum matrimonium contractum inter Paulum Bisettum & Margaritam de Vrbis esse nullum vti factũ
1 à non proprio Parocho contra dispositionem *S. Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reformat.* & cum hodie fuerit proposita super iisdem DD. dixerunt standum esse in decisis, quia adhuc subsistere visa fuerunt fundamenta decisionis.

Neque obstat illud quod per Informantes pro Bisetto dicebatur in memoriali dato ad obtinendam reuisionem decisionis, videlicèt quod d. decisio nimium grauabat Bisettum, eo quia, vt prætendebant, in eadem decisione præsupponitur d. Bisetto incumbere onus probandi Parochum Arcis non fuisse propriũ Parochum contrahentium seu alterius ipso-

2 sum, cum tamen in dubio præsumptio sit ad
eius fauorem, nempè pro validitate matri-
monij. Quia sit dictum cum pace ipsorum
decisio nihil tale dicit, sed tantum in ea po-
nuntur fundamenta, ex quibus probatur Parochum Arcis, coram quó fuit attentatum matrimonium non fuisse proprium Parochũ Margaritæ, quæ quidem fundamenta adhuc in præsenti propositione examinata inconcussa remanere DD. dixerunt.

Et ita conclusum &c.

CIVITATIS CASTELLI BONORVM.

Luna 11. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

In Summarijssimo possessorio non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, sed manutentio danda est illi, de cuius anteriori possessione constat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est ei, de cuius possessione constat.*
2 *Clausula, constituti, transfert possessionem etiam ad effectum manutentionis.*
3 *Locatio iuncta perceptione fructuum probat possessionem.*
4 *Clausula, constituti, apposita in fine scripturæ comprehendit omnia in scriptura contenta.*
5 *In manutentionis Iudicio reycitur exceptio concernens proprietatem.*
6 *Possessio antiquior est præferenda iuniori, quæ præsumitur clandestina.*
7 *Donatio conditionalis, conditione non purificata; non transfert dominium neque possessionem in donatarium.*

DECISIO CCCCLXIII.

DIXERVNT DD. Annæ, & Monialibus respectiuè dandum esse mandatum de
1 manutenendo, † quia de illarum possessione
constat primó ex publico Instrumento Cessionis, seù assignationis factæ ad earum fauorem vsque de anno 1627. ab Anna de Angelis quæ d. Monasterium post obitum Nicolai Viti ingressa fuit, in quo d. Anna ex causa d. Ingressus cessit, & assignauit dd. Monialibus omnes fructus bonorum tàm hæreditariorum d. Nicolai, quàm suorum dotalium
2 cum clausula constituti, † quæ transtulit in
dd. Moniales omnem possessionem tàm Ciuilem, quàm naturalem ad quemcumq; effectum etiam manutentionis *l. quædam Mulier, & ibi gloss. in verb. possessionem ff. de rei vendic. l. quod meo ff. de acquir. possess. Greg. XV. decis. 437. num. 3. & ibi Add. num. 6. Rota decis. 153. impress. per Pic. ad statut. Vrb.*

3 Secundò ex locationibus eorumdem † bo-
norum factis à Bartholomeo Ministro eiusdem Monasterij, ac Procuratore irreuocabili constituto ab eadem Anna in Instrumento d. assignationis, quæ locationes iuncta solutione, ac perceptione fructuum benè probant possessionem *Gabr. de locat. conclus. 4. num. 2. & 3. Menoch. retin. rem. 3. num. 572. Greg. XV. decis. 200. num. 1. & decis. 580. num. 2.*

4 Non obstat quod dicatur pro† parte Cæsa-
ris d. Clausulam constituti esse appositam ad præstationem alimentorum, non autem ad totam assignationem, quia cessat obiectum, ex quo d. *clausula* fuit apposita post cessionem, & dationem insolutum fructuum, & assignationem alimẽtorum, & propterea est apta comprehendere omnia superius expressa *Paris cons. 97. num. 87. Ruin. cons. 103. num. 11. lib. 4. Gratian. discept. 245. num. 27. Caual. decis. 148. num. 7.*

Non obstat donatio facta ab eadem Anna de anno 1631. d. Cæsari eius fratri cum simi-
5 li *clausula* constituti. Nam quidquid sit de il-
lius validitate, & releuantia, cum illa concernat proprietatem reijcienda est ad petitorium, nec meretur attendi in hoc summarijssimo Iudicio manutentionis *l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. Greg. XV. decis. 107. num. 3. Rota decis. 683. in fin. par. 1. recent.* Et propterea cum Moniales sint in anteriori possessione sunt interim manutenendæ, non obstante posteriori possessione d. Cæsaris capta in vim d. donationis, cum hæc tamquam iunior præsu-
6 matur Clandestina, nec præiudicet anteriori
possessori, *cap. licet causam cum ibi notat. de probat. Bart. in l. si duo num. 4. vers. si vero Testes ff. vti possid. Greg. XV. decis. 6. num. 3. & decis. 9. num. 5.* & aliàs sæpe.

Neque obstat illud, quod deducebatur respectu bonorum Emphiteuticorum, nempè in illis non posse dari manutentionem Annę, cum ei obstet donatio facta de illis Cæsari, quia fuit responsum dictam donationem fuis-
7 se factam† sub conditione consensus obtinen-
di à Canonicis Proprietarijs, qui consensus cum non probetur obtentus, neq; dominium, neque possessio dici possunt translata in d. Cęsarem Donatarium *cap. olim vbi gloss. & DD. de restitut. Spoliat. Cas. de Grass. eod. tit. decis. 6. nu. 3. Rota decis. 244. num. 1. part. 2. recentiss.*

Et ita vtraque &c.

BERGOMEN PENSIONIS.

Veneris 15. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Attentata sunt gesta post Inhibitionem Rotalem legitimè intimatam.

SVMMARIVM.

1 *Lis cum resignante afficit resignatarium etiam respectu actorum declara num. 5.*
2 *Sententia lata post Inhibitionẽ Rotalem est attẽtata.*
3 *Inhibitio siuè iusta, siuè iniusta est timenda & cassat attentata.*
4 *Iudex inferior nõ potest cognoscere de viribus Inhibitionis Rotalis.*
6 *Pensio est quoddam ius temporale, & formale de per se distinctum ab ipso beneficio.*

DECI-

DECISIO CCCCLXIV.

SVB die 5. Nouembris præteriti fuit in hac causa resolutum constare de attentatis ex duobus fundamentis. Primò quia sententia lata per Auditorem Nuncij Venetiarum ad fauorem Albani Pensionarij fuerat lata
1 post Inhibitionem Rotalem. Secundò quia Lucillus Resignatarius comprehendebatur in commissione Rotali vigore appellationis interpositæ per Hieronimum resignantem in vim constitutionis Gregorij XIII. *relat. per Parif. de resignat. lib. 11. quæst. 3. num. 35.* qua cauetur quod lis cum Resignante afficiat Resignatarium etiam respectu Actorum. Hodie iterum posita causa super iisdem DD. reiecto secundo motiuo, ex primò tantum steterunt in
2 decisis. Nam dicta sententia non potest excusari ab attentatis cum fuerit prolata post legitimè intimatam Inhibitionem Rotalem non dum dicto Pensionario, sed etiam ipsi Iudici, qui illam protulit, quæ quidem Inhibitio siuè iusta, siuè iniusta erat timenda, & causat attentata *Verall. decis. 93. part. 2. cum alijs allegat in decisione.*

Neq; obstat quod dicatur d. Inhibitionem emanasse ad fauorem Lucilli, qui non erat nominatus in commissione, cuius vigore fuit
3 obtenta dicta Inhibitio, neque Hieronimum ea vsum esse. Nam Rota non solet admittere huiusmodi obiectum Inhibitionem non afficere, quia Iudex debet abstinere, nec debet cognoscere de viribus Inhibitionis, ne aliàs detur ansa Iudicibus de partibus illam con-
4 temnendi sub prætextu, quod sit iniusta *Acchill. decis. 29. de appellat.* & fuit dictum *in Oriolen. Iuris sedendi* 30. *Aprilis* 1584. *coram Lauretano*, quæ decisio postmodum fuit confirmata 15. Ianuarij 1585. coram bon. me. Cardinale Blanchetto, & fuit etiam dictum *in alia Toletana fructuum de Royas* 16. *May* 1586. *coram bon. mem. Hieronimo Card. Pamphilio.*

Quouerò ad secundum motiuum decisionis deductum ex d. constitutione Gregorij XIII. illud, vt dixi supra, non placuit DD.
5 quia dicta constitutio non loquitur de pensionibus, sed tantummodo de proprietate beneficij litigiosi, & possessionis, quæ multum
6 inter se differunt. Cum pensio sit quoddam Ius temporale separatum, & formale de per se distinctum ab ipso Beneficio, vt tenuit *Rota coram Robusterio decis. 424. nu. 2. par. 1. diuers. Parif. de resignat. lib. 1. quæst. 10. num. 69. Sarn. de infirm. quæst. 16. & de annal. quæst. 21.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 29. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Liber Mercatoris probat etiam ad sui fauorem concurrentibus adminiculis, nisi partitæ cantent pro solutionibus factis diuersis mercatoribus de mandato seu ordine alterius, quia tunc exhibenda sunt mandata seu ordines.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata non probat pro scribente.*
2 *Liber Mercatoris concurrentibus adminiculis probat etiam in eius fauorem, & referuntur nonnulla adminicula num. 3. & 4.*
5 *Procedit in his, in quibus plerunque ex communi consuetudine neque testes neque instrumenta adhiberi solent.*
6 *Perito de consensu partium electo standum est.*
7 *Partita solutionis descripta in libro Mercatoris ad eius fauorem, pro eo non probat.*
8 *Enunciatum in partita descripta in libro Mercatoris aliundè quam ex eius libro, & attestatione est probandum.*
9 *Partita transportatio de vno computo ad aliud non potest fieri sine ordine interessati.*
10 *Nec mandatum præsumitur datum ex verbis.* Pagarete à N. & à voi medesimo per moneta:
11 *Debitum censetur extinctum per adæquationem debiti.*
12 *Sententia iniustitia debet constare ex actis.*
13 *Scriptura in actis non producta habentur ac si non essent in rerum natura.*

DECISIO CCCCLXV.

QVONDAM Alexander Respolus exercens in Vrbe rationem bancariam ministerio, & opera inter alios q. Ioannis Rotuli, soluit, & exegit respectiuè quam plures pecuniarum summas, *vt dicitur, per lista*, à mense Aprilis 1604. vsque & per totum annum 1608. pro seruitio, & contemplatione alterius rationis bancariæ, quæ eodem tempore cantabat sub nomine d. q. Ioannis Rotuli, & Dominici Lucatelli sociorum, de quibus summis cum idem Alexander creasset dd. Rotulum, & Lucatellum Creditores, & debitores in libris d. suæ rationis bancariæ tandem in libro anni 1609. descripsit eos debitores *per conto di lista* in scutis aureis 3761. 19. 1.

De mense autem Februarij eiusdem anni 1609. d. q. Alexander cessit d. q. Ioanni Rotulo suam rationem Bancariam, & omnia credita, ac debita describenda in Bilancio desuper conficiendo. Verum quia in bilancio postmodum confecto creditum prætensum à dd. Rotulo, & Lucatello ex causa listæ in d. summa scut. 3761. 19. 1. fuit descriptum solum pro rata scut. 2885. 16. 19.

Ideò Marchio Bartholus Nepos, & hæres d. q. Alexandri cœpit prætendere residuum d. crediti, quod est scut. 876. auri 2. 4. in vita d. q. Alexandri eius Authoris non solutorum, pro quorum consecutione Iudicium instituit coram A. C. contra Iacobum Rotolum filiū, & hæredem d. q. Ioannis, & contra d. Lucatellum, contra quos cum sententiam fauorabilem reportasset, & causa appellationis ex aduerso interiectæ mihi commissa fuisset. Dubitaui an d. sententia esset confirmanda, vel in-

firmanda, & DD. ex capite Iniustitiæ infir-
mandam esse censuerunt.

Iniustitia autem deducitur 1. ex eo quia
prætensum creditum q. Alexandri non iustifi-
1 catur nisi † ex quibusdam partitis per ipsum
descriptis in proprijs libris, qui regulariter pro
scribente non probant *l. exemplo C. de probat.
gloss. in l. quadam §. nummularios verb. decurritur
vers. sed non obstantibus ff. de eden. Ias. in repet. l. ad-
monendi num. 131. vers. breuiter puto ff. de iureiur.
Felin. in cap. 2. num. 21. de fid. Instrum. Seraph. decis.
206. num. 4. Canal. decis. 650. num. 9. Rota decis. 9. n.
1. par. 4. recent.*

2 Non obstat quod † liber Mercatoris probet
in eius fauorem concurrentibus adminiculis
*Crauet. de antiq. temp. par. 1. §. reddemus num. 19.
Magon. decis. florent. 95. num. 5. Seraph. decis. 436. nu.
2. Rota decis. 650. num. 4. par. 1. recent.*

Hic autem plura adminicula dicuntur con-
3 currere † desumpta. Primò ex eo quod dd.
libri contineant data, & recepta *Paris. cons. 90.
num. 2. lib. 1. Roland. cons. 92. num. 6. vers. quinto quod
aliquid lib. 3. Surd. decis. 199. num. 11. & cons. 543.
num. 5. lib. 4.*

4 Secundò ex iustificatione † nonnullarum
partitarum in eodem libro descriptarum, quæ
veritatem libri etiam in cæteris arguere solet
*Paris. d. cons. 90. num. 3. & seqq. lib. 1. cum alijs relat.
per Gabr. de præsumpt. concl. 5. lib. 1.* Tertiò ex eo
quod Alexander easdem partitas quas descri-
psit ad debitum dd. Rotuli, & Lucatelli, vni-
co contextu descripsit ad sui ipsius debitum,
& ad creditum Vincentij Mazzinghi, qui eo-
dem tempore conficiebat listam pro ipso
Alexandro, quas partitas, si verè non fuissent
Alexander ad sui debitum non posuisset. Ac
demum ex eo quod Rotulus in libro alterius
rationis bancariæ cantantis sub illius nomine
descripsit se, & d. Lucatellum debitores in d.
summa scut. 3761. per quam descriptionem
d. debitum, approbasse censetur *ad text. in L.
Publia §. fin. ff. depos.*

5 Quoniam quidquid sit † de dd. adminicu-
lis fuit responsum d. cõclusionem quod liber
Mercatoris probet in eius fauorem concur-
rentibus adminiculis procedere in his, in qui-
bus plerumque ex communi consuetudine
neque Testes, neque Instrumenta adhiberi so-
lent, vt declarant *Bald. in l. 1. nu. 11. in fin. & ibi-
dem Dec. num. 19. C. de eden. Alex. d. cons. 21. num. 8.
lib. 7. Castr. cons. 114. num. 4. vers. 5. loco. & cons. 314.
num. 2. vers. his ergo præsuppositis circa fin. part. 2.
Corn. cons. 81. num. 8. & seq. lib. 4. Abb. cons. 36. col. 2.
vers. in casu tamen nostro lib. 2. Ias. in l. admonendi n.
125. ff. de iur. iur. Crauet. de antiq. temp. par. 1. §. 3. li-
mitatur num. 24. Artman. Pistor. obseru. 86.* Cum
autem partitæ in d. libro descriptæ cantẽt pro
solutionibus factis diuersis Mercatoribus de
mandato, seu ordine dd. Rotuli, & Lucatelli,
eorumque mandata, seu ordines facti fuerint
per scripturam, vtique d. liber non probat
veritatem dd. partitarum, nisi, eadem manda-
ta, seu ordines, quorum vigore solutiones fa-
ctæ fuerunt exhibeantur, prout illa esse exhi-
6 benda firmat vltimus peritus de consensu par-
tium electus in 4. capite suæ relationis, cui

standum est *Bart. in l. 2. num. 10. C. de Iur. Fisc. lib.
10. Ruin. cons. 16. num. 6. vers. & vbi etiam vol. 5.
Paris. cons. 96. num. 32. lib. 1. Greg. XV. decis. 210. nu.
4. Rota decis. 540. num. 1. par. 1. recent.* Et in specie
7 quod partita solutionis descripta in libro Mer-
catoris ad eius fauorem pro eo non probet
nisi constet de mandato illius, cuius intuitu
solutio facta fuit dixit *Rota decis. 653. nu. 1. par.
2. diuers. Becc. cons. 5. num. 4. post. med. vers. & in pri-
mis considero li. 1. Valenz. cons. 78. nu. 85. vers. quod
est certius*, & faciunt tradita per *Gratian. discept.
8 for. cap. 727. num. 6.* Vbi ait enunciatum in par-
tita descripta in libro Mercatoris aliunde
quam ex eius libro, & attestatione esse pro-
bandum.

Secundò iniustitia deducitur ex eo quod
Alexander in computo listæ, ex quo desumi-
tur ass. creditum posuit ad debitum dd. Ro-
tuli, & Lucatelli duas partitas, vnam scut.
2510. & alteram scut. 1499. 17. & 5. proue-
nien. ex altero, ac diuerso computo lanarum
quæ reuera non spectabant ad Rotulum, &
Lucatellum, sed ipsummet Alexandrum, vt
constat ex ipsarum lectura ibi, *lane di nostro
conto sotto nome di Rotuli, e Lucatelli deuono dare
9 &c.* Et nihilominus idem Alexander dd. par-
titas debitas ex computo lanarum transfusit,
seu transportauit ad aliud computum, vt di-
citur, *di cambi d'oro à moneta* ac rursus ex isto
computo *d'oro à moneta* transfusit, seu trãspor-
tauit ad aliud, ac diuersum computum listæ,
de quo hodie agitur, quam quidem transpor-
tationem de vno computo ad aliud d. Ale-
xander facere non potuit absque ordine dd.
Rotuli, & Lucatelli, ac propterea dd. partitæ
debitæ ex diuerso computo lanarum erant
detrahendæ ex cõputo listæ, quibus detractis
Rotulus, & Lucatellus ne dum non apparent
debitores, sed imò Creditores in maiori sum-
ma, vt constat ex relatione, & calculo facto
ab eodem Perito in 3. capite suæ relationis.

Nec dicatur quod Alexander transporta-
10 uit dd. partitas ex † computo lanarum 1. ad
computum *di cambi d'oro à moneta*, & mox ex
isto ad computum listæ de ordine dd. Rotuli
& Lucatelli, de quo ordine constare prætem-
ditur ex partita data *in sum. D. Rospoli num. 9.
ibi, Pagarete à Iacomo Carpiani, & à voi medesi-
mo per moneta.* Quia omisso an huiusmodi sti-
lus vigeat inter Mercatores nec ne, talis par-
tita his verbis absolutè concepta DD. predi-
ctum Ordinem transportandi de vno ad aliud
computum sufficienter probare visa non
fuit.

11 Tertiò quia vt idem Peritus retulit com-
putum listæ (computatis etiam partitis debi-
tis ex computo lanarum) apparet adæquatum
& vt dicitur pareggiato tàm in libro anni
1608. signato littera S. spectante ad Alexan-
drum, quàm in libro anni 1609. signato lit-
tera T. spectante ad Rotulum, per quam adæ-
quationem assertum debitum Rotuli, & Lu-
catelli censetur extinctum.

Non obstat quod dicatur huiusmodi adæ-
quationem euenisse ex eo quod, vt dicitur, *il
resto de resti* fuerit trãsportatum in alios libros
in

in isto iudicio non productos. Quia pro iniustitia sententiæ A. C. sat esse dicebant DD.
12 quod ex libris in actis productis† appareat de huiusmodi adæquatione, quam si D. Marchio prætendit non sustineri ex transporta-
13 tione residui in alios libros eos in actis producere debuit *iuxta doctr. Bald. in l. 1. num. 11. C. de sent. & peric. recit. Castr. in l. ait Prætor §. si Iudex ff. de re iudic.*

Et ita vtraque &c.

MVTINEN. MATRIMONII.

Veneris 5. Iunij 1637.

DECISIO CCCCLXVI.

SVB diebus 27. Februarij, & 4. Maij præteriti fuit resolutum matrimonium, de quo agitur contractum inter Paulum de Bisettis, & Margaritam de Verdis fuisse inualidum, quibus resolutionibus d. Paulo non acquiescente, pro tertia vice proposui causam super iisdem, & DD. adhuc in decisis perstiterunt ex iisdem rationibus, & fundamentis in dd. decisionibus deductis, contra quæ hodie nihil deductum fuit.

Et ita conclusum &c.

ARETINA PLEBANIAE.

Lunæ 8. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Subrogatio in iuribus defuncti debetur superstiti quando lis est super titulo beneficij. Subrogatio datur etiam in lite super iurepatronatus laicorum.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio in ius defuncti debetur collitiganti superstiti, si lis fuerit super titulo beneficij.*
2 *Lis dicitur esse super titulo, quando Iudex adiudicauit collitiganti beneficium tanquam suum.*
3 *Vel in commissione adest clausula, vna cum incidentibus, & dependentibus.*
4 *Subrogatio datur etiam in lite super iurepatronatus laicorum.*
5 *Lis non extinguitur per solam desertionem, sed requiritur sententia super desertione.*
6 *Litis desertio non inducitur per lapsum decennij, sed 30. annorum, nisi ex actis constet de non iure prosequentis, itaut illud controuerti nequeat.*
7 *Nullitatis instantia durat per 30. annos.*
8 *Mandatum reuocatum, vel quod non habuit effectum non est attendendum, perindè ac si factum non fuisset.*
9 *Subrogatio non datur in lite improba, vel calumniosa.*
10 *Regula de subrogando est locus, quando adest probabilis, & colorata causa litigandi.*

DECISIO CCCCLXVII.

VACANTE alias de anno 1616. Ecclesia Parochiali, seu Plebania, de qua agitur, DD. de Cerretanis illius asserti Patroni præsentarunt Cosmum de Petris. Ordinarius autem facto concursu prælegit Dominicum Menicuccium, qui prouisionem Apostolicam obtinuit. Orta hinc lite inter dictos assertos Patronos, & Cosmum ab eis præsentatum ex vna, ac d. Dominicum partibus ex altera, Ordinarius sententiam protulit, per quam declarauit constare de iurepatronatus d. Parochialis ad fauorem dd. de Cerretanis, sed Dominicum à Sede Apostolica prouisum non esse remouendum.

Appellarunt hinc inde partes, d. sententia, & causa in Rota commissa Dominicus vigore subrogationis gratiosæ fuit in possessionem d. Parochialis immissus. Eo autem defuncto in mense reseruato, nempe in mense Septembris anni præteriti, asserti Patroni præsentarunt Petrum de Cerretanis, Ordinarius verò facto concursu prælegit Paulum de Petris, quorum quilibet cum peteret prouisionem Apostolicam fuit Rota consulta, cui ex prædictis danda esset Prouisio huius Parochialis, Cosmo scilicet de Petris antiquiori præsentato, vel Petro de Cerretanis nouiter præsentato, vel Paulo de Petris prælecto in concursu, & DD. censuerunt prouisionem esse dandam Cosmo antiquitus præsentato: Moti ex eo, quod lis inter ipsum Cosmum,
1 & Dominicum † fuit introducta super titulo d. beneficij, quod propterea effectum fuit litigiosum, & ideo defuncto Dominico collitigante Cosmo superstiti debetur subrogatio in iuribus ipsius, ne detur nouus collitigans tam ex dispositione iuris communis per *text. in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* quam *ex reg. 29. de subrogand. collitig. & ibi Mandos quæst. 2. per tot.* Vbi grauat conscientiam denegantis, & fuit dictum in *Tullen. Parochialis 10. Decembr. 1595. coram Seraphino, in Gerunden. Canonicatus 14. Maij 1601. coram Greg. XV. & in Pampilonen. Abbatiæ 20. Iunij 1603. coram eodem.*

Lis autem super titulo beneficii † satis iustificatur ex prædicta sententia lata per Ordinarium, ne dum super existentia d. Iurispatronatus, ac pertinentia illius ad fauorem dictorum de Cerretanis, sed etiam super non remotione d. Dominici à Sede Apostolica Prouisi, cui cum Ordinarius adiudicauerit beneficium tamquam suum, lis dicitur esse
2 super † titulo d. beneficij, ad effectum vt sit locus subrogationi, *Auchar. in cap. 1. num. 1. vt lit. pend. in 6. cum alys per Gonzal. super regul. 8. §. 2. proœm. num. 68. Rota in Barchinonen. Parochialis 20. Iunij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano impress. per Marches. par. 1. fol. 479. sub n. 4. & in recens. dec. 342. sub num. 2. par. 1.*

3 Præterea causa appellationis † à d. sententia fuit in Rota introducta coram bo. me. Vbaldo, in cuius locum ego fui subrogatus vigore commissionis, quæ habet clausulas quam, & quas vnà cum inciden. & dependen. anne-

 xis,

xis, & connexis, totoque negotio principali, quæ pariter operatur, vt lis dicatur esse super titulo beneficij, *Canal.decis.200.num.5.Rota decis.342.num.2. par.1. & dec.336.num.2. par.1.rec. cum alys relatis in Cæsaraugustana subrogationis 24.Nouembris 1625. coram Nauarro, & in Pisana beneficii 27. Iunii 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat, quod Iuspatronatus d. Parochialis fuerit canonizatum per sententiam, & ideo non sit danda subrogatio in iuribus
4 Dominici defuncti, † qui erat prouisus tamquam de libero. Quia cum à dicta sententia fuerit appellatum, & causa appellationis adhuc in Rota pẽdeat indecisa, benè intrat subrogatio, quæ datur etiam in lite super iurepatronatus laicorum, *Paris.de resign.lib.12.q.3. num.27.Seraph.dec.f.990.num.3. & seqq. par.1. & dec.336.num.1.& 3. par.3.& in Florentina Parrochialis 29.Ianuarii 1629. coram bo.mem.Cardinale Virili, & in Foroliuien. beneficii 29.Aprilis 1624. coram R.P.D. meo Merlino,*

Nec subsistit, quod Cosmus habuerit d. litem pro derelicta ob illius non prosecutionem per decem annos, & vltra, quia omitto,
5 quod lis † non dicitur extincta per solam desertionem, sed requiritur etiam sententia super desertione, *Rota in recent.dec.736. num.2. ad fin. par.3. & in Placentina Parochialis coram Litta impress. per Marches.par.3. fol.24.vers.& ad illud,*
6 *quod fatalia.* Fuit responsum litem tunc haberi pro derelicta ex illius non prosecutione per decennium, quando ex actis constat de non iure prosequentis, *Acchill.dec.3.& dec. fin. num.7.vt lit. pend.Put.dec.15.& dec. fin.eodem tit. Lancell.de attent.2.q.cap.4.de attent.lit.pend.in præfat.nu.227. & fuit resolutum in causa Vrgellen. Canonicatus 15.Maii 1592. coram bon.mem. Penia per dec.Cassad.5.vt lit. pend.Rota in recent. d.dec.342. sub num.8. par.1.* Et quidem de non iure collitigantis ita constare debet, vt illud controuerti non valeat, vt dixit *Rota in recen.dec.166. num.5.& 6. par. 4.* In hoc autem casu ex actis non constat de notorio non iure Cosmi, & propterea requiruntur 30. anni ad inducendam desertionem litis, *Acchill.dec.7. num.3. & dec. fin.num.7. & seqq.vt lit. pend. Rota in Brabaren.de Mararo 29. Iunii 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Maximè quando, primo hic,
7 æquè principaliter commissa † est causa nullitatis, cuius instantia durat per 30. annos, *Rota in recent. d. decis.166. num.4. par.4. & coram Reuerendiss.D.meo Decano dec.337.num.11. & decis.396.num.3. & in causa super hac eadem Plebania 15.Maii 1620. coram bon. mem. D. meo Seleucien. & in Aretina Cappellania 19. Ianuarii 1635. coram R.P.D.meo Carillo.*

8 Non obstant duo mandata procuræ facta per d. Cosmum, vnum de anno 1618. & alterum de anno 1619. ad resignandum ius sibi competens ex d. præsentatione, ac cedendum liti. Quoniam primum fuit expresè reuocatum. Alterum verò non habuit effectum viuente Dominico collitigante, quod propterea habetur perinde ac si factum non fuisset, *Crauet.cons.10.num.5.Surd. cons.3. numer.29. & cons.359.num.10.& cons.436.num.14. Rota coram Greg.XV.dec.386.n.3.*

9 Non obstat, quod subrogatio non debeatur, quando lis est improba, vel calumniosa, *Bisignet. dec.2.num.2. de rer. perm. Cassad. decis.7. num.1.de dol.& contum.& dec.5.num.3.vt lit.pend.* Quia quod ista lis sit talis non constat, & sufficit ad effectum regulæ de subrogandis quę-
10 libet † probabilis, & colorata causa litigandi, *Rebuff. super reg. de subrog. collit. glos. 7. numer.3. Mandos.q.11.num.11.Rota d.dec.306.num.2.par.1. rec.Greg.XV.dec.125.n.5.*

Et ità &c.

ROMANA HAEREDITATIS DE CAPIZVCCHIS.

Lunæ 8. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

Immissio venienti ex recentiori fideicommisso, vt denegetur sufficit, quod alter ex antiquiori fideicommisso possideat cum ad dictum effectum talis possessor dicatur legitimus contradictor,

SVMMARIVM.

1 *Contradictor legitimus est possessor ex antiquiori fideicommisso ad impediendam immissionem venientibus ex posteriori.*
2 *Possessor censetur sibi mutasse causam possidendi ex superuenientia noui tituli.*
3 *Transactio, qua non percipitur aliquid extrinsecum, non tribuit nouum titulum.*
4 *L. si pro fundo, C.de transact. explicatur.*
5 *Transactio super bonis prohibitis alienari non valet.*
6 *Fideicommissum non comprahendit bona, quæ fideicommittens debebat alteri restituere.*
7 *Bona fides potest agnosci non expectata sententia, vbi constat de non iure.*
8 *Hæres grauatus potest sibimet acquirere iura relicta in hæreditate fideicommittentis, quæ non erant sub illius dominio.*
9 *Empta ab hærede grauato nomine proprio sibi acquiruntur.*

DECISIO CCCCLXVIII.

CVM hæredes fideicommissarij q. Iuliæ Cæsarinæ prætenderent immissionem ex *remed. l. fin.C.de edict. Diu.Adrian.* in possessionem Castri Fabri, ac Tenutæ Salicis tamquam subiectorum fideicommisso d. q. Iuliæ contra D. Franciscum Capizucchum dd. bonorum possessorem Rota coram D. Queippo tunc Auditore semel atque iterum censuit dictam immissionem esse illis concedendam.

Interim D. Marchio Cassani hæres bo.me. Cardinalis Alexandrini, qui emerat vnam partem d.Tenutæ à Liuia Capranica hærede grauata d. q. Iuliæ, causam in Rota coram R.P.D. meo Verospio contra dd. fideicommis-

missarios introduxit super repetitione scutorum 24. mil. per eum solutorum ad euitandum imminentem euictionem à DD. Comitibus de Corbaria, qui eadem bona prætendebant ex antiquiori fideicommisso q. Petri de Corbaria iam à Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano per plures decisiones canonizato. Cumque sententiam fauorabilem reportasset, & causa in gradu appellationis coram R.P.D. meo Panzirolo penderet D. Capizuccus aduertens, quod d. Marchio potuisset prætedere executionem d. sententiæ super dd. bona per eum vti hæredem d. Liuiæ possessa, litem super prætensa immissione coram R. P. D. meo Motmanno in locum d. D. Queippi subrogato prosequutus fuit; coram quo re maturius discussa, ac diligenter examinata, & audito etiam D. Marchione pro suo iure, fuit à decisionibus D. Queippi recessum, ac per binas decisiones firmatum prætensam immissionem esse dd. Fideicommissarijs denegandam, & successiuè lata fuit sententia absolutoria ad fauorem d. D. Capizucchi, à qua interiecta exaduerso appellatione, & causa mihi commissa. Dubitaui, An d. sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmandam esse censuerunt.

Siquidem illius validitas liquet ex reuolutione Actorum, in quibus apparet omnia de iure requisita interuenisse, & iustitia apparet ex bene deductis in dd. decisionibus emanatis sub diebus 20. Aprilis 1635. & 16. Iunij 1636. coram R.P.D. meo Motmanno, quidquid enim sit de existentia fideicommissi d. q. Iuliæ, eiusque purificatione ad fauorem dd. Fideicommissariorum, eorum legitimatione, ac identitate bonorum, quæ non controuer-
1 tebantur. Nihilominus cum D. Capizucchus possideat ista bona ex antiquiori fideicommisso q. Petri de Corbaria est legitimus contradictor ad impediendam immissionem peritam à dd. Fideicommissarijs venientibus ex recentiori fideicommisso d. q. Iuliæ ex *Bart. communiter recepto in d. l. fin. num. 21. C. de. edict. Diu. Adrian. toll. Bald. ibidem nu. 49. Neuizz. cons. 8. num. 73. Oldrad. cons. 139. dub. 6. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 588. Rota dec. 280. num. 2. p. 1. rec. Greg. XV. dec. 69. n. 9.*

Quod autem Capizucchus possideat ex antiquiori fideicommisso d. q. Petri apparet ex transactione inita inter d. Liuiam ex vna, & DD. Comites de Corbaria ex altera, in qua dicti de Corbaria, ad quorum fauorem Rota iam declarauerat d. fideicommissum esse purificatum, cesserunt omnia eorum iura d. Li-
2 uiæ, † quæ proinde ex superuenientia istius noui tituli, censetur sibi mutasse causam possidendi, & sic non amplius possidere vti hæres d. Iuliæ; sed proprio, seu Cessionario nomine dd. de Corbaria, quos ipsa repræsentabat iuxta decisionem *Accbill. 4. de caus. possess. & propriet. Rota par. 3. diuers. lib. 3. decis. 601. Seraph. dec. 301. num. 7.* ac per consequens D. Capizucchus, qui est hæres d. Liuiæ possidet ex antiquo fideicommisso d. q. Petri, cuius vigore rectè excludit dd. fideicommissarios venientes ex recentiori fideicommisso d. q. Iuliæ ex allegatis.

Non obstat *Bald. in cap. si Vassallus, il 3. n. 2. tit. si de feud. fuer. contron. inter domin. & agnat.*
3 *Vassall.* Vbi ait, quod tunc † ex causa transactionis creatur nouus titulus, quando illius nomine percipitur aliquid extrinsecum, secus autem quando percipitur intrinsecum, vt puta pars feudi cum id, quod retinetur, non dicatur acquiri nouo titulo, & *Bald. sequuntur Alciat. in l. si pro fundo num. 10. C. de transact. Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. num. 22. Rota coram Gregor. XV. dec. 418. num. 11. Gratian. discep. 476. n. 14. & ibi Add.* Vnde inferebatur, quod cum Liuia retinuerit bona, quæ prius possidebat, & sic nil extrinsecum perceperit, sed dumtaxat transegerit, ad hoc, vt litem extingueret, & bona à molestijs per Corbarios illatis redimeret, non acquisiuerit nouum titulum, nec per consequens causam possidendi sibi mutauerit.

Nam pro responsione aduertebant DD. Instrumentum d. transactionis duas habere partes. Alteram, & primam, in qua tàm dd. de Corbaria, quàm d. Liuia vti hæres Iuliæ liti renunciarunt, atque expensas hinc inde factas sibi ad inuicem remiserunt. Alteram, & secundam, in qua d. Liuia non amplius vti hæres d. Iuliæ, sed proprio, ac priuato nomine, & vti persona extranea pro se, suisque hæredibus, & successoribus cessionem iurium mediante solutione sc. 18. mil. à dd. de Corbaria reportauit, eaque sibimet, ac suis hæredibus, & successoribus acquisiuisse declarauit, vt expresse cantant verba d. transactionis, ac iurium cessionis.

Vnde quamuis Liuia dd. bona, super quibus lis vertebatur penès se retinuerit, tamen, cum illa prius possederit vti hæres Iuliæ, nec iure illius fideicommissi, quod agnouit inualidum, sed iure fideicommissi q. Petri, à dd. de Corbarijs sibi cesso, ac sibi, & suis hæredibus acquisito, & sic nouo, ac diuerso iure dd. bona retinuerit, satis apparet respectu dicti fideicommissi DD. de Corbara aliquid extrinsecum acquisitum fuisse, & sic nouum titulum creatum fuisse, ac per consequens causam possidendi mutatam fuisse ad notat. per *Card. Seraph. dec. 602. num. 6.* vbi declarat *d. l. si*
4 *pro fundo*, procedere, quando transigitur super Instrumento, non autem quando transigitur super re ipsa, quia tunc transactio tribuit titulum, idem firmat *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 71. Menoch. cons. 381. n. 2.*

5 Non obstat, quod Liuia † non potuit transigere super dd. bonis subiectis fideicommisso d. Iuliæ, cum expressa prohibitione alienationis, cum super bonis alienari prohibitis transigi non valeat, *l. non solum, C. de prad. minor. Socc. sen. cons. 87. num. 9. lib. 3. Dec. cons. 39. n. 4. Capic. dec. 93. num. 3. Afflict. dec. 138. num. 2. Paris. cons. 81. num. 15. lib. 3. Caputaq. decis. 106. num. 2. par. 1.*

6 Quia quidquid sit de d. conclusione, virtus d. prohibitionis posset operari in bonis propriis

prijs d. Iuliæ fideicommittentis, non autem in istis, quæ erant subiecta antiquiori fideicommisso d.q. Petri. Nam fideicommissum alienationis prohibitio, ac vinculum quodcunque non comprehendit bona, quæ per mortem constituentis nouum fideicommissum erant alteri restituenda, *Peregr. conf. 37. n. 6. lib. 1. Surd. dec. 93. num. 7. Seraph. dec. 855. numer. 5. Rota dec. 84. num. 5. par. 2. recent.*

Non obstat, quod in hærede grauato requiratur bona fides ad hoc, vt transigere valeat. Quoniam stante bono iure dd. de Corbaria per tot decisiones à Rota canonizato, ade ut causa esset in limine expeditionis, potuit Li-
7 uia agnoscere † bonam fidē, ac liti renunciare etiam non expectata sententia, *Acchill. decis. 2. de empt. & vend. Gabr. conf. 129. lib. 1.* & plenè cōprobauit Rota inter easdē has partes *in Romana scutorum 24. mill. 18. Ianuarij, & 14. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat, quod Liuia transigendo non potuerit iura dd. de Corbaria sibimet, ac suis hæredibus, & successoribus acquirere in præiudicium fideicommissariorum dictæ Iuliæ.
8 Quoniam hæres † grauatus de iure non prohibetur sua industria, suisque pecuniis iura relicta in hæreditate fideicommittentis, quæ tamen non erant sub illius dominio, prout hic, sibimet acquirere, quinimo id esse permissum probat *text. in l. 3. ff. ad l. Falcid.* & per text. *in hac l. 3. & l. venditor ex hæreditate 21. vers. pretium enim, ff. de hæred. vel act. vend.* Ita firmant in eadem *l. venditor, Bart. num. 1. in 1. notab. & Bald. in addit. nu. 2. vbi etiam glos. in verb. propter negotiationem, Pereg. de fideicom. art. 6. num. 39. & seq. Bertaz. conf. ciuil. 107. num. 58. vers. vt deciditur, Ruin. conf. 97. num. 13. post princip. vers. secus est in hærede lib. 5. Card. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 19. ante fin. vers. nam quod hæres.*

Denique non obstat, quod hæres grauatus teneatur se gerere tamquam fidelis administrator, ac negotiorum gestor. Ideoque Liuia hæres grauata d.q. Iuliæ debebat saltem transigere pro conseruatione bonorum fideicommissi d. q. Iuliæ ad fauorem vocatorum, non autem illa sibimet acquirere absque illorum consensu.

Etenim cum dd. bona super quibus transe-
9 git † non essent subiecta fideicommisso q. Petri, iam à Rota canonizato, sicque non essent dd. fideicommissarijs, sed dd. de Corbaria restituenda, potuit Liuia dicta iura emere, ac sibi proprio nomine acquirere, nec tenebatur vti Procuratrix transigere ad fauorem fideicommissariorum, quibus nihil de eorum fideicommisso subtraxit transigendo, vt in specie firmant *Peregr. de fideic. art. 44. numer. 28. & 29. Menoch. conf. 213. num. 39. Fusar. de substitut. q. 628. n. 23.*

Et ità vtraque, &c.



ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZVCCARIS.

Mercurij 10. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis collitiganti præstari non debent nisi copulatiuè concurrant paupertas, & præsumptio boni iuris, & ex quibus dicatur probata vtraque qualitas.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis vt subministrentur debent probari paupertas bonum ius, & nihil detrahendum, n. 6.*
2 *Testes non coarctantes negatiuè, illam non probant.*
3 *Testes non informati non merentur fidem.*
4 *Alimenta debentur nepoti agenti ad hæreditatem aui, quando ad sui fauorem fuit lata sententia.*
5 *Testamentum sine institutione hæredis non sustinetur.*
7 *Alimenta non sunt præstanda illi, cui non est indecorum suo opere, & artificio victum sibi præstare.*

DECISIO CCCCLXIX.

FEDERICVS, & alij fratres de Zuccaris agentes coram A.C. ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian.* pro immissione in possessionem domus de qua agitur tamquam subiectæ ass. fideicommisso q. Federici senioris eorum aui contra D.M. Antonium Toscanellam eiusdem domus tertiū possessorem adiuerunt Signaturam Sanctissimi, à quo obtinuerunt rescribi eidem A. C. vt procederet de voto Rotæ cum facultate subministrandi alimenta, & sumptus litis, datoque per me dubio. An illa eis essent subministranda, DD.
1 negatiuè responderunt. Quia † ad effectum, vt collitiganti sint subministranda alimenta, & sumptus litis, duo copulatiuè requiruntur, paupertas nempe, & præsumptio boni iuris, *Rota dec. 148. sub num. 1. & dec. 170. num. 1. p. 4. rec. Seraph. dec. 426. num. 1. Caual. dec. 467. num. 1. & dec. 554. num. 1. & in Romana alimentorum 19. Ianuarij 1633. coram me.* Quorum neutrum in præsenti casu concurrere visum fuit. Non quidem paupertas, quia testes desuper examinati, quamuis deponant, quod Zuccari bo-
2 na non possident. Nihilominus cum † non coarctent negatiuam, nempe quod illa habere non possent, quin ipsi scirent, assertam paupertatem non probant, *Roman. conf. 245. num. 9. Couar. var. res. lib. 2. cap. 6. num. 8. vers. Cæterum, Rot. dec. 532. n. 2. par. 2. rec.*
3 Eoque minus, † quia ex illorum depositione apparet ipsos non esse informatos. Siquidem interrogati, an ipsi sciant dd. Zuccaros possidere domum in Castro Sancti Angeli in Vado, responderunt id esse possibile, sed ipsos nescire, & ideo non probant, vt in terminis ponderauit *Rota in Aesina bonorum 1. Iulij 1616. coram bon. mem. Andrea, quæ est dec. 84. num. 5. inter eius impress.* Et regulariter Testes non infor-

mati

mati fidem non merentur, *Rot.dec.20.nu.1. & dec.371.num.6. par.1.rec.*

Præsumptio verò boni iuris, nec etiam concurrere visa fuit ad effectum, de quo agitur, quamuis enim nepoti agenti ad hæredi-
4 tatem aui lite † pendente debeantur alimenta ex bonis eiusdem hæreditatis id tamen procedit, quando ad sui fauorem aliqua sententia lata fuit, *l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic.testam.* At in pręsenti casu, quamuis Zuccari diu litem sustinuerint coram A.C. pro immissione in possessionem huius domus tamquam subiectæ fideicommisso q. Federici eorum aui, nullam tamen sententiam hucusque reportarunt.

Non obstat bonum ius desumptum ex asserto Testamento d.q. Federici senioris, cuius vigore d. immissio prætenditur. Nam
5 illud visum fuit maximam † habere difficultatem, cum careat institutione hæredis, sine qua Testamentum non sustinetur, *§. ante hæredis instit. de legat. 1. in l. fin. ff. de vulg. & pupill. l. proximè, vers. non potest, ff. de his, quæ in testam. debent Crass. de success. in §. Testamentum qu. 35. n.1. Mantic.de coniect.lib.4.tit.1.n.1.*

Præterea data etiam validitate dicti Testamenti, & existentia ass. fideicommissi, adhuc ex illo non videbatur oriri clara præsumptio boni iuris ad effectum subministrandi ali-
6 menta. Quandoquidem Dominus Toscanella, qui emit hanc domum ab Octauiano, & alijs filijs d.q. Federici prætendit facere plures detractiones, quæ excludunt dd. Zuccaros à prætensa immissione, vt in terminis ad effectum excludendi ab alimentis firmauit *Rota coram Gregor.XV. dec.524.num.4.* nempe detractionem dotis maternæ in summa scut. 1500. æris alieni d. Testatoris fideicommittentis in summa scut. 2479. nec non legitimæ competentis dd. filijs venditoribus, ac demum melioramentorum, quæ facta fuerũt per ipsum D. Toscanellam in summa scut. 3370. iuxta *dec.Greg.XV.226.nu.1. & seqq.* Ex quibus præsumptio boni iuris, quæ resultare posset ex d. Testamento redditur satis turbida, cum tamen non leuis, sed vrgens præsumptio ad hunc effectum requiratur, *Menoch. de præsum. lib.1.q.35.num.6. Couar.var. d. cap.6. vers. nec tamen negauerim, Fontanell.de pact.nupt.claus.6.gl.2. par.4.num.25.tom.2. Gratian.disc.954.n.27.*

Prædictaque eo magis visa fuerunt procedere, quia non versamur in alimentis, quæ debentur iure sanguinis, sed in alimentis, quæ prætenduntur ab extraneo tertio possessore per dd. Zuccaros, inter quos adest Federicus Pictor satis laudabilis, & Franciscus, qui vxorem viduam duxit diuitijs affluentem, cæteri verò fratres actualiter inseruiũt diuersis Prælatis, & Magnatibus, fœminæ autem proprijs manibus sibi victum quærunt, vt deponunt
7 ijdem Testes. Vnde cum istis non sit indecorum eorum opera, & artificio sibi victum parare, prout hucusque pararunt, non sunt alimenta præstanda, *Abb. in c. suam nobis n. 10. vers. si verò desiunt de simon. Bart. de aliment. nu.12. & in l. si quis, à liberis, §. sed si filius num.1. ff. de liber. agnosc. Aretin. in l. alimenta numer.3. de negot. gest. Socc. sen.cons.121.num.47. & seq. vol.4. Falcon.cons.59. sub num.10. Rolan.cons.54.num.48. & seqq. vol.2. Bursat.cons.62. num.11. in fin. & n.12. & seq. lib.1. Menoch.cons.321.nu.26.lib.4. Bardell. cons.4.num.82.vol.1. Gabr.cons.25.num.15. & 17. lib.1. Guttier.de iuram.confirm.qu.3. cap.15.num.7. Rota in recent.dec.470. sub num.5. & dec.532. n.4. in fin. par.2. & decis.170. numer.4. par.4. Add. ad Gregor.XV. d.decis.189. num.7. vers. paupertas circa fin.*

Et ita vtraque &c.

BAREN. PENSIONIS.

Lunæ 15. Iunij 1637.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandato Sanctissimi oretenus dato est parendum.*
2 *Solutio pensionis, stante valida reseruatione, denegari non potest.*

DECISIO CCCCLXX.

SVPER fructibus sex beneficiorum, de quibus fuerat prouisus D. Abbas Io. Thomas Venetianus, Sanctissimus reseruauit annuam pensionem scut. 65. monetæ ad fauorem bon. mem. Iulij Lampolini, qui vigore facultatis sibi tributæ pensionem prædictam transtulit pro medietate ad fauorem Vrbani Lampolini, ac pro alia medietate ad fauorem Iosephi Gentiletti. Cumque d. D. Thomas Titularis post obitum d. Iulij Pensionarij duo ex dd. beneficijs ad fauorem Francisci eius germani fratris resignasset cœpit prætendere se non teneri ad solutionem d. pensionis nisi prius facta liquidatione valoris vniuscuiusq; beneficij, ad hoc vt dignosci valeat pro qua rata ipse teneatur respectu beneficiorum, quę retinuit. Orta hinc controuersia inter dd. Translatarios, & ipsum Io: Thomam super solutione d. pensionis, & causa mihi in Rota commissa cum facultatibus A.C. dubitaui, an esset relaxandum mandatum exequutiuum contra d.D. Ioannem Thomam pro terminis decursis d. pensionis. In cuius dubij positione licet pluries habita, cum DD. non essent concordes dd. Translatarij prætendentes valorem duorum beneficiorum resignatorum esse sufficienter liquidatum ex illius expressione facta per non excessum 24. ducatorum auri de Camera tàm in supplicatione, quàm in litteris resignationis factæ ad fauorem dicti Francisci, ac propterea dd. duo beneficia resignata remansisse grauata onere d. pensionis pro medietate d. valoris, & sic pro summa ducatorum 12. ex quo alia rata ducator. 12. erat deducenda pro alia simili pensione scutor. 65. quæ vnico contextu super eisdem sex beneficijs reseruata fuit ad fauorem R.P.D. Fausti Poli, adiuerunt Signaturam Sanctissimi, à quo petierunt, vt deductis ducat. 12. re-

spectu

spectu ratæ per d. Franciscum Resignatarium soluendæ relaxaretur mandatum contra dictum Ioannem Thomam pro residuo, cui placuit rescribere, vt in causa prædicta procederetur non retardata solutione arbitrio Rotæ. Oretenus autem idem Sanctissimus ordinauit R.P.D. meo Merlino in Signatura tunc assistenti, vt sine præiudicio iurium partium, & per modum prouisionis Rota mandaret solui pensionem dd. Translatarijs deductam rata dd. duc. 12. circumscripta quęstione valoris, quatenus alias executioni locus sit. Quo
1 ordine stante DD. non visum fuit relaxandũ super articulo d. liquidationis, nec minus videndũ an intraret arbitrium pro retardatione solutionis d. Pensionis, sed dixerunt relaxandũ esse mandatum iuxta ordinem Sanctissimi Oretenus datum, cuius mandato est omnino parendum.

Non obstat, quod Sanctissimus mandauerit solui pensionem iuxta modum prædictũ quatenus aliàs executioni locus sit, cui non videtur esse locus nisi prius facta liquidatione valoris cuiusque beneficij. Quoniam cum Sanctissimus circumscripserit exceptionẽ liquidationis huius valoris, non est ambigendum quin aliàs sit locus executioni Quia va-
2 liditas reseruationis d. Pensionis ad fauorem d.q. Iulij transferentis, & obligatio d. D. Io: Thomæ de illam soluẽ in forma Cameræ, facultas transferendi eidem q. Iulio concessa, ac translatio illius vigore facta non controuertebatur, quibus concurrentibus mandatum exequutiuum visum fuit non posse denegari *Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Gig. de pens. quæst. 35. num. 9. Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript.* Et ita &c.

ROMANA, seu PORTVGALLEN. ASSECVRATIONIS.

Lunæ 15. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Citatus ad concordañ de loco pro examine faciendo, si in actis nominet aliquam ciuitatẽ, & citans non contradicat, dicta ciuitas erit locus deputatus, & examen extra illam per actum erit nullum etiam si Iudex in termino dictæ citationis simpliciter nominauerit Iudicem remissorialem absque vlla loci specificatione.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum nullum non est exequendum.*
2 *Delegatus non potest subdelegare extra locum sibi delegatum, & num. 7.*
3 *Iudex in deputatione loci tenetur sequi voluntatem partium.*
4 *Decretum Iudicis refertur ad petitionem.*
5 *Litteræ remissoriales sunt expediendæ conformes decreto.*
6 *Notarius non potest extendere substantialia decreti*
8 *Citatio ad videndum iurare testes necessario requiritur pro validitate examinis.*
9 *Notario non creditur in his, quæ non spectant ad suum officium.*
10 *Citatio ad videndum iurare testes debet continere diem.*

DECISIO CCCCLXXI.

CVM post commissam Causam appellationis in Rota cum clausula si quid exequendum aduersus mandatum ad instantiam D. Pinti vigore Apocæ Assecurationis contra plures Assecuratores relaxatum, idem Pintus ad euitandas nullitates processus Remissorialis super iustificatione antedictæ Apocæ Assecurationis fabricati, Signaturam Sanctissimi adiuerit, ab eaque pro sanatione arbitrio Rotæ obtinuerit Proposui primo loco dubium An intraret arbitrium, & DD. respectu duarum nullitatum in Commissione expressarum affirmatiuè resoluerunt ex fundamentis deductis in decisione desuper emanata die 19. Decembris præteriti.

1 Hodie verò sequendo ordinẽ prioris Cõmissionis dubitaui An mãdata prędicta essent exequenda, & DD. omissa pro nunc Iustitia, ex capite nullitatũ, super quibus fuit interpositum arbitrium, aliæ duæ visæ fuerunt concurrere, ex defectu scilicet Iurisdictionis Vicarij Portugalleñ, & Citationis ad videndum iurare Testes, quarum altera de Iure sufficit ad retardandam mandati executionẽ, *Rot. decis. 3. de except. in nou. decis. 360. num. 1. p. 4. recent. decis. 240. num. 19. par. 5. diuers. & coram Cocino inter impress. decis. 62. num. 1.*

Prima namque ex defectu Iurisdictionis Vicarij Portugalleñ visa fuit clara, quia Re-
2 uerendissimus Collector non † potuit citra vitium nullitatis subdelegare Iudicem extra Ciuitatem Vlixbonæ, nam cum in concessione Remissoriæ, & in termino Citationis ad concordañ de loco, Assecuratores nominauerint in actis Ciuitatem Vlixbonæ, ibique postea Procuratores constituerint, dictæque nominationi Pintus non contradixerit, sequitur, quod cum A.C. in termino d. Citationis simpliciter nominauerit Reuerendissimum Collectorẽ cum facultate substituendi, vel subdelegandi alterum simpliciter absque vlla specificatione loci, censetur virtualiter sensisse de eodem loco specificato in actis ab Assecuratoribus, & sic de
3 Ciuitate Vlixbonæ, † cum Iudex in huiusmodi deputatione loci solummodo partium voluntatem in actis declaratam sequi tenetur *ad not. per Franc. in cap. statutum §. in nullo quoque nu. 5. de rescript. in 6. Boer. decis. 283. n. 40.*
4 *Rot. decis. 15. de offic. deleg. in nou.* † eiusque decretum desuper emanatum ad eumdem locum in actis specificatum referri debet, *inx. glos. in cap. si confirmatio non, vers. confirmari de elect. in 6. Felin. in cap. licet Nulli num. 18. de Simon.* Et in simili firmauit *Rot. decis. 539. num. 4. par. 3. recent.*

Neque obstare censuerunt, quod in expeditione litterarum Remissorialium fuerit addita, & specificata Ciuitas Portugalleñ, quia in

in hoc stat nullitatis fundamentum, Nam
5 cum in Citatione & † in decreto nulla fuerit
facta mentio Ciuitatis Portugallen͂, non po-
tuit Notarius in expeditione litterarum illã
addere, & alteri parti praeiudicare, vt dixit,
Rot. decis. 441. num. 5. par. 4. recent. Cum aliàs si
Assecuratores de specificatione Ciuitatis Por
tugallen͂ notitiam habuissent, vtique illam
recusare vti Patriam Pinti, vel saltem ibidem
Procuratores constituere potuissent. Nec
aequitati consonum videtur, quod sub spe
decreti, et specificationis per eos factę in actis
absque contradictione alterius partis rema-
neant decepti, cum verisimiliter quemad-
modum in altero loco Procuratores consti-
tuerunt, ita in isto constituissent, si de eo no-
titiam habuissent.

Minus subsistere visum fuit quod Notarius
potuerit addere d. locum virtute verborum
decreti, ibi, Concessit litteras in forma &c.
quia per dictionem cętaratam non potuit ex-
6 tendere substantialia decreti, † qualis esset
exceptio loci in Remissoria *Rot. dec. 1. de verb.
signific. in antiq. Gonzal. super reg. 8. glos. 67. n. 10.
Menoch. cons. 37. num. 3.*

Prout non releuat, quod Reuerendissimus
Collector habeat Iurisdictionem ordinariam
in toto Regno Portugalliae, quia non inde
sequitur, quod potuerit subdelegare extra
locum deputatum ab A. C. ex quo non vti
7 Collector, † sed vti Delegatus processit, qui
propterea absque expresso consensu partium
locum ab A. C. deputatum mutare non po-
tuit *iuxta text. in cap. statutum §. in nullo quoque
de rescript. in 6. Rot. decis. 15. in princ. de offic. de-
leg. nouo.*

Altera nullitas ex defectu Citationis ad
8 videndum iurare, pariter visa fuit iustificari
ex reuolutione processus, in quo talis Cita-
tio non legitur, prout illa pro validitate exa-
minis necessario requirebatur *cap. 2. de testib.
Rot. decis. 120. num. 1. par. 1. & decis. 637. num. 2.
par. 2. recent.*

Nec talis defectus suppleri potest ex instan-
tia facta pro parte Pinti de pręconizando, seu
proclamando Procuratores Assecuratorum
in actu praestandi Iuramentum iuncta asser-
tione Notarij de praeconizatione facta, quia
cum actus praeconizandi spectaret ad Nun-
cium, seu Cursorem debuit de eo doceri per
relationem Nuncij, seu Cursoris, non autem
9 per attestationem Notarij, cui in hoc non
creditur, *Innoc. in cap. quoniam contra num. 6. de
probat. Abb. in cap. Albertus num. 6. de testib. Bald.
in l. fin. num. 17. C. de re iudic. Put. decis. 5. in princ.
lib. 3. Greg. XV. decis. 51. num. 2. Menoch. cons. 37.
num. 197. lib. 1.*

Praesertim, quia attestatio praedicta
10 non continet diem in qua, & pro qua pro-
clamatio ad viden͂ iurare Testes facta fuit,
prout de Iure requirebatur, *Bald. in l. fin. n. 17
de re Iudic. Caputaq. decis. 274. num. 1. par. 3. Rot.
decis. 239. num. 5. par. 4. recent. Gregor. decis. 268.
num. 3.*

Et ita conclusum vtraque &c.

TOLETANA AVGVMENTI SERVITII.

Lunae 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Si Populus ita Creuerit, vt vnus Rector pro subministrandis sacramentis nõ sufficiat Cogitur Abbas decimas percipiens alios competentes Sacerdotes adijcere, qui ad d. munus adimplendum sufficiant ex dispositione Sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de refor.

SVMMARIVM.

1 *Augmento Seruitij est locus, quando populus ita numerosus existit, vt vnus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis administrandis.*
2 *Testes deponentes locum ascendere ad 300. focos probant numerositatem populi.*
3 *Testes deponentes plures parochianos diebus festis missam non audiuisse, & sine sacramento decessisse maioris seruitij necessitatem probant.*
4 *Testes, qui non coarctant negatiuam non probant.*
5 *Animarum saluti perpetuo est prouidendum.*
6 *Testibus informatis, & deponentibus super affirmatiua magis creditur.*
7 *Concordia, quae non habuit effectum, non meretur attendi.*
8 *Concordia redundans in praeiudicium curae animarum, & illius exercitij sustineri non valet.*
9 *Ecclesia parochialis dicitur si in ea adest proprius parochus, infantes baptizentur, matrimonia contrahantur, Sacramenta praecipuè tempore paschali administrentur.*
10 *Decimae specialiter iure diuino, & positiuo sunt destinatae ad vsum sustinentis curam animarum.*
11 *Sententiae Ordinarij, qui est pars formalis in Iudicio, non est credendum.*

DECISIO CCCCLXXII.

CVM numerus Incolarum, seu Paro-
chianorum loci de Couos certis ab hinc
annis excreuisset, & Populus esset ita nume-
rosus, vt solus Rector Ecclesiae eiusdem
loci pro administratione Sacramentorum
non sufficeret, ijdem Incolae Iudicium in
partibus instituerunt contra Abbatem San-
ctae Mariae de Parrales, qui Decimas ex dicto
loco percipit, seù contra Monasterium San-
cti Laurentii dell' Escurial, cui alias d. Eccle-
sia de Parrales vt dicitur, est annexa pro aug-
mento seruitij, & Ministrorum, sed cum
sententiam contrariam tàm in prima instan-
tia, quàm in secunda reportassent, Causa
ad Rotam delata, mihique commissa dubi-
taui An esset locus augmento d. Seruitij, &
1 DD. responderunt affirmatiuè. † Moti ex
clara dispositione Sacri Concilij Tridentini
sess. 21. cap. 4. de reform. vbi expresè caue-
tur, quod in omnibus Ecclesijs Parochiali-
bus, seu Baptismalibus in quibus Populus
ita numerosus existit, vt vnus Rector non
possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ad-
ministrandis, & cultui diuino peragendo, Re-
ctores, seu alij ad quos pertinet, compellan-
tur sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiun-
ge-

gere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum, vt censuit, *Rot. in Marsicana dismembrationis fructuum 14. Februarij & 28. Martij 1594. coram bo.mem. Cardinale Pamphilio, & in Tirasonen. congrua seruitij 6. Iunij 1594. coram Gypsio, & in Toletana Parochialis 19. Nouembris 1601. coram Corduba relat. per Garz. par. 12. cap. 3. à num. 4. & in Elboren. dismembrationis 17. Nouembris 1600. coram Iusto, Azor. in Instit. Moral. secunda par. lib. 3. cap. 12. quæst. 15. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 2. num. 23. Thesaur for. Eccles. par. 2. cap. 17. num. 68.*

Quod autem Populus d. loci sit adeo nu-
2 merosus, † vt vnus Rector illius Curæ sufficere nõ valeat, probatur ex pluribus Testibus qui expressè deponunt, ne dum super numerositate Populi, dum aiunt d. locum habere 300. focos, in eoque existere 1400. personas circiter *iuxta decis. Cas. de Grass. decis. vnic. nu. 1. de paroch.* vbi etiam probabatur locum ascendere ad 300. focos, sed etiam super necessi-
3 tate maioris Seruitij, † ex quo asserunt plures Parochianos diebus festiuis Missam non audiuisse, alios vero sine Sacramentis decessisse, aliaque damna accidisse, quibus Rector pluries protestatus fuit se obuiare non posse ob Incolarum multitudinem, Vnde visum fuit DD. esse omnino prouidendum de Coadiutoribus, ne peiora damna eueniant *ad tex. in cap. præcipimus 16. quæst. 1.* & ibi *Anchar. cap. nulli 99. distinct. Clem. dudum §. numerus eius de sepult.*

Non obstant Testes pro parte Abbatis examinati deponentes, quod pro seruitio Parochianorum d. loci fuerit deputatus vnus Sacerdos, cum Sacrista, & Acolito, illudque pro sufficienti reputatum fuisse, & reputari.
4 Tùm quia dicunt se nescire dictum Sacerdotem seu Curatum defecisse, & non coarctant negatiuam, & ideo non probant, cum possit esse, quod dictus Curatus defecerit, & ipsi nescierint *Alex. cons. 108. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 94. num. 5. Farin. de testib. quæst. 65. num. 278. Greg. XV. decis. 325. num. 5. & decis. 510. num. 1.* Tùm etiam quia reddentes rationem eorum dicti, dicunt se id scire, eo quia ad Ecclesiam d. loci solent venire duo, aut tres Religiosi de
5 Parrales, † qui supplent. Quæ ratio potius retorquetur, quia hinc patet solum Rectorem supplere non posse, & cum dd. Religiosi quotidie non accedant ad d. locum, neque in omnibus diebus festiuis pro celebratione Missarum, ac administratione Sacramentorum, quibus populus in dies eget, eorum seruitium tamquam accidentale, & voluntarium parum visum fuit releuare saluti dd. Animarum, quibus perpetuo est prouidendum.

Et in omnem euentum sunt præferendi
6 Testes dd. Incolarum, cum sint magis informati, ac specificè, & super affirmatiua deponant *Alex. cons. 50. num. 17. lib. 5. Aym. cons. 94. num. 3. Rota coram Greg. XV. decis. 449. num. 3.*

Non obstat Concordia inita de anno 1624. inter tunc temporis Abbatem, & Incolas super celebratione Missarum, ac numero Ministrorum, ac sententia lata de anno 1550. mandans illam seruari, quoniam omisso an
7 dd. Iura sint in forma probanti, non apparet d. Concordiam fuisse effectuatam, quæ proinde non meretur attendi, *Rot. decis. 312. n. 13 par. 5. recent.* Et quatenus etiam probaretur effectuata adhuc non esset habenda in consi-
8 deratione. † Quia Concordia redundans in præiudicium Curæ Animarum, & illius exercitij sustineri non valet, vt in simili dixit, *Rot. decis. 42. num. 4. par. 1. recent. & in Iannen. Parochialis 1. Iulij 1633. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Non obstat, quod Ecclesia loci de Couos non sit Parochialis de per se, sed adiutrix Ec-
9 clesiæ Matricis de Parrales. † Quoniam illam esse in statu Parochialis constat ex eisdem Testibus, qui deponunt in ea adesse proprium Parochum, Infantes baptizari, matrimonia contrahi, & alia Sacramenta administrari, & præcipuè tempore Paschali, ex quibus resultat status Parochialis *Rot. decis. 52. p. 2. diuers.*

Et quatenus d. Ecclesia non esset Parochia-
10 lis, sed simplex Curata, nihilominus cum numerus Animarum sit auctus, & adsit necessitas maioris Seruitij, d. Abbas qui decimas d. loci percipit tenetur subministrare talem congruam, quæ sufficiat pro manutentione aliorum Coadiutorum ex dispositione eiusdem Concilij ibi, Rectores, vel alios, ad quos spectat, eum decimæ specialiter Iure diuino, & positiuo Sacrorum Canonum sint destinatæ ad vsum sustinentis Curam Animarum, *cap. cum contingat cap. cum in sua, cap. Parochianos de decim. cap. 1. de Paroch. Gratian. discept. 366. num. 181. decis. 42. num. 6. par. 1. recent.*

Demum non obstat, quod plurimum sit deferendum sententiæ Ordinarij, qui facta descriptione Animarum d. loci declarauit non esse locum augmento Seruitij. Nam aduertebant DD. Ordinarium, qui dictam sententiam protulit fuisse eumdem Abbatem
11 Ecclesiæ de Parrales, † qui tenetur præstare huiusmodi Seruitium, & ideo cum sit pars formalis in Iudicio, illi non est credendum *cap. licet Heli de Simon. Reuerendissimus D. meus Decanus decis. 191. & decis. 224.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA, seu SABINEN. ALIMENTORUM.

Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGUMENTUM.

Alimenta, & sumptus litis non sunt subministranda collitiganti, quando vterque concurrit pro alimentis, vel ambo sunt æque priuilegiati.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta, & sumptus litis non sunt subministranda collitiganti.*

2 *Limita, quando copulatiuè concurrunt paupertas, & præsumptio boni iuris sublimata n. 7. & 11.*

3 Paupertas

3 *Paupertas dicitur probata ex admissione ad cap. Odoardus de solut.*
4 *Testes examinati super statu personæ probant in quolibet Iudicio.*
5 *Testes examinati in vno Iudicio probant etiam in alio contra personam, quæ fuit in examine citata.*
6 *Præsumptio boni iuris resultat ex sententia etiamsi ab ea fuerit appellatum.*
7 *Pensio reseruari solet causa alimentorum.*
8 *Stylus signaturæ rescribendi in causis pensionum est cum clausulis, sine præiudicio executionis, & sine retardatione solutionis.*
9 *Alimentorum præstatio non suspenditur, cum venter non patiatur dilationem.*
10 *Clausula*, sine retardatione, *durat vsque ad finem litis.*
11 *Priuilegia inter æquè priuilegiatos conquassantur.*

DECISIO CCCCLXXIII.

RESERVATA annua pensione ducat. 35
auri ad fauorem R. P. D. Fagnani super
fructibus Archipræsbyteratus loci Numensi
Sabineñ Diœcesis per decessũ q. Iosephi Ca-
gnacci d. beneficij tunc Titularis, Epiphanius
Mazzantes illius Successor Causam super nul-
litate d. pensionis coram A.C. introduxit, &
sententiam fauorabilem reportauit, à qua
interiecta appellatione, & Causa mihi com-
missa cum facultate subministrandi alimenta
& sumptus litis prout de Iure Dubitaui An,
& ad quam summam dd. alimenta, & sump-
tus litis dicto Epiphanio essent præstanda, &
1 DD. non deberi responderunt, moti ex re-
gula, quod Reus non tenetur actori Colliti-
ganti alimenta, & sumptus litis subministra-
re, *l. Imperatore vbi glos. Bald. & alij ff. de tutel.
& ration. distrah. Boss. tit. de alim. præst. Vxor nu. 1.
in fin. & 2. Asin. in prax. §. 32. ampl. 50. num. 1.
vers. contrarium cum alijs relatis per Surd. de ali-
men. tit. 1. quæst. 110. in princ vers. & primum cum
seqq. Greg. XV. decis. 263. num. 2.* & ibi, *Add. n. 7.*
Non obstat, quod à d. regula recedi soleat
2 quando † copulatiuè concurrunt paupertas,
& præsumptio boni Iuris *Rot. decis. 749. num. 1.
par. 2. & decis. 170. num. 1. par 4. recent. Greg. XV.*
3 *decis. 180.* † *vbi Add, nu. 7.* In proposito autem
paupertas d. Epiphanij dicatur probata ex
sententia lata ad sui fauorem super admissio-
ne ad beneficium c. Odoardus *de solut. Seraph.
decis. 1098. num. 2.* nec non ex Testibus aliàs
4 super d. paupertate examinatis, qui tamquã
examinati super statu personæ etiam in hoc
Iudicio probare videntur *ad not. per Doct. in l.
ingenuum C. de stat. homin. Caual. decis. 575. num. 8.
Crescen decis. 18. nu. 5. de probat.* Præsertim cum
5 fuerint examinati citato etiam R. P. D. Fa-
gnano *Paris. cons. 87. nu. 44. in fin. lib. 3. Greg. XV
decis. 152. num. 5.* Præsumptio vero boni Iuris
6 eliciatur ex prædicta sententia lata ab † A.C.
super nullitate d. Pensionis, quæ præbet suffi-
cientem fumum boni Iuris ad effectum con-
sequendi alimenta, & sumptus litis, etiamsi
fuerit suspensa per appellationem, *Greg. XV.
d. decis. 189. vbi Add. num. 7. vers. præsumptio boni
Iuris, Caual. decis. 554. nu. 2.* Etenim quidquid
sit de dicta paupertate, & præsumptione bo-
ni Iuris aduertebant DD. nos versari inter
duos Collitigantes, quorum vterque con-
currit pro alimentis, Titularis ad hoc vt vi-
uat ex fructibus sui beneficij, ac de illis li-
tem sustineat, Pensionarius vero adhoc vt
7 viuat ex pensione, † quæ causa alimentorum
sibi reseruata fuit, prout reseruari solet. *Gig.
de pens. quæst. 51. num. 20. Rim. Iun. cons. 298. n. 13.
vol. 3. Rot. decis. 99. n. 3. in fin. part. 1. recent. Lotter.
de re benef. lib. 1. quæst. 35 num. 10. & 51.* Propte-
8 rea inoleuit stylus Signaturæ rescribendi in
Causa Pensionis non solum cum clausula,
sine præiudicio executionis, per quam Exequu-
tori præseruatur facultas exequendi, sed etiã
cum alia clausula, *& sine retardatione solutionis*,
quia alimentorum præstatio nullo pacto su-
9 spendi debet, † cum venter non patiatur di-
lationem ex cumulatis per *Surd. de alim. tit. 8.
10 priuil. 60. num. 10.* † Et ideo virtus d. Clausu-
læ durat quousque lis tàm in articulo nulli-
tatis, quam reductionis contra Pensionarium
terminetur per tres conformes, & rem iudi-
catam, vt post *Rot. in Abulen. Pensionis 15. De-
cembris 1610. coram R. P. D. meo Pironano impress.
per Marches par. 1. fol. 436. num. 2. & seqq. inquit
Lotter. de re benef. quæst. 38. num. 13.*
Vnde cum ambo sint æque priuilegiati,
11 priuilegia conquassantur ad inuicem, † &
per consequens standum est regulæ, quod ne-
mo tenetur alteri Collitiganti alimenta, &
sumptus litis subministrare ad *text. in l. sed &
milites vers. æqualitas ff. de excus. Tutor. Anchar.
cons. 37. in princ. Rom. cons. 385. nu. 4. Rot. decis. 251
in fin. par. 3. recent.*
Et ita vtraque &c.

ROMANA GRVPPI.

Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Gruppum deuenisse ad manus Capserij probatur ex eius Epistola scripta in corpore etiam si fuerit tantum subscripta à complementario.

SVMMARIVM.

1 *Capserius non tenetur reddere rationem gruppi à se non recepti, sed à Iuuene banchi.*
2 *Gruppi solent recipi à quocunque ministro banchi, quando capserius est absens.*
3 *Gruppum peruenisse ad manus Capserij probatur ex eius Epistola etiam à complementario subscripta.*
4 *Gruppos de partibus transmissos aperire est munus capserij priuatiuè quo ad alios ministros banchi.*
5 *Capserius non tenetur restituere nisi pecunias ad eius manus peruentas.*

DECISIO CCCCLXXIV.

SVB die 16. Iunij anni præteriti fuit reso-
lutum sententiam Rotalem reuocatoriã

decreti A. C. lati ad fauorem q. D. Flaminij Razzantis contra D. Sebastianum Capponum eius Capseriũ pro redditione rationis Gruppi scutorum 500. aliàs ad Banchum eiusdem Flaminij de partibus transmissi esse infirmandam. Cui resolutioni D. Cappono non acquiescente, iterum posuit causam super iisdem fundamentis, & rationibus in d. decisione deductis, contra quam d. Capponus licet pluries citatus nihil hodie deduxit.

Neque obstare visum fuit, quod aliàs dicebatur in memoriali dato pro obtinenda noua audientia, nempe quod cum d. q. Flaminius egerit contra D. Curlum Iuuenem d. Banchi super restitutione eiusdem Gruppi, tacitè fas-
1 sus fuerit illum † non à Cappono, sed à Curlo receptum fuisse, quodque idem Curlus fassus fuit dedisse Gruppum D. Razzanti ex quibus confessionibus prætendebatur resultare liberationem ipsius Capserij à redditione rationis d. Gruppi.

Nam quoad tacitam confessionem D. Razzantis deductam ex Iudicio moto contra Curlum, nulla ex ea visa fuit resultare contrarie-
2 tas, quia licet Gruppus ab initio fuerit receptus à Curlo Iuuene d. Banchi, prout similes Gruppi solent recipi à quocunque Ministro Banchi, quando Capserius est absens, nihilominus ille peruenit deinde ad manus d. Capponi Capserij, qui illum recepit, aperuit, numerauit, & scripsit ad partes per hæc verba, *si ricenette il Gruppo di scudi 500. & hauendolo riscontrato, e trouato star giusto, ne è andato Creditore, come è seguito appresso dell' à piè partite fattemi capitare per lei*, itaq; cum Gruppus clausus è Cur-
3 lo transierit ad manus Capserij, vt probat Epistola per eum scripta in corpore, quæ de stilo Mercatorum concludenter iustificato per Testes probat receptionem Gruppi contra Capserium, etiam quod fuerit subscripta à complementario, vt firmatur in decisione potuit Razzantes omisso Curlo agere contra Capserium.

Quoverò ad confessionem ipsius Curli prætensam per Capponum ex eo quod Curlus articulauerit in actis se Gruppum consignasse in manibus Razzantis tollitur ex lectura eorumdem articulorum, in quibus talis confessio non legitur.

Non obstant Testes deponentes, quod Iuuenes, qui recipiunt pecunias, dum illas tradunt Capserio reportant quietantiam, quia idem Testes declarant id procedere, quando Iuuenes exigunt pecunias in Vrbe, non autem
4 quando recipiunt Gruppos de partibus transmissos, quos ipsi aperire nequeunt, cum hoc spectet ad Capserios solos, vt firmatur in eadẽ decisione, & comprobatur ex ipsamet Curli recepta 1. loco facta Mulioni per illa verba, *s'è riceuuto il Gruppo in apparenza ben conditionato*, quæ verba ostendunt Iuuenem non potuisse Gruppum aperire, aliàs verisimiliter illum statim aperuisset, pecuniasque numerasset, vt certus fieret de fidelitate Mulionis.

5 Hinc non obstat, † quod Capserius non teneatur restituere nisi pecunias, quæ ad illius manus peruenerunt, quia Gruppum de quo agitur peruenisse ad manus d. Capponi liquido constat tàm ex d. Epistola, quam ex alijs præsumptionibus ponderatis in d. decisione, cuius fundamenta nullam visa fuerunt pati difficultatem.

Et ità vtraque &c.

BAREN PENSIONIS.

Veneris 31. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Via executiua pro consecutione pensionis, quæ competebat transferentibus competit etiam translatarijs.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
2 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
3 *Actio eadem competit translatarijs pro consecutione pensionis, quæ competebat transferentibus.*

DECISIO CCCCLXXV.

CVM in relatione causarum DD. Vrbanus Zampolinus, & Iosephus Gentilettus peterẽt relaxari mandatum exequutiuum contra D. Abbatem Io. Thomam Venetianum iuxta tenorem decisionis in hac causa emanatæ sub die 15. Iunij præteriti, in qua fuit resolutum contra d. Abbatem ad fauorem DD. Zampolini, & Gentiletti esse relaxandum mandatum pro terminis decursis, & non solutis annuæ pensionis scutorum 65. monetæ, circumscripta quæstione valoris beneficiorum super quibus est imposita d. pensio, deductis tamen ducatis 12. iuxta ordinem Sanctiss. D. N. d. Abbas ad impediendam d. mandati relaxationem, opposuit pro parte Zampolini, & Gentiletti non probari alia requisita ad obtinẽd. d. mandatum, nempe reseruationem pensionis consensum D. Abbatis reseruationi d. pensionis, translationem factam ad fauorem dd. Zampolini, & Gentiletti; & eorum Clericatum, quæ omnia cum vsque ad præsentem diem non fuerint controuersia inter partes, vt firmatur in d. decisione, & clarè ex actis causæ sint probata. DD. reiecta hac exceptione mihi ordinarunt, vt ad causæ expeditionem procederem. Quia consensus Domini Abbatis Venetiani reseruationi pensionis, & eius obligatio de illam
1 soluendo ad fauorem bo: me: Iulij Zampolini est clara, & de ea constat ex Instrumento publico in actis exhibito, quod facit probationem probatam *Bald. in l. interest in vlt. not. C. de solut. Dec. cons. 36. num. 2. Ruin. cons. 128. num. 1. lib. 4. Grammat. decis. 103. num. 1. Greg. XV. decis.*
2 *409. num. 1. & 2.* & in forma Cameræ, quæ habet executionem paratam *Gallef. de oblig. Camer. par. 4. quæst. 1. Caffad. decis. 1. de mut. petit. Mohed. decis. 2. & 3. de except. Rota decis. 12. num. 1. decis. 70. num. 2. decis. 93. num. 1. post Zacch. de oblig. Camer.*

Vnde

Vndo quemadmodum d. Iulius ad cuius
3 fauorem fuit † reseruata d. pensio poterat exequutiue agere pro illius consecutione, ita possunt dd. Translatarij, quibus competit eadem via exequutiua *Rota in Segobien. pensionis 20. Maij. 1594. coram bo: me. Corduba relata per Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 257.*

Et de reseruatione d. pensionis ad fauorem d. Iulij cōstat ex litteris Apostolicis sub plumbo expeditis. De translatione facta coram R. P. D. Coccino vtriusque Signaturæ Referendario, & sic coram persona in Dignitate Ecclesiastica constituta, constat per aliud instrumentum publicum. De facultate transferendi constat ex alijs litteris in forma breuis, & denique de Clericatu Translatariorum constat ex litteris patentibus Emininentis. Vicarij Vrbis, quæ omnia pariter fuerunt in actis exhibita.

Et ita vtraque &c.

PERVSINA HEREDITATIS.

Veneris 13. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Hæredi scripto in Testamento non vitiato competit immissio, nisi lex apertè resistat ex quo v. g. inhabilis sit testator ad testandum, vel hæres ad succedendum.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi scripto ex testamento non casso, nec abolito nec cancellato danda est immissio in possessionem bonorum hæreditariorum, etiam si possessio occupata reperiatur.*
2 *Limita quando testamento & illius dispositioni lex apertè resistit.*
3 *Immissio in possessionem bonorum impeditur si excipiatur testatorem non potuisse testari, vel.*
4 *Hæredem institutum esse incapacem.*
5 *Milites hierosolymitani sunt verè religiosi.*
6 *Milites hierosolymitani carent activa testamenti factione.*
7 *Testandi facultas militibus hierosolymitanis impertita non comprehendit licentiam disponendi in spurios legitimatos.*
8 *Transferendi pensiones facultas intelligitur in personas capaces.*
9 *Clerici disponentes de bonis semper censentur excludere illegitimos nisi expressè contrarium dicant.*
10 *Dispositio vniuersalis restringitur ad ea, de quibus quis disponere poterat, nec disponens censetur voluisse quod sequatur nullitas vel absurdum.*
11 *Magnus Magister non potest derogare constitutioni Pontificiæ.*
12 *Dispensatio in vno capite supponit habilitatem in alio.*
13 *Sermo specificus, non generalis requiritur ad hoc vt comprehendantur sub dispositione specialiter prohibiti.*
14 *Generalis dispositio non comprehendit, id de quo verisimiliter non est cogitatum.*
15 *Illegitimi etiam legitimati, seu ipsorum filij non possunt institui hæredes à religioso.*
16 *Verba repetita enixam voluntatem disponendi ostendunt.*
17 *Nepotes legitimi ex filio spurio sunt capaces relictorum aui.*
18 *Constitutionis vbi habemus casum non est vlterius de rationibus inuestigandum.*
91 *Constitutio Pij tollens licentias, dispositiones, & indulta testandi fauore illegitimorum comprehendit etiam licentias testandi impertitas equitibus hierosolymitanis.*

DECISIO CCCCLXXVI.

FRANCISCVS Vinciolus Eques Hierosolimitanus in suo sub quo decessit Testamento instituit hæredem vniuersalem Ioannem Baptistam filium suum Spurium legitimatum, & alios filios natos, & nascituros. Post obitum D. Equitis Maria Francisca, Euphemia, & Theodosia filiæ predicti Io. Baptistæ vigore d. Testamenti intentarunt in partibus remedium *l. fin. C. de edict. Diu. Adr.* pro immissione contra Scipionem eiusdem Equitis Testatoris ex fratre Nepotem legitimum, bonorum hæreditatis d. Equitis possessorem, & contrariam sententiam reportarunt, à qua fuit appellatum. Causaque appellationis ad Rotam delata, mihique commissa. Proposui dubium an dd. sororibus danda esset Immissio, & tandem post multas causæ propositiones, hodie denegandam esse DD. resoluerunt.

Nam licet regulariter hæredi scripto illa
1 non soleat † denegari, quando (prout hic) constat de publico Testamento non casso, nec abolito, nec cancellato *Gratian. discept. 264. nu. 48. Rota coram Caual. decis. 464. num. 1. & decis. 35. num. 20. & decis. 654. num. 1. par. 1. rec.* & aliàs sæpissime fuit resolutum. Quod procedit nedum quando possessio est vacua, sed etiam quando occupata reperitur *Peregr. de fideic. art. 48. num. 14. & seqq. & fuit dictum coram R. D. meo Decano decis. 488. num. 13.* Hæc tamen conclu-
2 sio non procedit, † quando Testamento, & illius dispositioni lex apertè resistit *Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 74. Argel. de adipisc. quæst. 3. art. 13. num. 337.* & in istis terminis fuit dictum *in Bononien. fideic. de Maluetijs 11. Decembris 1624 coram R. P. D. meo Pirouano.* In præsenti autem casu duplex Iuris resistentia concurrit 1. ex inhabilitate Francisci ad testandum, 2. ex incapacitate hæredum Institutorum ad succeden., quarum altera ad effectum impediendi peti-
3 tam immissionem sufficeret, prout de exceptione resultante ex inhabilitate personæ Testatoris probat *Angel. cons. 135. nu. 2. Menoch. loco supra alleg. Mart. de success. par. 4. quæst. 16. art. 2. nu. 6. Gratian. d. discept. 264. num. 41.* & in terminis Equitis Hierosolymitani dixit *Rot. in Bononien. bonorum 16. Martij 1626. coram R. P. D. meo Piro-*
4 *uano.* Et de exceptione quæ oritur ex incapacitate personæ hæredis instituti tenet *Laderch. cons. 122. num. 1. Bec. cons. 206. num. 2. Manent. cons 138. num. 69. Gratian. d. discept. 264. num. 39. & seqq.*

Mart.de succeff.d.par.4.quaest.16.art.2.num.8. Lup.
de illegit. qui loquitur in terminis Bullæ Pij
V. *Comm.*1.§.1. *num.*155. & fuit dictum *in d.*
Bononien. de Maluetijs 11. *Decembris* 1624. *coram*
R. P. D. meo Pirouano quam decisionem sequ-
uta est *Rota in alia Bononien. bonorum* 16. *Martij*
1626. *coram eodem*.
Prima Iuris resistentia proueniens ex per-
sona Testatoris satis probatur eo ipso quod
inter partes non controuertitur Franciscum
Testatorem de tempore conditi Testamenti
fuisse Equitem Hierosolymitanum, cum no-
5 torium sit istos milites esse veros Religiosos,
cum dicantur Clerici Regulares sub Religio-
ne S. Augustini, tribusque votis sint adstricti
*Gratian.discept.*457.*num.*23.*& seqq. Menoch. cons.*
54. *num.*17. *lib.* 1. *Nauarr. cons.*12.*num.*1.*lib.*3.*de*
*regul.Mobed.decis.*10.*nu.*2.*de caus.possess. Rot.decis.*
177.*num.*1.*& decis.*454.*num.*3. *vers. vlterius cum*
*Dominus par.*2.*recent.Greg.XV.decis.*87.*num.*2. &
ibi *Add.num.*13.*& seq.& decis.*109. *nu.* 1. & pro-
6 inde tàm † ex dispositione Iuris communis,
quam ex constitutionibus eorum Religionis
carēt actiua testamenti factione *Gratian.discept.*
363.*num.*24.*& discept.*880.*nu.*87 *Roderic.de Regul.*
*tom.*3.*quaest.*69.*art.*7.*vers.ad constitutionem Molin.*
*de Iust.& Iur.tom.*1.*disput.*141. *num.*8. *Nauarr.in*
*prax de elect.for.sect.*2.*quaest.*69.*sub nu.*8.*Greg.XV.*
*dd.decis.*87.*num.*1. *&* 109.*num.*1.*& seq.*
Non obstat quod Eques iste habuit faculta-
7 tem testandi à magno Magistro. Quia cum
per constitutionem Pij V. in ordine 117. in
Bullar. nouo reuocentur facultates testandi
ad fauorem illegitimorum, & in §. 2. tollatur
facultas concedendi similes licentias quibus-
cunque personis cum decreto irritanti, & alijs
amplissimis clausulis, ista facultas non com-
prehendit licentiam disponendi in Spurios le-
gitimatos, sed tantum in personas aliàs de Iu-
re succedendi capaces, & propterea non suf-
fragatur, vt in terminis aduerterunt *Rot.coram*
*Card.Seraph.decis.*1358. *num.*1. *in fin. vers. his ita*
*constitutis Greg.d.decis.*87.*num.*8.*& seqq.Mart.de*
*success. par.*1.*quaest.*17.*art.*20. *num.*6. & in simili
8 de indulto † transferendi pensiones, quod in-
telligatur erga personas capaces, non autem
incapaces dixit *Rota in florentina pensionis coram*
*bo: me: Vbaldo inter recent. decis.*485.*num.*8.*part.*4.
9 Et Clerici quando disponunt de † bonis sem-
per cēlentur excludere illegitimos nisi expres-
sè contrarium dicant *iuxtà doctr. Bald.in cap.quæ*
*in Ecclesiarum num.*85. *de constitut.* quem alij se-
quuntur, *vt per Honded. cons.*37. *num.*21. *lib.*2.
*Maluas.cons.*116.*num.*39.*& seqq. Rota diuers. decis.*
474.*num.*2.*par.*4. *& decis.*214. *num.*3. *par.*2.*& in*
Regien. bonorum coram Reuerendissimo D. meo De-
cano impress. per Moderni. Perus. post tract.de manu-
*tenen decis.*295.*num.*16.*& seqq.*
Non obstat quod d. facultas sit generalis,
10 & comprehendat † licentiam testandi in
quoscunque. Tum quia vniuersalis disposi-
tio restringitur ad ea, de quibus qui disposuit
disponere poterat *Menoch.cons.*291.*num.*56. nec
trahitur ad id, vnde sequitur nullitas, vel ab-
surdum, *Surd.decis.*233.*num.*18.*&* 11. & proin-
de trahi non potest ad facultatem instituendi
inhabilitatos per d. Pontificiam constitutio-
11 nem cui magnus Magister † derogare non
potuit *cap.cum inferior de maiorit.& obed.Rot.dec.*
84. *num.*6. *par.*1. *recent.* nec voluisse propterea
censetur *ad l.Lutius* 21.§.*Imperatores ff. ad muni-*
*cip. Ciriac.controu.*222.*num.*38.*Paris.cons.*9. *num.*
95.*lib.*2.*Surd.cons.*431.*num.*39.*Rota decis.*536. *nu.*
2. *par.*1. *recent.* Tum etiam quia dum in vno
12 conceditur dispensatio supponitur habilitas in
alio *Crauett. cons.*307. *num.*2. & in terminis li-
centiæ magni Magistri, quod non compre-
hendat casum istum *Rota coram Greg. XV. dd.*
*decis.*87.*num.*8.*& decis.*109.*num.*5.*& seqq.Mart.de*
*success.d.*1.*par.*1.*quaest.*17.*nu.*6.*Gratian.discept.*218
13 *num.*3.*& seqq.* Tum denique quia † non suffi-
cit generalis sermo etiam per verbum, quos-
cunque, sed requiritur specificus, vt com-
prehendantur specialiter prohibiti, vt in spe-
cie loquendo de Spurijs tradunt *Bald.cons.*207
*num.*3.*vers.sic agitur lib.*2.*Gabr.cons.*84.*num.*36.*&*
*seqq.lib.*2. *Rolan.cons.*3.*num.*26.*lib.*1. *Gratian.d.di-*
*scept.*218.*num.*36.*Caldas.de Emphit.lib.*3.*cap.*1.*nu.*
55.*& seqq.*Quæ magis procedunt cum isti sint
exosi Religioni, vt patet ex stabilimento *tit.*
14 18.*c.*51.*fol.*310. Itaut censendum sit magnum
Magistrum de his non cogitasse, sed solum
de personis aliàs de iure succedendi capacibus
*Gratian. ubi supra & discept.*744. *num.*12. *& seqq.*
Altera vero Iuris resistentia, quæ hic con-
15 currit ex persona† hæredum institutorum re-
sultat ex verbis d. constitutionis Pij V. dum
in §. 2. annullat quæcunque Testamenta, &
dispositiones, quæ fierent in illegitimos etiam
legitimatos, siuè ipsorum filios, & in declara-
toria vult illam procedere, loqui, & intelligi
etiam de quibuscunque bonis patrimoniali-
bus *& in fin. eiusdem* §. non solum prohibet il-
legitimos quomodocunque succedere, sed
etiam bona afficiendo disponit ne illa aliàs
ad eos per quemcunque circuitum successo-
rum deueniri possint, & in §. 4. ne dum pro-
hibet ne dispositiones in prædictos fiant, neue
ipsi vnquam succedant, sed etiam denuo af-
ficit bona ipsa disponendo ne illa ad ipsos de-
ueniant, quæ verba demonstrant Papam non
contentum inhabilitate personarum expressa-
rum voluisse etiam realiter afficere bona, itaut
penitus à commercio exempta essent huius-
modi personarum, tollendo omnem modum
16 & in hoc enixam ostendendo voluntatem,
per repetitionem, prout hæc optimè conside-
rantur in resolutione Cameræ in causa Inte-
ramnen. Castri posita *in decis.*41.*nu.*5. *&* 6. *par.*
1. *recent.*
Non obstat quod licet Institutio quoad fi-
17 lium non † sit attendenda, tamen illa valida
censenda sit respectu dd. sororum Neptum
Testatoris, cum illæ de Iure communi dicèt
natæ ex Spurio sint capaces relictorum Aui
*Menoch.cons.*511.*num.*2.*Merlin.de legit.lib.*1.*tit.*2.
*quaest.*5.*num.*47.*&* 51.*Lup.de illegit.comm.*1.§.5.*n.*
18 158. Quia cum nedum filij illegitimi sed etiā
eorum filij, & descendentes reddantur inhabi-
les ad succedendum, vt sunt clara verba Bullæ
in d.§.4. Superfluum est ingredi quæstionem
An de Iure communi filij ex Spurio nati pos-
sint

sint sucedere Auo. Nam vbi habemus casum in Pontificiæ constitutionis, non sunt inuestigandæ vlteriores rationes, vt dixit *Rota decis. 414.num.6. par.4.recent.*

19 Nec euitari potest d. constitutio sub prætextu quod reuocet † tantùm facultates testandi competentes ex Iure speciali, non autem ex Iure communi. Quia cum ve[...] semur in Equite Hierosol[...]itano, qui de Iure communi testari non potest, sed solum Iure speciali, vtique di[...]ctio retorquetur, & intrat Bulla tollens huiusmodi licentias, dispensationes, indulta, & successionem vigore illorum, vt patet ex lectura *Dec.cons.91.num.11. vers.2.Mart.de success.leg.par.1.d.q.1[...].num.6.*

Et ita conclusum vtraq; &c.

ROMANA RELEVATIONIS INDEMNITATIS.

Veneris 27. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Promittens quem indemnem releuare tenetur statim secutis molestijs.

SVMMARIVM.

1 *Releuatio indemnitatis promissa in casu molestiarū istis secutis, debetur.*
2 *Cessionarius reputatur eadem persona cum cedente.*
3 *Prima causa quando secundam producit, eius effectum, semper ipsa inspici debet.*
4 *Obligatio minoris sine solemnitatibus statuti Vrbis lib.primo cap. 151. & constitutionum Regni non sustinetur.*
5 *Solemnitates statut.Vrb.lib.[...].cap.151.non sunt necessariæ in contractibus non completis in Vrbe sed eius districtu præsertim in forense.*
6 *Constitutiones Regni non afficiunt contractum maioris 18.annis contrahenti cum iuramento.*
7 *Contractus initus in aliqua Ciuitate ab illius Domino licet minore coram Iudice ad cōtractus, aliusque personis, alias solemnitates non requirit.*
8 *Testamento non possunt derogare Iudices laici.*
9 *Releuatio debetur fideiussori licet non promissa cum debeatur ex natura contractus.*

DECISIO CCCCLXXVII.

SVB die 27. Iunij an[...] præteriti fuit resolutum Excellentissimi D. Duc[...] Atriæ teneri soluere D. Octauio Costæ scut. 9093. 57. 8. au[...] in auro stamparum quæ idem D. Octauius vti fideiussor bon. me. Archiepiscopi A[...]uiæ soluit vigore mandati A. C. Bonifatio Pasquæ credit[...] eiusdem Archiepiscopi in dicta summa occasione cuiusdam cambij initi vsque de anno 1628. ad extinguendum aliud cambium antea factum cum DD. Acc[...]o, & Martello à quibus d. Pasqu[...] Iur[...] c[...]nem reportauerat, quæ postmod[...] p[...]ter e[...]rat ei[...]em D.
1 Octauio: Ho[...] [...]roposit[...] cau[...]a super eisdem DD. steterunt † in decisis, quandoquidē D.Costa fundat præcipuè intentionem suam in obligatione d.D.Ducis de illum conseruādo Indemnem etiam ante damnum passum ab omnibus molestijs sibi inferendis tām à dd. Acciaiolo, & Martello, quàm à quibuscunque alijs hominibus, & personis occasione d. cambij ab Archiepiscopo eius Patruo initi, quem casum cum satis doceat euenisse per Instrumenta solutionum factarum d.Pasquæ Cessionario illorum de Acciaiolis, & Martellis vtique sequitur eidem debitam esse releuationem in dicto Instrumento promissam, *Ruin.cons.187.num.2.& seqq.lib.2.Paris. cons.1[...]9.num.37.& seqq.lib.1.& cons.16.nu.124. lib.2.Rot.decis.37.num.1.post tract.Cinc.de ce[...]s.& in Romana, seu Florentina Pecuniaria 16. Aprilis 1627.coram R.P.D.meo Merlino.*

Neq; obstare putabāt DD.quod promissio D.Ducis sit de illū releuan. à molestijs dd. de Acciaiolis, istæ verò molestiæ prouenerint à Pasqua, quia cū Pasqua haberet Iura cessa ab illis, quibus, vt solueretur d. primum Cambium fuit in[...]tum secundum, de quo agitur, vtique satis dicitur D. Costam passum fuisse
2 molestias ab Acciaiolis, † dum eas habuit à Pasqua eorum Cessionario, qui reputatur eadem persona cum cedente, *Surd.cons.82.numer.13.& cons.266.num.1.2.& 3. Rota decis.532. num.1.par.1.& decis.524.num.1.par.2.rec.*

Præsertim quia obligatio D. Ducis de i[...]ū releuando Indemnem non visa fuit restricta ad personas illorum de Acciaiolis, sed immo nominatim comprehēdere quascunque personas illum molestantes occasione d.Cambij. Quando enim prima causa secundam produ-
3 cit, eiusque effectum, illam semper inspicimus, *Bald.in cap.Imperialem §. illud col.1. tit. de prohib.feud.alien.per Federic.& in cap.litteris in 3. notab.de rescript.Tiraq.in tract. cess. caus. limit.20. num.15.& 18.Menoch.cons.40.num.29.*

4 Non obstat prætensa † nullitas obligationis d. Ducis ex quo in mandato procuræ nō interuenerunt solemnia statuti Vrb. cap.155. lib.1. & Constitutionum Regni, quia respe-
5 ctu statuti, † cum d. mandatum non fuerit datum, nec completum in Vrbe, vel eius districtu, eius solemnia non erant adhibenda, & maximè per D. Ducem, qui est forensis, *Bart.in l. contraxisse num. 13. vers. & quæro C. de Summ.Trinit.& Fid.Cathol. Cephal. cons.170.numer.2[...].Lambert.de contr.eor.glos.2.in verb.Mulierem num.35.Seraph.decis.543.num.[...]& decis.791. num.3.Rota in Tiburtina Castrorum 1[...] Nouembr. 16[...]8.coram bon.me.Bu[...] [...] impress. dec.[...]7. num.3.*

6 Quo verò ad Constitutionē Re[...]ni † dixerunt DD. non [...]bst[...]re. T[...]m quia Dux maior annis 18. contraxit cū iuramento, *Auth. Sacramenta puberum cum ibi not.C.de Sacros.Eccl. Surd.cons.[...]5.à num.22.per tot. vbi loquitur de proximo pubertati.& cons.114.num.11.& cons. 122.num.1[...].& [...]qq. Rota decis.580. num.4. par.1. recent. Gregor.deci[...].406. num.[...]. vbi Add.* Tùm
7 quia initus fuit d. contractus, † & obligatio in Ciuitate Atriæ, cuius ipse est Dominus, & ad præsentiam Iudicis ad contractus, & aliorum quinque Virorum, quibus stantibus nō

 erat

erat opus seruare alia solemnia, vt in termінis d. Cōstitutionis notat *Afflict.lib.2. rubr.27. interp.minor.num.14.fol.148.à tergo* sequitur alijs relatis *Tiraq.de Nobil.cap.20. num.41.*

Minùs releuat alia asserta nullitas d. mandati defectu causæ, quia nimirum Dux dederit prædictum mandatum cum supposito, quod ex pecunijs acceptis ad cambium per Archiepiscopum esset emenda Terra Bellantis ad proprium commodum Ducis, & tamen fuerit empta pro ipso Archiepiscopo, quia huiusmodi suppositum,& tale conditionale mandatum Ducis de emendo d. Terram ad suum commodum nullibi visum est iustificari.

Demum non obstat quod d. obligatio D. Ducis respectu Palatij Vrbis nō teneat. Tum quia non interuenerunt duo ex tribus exequutoribus Testamenti bo.me. Card. Aquauiuæ. Tùm quia habita fuit licentia obligandi, & alienandi d.Palatium à Regio Consilio Neapolitano contra prohibitionem dicti
8 Cardinalis in eius Testamento, † cui tamen non potuerunt derogare Iudices laici, iuxta communem, de qua *Rimin.sen.cons.483. n.10. lib.3. Alex.cons.210.num.6. vers. & eadem ratione lib. 2.*

Quia fuit responsum hodie non agi de validitate specialis obligationis dicti Palatij, nec quæri an sufficienter fuerit derogatum fideicommisso Cardinalis, sed solum agi de obligatione personali d. Ducis, cum hypotheca generali omnium bonorum, cuius vigore dixerunt DD. teneri ipsum D. Ducem releuare d. Costam tùm ex prædictis, tùm ex natura contractus fideiussorij, quo debetur
9 releuatio, quamuis non fuerit expresse conuenta, *Mars. in rubr.de fid. num.193. Rota apud Zacch.de oblig.Camer.decis.104. num.1. & in Romana Pecuniaria prima Iulij 1626.coram R. P. D. Merlino.*

Et ita causa sæpius proposita, & maturè discussa DD. steterunt in decisis vtraque parte informante.

CVSENTINA BENEFICII seu ATTENTATORVM.

Veneris 4. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Liquidatio valoris bonorum non dicitur excessiua si de tali valore liquidato ex testibus; alijsque iuribus constet. de furto quando quis teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non potest cognoscere illa, quorum iurisdictio non fuit demandata.*
2 *Exequutoris excessus non ligat Dominum, limita si Dominus ratificauit, nu. 26.*
3 *Furtum connumeratur inter casus fortuitos.*
4 *Damnum casus fortuiti ad Dominum spectat*
5 *Damni causam dans tenetur ad illius emendationem, & num.22.*
6 *Attentans tenetur reponere rem & attentata passim in primæuo statu.*
7 *Qui causam damni dat damnum dedisse videtur declara in causa proxima, num.8.*
9 *De furto tenetur ille cuius culpa id processit.*
10 *Culpa dicitur ordinata ad casum, quando casus sine illa non euenisset.*
11 *Culpa quando præcessit præsumitur quod ea cessante res non periisset.*
12 *Culpa etiam non ordinata obligat ad casum quando culposus dedit operam rei illicitæ.*
13 *Operam rei illicitæ dat ille, qui contra legem, seu Iudicis præceptum aliquid facit*
14 *In dolo versatur non obtemperans magistratibus.*
15 *Dolus præsumitur in eo, qui facit contra inhibitionem sibi factam.*
16 *Casum præstat qui est in dolo. licet dolus non sit ordinatus ad casum.*
17 *Furti actione seculi ex fractione ostij non tenetur illud frangens ex iniuria, vel causa libidinis, sed actione in factum ad pœnam leg. Aquiliæ, n.18.*
19 *Actio in factum datur contra eum qui per lasciuiā panno rubro fugauerit armentum, quod indè alter furto subtraxerit.*
20 *Mandans tenetur de excessu mandatarij.*
21 *Attentans tene[illegible]r reficere damna attentata pa[illegible].*
23 *Attentata tenetur purgare adhærens fisco, non f[illegible]us qui cum sit persona ficta non attenditur.*
24 *Ratificare censetur habens notitiam attentatorum, & non renuncians.*
25 *Ratificatio comparatur mandato.*
27 *Attentasse censetur renuncians attentatis.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

SVB die 10. Decembris anni præteriti fuit resolutum coram me non constare de excessiua liquidatione valoris bonorum de quibus agitur in summa sc.296. bai. 5[illegible]. Quia ex Testibus tàm in p[illegible]b[illegible]s, q[illegible]m in Curia examinatis, al[illegible]sque i[illegible] in d[illegible]abus decisionibus R.P.D. [illegible] Buccabe[illegible]æ ponderatis liquidò constat v[illegible]orem [illegible]d. bonorum, quæ fuerunt cap[illegible] executione vigore mandati A.C. post inhibitionem Rotalem ad instantiam D. M.Antonij Perroni contra D. Felicē de Iuso relaxati ad prædictā summam ascendere. Pluries deinde posita causa super eisdem DD. in decisis persliterunt.

Neque obstare dixerunt ea quę pro parte d.D.Perroni iterum deducebantur ab probā dum se non teneri ad restitutionem dictorum bonorum, seu eorum valoris. Quoniam placuit responsio data in d. decisione, nimirum illa non respicere prætensum excessum d. liquidationis, sed dumtaxāt substantiam debiti, circa cuius cognitionem non fuit concessa iurisdictio; cum causa appellationis interpositæ pro parte d. Perroni à sententia. seu decreto lato per d. R.P.D. meum Buccabellam ad fauorem D. Fe[illegible]cis super restitutione d[illegible] bonorum, cor[illegible]nque liquidatione in predi[illegible] s[illegible]mma scut. 296. bai. 50. fuerit mihi

con-

commissa quoad excessiuam liquidationem dumtaxat, & dummodo dd. bona non fuerint a ias liquidata, vnde ea quæ opponebantur præter excessum d. liquidationis non visa fuerunt præsentis indaginis.

Nec dicatur quod nullus datur excessus maior iniustitia, dictumque decretum condemnans d. Perronum ad restitutionem prædictorum bonorum iniustum esse prætendatur. Quia pro responsione sat erat dicebant DD. quod Signatura super huiusmodi ad iniustitiæ cognitione Iurisdictionem concedere noluit, sed dumtaxat super excessu liquidatione valoris dd. bonorum, ... cum nihil exaduerso deducto ... omnis prætensus excessus excluditur.

Et nihilominus iustitia eiusdem decreti satis liquere visa fuit ex deductis in ... duabus decisionibus R. P. D. mei Buccabellæ, quorum fundamenta adhuc ... visa fuerunt.

2 Non obstat, quod d. Perronus non teneatur de excessu Exequutorum ... ex Testibus, & alijs Iuribus datis in Summario d. Felicis apparet dd. Exequutores nunquam excessisse, sed exequutioni demandasse d. mandatum ab A.C. ad instantiam ... D. Perroni relaxatum, bonaque per eos vigore eiusdem mandati in exequutione capta à Ciuitate Montisalti ... de quorum liquidatione non agitur ad Curiam Cuseutinam asportasse, atque Officio eiusdem Curiæ, penes quem pignora deponi solent, consignasse ad effectum illa subhastandi iuxta formam in eodem mandato præscriptam. Quinimo visum fuit eos nedum non excessisse fines dicti mandati, sed parcius egisse cũ illud fuerit relaxatum pro scut. 500. auri, & nihilominus bona in exequutione capta fuerunt valoris scur. 296. b. ...

Neque obstat, quod dd. bona non peruenerint ad manus d. Perroni, sed remanserint penes eosdem Exequutores, qui eadem bona partim deposuerunt penes Thesaurariũ Ecclesiæ Montisalti, prout elicitur ex quadam citatione ad instantiam d. Felicis contra ipsũ Perronum exequuta, partim vero furto subtraxerunt & in proprios vsus conuerterunt, quemadmodum d. Felix exposuisse prætenditur in quadam afs. Commissione, necnon in afs querela per eumdem contra dd. Exequutores coram A.C. porrecta, & ideo ipse Perronus minime fuerit ad illorum valorem condemnatus, cum respectu bonorum, quę fuerunt deposita penes Thesaurarium ipse præstiterit consensum pro illorum restitutione, respectu vero bonorũ, quæ fuerunt furto sub-

3 stracta † ipse non teneatur, cum furtum connumeretur inter casus fortuitos *l. si quis fundum §. Imperator ff. locat. l. quæ fortuitis C. de pign. act. l. si quando ... de vi Honded. cons. 90. num. 10. lib. 2. cum alijs per Rotam in Farfen. Pecuniaria 21.*

4 *Iunij 16... coram Manzanedo*, & ideo † damnũ huius casus fortuiti ad ipsum D. Felicem eorumdem bonorum dominũ spectare debeat, *l. pignus, C. ... pign. act. Honded. cons. 43. nu. 24. lib. 2. Rota in dicta Farfen. Pecuniaria coram bon. mem. Manzanedo.*

Quoniam respectu bonorum quæ dicuntur depositata penes Thesaurarium Ecclesiæ Montis alti hodie non agitur de illorum liquidatione, cum illa non fuerint comprehẽsa in dicto decreto R.P. D. mei Buccabellæ. Respectu vero bonorum quæ dicuntur furto substracta fuit responsum de præsenti non furto non constare, cum afs. Commissio non fuerit signata, neque in actis producta, neque ... contra ipsum Perronum, qui ... contra Exequutores porrecta fuerit contra eos prosequuta. Quandoquidem ex Testibus, & alijs Iuribus deinde productis constitit dd. Exequutores bona per eos capta ad Curiam Cusen. inam asportasse, & Officio eiusdem Curiæ consignasse ad effectum illa subhastan, prout subhastata fuerunt.

Sed quatenus de huiusmodi afs. furto liquido constaret, adhuc DD. censuerunt ipsũ Perronum teneri ad restitutionem valoris, moti ex eo quod ipse post Inhibitionem Rotalem in vim specialis rescripti Signaturæ relaxatã, & legitime exequutam sententiam, & illius vigore mandatum exequutiuum pro scut. 5... ab A.C. contra d. Felicem extorsit, ac pro illius expeditione expensas nempe Iulios 64. Notario persoluit, illudque suo Procuratori in partibus transmisit, ad hoc vt instaret pro illius executione, prout in effectu dd. Exequutores cum assistentia Procuratoris eiusdem Perronij illud executioni demandarunt, & bona de quibus agitur è domo D. Fe-

5 licis abstulerũt † Vnde esto quod ijdem Exequutores prædicta bona pignorata occupassent, & sic, vt dicitur, furto subtraxissent, nihilominus cum hæc substractio sequuta fuisset causa, & occasione dicti mandati nulliter, & attentatè ab ipso Perrono expediti, visum fuit ipsum causam huic damno, seu substractioni dedisse, & sic teneri ad emendationem eiusdem damni, *l. nam & Seruius §. fin. ff. de negot. gest. Abb. cons. 21. nu. 1. & 2. lib. 2.* Nec dum ex priuilegio attentatorum, quæ in

6 odium attentantis operatur, † vt ipse Attentans teneatur reponere rem, & attentata pal um in pristinum statum, *... non solum in fin. de appell in 6. Lancell. de atent. par. 3. cap. 29. numer. 77. & cap. 31. n. 14. & seqq.* eidemque reficere damna *idem Lancell. de pen. altent. ... n. 164.*

7 *vers. supra pœna.* Verum etiam † ex regula quod qui causam damni dat damnum dedisse videtur *l. qui occidit §. pen. ff. ad l. Aquil. ... sup. fin. de iniur. & damn. ...*

8 Nec obstat quod dicta regula procedat in eo qui ... causam proximam, non autem in eo qui dat causam remotam, qualis dicitur fuisse idem Perronus in casu isto ex trad. *per Specul. in tit. de iniur. & damn. dat §. sequitur, vers. sed pone unum tuus*, quem refert *Angel. cons. ... 7. sub num. 1. vers. supra facit Butr. in cap. Petrus nu. 8. de homicid. Duen. reg. 41. Medic. de fortuit. casib. quæst. 11 nu. 6. vers. tertio procedit Thom. de Thomaset. reg. 244. Eug. ... cons. 64. n. 27. & seqq. Farinacc. cons. 144. num. 13. in fin. vol. 2.*

Nam

Nam vltra quod ex d. ferie, & facti [illegible] instantia elicitur ipsum Perronum fuisse causam proximam huius ass. damni prædicta distinctio non visa fuit applicari in præsenti casu, in quo non versamur in duabus causis proxima scilicet, & remota, sed in sola causa cum suo effectu, nimirum in dicto mandato nulliter, & attentatè ab eodem Perrono expedito cum effectu substractionis occasione illius subsequutæ.

9 Cæterum considerabant † DD. quod licet furtum connumeretur inter casus fortuitos nihilominus teneri de dicto casu illum, cuius culpa præcessit casus', *l. si vt certo §. ad interdum, l. in rebus §. 1. ibi fortuitis, ibi Doct. C. de pign. act. Bald. & Salicet. in l. prima, C. deposit.* cum alijs relatis per *Surd. cons. 12. numer. 58. lib. 1.* & dixit Rota in *Ferrarien. Pecuniariæ 31. January 1629. coram R.P.D. meo Motmanno.*

In proposito autem inficiari non potest, quin culpa d. Perroni præcesserit casum huius substractionis cum hæc fuerit sequuta occasione d. mandati ad eius instantiam expediti, ac dd. Exequutoribus consignati.

Nec dicatur quod culpa ipsius Perroni nō fuit præordinata ad casum d. substractionis,

10 & ideo non teneatur. Quia † contrarium videtur verius, nam tunc culpa dicitur ordinata ad casum, quando casus sine illa non venisset *Bart. in d. l. si vt certo §. interdum ff. commodat. Castr. in l. fin. §. si ea conditione ff. ad leg. Rod. de iact. Surd. d. cons. 12. n. 20. & 64.* At casus huius substractionis procul dubio nō euenisset, si Perronus dictum mandatum non expedi-

11 uisset, † ac prædictis Exequutoribus non dedisset, & sufficit quod culpa præcesserit, quia tunc præsumitur quod ea cessante res nō perijsset, *Castr. in l. quod te num. 10. ff. si cert. pet. Surd. d. cons. 1[illegible] num. 65.*

12 Præterea vero quod † culpa ipsius Perroni non fuisset ordinata ad casum d. substractionis nihilominus eum ipse dederit operam rei illicitæ tenetur de dicto casu, *l. si ita vulneratus & l. item mela ff. ad l. Aquil. cap. vlt. de vsur. Gl. in cap. sicut nobis verb. dederunt de testib. Bart. in l. qui furtum ff. de condit. furt.* Quod autem Perronus qui dedit causam huic damno dederit operam rei illicitæ satis demonstrabatur ex eo quod ipse contra rescriptum Signaturæ, ac inhibitionem Rotalem extorsit d. mādatum illudque Exequutoribus tradidit, qui

13 enim † aliquid facit contra legem, seu Iudicis præceptum dat operam rei illicitæ, *glos. in d. cap. non solum in verb. reducendum, vers. si vero reuocabile sit de appellat. in 6. Surd. d. cons. 12. num. 66. & seqq.*

14 Quinimo dicitur versari † in dolo is qui Magistratibus non obtemperat, *l. non potest dolo carere de reg. iur.* cum alijs relatis per *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 86.* cum lege Diuina mandatum sit Principibus, quorum personam sustinent Magistratus, esse obediēdum *cap. 2. de maiorit. & obed.* Et quod dolus

15 præsumatur † in eo qui aliquid fecit contra inhibitionem, seu prohibitionem sibi factam firmat [illegible] *in l. ait Prætor el 2. §. si quis particeps, ff. de his qui in fraud. credit. Crauett. cons. 6. num. 76. & [illegible] 93. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 531.*

16 num. [illegible]. Et [illegible] eò intra talia conclusio, † quod [illegible] qui est in dolo tenetur de casu etiam si dolus non [illegible] ad illum casum ordinatus, vt post [illegible] hos firmat *Surd. dicto cons. [illegible] numer. [illegible] & seq.*

Nec appl[illegible] tex. *in l. qui iniuriæ §. fin. ff. de furt.* Vbi si quis per iniuriam fregerit ostium

17 alteri, † propter quam fracturam fuerint subinde per alios res amotæ furti actione non tenetur, & text in *l. verum 40. eod. tit.* Vbi qui effregerit Ianuam Meretricis [illegible] dinis indeq. fures non ab eo inducti res eiusdem Meretricis furto subtraxerit furti actione non tenetur. Quia fuit responsum nos versari in terminis longè diuersis. Quandoquidem versamur in ablatione bonorum facta per Exequutores è Domo D. Felicis, non ex eo quod d. domus fuerit effracta a D. Perrono ob alium finem, & [illegible], & hinc dd. Exequutores ab alio inducti bona [illegible] lerint, sed ex eo quod ipse Perronus d. mandatum nullum, & attentatum expedierit, ac dd. Exequutoribus dederit, ad hoc vt illud executioni demandarent, ac bona eiusdem Felicis aufferrent, quemadmodum [illegible] Exequutores de ordine eiusdem Perroni, & cum assistentia Procuratoris illius bona, de quibus agitur, abstulerunt.

Et quando etiam essemus in casu dd. Jegū, adhuc Perronus visus fuit teneri ad valorem dd. bonorum. Nam quamuis [illegible] gens o[illegible]

18 alteri † ex iniuria, vel causā [illegible] regulariter non teneatur actione furti inde [illegible] nuti scilicet ad duplum, triplum, vel quad[illegible]m, vt tradit *Farinac. de furt. q. 167. à nu. 5.* Nihilominus tenetur actione in factum ad pœnam *leg. Aquiliæ*, nempè ad emendationem damni, vt tradit *Bart. in eadem l. verum [illegible] n. m. [illegible] vers. quæro pro rebus substractis*, ac propter [illegible] Perronus non te[illegible] actione [illegible] pro huiusmodi ass. substractione [illegible] teneri actione in factum ad e[illegible] damni, & sic ad pretium d[illegible] pro q[illegible] taxat Felix hodie a[illegible] it, & facit text. *in §. interdum el secundo Inst. de obligat. quæ ex delict. nasc.*

19 Vbi si quis panno rubro fugaui t † armentū, quod inde a ter furto substraxit, si id per lasciuiam, & non data opera, vt furtum committeretur factum est, datur actio in factum.

Minus obstat, quod D. Perronus non teneatur saltim quoad sex dolia, seu vicinas olei quas ex Testibus apparet fuisse effractas per eosdem Exequutores in actu d. executionis cum eiusdem olei effusione. Nam a[illegible] visum fuit ipsum teneri ad emendationem eiusdem damni. Vel ex eo quod Exequutores omnia fecerunt de ordine, & mandato ipsius Perroni ibi. *Et il tutto diceuano publicamente che faceuano d'ordine, e mandato del Perrone*, & ideo tamquam mandans tenetur de excessu

20 † Mandatarij, *cap. quicunque, & ibi gl. in verb. suorum de sentent. excom. in 6. & ibi A[illegible] bar. Bald.*

Bald.in l.his rebus ff.sol.matrim.Lancell.de attentat. à parte cap.1.num.28. Seraph. decis.6.num.2. Vel
21 ex eo quod attentans tenetur † reficere damna attentata passo ex *Lancell.de attent.cap.11.numer.164.vers.supra pena.* Vel denique ex eo,
22 quod † ipse dedit causam huic damno, & ideò tenetur ad illius emendationem, etiam si animum illud inferendi non habuerit, *Surd. dicto cons.12.num.80.Gratian.decis.March.57.n.3. Ciriac.controuers.forens.cap.233.nu.13.& cap.184. num.2.* Et in terminis attentatorum notat, *Lancellot.de attentat.part.3.cap.29.nu.28.*

Denique non subsistit quod dictum mandatum fuerit relaxatum etiam ad instantiam
23 Fisci. Quia ex prædictis † apparet illud fuisse expeditum ad instantiam ipsius Petroni & ab eodem in partibus transmissum, ad illiusque instantiam executioni demandatum, cui propterea dd.attentata referuntur, nō autem Fisco, qui cum sit persona ficta non attenditur, sed illi adhærens tenetur purgare, *Farinac. in prax.lib.1.q.16.num.14.*

24 In quam sententiam eo faciliùs iuerunt DD. tum quia d. Perronus non renunciauit d. executioni, seu facto Exequutorum statim atque de illo notitiam habuit, sed illud tàm in Signatura, quam in Rota diu sustinere voluit, ac proinde censetur illud ratificasse, *Lancell.de attent.par.1.cap.1.num.50.& 59.& p.3. cap.29.num.28.* Quæ ratificatio æquiparatur,
25 mandato, † idem *Lancell.de attent. à parte n.32. & num.47.& par.3.cap.29.num.99.& seqq.* Et in
26 terminis † de facto Exequutorum tradit, *Soc.sen.cons.128.num.3. verb. sexta conclusio lib.1.*
Tum etiam quia idem Perronus renunciauit
27 tandem dd. attentatis, † deditque arram pro illorum purgatione facta eorum liquidatione, & commissionem pro termini præfixione ad illa liquidandum, & successiuè decretum illius vigore obtinuit, ex quibus elicitur ipsum agnouisse dd. attentata, eorumque purgationem ad ipsum, non autem ad Exequutores pertinere.

Sed hæc dicta sint ex abundanti. Quia vt ab initio dictum fuit, respiciunt substantiam debiti, non autem excessiuam liquidationem valoris dd.bonorum super qua dumtaxat Signatura referibere voluit.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit.

BENEVENTANA BONORVM.

Veneris 18. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur Monasterio ex persona professi, quando de istius possessione constat.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per testes deponentes de perceptione fructuum.*
2 *Locatio iuncta receptione pensionis probat possessionem locatoris.*
3 *Clausula,* constituti, *probat possessionem constituentis.*
4 *Ingressi bona tam quo ad dominium, quam possessionem etiam absque traditione, vel apprehensione censetur translata ad Monasterium.*
5 *Monachus professus vti incapax dominij non potest de suis bonis disponere.*
6 *Clausula,* constituti, *nullius est efficaciæ, quando contractus est nullus.*
7 *Possessio posterior in concursu anterioris non est manutenibilis.*

DECISIO CCCCLXXIX.

FVIT conclusum RR. Monacis Cœlestinis Monasterij Sanctæ Catharinæ Beneuentanæ Ciuitatis dandum esse mandatum
1 de manutenendo. Quia † de illorum possessione ex persona D. Antonij in eodem Monasterio Monaci Professi constat ex pluribus Testibus hinc inde examinatis, qui apertè deponunt d. D. Antonium aliàs Mutium in sæculo nominatum ante ingressum Religionis, ac post d.Monasterium bona, de quibus agitur, possedisse, eorumque redditus percepisse, *l. litibus, C.de agric. & censit.lib.11.Bald.in l.3 numer.4. C. fin. regund. Aretin. in §. sic itaque num.14.Institut. de act.Menoch.de retinen.remed.3. num.564.Greg.XV.dec.160.n.2.*

2 Nec non ex instrumento locationis dd.bonorum factæ vsque de anno 1610. quæ iuncta receptione pensionis probat possessionem *Paris.cons.104.nu.8.lib.1.Alex.cons.10.col.2. vers. licet vbi probaretur, lib.4.Gabr. concl.4. num.2. de locat.Greg.XV.dec.200.n.1.& dec.350.n.2.*

Ac tandem ex alio instrumento donationis factæ de anno 1617. per eumdem D. An-
3 tonium ad fauorem † Lucretiæ eius vterinæ sororis cū clausula, *constituti*, quæ regulariter probat possessionem constituentis, *Ruin. cons. 169. in fin.lib.1.Grat.cons.42.num.12.& 13.lib.2. Natt.cons.439.num.4.Rota dec.766.n.11. par.1.diuers.Seraph.dec.1415.n.2.*

Non obstat, quod dicatur possessionem quam d.D.Antonius habebat ante ingressum Religionis non fuisse translatam in d. Monasterium absque illius apprehensione, quia
4 cum † versemur in Monasterio capaci bonorum immobilium, vt constat ex *Conc.Triden. sess.25.cap.3.de regul.* ipseque D. Antonius in d.Monastrio professionem emiserit, in eoque obierit nulla ante professionem facta de suis bonis dispositione, omnia illius bona ne dum quoad dominium, sed etiam quoad possessionem in ipsum Monasterium translata fuerunt absque alia traditione, vel apprehensione, *c. si qua mulier 19.q.3. Auth. ingressi vbi Bart. num.15.& 26.Bald.num.19. vers. hac verba, Castren.num.8.C.de sacros.Eccles.Innoc.in cap.in præsentia num.6.vers. in hoc autem, Abb. ibidem n.74. Dec.num.295.de prob.Specul.in tit.de stat.Monach. §.1.num.67. vers. 60. quæritur idem Abb. cons.53. num.1. vers. ex persona lib.1. Bart. in l. si adoptauero, vers. per hæc dicimus. ff. de precar. Honded. cons.94.n.12.& 13.lib.1.Azor.Instit.Moral.lib.12.*
5 *cap.8.q.1.Rodriquez qq. regul. tom.1. qu.38.art.3. & q.62.*

& q.62.art.10.& q.78.art.3.vers.3. probatur to.2. Nauarr.commen.2.de regul.num.55. Sanchez.lib.7. in decal.cap.12.num.4. Io. Bapt. Lezana summ.quaest. Regul.cap.19.num.14. Siluester verbo Religio 6.q.2. Angel. in sum. verbo Religio, n.59.& seqq.

5 Hinc non obstat praedicta donatio postmodum facta per eundem D. Antonium ad fauorem d. Lucretiae cũ clausula, *constituti*, quia cum bona essent iam acquisita dicto Monasterio per eiusdem D. Antonij professionem, ipseque de dicto tempore non haberet, neque velle, neque nolle, non potuit amplius de eisdem bonis disponere, quia post ingressum Religionis, ac professionẽ non erat capax dominij, nec etiam actus nisi dependentis à voluntate Superioris, *Nauarr. comm.1. de Regul. num.23. Lezana dicto cap. 19. numer.31. & cap.6. num.40.*

6 Ac propterea quemadmodum d. donatio vti facta à Monaco Professo fuit nulla, *Card. cons.17.num.5.vers. ex hac ratione, Anchar. cons. 162.num.3.vers. item quoniam, Fulgos. cons.72. in fin.* Nullius pariter efficaciae remansit constitutum, quod est illi accessorium, *l. ex Testamento in fin.vbi Bald.C.de fideic.Crauett.cons.299. num.7.Tiraquel.in tract. Const.3.p.limit.7. num.1. Rota dec.224.num.1. par.2.diuers. & dec.694. n.9. par.1. recen.*

Non obstant alij Testes exaduerso examinati deponentes Hippolitam matrem, & ass. Tutricem d.Lucretiae actualem possessionem dd. bonorum eius nomine adeptam fuisse. Quoniam vltra quod dicuntur examinati absq; interrogatorijs, & à Notario extraneo, non autem à Iudice in litteris Remissorialibus deputato, vel ab eius Actuario, d.ass. pos-

7 sessio in omnem euentum † esset posterior, quae proinde in concursu anterioris Monachorum non esset manutenibilis, *cap. licet causam, vbi Felin.num.8. vers. tertia causa de probat. Bart. in l. si duo num. 4. vers. si verò Testes, §. vti possidet, Ruin. cons.53.num.8. lib.4. Rota decis.293. num.8. par.1. & dec.35.n.3.par.2. rec.*

Et ita &c.

IANUEN. PECUNIARIA, SEU ATTENTATORUM.

Sabbati 23. Ianuarij 1638.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Attentata sunt gesta pendente causa in Rota, vel post inhibitionem Rotalem legitimè executam.*

2 *Attentata nullatenus excusari possunt postquã pars opposuit de litis pendentia in Rota.*

3 *Clausula,* quam, & quas, *operatur vt omnes praetensiones ex eadem causa prouenientes in commissione comprehendantur.*

4 *Iudices inferiores non possunt inquirere de vi comprehensiua commissionis, aut inhibitiones Rotales interpretari.*

5 *Attentata sunt reuocanda.*

DECISIO CCCCLXXX.

CUM DD. Franciscus, & Dauid socij rationis Bancariae in Ciuitate Ianueñ vti asserti creditores in summa scutor. 97. mil. alterius rationis Bancariae Venetijs sub eiusdem Dauidis, ac Philippi nomine alias cantantis Iudicium de anno 1629. in Rota Ianueñ contra d.Philippum vnum ex dd. socijs intentassent, d.Philippus tunc Clericus institit coram Vicario Generali Ianueñ, vt Curiae laicali inhiberet, qua inhibitione sibi denegata causam appellationis cum clausula, *quam, & quas,* incideñ, & dependeñ, annexis, & connexis, totoque negotio principali in Rota mihi committi obtinuit. Cuius commissionis vigore relaxata fuit citatio cum inhibitione, quae licet fuisset contra d. Vicarium legitimè exequuta, & dd. Franciscus, & Dauid pro illius reuocatione Signaturam adiuerint, & haec nihil rescribere voluerit. Nihilominus iidem Franciscus, & Dauid quoddam sequestrum ab A.C. pro d. asserto credito super bonis eiusdẽ Philippi Neapoli existentibus, illiusq; executionem à Regio Consilio Neapolitano obtinuerunt. Cumque interim idem Franciscus egisset coram d. Vicario Ianueñ contra eumdem Philippum pro conseruatione alterius asserti crediti scut. 29. mil. ex causa eiusdem Societatis Venetiarum prouenientis, dictusque Vicarius d. inhibitione non obstante mandatum ad fauorem dicti Francisci relaxauerit, & se Iudicem cõpetentem declarauerit, fuit pro parte d. Philippi adita Signatura, quae praeuia auocatione causae, & causarum huiusmodi à quibuscumque Iudicibus denuo mandauit vt Rota de eis cognosceret addita insupèr facultate reuocandi attentata. Vigore cuius commissionis idem Philippus aliam inhibitionem relaxari eamque dicto Vicario, ac etiam Francisco, & Dauidi exequi curauit, sed ea pariter neglecta praedicti Franciscus, & Dauid alios actus in executionem antedicti sequestri ab eodem Consilio Neapolitano fieri obtinuerunt. Quo circa posito à me dubio, An constaret de attentatis, quae veniant reuocanda, affirmatiuè fuit responsum.

1 Attentata siquidem tam respectu sequestri relaxati ab A.C. vna cum actis factis in Regio Cõsilio Neapolitano pro illius executione, quàm etiam respectu decreti, & mandati relaxati à Vicario Ianueñ sunt clara, cum omnia praedicta emanauerint non solum post commissam causam in Rota, & sic lite pendente, *tot.tit. ff. & C. & in decretin.6. vt lite pend. Lancell.de attent. lit. pend. in praefat.n.296. Gregal. dec.698.n.3.Greg.XV.dec.243.n.1. & dec.465.n.4.* Verum etiam post inhibitionem Rotalem legitimè exequutam, quae siue iusta, siue iniusta causat attentata, *Rot.decis.74. par.3.lib.2. Greg.XV. dec.435. num.5. & in Romana Saluiani coram bon.mem.Cardinale Pamphilio, post Marches. de commiss. par.2. fol.35.*

2 Praesertim quia D. Philippus tam coram dicto

dicto Vicario, quàm coram Regio Consilio de d. litis pendentia in Rota, ac illius inhibitione pluries opposuit, quo casu attentata nullatenus excusari possunt, *Lancell. de attent. lit. pend. limit. 2. num. 59. & seqq. Rota in d. Romana Saluiani num. 7. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio*.

Non obstat, quod decretum, & mandatum relaxatum à Vicario tamen non sint attentata ex eo, quod emanauerunt in causa scutorum 29. mil. quę prætenditur diuersa ab altera causa scutor. 97. mil. quæ vigore ante dictę commissionis fuit primo loco in Rota introducta. Quia contrarium verius visum fuit DD. causam scilicet prætensi crediti scut. 29. mil. esse eamdem non autem diuersam à dicta causa scut. 97. mil. Ne dum quia Signatura identitatem huius causæ approbasse videtur, dum vtraque parte informante præuia auocatione dd. causarum à quibuscumque Iudicibus mihi rescripsit, vt procederem cum facultate reuocandi attentata. Verum etiam quia vtraque causa pendet ab eadem ratione bancaria, seu societate Venetijs contracta, & proinde earum quælibet cōtinetur in eadem
3 commissione virtute † clausularum, *quam, & quas, cum inciden. & dependen. annexis, & connexis, totoque negotio principali*, quæ operantur, vt omnes aliæ causæ, seu prætensiones ex eadem societate prouenientes in eadem commissione compræhendantur, *Cæs. de Grass. dec. 1. nu. 2. de Indic. Acchill. dec. 22. nu. 2. de appell. Rot. dec. 23. num. 5. de rescript. in nou. Greg. XV. dec. 270. num. 4. & seqq.*

Et videbatur cessare difficultas, quia ad effectum causandi attentata sufficit sola inhibitio Rotalis legitimè exequuta, quæ regulariter causat attentata, etiamsi de vi comprehensiua commissionis dubitari potuisset, cum
4 non sit † in facultate partis, aut Iudicis inferioris de vi comprehensiua commissionis inquirere, aut Inhibitiones Rotales interpretari, *Rota dec. 157. n. 8. par. 2. diuers. Acchill. de Grass. dec. 29. n. 6. de appell.*

Ex quibus dd. attentata iuxta iuris disposi-
5 tionem, ac Rotæ stylum sunt reuocanda, *cap. non solum de appell. in 6. Caputaq. decis. 52. num. 2. par. 3. Rota dec. 8. num. 3. post Marches. de commiss. par. 2. fol. 37. & alias sepe*.

Et ita vna tantum &c.

SANCTI SEVERINI DOTIS.

Sabbati 23. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM.

Via executiua contra tertium possessorem agi non potest, etiam si agatur vigore obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Executiua via non potest procedi contra tertium etiam si agatur vigore obligationis Cameralis.*
2 *Tanto magis stante protestatione tertij, ne fiat executio in bonis à se possessis.*
3 *Possessio præsumitur continuata vsque ad tempus mortis.*
4 *Donatio cum clausula*, constituti, *transfert possessionem in donatarium.*
5 *Aestimatio bonorum dotalium facit emptionem, quæ transfert dominium, & possessionem in maritum.*
6 *Possidere quis præsumitur in vim præcedentis tituli.*

DECISIO CCCCLXXXI.

MARIA Seruantia filia, & hæres q. Liuiæ obtinuit à Rota mandatum exequutiuum pro scut. 975. contra bona hæreditaria Alphonsi Seruantij, qui pro residuo dotis d. Liuiæ vxoris Clearci fratris in forma Cameræ se obligauerat.

Verum quia d. mandatum exequi fecit super nonnullis bonis, quæ de tempore executionis possidebantur à q. Bartholomæo Bono marito Constantiæ sororis d. Alphonsi. Ideo Critia filia, & hæres d. Bartholomæi se opposuit d. executioni contendens non posse procedi ad vlteriora in d. executione super dd. bonis. Quocirca præuio Signaturæ rescripto, dubitaui, an esset procedendum ad
1 vlteriora † in d. executione, & Domini responderunt negatiuè, quia contra tertium possessorem non potest procedi via exequutiua, *Alex. in l. A Diuo Pio, §. si super rebus sub nu. 28. vers. & pro hoc bene facit, ff. de re iudic. Bursat. consil. 361. num. 1. lib. 4. Aretin. cons. 86. in fin. Greg. XV. dec. 22. nu. 1.* Etiamsi agatur vigore obligationis Cameralis, *Zacch. de oblig. Camer. q. 6. num. 36. Bursat. d. cons. 361. num. 1. vol. 4. Cæs. Barz. dec. Bonon. 108. num. 33. Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 42. num. 3. & dec. 58. num. 3. & dec. 60. num. 5. Greg. XV. dec. 330. n. 2.*
2 Præsertim quia d. Bartholomæus † protestatus fuit, ne aliqua executio fieret super dd. bonis per eum possessis iuxta cautelam, *Angel. in d. §. si super rebus num. 1. & ibi latè Castren. num. 2. & seqq.* Ob quam protestationem eo magis redditur nulla executio postea subsequuta, *Bald. in l. ob maritorum, num. 5. vers. quæro numquid pendente protestatione, C. ne vxor. pro marito, Alex. in d. §. si super rebus sub num. 9. vers. addatis, quod Bald. Greg. XV. d. dec. 22. n. 2.*
3 Quod autem Bartholomæus à quo d. Critia eius filia causam habet, possideret bona super quibus facta fuit executio, patet, ne dum ex Testibus, qui bene deponunt de possessione d. Bartholomæi vsque ad illius obitum, prout etiam de iure præsumitur ad not. in l. siue possidetis, C. de probat. *Rota dec. 4. eod. tit. in nou. Gregor. XV. decis. 166. num. 9. & decis. 555. num. 10.*
4 Verum etiam ex eo, quod † idem Alphonsus vsque de anno 1621. donauit d. Constantiæ sorori scuta 2. mil. ex causa dotis percipienda ex bonis, de quibus agitur cum clausula, *constituti*, prout constat ex Instrumento donationis, quæ Constantia cum postea nupserit Bartholomæo, eique pro dote assignauerit
5 eadem bona æstimata pro d. summa scut.

2000.

2000. d. æstimatio fecit emptionē, quæ transtulit dominium, & possessionem in Bartholomæum maritum, *Surd. cons. 225. num. 2. Hond. cons. 14. num. 43. & seqq. lib. 1. & cons. 41. nu. 4. cod. lib. 1. Seraph. dec. 1207. num. 1. & dec. 1332. num. 1. & 2. Greg. XV. dec. 573. n. 4. & ibi Add. n. 16.*

Hinc non obstat, quod dd. bona fuerunt alias possessa per Alphonsum debitorem, quia cum mandatum Rotale fuerit restrictum ad bona hæreditaria Alphonsi, sufficit illa in eius hæreditate non fuisse reperta, & eo viuente in dominium d. Constantiæ, & mox Bartholomæi mariti transiuisse.

Non obstat, quod dicatur promissionem dotis factam per d. Constantiam in d. summa scut. 2. mil. non probari effectuatam, quia cum bona super quibus fuit cōstituta dos eiusdem Constantiæ ab Alphonso fratre fuerint pos-
6 sessa † à d. Bartholomæo, & hodie possideantur à Critia filia, & hærede præsumitur donec doceatur de alio titulo ipsum Bartholomæum illa possedisse titulo præambulo d. dotis sibi à Constantia promissæ, *l. 2. & ibi Bart. num. 2. C. de acquir. possess. Mandell. Alb. cons. 340. num. 5. & cons. 35. num. 12. Socc. sen. cons. 15. nu. 7. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67. n. 1. Rota dec. 277. num. 2. in fin. par. 1. rec.*

Et ita &c.

BONONIEN. IVRIS MACINANDI.

Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ, quod Pistores non possint molere in molendinis extra Ciuitatem confirmatum auctoritate Apostolica, an possit præiudicare habentibus molendina extra Ciuitatem. De litteris Apostolicis emanatis in præiudicium tertij. De extensione facienda in materia exorbitanti.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium est disputare de Pontificis auctoritate.*
2 *Papa præsumitur circumuentus in gratia quamuis motu proprio emanata si tendit in præiudicium tertij, & n. 1.*
Pontifex non intendit præiudicare tertio, n. 2.
3 *Pontifex si ius tertij sciuisset, vel non derogasset, vel non ita facile.*
4 *Verba Papæ licet futura respiciant trahuntur ad præterita si non est ratio diuersitatis.*
5 *Supplicatio attenditur tamquam materia, si litteræ discrepant.*
6 *Pontifex facilius tollit contractus initos inter se, & alios, quàm inter duos extraneos.*
7 *Interpretatio stricta fit in materia præiudiciali.*
8 *Casus omissus habetur pro omisso in materia præiudiciali.*
9 *Extensio de vno casu ad alium non fit in materia præiudiciali.*
10 *Substantia, non autem verborum cortex attendi debet.*
11 *Priuilegiū, quod conceditur propter aliquod factum vel faciendum dicitur transire in contractum.*
12 *Per indirectum non debet admitti, quod est directè prohibitum.*
13 *Causa publicæ vtilitatis, & obuiandi fraudibus in litteris Apostolicis, aliquando sunt coloratæ.*
14 *Fraudibus in exactione gabellæ occurritur per deputationem, vt dicitur,* del Gabelliero.
15 *Papa non est verisimile, quod voluerit consulere publicæ vtilitati cum damno tertij.*
16 *Vtilitas publica pro reuocandis priuilegijs in vim contractus concessis debet esse magna, & qua.*
17 *Statutum conditum in præiudicium particularium admittit appellationem.*
18 *Litteræ Apostolicæ non facientes mentionem litis dicuntur subreptitiæ.*

DECISIO CCCCLXXXII.

ALIAS de anno 1466. Cardinalis Reatinus tunc Bononiæ Legatus cum præsentia, consensu, & voluntate Antianorum, aliorumque regimini eiusdem Ciuitatis præsidentium concessit Bartholomæo seniori de Ghisilardis eiusque hæredibus, & successoribus libetam, ac plenam facultatem cōstruendi Molendinum extra mœnia d. Ciuitatis, ad quod liber pateret accessus omnibus habitatoribus triticum, seu aliud frumentum in eo molendinum deferentibus, inhibens cœteris ne imposterum infra ambitum vnius milliarij aliud molendinum construere possent. Hanc autem concessionem fecit ex eo, quod dictus Bartholomæus obtulit emere, seu alio iusto titulo sibi acquirere quemdam fūdum, ac alia bona illi adiacentia, & inibi d. molendinum, aliaque ædificia ad ipsum spectantia proprijs expensis construere. Hanc deinde concessionem empto iam d. fundo, & sequuta molendini constructione, Sixtus IV. de anno 1473. præuio diligenti examine confirmauit, & etiam motu proprio de nouo concessit. Exindeq; tam d. Bartholomæus, quàm illius successores in quieta, ac pacifica possessione d. molendini eiusque iurium, ac molendi quibuscumque habitatoribus, etiam Pistoribus, & Scafferijs d. Ciuitatis vsque ad annum 1520. extiterunt, de quo tempore idem Regimen Bononiæ statuit ne Pistores, & Scafferij imposterum molendi causa accederent ad molendina extra ciuitatem existentia. Quod statutum Leo X. motu proprio, ex certa sciehtia, ac de plenitudine potestatis confirmauit cum derogatione omnium, & quorumcumq; priuilegiorum quibuscumque concessorum, & quamuis super inualiditate eiusdem Statuti fuisset lis introducta in Rota coram Nicolao de Aragonia, in cuius locum postea fuit suffectus Puteus, qui deinde mandatum de manutenendo in possessione admittendi omnes personas ad molēdum in molendino, de quo agitur ad fauorem Antonij ex d. Bartholomæo nepotis relaxauit. Nihilominus idem regimen nulla facta mentione d. litis similem confirmationem eiusdem Statuti à Clemente VII. obtinuit. Hac lite, quæ huculque siluit, nunc demum

ex

ex integro excitata, mihique commissa dubi-
taui, an litteræ Leonis X. & Clementis VII.
suffragentur contra DD. de Ghisilardis,& eas
non suffragari fuit responsum.

Quamuis enim illæ emanauerint motu
proprio, ex certa scientia, ac de plenitudine
potestatis cum derogatione omnium,& quo-
rumcumque priuilegiorum quibuscumque
concessorum, & cum alijs amplissimis clau-
1 sulis. Adeout dubitare de potestate † Ponti-
ficis quoad reuocationem d. concessionis fa-
ctæ dd. Ghisilardis sacrilegium esse dixerit,
Giouagn. qui alias in ista causa consuluit *cons.
29. in fin. lib. 2.* Nihilominus cum tendant in
præiudicium tertij nempe dd. de Ghisilardis,
quibus fuerat ius quæsitum, ac Papa ignora-
uerit contractum inter eosdem Ghisilardos,
& Regimen Bononiæ initũ præsumitur dd.
litteras emanasse ad suggestionem partis, ac
2 Papam sub inuolucro † verborum circum-
uentum fuisse cum eius intentio non sit ter-
tio præiudicare, *Dec. in cap. cum omnes in 2. lect.
num. 10. de constit. Ruin. cons. 30. nu. 1. & seqq. lib. 1.
Rota diuers. dec. 50. num. 9. par. 2.* Pontifex enim
licet possit, nunquam censetur velle tollere
ius tertio quæsitum, *cap. cæterum, & ibi Doct.
de rescript.* Et verisimile est, quod si Leo sci-
3 uisset talem contractum, † & consensum Re-
giminis vel non derogasset, vel difficilius,
*Felin. sub num. 1. Dec. sub num. 9. & 10. & Abb. in
d. cap. cæterum de rescript. Soccin. cons. 164. num. 8.
vers. confirmantur etiam præmissa, Zabarell. consil.
136. sub num. 5.* Et in hac eadem causa consul-
tus respondit *Ruin. cons. 229. n. 6. lib. 1.*

Eoque magis, quia in supplicatione signa-
ta manu d. Leonis ne dum nulla fuit facta
mentio cõcessionis factæ dd. Ghisilardis cum
expresso consensu Regiminis, sed in ea præ-
seruantur personæ habentes molendina extra
Ciuitatem cum eius consensu, vt elicitur
ex illis verbis. Ac imposterum sine dd. qua-
draginta virorum pro tempore existentium,
expresso consensu alias quomodolibet con-
cedeñ &c. Sicq; apparet Papã noluisse tangere
eos, qui molendina habent cum eiusdem Re-
giminis consensu, prout dd. Ghisilardi habue-
runt. Et quamuis dd. verba videantur respue-
re futuram ædificationem, & nõ præteritam,
nihilominus declarant voluntatem Pontifi-
4 cis nolentis † tollere contractus cum Regi-
mine initos, cum ad hunc effectum non de-
tur rationabilis differentia circa voluntatem
Papæ inter actum præteritum, & futurum ex
traditis per *Abb. cons. 185. num. 22. & seqq. Abb. in
cap. fin. num. 9. & seqq de Constit.*

Nec releuat, quod in litteris desuper expe-
ditis dd. verba non legantur, quoniam suppli-
5 catio † tamquam matrix attendi debet, *Rota
dec. 465. num. 4. par. 2. dec. 459. num. 2. par. 3. decis.
387. num. 1. par. 5. recent. Caual. dec. 313. n. 3.*

Non obstat, quod d. Pontifex reuocauerit
etiam priuilegia in vim contractus concessa.

Quoniam quidquid sit de illius potestate
visum fuit ipsum intellexisse reuocare solum
contractus initos inter Papam, & alios, qui
molendina ædificarũt, vt constat ex illis ver-
bis in vim contractus initi inter Romanum
Pontificem, & eos quibus concessa sunt &c.
At iste contractus non fuit initus inter Papã,
& Ghisilardos, sed inter istos; & Regimen
Bononiæ. Papa autem facilius tollit contra-
6 ctus inter ipsum, † & alios initos, quam inter
duos extraneos iuxta not. per *Dec. in c. 1. n. 58.
de rescript. & sentiit Rota diuers. dec. 46. lib. 2. par. 3.
& coram Buratto dec. 435. num. 4. Gonzal. ad reg. 8.
7 glos. 28. num. 23.* Et in omnem euentum cum
versemur in materia præiudiciali,& sic strictè
interpretanda, *cap. super eo, & ibi glos. in verbo
intentionis de offic. delegat. Rota dec. 60. num. 3. par. 1.
8 rec.* casus omissus haberi † debet pro omisso,
*l. si cum dotem in princ. ff. solut. matrim. l. commodis-
simè, ff. de liber. & posth. Socc. sen. cons. 62. sub n. 4.
9 vers. sed inspecto lib. 3.* Nec est facienda † exten-
sio de vno ad alium, *cap. quæ à iure communi de
reg. iur. in 6. Gratian. discept. 397. num. 20. Seraph.
dec. 1286. n. 15.*

Nec dicatur, quod concessio molendini fa-
cta dd. Ghisilardis non sit ex causa contra-
ctus, sed ex mera gratia attentis illis verbis
gratiosè concedimus &c. Quia non cortex
verborum, sed eorum substantia ad hunc ef-
10 fectum attendi debet, † qua attenta negari nõ
potest quin d. concessio facta fuerit Bartholo-
mæo, eiusque hæredibus, & successoribus ex
eo, quod ipse Bartholomæus empturus erat
fundum, ac proprijs sumptibus molendinum
ibidem constructurus, prout cum effectu fun-
dum emit,& molendinum construxit, quam
11 emptionem, & respectiuè constructionem
aliàs ipse non fecisset, prout expresè prote-
status fuit, & sic apparet d. concessionem
transiuisse in contractum vti correspectiuam
ad onus emptionis, & ad expensas pro mo-
lendini constructione faciendas, vt scilicet
Bartholomæus emeret fundum, & molendi-
num construeret. Regimen verò idem mo-
lendinum, eiusque iura concederet, prout in
terminis concessionis pro molendini con-
structione firmat *Ruin. cons. 230. num. 4. lib. 1. &
in d. cons. 229. nu. 7. & seqq. & Ber.* qui in eodem
casu consuluit *cons. 146. num. 28. & seqq. lib. 3.*

Non obstat, quod Leo X. non reuocauerit
in totum concessionem d. molendini factam
dd. Ghisilardis, ex quo non prohibuit simpli-
citer molituram, sed prohibuit dumtaxat Pi-
storibus, & Scafferijs accessum ad molendina
extra Ciuitatẽ existentia, ad quæ proinde cę-
teri habitatores liberè accedere, ac granum
molendum deferre possunt, siquidem attenta
d. prohibitione negari non potest, quin Ghi-
silardi sint in manifesta iactura tot expensa-
rum quas erogarunt cum Pistores, & Scaffe-
rij maiorem faciant molituram, quam aliæ
personæ priuatæ, & hoc molendinum non-
nisi hiemali tempore molere soleat, vt admit-
12 tit idem *Giouagn. d. cons. 229. n. 6. lib. 2.* Adeout
si d. prohibitio Pistoribus, & Scafferijs facta
subsisteret, d. molendinum fere otiosum re-
maneret, sicque per indirectum tollere-
tur Ghisilardis id, quod est directè prohibi-
tum.

Prædictaque eo magis vrgere visa fuerunt,

quia dd. litteræ emanarũt sub quæsito colore
13 publicæ vtilitatis, & euitandi fraudes,quæ rationes sunt potiùs figuratæ quam reales,cum publica vtilitas cessēt ex eo quod emolumenta,seù datia quæ percipiuntur cedunt ad commodum non Communitatis, sed creditorum moliturarum, fraudibus verò satis erat consultum per specialem deputationem exactoris vulgo Gabellino,qui assistens Molendino da-
14 tium à quocunq; molente exigeret, vt in his terminis dixit *Rota d.decis.50.num.25.& 24.par. 2.diuers.*

Nec est præsumendum Papam voluisse cõsulere publicæ vtilitati cum damno eorum
15 quibus fuit vigore contractus ius quæsitum, vt in proposito inquit *Crauett. de antiq. tempor. par.4.§.vlt.num.26. Loss.de Iur.vniuers.par.3. cap. 15. numer. 22. vers. quando itaque eum aliis congestis à Bellon. Iun. conf.66. nu.5.* & ad effectum reuocandi priuilegia aliis concessa, præsertim in vim contractus publica vtilitas debet esse
16 tanta, & talis, quod ei non possit esse consultum,nisi priuilegiati grauentur *Decian.conf.51. num.31.lib.3. Natt.conf.63. num.21. Rolan.conf.5. num.52.lib.1.Bursatt.conf.16.nu.77. Gionagor.conf. 27.num.26.lib.1.*

In quam sententiam eo facilius iuerunt DD. quia Rota post has litteras dedit manutentionem Ghisilardis, vt constat ex *decis. Put. 486. lib.2. in correct.* ac dubitauit de earum vi-
17 ribus,censuitque posse appellari ab huiusmodi Statuto prohibente ne deferatur triticum molendum ad Molendina extra Ciuitatem existentia tamquam edito in præiudicium particularium personarum, *ut in d.decis.50.num.7. & 8.par. 2.diuers.*

Quæ omnia visa fuerunt æque procedere quoad litteras Clementis VII. Vltra quod
18 cum fuerint obtentæ nulla facta mentione litis tunc in Rota pendentis detegantur subreptitiæ, sicque eo minus suffragantur *Bero. d. conf.146.num.2.lib.3.Cassad.decis.18.nu.6. de præben.Rota decis.270.num.4.par.5.recent.Seraph.dec. 351.num.6.*

Et ita vtraque &c.

MEDIOLANEN. CANONICATVS.

Lunæ 8. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica iustificata debet executioni mãdari. De facultate Cardinalium ordinariorum collatorum conferendi beneficia reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij vacatio, eiusque valor & clericatus probatur ex confessione Aduersarij, uel ex testibus.*
2 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam.*
3 *Optandi consuetudo etiam immemorabilis non habet locum quando vacatio contingit in mense reseruato.*
4 *Regula mensium non comprehendit beneficia spectantia ad Cardinales ordinarios collatores.*
5 *Limita si habeant indultum.*
6 *Indultum conferendi reseruata concessum Cardinali ordinario collatori non ampliat eius ordinariam facultatem, sed remouet dumtaxat obstacula reseruationum contrarium num.7.declara num.9.*
8 *Indultum in effectu non tollit reseruationem, sed tribuit facultatem conferendi reseruata.*
10 *Indulta Cardinalibus concessa super iure conferendi non suffragatur eorum capitulis, aut alys nominationem, præsentationem electionem simultaneam collationem, uel quamuis aliam similem uel dissimilem dispositionem coniunctim, uel diuisim habentibus.*
11 *Pontificis declarationi standum est.*
12 *Præbenda temporalis, & à titulo separabilis non cadit sub reseruatione.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

PER obitum in Mense Augusti vacarunt duo Canonicatus in Ecclesia Collegiata S. Nazarij Mediolaneñ, quorum vnum Scannagattus impetrauit à Santiss. vti reseruatum, alterum verò Eminẽtiss. Archiepiscopus tàm auctoritate ordinaria, quàm vigore Indulti contulit Landriano cum decreto, vt nouam prouisionem Apostolicam expediret. Canonici verò antiquiores eiusdem Ecclesiæ dd. Canonicatus, & eorum præbendas optarunt. Introducta hinc lite in Rota inter Prouisos, & optantes, mihique commissa, ac productis litteris Apostolicis per d. Landrianum expeditis. Dubitaui an eius gratia sit iustificata, & an illi danda esset Immissio, & fuit affirmatiuè responsum.

Iustificatio si quidem d. gratiæ,quoad om-
1 nia narrata, nempè vacationem d. Canonicatus in Mense Augusti, qui est reseruatus, valorem eiusdem Canonicatus, & Clericatum ipsius Landriani liquet ne dum ex confessione partis aduersæ,quæ in Iudicio declarauit se velle habere litteras Apostolicas quoad prædicta pro iustificatis, quæ declaratio sufficeret ad hoc vt Landrianus releuetur ab onere melioris iustificationis *Rota deci.595.num. 2. par.3. recent. Reuerendiss. D.meus Decanus decis.145.num. 1.* Verum etiam ex Testibus formiter examinatis, & ideò d. Landriano Prouiso denegari
2 non potest Immissio, cum litteræ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ paratam habeant executionem *cap.si capitulo vbi gloss.in uerb. exequatur de concess.præbend.in 6.Mohed.decis.13.circa fin.ut lit.pend.Caual.decis.148.n.1.& 230. num.1. & 638.num.1.Rota decis.558. num.2. par.1.recent.*
3 Non obstat † asserta optandi consuetudo. Quoniam illa non habet locum quando,*prout hic*, vacatio contigit in mense reseruato in regula octaua hodie 9. Mensium reseruatoria, in qua optandi consuetudini etiam immemorabili expressè derogatur latè *Gonzal.super d.reg.gloss.34.nu.1.& seqq.Carz.de benefic.part. 5.cap.1.num.450.Monet.de option.par.3.quæst.3.nu. 12.& seqq.Lotter.de re benefic.lib.2.quæst.38.nu.10. & seqq.* ac per d. reseruationem impediri optionem firmauit aliàs *Rota apud Mohed.decis.27. de præbend. Put. decis.4. lib.2. in correct. Greg.XV. decis.*

decis.478. num.2. & ibi *Adden. num.5.* Et in terminis alterius Canonicatus huius Ecclesiæ cuius vacatio contigit in mense reseruato *in Mediolaneñ Canonicatus 4. Iunij* 1636. *coram R.P.D. Ghislerio.*

Non obstat quod d. regula mensium reser-
4 uatoria excipiat † beneficia spectantia ad Cardinales Ordinarios Collatores ibi, non tamẽ S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium, & sic respectu eorum nulli menses sint reseruati perinde ac si d. regula reseruatoria non emanasset *Gonzal. gloss.24. num.1. & seqq. Garz. de benef. d. par.5. cap.1. num.34. & num.624.* ac proinde sublata d. reseruatione Capitulum, seu Canonici liberè optare valeant.
5 Quia cum Eminentiss. Archiepiscopus Mediolaneñ habeat Indultum conferendi reseruata etiam ratione mensium, ipseque contulerit hunc Canonicatum vacantẽ in mense Augusti reseruato non solum ordinaria auctoritate, sed etiam vigore d. Indulti, vtriq; prætentæ optioni obstat derogatio eiusdem regulæ, quæ operatur etiamsi Card. Indultarius sit ordinarius Collator, vt in specie huiusmodi Indulti firmat Anastas *Germon. in tract. de Indult. Card. §. etiam ex eo num. 2. & seq.* vbi etiam refert sic fuisse in Rota decisum in vna Capuana, & contrarijs respondet.

Non obstat quod Indultum conferendi re-
6 seruata concessum Cardinali Ordinario Collatori non ampliet eius ordinariam facultatem conferendi, sed remoueat dumtaxat obstacula reseruationum, & sic sublatis reseruationibus Capitulum adhuc remaneat in suo Iure optandi *iuxtà decis. Rotæ 64. num.6. vers.3. & vltima difficultas par.4. diuers. in Bononien. præbendæ 5. Decembris 1608. coram Sacrato, & in Ferrarien. Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nam quidquid aliàs dixerit Rota secun-
7 dum antiquam formulam Indultorum fuit responsum quod Indulta hodierna quæ conceduntur Cardinal. Ordinarijs Collatoribus non solum remouent obstacula reseruationum, hoc est, vt reseruationibus non obstantibus Card. Ordinarij Collatores liberè conferre valeant, sed etiam augent eorum ordinariã facultatem. Continent enim facultatem conferendi reseruata etiam ratione mensium Apostolicorũ cũ clausula tàm auctoritate ordinaria quàm ex eodem Indulto sibi concesso, quæ verba satis demonstrant dd. Indulta non remouere simpliciter obstacula reseruationum, sed quid plus continere, ac maiorem facultatem illis tribuere quam Ius commune indulgeat. Adeout Cardinalis Indultarius dicatur conferre non solũ authoritate ordinaria, sed etiam delegata, & vice ipsius Papæ, qui beneficia sibi reseruauit *Garz. de benef. d. par.5. cap.1. num.628. Lotter. de re benef. lib.2. quæst.21. num 112.*

Præterea dicebant DD. quod huiusmodi
8 Indulta, quamuis remoueant obstaculum reseruationis, ipsam tamen reseruationem, siuè eius vinculum non extinguunt. Pontifex enim præsupponit adesse reseruationem, eaq; suppositã dat facultatem, seu aperit viam Cardinali Indultario, vt possit conferre reseruata perinde ac si reseruata non essent, sed in effectu reseruationes non tollit *iuxta decis. Cassad.8. num.8. de præben. Greg.XV. vbi Add. decis.291. num. 20.* prout in specie Indulti concessi Cardinali Ordinario Collatori declarant *Garz. d. par.5. cap 1. num.628. Lotter. de re benefic. d. lib.2. quæst.21. nu.*
9 *124. & 125.* Ac propterea dd. Indulta remouent quidem obstacula reseruationum, sed fauore dumtaxat Cardinalium non autem fauore Capituli, aut aliorum, quia respectu eorum adhuc remanet reseruationis vinculum, adeout reseruatio inducta in fauorem Papæ, adhuc conseruetur in persona Cardinalis Indultarij ipsum Papam repræsentantis *ex tradit. per Garz. & Loter locis supracitat.*

Sed videbatur cessare difficultas ex consti-
10 tutione Santiss. D. N. edita sub die 10. Septembris 1626. impress. in ordine 59. in Bullar. tom.4. ac relata per *Lotter. d. lib.2. quæst.21. num. 126.* qua idem Santiss. declarauit suæ voluntatis, & intentionis esse, quod neque exceptio Cardinalium à d. regula mensium reseruatoria, neque indulta conferendi reseruata etiam ratione mensium eisdem Cardinalibus Ordinarijs Collatoribus intuitu Cardinalatus concessa Capitulis, aut alijs nominationem, præsentationem, electionem, simultaneam collationem, vel quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem coniunctim, vel diuisim habentibus aliquo modo suffragentur, sed ipsi Cardinales soli per se ipsos, vel alios
11 ad id deputandos liberè prouideant, cui Papę declarationi standum est *Caual. decis 612. num. 52. Rota in recent. decis.281. num.5. par 1.* & in terminis eiusdem constitutionis *in Hispaleñ dimidiæ portionis 1635. & 14. Ianuarij 1636. coram R. D. meo Decano, & in Ferrarieñ Præbendæ 11. Maij præteriti coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec subsistit quod Præbenda huius Cano-
12 nicatus † sit temporalis, & à titulo illius separabilis, ac proinde non cadat sub reseruatione. Quia contrarium, nempè præbendas huius Ecclesiæ S. Nazarij esse spirituales, & Canoniæ annexas tàm ex Iuris præsumptione, quam ex eiusdem Ecclesiæ statu fuit expressè decisum, & comprobatum in d. Mediolaneñ Canonicatus coram R. P. D. Ghislerio cum qua DD. transierunt.

Et ita Laudetiano tantum informante &c.

PAPIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 8. Februarij 1638.

DECISIO CCCCLXXXIV.

PRAEVIIS duabus decisionibus lata fuit sententia à R. D. Vrgelleñ ad fauorem Prioris, & conuentus S. Mariæ Gratiarum Ciuitatis Neapolis contra bo: me: Fabritium Landrianum Episcopum Papieñ super solutione scut. 1061. auri pro terminis decursis, & non solutis annuæ pensionis scut. 700. auri aliàs reseruatæ super fructibus Mensæ Episco-

palis

palis Papień ad fauorem bo: me: Card. Alani, ac per d. Cardinalem translatæ ad fauorem Thomæ eius Nepotis cuius extiterunt hæredes Prior, & Fratres d. Conuentus ex persona Fr. Gregorij d. Thomæ Nepotis in eorum Monasterio Monaci professi. A qua sententia cum pro parte eiusdem Episcopi fuisset appellatum,& causa mihi commissa dubitaui an illa esset confirmanda, & DD. responderunt affirmatiuè quia validitas illius non controuertebatur, & Iustitia liquet ex rationibus, & fundamentis in dd. decisionibus fusè ponderatis, quæ etiam hodie DD. placuerunt.

Et ita vna tantum &c.

ROMANA ATTENTATORUM.

Veneris 19. Februarij 1638.

ARGUMENTUM.

Quando sit locus sequestro ob timorem imminentis bonorum dilapidationis.

SUMMARIUM.

1 *Attentata sunt gesta post inhibitionem Rotalem.*

2 *Sequestro vt sit locus debet necessario probari periculum dilapidationis, adeout non sufficiat solum iuramentum.*

3 *Sequestrum non conceditur contra eum, cuius qualitas talis est vt nulla suspicio dilapidationis possit in eum cadere.*

4 *Sequestrum concessum à Iudice pendente lite in Rota est attentatum.*

5 *Clausula, dummodo molestiæ &c. non attenditur quando actiones intentatæ sunt diuersæ, prout actio realis, & personalis.*

6 *Iudex inferior non potest cognoscere de validitate inhibitionis Rotalis, & de vi comprehensiua illius maximè in curia.*

7 *Lites pendentes super redditibus, qui non sunt in hæreditate, non præiudicat liti super bonis hæreditatis.*

DECISIO CCCCLXXXV.

DOMINVS Laurentius Mutinus in suo sub quo decessit Testamento scripsit sibi hæredem D. Flaminiam eius ex fratre Pronepotem, quæ adita hæreditate Patrui admonita D. Martiam Branciam d. q. Laurentij Vxorem pro Iuribus suis dotalibus iactare se velle ei molestias afferre super d. hæreditate causam huiusmodi iactationum in vim *l. diffamari C. de ingen.* mihi committi obtinuit, & successiuè vigore cōmissionis fuit relaxata Inhibitio Rotalis, quæ fuit d. Martiæ præsentata, quæ tamen non obstante ipsa adiuit Tribunal A.C.coram quo exhibitis Instrumentis Dotalibus ac præstito contra Flaminiam Iuramento dilapidationis bonorum hæreditariorum d. Laurentij obtinuit dd. bona poni sub sequestro, quod cum pro parte Flaminiæ prætenderetur fuisse attentatum hodie contingit dubitari, An constet de attentatis, quæ veniant reuocanda.

Et fuit resolutum de illis constare, quia
1 cum prædictum sequestrum emanauerit post commissam causam in Rota, ac post Inhibitionem Rotalem Martiæ legitimè intimatam satis apparet illud fuisse attentatum *Rota decis. 619.num.3.par.1.diuers.Greg.decis.435.n.4. Caual. decis.28. num.1.* & alias sæpissimè fuit resolutum.

Non obstat, quod hic agatur de concessione sequestri propter metum dilapidationis bonorum, quo casu statur arbitrio Iudicis,
2 & potest à quocunque Iudice concedi. Quia hoc bene procederet vbi probaretur periculum esse in mora, & posset dubitari de proxima dilapidatione bonorum, quæ necessariò sunt probanda ad hoc vt sit locus sequestro *iuxtà text.in l. Imperatores §. fin. ff. de appell.& in l.si cum dotem §.si autem vers.si vero dotem ff. solut. matrim.gloss.in l.vnic.C.de prohibit.sequestr.& in c. dilectus in verbo sequestrari de sequestr. possess. & fruct.* cum aliis cumulatis per Rotam *decis.727 num.1.par.2.recent.* Adeout non sufficiat solum Iuramentum *Bald.in l.apertissimè ad fin. C.de Iudic.Alex.cons.241.num.7.lib.6.*

Quod quidem periculum dilapidationis in
3 præsenti casu non probatur, quinimo contra dilapidationem concurrit vehemens præsumptio, quia est Puella Nobilis degens in Monasterio, in quam propterea nulla potest cadere dilapidationis suspicio *Bald. in l. si fideiussor §. si satisdatur nu.2. ff.qui satisd.cog. Gratian.cap.875. num.28. Rota decis.654. num.3. & 5. par.2. recent.*
4 Et propterea cessante d. timore dilapidationis sequestrum ab A. C. concessum remanet attentatum vt in terminis de sequestro ab alio Iudice relaxato pendente lite in Rota fuit firmatum in d. decisione 478.*num.4.*& in Taruisina Simoniæ coram Corduba post *Zacch. de oblig.Camer.decis.43.num.1.* & nouissimè *in Iannen. Pecuniaria seu attentator. 23. Ianuary proximi præteriti coram me.*

Non obstat quod Martia ante Inhibitionē Rotalem Iudicium introduxerit coram A.C. & sic Inhibitio [illegible] vigore commissionis continentis [illegible] dummodo molestiæ non sint iudicium [illegible] eam non afficiat.
5 Quia cum Iudicium introductum coram A. C. fuerit in actione personali super solutione alimentorum iudicium verò introductum in Rota concernat actionem realem, d. clausula non iustificatur in actione reali intentata tantum in Rota, quæ multum differt à d. actione personali super solutione alimentorum *Lancellott de attentat.lit.pend.par.2. 14. limit num.*
6 *20.* Et in omnem casum vide ut cessare omnis difficultas attenta Inhibitione Rotali quæ siuè iusta, siuè iniusta semper est timenda, cum non sit in facultate Iudicis inferioris vel partis diiudicare de validitate Inhibitionis, vel de vi comprehensiua illius, vt censuit *Rota decis.187.num.8.par.2.diuers.* Maximè cum agatur de Inhibitione exequuta in Curia, vbi partis, quæ prætendit se læsam facilis patet accessus ad Signaturam.

Neque obstat quod dicatur D. Flaminiam
7 litem restitutionis dotis introduxisse coram

Reue-

R. P. D. Caballetto, antequam causa iactationis fuisset in Rota commissa, quia aduerterunt DD. gesta coram R. P. D. Caballetto non fuisse ad alium finem, quam ad notificandum Martiæ Testamētum Laurentij eius Viri, in quo ipse mandauit, vt d. Martiæ restituatur dos ex annuis redditibus existētibus penes eius fratres germanos, necnon ad eam interpellandā ad recipiendū huiusmodi redditus iuxta dispositionem Testamenti. Vnde ex huiusmodi actu nullum resultat præiudicium liti in Rota introductę super libera possessione bonorum hæreditariorum d. Laurentij, quæ nihil habet cōmune cum dd. annuis redditibus, qui non sunt in hæreditate Laurentii, sed sunt dotalia eiusdem Martiæ.

Et ita fuit conclusum &c.

CALCIATEN. DECIMARVM.

Mercurij 17. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur super perceptione Decimarū etiam contra ius quando constat de possessione immemorabili, quæ faciat præsumere titulum.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de visu, certa scientia, ac de publica voce & fama probant possessionem.*

2 *Probatio leuis sufficit pro obtinenda manutentione.*

3 *Tituli præsumptio, quæ oritur ex diuturna, & immemorabili possessione sufficit ad manutentionem, etiam si ius commune resistat.*

4 *Citatio exequuta ad instantiam vnius ex litis consortibus suffragatur alteri.*

5 *Remissoria concessa absque retardatione non valet impedire manutentionem.*

DECISIO. CCCCLXXXVI.

ORTA lite in partibus vsque de anno 1596. inter Capitulum Ecclesiæ Calciateñ. Archidiaconum de Hagera Ecclesiæ Calaguritanæ & Beneficiatos Ecclesię Parochialis loci de Ceruzeros super decimarum eiusdem loci perceptione earumque diuisione. Rota ad quam causa deuoluta fuit cēsuit primo loco coram Eminentissimo Cardinale Pamphilio seniori sub die 10. Iunij 1611. Capitulo Calciateñ dandum esse mandatum de manutenendo in possessione percipiendi integram quartam partem dd. decimarum. Deinde sub die 19. Ianuarij 1624. coram bo. me: Buratto dixit pariter Archidiacono de Hagera dandum esse mandatum de manutenendo in possessione percipiendi aliam integrā quartam antequam Capitulum detraheret quartā suam. Demum sub die 23. Aprilis 1630. coram me firmauit quartam debitam Capitulo esse detrahēdam de toto aceruo decimarum, non autem de eo, quod remanet detracta quarta Archidiaconi quarum resolutionum vigore fuit etiam relaxata declaratoria contra dictos Beneficiatos, qui vt dicitur, omnes decimas colligunt, easque respectiuè diuidunt.

Verum quia dd. resolutiones emanarunt dd. beneficiatis non auditis. Placuit DD. eis indulgere audientiam super iisdem. Quocirca iterum dubitaui an dicto Capitulo dandum esset mandatum de manutenendo contra dd.

1 Beneficiatos, † & DD. responderunt affirmatiuè. Quia de illius possessione percipiendi, quartam omnium decimarum d. loci liberā à quarta Archidiaconi, constat ex quatuor Testibus examinatis vsque de anno 1596. deponentibus de visu, certa scientia, ac de publica voce, & fama, qui propterea optimè probant, *Lanfranc. in cap. quoniam contra nu. 160. de probat. Cagnol. in l. 2. nu. 235. C. de rescind. vend. Rota diuers. decis. 173. num. 3. par. 4.* Vndè Capi-

2 tulo † nō est deneganda manutentio pro qua obtinenda etiam leuiores sufficerent probationes. *Alex. cons. 103. num 3. lib. 7. Menoch. de retin. remed. vlt. nom. 34. Rot. decis. 624. n. 5. p. 1. diuers. Greg. XV. decis. 258. nu. 3.*

3 Quibus accedunt alij duo Testes examinati de anno. 1606. ad instantiam Archidiaconi, qui pariter deponunt de visu per 40. annos ac de immemorabili, ex qua diuturna, & immorabili possessione oritur præsumptio tituli, qui sufficit ad obtinendam manutentionem, *Abb. in cap. cum venissent num. 8. de constit. Franc. in cap. ad decimas num. 8. vers. 4. limita de restit. spoliat. in 6. Couar. pract quest. cap. 17. numer. 6. Rota diuers. decis. 595. num. 4. par. 1.* Etiamsi Ius commune resisteret, *Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit. pend. Conar. pract. d. cap. 17. num. 6. vers. vndecimo est animaduertendum Capic. decis. 189. Rota diuers. dicta decis. 595. num. 4. vers. Quod procedit, & fuit dictum in hac eadem causa d. die 10. Iunij 1611. coram Eminentiss. Card. Pamphil. sen.*

Non obstat, quod prædicti Testes fuerint examinati nō citatis dd. Beneficiatis ad videndum iurare Testes. Quoniam respectu quatuor Testiū, qui fuerunt examinati de anno 1596. obiectum remouetur ex facto. Respectu vero aliorum duorum Testium examinatorum de anno 1606. sat esse dicebāt DD. quod ipsi Beneficiati fuerint citati ad instantiam Ar-

4 chidiaconi. Quia cum causæ Capituli, † & Archidiaconi tunc temporis essent cumulatæ contra Beneficiatos, & sic Capitulum, & Archidiaconus essent facti litis consortes, sufficit quod citatio fuerit exequuta ad instantiā Archidiaconi vt etiam Capitulo suffragetur, *arg. l. 1. C. de diuers. rescript. Aym. cons. 45. numer. 6. Bald. de præscript. par. 3. num. 47. & seqq.*

Non obstat, quod Beneficiati non fuerint citati ab initio post litem introductam in Rota. Quia obiectum cessat pariter ex eo: quod illi fuerunt postmodum de ordine Rotæ legitimè citati, & comparuerunt per Procuratorem constitutum in Curia.

5 Demum, non releuat, quod Beneficiati obtinuerunt Remissoriam ad probandam eo-

rum possessionem percipiendi tres integras quartas, Quia cum d. Remissoria fuerit concessa absq; retardatione mandati de manutenendo, vt in decisione desuper facta 4. Iulij 1636. coram me, illius pendentia manutentionem d. Capitulo debitam impedire non valet.

Et ità Capitulo tantum informante &c.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 22. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi censentur ex coniecturis ad fideicommissum vocati non solum ad portionem proprij parentis, sed etiam patrui. Clausula sine preiudicio venientium ab intestato in legitimatione apposita præseruat legitimis iura fideicommissariæ successionis. Prescriptio in fideicommissis inducta contra vnũ ex fideicommissarijs alteri non nocet.

SVMMARIVM.

1 *Filijs in conditione positis veniunt etiam nepotes, & num. seqq. vbi ampliatur.*

2 *Appellatione filiorum in fideicommisso ascendentis veniunt etiam nepotes.*

3 *Amplia, & fortius concurrentibus coniecturis.*

4 *Dictio & similiter inducit dispositionem præcedenti similem.*

5 *Dictio & similiter, repetit omnes qualitates, & conditiones in præcedenti oratione, specificatas, & num. 27.*

6 *Dictio pariformiter repetit omnes qualitates & conditiones præcedentis orationis.*

7 *Dictio similiter, repetit conditionem, si sine filijs in præcedenti vocatione adiectam.*

8 *Filij in conditione positi regulariter non censentur vocati.*

9 *Filij in conditione positi ex coniecturis censentur vocati, & numer. seqq. vbi enunciantur coniecturæ.*

10 *Filij in conditione positi cum qualitate legitimitatis dicuntur ex coniecturis vocati, quia hæc dicitur potentissima coniectura.*

11 *Amplia quia etiam sola sufficit tamquam vrgentissima.*

12 *Substitutio facta per verba quandocumque dicitur compendiosa.*

13 *Filij in conditione positi stante compendiosa substitutione censentur vocati.*

14 *Filij pluries in conditione positi, ex hoc magis vocantur.*

15 *Filij in conditione positi, si inter eos adest posthumus, omnes censentur dispositiuè vocati.*

16 *Digressio ad plures gradus substitutionum plurimum vrget pro vocatione filiorum in conditione positorum.*

17 *Vocatio remotiorum, valdè vrget ad hoc vt filij in conditione positi censeantur vocati.*

18 *Vocatio transuersalium facit præsumere filios in conditione positos censeri ad fideicommissum vocatos.*

19 *Clausula Codicillaris arguit filios in conditione positos fuisse vocatos.*

20 *Clausula omni meliori modo inducit vocationem ad fauorem filiorum in conditione positorum.*

21 *Coniectura pro vocatione filiorum in conditione positorum simul considerata reddunt indubitatam vocationem quamuis de per se qualibet non sufficeret.*

22 *Vocatio descendentium in conditione positorum concludentes non requirit coniecturas, sed leuioribus est contenta.*

23 *Filij in conditione positi cum dictione eorum restringuntur ad filios primi gradus.*

Contra num. 25.

24 *Filij in conditione positi, si in substitutione illis facta non fuerint repetita verba sine filijs intelliguntur solum vocati filij primi gradus.*

Discretiua locutio facta in secunda parte testamenti, arguit aliter testatorem sensisse in prima, numer. 24.

26 *Verba in dubio censentur apposita demonstratiuè nõ restrictiuè.*

28 *Filij in conditione positi dicuntur vocati ad portionem Patris non Patrui.*

Contra num. 29.

30 *Filij in conditione positi si agitur de hæreditate ascẽdentis censentur vocati non solum ad portionem Patris, sed etiam Patrui.*

31 *Amplia etiam ex coniecturis.*

32 *Filij in conditione positi dicuntur vocati etiam ad portionem patrui, vbi ille sine filijs decessit.*

33 *Filij in conditione positi censentur vocati etiam ad portionem Patrui stante inter eos reciproca.*

34 *Filius legitimatus facit deficere conditionem si sine filijs, & in seqq. vbi limita.*

35 *Legitimatio cum clausula sine præiudicio venientium ab intestato præseruat legitimis omnia iura fideicommissi.*

36 *Legitimatio obtenta ab Archiuio Romano habet clausulam, sine præiudicio venientium ab intestato, & sic iura fideicommissaria successionis legitimis non tollit.*

37 *Legitimatio obtenta post mortem fratris grauati non præiudicat alijs substitutis quibus iam fuerat ius quæsitum.*

38 *Præscriptio in fideicommissis successiuis decursa contra vnum ex fideicommissarijs non obest alijs successiuè vocatis.*

39 *Præscriptio non currit contra eum, qui agere non poterat, num. 38.*

Præscriptio nihil operatur vbi non est completa.

40 *Præscriptio contra pupillum non incipit currere à die mortis Patris, sed à die quo ille maior fuit effectus.*

Tempus minoris ætatis ad effectum præscriptionis subducitur, num. 40.

41 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur fideicommissario bona fideicommissi vindicare volenti & ignorantia fideicommissi præsumitur etiam in vocatis. Nisi scientia probetur, n. 42.*

DE-

DECISIO CCCCLXXXVII.

DE anno 1532. Nobilis Vir Federicus de Sinibaldis in eius, sub quo decessit Testamento institutis Laura, & Posthuma filiabus in re certa dotis nomine hæredes vniuersales esse voluit Alexandrum filium legitimũ & naturalem, & Posthumum ex Cornelia Vxore si masculus nasceretur. Et decedentibus dd. Alexandro, Laura, & Posthumo, vel Posthuma sine eorum filijs, vel filiabus legitimis, & naturalibus: Et similiter decedentibus eorum filijs, vel filiabus quandocũque substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum cippum domus ipsius Testatoris, & proximiores consanguineos de Sinibaldis.

Ex Laura, quæ nupsit Ioanni Cino ortus fuit Federicus, & ex Federico D. Franciscus Cinus. Ex Posthuma autem Portia nuncupata quæ nupsit Iacobo de Simonettis natus fuit Annibal, & ex Annibale D. Federicus de Simonettis.

De anno 1589. obijt Alexander nullis relictis filijs legitimis, sed Alexandro dumtaxat filio naturali, qui tamquam ass. hæres d. Alexandri Patris omnia bona d. fideicommisso subiecta retinuit. Quapropter dd. DD. Franciscus Cinus, & Federicus de Simonettis vti vocati ad prædictum fideicommissum Iudicium Immissionis in partibus intentarunt ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* contra d. Alexandrum iuniorem, eoque ad A.C. deuoluto, & mox de consensu partium mihi delato. Dubitaui An dd. Francisco, & Federico danda esset Immissio; Et DD. quia informantes pro Alexandro nedum impugnabant existentiam fideicõmissi ad fauorem dd. Francisci ac Federici fideicõmissariorũ, ac bonorũ identitatẽ; sed etiã opponebant præscriptionẽ quadragenariam, & detractiones. Ideo pro nunc firmarunt constare de dicto fideicommisso ad fauorem dd. descendentium ex fœminis, & præscriptionem non obstare de identitate autem, & alijs mandarunt vt particulariter videretur.

Et quoad existentiam d. fideicommissi ad fauorem dd. Francisci, & Federici illa visa fuit iustificari ex Testamento d. Federici Sinibaldi, qui decedentibus Alexandro filio, & Laura, ac Posthuma filiabus sine eorum filijs, & filiabus legitimis, & naturalibus. Et similiter decedetibus eorum filijs, & filiabus quãdocunque substituit Cippum Domus, & proximiores consanguineos de Sinibaldis. Vndè cum d. Alexander obierit sine filijs legitimis. Laura verò, & Portia Posthuma obierint cũ filijs, & Nepotibus legitimis, nempè Laura cum Federico filio, & Francisco Nepote. Portia vero cum Annibale filio, & Federico pariter Nepote, vtique per obitum dd. Lauræ, & Portiæ, earumque filiorum factus fuit locus fideicommisso ad fauorem dd. Francisci, & Federici earundem Lauræ, & Portiæ respectiuè Nepotũm. Ea ratione quia cum Testator vocauerit filios, & filios dd. Alexandri, Lauræ, & Posthumæ ex eo quia eos posuit in conditione ità pariter censetur dispositiuè vocasse Nepotes in eadem conditione
1 positos: Nam quoties † nomen filiorum ponitur in conditione veniunt etiam Nepotes per text. *in l. Lucius la secunda ff. de hered. instit. Socc. sen. cons. 249. num. 2. vers. tamen quando nomen filiorum lib. 2. Socc. iun. cons. 511. num. 22. 23. & 29. in fin. lib. 1. Ruin. cons. 144. num. 5. lib. 2. Gabr. de verb. signif. conclus. 1. num. 12. Honded. cons. 49. lib. 3.* Vbi dicit communem esse opinionem, *Peregrin. de fideicom. art. 1. num. 32. & art. 22. num. 46. & art. 28. num. 37. & seqq. Odd. de compend. par. 6. art. 3. num. 4.* vbi testatur de communi *Mantic. de coniect. vltim. volunt. libb. 11. tit. 8. num. 20. & seqq.* latè *Fusar. de substit. q. 413. num. 3.* vbi quadraginta Doctores cumulat, & hanc etiam opinionem aliàs amplexa fuit, *Rota decis. 243. num. 4. par. 2. diuers. & in Senogallien. fideicõmissi 11. May 1626. coram bon. mem. Remboldo, & in eadem 19. Aprilis 1627. coram bon. memor. Cardinali Virili, & alias sæpe.*

2 Eoque magis † quia versamur in fideicõmisso Ascendentis, quo casu appellatione filiorum etiam Nepotes continentur ad *text. in l. cum Auus ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi, C. de fideicom. Rota coram Greg. XV. decis. 315. n. 5.*
3 Maximè concurrentibus alijs † coniecturis, de quibus infra *Grat. discept. 352. num. 23. & seqq. Peregr. cons. 91. num. 34. lib. 1. Corn. cons. 97. num. 3. vers. est enim tàm vrgens lib. 1. Rot. in Viterbien. fideicommissi 18. Decembris 1600. coram D. Litta, & coram Gregor. XV. decis. 329. num. 3. & par. 1. rec. decis. 226. num. 6. & 486. num. 20. & in allegata Senogallien. coram Remboldo, & Virili.*

Idque confirmatur ex eo, quia Federicus Testator postquam posuit in conditione filios Alexandri, Lauræ, & Posthumæ per d. verba. Et decedentibus Alexandro, Laura, & Posthuma sine filijs, vel filiabus subdidit. Et similiter decedentibus eorum filiis, vel filiabus quandocunque &c. Quæ verba idem operantur, ac si dixisset & decedentibus eorum filijs, & filiabus sine eorum filijs, & filiabus, & sic explicitè etiam nepotes in conditione po-
4 suisset, virtute scilicet dictionis, & similiter, quæ inducit dispositionem præcedenti similem ad *text. in l. Clemens ff. de hered. instit. Rota decis. 36. num. 12. par. 1. diuers.* Eaque repetit om-
5 nes qualitates, † & conditiones in præcedenti oratione specificatas *Alciat. cons. 181. num. 6. & seqq. lib. 1. Rota in Pistorien. Prioratus 1. Decembris coram Eminentissimo D. Cardinale Pamphilio.* Pro-
6 ut in simili † de dictione pariformiter dixit *Rota in Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Et in specie quod
7 dictio similiter † repetat conditionem sine filijs in præcedenti vocatione adiectam firmat, *Fusar. cons. 4. num. 22. vers. & sensit, & cons. 37. n. 15 vbi alios refert.*

Quod autem prædicti positi in conditione sint vocati ad fideicommissum de quo agitur
8 res visa fuit carere difficultate, † quãuis enim regulariter positi in conditione non censeantur

tur vocati ex *gloss. in l. Lucius la seconda ff. de hæred. inst.* cum alijs fusè relatis à *Ioseph. Rustic. in tract. an & quan. lib. posit. in condit. vocat. lib. 1. cap. 2. num. 1. & à Fusar. de subst. q. 437. n. 2.*

Nihilominus à d. regula receditur, quando
9 prout hic, ex coniecturis apparet † Testatorē eos vocare voluisse, *Crauett. consil. 62. num. 6. lib. 1. Ruin. cons. 129. vers. sed præmissis non obstan. lib. 3. Peregr. cons. 91. num. 30. lib. 1. Honded. cons. 65. n. 28. & cons. 67. num. 2. lib. 1. Petr. de fideic. q. 9. num. 160.* cum alijs relatis à *Fusar. d. q. 437. nu. 6. Thesaur. decis. 96. num. 8. Gregor. XV. d. decis. 315. num. 1. & ibi Add. num. 16. Rota decis. 133. sub num. 1. decis. 266. num. 3. & decis. 320. num. 15. p. 1. rec.*

In hac autem facti specie plures, & quidem vrgentes concurrunt coniecturæ vocationis, quarum,

Prima desumitur ex qualitate legitimitatis, quam Testator in dd. filijs requisiuit, eos namque non posuit in cōditione simpliciter, sed ea sub qualitate, quod essent legitimi, & naturales ibi, sine filijs legitimis, & naturalibus, hæc enim qualitas cum censeatur adiecta
10 ad exclusionem legitimatorum, † qui vna cū legitimis ab intestato succederent plurimum vrget pro vocatione, *Socc. iun. cons. 110. num. 25. & seqq. lib. 3.* Vbi quod hæc coniectura est valdè concludens, nihilque contra eam opponi valet, *& cons. 145. num. 39. eod. lib.* Vbi potentissimam eam appellat, *Menoch. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. num. 7. & seqq. Surd. decis. 162. num. 8.*
11 *& sub num. 9. vers. & quamuis,* ait hanc † solam coniecturam tamquam vrgentissimam sufficere, & dixit *Rota coram Gregor. XV. decis. 329. num. 6. vbi aliæ decisiones cumulantur.*

Altera deprehenditur ex cōpendiosa substitutione facta illis verbis, & similiter deceden-
12 tibus sine filiis, † vel filiabus quandocunque &c. Quæ verba faciunt substitutionem compendiosam, *Bart. in l. Centurio num. 17. ff. de vulg. & pupill. Socc. iun. cons. 174. num. 24. lib. 2. Odd. de compend. par. 4. q. 2. num. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 51. num. 5. Fusar. de subst. q. 233. num. 31.* Qua
13 stante compendiosa † positi in conditione censentur vocati, *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. num. 17. Socc. iun. d. cons. 174. num. 24. Honded. cons. 65. num. 38. lib. 1. Fusar. d. qu. 437. num. 220.*
14 Tertia ducitur ex eo † quod filij semel atque iterum sunt positi in conditione, quo casu eo magis vocati præsumuntur, *Paris. cons. 18. num. 36. lib. 2. Mantic. de coniect. d. lib. 11. tit. 3. num. 25. Menoch. præsumpt. 76. num. 58. lib. 4. Fusar. d. q. 437. num. 101. Gregor. XV. d. decis. 315. num. 2. & decis. 329. num. 7. Rot. dicta decis. 266. numer. 3. par. 1. recent.*

Quarta oritur ex eo quod inter positos in conditione adest Posthuma, quia tunc om-
15 nes alij, † sub eadem conditione positi censentur dispositiuè vocati, *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 2. num. 16. & seqq. Menoch. cons. 394. num. 4. lib. 4. Fusar. dicta quæst. 427. num. 201.* vbi alios refert.

Quinta depromitur ex digressu ad plures gradus substitutionum; siquidem Testator decedentibus Alexandro, Laura, & Posthuma sine filijs substituit eorum filios, & filias, & istis Cippum Domus, ac proximiores con-
16 sanguineos de Sinibaldis; hæc enim digressio satis vrget pro vocatione, *Socc. sen. cons. 62. nu. 4. vers. postremo eadem conclusio lib. 3. Surd. cons. 167. num. 34. Fusar. q. 437. nu. 90. Seraph. dec. 1329. num. 10. Gregor. XV. d. decis. 315. num. 4. & dec. 329. num. 5. Rot. dec. 133. nu. 7. p. 1. rec. & in Senogallien. fideicommissi coram Remboldo.*

Sexta elicitur ex vocatione remotiorum, nempe Cippi Domus, ac proximiorum consanguineorum, qui sunt remotiores, quam
17 positi in conditione, qui si non essent vocati sequeretur absurdum quod remotior excluderet proximiorem, & minus dilectus magis dilecto præferretur, *Rustic. in d. tract. delib. in cond. pos. lib. 5. cap. 3. n. 5. Mantic. de coniect. d. lib. 11. tit. 3. n. 4. Fusar. d. q. 437. nu. 176. Rota in d. Senogallien. fideicommissi coram Remboldo.*

Septima, ex vocatione transuersalium, quippe Testator vocauit etiam DD. de Sinibaldis ex Alexandro fratre eiusdem Testatoris descendentes, qui profectò essent melioris conditionis quam positi in conditione ab eo-
18 dē Testatore † descendentes, si isti vocati non essent, *Paris. cons. 66. n. 33. lib. 3. Socc. sen. cons. 116. nu. 6. vers. tertia est lib. 3. Fusar. d. quæst. 437. nu. 178. Menoch. præsumpt. 76. n. 81.*

Octaua denique (omissis alijs) deducitur ex
19 clausula Codicillari in Testamento † adiecta *Peregr. cons. 91. num. 42. lib. 1. Thesaur. decis. 60. n. 2. Fusar. d. q. 437. num. 227. Rota in dicta Senogallien. fideicommissi coram Remboldo,* necnon ex clau-
20 sula † omni meliori modo, quæ pariter arguit vocationem, *Honded. cons. 65. num. 41. lib. 1. & cons. 54. num. 47. lib. 2. Fusar. d. q. 437. num. 225. Put. decis. 214. num. 5. lib. 3. in correct. Rota d. decis. 133. num. 7. p. 1. recent.* Quæ coniecturæ vbi ea-
21 rum quælibet † sigillatim ponderata non sufficeret simul iunctæ indubitatam inducunt vocationem, *Grat. cons. 106. num. 48. vers. & licet lib. 2. Mantic. de coniect. d. lib. 11. tit. 3. num. 26. vers. nec dubium Gregor. d. decis. 315. num. 9. & ibi Add. num. 19. & decis. 329. n. 10.*

Præsertim fauore descendentium à Testatore, pro quorum vocatione non requirun-
22 tur coniecturæ necessariæ, † & concludentes, sed etiam leuiores sufficiunt, *Mantic. d. lib. 11. tit. 2. in fin. Gratian. discept. forens. cap. 352. num. 23. & 26. Gregor. XV. d. decis. 315. num. 5. & dec. 329. num. 3. Rota in d. Senogallien. fideicommissi coram Remboldo, & Virili & dicta decis. 133. num. 7. par. 1. recent.*

Nec pro exclusione dd. Nepotum releuant duæ coniecturæ exaduerso ponderatæ, quarū prima desumebatur ex eo, quod Testator posuerit in conditione filios Alexandri, Lauræ, & Posthumæ eum dictione, *eorum*, ibi sine eorum filijs, vel filiabus, quæ dictio, *eorum*, tam-
23 quam denotans † quamdam immediatatem videtur restringere, seu limitare vocationem ad filios primi gradus ex *Ias. in l. Gallus, §. instituens num. 23. ff. de lib. & posthum. cum alijs relatis per Fusar. q. 321. num. 27. & q. 412. nu. 17.* Secunda verò ex eo, quod idem Testator in secunda sub-

substitutione facta illis verbis, *& similiter decedentibus &c.* discretiuè [illegible] corum
24 filijs absq; † conditione si sine filijs, quæ differentia, ac simplex nominatio videtur innuere Testatorem [illegible] filijs primi gradus intellexisse, *Corn. consil. 90. num. 6. lib. 3. cum alijs relatis a Fusar. d. q. 321. n. 60.*

Quoniam hæ duæ coniecturæ, vltra quod conquassantur ab alijs in contrarium pro vocatione ponderatis DD. visæ fuerunt satis leues.

Siquidem illa descripta ex dictione, *eorum*, non est multum [illegible] cum in dubio stet
25 potius † demonstratiuè, quam restrictiuè, ad indicandas scilicet personas [illegible], à quibus in conditione positi descendunt, non autem ad restringendam vocationem ad filios primi gradus, *Sim. de Pret. consil. 56. num. 12. cum alijs allegatis per Fusar. d. qu. 321. num. 21.* Prout etiam in dubio verba conditioni apposita, e-
26 monstratiuè, † & non [illegible], *Bals. [illegible] 339. sub num. 1. vers. quæ verba [illegible]. Roman. consil. 343. num. 7. & seq. Sim. de Pret. d. cons. [illegible] nu. [illegible].* Altera verò ex eo deducta, quod Testator in secunda vocatione non apposuerit dictionem, sine filiis, eliditur ex altera dictione, & simili-
27 ter, in eadem † vocatione apposita, quæ reperit eandem conditionem sine filijs in præcedenti vocatione adiectam, *Rot. d. dec. 36. num. 2. par. 5. diuers. cum alijs supra allegatis.*

Nec dicatur, quod dd. filij, & nepotes sint vocati ad portionem Lauræ, & Portiæ duntaxat ascendentium, nō autem ad Portionem Alexandri senioris auunculi: Cum enim positi in conditione, quando sunt vocati cen-
28 seantur vocati † ad portionem Patris, non autem Patrui ex [illegible] a *Rustic. d. tract. an, & quand. lib. pos. in cond. lib. 5. cap. 9. num. 4. & seqq. Peregr. de fideic. art. 28. n. 19. Fusar. q. 440. n. [illegible].*

Nam omnes quod non desunt Doctores, qui indistinctè contrariam tuentur opinionem
29 nempe quod positi † in conditione voce [illegible] etiam ad portionem Patrui, quam tenent *Ancbar. cons. 74. num. 2. Crauet. cons. 130. num. 6. & cons. 320. num. 3. Peregr. cons. 3. num. 1. vers. secunda ratio lib. 3. Rustic. in d. tract. de lib. in cond. pos. d. cap. 9. nu. 7. & seqq. cum alijs cumulatis à Fusar. d. q. 440. num. 4. & 5.* DD. nullam habuerunt diffi-
30 cultatem in præsenti casu. Tum quia positi in conditione fuere descendentes à Testatore, qui proinde censentur etiam ad portionem Patrui ne transmittantur ad successionem illis exclusis admissi [illegible], *Crauet. d. cons. 126. num. 3. Ruin. cons. 144. num. 9. lib. [illegible]. Corn. cons. 306. in fin. lib. 4. Mantic. de coniect. l. b. 7. tit. 5. num. 7. Fusar. d. q. 440. num. 6. [illegible] reg. [illegible] dec. 37. num. 8. Rot. decis. 266. num. 3. & 4. par. 1. recent.* Vbi quod Ro-
31 ta hanc † opinionem sæpius amplexa fuit, etiam non vocatos ex coniecturis [illegible]atur, cum in genere [illegible] Testatorem voluisse alienam posteritatem propriæ [illegible] præterire [illegible] ait Imperator in l. cum aut [illegible] demonstrata & [illegible] amissimi, C. de fideic.

32 Tum etiam [illegible] Alexander [illegible] decesserit sine [illegible] quo [illegible] positus in conditione etiam ad portionem Patrui vocari præsumuntur, *Corn. cons. 306. col. vlt. lib. 4. Gabr. cons. 1 [illegible] nu. 13. circa fin. vers. concludo igitur, lib. 1. Ruin. cons. 139. num. 20. lib. 3. Fusar. d. qu. 440. num. 9.*

Tùm & demum, quia cum Testator omnibus primo loco vocatis substituerit Cippū Domus, ac proximiores consanguineos de Simbaldis, & sic fecerit inter eos reciprocam,
33 clarè sequitur † positos in conditione etiam ad portionem Patrui vocatos fuisse, nam alias omnibus deficientibus Cippus Domus succedere non posset, *Soc. sen. cons. 62. num. 4. vers. 5. eadem conditio lib. 3. Crauett. cons. 150. num. 6. Ruin. d. cons. 139. num. 19. Rota in Romana fideicommissi de Incoronatis 13. Nouembris anni præteriti coram R. P. D. meo Pironano.*

34 Non obstat, quod Alexander iunior † fuerit legitimatus, ac proinde faciat deficere conditionem si sine filijs legitimis, *Pereg. de fideic. art. 28. num. 45. Molin. de primog. Hispan. cap. [illegible] n. 20. Roland. cons. [illegible] num. 19. lib. 3. Fusar. q. 408. num. 1. vbi alios refert.* Quia cum asserta legitimatio fuerit obtenta à Collegio Archiuij Romani non suffragitur ad hunc effectum, cum ha-
35 beat in ventre † clausulam sine præiudicio venientium ab intestato, quæ præseruat legitimis omnia iura fideicōmissi, quando, prout hic agitur de successione [illegible] fideicōmittentis *Ruin. cons. 106. num. 3. vers. & in casu nostro, lib. 3. Menoch. cons. [illegible] numer. 38. & præsumpt. 79. num. 43. lib. 4. Peregr. de fideic. art. 23. nu. 75. Fusar. d. tract. q. 408. num. 116. Rota dec. 667. num. 3. par. 1.*
36 recent. Et in terminis legitimationis obtentę à Collegio Archiuij Romani, *Honded. d. cons. 67. num. 41. & seq. lib. 1. Grattian. dis. cpt. 496. nu. 7.*

Eoque magis cum illa fuerit obtenta post mortem Alexandri Patris grauati, quæ pro-
37 pterea † non præiudicat alijs substitutis, quibus iam fuerat ius quæsitum, *Peregr. de fideic. art. [illegible] num. 74. Fusar. d. q. 408. num. [illegible] 5. Rota d. dec. 667. num. 3. & seqq. par. 1. recent.* Vbi virtus d. [illegible] declaratur, & aliæ decisiones cumulantur.

Quo verò ad alterā partē resolutionis circa præscriptionē illam DD. dixerunt non intrare fiue illa deducatur ab anno 1589. quo obijt Alexander senior hæres grauatus vsq; ad annum 1628. quo iudicium [illegible] fuit quia cum versetur in fideicommisso successiuo ad fauorem plurium vocatorum qui gradatim
38 obierunt, præscriptio † si quę integrè decursa fuisset contra [illegible] ex hoc coimmittentis non obesset alijs successiuè vocatis, qui cum agere non valuerint, nulla potuit contra eos currere præscriptio ad l. [illegible] in fin. C. de annal. except. Alex. cons. [illegible] num. 23. lib. [illegible]. Natt. cons. [illegible] num. 5. & [illegible] Peregr. de fideic. art. 41. nu. 16. Molin. de primog. [illegible] b. 4. cap. 10. nu. 3. Rota in Florentina [illegible] ancatoris 2 [illegible] Nouembris 1637. coram R. P. D. Ghisl[illegible]. Siue deducatur à die obitus Federici Cini, aut Annibalis de Simonettis Quandoquidem respectu dicti Federici Patris Francisci [illegible] Actoris nulla adest legitima præscriptio cum d. Federicus obierit de anno 1619. vt constat ex fide obitus extracta è libro
39 defunctorum, † à quo tempore vsque ad annum

num 1629. quo iudicium motum fuit nouem dumtaxat effluxere anni, qui vtique non sufficiunt ad inducen̄ pręscriptionem ex vulg.

Respectu verò Annibalis Patris Federici pariter Actoris asserta præscriptio completa non fuit. Nam quamuis d. Annibal obierit de anno 1589. Nihilominus cum d. Federicus eius filius non fuerit effectus maior nisi de anno 1608. vt constat ex fide baptismatis in actis producta asserta præscriptio contra eum cępisset currere non à die obitus Patris, sed à die quo ipse maior fuit effectus, cum de iure
40 tempus minoris † ætatis ad hunc effectum non computetur, *l. sicut, vbi glos. in verbo seruanda, vers. Item nota hic, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Alex. d. cons. 101. num. 27. lib. 7. Statil. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 280. iuxta moder. impress. Osasch. dec. 179. num. 14. Guidop. decis. 31. numer. 3.* à quo tempore vsque ad tempus motæ litis de anno 1628. nonnisi 20. effluxerunt anni.

Et in omnem casum quatenus asserta præscriptio completa fuisset, quam non esse com-
41 pletam liquet † ex prædictis, adhuc daretur restitutio ex capite probabilis ignorantiæ, quæ præsumitur, nisi scientia d. fideicommissi cum patientia vocatorum exaduerso probetur, *Peregr. de fideic. art. 41. num. 12. Crauett. de antiq. temp. par. 4. num. 201. Gabr. de præscript. conclus. 13. nu. 10. Fusar. q. 528. n. 22. vbi alios cumulat.*

Et ita vtraque parte informante.

PERVSINA RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Lunæ 22. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

De emptionis, & venditionis substantia est; quod pretium sit certum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas probatur ex actis.*
2 *Peritis recusantibus æstimationem proferre resoluitur contractus emptionis, & venditionis.*
3 *Pretij certitudo inter alia requiritur pro substantia contractus emptionis, & venditionis.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

AC. tulit sententiam de voto Rotæ ad fauorem Io: Baptistæ emptoris domus paternæ, seu ratę illius contra Franciscum, & Io: Paulum fratres de Herculanis venditores, qua pronunciauit contractum d. emptionis, & venditionis inter eos initum esse resolutum dictosque venditores teneri ad restitutionem scutor. 200. ad computum pretij receptorum caus per appellationem ad Rotam delata, mihique commissa. Dubitaui, an d. sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. pro confirmatione responderunt.

1 Validitas namque constat ex † reuolutione actorum, ex quibus apparet omnia requisita interuenisse.

Iustitia verò satis liquere visa fuit ex bene deductis in decisione facta super ista causa sub die 20. Iunij 1636. coram R. P. D. meo
2 Merlino. Cum enim venditio † de qua agitur facta fuerit pro pretio æstimando à duobus Peritis hinc inde electis, & ijs discrepantibus à tertio. Primi autem duo longe inter se dissenserint. Tertius verò suum proferre Iudicium recusauerit, vtique pretium remansit incertum, ac propterea d. contractus fuit resolutus cum pro substantia contractus emptio-
3 nis, & venditionis inter alia requiratur certitudo pretij, *l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt. l. empti fides, C. eod. Bald. in l. in vendentis, num. 4. C. eod. cum alijs relatis in d. dec. R. P. D. mei Merlini*, quæ cum sit fulcita optimis fundamentis, & omnibus obiectis in contrarium adductis bene satisfaciat DD. ab ea recedere noluerunt.

Et ita Io: Baptista tantum informante resolutum fuit.

TARRACONEN. PRIMITIARVM.

Veneris 16. Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur quando materia articulata potest probari per scripturas, consistit in mero puncto iuris, vel est omnino improbabilis, seu de directo contraria instrumentis, & testibus examinatis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur ad probandum ea, quæ possunt per scripturam probari.*
2 *Remissoria non competit quando articuli sunt irreleuantes.*
3 *Remissoria non est danda, quando materia articulata consistit in mero articulo iuris.*
4 *Remissoria censetur calumniosè petita, quando in partibus fuerunt examinati testes, cum præsumatur facta ea probatio, quæ melius fieri poterat.*
5 *Immemorabilis nunquam intrat dato initio temporis.*
6 *Articuli non debent admitti si veniant contra Instrumentum, vel conuincerentur testes alias examinati de periurio.*
7 *Remissoria denegatur, quando calumnia est vehemens licet articuli sint releuantes.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

CVM in hac causa in tertia instantia coram me vertente pro parte Abbatis, & Monasterij S. Mariæ de Populeto instaretur confirmari duas sententias Rotales, quibus fuit pronunciatum Ecclesiam Parochialem Villæ de Vimbodino esse de mensa eiusdem Abbatis, & Monasterij, dictoque Abbati & Monasterio propterea deberi primitias omniũ fructuum, qui in d. Villæ districtu colliguntur salua medietate Rectori assignata pro curæ exercitio. Monserratus Pol institit pro Remissoria, super qua hodie proposito dubio fuit resolutum illam esse denegandam.

Nam

Nam ex tribus articulis super quibus illa
petitur. Primus continet, quod Monserratus
ante motam litem, & aliquibus annis citra
fuit, & erat Rector Ecclesiæ Vimbodini, &
vti talis erat, & est in possessione d. Ecclesiæ,
& illius iurium, & à d. tempore citra: Vnde
1 non est locus † Remissoriæ, nedum quia cum
d. Monserratus non possit esse Rector sine ti-
tulo, & institutione, ista possunt probari per
scripturas, quo casu non solet dari Remisso-
ria, *Felin. in cap. 1. num. 4. de appell. Bellam. decis. 9.
Rota dec. 10. num. 6. de offic. deleg. in nou.* sed etiam
2 dato, quod iste articulus † probaretur non
prodesset tamquam materia irreleuans, pro
qua non competit Remissoria, *l. ad probatio-
nem, C. de probat. Cæs. de Graff. dec. 1. n. 5. & dec. 2.
de dilat. Verall. dec. 68. n. 2. par. 2.*

In secundo deinde articulatur, qualiter Pri-
mitiæ omnium, & singulorum fructuum, qui
in d. Villæ Vimbodini districtu colliguntur
ab immemorabili citra ante motam litem
semper spectarunt ad d. Ecclesiam Parochia-
lem Vimbodini, illiusque pro tempore Re-
ctores, absque eo, quod vnquam medietas,
vel aliqua pars dd. primitiarum pertineret ad
Abbatem, & Monasterium S. Mariæ de Popu-
3 leto; sed istius articuli † respectu Remissoria
non debet concedi, tum quia pertinentia ista
visa fuit consistere in mero articulo iuris, su-
per quo tamquam materia minus adæquata
Testibus non est danda Remissoria. Tum
4 quia † istamet pertinētia fuit alias in partibus
bis articulata, vt iustificatur in facto: Vnde
remanet præclusus aditus nouæ Remissoriæ
super illa *Verall. decis. 66. par. 3. Rota dec. 146. n. 9.
& dec. 235. num. 7. par. 5. recen.* Nam cum præsu-
matur iam in partibus facta ea probatio, quæ
melius fieri poterat, Remissoria censetur ca-
lumniosè petita, *Verall. decis. 63. par. 3. Crauett.
cons. 134. n. 3. Greg. dec. 414. n. 1.*

Tertiò deinque articulus continet, quod
Ecclesia de Vimbodino, & pro ea ipsius Re-
ctores à tempore immemorabili tamquam
Domini, & possessores veri fuerunt, & sunt in
possessione exigendi, & percipiendi dd. primi-
tias absque eo, quod Abbas, & Monasterium
de Populeto vnquam fuerint in possessione
dd. primitiarum medietatis, vel alicuius illa-
rum partis. Quia vltra quod istamet posses-
sio immemorabilis fuit pariter in partibus
alias articulata, & super illa examinatis 11. Te-
stibus minus probata, & propterea ex proxi-
mè deductis non est locus Remissoriæ, iste
5 articulus, prout etiam antecedens videtur im-
probabilis, dum scilicet constat de initio ac-
quisitionis ex parte Monasterij, scilicet domi-
nij temporalis, & spiritualis ex priuilegijs Re-
gum, & Summorum Pontificum, vt in deci-
sionibus causæ benè firmatur: Vnde duo re-
sultant. Primò, quod dato initio temporis
nunquam intrat immemorabilis, *Rota dec. 542.
num. 3. Greg. XV. dec. 467. n. 6.*
6 Secundum, quod articuli isti sint de directo
contrarij Instrumentis ponderatis in decisioni-
bus causæ, ex quibus cōtrariū materiæ articu-
latæ conuincitur vnde non est locus Remisso-
riæ, quia stantibus d. Instrumentis excludi-
tur probatio per Testes, *Rota decis. 305. num. 2.
& 4. par. 4. recen.* Probatio enim facta per In-
strumenta præualet probationi factæ per Te-
stes, maximè quando prout hic agitur de facto
antiquo, *Bald. in cap. cum causam num. 3. de pro-
bat. vbi Felin. num. 5. Dec. cons. 146. num. 14. Alban.
cons. 244. num. 10. Canal. dec. 294. nu. 1. & 375. n. 6.*
Et prędicta tanto magis procedunt ex quo vl-
tra dd. Instrumenta fuit etiam probatum per
Testes pro parte Abbatis, & Monasterij exa-
minatos medietatem primitiarum pertinere
ad ipsum Abbatem, & Monasterium ab illis-
que fuisse perceptam spatio 40. annorum, &
vltra, cum quibus Testibus videntur concor-
dare Testes aliàs in partibus pro parte Recto-
rum examinati cum non deponant de omni-
bus fructibus collectis, nec de toto districtu,
vel Territorio Vmbodini, sed tantum de ali-
quibus terris, seu petijs terræ, & de aliquibus
fructibus, quæ perceptio percipienda à Recto-
re potest verificari in medietate primitiarum,
de qua non est controuersia. Quapropter si
admitterentur isti articuli resultaret probatio
de directo contraria dd. Instrumentis, & con-
uincerentur Testes aliàs examinati de periu-
rio, & falsitate, quo casu Remissoria non con-
ceditur, *Rota dec. 146. num. 6. par. 5. rec.*
7 Ex quibus omnibus negari non potest quin
intret vehemens calumniæ suspicio, propter
quam denegari solet Remissoria etiam quan-
do articuli essent releuantes, *Seraph. dec. 1460.
num. 1. Rot. dec. 275. num. 6. par. 5. rec.*

Et ità &c.

PISTORIEN. PAROCHIALIS SANCTI HIPPOLITI.

Lunæ 19. Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

Ex quibus Præsentatus censeatur melius iustifi-
casse pertinentiam suorum Pręsentantium sit-
que instituendus.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus in concursu is venit instituendus, qui melius, & clarius docet de pertinentia præsentantis.*
2 *Transactio habet vim rei iudicatæ.*
3 *Iurispatronatus pertinentia arguitur ex descendentia ab existente in quasi possessione præsentandi.*
4 *Res iudicata probat pertinentiam Iurispatronatus.*
5 *Beneficij vltimus status attenditur.*
6 *Donatio conditionalis non purificata conditione resoluitur.*
7 *Monachus de iure non potest esse tutor.*
8 *Tutor non potest sine solemnitatibus in præiudicium minoris donare.*
9 *Iurispatronatus donatio in recompensam laborum, & expensarum non sustinetur.*
10 *Ratificatio actus inualidi nihil operatur.*
11 *Donatio non probat dominium donatarij, sed requiritur quod aliunde probetur.*
12 *Sententia lata super statu afficit omnes.*

13 *Res indicata tollit omnia alia retroacta adeout illa sola veniat attendenda.*

14 *Præsentationes non effectuata non suffragantur.*

15 *Acta in executionem sententiæ gesta prævalent confessioni desumpta ex epistolis.*

16 *Iurispatronatus translatio est nulla sine consensu Episcopi, vel beneplacito Apostolico.*

17 *Beneficium Apostolicum quando est reseruatum cum clausula,* non alias, *debet per necesse interuenire, etiamsi non esset necessarium.*

18 *Iuramentum regulatur secundum naturam contractus, cui apponitur taliter, quod si contractus corruit, iuramentum euanescat.*

19 *Confirmatio non extendit dispositionem ad casum non expressum.*

DECISIO CCCCXC.

VACANTE Parochiali, de qua agitur de Iurepatronatus familiæ de Guazalotijs fuerũt ad illam pręsentati Io: Franciscus Guazalotius, Philippus Bochinerius, & Laurentius Cardellus, videlicet primi duo à Matthęo, & fratribus de Guazalotijs, vltimus scilicet Laurentius Cardellus à D. Iuliano hęrede q. Raphaelis de Medicis, inter quos pręsentatos orta controuersia in partibus. Deinde commissa mihi causa in Rota. Proposui dubium, quis ex eis esset instituendus, cuius resolutio (suppositis existentia Patronatus, illiusque vacatione, & habilitate pręsentatorum, quę inter partes nõ controuertebantur) ab eo pendere videbatur, an, & pro qua parte melius, & clarius esset probata pertinentia istius Patro-
1 natus, cum in concursu is veniat de iure instituendus, qui melius, & clarius docet de pertinentia Pręsentantis, *Rota dec.374. num.4. par.1. recent.* cum pluribus ibi cumulatis, & in simili concursu facit *doctr. Bart. in l. fin. num.21. C. de edict. Diu. Adr. toll.* quam sequuta fuit *Rota in Perusina fideicomm. de Cincijs, Ven.8. Iunij 1628. coram bon. mem. Card. Vrili.*

Pro parte enim Cardelli dicebatur probatam esse pertinentiam D. Raphaelis sui Authoris ex pluribus.

Primo ex Instrumento donationis sibi factæ à Vincentio, & Mainardo de Guazalotijs, de quorum iuribus asserebatur constare. Tùm ex sententia reintegratoria lata ad fauorem familię de Guazzalotijs. Tum ex pluribus pręsentationibus per eumdem Vincentium, & Mainardum factis ante annum 1590. iuncta vltima pręsentatione subsequuta de anno 1604. confirmata postmodum per sententiam de partibus. Tum denique ex confessione q. Iacobi Patris Matthęi Authoris supradictorum Ioannis Francisci, & Bochinerij desumpta ex Epistolis per eum scriptis antedicto Vincentio.

Secundo ex altero Instrumento donationis pariter ad fauorem eiusdem Raphaelis post mortem dd. Vincentij, & Mainardi factę à Tutore, & Curatore Scipionis filij, & hęredis antedicti Io: Vincentij, & Mainardi, iuncta ratificatione subsequuta eiusdem Scipionis.

Vltimo ex Instrumento Transactionis initæ inter eumdem D. Raphaelem, & prędictum Matthęum, in qua expresè fuit conuentum, quod Patronatus istius Parochialis in futurum spectare deberet ad eumdem Raphae-
2 lem, † quæ sola transactio videtur sufficiens ad probandam pertinentiam cum ea habeat vim rei iudicatæ, *cap.1. de lit. contest. in 6. Rota coram Card. Seraph. dec.1059. num.1. & in recen. dec.414. n.2. par.2. & dec.402. n.4. par.5.*

Prædictis tamen minimè obstañ DD. re matarè discussa contrarium resoluerunt, scilicet Franciscum, & Bochinerium præsentatos à Matthæo, & fratribus de Guazzalotijs esse instituendos, quorum pertinentia melius, & clarius probari visa fuit ex pluribus.

3 Primo quia prædicti Matthęus, & † fratres habent causam à Iacobo existẽte in quasi possessione præsentandi, quod in proposito sufficit ad obtinendum institutionem, *Rot. dec.146. num.2. dec.214. num.8. & dec.337. num.3. par.2. recent. Greg. XV. dec.349. num.1. vbi Adden. num.6. & dec.452. num.17.* Cum ex quasi possessione facile inferatur ad pertinentiam, *Rota decis. 13. num.3. & decis.518. num.5. par.1.* Et fuit firmatum ad fauorem eiusdem familiæ super eodem Patronatu, licet super diuerso beneficio in *Pistorien. Plebania, Ven.24. Martij 1623. coram Nauarro.*

4 Secundo ex sententia lata de anno 1590. qua fuit pronunciatum Patronatum spectare ad Iacobum, & filios, quæ quidem sententia cum fecerit transitum in iudicatum concludenter probat pertinentiam, *Maresc ott. var. resol. lib.1. cap.56. num.66. Rota dec.269. num.4. & 5. par.2. diuers. Seraph. dec.577. num.8.* Iuncta effectuatione subsequuta ex eo, quod idem Iacobus in executionem d. sententiæ obtinuit apponi arma suæ familæ, ac recognosci in Patronum à Rectoribus, & signanter à Rectore Parochialis, de qua agitur, & successiuè fecit præsentationem, quæ fuit effectum sortita ad fauorem Philippi, cuius obitus dedit causam liti, ex qua præsentatione remanet probatus
5 vltimus status, † quæ pariter in proposito sufficit, *Gonzal. ad reg.8. glos.45. §.2. numer.14. Rota decis.2. num.2. de præb. in nou. & firmatur in eadem Pistorien. Plebaniæ coram Nauarro in §. vlt.*

Nec obstare cẽsuerunt fundamenta in contrarium allegata.

Nam quoad donationem Vincentii, & Mainardi factam ad fauorem D. Raphaelis illa non
6 visa fuit releuare, † quia legitur stipulata cum conditione, si Mainardus decesserit sine filijs, quæ conditio per obitum Mainardi cum Scipione filio euanuit, & consequenter donatio quoque resoluta censetur ad text. in *l. necessario, §.1. ff. de peric. & com. rei vend. l. & in talem, §. si Stichum, ff. de hered. instit. Rota coram Gregor. XV. dec.117. num.1. & inter recent. decis.653. n.8. par.1. & dec.91. n.1. par.2.*

Prout nec aliquod fundamentum fieri posset super donatione facta à Tutore Scipionis.
7 Tùm quia † legitur facta à quodam Monacho Casinensi, qui de iure non poterat esse Tutor, *Auth. de sacros. Episc. §. Deo nobis, cap. Cypria-*

prianum 21.q.3. Guttier.de tutel. par.1.cap.1.num.3. cum aliis cumulatis in Romana Tutela 12. Nouembris 1627. coram me.

8 Tum etiam quia tamquam talis non potuit sine solemnitatibus in præiudicium Scipionis minoris donare, *l.Tutor, §. final. ff. de admin.tut. l.1.in princ. ff. de tutel. l. pactum Curatoris, C. de pact. Gratian.discept.409.n.25.*

9 Tum denique quia legitur facta ad fauorem D.Raphaelis in recompensam laborum,& expensarum per eumdem Raphaelem factarum in lite vertente super eodem patronatu, quæ quidem donatio de iure subsistere non potest, *Lambert.de Iurepat.lib.2.par.1.q.9.art.11.Nauarr. in Manual.cap.27.Marescott.var. resol. lib.3.cap.9. num.21.vbi alios refert.*

10 Nec quidquam operatur ratificatio Scipionis subsequuta, quia stante inualiditate d. donationis ratificatio subsequuta eodem iure censetur, cum illa eamdem naturam actus ratificati sequatur, *l.Aurelius, §. Testamento, ff. de liber.leg.Rot.dec.369.n.5. par.2. recent.*

Præterea data etiam validitate antedictarũ donationum nihilominus existimarunt DD.

11 illas in præsenti casu non releuare. Quia donatio de iure non probat pertinentiam donatoris, sed requiritur, vt illa aliunde probetur, vt alias firmauit *Rota coram Mantic. decis. 148. n.2. cum pluribus ibi cumulatis.*

Nec illa potest dici probata ex sententia reintegratoria emanata de anno 1552.

Quia licet cantet ad fauorem familiæ de Guazalotijs, non tamen probatur Vincentiũ, & Mainardum esse de eadem familia, immo contrarium constat ex altera sententia canonizatoria lata de anno 1590. qua fuit pronunciatum Patronatum spectare ad Iacobum, &

12 eius filios † priuatiuè quoad alios quæ sententia lata super statu afficit omnes, vt fuit decisum in alia causa *Pistorien. Parochialis, Veneris 24.Martij 1623. coram bon.me. Nauarro in §. Philippus, & in eadem Luna 12. Iunij 1623. in §. cui non obstant.*

Minus ex protestationibus factis à Vincentio, & Mainardo, nam quoad præsentationes emanatas ante annum 1590. illę non sunt attendendæ, quia postmodum emanauit sententia canonizatoria in iudicatum transacta, quę

13 tollit omnia † alia retroacta, adeout illa sola veniat attendenda, prȩsertim quia dd. præsen-

14 tationes non probantur effectuatæ, *cap.cum inter de re iudic. Alex.cons.39.nu.23.vol.6. Surd. cons. 136.n.29. Rota dec.607.num.5. par.4. recent.*

Quo verò ad vltimam præsentationem emanatam post d. sententiam de anno 1604. comprobatam per sententiam de partibus, illa pariter non est habenda in consideratione, quia præsentatio non habuit effectum, & sententia fuit postea reuocata, vt in Summ.Mathei num.3.

Prout nec pertinentia dd.donatorum visa fuit probari ex confessione Iacobi desumpta ex Epistolis per eum scriptis. Quia præmisso, quod Epistolę sunt dubitatiuæ, & propterea non attendendæ tollitur obiectum.

15 Tum ex aliis Epistolis per eum scriptis, quibus apertè declarauit se velle vti proprijs iuribus contra omnes. Tum etiam ex sententia canonizatoria in iudicatum transacta iunctis quamplurimis actis per antedictum Iacobum in executionem illius gestis, quę absque dubio prȩualent antedictis Epistolis, vt alias fuit responsum in d. *Pistorien. Plebania 12.Iunij coram Nauarro in §. cui non obstant Epistolę.*

16 Denique non visum fuit releuare vltimum, & præcipuum fundamentum desumptum ex transactione, quia cum illa contineret translationem Patronatus non poterat fieri sine consensu Ordinarij, vel sine beneplacito Apostolico, sine quo de iure subsistere non potest iuxta text. in *cap. præterea, & ibi Doct.communiter de transact. Lambert.de Iurepatron.lib.3.q.9.ar.2. num.10.& art.6. per tot.Marc. Anton. variar. resol. lib.1.resolut.7.n.18.*

17 Prȩsertim quia dicta Transactio fuit facta à Procuratore habente mandatum cum conditione expressa, quod deberet obtineri approbatio, & consensus Sedis Apostolicæ cum clausula, *non alias, aliter, nec alio modo*, quę operatur vt beneplacitum etiamsi non esset necessarium, nihilominus pro validitate debuerit obtineri, *Buratt.dec.374. Greg.XV. decis.192. num.3.* Adeout eo non obtento transactio nihil possit operari, perinde ac si facta non esset, *Bald. in l. siquidem num.3.C.de except.Caputaq.decis.12. num.3. & 4. par. 3. cum alijs cumulatis per Mart.de claus. par.1.claus.24. n.9.*

18 Nec defectus d. beneplaciti suppleri potest per iuramentum appositum in transactione, quia iuramentum regulatur secundum naturam contractus, cui apponitur, taliter quod si contractus corruit, iuramentum quoque euanescat, *c.quanto de iureiur.l. fin.C.de non numer.pecun.Gratian.discept. for.cap.722. n.39.& seq. Abb. cons.37.n.2.*

19 Minus defectus prędictus dici potest sublatus per confirmationem emanatam super transactione inita inter alios prȩsentatos, quia in d.confirmatione nulla fit mentio transactionis initę super pertinentia istius Patronatus, & propterea ad eam extendi non potest, *Seraph.dec.615.num.8.& decis.481. num.4. Caual. dec.385.num.1.Greg.XV.dec.159.num.4. Rot.decis. 597.n.5.par.3.rec.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZVCCARIS.

Luna 26. Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

Testamentũ inter liberos non requirit directã, & expressam institutionem, sed sufficit quocũq; modo illa ex verbis testamẽti colligatur Clausula Codicillaris, & omni meliori modo faciant substinere testamentum, eo modo quo substineri potest. Fideicommissum reale, & successiuum afficit omnes vocatos, ita vt omnes censeantur grauati, & quando illud dicatur constitutum.

da fondamenti nel Monte Pincio alla Trinità de Monti da me Federico Zuccari de miei sudori, e fatighe la lascio sotto fideicommisso, che non si possa ne vendere, ne impegnare, ne alienare &c. & post varias declarationes circa augmentum d. domus eiusque vsum ita subiunxit, *e di tutti l'altri miei mobili, e stabili lascio la nominatione, dispositione à miei heredi, e non nominando essi alcuno doppo la linea restino alla Compagnia di S. Luca il tutto in tal caso, e che detti Successori debbano mantenere anzi augmentare &c. conforme la rendita d'essa Casa, & altri beni, che li potessero rimanere d'altri miei heredi come di sopra &c.* Octauianus Vxorem duxit, ex qua Federicum Iuniorem, & alios filios procreauit, qui cum agerent pro Immissione ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr.* in possessionem d. domus vti subiectæ fideicommisso d. q. Federici eorum Aui contra D. M. Antonium Tuscanellam illius tertium possessorem, fuit oppositum quod Testamentum d. q. Federici erat inualidum vti non habens expressam hæredis institutionem. Quocirca propositio dubio an constaret de Testamento valido, & posito quod sic, an in illo adesset fideicommissum, affirmatiuè quoad vtrumque fuit responsum.

Et quoad primam partem resolutionis Informantes pro Zuzzaris non controuertebant, † quin Testamentum omnino carens institutione hæredis subsistere nō valeat, cum illa sit caput Testamenti, & fundamentum *§. ante haeredis instit. delegat. l. 1. fin. ff. de vulg. & pupill. l. proximè, 1. vers. non potest vllum ff. de his quae in Testam. delent. Rot. decis. 107. num. 8. in fin. par. 3. recent.* sed dicebant hæredis institutionem in Testamento d. q. Federici totalem non deficere, quinimo illam clarè desumi ex dd. verbis in prædicta serie facti relatis, nec non ex toto fere contextu Testamenti, † in quo Testator pluries eius filios, & descendentes hæredes nuncupauit ibi, *con patto però di poterlo rienperare, e ritrouenderli dalli presenti, ò futuri heredi*, & ibi, *mà fino ch'io haverò commodità, ò miei heredi far quanto sornino li detti stanzini &c. E caso che il Signor Iddio &c. obligo gli heredi miei &c. Item voglio, che detti miei heredi il Primogenito, ò maggiore d'essi in mano in mano habbino particolar carico &c. Il che detti Academici siano obligati osseruare &c. e riconoscere l'heredi miei per Superiori &c. Item che li miei heredi non possino vietare &c.* Quæ filiorum, ac descendentium cum qualitate hæredis sæpius repetita nomintio satis indicare videtur Testatorem eos heredes esse voluisse, † & sic tacitè instituisse, cum etiam ex verborum consequentia Institutio deducatur *l. vlt. & ibi, Cast. num. 5. C. de hered. inst. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 1. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 928. num. 4.* Præsertim, quia Testator illis deficientibus substituit Societatem S. Lucæ, quæ substitutio cum sit fideicommissaria arguit præcedentem institutionem eorumdem filiorum, ac descendentium quibus substitutio facta fuit, ad hoc vt sit locus restitutioni; † quam hæres directus fideicommissario facere debet *ad text. in l. cum in Testamento §. fin. ff. de hared. instit.* quem singularem dicit *Roman. in l. in Testamento 5. nu. 14. C. de test. milit. Mantic. d. tit. 1. num. 12.*

Vnde contentio in eo fere tota versabatur nempe an talis institutio tacita sufficeret pro validitate d. Testamenti inter liberos conditi, an verò expressa requireretur. Quandoquidem Informantes pro D. Toscanella illam non sufficere, sed expressam omnino requiri contendebant, cùm hæredis Institutio palam, & expressis verbis fieri debeat *l. hæredes palam in princ. ff. de test. l. iubemus C. eod.* Nec illa ex coniecturis inducta censeatur *l. si quis cum §. si filio vers. sed si secundum vsque ad fin. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 5. ff. si tab. Test. nō extab.* ibi, quia ex coniecturis non propriè scriptus hæres videretur, & notant *Roman. in l. si cum dotem 23. num. 33. ff. sol. matrim. Bald. in d. l. iubemus num. 2 ante med. sub vers. sed ita est hic C. de testam. Paul. de Castr. cons. 253. sub. num. 1. d vers. non obstat lex hereditas. vers. quia illa non debet li. 2. Crot. cons. 363 num. 11. & seq. lib. 2. Lancell. Gall. cons. 72. num. 10. & seq. Honded. cons. 53. num. 21. lib. 1. Fusar. cons. 25. num. 35. lib. 1. Sard. cons. 463. num. 12. lib. 4. Bardell. cons. 21. num. 23. vol. 1. Roder. Suar. alleg. 2. num. 5. & 6. Mantic. de coni. vlt. volunt. lib. 4. tit. 1. num. 26. & lib. 12. tit. 4. num. 5. Ferdinand. Vasq. de success. lib. 2. §. 15. requisit. 15. num. 53. tom. 1. Cancer. var. resol. par. 3. tit. de pact. cap. 2 num. 259. in fin. Fachin. controu. Iur. lib. 4. cap. 79. sub littera A. vers. nec me mouet.* Eoque magis quando, *prout hic*, versamur in filijs; qui cum debeant necessariò institui, vel exhæredari, eorum tacita institutio nequaquam sufficere videtur, sed expressa requiritur, prout affirmant *Claud. in l. Gallus sub num. 10. vers. sed in hoc communiter & num. 11. & 13. ff. de lib. & posthum. Ias. ibid. sub. num. 44. & num. 47. ante fin. vers. vnde aduerte Angel. sub. nu. 3. vers. Bald. tenet Rui. in l. in suis sub num. 18. post med. ff. eod. Guiliel. de bened. in rept. cap. Rainutius in §. in eodem Testamento relinquens par. 1. nu. 39. fol. 186. à terg. Iul. Clar. in §. Testamentum quæst. 35. num. 2. vers. quero nunc Crass. de success. §. institutio quæst. 17. sub num. 1. in fin vers. contrarium tamen Gail. pract. obseru. lib. 2. obseruat. 112. num. 12. vers. adeout Ioannes Obicard. inter sintagmat. commun opinio tom. 2. lib. 6. tit. 14. de hæred. instit. num. 14. Bellon. de Iur. accresc. cap. 7. quæst. 12. num. 28. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib 4. tit. 1. num. 17. & seqq. Intrigliol. de substit. cent. 1. quæst. 19. num. 18. Didac. à Spino. à caner. in specul. testam. tit. de nulg. num. 5. Fusar. de fideic. quaest. 20. num. 2. Mart. de success. par. 1. quaest. 18. art. 12. sub num. 34. Anchar. cons. 437. sub num 2. vers. nam filius Riminsen. cons. 438. num. 16. & 17. vol. 3. Maluas. cons. 103. num. 46. Hieron. de Ros. inter decis. Vincent. post decis. 225. num. 48. & seqq. lib. 2. facit text. in l. si quis cum §. si suo vers. sed si secundum ff. de vulg. & pupill.* vbi Imperator ait filium censeri præteritum si Testator alium instituat hæredem si se viuo filius moriatur, idemque probari videtur *in l. Gallus ff. de liber. & posth. & in §. aliud quoque Capitulum Auth. ut cum de appell. cognosc.*

Quæ sententia eo facilius videtur amplectenda tamquam fauorabilior filijs quorum interest Patri ab intestato succedere, quia si omnes æquis portionibus, & absque onere legatorum, & fideicommissi succedunt eisq; li-

9 libera remanet facultas disponendi, quod se-
cus esset si ex Testamento succederent *Soccin.*
Iun.cons.177.num.11.uol.1.Castill.decis.59.num.25
lib.1. vbi hanc opinionem latè comprobat.

Informantes verò pro Zuccaris prædictam
institutionem tacitam ex dd. verbis in Testa-
mento expressis desumptam sufficere præten-
debant per *text.in l. 1. §. sin autem in princ. & in*
fin.ff.de hæred.instit. vbi *I. C.* inquit validam in-
10 stitutionem contineri sub verbis Lucius hæ-
res, quamuis deficiat verbum esto, & sub
verbis illum hæredem esse, quia subauditur
iubeo cum Testatoris voluntas certa sit, licet
11 verba orationem imperfectam contineant, &
notant *Bald.ibid. ante nu.1.* Vbi quod institutio
12 concepta per verba truncata perficitur ex
subaudito verbo *Roman.num.5.* Vbi ait oratio-
nem Testamenti imperfectam in institutione
13 hæredis, vt pote si deficiat verbum, *esto*, va-
lidam hæredis institutionem inducere cum il-
lud suppleatur iudicio mentis, & *Fulgos.num.1.*
Vbi quod licet scriptura sit imperfecta, sita-
14 men ex ea colligi potest Testatoris sententia
non vitiat Institutionem, quia creditur plus
dictum, & minus scriptum, idque procede-
15 re non solum in Testamento solemni, sed
etiam in nuncupatiuo dixit *gloss. in d. §. sin au-*
tem uerb. & minus scriptum uers. & idem est, &
confirmatur ex eo quia valet Institutio, quæ
16 colligitur ex verborum consequentia *l.fin.ibi*,
itaut ex consequentia verborum Plorius qui-
dem institutus Sempronius autem substitutus
inueniatur, & ibi *Bald.num.5.C.de haered. instit.*
Mantic.de coniect.lib.4.tit.1.num.8. Mascard.de pro-
bat. conclus.928. num.8. Secundò quia Testator
in casu, de quo agitur, declarauit eius filios,
& descendentes succedere debere in eius hæ-
reditate, eosque pluries hæredes nuncupauit
ac perpetuum fideicommissum ad sui nomi-
nis, & memoriæ conseruationem iniunxit, ac
17 tandem societatem S. Lucæ substituit, quod
satis superque videbatur pro validitate testa-
menti inter liberos quorum fauore sufficiunt
quæcunque verba, vel inditia *l.fin.C.famil.her-*
cisc.quem text.ponderat Facchin.controuers.Iur.lib.4.
cap.4. vers. cæterum contrariam sententiam tom.2.
Præsertim ad effectum tacitæ institutionis,
pro qua sufficit, quod verba trahi possint ad
18 hæredis institutionem, † quodque illa quo-
modocunq; deducatur ex verbis etiam æqui-
pollentibus *iuxtà gloss. in l. quoties, vbi Bald. &*
alij C. famil.hercisc.l.licet C.de nat. lib. L. licet inter
priuatos, & ibi gloss. Bart. & alij C.de pact. Bald.
cons.136. per tot. lib.3. Eoque magis cum hodie
19 non requiratur illa verborum † solemnitas,
quæ de Iure antiquo erat necessaria pro hære-
dis institutione, quæ proinde quibuscunque
verbis fieri valet, dummodo ex illis Testato-
ris voluntas colligatur *l.quoniam indignum C. de*
test. quam singularem dicunt *Roman. cons.179.*
sub num.9.vers.quam verba, ibique Mandos.in verb.
singularem Soccin.cons.33.num.10.li.2. Crass.de suc-
cess.§.Institutio q.14.num.5.Mantic.de coniect.lib.4.
tit.3.num.1.Caual.decis.388.num.20.

Maximè ad hoc vt Testamentum sustinea-
tur, neuè filius ratione præteritionis illud rum-
20 pere valeat, ad quem effectum † quælibet fa-
uorabilis interpretatio fieri debet, cum nemo
præsumatur elegisse viam ad sua iudicia sub-
uertenda *l.3.§.de testam.milit. Roman. d. cons.179.*
num.9.post med. uers. postquam hoc potuit Mantic. d.
tit.3.sub num.1.Caual.d.decis.388.sub num.20.

Adeout fauore institutionis etiam à pro-
21 pria verborum † significatione recedi soleat
ex deductis per *Ias. in l.qui se Patris sub num.58.*
uers.uel 2.C.vnde liber.Mantic.de coniect.d.tit.3.nu.
2. nisi talis interuenerit error, per quem stul-
22 titia Testatoris detegatur *l.fin.C.de hæredib.instit*
Mantic.vbi supra num.3.

Nec prædictis obstare dicebant Doctores,
& Iura exaduerso ponderata, quoniam illa
videntur procedere vel in Testamento omni-
nò carente institutione hæredis, vel Institutio-
ne tacita ex sola Iuris præsumptione, aut ex
coniecturis desumpta; Secus autem in insti-
tutione tacita, quæ, *prout hic*, necessariò resul-
tare videtur ex verbis in Testamento expressis
23 quia tunc talis institutio † habetur pro expres-
sa, & sufficit pro validitate Testamenti etiam
inter liberos conditi, prout ita distinxere *Aret.*
in d.l.Gallus in princ.col.3.vers.pro ueritate istius ff.
de liber.& Posthum.latè Aquilin. in eadem l. Gallus
§. vers. quid si tantum in 1. par.num.11.& seq.Bar-
bat. cons.5. per tot.& præsertim sub num.20. vers.5.
facit.lib.1.Ruin.cons.56.num.10.lib.2.Menoch.lib.4.
præsumpt.10.num.7.& 8.Mascard.de probat.d.concl.
928.num.7.

Cæterum DD. quamuis in conflictu huius
disceptationis in eorum inclinarent sententiā,
qui prædictam distinctionem proximè relatā
amplexi fuerunt. Nihilominus quidquid sit,
an d. distinctio applicetur in casu, de quo agi-
tur, censuerunt validitatem d. Testamenti bene
sustineri, ex eo quod illud habet clausulam
24 Codicillarem, † quæ operatur vt illud valeat
omni meliori modo quo potest, si non iure
testamenti saltem Iure Codicillorum *gloss.in l.*
Cohæredi §. cum filiæ in verb.non valuit ff. de vulg.
& pupill.substit.gloss.in l.filij verb.Testator C.famil.
hercisc. Ias.in Auth. nouissima num.21. C. de inoffic.
Testam.& in l.fin.num.5. C. de Codicill. & in l. hac
consultissima §.ex imperfecto n.8.C.de testam.Guilel.
de Bened. in d. cap. Rainutius verb. Testam. Andr.
Gail.pract.obseru.lib.2. obseru.102.n.11. Bellacom-
ba inter sintagm.comm.opin.tom.2.tit.de Codicill.cap.
2.in princ.vers.in Testamentis tamen, quam con-
clusionem procedere non solum in Testamē-
25 to solemni, sed etiam in nuncupatiuo dixit
gloss. in d. l.hac consultissima §. ex imperfecto in eod.
verb.C.de testam.Alex.cons.176.nu.9.lib.5. hancq;
esse communem opinionē testatur *Gail. pract.*
d.lib.2.tit.de ultim volunt.obseru.112.num.4.

Quinimò Testamentum paternum semper
censetur habere annexam d. clausulam ob ar-
26 dorem amoris inter Patrem, & filios, qui
hanc clausulam tacitè inducit, vt ait *Bald.in l.*
si Iure C.de testam.manumiss. Alex.cons.105. num.5.
lib.7. Andr.Gail.pract.tit.de Testam. int. liber. cond.
obseruat.112.num.2.Peregr.decis.Patan.54.num.20

Præterea d. Testamentum habet clausulam
omni meliori modo, quæ vim institutionis
27 habet, & operatur, † vt Testamentum pater-
num

num sustineatur, etiamsi careat expressa hæ-
redis institutione *Bald. in l. quoties num. 3. C. de
hæredib. instit. Cuman. in l. his verbis ff. eod. Alex. in
l. nam quod § non omnis num. 9. ff. ad trebell. Ias. in l.
plane §. in duobus num. 9. ff. de leg. 1. Soccin. cons. 66.
num. 18. lib. 3. cons. 59. num. Curt. Iun. cons. 71. num.
Dec. cons. 14. num. 3. & 4. Castren. cons. 322. num. 3.
lib. 1. Alex. cons. 112. num. 3. lib. 3. Corn. cons. 298. col.
2. lib. 1. & cons. 62. num. 6. lib. 2. Ruin. cons. 11. lib. 2.
Viui inter sintagm. comm. opin. d. tit. de Codicill. cap.
2. num. 3. vers. & quemadmodum latè Ludouic. Zunct.
in respons. pro uxore num. 567. & seqq.* Et facit vt
etiam testamentum in quo filius est præteri-
28 tus sustineatur, † prout de communi testan-
tur *Clar. in §. Testamentum q. 44. in 2. & seq. Crivell.
decis. Dolan. 28. num. 2. Peregr. d. decis. Patauin. 54.
num. 2. C[illegible] cons. 262. num. 39. Gratian. discept. 702
num. 3. & seqq. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 14. nu. 11.
Rota decis. 5[illegible]8. num. 1. par. 1. recent.*

Quouero ad alteram partem resolutionis
attinet, qua fuit dictum constare de fideicom-
misso d. q. Federici ad fauorem dd. de Zuc-
caris, res visa fuit carere difficultate, quando-
quidem illius existentia clarè desumitur ex d.
Testamento in quo Federicus Testator voca-
uit hæredes eius filios, & descendentes in in-
finitum voluitque primo succedere descen-
29 dentes ex masculis, † deinde ex fœminis, hinc
namque patet omnes de linea fuisse vocatos,
& respectiuè grauatos *Rimin. Sen. cons. 189. num.
9. vers. quibus ergo & seq. vol. 1. Ruin. cons. 140. num.
9. vers. si enim vult. vol. 3. Menoch. cons. 481. num. 3.
vers. 1. videamus Decian. cons. 27. à num. 15. vers. 3.
dico usque ad 20. vers. 9. constat. vol. 3. Peregr. cons. 54
nu. 7. vers. quod circa vol. 1. Sim. de Pret. de interpret.
ult. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. solut. 1. num. 27.
vers. Io Maria Fusar. de substit. quæst. 437. num. 113.
& num. 206. Rota decis. 766. num. 4. prope fin. vers. ul-
tra quod & vers. prætere a par. 1. recent. Buratt. dec.
897. num. 6.* Eoque magis quia Testator om-
30 nibus deficientibus substituit † extraneum,
nempe Societatem S. Lucæ *Rota in Bononien.
fideicommissi 11. Decembris 1623. & in Vrbeueta-
na fideicommissi 14. Ianuarij 1628. coram R. P. D.
meo Merlino.*

Quibus accedit strictissima alienationis pro-
hibitio cum dictione, *Mai*, per quam prohi-
bitionem censetur inductum fideicommis-
sum ne dum perpetuum, & absolutum, sed
31 etiam reciprocum inter illos de familia iuxta
veriorem opinionem de qua testatur *Odd. de
fideic. per alien. q. 11. art. 6. nu. 128.* cum alijs con-
gestis *in Perusina fideicom. de Baptistis 27. Martij
1626. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Præsertim quia versamur in fideicommisso
Reali ibi *sappiano che la Casa &c. la lascio sotto
fideicommisso, che non si possa vendere ne alienare in
parte alcuna &c.* & rursus ibi, *la qual parimente
sia sottoposta à fidecommisso*, quæ verba cum sint
32 directa in rem inducunt fideicommissum
reale *Bart. in l. pero §. fratre num. 2. vers. dic ergo &
Cuman. ibid. num. 5. ff. de leg. 2. Corn. in l. uoluntas in
fin. C. de fideic. Alex. in l. 1. in princ. num. 87. in fin. ff.
de offic. eius Alciat. in l. filius familias §. Diui nu.
48. & ibid. Crot. num. 43. & Rip. num. 66. de legat. 1.
Rota decis. 143. num. [illegible] par. 1. & 231. sub num. 2. par.
2. recent. & in Reatina fideicom. 14. Martij 1622.
coram bo: me: Vbaldo Reuerendiss. D. meo Decan.
33 decis. 493. num. 10.* Ac propterea illud † afficit
omnes personas ab ipso Testatore vocatas
adeout quælibet earum gradatim teneatur al-
teri restituere bona fideicommisso subiecta
donec illa ad vltimum substitutum perueniat
*Bald. in l. precibus num. 65. vers. tu dic, & ibi salicet
num. 26. C. de impub. & alijs substit. Paris. cons. 18. n.
50. & cons. 90. num. 44. lib. 2. & cons. 72. num. 89. lib.
4. Surd. cons. 315. num. 20. lib. 3. Becc. cons. 24. num. 27
& 28. lib. 1. Alb. cons. 93. num. 2. Gabr. cons. 117. num.
34. vol. 1. Decian. cons. 54. nu. 26. vol. 2. Menoch. præ-
sumpt. 131. sub num. 13. & seq. lib. 4. Mantic. de co-
niect. lib. 9. tit. 2. num. 6. Peregr. de fideic. art. 12. num.
36. Rota decis. 568. sub num. 5. par. 1. diuers. & decis.
251. num. 1. par. 2. & decis. 216. num. 16. par. 5. rec.*

Nec releuare visum fuit, quod hodie su-
peruiuat Hieronymus frater Octauiani, quo-
niam illius existentia non impedit, quin filij
eiusdem Octauiani, ac Nepotes d. Testatoris
possint vna cum Hieronymo Patruo ad præ-
34 dictam successionem concurrere, cum ver-
semur in fideicommisso ascendentis, in quo
filij subintrāt in locum Patris prædefuncti iu-
xta receptissimam DD. sententiam quos con-
gerit *Fusar. de substit. quæst. 485. num. 1. 2. & 4.* &
dixit *Rota coram Seraph. decis. 1281. & decis. 1479.
num. 2.*

Non obstant assertæ detractiones, & aliæ
exceptiones quæ opponebantur per D. Tosca-
nellam, quoniam illæ visæ fuerunt extra du-
bium, quod hodie discussum fuit.

Et ita vtraq; parte &c.

TOLETANA AVGMENTI SERVITII.

Lunæ 26. Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

Recursus ad Iudices laicos per aliquos particu-
lares Vniuersitatis non operatur quod ipsa
Vniuersitas audiri non debeat tanquam ex
communicata si non appareat de ipsius man-
dato præciso ad recurrendum.

SVMMARIVM.

1 *Recursum habens ad Iudices laicos incidit in excom-
municationem Bullæ Caenæ Domini, & in iudi-
cio non est audiendus.*
2 *Recursus ad Iudices laicos ad effectum denegandi au-
dientiam probatur leuioribus probationibus.*
3 *Scripturae informi fides adhibetur ex stilo Rotae in
odium recurrentium ad Iudices laicos.*
4 *Recursus ad Iudices laicos habiti à particularibus
de vniuersitate, ei non præiudicant, nisi saltem
praesumptiuè constet de mandato eiusdem.*
5 *Vniuersitas tenetur ex delicto quod conuocato consi-
lio, ac deliberate commissit.*
6 *Vniuersitas aliud est, aliud singuli uniuersitatis ho-
mines.*
7 *Vniuersitas non tenetur ex delicto officialium.*
8 *Recursus ad Iudices laicos ad effectum denegandi
audien-*

audientiam præsumuntur habiti de mandato eius cuius interest.

9 *Quæ præsumptio non admittitur, quando recursus potuerunt haberi à pluribus interesse habentibus, nisi dirigatur certitudinariè contra personam, quae praetenditur habuisse recursum.*

10 *Recursus non potest dessumi ex mandato ad recurrendum ad Iudices laicos, quia hoc intelligitur concessum in casibus in quibus licitè ad eos recurri potest.*

DECISIO CCCCXCII.

CVM Vniuersitas, seu Popolus Loci Cauos egisset in partibus pro augumento seruitij in Ecclesia S. Sebastiani d. loci contra Ecclesiam B. Mariæ de Pauares quæ decimas eiusdem loci de Cauos percipit, seu contra Abbatem, & Monasterium *dell' Escurial*, cui d. Ecclesia Pauares, vt dicitur, est annexa, Rota ad quam causa per appellationem delata fuit censuit sub die 22. Iunij anni præteriti coram me, esse locum d. augumento seruitij ex rationibus in decisione deductis, super quo cum d. Abbas nunc non informans iterum audiri obtinuisset, opposuit Incolas d. loci querelatos coram Vicario d. Ecclesiæ de Pauares aliàs Iudice huius causæ ob nonnullos ex-

1 cessus contra illius personam perpetratos, recursus ad Regiam Cancellariam Vallisolitanam habuisse, ad hoc vt causam à d. Iudice Ecclesiastico ad se auocaret, ac proinde eos tamquam excommunicatos in Bulla Cœnæ Domini non esse audiendos *cap. exceptionem de except. Clem. I. eod. tit. cap. decernimus de sentent. excom. in 6. Rota decis. 491 num. 6. par. 2. recent.* Quapropter DD. voluerunt particulariter videre, An d. Vniuersitati agenti pro augumento seruitij obstarent prædicti recursus, & eos non obstare responderunt. Quamuis enim ad ef-

2 fectum denegandi audientiam recursus probentur etiam per leuiores probationes *Felin. in cap. prudentiam num. 16. vers. istus tamen non obstantibus de offic. deleg. Roman. consil. 49. num. 4. Rot. decis. 543. sub num. 3. vers. & prædicta par. 7. recent. & coram Buratto decis. 446. num. 9. & decis. 536. nu.*

3 4. Adeout in odium † recurrentium ad Indices Laicos, & ob difficultatem habendi ab ipsis scripturas authẽticas ex inueterato Rotæ stilo etiam scripturæ informi fides adhiberi soleat *Seraph. decis. 1094. num. 2. & in recent. d. dec. 513. num. 2. par. 3. Caual. decis. 529. num. 3. Buratt. d. decis. 536. num. 13.*

4 Nihilominus ad hoc vt d. Vniuersitas esset à limine huius iudicij † repellenda deberet constare saltem præsumptiuè prætensos recursus de mandato eiusdem Vniuersitatis habitos fuisse, nam aliàs soli recursus habiti à particularibus de Vniuersitate ei non præiudicant *cap. Romana §. in Vniuersitatem de sent. excommun. in 6. Couarru. in cap. Alma Mater §. 1. num. 4. vers. sed ob unius priuati culpam eod. tit. & uar. resol. lib. 2. cap. 8. num. 9. vers. nempe ubi omnes de Vniuersitate Suar. de cens. disput. 36. sect. 3. sub litera C. vers. 2. gradus est.*

5 Et regulariter est in omni materia, † quod ad hoc vt Vniuersitas ex delicto teneatur, necesse est probare, quod illud conuocato consilio, ac deliberatè commiserit, alioquin non tenetur ipsa Vniuersitas, sed particulares personæ, quæ deliquerunt *gloss. in l. aliud §. refertur ff. de reg. Iur. & in l. sicut §. 1. in uerb. non debetur ff. quod cuiusque Vniuers. nom. Bart. in l. aut facta §. ult. num. 9. ff. de pen. Osasch. decis. 88. num. 7. Boer. de seditiosis num. 8. cap. ult. Mascard. de probat. conclus. 1413. num. 1. & seq. latè Farinac. in prax. de delict. & pæn. q. 24. num. 129.*

Ex attestatione autem tàm d. Vicarij, quàm Notatij de partibus, quæ datur ad probandos recursus non apparet Vniuersitatem in dd. recursibus nominatam fuisse, ant eos de mandato eiusdem Vniuersitatis habitos fuisse, sed dumtaxat à 24. personis particularibus expressè nominatis contra quas vti delinquentes querelam coram d. Vicario porrecta fuit, ac proinde nequit prætendi d. Vniuersitatè deliquisse, aut recursus habuisse, cum aliud sit

6 Vniuersitas, † aliud singulares personæ de Vniuersitate *gloss. in l. sicut in verbo non debetur ff. quod cuiusque uniuers. nom. Felin an cap. cum accessissent sub num. 22. de constit. Conzal. ad reg. 8. gloss. 37. num. 23. Mascard. de probat. d. conclus. 1413. num. 5.*

Non obstat quod inter has personas particulares quæ deliquerunt, & recursus habuerunt adfuerunt nonnulli ex Officialibus de Vniuersitate. Quia cum non appareat eos vti Officiales, ac de mandato eiusdem Vniuersitatis interuenisse non bene infertur ipsam Vniuersitatem recursum habuisse, eamque in

7 pœnam excommunicationis incidisse, cum regulariter Vniuersitas ex delicto Officialium non teneatur *Bart. in d. l. aut facta §. ult. num. 11. Oldrad. cons. 66. in princip. uers. sed contrarium Corn. cons. 224. num. 10. & seq. uol. 4. Boer. de seditios. in 7. præsupposit. Farinac. in prax. de delict. d. quæst. 24. nu. 130. Mascard. d. conclus. 1413. num. 9.*

8 Non obstat, † quod ad effectum denegandi audientiam recursus præsumantur habiti de mandato eius, cuius interest *Caual. d. decis. 529. num. 2. Buratt. d. decis. 446. num. 7. & decis. 536. num. 2. Adden. ad eamdem decis. 416. num. 8. littera A. & ad Greg. XV. d. decis. 96. sub num. 7.* Et ideò isti recursus præsumantur facti de mandato d. Vniuersitatis, quæ agebat coram d. Vicario pro augumento seruitij.

Quoniam omnino quod dd. recursus videntur emanasse potius in causa excessuum, quos iidem particulares recurrentes commiserunt, quam in causa augmẽti seruitij nomine Vniuersitatis introducta, responsum fuit hanc præsumptionem cessare in casu isto ex veritate facti, quia ex lectura eiusdem attestationis apparet non Vniuersitatem, sed particulares homines deliquisse, eosque vti querelatos ad Regiam Cancellariam recursum habuisse.

9 Et videbatur cessare difficultas, † quia etiam si ageretur de interesse d. Vniuersitatis nihilominus quia agitur etiam de interesse dd. personarum particularium, quæ deliquerunt d. præsumptio non releuaret, nam quando recursus potuerunt haberi à pluribus interesse habentibus, talis probatio præsumptina non admit-

admittitur nisi dirigatur certitudinaliter contra personam, quæ prætenditur habuisse recursum, *Rota in recent. decis. 534. num. 8. par. 1. & decis. 191. num. 5. par. 2. rec. Greg. XV. d. dec. 96. n. 2. & ibi Add. num. 6.*

10 Nec releuare visum fuit, quod aliàs Vniuersitas d. loci constituerit Procuratores pro habendis recursibus ad Iudices laicos. Quoniam aduertebant DD. d. mandatum fuisse generale ad omnes causas, quas Vniuersitas tunc habebat, & habere intendebat contra quæcunque Consilia, & Vniuersitatē, & particulares personas cum facultate comparendi coram Rege Consilijs, & Cancellarijs, & extrahendi Cedulas, ac prouisiones Regias, ac proinde ex dicto mandato non potest desumi certa pro[illegible]tio recursuum de quibus agitur contra d. Vniuersitatem, cum illud intelligatur concessum in illis casibus in quibus licitè ad Iudices laicos recurri potest, vti in his terminis dixit, *Rota decis. 602. num. 4. parte prima recent.*

Et ita vtraque &c.

ASCVLANA MANVTENTIONIS seu REINTEGRATIONIS.

Veneris 7. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Domino directo vigore possessionis ciuilis ad effectum recuperandi naturalem competit manutentio finita emphyteusi.*

2 *Limita si dubitetur an emphyteusis sit finita, quia tunc requiritur sententia declaratoria.*

DECISIO CCCCXCIII.

DE anno 1617. Vicarius Asculanus cum consensu Patronorum Ecclesiæ S. Marci in Venis & Prioris eiusdem Ecclesiæ dismembrauit sextam partem fructuum d. Prioratus instituendo Clericatum pro augumento seruitij Ecclesiæ cum pacto, quod eueniente morte Io: Latini, cui d. Clericatus fuit collatus, fructus, prouentus, & redditus prædicti censeantur, & sint reintegrati, vniti, & incorporati d. Ecclesiæ S. Marci, & eius Prioratui. Mortuo d. Ioanne Latino Mutius Aemilianus de anno 1571. impetrauit à Papa d. Clericatum tanquam deuolutum & illum possedit vsque ad obitum qui contigit de anno 1636. de quo tempore Prior mouit Iudicium cōtra eum ad Curiam Episcopalem Asculi pro reintegratione iuxta formam d. dismembrationis. Quare proposito hodie dubio an d. Priori esset dandum mandatum de manutenendo, seu de reintegrando DD. illo solum informante negatiuè responderunt.

1 Nam licet in similibus terminis regula sit, quod finita emphyteusi detur manutētio Domino directo vigore possessionis ciuilis ad effectum recuperandi naturalem, *Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor num. 17. ff. vti possid. Bero. cons. 102. num. 42. & seqq. lib. 1. Honded. cons. 21. num. 19. & seqq. lib. 2. & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli bonorum 3. Nouembris 1586. coram bon. me. Cardinale Pamphilio, & in Regien. beneficiorum 16. Februarij 1609. coram bon. mem. Cardinale Sacrato.* Hæc tamen conclusio non habet locū, quando est dubium, an emphyteusis sit finita, vt fuit resolutum in causa *Ariminen. deuolutionis 27. Iunij 1608. coram d. bon. me. Cardinale Sacrato, & in causa Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio.* In

2 proposito autem potest dubitari an hodie sustineatur d. dismembratio, & an illa habuerit effectum, ex quo Aemilianus possedit istum Clericatum pacificè, & sine contradictione per annos 45. Ex qua longæua possessione oritur maxima inuerisimilitudo circa d. dismembrationē, & inde propterea colligebant DD. quod non potest dari manutentio, seu reintegratio Priori, nisi prius sequatur sententia declarans, quod d. dismembratio habuerit effectum, & quod latinus possederit vigore d. dismembrationis, ex quo Aemilianus per tantum tempus possedit ex prouisione Apostolica, vt in terminis. *Gabr. cons. 88. num. 23. lib. 1.*

Et ità vna tantum &c.

TERRACONEN. PRIMITIARVM.

Lunæ 10. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Donatio Territorij & omnium iurium competentium, & competiturorum comprehendit omnia de quibus donator poterat disponere.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vniuersalis nullam patiens restrictionem comprehendit iura & actiones.*

Probat etiam dominium & possessionem in donatarium fuisse translata.

2 *Probato dominio & possessione donatarij, primitiæ effectæ sunt de mensa eiusdem.*

3 *Indultum, vt suffragetur posterioribus, sufficit vt sit concessum anterioribus, eiusque successoribus in infinitum.*

4 *Indulti requisita sunt specificè probanda.*

5 *Obseruantia centum annorum probat titulum cum suis qualitatibus.*

6 *Indultum restrictum ad ius quærendum, non extenditur ad ius quæsitum.*

7 *In alternatiuis sufficit alterum verificari.*

8 *Primitiæ non spectant ad reges.*

9 *Limita ex concessione facta à Papa cum facultate disponendi pleno iure.*

10 *Ecclesia acquirit dominium rei donatæ absque alio beneplacito Apostolico.*

11 *Ec-*

11 *Ecclesia seu Monasterio habenti curam in proprietate, non autem Rectori curam exercenti debentur primitiæ.*

DECISIO CCCCXCIV.

EMANARUNT in ista causa duæ sententiæ Rotales alterius Rotalis reuocatoriæ, quibus fuit pronunciatum Ecclesiam Parrochialem Villæ de Vimbodino esse de mensa Abbatis, & Monasterij S. Mariæ de Populeto, ac propterea eiusdem Abbati, & Monasterio deberi primitias omnium fructuum, quæ in d. Villæ districtu colliguntur salua medietate Rectori assignata pro curæ exercitio:

Monserratus Polæ Ecclesiæ Rector appellauit à dd. sententijs, causaque mihi in tertia instantia commissa dubitaui an illæ essent cōfirmandæ, vel infirmandæ, & eas vti validas, & iustas confirmandas esse Domini responderunt.

Validitas namque patet ex reuolutione actorum, in quibus apparet omnia requisita interuenisse, & iustitia ex luculenter deductis in tribus decisionibus coram R. P. D. meo Pirouano, necnon altera coram R. P. D. meo Carrillo, qui dd. sentētias promulgarunt emanatis, quarum fundamenta tam in facto, quā in Iure inconcussa visa fuerunt.

Constat enim fel. rec. Vrbanum Secundū vsque de anno 1095. Petro Hispaniarum Regi, eiusque successoribus in infinitum facultatem concessisse, vt possent Ecclesias, quas in Sarracenorum Terris belli Iure acquirerēt, vel in proprijs hæreditatibus fundarent sibi, suisque hæredibus cum primitijs, & decimis propriarum, vel quarumlibet aliarum Ecclesiarum quorumlibet Monasteriorum ditioni subdere, eiusque facultatis vigore Idelfonsum Regem d. Petri successorem de anno 1172. donasse Territorium, seu districtum d. Villæ de Vimbodino prædicto Monasterio de Populeto cum trāslatione omnium Iurium cōpetentium, & competiturorum nihil penitus sibi reseruato.

1 Quæ donatio cum sit adeo vniuersalis, vt nullam patiatur restrictionem vtiq; comprehendit etiam Iura, & actiones percipiendi d. Ecclesiæ primitias ex d. Indulto concessas, ac probat earum dominium, & possessionem ad idem Monasterium Donatarium translata fuisse, *cap. de Monac. vers. si vero vbi glos. & Abb. de præben. Felin. in cap. ex parte num. 1. de rescript.*

2 Et consequenter † dictam Ecclesiam de Vimbodino, cui dictæ primitiæ debentur de mensa eiusdem Monasterij effectam fuisse, *glos. in Clem. frequens in verb. ad mensam, & ibi Vitalin. num. 83 de excess. prælat. Crescen. decis. 2. nu. 2. de decim. Moded. eod. tit. decis. vlt. & decis. 102. nu. 3. & 5. p. 1. re.*

3 Non obstat, quod Indultum fuerit concessum Petro Hispaniarum Regi, qui tunc temporis non erat Princeps Catalauniæ, in cuius Principatu sita est Prouincia Tarraconen. intra cuius fines d. locus Vimbodini reperitur. Quia cum d. Indultum fuerit concessum non solum d. Petro Hispaniarum Regi, sed etiam eius successoribus in infinitum sufficit, quod Idelphonsus de tempore donationis esset d. Petri successor, quodque Ecclesia de Vimbodino existeret intra fines hæreditatum eiusdem Regis, ad hoc vt Indultum suffragetur, prout fuit firmatum in decisione R. P. D. mei Pirouani sub die 27. Aprilis in *vers. nam ad hunc effectum.*

4 Non obstat, quod Monasterium non probauerit Ecclesiam de Vimbodino fuisse acquisitam è manibus Maurorum, vel in proprijs dd. Regum hæreditatibus fundatam iuxta qualitates in eodē Indulto requisitas, & ideo d. Indultum non suffragetur, vt in specie dixit, *Rota in Pampilonen. Decimarum 29. Decembr.* 1599. *coram bo. mem. Cardinali Pamphilio.* Quia

5 huiusmodi † rigorosa probatio visa fuit suppleri ex diuturna obseruantia effectuatæ istius Regiæ donationis spatio centum annorum & vltra, ex qua desumitur probatio tituli cum suis qualitatibus, vt respondit, *Rota in decisione R. P. D mei Pirouani sub die 27. Aprilis anni præteriti vers. quoniam huiusmodi.*

6 Tertio non obstat, quod † Indultum prædictum sit restrictum ad Ecclesias quærēdas è manibus Maurorum ac propterea non extendatur ad quæsitas, & consequenter ad Ecclesiam Vimbodini, quæ de anno 1045. & sic iam ante d. Indultum fuerat acquisita. Quo-

7 niam quidquid sit de veritate istius facti, visa fuit sufficere altera qualitas eiusdem Indulti, nempè quod Ecclesia fuisset fundata in proprijs dd. Regum hæreditatibus, cum in alternatiuis sufficiat alterum verificari, *cap. in alternatiuis de reg. Iur. in 6. cap. inter cæteras, & ibi Felin. & alij de rescript. Caual. decis. 165. num. . Reuerendissimus Vrgellen. decis. 103. int. eius impress.*

8 Non obstat, quod † donatio omnium Iurium facta per Idelphonsum dicto Monasterio non cōprehendat primitias, quæ non sunt

9 Iura Regi † competentia. Quia satis esse dicebant DD. quod istæ ad Reges prædictos ex Indulto Vrbani pleno Iure spectarent, quas propterea ijdem Reges potuerunt donare absque

10 alio † beneplacito Apostolico, Præsertim fauore Ecclesiæ, quæ dominium rei donatæ ipso iure acquirit, *Tiraquel. de priuileg. piæ caus. priuil. 19. Menoch. de arbitr. cas. 256. n. 28. & fuit dictum in hac eadem causa sub die 2. Decembris anni præteriti coram R. P. D. meo Carillo.*

11 Et videbatur cessare difficultas, † quia dicta Ecclesia Sancti Saluatoris nuncupata de anno 1226. erecta fuit in Parochia cum ab Episcopo Tarraconen. de consensu Abbatis, qui Cappellanum, seu Vicarium in ea deputauit, eiq; pro curę exercitio medietatem dd. Primitiarū assignauit, & linellos, ac Terras pro congrua d. Rectoris sustentatione concessit, vt in alijs decisionibus comprobatum fuit, quæ omnia satis demonstrant d. Regiam donationem suū habuisse effectum, & exercitium curæ penes d. Rectorē, seu Vicarium ab Abbate deputatū, actu fuisse, habitum vero eiusdem curæ penes ipsum Monasterium remansisse, sicque ei curam habenti in proprietate, non verò Rectori

actu

actu curam exercebat primitiæ debentur, *Innoc. in cap. Pastoralis num. 1. de priuil. Abb. ibidem num. 7. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 23. Rota decis. 758. num. 4. & decis. 799. num. 1. parte prima diuers.*

Et ità vtraque &c.

BVRGEN. BENEFICIORVM.

Veneris 21. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Subrogato in ius, & possessionem duorum datur immissio ad beneficium probato Clericatu reseruatione, & possessione defuncti; siue ambo ius, & possessionem habuerint; siue alter tantũ, & siue alter ius, alter possessionem habuerit, Reseruatio beneficij resultat ex vacatione in mense Octobris, & Sede Episcopali vacante.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato datur immissio probato eius Clericatu possessione defuncti, & reseruatione beneficij.*

2 *Testes deponentes de visu certa scientia, & publica voce. & fama satis probant.*

Possessio beneficij à defuncto habita probatur per testes asserentes vidisse factores defuncti recollegisse beneficij fructus, & defunctum tentum fuisse vti illius possessorem num. 2.

3 *Possessio semel probata semper continuata præsumitur donec de contrario doceatur.*

4 *Subrogatus ad ius, & possessionem defuncti ad effectum habendi immissionem valet allegare continuationem præsumptam possessionis defuncti.*

5 *Clericatus probatur ex testibus de publica voce, & fama, & ex literis ordinarij, & num. 19.*

6 *Reseruatio beneficiorum probatur ex vacatione ipsorum secuta de mense Octobris, & Sede Episcopali vacante.*

7 *Reseruatio beneficiorum resultat ex vacatione apud Sedem Apostolicam, n. 8.*

Mortem tali loco secutam fuisse probatur ex partita extracta e libro defunctorum, n. 7.

9 *Vacatio beneficij per obitum dicitur consumpta stante noua prouisione, quando fuit registrata supplicatio, & si non fuerit apprahensa possessio.*

10 *Subrogatus ad ius, & possessionem duorum potest desumere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius, & num. 20.*

11 *Possessio dicitur extincta per obitum beneficiati.*

12 *Subrogatio de aliquo facta à Papa in possessionem defuncti continuat possessionem defuncti in subrogato.*

13 *Subrogatus ad possessionem defuncti per Papam eandem possessionem habet quam defunctus habebat.*

14 *Dictio quilibet est distributiua, & separat actum in solidum.*

15 *Dictio quomodolibet comprahendit etiam impropria.*

16 *Subrogatus assumit naturam illius in cuius locum subrogatur.*

Et potest agere ad ea omnia, quæ competebant ei in cuius locum subrogatus fuit, n. 17. & 18.

19 *Clausula consilio in litteris apposita quando est iustificata non admittitur exceptio aliunde desumpta.*

20 *Subrogatus in ius & possessionem duorum potest venire independenter ex vacatione vnius, vel alterius.*

21 *Papæ potestas in beneficialibus est suprema.*

22 *Nuncius habet facultatem conferendi beneficia reseruata non excedentia 24. ducatos de Cameræ sub certa forma adimplenda ante prouisionem.*

23 *Immissio vigore subrogationis Apostolicæ non debet retardari ex exceptionibus extrinsecis requirẽtibus indaginem.*

DECISIO CCCCXCV.

CVM Beneficia de quibus agitur vacassent per obitum Io. Baptistæ Azeuedi in mense Octobris 1631. Sede Archiepiscopali Burgeñ tunc vacante Sanctissimus contulit illa vti reseruata Ioanni Bracamonti, qui expedito Breui de capienda possessione nomine Cameræ obiit in Curia nondum capta possessione. Quapropter Sanctissimus eadem beneficia vti adhuc vacantia per obitum dicti Azeuedi, seu dicti Bracamontis contulit D. Francisco Vacca, eumque gratiose subrogauit ad omne Ius tam d. Azeuedi, quam d. Bracamontis etiam quoad executionẽ dicti Breuis, ac litium, si quæ essent prosecutionẽ, nec non ad possessionem in qua eorum quilibet existeret. Cuius subrogationis vigore cum d. Franciscus peteret immitti in possessionem dd. beneficiorum. Dubitatum fuit me proponente, an illi danda esset Immissio. Quia tria requisita ad effectum illam obtinendi necessaria 1 probantur, † nempè obitus defuncti in possessione. Clericatus subrogati, & reseruatio, quibus concurrentibus non denegatur Immissio, *Gonzal. ad reg. 8. §. 7. præem. num. 21. Seraph. decis. 1426. num. 1. Rot. in recent. dec. 154. p. 1. & decis. 191. num. 1. par. 2. Caual. decis. 450. num. 1. & decis. 559. num. 1. & fuit dictum in Pistorien. seu nullius Beneficij 19. Iunij 1634. coram me, & alias sæpè.*

Obitus siquidem Azeuedi primo defuncti in possessione beneficiorum, de quibus agitur probatur ex pluribus Testibus in Curia examinatis, qui expressè dicunt d. Azeuedũ, dum vixit, hæc beneficia possedisse, eumque vti possessorum communiter tentum fuisse, ac vidisse eius Factores, & Agentes 2 fructus dd. beneficiorum collexisse, † ac propterea cum deponant de visu, certa scientia, de publica voce, & fama, satis superque probant, *Rota in recent. decis. 509. num. 4. par. 2. & in Calciaten. Scholastriæ 6. Nouembris 1587. coram Gipsio, & in Couchen. Parochialis 6. Aprilis 1625. coram bo. mem. Vbaldo,* semelque probata † pos3 sessio semper continuata præsumitur nisi de contrario doceatur, ad *not. in l. fine possidetis C. de probat. Menoch. præsumpt. 64. nu. 17. lib. 6. Caual. decis. 608. numer. 3. Gregor. XV. decis. 166. numer. 9.* Adeout subrogatus ad Ius, & possessionem defuncti, eius præsumptam possessionis continua-

4 tinuationem ad effectum † obtinendi Immis-
sionem allegare valeat, *Rota decis. 525. sub nu. 1.*
par. 2. & decis. 126. num. 7. par. 5. recent. Gregor. XV.
decis. 307. nu. 1. & ibi Add. num. 20. in fin.

Non obstat, quod prædicti Testes non de-
ponant d. Azeuedum possedisse omnia bene-
ficia, quæ d. Franciscus per illius obitum ob-
tinuit, quia sufficit eos deponere de posses-
sione eorum beneficiorum, super quibus ho-
die D. Franciscus petit Immissionem.

Clericatus Francisci subrogati probatur ex
5 eisdem Testibus† de publica voce, & fama de-
ponen̄, necnon ex litteris patentibus sui Or-
dinarij, *Rota decis. 16. de prob. in antiq. Greg. XV.*
decis. 78. num. 5. & decis. 199. num. 6.

Reseruatio denique patet, & quidem ex
persona Azeuedi ex duplici capite.

Primo ex eo quia beneficia vacarunt in
mense Octobris reseruato, vt deponunt dd.
Testes, & ideo intrat regula 8. hodie 9. men-
sium reseruatoria.

Secundo ex eo, quia vacatio contigit Sede
Archiepiscopali vacante, vt deponunt ijdem
6 Testes, & ideo † intrat alia reseruatio regulæ
secundæ, quæ reseruat beneficia ita vacantia,
Gonzal. super regul. 8. glos. 51. num. 52. Rota in Pla-
centin. Canonicatus 25. Maij 1626. coram Reuerendi-
ssimo D. meo Decano, & in Gerunden. Beneficij 28.
Aprilis 1634. coram R. P. D. meo Merlino.

Ex persona verò Bracamontis reseruatio
est pariter iustificata, nam ipse obijt in Curia,
7 prout constat † ex partita extracta è libro de-
functorum, quæ sufficienter probat, *Rota in*
recent. decis. 321. num. 3. & dec. 700. num. 4. par. 1.
Greg. XV. d. dec. 78. num. 2. & ibi *Add.* Et ideo in-
8 trat clara reseruatio ex vacatione † apud Se-
dem in corpore Iuris clausa, *cap. 2. de præben. in*
6. Simon. de resern. q. 30. Gonzal ad d. reg. 8. glos. 13.
num. 29. & seqq.

Non obstat, quod vacatio per obitum Aze-
uedi esset consumpta de tempore subrogatio-
nis per prouisionem gratiosam factam Bra-
camonti etiam quod ipse non fuerit adeptus
9 possessionem, † cum ad hunc effectum suffi-
ciat, quod supplicatio fuerit registrata. *Sarnen.*
super regul. de infirm. q. 18. numer. 5. Rota decis. 385.
num. 9. vers. aut vero par. 1. recent. & fuit dictum in
Legionen. Canonicatus 20. Decembris 1627. coram
me, & ideo subrogatio ad Ius, & possessionem
Azeuedi d. Francisco non suffragetur.

Nam fuit responsum, huiusmodi exceptio-
nem non obstare respectu possessionis Aze-
uedi, quia cum Franciscus fuerit alternatiuè
subrogatus ad omne Ius tàm d. Azeuedi, quā
Bracamontis, nec non ad possessionem, in
qua quilibet eorum existeret, potest iuuari d.
subrogatione quoad Ius ex persona Braca-
montis, & quoad possessionem ex persona
Azeuedi, cum subrogatus ad Ius, & posses-
10 sionem duorum possit desumere † Ius ex
persona vnius, & possessionem ex persona
alterius, *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. per tot. Caual.*
decis. 458. num. 7. in fin. & decis. 477. num. 1. Rota in
Colonien. Canonicatus S. Vrsulæ 27. Ianuarij 1727.
coram Eminentissimo Cardinale Vbaldo, & in Cæ-
saraugustana Canonicatus 10. Iunij 1630. coram Do-
mino Vrgellen. & in Piscien. beneficij 20. Iunij 1628.
coram R. P. D. Merlino, & in alia Piscien. Beneficij
25. Maij 1633. coram D. Vrgellen. & in alia Piscien.
beneficij prima Iulij 1632. coram R. P. D. meo Vero-
spio, & in Iannen. Parochialis 12. Nouembris 1632.
coram eodem, & in d. Pistorien. seu Nullius beneficij
19. Iunij 1634. coram me.

11 Nec releuat, quod † possessio dicatur extin-
cta per obitum Beneficiati, quia talis extinctio
nihil operatur quando (prout hic) Papa su-
brogauit aliquem ad possessionem ipsius de-
functi, nam tunc possessio, quæ erat penes
ipsum defunctum ministerio Papæ, in alium
12 continuatur. † Adeout gratiosè subrogatus
eamdem possessionem habere dicatur, quam
13 defunctus, † cui facta est subrogatio, obtine-
bat, *Mohed. dec. 1. num. 2. vt lit. pend. Lancellott. de*
attentat. p. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. in præfat. num.
342. & num. 196. Paris. de resignat. lib. 2. q. 3. nu. 67.
& seq. Mantic. decis. 71. num. 3. Gregor. XV. dec. 251.
num. 6.

Nec dicatur, quod subrogatio de qua agi-
tur respectu possessionis non sit alternatiuè
concepta, sed copulatiuè scilicet ad possessio-
nem in qua Azeuedus, & Bracamontes repe-
riebantur, vndè infertur Franciscum subroga-
tum teneri probare vtriusque possessionem.

Quia cōtrarium elicitur nedum ex eo quia
nullibi apparet Bracamontem possedisse, sed
etiam ex tenore d. subrogationis, in qua aper-
tè legitur Pontificem gratiosè subrogasse d.
Franciscum ad omne Ius tàm Azeuedi, quam
Bracamontis necnon ad possessionem, in quo
eorum quilibet, & quomodolibet existeret,
ibi in omni iure, & ad omne ius, quod tàm
Io: Baptistæ de Azeuedo, quàm Ioanni de
Bracamonte prædictis, & cuilibet ipsorum in
præstimonijs &c. etiam quoad executionem
d. Breuis, & possessionem, in qua quilibet ip-
sorum quomodolibet existebat, ex quibus
apparet narratiuam possessionis fuisse alterna-
14 tiuè conceptam, † cum dictio, quilibet sit di-
stributiua, & separet actum insolidum, *Bart.*
in l. non distinguemus §. cum in plures ff. de arbitr.
Rolan cons. 70. num. 44. lib. 3. Rot. dec. 125. numer. 5.
vers. & illud verbum par. 1. recent. Et ideo sufficit,
quod vnus, vel alter haberet possessionem ad
hoc vt subrogato suffragetur. Ponderata præ-
sertim altera dictione, quomodolibet, quæ
15 compræhendit † quamcunque possessionem
etiam impropriè sumptam penes vnumquē-
que existentem, *Seraph. dec. 1082. n. 2.*

Prætetea dicebant DD. exceptionem con-
sumptæ vacationis posse habere locum, quā-
do procederetur per viam nouæ prouisionis;
16 Secus autem quando, † prout hic, proceditur
per viam gratiosæ subrogationis, quia tunc
cum subrogatus assumat naturam illius in cu-
ius locum subrogatur, *Gabr. de reg. iur. conclus. 2.*
Gregor. XV. dec. 117. num. 3. & dec. 544. num. 16. Ro-
ta decis. 90. num. 1. par. 2. recent. Potest agere ad ea
17 omnia † quæ competebant ei in cuius locū
subrogatus fuit, *Put. decis. 175. numer. 2. lib. 3. in*
correct. Paris. de resign. lib. 3. quæst. 5. num. 75. Caual.
dec. 639. num. 3.

Vndè cum Franciscus fuerit subrogatus
nedum

nedum ad omne Ius, & possessionem Azeuedi, sed etiam ad Ius Bracamontis etiam quoad executionem Breuis & omnia, & singula acta illius vigore facta, & decreta, ac litis, & litium si quæ existerent, prosecutionem, vtique ex vi d. subrogationis repræsentat non solum personã Azeuedi; sed etiam personam eiusdem Bracamontis ad cuius fauorem d. vacatio esset consumpta, ac proinde quemadmodum Bracamõtes si viueret petere posset Immissionem vigore d. Breuis, quod iam
18 apparet iustificatum, † sic pariter eam valet cõsequi d. Franciscus, qui in eius locum etiã quoad executionem d. Breuis subrogatus fuit vt in terminis dixit, *Rot. coram Canal. d. dec. 477. n. 1. & d. dec. 639. n. 2. & 3.*

Quod autem Breue d. Bracamontis esset iustificatum satis constat ex Testibus coram A.C. ad eius instantiam examinatis. Clericatus vero probatur ex litteris patẽtibus sui Ordinarij necnon ex alijs Testibus ad instantiam Francisci in Rota pariter examinatis, qui obitum d. Azeuedi in possessione, & reseruationem optime probant, & sic cum fuerit iusti-
19 ficata clausula, † constitio non admittitur exceptio aliunde desumpta, *Anchar. cons. 297. n. 8. vers. opponens autem Rota in Papien. Præpositura 22. Iunij 1611. coram Ortembergo, & in Leodien. Canonicatus 2. Maij 1631. coram bonæ memor. Motmanno.*

Sed dato etiam quod gratia Bracamontis non esset iustificata dicebant DD. cum Franciscus fuerit prouisus per obitum tam Azeuedi, quam Bracamontis fueritque alternatiuè subrogatus ad omne ius, & possessionem vtriusque ipsum non teneri precisè iustificare gratiam d. Bracamontis, sed posse venire independenter ex vacatione vnius, vel alterius, adeout si gratia Bracamontis non esset
20 iustificata † posset ex integro venire ex vacatione per obitum Azeuedi primi defuncti, vt in terminis dixit, *Rota in Cæsaraugustana Canonicatus 10. Iunij 1630. coram Reuerendissimo Vrgellen. quæ est dec. 385. n. 7. p. 5. rec.*

Et hinc visa fuit cessare omnis amaritudo, quia Pontifex hac specie facti intellecta contulit Francisco hæc beneficia vti adhuc vacãtia per obitum Azeuedi, seu Bracamontis, dictumque Franciscum sic prouisum gratiosè subrogauit ad omne ius vtriusque, necnon ad possessionem, in qua eorum quilibet quomodolibet existeret, vt supra ostensum fuit, ideoque sufficit, quod vnus, vel vterque haberet ius, & possessionem, vel vnus ius, & alter possessionem, ad hoc vt gratia subrogatio-
21 nis sustineatur, † suumque effectum operetur, cum habeamus claram Pontificis voluntatem eiusque potestas in beneficialibus suprema sit, *Clem. 1. in fin. vt lit. pend. cap. 2. de præb. in sexto, Gonzal. super reg. 8. cap. 2. proœm. num. 45. & seq.*

Demum non obstat asserta prouisio Beneficiorum, de quibus agitur ad fauorem aliorum ab Hispaniarum Nuntio, qui beneficia reseruata conferre potest, tum quia de huiusmodi ats. prouisione in actis non apparet, tum
22 etiam quia † facultates Nuntij conferendi reseruata sunt restrictæ ab beneficia, quorum fructus non excedunt 24. ducatos de Camera, cõtinentque certam formam adimplendam ante eius prouisionem, prout tradit, *Garz. de benef. p. 5. cap. 3. §. 1. num. 83.*

Vnde donec appareat de valore dd. beneficiorum, & an d. forma sit adimpleta non debet retardari Immissio vigore subrogationis gratiosæ, quæ nõ admittit exceptiones, extrin-
23 secas, & altiorem indaginem requirentes, *Rota dec. 36. num. 1. par. 1. & dec. 94. num. 12. par. 5. rec. Gregor. XV. decis. 194. num. 11. Canal. decis. 450. num. 7.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE CINCIIS.

Veneris 21. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Sententia ob non prosecutionem appellationis intra biennium transit in iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lapsis fatalibus transit in iudicatum.*
2 *Deserta causa appellationis non censetur deserta causa nullitatis æquè principaliter commissæ.*
3 *Procedit quando constat de aliqua nullitate sententiæ secus quando de illa non docetur.*
4 *Sententia iustitia desumitur ex decisionibus in causa factis.*

DECISIO CDXCVI.

LATA fuit sententia Rotalis super immissione in possessionem bonorum, de quibus agitur, ad fauorem q. Ludouici Cincij contra Ioannem Baptistam, & Iulium Cæsarem de Columbis, qui licet à d. sententia appellassent, & causam appellationis bo: me: Motmanno committi obtinuissent. Nihilominus quia spatio biennij, & vltra nihil egerunt in causa Franciscus, & alij de Cincijs filij, & hæredes dicti q. Ludouici obtinuerunt commissionem exequutorialem mihi directam cum solita clausula, constito de re iudicata super qua posito dubio de illa constare
1 responsum fuit. Siquidem dicta sententia lata fuit de mense Iulii anni 1635. à qua licet Columbi appellassent infra legitima tempora, nihilominus cum à die appellationis vsque ad diem 12. Martij, & sic per biennium, & vltra causam appellationis non fuerint prosequuti, nec minùs acta transportare curauerint, vtique appellatio remansit deserta; & sententia in iudicatum transit, *Auth. ei qui, & in l. fin. §. illud de temp. appell. cap. Clem. sicut eod. tit. & fuit dictum in Romana Alimentorum 4. Iulij 1636. coram me, & alias sæpe.*

2 Non obstat, quod deserta causa appellationis nõ censeatur deserta causa nullitatis, æquè prin-

principaliter commissa. *Seraph. decis. 1485. nu. 1. Rota decis. 512. sub numer. 3. & decis. 591. num. 4. par. 2. recent. Gregor. XV. decis. 306. num. 2. & ibi*
3 *Adden.* Quia dicta conclusio procedit, quando constat de aliqua nullitate sententiæ, secus autem quando, prout hic, de illa non docetur, quia tunc deserta causa appellationis, etiã nullitatis causa deserta cēsetur, *iux. decis. Acchil. 15. de rescript. Rota decis. 134. n. 5. impress. apud Moder. Puruf. post tract. de manut. & dec. 156. num. 8. par. 2. recent. Add. ad Greg. XV. d. decis. 306. nu. 4. & fuit dictum in d. Romana Alimentorum coram me.*
4 Iustitia autem eiusdem sententiæ satis liquere visa fuit ex tot decisionibus in ista causa successiuè factis, & vtraque parte informante emanatis, quarum fundamenta reiteratis disputationibus approbata fuere.
Et ità &c.

MEDIOLANEN. CANONICATVS S. NAZZARII.

Veneris 28. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Præbenda ad hoc vt dicatur temporalis, quid requiratur, & quando dicatur spiritualis.

SVMMARIVM.

1 *Optio non habet locum ex reg. Cancellariæ, quando vacatio contingit in mense reseruato.*
2 *Præbenda temporalis non subiacet regulæ reseruatoriæ.*
3 *Præbenda dicitur temporalis quando est separata à Canonicatu, & optatur absque dimissione prioris tituli Canonicatus, & absque noua prouisione.*
Quæ conclusio habet locum quando præbenda separatur ab omni Canonicatu, & absque titulo Cannoniæ stare potest, num. 4. & 5.
5 *Præbenda ad hoc vt dicatur spiritualis sufficit, quod sit annexa Canonicatibus in genere licet quoad effectum optandi sit separabilis ab vno, vel altero.*
Quod fortius procedit quando in Ecclesia tot sunt præbendæ quot sunt Canonicatus, num. 6.
7 *Præbendæ quãdo semper conferuntur Canonicis tunc dicuntur annexæ Canonicatibus in genere.*
8 *Præbendæ separabilitas ad effectum præscribendi consuetudinem optandi sufficit temporanea.*
Sed ad euitandam reseruationem requiritur perpetua separabilitas, & num. 9.
10 *Ius temporale cohærens alicui iuri spirituali sortitur eandem naturam.*

DECISIO CDXCVII.

IN alia decisione emanata in hac causa coram me sub die 8. Februarij præteriti firmarunt DD. gratiam Landriani in omnibus esse iustificatam, & proinde eidem dãdam esse immissionem non obstante optione præbendæ, & domus facta per Capitulares in vim ass. consuetudinis, quæ quidem optio locum ha-
1 bere non potest, vbi prout hic, vacatio contigit in mense reseruato, quo casu intrat reg. 8. hodie 9. reseruatoria mensium, quæ derogat expresse cuicumque consuetudini optandi, vt firmatur in d. decisione.

Reproposita hodie causa super eisdem informantes pro Capitularibus non ex alio capite decisionem impugnabant, quàm ex qualitate præbendarum. Prætendentes illas esse merè temporales, & propterea non subiacere
2 regulæ reseruatoriæ, vt firmant *Gonzal. ad reg. 8 gloss. 34. num. 34. & gloss. 5. §. 1. num. 25. Garz. de benef. par. 1. §. 10. nu. 457. & seq. Add. ad Greg. XV. decis. 478. num. 6.*

Pro temporalitate autem vnicum allegabatur fundamentum desumptum ex eo, quod Præbendæ huius Ecclesiæ non sunt annexæ Canonicatibus perpetuo, sed temporaliter, & separabiliter. Adeout possit vna Præbenda dimitti, & altera optari absque dimissione prioris tituli Canonicatus, idque probari tùm ex pluribus optionibus modo quo supra effectum sortitis, tùm etiam ex Testibus explicitè deponenũ de temporalitate earumdem Prębendarum reddentibus causam scientiæ, quia sunt separatę à Canonicatu cum viderint illas optari absque dimissione prioris tituli Canonicatus, & sine noua prouisione, quod videtur
3 sufficiens ad probandam separabilitatem, & temporalitatem, prout in specie de prębendis istius Ecclesiæ, dixit *Rota coram Mohed. decis. 1. de consuet. coram Put. decis. 196. lib. 2. in correct. & in Mediolanen. Domus coram Andrea in eius impress. decis. 99.*

Cæterùm DD. inhærentes resolutioni alias factæ *in Mediolanen. Canonicatus 4. Iulii 1636. coram R. P. D. Ghislerio*, contrarium resoluerunt, Prębendas scilicet esse spirituales, eo prçcipuè moti fundamento, quod ad hoc vt Prębenda dicatur merè temporalis, nec cadat sub reseruatione, non sufficit simplex separabilitas ab hoc, vel illo Canonicatu, sed requiritur, quod
4 sit separabilis ab omni Canonicatu. Adeout de per se stare possit absque titulo Canoniæ, vt in specie tenet *Abb. in cap. maioribus numer. 4. vers. quandoque, & in cap. dilecto num. 6. vers. procedit enim de præbend.* & aliàs dixit *Rota coram Caputaq. decis. 356. num. 1. par. 1. Cassad. decis. 17. n. 9. de præben.* & firmatur *in d. decis. Mediolaneñ coram R. P. D. meo Ghislerio.*

In Ecclesia autem, de qua agitur, licèt prębendæ sint separabiles ab hoc, vel illo Canonicatu, ac possint dimitti, & aliç optari retento Canonicatu, non ideo sequitur quod sint perpetuo separabiles; Adeout possint alteri quam Canonico conferri, prout ista qualitas perpetuę, & omnimodę separabilitatis probari debet, cum aliàs sufficiat quod prębendę sint
5 annexæ Canonicatibus in genere licèt quoad effectum optandi sint separabiles ab vno, vel altero Canonicatu, vt firmat *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 25. num. 55. & seqq. in dicta Mediolaneñ coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Quod faciliùs procedere DD. censuerunt ex eo, quia in Ecclesia, de qua agitur, tot sunt
6 Præbendæ, quot sunt Canonicatus, quo casu quęlibet dicitur annexa alicui Canonicatui, & quęlibet spiritualis censetur, vt firmat *Abb. in dicto cap. maioribus num. 4. de præbend. cum alijs allega-*

allegatis in dicta Mediolanen. coram R.P.D. meo Ghisilerio.

Nec contrarium visum fuit probari per testes deponentes Prębendas esse temporales ex quo sunt separatæ à Canonicatu, & possunt optari absque noua prouisione, quia ratio ista non concludit omnimodam separabilitatem, de qua supra, immo ex eidem testibus contrarium colligitur, dum concorditer de-
7 ponunt, quod Præbendę huius Ecclesiæ semper conferuntur Canonicis, quod sufficit vt dicantur annexæ Canonicatibus in genere.

Prout nec contrarium firmatur in decis. Put. & Mohed. per Capitulares allegatis quia vtrobique agitur de annexione ad effectum præscribendi consuetudinem optandi, pro qua
8 sufficit separabilitas temporanea, non autem ad effectum euitandi reseruationem, pro qua requiritur omnimoda, & perpetua separabilitas ex iuribus supra relatis.

Denique nec applicari dixerunt DD. decis. Mediolanen. coram bo: me: Andrea, quia in
9 ea pariter agitur de separabilitate ad effectum optandi, & licet incidenter asseratur per optionem domus non requiri aliquod ius spirituale, sed temporale, non tamen firmatur, quod istud ius temporale, quando est annexum iuri spirituali, non habeatur pro spiri-
10 tuali, cum ad hunc effectum sufficiat, quod temporale cohęreat alicui iuri spirituali, vt camdem naturam sortiantur, vt per *Lotther. de re benef. d. qu. 25. num. 55. & firmatur in d. decis. coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Et ita vtraque &c.

MVTINEN. EMPHYTEVSIS.

Veneris 28. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Ecclesia quæ per generationem finitam potest si velit emphyteusim pro se retinere, si tamen alium inuestire vult tenetur proximiores vltimi emphyteutæ præferre, nec potest postquam extraneum inuestiuit declarare se velle pro se retinere: Pactum quod finita linea emphyteusis deuoluatur non impedit ius petendi renouationem, nisi illi fuerit renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi finita Ecclesia tenetur renouare proximiores nisi velit pro se retinere, & vide num. 12. cum seq.*

2 *Ecclesiam nolle emphyteusim pro se retinere, satis apparet si alios inuestiuit, bona tradidit, & canones recepit.*

3 *Ecclesia declarans velle emphyteusim pro se retinere, postquam extraneos simpliciter inuestiuit, non praiudicat proximioribus, & num. 5.*

4 *Declarandi facultas cui competit declaratione facta, variare non permittitur in praiudicium alterius,*

5 *Ecclesia si extraneum inuestiuit sub conditione, aut pacto reuersiuo, vel alias reuocabiliter potest postea declarare velle pro se retinere.*

6 *Dominus directus recipiens canones dicitur contractum emphyteoticum approbare, & num. seq.*

7 *Approbatio contractus inducta ex receptione fructuũ puta canonis, magis declarat mentem contrahentis, quam verba.*

8 *Ecclesia nolens pro se retinere tenetur inuestire proximiores non obstante pacto, quod generatione finita, bona ad illam cum melioramentis reuertantur, & num. 14.*

Limita nisi fuerit renunciatum iuri petendi renouationem, num. 9. & 27.

9 *Pactum quod finita emphyteusi illa ad Dominum reuertatur est de eius natura, & emphyteusi inest.*

10 *Verborum geminatio sæpe fit ad maiorem explicationem aliquando verò ad solam ornatus causam.*

12 *Ecclesia finita emphyteusi etiam si velit pro se retinere non potest, sed proximiores inuestire tenetur.*

Contra & verius num. 11. & 13.

Pactum quod emphyteusi finita res ad Dominum redeat tollit dubitationem, quod ille si velit possit pro se retinere, num. 12. cum seqq.

15 *Pactum quod emphyteusi finita liceat domino rem pro se retinere, vel cuicumque concedere tribuat, ne facultatem inuestiendi extraneum, & num. seqq. vbi latè de variis formulis huiusmodi pacti.*

22 *Doctor intelligi debet iuxta auctoritatem quam allegat, & num. 27.*

30 *Decisio in qua articulus non ex professo sed incidenter fuit discussus parum attendi debet.*

31 *Ecclesia Mutinen. secundum aliquos habet consuetudinem quem voluerit, etiam in concursu proximiorum inuestieñ.*

32 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur.*

Amplia si testatur de consuetudine loci, in quo non fuit commoratus, num. 33.

34 *Consuetudo non probata cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs nihil prodest.*

DECISIO CCCCXCVIII.

OBIIT de anno 1611. Antonius Maria Cananus vltimus emphyteuta bonorum de quibus agitur, sine liberis superstite Eleonora eius germana sorore, quæ licet infra annum renouationem inuestiturę petijsset. Nihilominus Ecclesia Mutineñ Domina directa inuestiuit DD. Sigismundum, & Iacobum de Bertacchis extraneos, eorumque descendentes masculos vsque ad tertiam generationem completam. Rota ad quam causa per appellationem delata fuit, censuit coram me sub die 20. Iunij 1630. renouationem inuestiturę deberi d. Eleonoræ vti proximiori dicti Antonij vltimi inuestiti; sed ea pariter sine liberis defuncta, lite adhuc indecisa pendente itèrùm censuit sub die 7. Maij 1632. renouationem dictę inuestituræ deberi Alexandro Canano, & Francisco Ariento eiusdem Eleonoræ proximioribus, & hæredibus, hoc tamen addito nisi Ecclesia velit pro se retinere. Hinc sumpta occasione Modernus D. Episcopus Mutineñ declarauit sub die 22. Decembris 1635. quod quatenus non posset tàm ex consuetudine, quàm aliàs quomodolibet dispo-

nere de huiusmodi bonis intendebat illa pro
Ecclesia retinere, dummodo ius inuestiendi
sibi beneuisum non competeret, & suc-
cessiuè cępit prætendere dd. Alexandro, &
Francisco non deberi amplius renouationem
dictæ inuestituræ. Vnde contigit dubitari, an
esset recedendum ab vltimo loco decisis, sed
placuit DD. in eis persistere.

Vera siquidem visa fuit conclusio in dicta
decisione firmata, nimirùm finita emphyteusi
1 Ecclesiam nisi velit pro se retinere, teneri
proximiores vltimi emphyteutæ reinuestire
iuxta limitationem, quam tradit *Abb. in cap.
bona il 2. num 28. vers. hoc dictum de postul. Præ-
lat. quem sequuntur relati à Gabr. tit de iur. emphyt.
concl. 1. num. 14. Valasc. eodem tract. quæst. 2. num. 7.
Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 11. Gratian.
discept. 477. num. 17. & discept. 813. num. 35. Benin-
tend. decis. 19. Caputaquen. decis. 303. & decis. 304.
num. 1. Mantic. decis. 10. per tot. & nouissimè dixit
Rota in Rauennaten. Emphyteusis 6. Marty 1637.
coram me.*

In proposito autem Ecclesiam Mutinen.
noluisse pro se retinere bona, de quibus agitur
2 satis constat ex eo, quod illa extraneos inue-
stiuit, ac successiuè canones vigore d. inuesti-
turæ recępit, prout in specie tenuerunt *Rip. in
l. 1. num. 10. ad fin. ff. de priuil. credit. Gozad. cons.
38. sub num. 21. in fin. vers. præterea cum appareret
Honded. consil. 51. num. 46. in fin. & num. 47. lib. 1.
Gratian. discept. 88. num. 12. in fin. cum seq. Maresc.
var. resol. d. lib. 1. cap. 3. num. 11. in fin. Card. Mantic.
d. decis. 10. sub num. 9. Rota diuers. decis. 195. sub n. 5
& decis. 242. num. 5. in fine & seqq. par. 2. & in dicta
Rauennaten. emphyteusis coram me.*

Non obstat, quod D. Episcopus vltimo lo-
co declarauerit se velle retinere dd. bona pro
Ecclesia, quatenus de illis non posset libere
disponere. Etenim ista declaratio verbalis
3 facta fuit ex interuallo, nimirùm postquam
Ecclesia simpliciter extraneos inuestiuit, &
canones recepit, & sic non fuit facta in
præiudicium dictorum proximiorum quibus
erat ius quęsitum. Nam is cui competit fa-
cultas declarandi declaratione semel facta, il-
4 lam in alterius pręiudicium variare non po-
test, *Alex. consil. 55. num. 35. ad fin. lib. 5. Crot. con-
sil. 11. num. 31. Put. decis. 36. num. 1. lib. 2. in correct.
Rota diuers. decis. 258. num. 5. par. 1.*

Et in specie, quod vbi Ecclesia purè ac sim-
pliciter extraneos inuestiuit non possit am-
5 pliùs pro se retinere, sed teneatur concedere
renouationem proximioribus, quibus ex hu-
iusmodi concessione fuit ius quęsitum, licet
secùs esset, quando inuestitura concessa fuisset
extraneo sub conditione, siue cum pacto re-
uersiuo, aut alia reuocabiliter, distinguendo
dixit *Rota in prææallegata Rauennaten. Emphyteusis
coram me, vers. non obstare censuerunt.*

Non obstat, quod prædicta inuestitura fa-
cta fuerit extraneis ob primam deuolutionem
per obitum Antonij Mariæ, non autem ob
secundam deuolutionem per obitum Eleo-
noræ, & ideo inspecta hac secunda deuolu-
tione Prælatus potuerit declarare velle pro
sua Ecclesia retinere.

Quoniam vltra quod Episcopus vsus non
fuit hac secunda deuolutione per obitum
Eleonoræ, sed continuauit in concessione dd.
extraneis alias facta, adhuc inspecto obitu E-
leonoræ, talis declaratio non visa fuit releua-
re, cum Eleonora obierit de mense Iunij 1630.
dicta autem declaratio facta fuerit de mense
Decembris 1635. Interim verò D. Episcopus
canones dictæ Inuestituræ in eadem quantitate
incessanter ab eisdem extraneis receperit per
6 quam canonum receptionem cēsetur dictam
inuestituram cum eisdem qualitatibus, & con
ditionibus approbasse, perinde, ac si eamdem
inuestituram iterùm fecisset *Aldobrand. cons. 86.
num. 5. lib. 1. Paris. consil. 49. num. 17. & seqq. lib. 1.
Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 120. cum
pluribus seqq. vbi sub num. 123.* subdit ex huius-
7 modi facto receptionis plus declarari animū,
& mentem quam verbis, & in specie de ap-
probatione contractus emphyteutici ex cano-
nis receptione, dixit *Alciat. de præsumpt. lib. 3. reg.
præsumpt. 17. sub num. 2. cum alijs per Vrsill. ad Af-
flict. decis. 365. num. 6. & 7.*

Non obstat pactū in eadem inuestitura adie-
ctū nimirùm quod tertia generatione finita
bona cum melioramētis liberè ad Ecclesiam
reuertantur. Vnde infertur Ecclesiam potuis-
se quem voluerit etiam extraneum inuestire.
8 Quia fuit responsum huiusmodi pactum ita
simpliciter conceptum operari, quidem libe-
ram reuersionem bonorum finita emphyteu-
si, quatenus Ecclesia velit pro se retinere, sed
non tollere proximioribus facultatem peten-
di renouationem, quando Ecclesia nolens pro
se retinere vult extraneos inuestire, quia tunc
non obstante dicto pacto tenetur præferre
proximiores vltimi emphyteutæ, vt in specie
firmat *Caldas. de renou. emphyt. q. 8. nu. 16. & 18.*
9 Vbi ponderat dictum pactum sui natura inef-
se, eiusque expressionem non excludere re-
nouationis æquitatem, quando, prout hic, non
fuit illi expressè renunciatum, *& num. 19. &
seqq. & num. 23.* Vbi subiungit id procedere
etiamsi verba d. pacti essent geminata, vtpo-
tè si dictum fuisset, quod finita emphyteusi
res libera, & expedita Domino directo rema-
neret, cum verborum geminatio sæpe fiat ad
10 maiorem explicationem, & aliquando ob
solam ornatus causam, idemque repetit in
quæst. 11. num. 21. & seqq. eumque refert, & se-
quitur *Valasc. consultat. 128. num. 13.* Vbi ait
11 hanc opinionem esse rationi magis cōsonam,
& à Senatu Lusitaniæ sępiùs obseruatam.
*Imol. consil. 38. in princip. & sub num. 2. vers. sed de
æquitate, & num. 4. Gratian. disceptat. 753. num. 13.
Nicol. Anton. Gizzarell. decis. Neapol. 6. num. 14.*

Nec proinde dicebant DD. d. pactum fuisse
omninò elusorium, cum illud censeatur ap-
positum ad reuocandam omnem dubietatem
quę oriri potuisset ex opinione quorundam
Doctorum dicentium æquitatem pondera-
tam fauore proximiorum *à Bart. in l. 1. §. per-
12 mittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu.* esse adeo ef-
ficacem, vt Ecclesia adhuc finita emphyteusi
non possit pro se retinere, sed teneatur proxi-
miores inuestire, prout tenuerunt *Ber. cons. 98.
num. 1.*

num.16.lib.1. Dec.consil.131.num.3.vers.ex quibus patet, Gabr. de emphyt. concl.1.num.15. Clar. in §. emphyteusis q.47.ad fin. latè Tob.Non. conf.3.nu.5. Caldas.de renouat.emphyt.d.q.8.num.18.& 26. vbi alios cumulat Bertazzol. consil.35. num.23. & seqq.

13 Et quamuis contraria opinio sit verior, & receptior, nihilominus tale pactum satis operatur ad tollendam omnem dubitationem, pro maiori declaratione, *Surd. consil.127.n.70. in fin. & seq. Honded.consil.60. num. 12.lib.1. Rota in recent.decis.401.num.1. ad fin. par.4.* & in specie similis pacti, quod illud censeatur adiectū

14 ad tollendam probabilem dubitationem, an liceret Ecclesiæ pro se retinere, non autem ad inducendam renunciationem iuri petendi renouationem in casu, quo Ecclesia vult extraneos inuestire, dixit *Rota diuersor. decis.242. num.15.& 16. par.2.*

Quibus non obstant Doctores in contrarium allegati. Nam *Socc.iun. consil.9. num.14.*

15 *ad fin. lib.3.* loquitur in pacto, quod liceret Domino directo pro se retinere, vel cuicumque voluerit concedere; vt in specie aduertit *Rota d.decis.242.num.4.& 5.* Cuiusmodi non est pactum, de quo agitur; Omniaque per eum deducta tendunt ad probandum, quod Ecclesia possit pro se retinere non autem,

16 quod possit quem voluerit inuestire, vt patet *ex num.7. & ferè per tot. consil.*

17 *Bero.consil.100.num.1.* non applicatur quia loquitur in pacto, quod possit Dominus directus liberè inuestire quemcumque sibi placuerit.

18 *Rimin.iun. consil.257.num.109. & seqq.* minùs applicatur, quia loquitur in pacto, quod liceat Domino directo pro se retinere, & alteri renouare, prout sibi placuerit quibuscumque non obstan.

19 *Honded.consil.51.num.50.& seqq. lib.1.* loquitur in pacto, quod finita tertia generatione, bona liberè reuertātur, & liceat Rectori Domino directo ea ratione, vsufructuare, & omnia alia facere, quæ poterat facere ante inuestituræ concessionem, & concludit ex hoc pacto posse Rectorem Ecclesiæ pro se retinere, vt patet ex lectura ibidem, & *num.42.* sed nō

20 dicit, quod vigore talis pacti possit Rector extraneum inuestire, & proximiores excludere, quatenus pro Ecclesia retinere nolit.

21 *Peregr.consil.58. num.4. lib.6.* abutitur auctoritate Bero & Honded. qui non loquuntur in pacto, quod bona libere reuertantur, sed in pacto, quod possit Dominus liberè inuestire quemcumque sibi placuerit vt supra dictum est.

22 *Marescott. variar. resolut. lib.1. cap. 3. num.25.* loquitur in pacto per quod fuit renunciatum iuri petendi renouationem, sed non explicat quibus verbis d. pactum esset conceptum, & ideò intelligi debet iuxta terminos *d.cons.Socc.* quem ipse allegat.

23 *Gratian. discept.88. num. 2. & seqq.* expressè loquitur in pacto, quod liceat pro se retinere, vel cuicumque voluerit liberè concedere, vt patet ex principio d. disceptationis.

24 *Gam. decis. Lusitan. 41. num.6. & 7.* nullam adducit auctoritatem, nec probat, quod huiusmodi pactum, tribuat facultatem Domino directo inuestiendi extraneos, & quamuis ex verbo liberè deducat omnimodam inuestiendi libertatem, nihilominus talis libertas satis verificatur respectu reuersionis bonorum, ita liberè, vt Dominus directus impediri non valeat, quin possit illa pro se retinere, si velit, sed hinc non sequitur eum posse extraneos inuestire proximioribus exclusis.

25 *Idem Gam. decis. 326. num. 8. & 9.* loquitur in pacto, quod melioramenta liberè ad Dominum directum reuertantur; Vnde infert Dominum non teneri ad emphyteusim renouandam; sed hæc illatio non videtur concludere cum d. pactum satis operetur, vt Dominus directus non obstantib. melioramentis possit pro se retinere, non autem vt pos-

26 sit proximiores excludere si pro se retinere nolit.

Et in omnem euentum eius opinionem Senatus Lusitaniæ sequutus non fuit, prout attestatur *Valasc.d.consult.123.num.13.* eumque refellit *Caldas.de renouat. emphyt. lib.1. quæst.11. num.32.* subdens ita seruare supremum Senatum.

27 *Seraph.decis.610.nu.2.* loquitur de inuestitura, in qua mediante pacto censetur renunciatum iuri petendi renouationem, sed non explicat quibus verbis d. pactum fuerit conceptum ad hoc vt dignosci valeat, an illud applicetur pacto de quo agitur, ideoque intelligi debet iuxta thema relatum *à Socc. iun. dicto consil.9. num.14. lib.3.* quem solum ibi allegat.

28 *Rota in causa Forosempronien, & Eugubina, seu nullius Emphyteusis coram Reuerendissimo D. meo Decano*, loquitur in pacto, quod posset Ecclesia ingredi liberè possessionem bonorum, illaque alteri concedere in emphyteusim, vt patet ex lectura d. decisionis §.*quæ omnia*, quam facultatem pactum de quo agitur non continet.

Decisio denique in alia Forosempronien. Emphyteusis coram Eminentissimo D. Cardinale Vbaldo, impress.inter recent. decis.60. par.5. quamuis videatur sequi opinionem *Gam. d. decis.41.* nihilominus quidquid sit an loquatur in simili

29 pacto, de quo agitur, fuit responsum in dicta decisione non fuisse articulum ex professo, & principaliter discussum, sed incidenter, & perfunctoriè, ac proinde in ea non esse vim faciendam, prout in simili decisione, in qua firmatur aliqua conclusio incidenter, ac per-

30 functoriè sed materia, de qua agitur, ex professo non examinatur, dixit *Rota coram Seraph. decis.299. sub num.12.*

Demum non obstat ass. consuetudo Eccle-

31 siæ Matinen. inuestiendi quem voluerit, etiam in concursu proximiorum petentium renouationem, *ex Rimin.iun. consil.153. num.4. & Peregin. consil. 156. num.3. lib.6.* Quoniam quidquid sit an dd. Doctores probent ass. consuetudinem cum Doctori attestanti de con-

32 suetudine non credatur iuxta veriorem opinionem, de qua per *Mohed. decis.3.de consuetud. Seraph.decis.1349. num.5. & fuit dictum in Camerinen.*

rinen. Spolij 2. Iunij 1610. coram Cardinali Sacrato.
Maximè quando Doctor attestatur de con-
33 suetudine loci, in quo commoratus non fuit
*Franc. Becc. consil. 7. numer. 3. Bursatt. consil. 201.
num. 47. Honded. consil. 101. num. 39. lib. 1. Rota in
d. Camerinen. Spolii coram Card. Sacrato.*
Fuit responsum d. ass. consuetudinem ad-
huc probatam non releuare; cum illa non
34 probetur cum omnibus qualitatibus, & cir-
cumstantiis in ea concurrentibus, prout ad
hunc effectum requiritur, *Natt. cons. 600. nu. 20.
Surd. decis. 131. num. 9 Rota diuers. decis. 799. nu. 2.
in fin. & num. 3. par. 1. Card. Mant. decis. 397. nu. 4.
Gregor. XV. decis. 162. num. 2.*
Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE RHODIANIS.

Lunæ 31. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Vocatio filiorum, aut descendentium in con-
ditione positorum porrigitur æquè ad ma-
sculos, ac fœminas etiam statuto Vrbis atten-
to, quod pariter in transuersalibus sibi locum
vindicat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum factum de filijs masculis cum onere
dotandi fœminas illas non comprehendit.*
*Fœminæ non veniunt appellatione masculorum,
num. 1.*
2 *Fideicommissum vel substitutio alicui facta si sine
filijs decederet expirat eo cum filijs prædefuncto.*
3 *Filij in conditione positi ex statuto Vrbis censentur
vocati, & num. 7.*
4 *Filij expresse vocati, si deinde in conditione ponan-
tur, ita vt ex statuto, vel coniecturis censeantur
vocati, non dicuntur absolutè vocati, sed tantum in
eo casu in quo fuerunt expresse vocati.*
5 *Filiorum in conditione positorum appellatione æquè
masculi, ac fœminæ veniunt.*
6 *Descendentibus in conditione positis veniunt nedum
masculi, sed etiam fœminæ.*
8 *Statutum Vrbis lib. 1. c. 142. de filiis in conditione
positis habet etiam locum in transuersalibus.*
9 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 142. de filijs in conditio-
ne positis procedit etiam fauore filiarum fœmina-
rum.*
10 *Dictio quouis modo plura tempora, & infinitatem
significat.*
*Dictio quouis tempore omne tempus, ac etiam infi-
nitatem demonstrat, num. 10.*

DECISIO CDXCIX.

CAESAR Rhodianus in eius sub quo de-
cessit Testamento instituto hærede vni-
uersali Iacobo Antonio ex Iulia sorore nepo-
te substituit filios masculos legitimos, & na-
turales ex ipso nascituros, & alios eius descen-
dentes masculos in infinitum cum onere do-
tandi filias fœminas ex eodem Iacobo Anto-
nio, eiusque descendentibus masculis legiti-
mis, & naturalibus in infinitum, & casu quo
d. Iacobus Antonius decederet sine filijs ma-
sculis substituit filias fœminas natas ex eodem
Iacobo Antonio, earumque descendentes
masculos legitimos, & naturales, & masculis
deficientibus fœminas in infinitum de gradu
in gradum ordine successiuo.
Et demum casu quo idem Iacobus Anto-
nius decederet sine filijs, aut eius descenden-
tes decederent quouis modo pariter sine filijs
substituit pro medietate Societatem Sanctissi-
mæ Annunciatæ, pro altera verò medietate
Hospitale S. Iacobi Incurabilium de Vrbe.
Decessit Iacobus Antonius primus hæres
grauatus relictis Iulio Cæsare filio masculo,
ac DD. Laura, & Virginia filiabus fœminis;
deinde obijt d. Iulius Cæsar nulla relicta pro-
le, hæredibus institutis DD. Iuliano, & fra-
tribus de Mazzinghis.
Sed prætendentibus prædictis Laura, & Vir-
ginia se fuisse vocatas ad fideicommissum q.
Cæsaris, illudque per obitum d. Iulii Cæsaris
sine filijs fuisse ad earum fauorem purifica-
tum, Causa de consensu partium mihi com-
missa: Dubitaui an constaret de fideicommis-
so d. q. Cæsaris purificato ad fauorem dd. fœ-
minarum.
In cuius dubij positione Informantes pro
DD. de Mazzinghis tres præcipuè casus ex
prædicta serie Testamenti colligebant, eosque
sigillatim examinando dd. fœminas excludere
prætendebant quorum.
Primus obitus Iacobi Antonij primi hære-
dis instituti cum filijs, vel descendentibus ma-
culis, & fœminis, quo casu Testator ei substi-
tuit prædictos filios, & descendentes masculos,
fœminas verò dotari mandauit, ex qua ma-
sculorũ expressa vocatione inferebatur DD.
Lauram, & Virginiam in isto casu non esse
1 vocatas, cum appellatione masculorum non
veniant fœminæ, *Bart. in l. cum auus num. 4. &
ibidem Rustic. lib. 3. cap. 10. num. 42. ff. de condit. &
demonstrat. Rota in recent. decis. 780. num. 2. ad med.
parte 3.*
Secundus verò casus erat obitus d. Iacobi
Antonij sine filijs masculis, in quo casu licet
Testator substituerit filias fœminas eiusdem
Iacobi Antonij, nihilominus iste casus ne-
quaquam euenisse dicebatur, quia cum d. Ia-
cobus Antonius decesserit cum Iulio Cæsare
masculo, vtique prætendebatur defecisse con-
ditionem sine filijs, sub qua dd. fœminæ vo-
catæ fuerunt, & per consequens fideicommis-
2 sum ad earum fauorem expirasse censetur,
*iuxta vulg. cons. Oldrad. 2. per tot. Rota decis. 280.
num. 1. par. 2. & decis. 491. num. 4. par. 4. diuersor. &
decis. 486. num. 6. par. 1. recent.*
Tertius denique casus erat, quo idem Iaco-
bus Antonius decederet sine filiis, quo casu
Testator substituit loca pia, & neque istum
casum dd. fœminis suffragari contendebant
Informantes pro DD. Mazzinghis, quia licet
illæ venirent sub nomine collectiuo filiorum,
3 & descendentium Iacobi Antonij, & sic tam-
quam positæ in conditione essent vocatæ ex
statuto

statuto Vrbis *lib.1.cap.142.* Nihilominus dicebatur ista vocatio intelligenda in eo casu in quo Testator superiùs eas expresse vocauit, nimirùm in secundo casu, quo Iacobus Antonius decederet sine filijs masculis, ex eo
4 quod vbi quis in vno casu fuit expresse vocatus, si deinde in alio casu ponatur in conditione, aut ex coniecturis vocatus præsumatur non censetur absolute vocatus, sed in eo casu in quo fuerat expresse vocatus, ex traditis per *Farinac. q.437. num.152.*

His tamen non obstan. DD. quidquid sit de primo, & secundo casu ex tertio casu responderunt pro vocatione dictarum fœminarum.

Cum enim Testator in prædicto tertio casu simpliciter posuerit in conditione filios Iacobi Antonij non expressa qualitate masculinitatis satis elicitur eum posuisse in conditione filios tàm masculos, quàm fœminas, & sic etiam dd. Lauram, & Virginiam eiusdem Iacobi Antonij filias, cum appellatione filiorum in conditione positorum, non solum
5 masculi, sed etiam feminæ comprehendantur *l. si quis ita, ff. de testam. l.1. C. de cond. in test. Cephal. consf.306. & 433. num.2. Honded. consf.57. & consf.65. num.46. lib.1. Pererg. consf.36. num.17. lib.1 Surd. consf.156. num.3. lib.2. Mantica de coniectur. lib.11. tit.14. Rota decis.483. num.2. par.4. Seraph. decis.180. num.3.*

Stante præsertim altera parte eiusdem substitutionis, in qua Testator posuit pariter in conditione descendentes ex eodem Iacobo Antonio, ibi, *ò vero li suoi descendenti in qualsinoglia modo morissero senza figli*, hinc enim apparet omnes descendentes d. Iacobi Antonij tàm masculos, quàm fœminas, & sic etiam dd. Lauram, & Virginiam ex d. Iacobo Antonio descendentes fuisse in conditione positas cum
6 appellatione descendentium simpliciter in conditione positorum etiam fœminæ veniat *l.1. C. de cond. insert. Reuerendiss. D. meus Decanus decis.294. num.5. Rota decis.255. num.1. par.1. & decis.697. num.2. par.3. & decis.176. num.23. & decis.368. num.6. par.5. recent. cum aliis per Fusar. de substit. q.325. num.1. & 2.* Vnde cum dd. fœmi-
7 næ semel, atque iterùm fuerint positæ in conditione sub nomine filiorum, & descendentium dicti Iacobi Antonij clarè sequitur eas fuisse dispositiuè vocatas ex statuto Vrb. *lib.1 cap.142.* sępiùs à Rota canonizato, quod sta-
8 tutum habere locum etiam in transuersalibus, dixit *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.264. num.1. vers. nec placuit, & in recent. decis.417. num.4. par.4. Add. ad Gregor. XV. decis. decis.575. num.20. vers. & tale, Gratian. discept. at. 571. num.49.*
9 Illudque procedere etiam fauore filiarum fœminarum fuit resolutum coram *Vbaldo seniore decis.316. num.2. & 3. par.1. recent. & coram Buratto decis.834. num.1.*

Nec placuit vnica responsio exaduerso allata, nimirùm vocationem prædictarum fœminarum desumptam ex dicto tertio casu esse intelligendam iuxta terminos secundi casus, in quo Testator easdem fœminas expresse vocauit, & consequenter in casu, quo Iacobus Antonius decessisset sine filijs masculis. Quoniam omissis coniecturis ab Informantibus ponderatis, quæ suadebant vocationem dictarum fœminarum etiam quod Iacobus Antonius decesserit cum Iulio Cæsare filio masculo, visa fuit cessare difficultas ex altera parte eiusdem tertij casus, in quo Testator postquam posuit in conditione filios Iacobi Antonij, ibi, *E caso che detto Iacomo Antonio morisse senza figli*, alternatiuè posuit in conditione etiam descendentes d. Iacobij Antonij, ibi, *ò vero li suoi descendenti in qualsinoglia modo morissero senza figli &c.* Quæ verba satis indicant prædictam secundam substitutionem non esse eãdem cum tertia, nec iuxta terminos ipsius esse intelligendam, cum illa comprehendat casum dumtaxat, quo Iacobus Antonius decederet sine filijs masculis, ista verò vltra casum obitus d. Iacobi Antonij simpliciter sine filijs comprehendat etiam casum obitus eiusdem Iacobi Antonij descendentium, ac proinde cum descendentes ex d. Iacobo Antonio fuerint positi in conditione simpliciter, & independenter ab altera secunda substitutione facta solum in casu obitus sine filijs masculis, vtique d. fœminæ quando veniunt appellatione descendentium ex allegatis, censentur vocatæ etiamsi d. Iacobus Antonius decesserit cum filio masculo.

Maximè cum hæc tertia substitutio fuerit cõcepta indefinitè, cum dictione, quouis modo, quæ arguit omnes descendentes ex dicto Iacobo Antonio, & sic etiam dd. fœminas eius filias quouis tempore tàm non existentię quam deficientiæ masculorum grauatas, si-
10 mulque vocatas fuisse, cum dictiones, quouis modo, quouis tempore, & similes plura tempora, & infinitatem significent, *ad notat. per Doct. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. & in l. precibus, C. de impub. & aliis substit. Menoch. consil.151. num.33. vol.2. Honded. consil.15. num.42. lib.2.*

Et ita vtraque &c.

COLONIEN. LIBRORVM.

Lunæ 31. May 1638.

ARGVMENTVM.

Solutio præsumitur facta in causam præambuli debiti, quando de alia causa non apparet, etiamsi fuerit facta ab altero ex duobus socijs quia cedere debet in extinctionem crediti socialis præambuli.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta simpliciter per illum, qui proprio, & communi nomine tenetur præsumitur potius facta in extinctionem debiti proprij, quam communis, & num.6.*
2 *Solutio censetur facta ex causa præambula, de qua constat.*
3 *Assumens in se debita Societatis efficitur principalis debitor*

debitor, & alter socius remanet eius fideiussor, & num. 8. & 12.

4 *Debitum contractum sub obligatione Camerali dicitur grauius, & durius.*

5 *Solutio in dubio præsumitur cedere in extinctionem debiti antiquioris, & grauioris, & num. 9.*

7 *Socii, licet inter eos sit dissoluta societas, attamen remanent obligati consocio acceptando libros ab illo transmissos.*

10 *Dictio, mihi, est personalissima, & taxatiua.*

11 *Verba sequentia declarantur ex præcedentibus.*

13 *Creditor præsumitur acceptasse solutionem in extinctionem debiti eius, cuius nomini adscripsit.*

14 *Creditor censetur acceptasse solutionem in causam, in quam ipse si fuisset debitor soluisset.*

DECISIO D.

FVIT alias inita societas librorum inter Vincentium Castellanum, & Hieronymum Pelagallum in Vrbe Mercatores, quę dissoluta fuit sub die 21. Augusti 1624. mediante venditione librorum facta per Castellanum dicto Pelagallo, qui se obligauit in forma Cameræ soluere creditoribus pretium librorum è Colonia transmissorum.

Pelagallus expendit scuta 206. pro Ioanne filio Ginnici creditoris, cui transmisit computum dictarum expēsarum sub die 19. Aprilis 1625. per hæc verba: *Con questa li mando il conto di quello hò speso per il Signor Giouanni suo figliuolo in denari contanti, pregandola di darmene credito à vostro conto.*

Interim Ginnicus ignorans dictam societatem fuisse dissolutam, transmiserat dd. Castellano, & Pelagallo ex Nundinis Autumnalibus anni 1624. & Paschatis anni 1625. nonnullos libros valoris scutorum 573. in eiusq; libris descripsit debitores pro dicta summa in duabus partitis eosdem Castellanum, & Pelagallum his verbis: *Li magnifici Castellano, e Pelagallo deue &c.*

E regione autem dictarum partitarum descripsit creditorem dictum Pelagallum in partita ascendente ad dictam summam scutorum 206. huius tenoris, 1625. *Il magnifico Pelagallo deue hauere per quanto scriue hauere speso per mio figliuolo scudi 206.*

His in facto præmissis Ginnicus obtinuit sententiam ab A.C. qua fuit pronunciatum dd. Castellanum, & Pelagallum teneri ad solutionem scutorū 625. b. 95. pro residuo pretii librorum ei transmissorum ex Nundinis Paschatis an. 1624. sine præiudicio precij aliorum librorum à dicto Pelagallo emptorum, quam sententiam Rota in gradu appellationis confirmauit coram Reuerendissimo Vrgelleñ. ac deinde per binas decisiones coram bo. me: Mormanno resoluit sententiam Rotalem cōfirmatoriam prædictæ alterius latæ ab A.C. esse pariter confirmandam. Causa postmodum reproposita coram eodem bo. me: Mormanno sub die 10. Iunij 1637. recessit à decisis quoad prædicta scut. 206. quæ Pelagallus expendit pro Ioanne filio d. Ginnici, censuitque hanc partitam esse imputandam in extinctionem prædicti debiti sc. 625. & b. 95. Cui resolutioni hæredibus d. Ginnici interim prædefuncti non acquiescentibus. Causaque iterū me hodie proponente reproposita super iisdem DD. in decisis persisterunt ex iisdem fundamentis, & rationibus in dicta vltima decisione deductis, quæ adhuc subsistere visa fuerunt.

Non obstat, quod Pelagallus expenderit dd. scuta 206. pro Ioanne filio d. Ginnici de mense Aprilis 1625. quo tempore societas erat iam dissoluta, & ideò dicta pecuniarum solutio cedere debeat in extinctionem debiti proprij eiusdem Pelagalli, non autem in ex-
1 tinctionem prædicti debiti socialis scut. 625. cum solutio facta simpliciter per illum qui proprio, & communi nomine tenetur, præsumatur facta potius in extinctionem debiti proprij, quam communis, *l. cum ex pluribus, vers. 4. dicitur de solut. Bart. in l. 1. in fine eodem tit. Menoch. de arbitr. cas. 495. num. 9. cum seqq. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 36. num. 8. & 9.*

Etenim quidquid sit. An omnes dd. pecuniæ fuerunt expensę pro dicto Ioanne dissoluta iam dicta societate, non autem etiam ea durante cum ipse fuerit receptus in domo dicti Pelagalli vsque de mense Maij 1624. & sic etiam durante dicta societate, quæ dissoluta fuit sub die 21. Augusti, eiusdem anni. Placuit responsio data in dicta decisione, cum enim tam ante, quàm post dissolutam societatem nullum extaret debitum dicti Pelagalli cum Ginnico, preter illud quod fuerat con-
2 tractum ratione eiusdem societatis, benè sequitur solutionem dictorum scutorum 206. factam à dicto Pelagallo simpliciter in causam præambuli debiti eiusdem societatis esse referendam, cum de alia causa non appareat, *Bart. in l. triticum num. 2. ff. de verbor. obligat. Corn. cons. 22. num. 5. circa med. lib. 4. Gregor. XV. decis. 468. num. 5. cum alijs in d. decisione relatis.*

3 Præsertim quia Pelagallus in diuisione dictæ societatis, ea sub obligatione Camerali, & iuramento soluere promisit, ob quam accollationem cum dictus Pelagallus effectus fuisset principalis debitor, & Castellanus alter socius remansisset fideiussor, *iuxta*
4 *decis. Rot. 153. num. 6. & seq. par. 2. diuers.* Vtique prædictum debitum scut. 625. sub dicta obligatione Camerali, & fideiussione contractum effectum fuit grauius, & durius, vt in terminis dixit *Rota in Maceraten. nullitatis excutionis 7. February 1597. coram Litta*, ac proin-
5 de in extinctionem eiusdem debiti prædicta solutio scutorum 206. cedere debet; nam vbi nulla adest ratio, cur potius in vnam, quam in aliam causam solutio cedere debeat, illa in extinctionem debiti antiquioris, & grauioris facta præsumitur, *l. cæterum cum duabus seqq. ff. de solut. Bartol. in d. l. cum ex pluribus num. 13. in fin. ff. eodem. Gregor. XV. decis. 521. num. 9. & 13. cum alijs allegatis in d. decisione.*

6 Non obstat, quod Pelagallus esset debitor Ginnici non solum sociali, sed etiam proprio nomi-

nomine ex causa scilicet librorum transmissorum ex Nundinis Autumnalibus anni 1624. & Paschatis anni 1625. quo tempore societas erat iam dissoluta, & sic appareat dictum Pelagallum saltem dissoluta societate fuisse debitorem proprio nomine d. Ginnici vltra dictum debitum scutorum 625. ratione d. societaris contractum.

7 Quia cum Ginnicus ignorauerit d. societatem fuisse dissolutam, dictosque libros tàm Castellano, quàm Pelagallo transmiserit eosque debitores vti socios in eius libris descripserit, & isti eosdem libros acceptauerint, saltem ex ista librorum acceptatione, vterque remansit obligatus insolidum, æquè ac si eorum quilibet debitum dd. librorum per seipsum cum eodem Ginnico contraxisset.

8 Sed visa fuit cessare difficultas, quia cum, vt dictum est, d. Pelagallus in diuisione d. societatis accollauerit in se omnia debita socialia, illaque etiam sub obligatione Camerali soluere promiserit vtique per d. accollationem prædictum debitum sociale scutorum 625. effectum fuit proprium eiusdem Pelagalli, qui proinde esto, quod post dissolutam societatem aliud debitum proprio nomine contraxisset, nihilominus cum soluerit dd. sc. 206. nulla præuia declaratione, in extinctionem

9 prædicti debiti antiquioris, & grauioris soluisse censeretur, *d. l. 4. ff. de solut. cum alijs supra allegatis*.

Nec dicatur, quod Pelagallus declarauerit solutionem dictorum scutorum 206. fuisse in extinctionem debiti proprij, non autem socialis propter illa verba, *pregandola à darmene*

10 *credito à nostro conto*; quasi quod dictio, mihi, comprehensa in verbo, *darmene*, tamquam numeri singularis, & personalissima ad ipsum Pelagallum dumtaxat referri debeat, *Bald. in cap. si quis decesserit num. 1. tit. si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. Alex. in l. 3. §. si Procurator num. 4. vers. limita tamen, ff. quod quisquè iur. Decian. cons. 29. num. 49. vers. quinimò, & vers. 4. considero lib. 2. Rota decis. 352. num. 4. in fin. versic.*

11 *verbum enim par. 4. recent.* Adeout verba illa immediatè sequentia, *nel nostro conto*, referri debeant ad computum, quod erat inter ipsum Pelagallum, & Ginnicum socios ex vna, & d. Ginnicum ex altera, cum sequentia declarentur ex præcedentibus *l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Surd. cons. 32. num. 12.*

12 Nam vltra quod non apparet inter d. Ginnicum, & Pelagallum aliud computum præter illud d. societatis tunc temporis extitisse, adhuc viget supradicta responsio, Quia cum d. Pelagallus accollauerit in se omnia debita d. societatis prædictum debitum sociale scutorum 625. effectum fuit proprium eiusdem Pelagalli, adeout illud esset proprium non solum durante societate cum quilibet ex socijs teneatur insolidum, sed etiam ea dissoluta per d. accollationem, ob quam debita societatis effecta fuerunt propria eiusdem Pelagalli, qui solus in isto negotio remansit, vt in eadem decisione firmatum fuit.

13 Demum nõ obstat, quod Ginnicus in eius libris è regione partitarũ descriptatum ad debitum Castellani, & Pelagalli occasione dictorum librorum transmissorum in Nundinis Autumnalibus anni 1624. & Paschatis anni 1625. contraposuerit partitas conflantes dictã summam scutorum 206. ad creditum solius Pelagalli; Vnde infertur Ginnicum creditorem acceptasse solutionem dd. scut. 206. in extinctionem debiti proprij eiusdem Pelagalli, non autem socialis, nam alias vtrumque creditorem descripsisset. Quoniam talis acceptatio ex verbis dictarum partitarum nequaquam probari visa fuit, cum ex computis aliàs datis appareat Ginnicum creditorem promiscuè acceptasse pecunias tàm à Castellano, quàm à Pelagallo solutas, & in supputatione dati, & recepti vtrumque debitorem descripsisse, ibi, *soluerunt modo vnus, modo alius &c. soluerunt ambo &c. debet igitur pro residuo &c.* Vnde satis elicitur Ginnicum creditorem omnes pecunias ab vno, vel altero solutas in extinctionem debiti socialis recepisse, & per consequens solutionem dd. scutorum 206. factam à Pelagallo in diminutionem eiusdem debiti socialis scut. 625. acceptasse.

14 Et in omnem euentum Ginnicus creditor non censetur simpliciter declarasse in quam causam ipse receperit dictam solutionem, sed in eam in quam ipse si fuisset debitor soluisset *l. 1. in fin. & ibi Bart. num. 7. ff. solut. matrimon. cum similibus*.

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI.

Mercurij 2. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi ex quibus vocati censeantur etiam ad portionem patruorum.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi censentur vocati ad portionem patris, non patrui, vel alterius cohæredis, nisi ex coniecturis contrarium appareat.*

2 *Coniectura urgens vocationis filiorum in conditione positorum etiam ad portionem patrui, est, si Testator primo loco vocatis substituerit cippum domus.*

3 *Coniecturæ vocationis non separatim, sed simul iuncta considerari debent, de quibus statur arbitrio Iudicis.*

4 *Filij in conditione positi, quando sunt descendentes Testatoris facilius, quam extranei censentur vocati ad portionem patruorum.*

5 *Filij in conditione positi non censentur vocati ad portionem patrui, nisi facta sit in eos substitutio reciproca, quæ vt inducatur tria copulatiuè requiruntur primo, quod omnes sint vocati secundo, quod substitutio sit facta in tota hæreditate tertio, quod illa facta sit vltimo morienti.*

6 *Fideicommissaria reciproca censetur inducta ex solis coniecturis necessarijs, etiam si tria requisita expressè non concurrant.*

7 *Substitutio in tota hæreditate facta censetur, quando ha-*

do hæredes in omnibus bonis quamuis inæqualiter instituti fuerunt.

8 *Substitutio, vt sit facta vltimo morienti verbis expressis non est opus cum sufficiat, vt illa sit facta omnibus deficentibus ad fauorem cippi domus.*

9 *Coniectura ad inducendam reciprocam inter descendentes est, si descendentes in conditione positi sint vocati ex pluribus coniecturis.*

10 *Ex digressu ad plures gradus substitutionum.*

11 *Ex vocatione cippi domus.*

12 *Ex impositione oneris legitimæ.*

13 *Reciproca non inducitur inter inæqualiter institutos, nisi hæres vniuersalis prædecesserit hæredi particulari.*

14 *Item inducitur tacita reciproca si tam institutis, quã substitutis substituerit cippum domus.*

15 *Si reciproca adsit inter vocatos.*

16 *Ex clausula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.*

DECISIO DI.

CVM DD. Franciscus Cinus, & Federicus Simonetta peterent immitti ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* in possessionem bonorum fideicommisso q. Federici de Sinibaldis subiectorum contra Aledandrum naturalem de Sinibaldis eorum detentorem. Dubitaui sub die 22. Martii proximè præteriti, an illis danda esset Immissio, & DD. pro tunc firmarunt constare de fideicommisso d. q. Federici ad fauorem dd. Cini, & Simonettæ descedentium ex Laura, & Portia filiabus eiusdem q. Federici fideicommittentis, & præscriptionem exaduerso obiectam non obstare identitate verò bonorum, & assertis detractionibus in alia disputatione reseruatis. Cui resolutioni dicto Alexandro non acquiescente, iterum posui dubium super iisdem, & DD. perstiterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in d. decisione deductis, quæ subsistere visa fuerunt.

Non obstat vnica difficultas, quæ iterum hodie excitabatur, nimirum quod licet prædicti descendentes positi in conditione censeantur vocati ex pluribus Coniecturis in d. decisione ponderatis. Nihilominus eorum vocatio sit intelligenda quoad portiones Lauræ, & Portiæ eorum respectiuè Ascendentiũ, non autem quoad portionem Alexandri Senioris auunculi cum regulariter positi in cõ-
1 ditione, quando sunt vocati ad portionem parentum, quorum gratia ponuntur in conditione, non autem ad portionem Patrui, vel alterius Cohæredis vocati censeantur, iuxta communem opinionem quam tuentur congesti *per Rustic. in tract. an & quand. lib. in cond. pos. lib. 5. cap. 9. num. 1. & seq. Peregr. de fideic. art. 28. num. 19. & cons. 55. num. 5. vers. secus autem vol. 4. & cons. 152. sub num. 5. & 6. vol. 5. Fusar. de subst. decis. 440. num. 1. Rota coram Seraph. decis. 1281. num. 3. & decis. 1479. num. 1. & in recen. decis. 100. num. 3. par. 1. & decis. 667. num. 8. vers. nihilominus par. 2.* Etenim quidquid sit de dicta opinione, quæ suos habet Contradictores ex relatis à *Fusar. de subst. d. quæst. 440. num. 4. & 5.* & fuit ponderatum in decisione, quæ reuidetur in *§. nam omisso*, fuit responsum illam non procedere quando, prout hic, vltra conditionẽ plures concurrunt coniecturæ, ex quibus elicitur Testatorem in conditione positos etiam ad portionem Patrui, vel alterius Cohæredis vocare voluisse Idem *Rustic. in d. tract. an & quand. lib. in cond. pos. lib. 5. cap. 9. Gabr. cons. 115. num. 28. lib. 1. Menoch. lib. 4. praesumpt. 62. sub num. 57. Gratian. discept. 847. num. 55. vers. & contraria procedunt Rot. decis. 266. num. 4. vbi quod Rota secundum hanc distinctionem saepe respondit, & decis. 320. num. 7. & 8. par. 1. recent. Greg. XV. decis. 337. num. 6. & seqq.*

In proposito autem quamplures concurrere Coniecturas necessario suadentes vocanem dd. descendentium etiam ad portionem Alexandri eorum Auunculi satis liquere visum fuit ex Coniecturis in d. decisione cumulatis, inter quas omnium potissima visa fuit
2 illa ex eo desumpta quod Federicus Testator decedentibus dicto Alexandro, Laura, & Posthuma sine eorum filiis, vel filiabus legitimis, & naturalibus, & similiter decedentibus eorum filijs, vel filiabus quandocunque, & sic deficientibus omnibus primo loco vocatis substituit Cippum domus; Vnde necessario sequitur prædictos descendentes etiam ad portionem Alexandri Auunculi vocatos fuisse, nam alias Cippus domus omnibus deficientibus succedere non posset, vt vltra allegatos *in d. decisione in §. nam omisso, vers. tùm & demum* ponderauit *Rot. decis. 266. n. 4. circa fin. vers. vltra quod in hoc casu, & num. 20. vers. praeterea.*

Nec obstare visa fuerunt ea quæ contra singulas coniecturas in d. decisione ponderatas hodie opponebantur. Quoniam esto quod illæ separatim sumptæ aliquam forsan possint
3 habere difficultatem; † Attamen simul iunctæ, & non separatim discussæ, prout discuti debent *Bero. cons. 104. num. 12. in fin. lib. 2. Alb. cons. 464. nu. 5. in fin. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. num. 26. Rot. d. decis. 266. num. 19. par. 1. recent.* Visæ fuerunt indubitatam inducere vocationem dd. descendentium etiam ad portionem Alexandri Senioris Auunculi, cum arbitrio Iudicis relinquatur quæ debeant esse coniecturę quæ vocationem inducere valeant, *Socc. Iun. cons. 100. lib. 3. Bero. cons. 104. nu. 12. lib. 3. Menoch. lib. 4. praesumpt. 76. num. 26. in fin. Surd. decis. 162. num. 11. Greg. XV. decis. 329. num. 10. & 11. Rot. d. decis. 266. num. 3. circa med.*

4 Eoque magis quando, † prout hic versamur in descendentibus à Testatore, qui sicuti ex leuioribus coniecturis saltem simul iunctis censentur vocati ad portionem Patris ex deductis *in d. decisione in §. praesertim fauore descendentium*, ita facilius quam extranei ad portionem Patrui vocati præsumuntur, vt in specie dixit *Rot. coram Greg. XV. d. decis. 237. n. 8.*

5 Nec dicatur, quod positi in conditione non censeantur vocati ad portionem Patrui, nisi facta sit inter eos substitutio reciproca, quæ non censetur inducta inter plures honoratos, quibus facta est simpliciter, nisi tria copu-

copulariuè concurrant, nempe Primo, quod omnes sint vocati, secundo quod substitutio sit facta in tota hæreditate. Demum quod illa facta sit vltimo morienti *iuxtà l. Titia Seia. §. Seia libertis de leg. 2. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 15. Surd. cons. 129. num. 6. lib. 1.*

6 Nam vltra, quod substitutio reciproca fideicommissaria censetur inducta ex solis coniecturis necessarijs, etiam si prædicta tria requisita expressè non concurrant *Aym. cons. 113 num. 1. vers. sed tamen consideran. lib. 1. Socc. Iun. consil. 145. num. 33. vers. nec tunc obstarent lib. 3. Gabr. de substit. concl. 1. n. 9. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. nu. 15. vers. Ex coniecturis autem Menoch. de praes. lib. 4. praes. 62. num. 34.* Et in specie, quod reciproca censeatur inducta inter descendentes in conditione positos ex solis Coniecturis vocatos *Rot. d. decis. 266. num. 21. & in fin. d. decisionis, vers. quae tamen dicta sint, & decis. 300. n. 3.*

Nihilominus ex abundanti prædicta tria requisita in præsenti casu bene concurrunt. Nam primum, quod omnes sint vocati tamquam in conditione positi satis liquet ex prædictis, & alijs in d. decisione ponderatis.

Secundum verò, quod substitutio sit facta
7 in tota hæreditate patet, † quia licet illa facta sit simpliciter, & indefinitè, cum Alexander, Laura, & Posthuma fuerint instituti in omnibus bonis, quamuis inæqualiter, ita pariter substitutio in omnibus bonis facta censetur, cum substitutio, declarationem ab institutione recipiat *Menoch. cons. 397. num. 12. vers. & cum institutio. Rom. cons. 168. num. 4. & num. 38. lib. 2. Mantic. de Coniectur. ult. vol. lib. 5. tit. 2. n. 29.*

Tertium denique, quod substitutio facta
8 sit vltimo morienti pariter concurrit, † quia vltra quod non est opus, vt substitutio facta sit vltimo morienti verbis expressis, vt post alios *Rot. d. decis. 265. num. 24. vers. & non est necesse, & d. decis. 300. num. 20. vers. ultra quod non est opus, & d. decis. 361. num. 16. par. 1. recent.* cum substitutio ad fauorem Cippi Domus facta sit omnibus deficientibus, nec Testator expresserit eum, a quo hæreditatem restitui velit, præsumitur onus restitutionis vltimo morienti imponere voluisse iuxta doctr. *Bart. in l. duos in fin. ff. de vulg. & pupill. Rot. d. decis. 266. num. 24. & d. decis. 300. num. 12. & decis. 361. num. 15. in fine par. 1. recent.*

Eaque facilius in proposito procedere debent, cum vltra prædicta tria requisita plures concurrant Coniecturæ suadentes Testatorẽ inter prædictos descendentes reciprocam fidei commissariam inducere voluisse.

9 Prima siquidem oritur ex eo, † quia cum prędicti descendentes in conditione positi sint vocati ex pluribus Coniecturis, vt in alia decisione firmatum fuit, inter eos etiam reciproca inducta censetur *Gabr. de substit. concl. 1. num. 28. Socc. Iun. cons. 151. num. 12. lib. 2. Surd. consil. 334. num. 11. lib. 5. Peregr. cons. 54. num. 7. lib. 1. Rot. d. decis. 266. num. 22. & d. decis. 301. num. 8. & d. decis. 361. num. 3. par. 1. recent.*

Altera ducitur ex digressu ad plures substi-
10 tutionum gradus † nam hinc quoq; reciproca inter ipsos vocatos inducta præsumitur, *Menoch. cons. 661. num. 1. ubi plures allegat. Fusar. de substit. d. qu. 472. num. 49.*

Tertia desumitur ex vocatione Cippi do-
11 mus, † qui profectò est remotior, & censetur minus dilectus, quam sint prædicti descendentes. Vnde ne sequatur absurdum, quod Cippus remotior excludat superstitem ex descendentibus proximiorem, & magis dilectum, fateri oportet inter prædictos descendentes reciprocã fideicommissariam inductã fuisse *Castr. cons. 401. num. & cons. 4?1. num. lib. 1. Corn. cons. 31. num. 3. lib. 1. Socc. cons. 249. num. 12. lib. 2. Fusar. d. qu. 47? num. 8. & 98. Menoch. de praes. lib. 4. praes. 62. num. 35. & 36.*

12 Quarta elicitur ex eo, quod Testator Alexandrũ hæredem vniuersalem instituit, Laurã vero, & posthumam solum in mille florenis dotis nomine instituit, omnibusque prædictis substituit Cippum domus, quæ substitutio non posset de iure subsistere nisi reciproca inter eos facta fuisset, cum alias super portione dd. fœminis relicta nomine dotis, quæ proinde successit loco legitimæ, Testator non potuisset onus restitutionis imponere *l. si Pater puellae C. de inoffic. Testam. Menoch. cons. 196. num. 16. & cons. 636. in fine Vasq. de success. lib. 1. §. 10. num. 174.*

13 Nec proinde releuat, quod reciproca non inducatur regulariter inter inæqualiter institutos ex relatis à *Fusar. qu. 261. num. 1.* Quoniam omissis alijs Coniecturis contrarium in isto casu suadentibus, d. conclusio limitatur, quando prout hic, hæres vniuersalis prædecessit hæredi particulari, vt firmat idem *Fusar. d. qu. 26. num. 50. ubi alios cumulat.*

14 Quinta quæ satis vrgere videbatur deprehenditur ex eo quod Testator postquam Alexandrum, Lauram, & Posthumam hæredes instituit subdidit. Et decedentibus dd. Alexandro, Laura, & Posthuma sine filijs legitimis, & naturalibus, & similiter decedẽ eorum filijs, vel filiabus quandocumque substituit vulgariter &c. Cippum domus ipsius Testatoris, & proximiorem Consanguineorum dd. institutis, & substitutis &c. quæ postrema verba (institutis, & substitutis) cum referantur ad prædictos Alexandrum, Lauram, & Posthumam, eorumque filios, & descendentes supra vocatos satis arguunt inter eos reciprocam inductam fuisse, cum quisque ex illis suimetipsius substitutus esse non possit, vt liquet ad sensum.

Hinc sexta depromitur Coniectura, ex quo
15 quando, prout hic, † reciproca facta est inter institutos, eo magis inter descendentes remotiores facta præsumitur *Socc. Iun. cons. 130. n. 39. lib. 3. Aym. cons. 130. num. 6. Decian. cons. 28. num. 21. lib. 2. Surd. cons. 344. nu. 17. Fusar. d. quaest. 472. n. 26. Rot. d. decis. 300. num. 9. part. 1. recent.*

Octaua denique cœteris omissis deducitur
16 ex clausula, *vulgariter, pupillariter*, & per fideicommissum in Testamento adiecta, quæ pariter inducit reciprocam inter vocatos, vt post *Socc. Sen. cons. 249. num. 1. vers. 2. mouetur lib. 3. Menoch. cons. 707. nu. 29.* firmat *Fusar. d. qu. 472. num. 50.*

Et ita vtraque &c.

AVXI-

AVXIMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 7. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Alimenta, qui se alicui præstare obligauit, aliaque ad victum necessaria subministrare, tenetur etiamsi alimentandus esset diues, & haberet aliunde.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstare tenetur, qui ad illorum præstationem se obligauit.*
2 *Alimenta non debentur ei, qui aliunde habet vnde se alere possit, declara, vt n. seq.*
3 *Alimenta quæ debentur iure actionis debentur etiam ei, qui aliunde habet vnde alere possit, & n.6.*
4 *Pater licet filios habentes aliunde alere non teneatur, tamen potest pro filijs alimenta stipulari ab alio, qui alimenta præstare tenetur etiam quod filij habeant aliunde.*
5 *Subrogatorum regula non militat, vbi est diuersa ratio in eo, cui fit subrogatio.*
7 *Hæres tenetur præstare legatum alimentorum filio testatoris relictum, etiam quod habeat aliunde.*
8 *Maritus qui in contractu matrimonij vxorem alere tenetur, cogitur iure actionis eidem alimenta præstare.*
9 *Pater tenetur alere filiũ etiam diuitem si iure actionis alimenta præstare debet.*
10 *Alimenta dicuntur necessaria etiam aliunde habenti vnde se alat, & num. seqq.*
Verbum necessarium dicitur ne stare demonstratiuè, vel restrictiuè, n.10. cum seq.
11 *Viuere nemo potest sine alimentis.*
12 *Obligatus præstare alimenta aliaque ad victum necessaria, tenetur etiam quod non adsit præcisa necessitas in alimentando, & sic etiam quod habeat aliunde.*
13 *Verbum,* necessarium,*& similia denotant causam impulsiuam non finalem.*
15 *Dictiones,* tam, & quam, *tribuunt æqualitatem vtrique copulato.*
Dispositum in vno ex copulatis, & in alio quoque dispositum censetur, n.15.
16 *Fideicommissarius, vel primogenitus, qui post mortem restituere tenetur, si restituit in vita potest onus aliquod iniungere.*

DECISIO DII.

ALEXANDER Gallus possessor primogenituræ, de qua agitur, à bon. mem. Card. Gallo institutæ cessit eam de anno 1627. Eq. Bernardino eius filio primogenito, qui vice versa promisit soluere d. Alexandro Patri annua scuta 300. sua vita durante, nec non alere, & subministrare ad victum, & vestitum necessaria tam d. Alexandro eius Patri, quàm omnibus, & singulis eius fratribus, & sororibus, & illis operam studijs dantibus in omnibus auxiliari, filias verò nubendas, seu monachandas decenter dotare, aliaque facere, quæ in dicto Instrumento cessionis latius continentur. Orta nuper controuersia inter dictos Eq. Bernardum ex vna, ac d. Alexandrum Patrem, Augustinum, & Antonium Iacobum filios, ac respectiuè fratres ex altera super dd. alimentorum præstatione causaque ad Rotam delata. Dubitaui, An dd. alimenta debeantur, & pro qua summa, & DD. ea deberi responderunt, ad quam verò summam mandarunt videri in alia disputatione.

Etenim quod prædicta alimenta debeantur patet ex Instrumento d. cessionis, in qua cum d. Eques Bernardinus inter alia se in forma Cameræ obligauerit alere tàm d. Alexādrum, quàm eius fratres, eique ad victum, & vestitum necessaria subministrare, vtique tenetur
1 omnino d. promissionem adimplere, *l. quidam cum filium, & ibi Doct. ff. de verb. oblig. Surd. de aliment. tit. 3. q. 3. num. 15. & seqq. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. Franc. dec. 605. n. 8. Rota dec. 402. n. 12. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat, quod dd. fratres vltra portionem dotis maternæ possideant tria prædia sibi à bon. mem. Cardinali Gallo relicta, ex quibus cum habeant vnde se alere possint, intrat
2 conclusio, † quod alimenta non debeantur ei, qui aliunde habet vnde viuere possit, *l. si quis à liberis, §. idem Diuus, vers. sed si filius, & §. fin. ff. de lib. agnosc. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. num. 32. Rot. dec. 170. n. 4. par. 5. rec.*

Nam d. conclusio procedit in alimentis, quæ debentur ex iuris dispositione, vel officio Iudicis; secus autem in eis, quæ, prout hic debentur ex contractu, & sic iure actionis, quia tunc alimenta debentur etiam ha-
3 benti aliunde vnde se alere valeat, prout declarant *Alex. cons. 7. num. 10. lib. 2. Rolan. cons. 55. num. 5. lib. 2. Pedrocc. cons. 8. num. 168. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 7. glos. 13. nu. 31.* vbi plures congerit, *Seraph. dec. 447. num. 8. Reuerendiss. D. meus Decan. d. dec. 402. num. 11. Rota in recen. dec. 72. nu. 6. & dec. 186. n. 1. & 2. & dec. 199. n. 5. par. 4. recen. & coram Buratto dec. 705. n. 4. & ibi Add. n. 9.*

Non obstat, quod Eq. Bernardus suscipiens in se onus, omneque commodum, & incommodum domus paternæ videatur subintrasse in locum Alexandri Patris, quoad ius alendi filios, & eius respectiuè fratres, ac proinde quemadmodum Alexander Pater non tenebatur alere eius filios aliunde habentes, sed officio Iudicis in subsidium ita eodem modo teneatur d. Eq. Bernardinus tamquam in eius locum subrogatus ex regula quod subrogatus sapit naturam illius cui subrogatur.

Etenim remouetur difficultas ex quo d. Eq. Bernardinus non censetur simpliciter subrogatus in locum Alexandri Patris, sed est præcisè obligatus præstare dd. alimenta vigore cessionis d. Primogenituræ sibi factæ ab eodem
4 Alexandro † Patre, qui licet alias non teneretur iure actionis alere filios aliunde habentes. Nihilominus voluit, & potuit consulere dd. filijs, eisque alimenta stipulari, vt in proposito ponderauit *Crauett. cons. 196. sub num. 10. vers. Non obstat fundamentum.*
5 Vnde dicebant DD. non applicari regulam subrogatorum, quando, prout hic, militat diuersa

uersa ratio in eo, cui fit subrogatio, *Castren. cons.73.num.2.vers. posito ergo lib.1.Surd.cons.143. num.48.ad fin. & seqq.*

In proposito namque diuersa militat ratio: Siquidem Pater tenebatur alere eius filios ex sola æquitate, vt eorum subueniret necessitati. At Eq. Bernardinus tenetur tam illi, quam eius fratribus alimēta præstare, ad hoc, vt eius promissionem vigore d. cessionis adimpleat, & sic non officio Iudicis, sed iure actionis, quæ operatur vt alimenta debeantur etiam
6 iis, qui † aliunde habent vnde viuere possint
ex supra allegatis. Et facit *Rot.d. decis.199.n.5. par.4.rec.* Vbi quod hæres tenetur iure actionis ad legatum alimentorum filio relictum
7 habenti aliunde, † quamuis Pater defunctus
nō teneatur d.filium alere nisi officio Iudicis, & in subsidium, & *Surd.de alim.tit.1.q.32.n.35.*
8 *& seq.* Vbi maritus, qui tenetur vxorem alere
officio Iudicis, si in contractu matrimonij se obligauit eam, & familiam alere, obligatio ista alterat prouisionem legis, adeout maritus teneatur iure actionis dd. alimenta præstare, & pluribus comprobat *Giurb.d.cap.7.glos.13.n.29 & seqq.& glos.15.num.9.* Vbi quod si Pater te-
9 netur ad † alimenta iure actionis, illa debentur
filio etiam diuiti, idemq; firmat *Vrsill. ad Afflict.dec.99.n.7.& 8.Ang. Aretin. cons.140. per tot.* vbi contrarijs respondet.

Nec refragatur, quod Eques Bernardinus promiserit alere, & necessaria ad victum, & vestitum subministrare, ac proinde cum dd. fratres habeant dd. prædia vnde se alant, cesset necessitas, & per consequens dd. alimenta eis
10 non debeantur. Quia fuit responsum alimen-
ta dici necessaria etiam aliunde habenti, cum d. verbum, necessaria, stent demonstratiuè,
11 non autem restrictiuè, ad indicandam scili-
cet alimentorum præstationem, quæ omnibus dicuntur necessaria, cum sine illis nemo viuere possit, non autem ad restringendam eorum
12 præcisam necessitatem, † in casu quo quis nō
habet aliunde, vt in proposito aduertit *Anchar. inter cons.Calder.tit.de testam.cons.2.circa med.vers. ex quo ergo tempus* subdēs similia verba, denota-
13 re causam impulsiuā, non autem finalem, &
& ideo alimenta deberi, etiamsi non adsit præcisa necessitas, & cōcordat *Corn.cons.187. n.10. & seqq.lib.2.* vbi ponderat similem dispositionem non censeri factam in casu necessitatis,
14 sed pro necessitatibus suis, & alimenta dici
necessaria, etiamsi alimentandus aliunde habeat. Eosque sequuntur *Sim.de Pret.interp.vlt. vol. lib.4.interpret.1.dub.8. num.91. & seqq. Surd. de alim.tit.2.q.5.n.8. & seqq. & tit.3. q.1. num.42. Cost. de rat.q.16.n.14.*

Et confirmatur ex eo, quia d. Eques Bernardinus sub vnica oratione, & verborum structura se obligauit alere, & subministrare necessaria quoad victum, & vestitum tàm Alexandro Patri, quàm omnibus, & singulis eius fratribus: Vnde quemadmodum Patri debentur alimenta, quamuis eidem promissa fuerint etiam annua scut.300. pari ratione assignata censetur alimēta fratribus, quamuis eisdem d.prædia essent à Card.Gallo relicta cum
15 illæ dictiones, tam, & quam tribuant æqua-
litatem vtrique copulato, adeout dispositum in vno in alio quoque dispositum censeatur, *Surd.cons.357.num.16.& cons.401.num.12.& seqq. Barbos.de dict.dict.399. n.1.*

Demum non obstat, quod primogenituræ non potuerit imponi huiusmodi onus alendi Quia prædictum onus non fuit impositum primogenituræ, sed ipsi Eq. Bernardino cui cum Pater ante eius obitum cesserit d.primogenituram, quam cedere non tenebatur, po-
16 tuit correspectiuè prædictum onus imponere,
vt in similibus terminis tradunt *Molin. de primog.Hisp.lib.2.cap.4.num.32.& 33.Cancer.var. resol. par.3.cap.15.n.173. Fontanell.de pact.nuptial. claus.4. glos.9. par.5.n.32.*

Et ita conclusum vtraq; &c.

MANTVANA EMPHYTEVSIS.

Luna 16. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis concessa pro primo acquirente, eius filiis & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, atque in eius tertiam generationem finitam, & benè completam, & masculis prædictis decedentibus, vel non extantibus pro vnica filia fœmina tantum legitima, & naturali operatur quod primogenita ad dictā emphyteusim sit admittenda, etiam si aliæ fœminæ extent, etiamque ad exclusionem masculorum ex fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi recepta, deficientibus masculis pro vna fœmina, censetur vocata ea fœmina quæ est primogenita, vel natu maior, etiam si aliæ fœminæ supersint.*

2 *Primogenito debetur relictum, quando vnus tantum ex subiecta materia eligi debet, si electio facta non sit.*

3 *Dictio, vnica, denotat vnam ex pluribus, statque negatiuè quod ad alias.*

4 *Dictio, tantum, præcisè restringit dispositionem ad personas nominatas.*

5 *Et operatur vt in ea non admittatur tacita legalis interpretatio.*

6 *Appellatione descendentium, seu nepotum masculorum ex proprietate verborum veniunt non solum masculi ex masculis, sed etiam masculi ex fœmina.*

7 *Procedit in vltimis voluntatibus, vel in alia materia fauorabili.*

8 *Secus in contractibus præsertim emphyteuticis.*

9 *Verba in contractibus interpratantur contra stipulantem, qui legem apertius dicere potuit.*

10 *Inhabilitas medij inducit inhabilitatem in extremo.*

11 *Filius non debet esse melioris conditionis, quam eius mater.*

12 Bald.in auth.cessante sub num.3. C.de legat. hæredit. reijcitur.

13 *Filijs non præiudicat exclusio matris, quando illa exclu-*

excluditur facto proprio, secus quando est exclusa facto legis, vel hominis.

14 *Masculinum non concipit fæmininum in contractibus stricti iuris, maximè in emphyteusi ecclesiastica.*

15 *Fæminæ, vel masculi descendentes ex eis non veniunt in emphyteusi ecclesiastica recepta pro filijs, & nepotibus.*

16 *Masculus ex fæmina an admittatur ad donationem factam pro se, & descendentibus masculis.*

17 *Masculos ex fæminis venire in emphyteusi ecclesiastica in quibus terminis Doctores admittant, explicatur.*

18 *Textus in cap.1. de eo qui sibi & hæredibus explicatur.*

19 *Masculi ex fæminis veniunt appellatione masculorum quando fuit habita ratio sexus, secus agnationis, nedum in vltimis voluntatibus, sed etiam in emphyteusi declara, num.20.*

DECISIO DIII.

ECCLESIA Mantuana concessit in emphyteusim bona de quibus agitur quon. Aloysio Gonzaghæ recipienti pro se, filijs, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, atque in eius tertiam generationem finitam, & benè completam, & masculis prædictis decedentibus, vel non extantibus pro vnica filia fœmina tantum legitima & naturali, iuxta ipsius Ecclesiæ solitum.

Decessit Aloysius primus acquirens relictis post se Curtio, & Siluio filijs masculis, ac Victoria, Francisca, & Iulia filiabus. Postea decessit Frãcisca sine filijs, ac deinde obierunt prædicti Curtius, & Siluius pariter sine filijs, superstitibus dd. Victoria natu maiori, & Iulia sororibus, ac DD. Iulio Cæsare, & Ludouico eiusdem Iuliæ filijs, inter quos, & d. Victoriam orta controuersia super pertinentia dd. bonorum emphiteuticorum, super qua consulta Rota, & proposito per me dubio ad quem spectarent prædicta bona, DD. ad Victoriam natu maiorem spectare censuerunt ea ratione moti.

1 Quia quando emphiteusis conceditur alicui pro se, filijs, & nepotibus masculis, & prædictis masculis non extantibus, vel deficientibus pro vnica filia fœmina tantum, prout concessa fuit in casu isto, censetur vocata ea fœmina, quæ est primogenita, vel natu maior etiam si aliæ fœminæ supersint, *Curt. iun. in tract. de feud. par. 3. princ. membr. 1. numer. 20. vers. mihi autem plus placet, Grat. cons. 132. num. 18. & seqq. lib. 1. Gabr. cons. 85. num. 6. & seqq. lib. 2.* vbi ait veram esse opinionem quando (prout hic) acquirens aliam non elegit, *Hond. cons. 54. n. 4. lib. 1. Sim. de Pret. de interpret. vult. vol. fol. vlt. lib. 4. num. 8. Scrader. de feud. par. 7. cap. 4. num. 4. Galdas. de nom. emphit. q. 13. num. 35. & seqq. Mangil. de imput. quæst. 82. num. 19. & 23. Ciriac. controu. 56. nu. 7. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. n. 31.*

2 Prout in simili quando vnus tantum ex subiecta materia eligi debet, si non facta sit electio, relictum debetur primogenito, vel natu maiori vt post alios dixerunt, *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 4. nu. 4. & ibi etiam Add. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 10. num. 5. in fine, Surd. cons. 375. num. 16. & num. 23. ad med. & cons. 869. num. 10. in fin. Molin. de iustit. & iur. tom. 3. disp. 193. sub num. 6. Anton. de Amat. var. resol. cap. 1. nu. 17. Ciriac. d. controu. 56. num. 6. Fusar. de substit. qu. 515. num. 2.*

3 Idque ratione comprobatur. Quia, vnica dicitur vna ex pluribus, statq; negatiuè quoad alias perinde ac si vna, & non plures dictum
4 fuisset iuncta præsertim † dictione taxatiua tantum, quæ præcisè operatur, vt vna sola debeat esse persona, in qua dispositio adimpleri debeat, adeout verba illius nec etiam impropriè ad plures personas adaptari valeant vt eleganter deducit *Sigismund. Lofred. cons. 7. n. 45. & seqq.*

5 Et in specie emphyteusis, quod dictio taxatiua tantum, excludat omnes alias, & operetur vt in ea non admittatur tacita legalis interpretatio tradiderunt, *Rimin. iun. cons. 257. numer. 33. & seqq, Cald. de renouat. emphit. lib. 1. qu. 11. num. 15. post med. Rot. in Assisien. Emphyteusis 14. Martij 1630. coram R. P. D. meo Merlino, & in eadem secunda Maij 1635. coram R. P. D. meo Macchiauello.*

Non obstat, quod hodie superuiuant prædicti Iulius Cæsar, & Ludouicus, qui cum reuera sint nepotes masculi d. Aloysij ex Iulia altera filia, proindeque eis conueniant verba d. concessionis, ipsa quoque concessio conuenire debeat, & per consequens excludant d. Victoriam eorum Materteram, quæ nonnisi deficientibus, vel non extantibus nepotibus masculis d. Aloysij vocata fuit, etiam si oriã-
6 tur ex Iulia fœmina, † cum appellatione descendentium, seu nepotum masculorum ex verborum proprietate veniant non solum masculi ex masculis, sed etiam masculi ex fœminis descendentes, *Fulgos. cons. 85. num. 2. Corn. cons. 246. num. 9. lib. 2. Rub. Alex. cons. 22. num. 11. vers. tertius casus, Cephal. cons. 600. numer. 32. lib. 4. Socc. iun. cons. 2. num. 11. lib. 3. Alb. cons. 86. num. 4. & 5. & cons. 87. num. 4. & 5. lib. 1. Veg. cons. 63. n. 74. vers. quibus tamen non obstan. Bursatt. cons. 229. numer. 92. lib. 3. Bellon. iun. cons. 72. num. 22. Ruin. cons. 49. num. 2. vers. sed tamen præmissis, & cons. 120. n. 8. lib. 1. Atciat. cons. 563. num. 1. & seqq. Peregr. cons. 96 num. 11. lib. 1. Bertazz. cons. ciuil. 85. num. 3. & 4. Cepoll. cons. Ciuil. 7. num. 15. Surd. cons. 308. num. 2. & sub nu. 25. vers. addo argumentum Alex. Galuan. consil. 21. num. 20. Alciat. in l. Gallus §. nunc de lege numer. 15. & 16. vers. ego tamen puto Mantic. de coniect. vlt. vol lib. 8. tit. 18. num. 6. vers. quinto & vltimo dicebam item de tacit. lib. 22. tit. 16. num. 7. & seqq. Peregr. de fideicom. art. 28. nu. 7. Valasch. de iur. emphit. lib. 3. cap. 16. num. 3. Cordub. de caus. priu. ob lin. fin. num. 28. Caldas. de emphit. lib. 3. cap. 15. nu. 30. Gratian. discept. 999. num. 11.* Et in hanc sententiam videtur inclinasse, *Rota in Ariminen. Emphyteusis 14. Martij 1629. coram me.* Et facit text. *in cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis*, vbi si feudum fuerit concessum pro descendentibus masculis & his deficientibus pro fœminis, admittũtur etiam masculi descendentes ex fœminis.

7 Eto-

7 **Etenim quidquid** fit in vltimis † voluntatibus, vel in alia materia fauorabili, in quibus terminis loquuntur, *Fulgos. d.cons.85. numer.2. Corn.d.cons.246.num.9.lib.2. Rub. Alex. d.cons.22. num.11.vers.tertius casus Cephal. cons.600. nu.32. lib.4.Socc.iun. d.cons.2.num.11.lib.3. Alb.d.cons.86. num.4.& 5. & cons.87.num.4.& 5. lib.1.Veg.dicto cons.63.num.75.vers. quibus tamen non obstantibus Bursatt.d.cons.229.num.92. lib.3. Bellon. iun. dicto cons.72.num.22.*

8 Attamen in contractu præsertim † emphiteusis, quæ fuit concessa pro filijs, & nepotibus masculis recepta est conclusio non venire nepotes ex filia iuxta doctr. *Speculat. in tit.de emphit.§.nunc aliqua num.173.quæst.146. Ita Castr.in l.Gallus §.nunc de lege num.6.vers.sed tunc quæritur ff.de lib.& posthum.& in l.1. num.3. vers. breuiter in concessione feudi, vel emphiteusis C. de condit.insert.& d.cons.190.nu.3.vers.sed sic est quod in talibus et num.4.par.1.Aret.in eadem l. Gallus §. nunc.de leg.num.52.vers.sed annectit, et paulo infra, vers.sed quidquid ipsi sentiant,* vbi veriorē testatur *Ias.ibidem num.16.* vbi ait perpetuo menti tenendum & in *l.si quis id quod 7.num.21.in fin. ff. de Iurisd.omn.Iudic.Alex.ab Imol.in l.sed si hac lege 1.§.liberos num.8.ff.de in ius vocan.Bald. d. §.liberos in addit.& rursus in eadem l. sed si hac in addit. num.3.& in Auth.si quas ruinas nu.14. C.de Sacros. Eccles.Rip.in l.ex facto 17.§.si quis ita num.8. vers. idem voluit, Specul.Alex.& Imol.ibidem nu.1.vers. sed bene est dubium ff.ad Trebell.Claud. Seisell.in d. l. Gallus §.nunc.de lege nu.13.ff.de liber.& posthum. Dec.in cap.in præsentia num.164.tit.de probat.Alex. cons.6.nu.22.vers.non obstat etiam lib.3. & cons.38. num.3.lib.6.Rub.Alex.cons.35. nu.4.* vbi de communi, *& cons.129.num.5.Bertran.cons.54. num.4. vol.1.par.1.& cons.245.numer.1. vers.quibus addo par.1.vol.3.Socc.iun.cons.69.numer.22. lib.3.Corn. cons.146.num.11.lib.2.Bursatt. cons.1. num.40. & cons.229.num.93.lib.3.Cepoll.cons. ciuil.7. num.15. vers.item quod ista verba sub vers. nisi natura contractus, Ruin.cons.18.num.5.& seqq.lib.3.Grat.cons. 120.num.16.lib.2.Alb.d.cons.86.num.5.vers.iam in casu speculat.& d.cons.87.num.7.& in fin. eiusdem num.lib.1.Alciat.d.cons.563.num.2.circa med. vers. restringitur etiam & secundo, Bero.cons.105.sub n.4. lib.1.latè Aldobrand.d.cons.3.num.20.& num.27.& seqq.et cons.5. num.4. et 19.* Vbi quod hæc conclusio non habet contradictores, *Bellon.iun. d. cons.72.num.46.Clar.lib.4.senten. §.emphyteusis qu. 36. vers.sed si emphyteusis et seq.* vbi de communi, *Merlin.de legit.lib.1.tit.2.qu.11.num.17. Tiraq. de iur.primog.qu.13.num.8.Peregr. de fideic. art.26. num.8.Mantic.de coniect.d.lib.8.tit.18. nu.55. vers. item subdit Franc.Marc.decis.546.num.21. vers. & idem quando quis accepit p.1.latè Maresc.var.res.lib. 2.cap.144.n.9.& seqq.*

9 Qui omnes mouentur† vel ex eo quod in contractibus verba interpretantur contra stipulantem, qui legem apertius dicere potuit, *arg.l.veteribus ff.de pact. Castren. cons.190. num.3. vers.sed sic est p.2.Rub. Alex.cons.128. sub num.15. vers.præmissis tamen Aldobr.d.cons.3. numer.20. & cons.5.num.21.et 22. Alciat.cons. 96.num.34. vers. tertio respondeo, et cons.563.num.2. vers.restringitur etiam et secundo,* quem sequitur *Mant. de coniect. d.lib.8.tit.18.n.55.vers.item subdit Alex.d.cons.61. num.1.vers.et in dubio et num.2.lib.1.Peregr. de fideicom.d.art.26. num.8. vers.item quia in contractibus, Dec.in cap.in præsentia num.138. vers.non obstat, quod Alex. tit.de probat.* Vel ex eo quod filia per quam nepos coniungitur auo materno est inhabilis, vnde nepos etiam ex ea cen-
10 setur inhabilis,† cum inhabilitas medij inducat inhabilitatem in extremo, *arg. l.tria prædia C.de seru.rustit.prædior.ita Bald.in auth. si quas ruina num.14.C.de Sacros.Eccles. Aldobran. d. cons.3. num.33.lib.1.*

Vel denique ex eo, quod filia primi acquirentis, & sic mater dd. Nepotum non succederet, si viueret, vnde nec etiam dd. Nepotes eius filij quamuis masculi succedere de-
11 bent, † ne melioris conditionis sint filij quā eorum mater, *l. si viua matre 3.vers.nam licet C. de bon.mat. & hac ratione mouentur Castren. dict.§. nunc de lege, vers. sed tunc quæritur,* vbi ait per hanc rationem se ita pluries consuluisse, ad quam nullus sciuit dare responsum, & sequitur, *Ias.in eodem §.nunc de lege num.16.Aretin.ibidem num.32.vers. sed annectit ff.de lib. & posthum. Claud.Sexell.ibidem num.13.Alex.ab Imol.in l. sed si hac lege 10.§.liberos num.8. ff.de in ius voc. & in d.l.ex facto 17. §.si quis ita num.3.Rip.ibidem nu.8. ff.ad Trebell.Alex.cons.38.nu.2.& 3.lib.6.Bertran. d.cons.54.num.4.par.1.vol.1.& d.cons.245.num.5. vers.& pro omnibus his par.1. vol.3. Socc. iun.cons. 69. num.21.& 22.lib.3.Corn.d. cons.146. num 11. vol.2.Bursatt.d.cons.1.nu.40.Grat. d.cons.120. numer.16.lib.1. Aldobr.cons.3.nu.22.& cons.5. nu.29. vers.ad id quod dicitur lib.1.Merlin.de legit.d.lib.1. tit.2.quæst.11.num.17.Peregr.de fideicom. d.art.26. num.2. & num. 28. vers.mouentur rationibus supra adductis.*

12 Non obstat, quod prædicti Nepotes prætendant succedere ex persona propria vti habentes qualitates in concessione requisitas, nō autem ex persona matris, & ideo admittantur etiamsi mater eadem sit exclusa iuxta doctr. *Bald.in Auth.cessante sub num.3. C. de legit. hæred.* vbi quod stante consuetudine, quod fœmina non succedat in Baronia, nepos natus ex ea non admittitur quando extant fratres, aut filij fratris prædefuncti, quia tūc veniret ex persona matris, quæ à consuetudine, excluditur sed si extarent alij remotiores secus quia tunc nepos ex iure suo absq; repræsentatione matris illos à successione excludit, & excluderet quoq; à successione in Baronia, *ad not.per Doct. in l.pactū C.de collat.* vbi notatur exclusionem matris filiis non præiudicare, *Cephal. cons.103. numer 6.* vbi conclusionem pluribus exornat, & in terminis emphiteusis videtur sentiisse, *Soccin.in d. l.Gallus §.nunc de lege num.5. vers. quod tamen videbatur procedere, Mantic.de tacit.lib.22.tit.18.numer.11.* Nam quoad doctrinā, *Bald. in d. Auth. cessante,* illa communiter reijcitur prout attestantur, *Corn.ibidem num. Claud.Saxell.dicto §. nunc de lege n.13.in fin.vers.non obstat dictum Bald. Peregr.de fideicom.d.art.27.nu.6. In fin.vers.non obstat. Bald.traditio.*

13 Quo vero ad notata per *Doct. in l. pactum C. de collat.* fuit responsum illa procedere, quan-

do mater excluditur facto proprio, quia tunc exclusio ipsius non inficit descendentes ex ea, secus autem quando illa esset exclusa facto legis, vel hominis, puta dantis, vel recipientis in emphiteusim, quia cum emphiteutę non veniant ex persona propria, sed ex persona Antecessoris, à quo tàm ipsi, quàm eorum mater prætendunt habere causam, quēadmodum contrahentes voluerunt excludere filiam, ita pariter censentur exludere voluisse filios ex ea descendentes, vt in terminis declarant, *Claud.Sexell.d.§.nunc de lege nu.13. vers. non obstant quæ traduntur,ff.de liber.& posth.* quem sequitur *Aldobrand.d.conf.3.num.58.lib.1.* idemque admittit, *Alciat.conf.115.num.5.vers.non obstat, quod in emphiteusi,Rot.decis.15.nu.7. vers.quia quantum ad communem p.2.diuers.*

14 Et facit quia in contractibus præsertim stricti iuris, qualis est emphyteusis masculinum non concipit fœmininum ex communi opinione Doct.quos congerit, *Tiraquel.de retract. lignag.§.1.glos.9.num.181.Gabr.com. opin.de verb. signif.conclus.6.num.87.Clar.in §. emphiteusis q.32. vers.sed si fuerit concessa, Alex.conf.61.num.2.vers. & in hoc præcisè lib.1.Alciat.conf.653.num.2. circa med.vers.facit.*

Eoque magis quando, prout hic, versamur in emphiteusi Ecclesiæ, quia tunc masculinum non continet fœmininum in Ecclesiæ præiudicium, vt firmat, *Bald.in l.2. num.11. C. de iur. emphit.Alex.conf.61.num.4. vers.non obstat, id quod notat, Bald.lib.1.Cephal.consil.11. num.21. lib.1.*

15 Vnde quemadmodum emphiteusis Ecclesiastica, quæ fuit recepta simpliciter pro filijs, & nepotibus non compræhendit fœminas iuxta communem Doctor. sententiam quos congerit, *Cantuc. in eius voto registrato in decis. 125.num.1.& 5.par.2.diuers.* quam etiam sequitur *Rota Teste Reuerendiss.D.meo Decano dec.176. num.4. par.4. recent.* Ita pariter quando illa est recepta pro filijs, & nepotibus masculis non comprehendit masculos ex fœminis descendentes, cum in Ecclesiæ præiudicium non fiat extensio, sed potius restrictio, adeout masculi ex masculis dumtaxat descendentes admittantur, & sibi imputent contrahentes, qui legem apertius dicere potuerunt ex *Alex. d. conf.61.num.4.lib.6. cum alijs supra relatis.*

16 Hinc non obstant cæteri Doctores pro cōtraria parte allegati. Nam *Ruin. conf.49. nu.2. vers. sed tamen præmissis & conf.120. num.8. lib. 1.* loquitur in contractu liberatorio, seu gratuitæ donationis pro se, & descendentibus masculis, quo casu cum fauorabilis, soleat recipi Interpretatio, infert etiam masculos ex fœminis contineri, quam tamen conclusionem esse valde dubitabilem, & contrarium consuluisse, *Socc.conf.116.n.6.Guidopap.decis.133.* aduertit *Peregr.de fideicomm. dicto art.26.num.14. vers.tamen conclusio.*

Alciat.d.conf.563.num.1.& seqq. loquitur pariter in donatione, vt elicitur ex *n.2. circa med. vers.vnde innuit secus esse in donatione.*

17 *Peregr.conf.5.num.11.& conf.6. lib.4.* loquitur in feudo improprio concesso pro filijs, nepotibus, & descendentibus masculis, & alijs quibuscunque hæredibus, & successoribus, qui non est casus noster.

Bero conf.96. nu.11. lib.1. loquitur in emphiteusi concessa tàm pro filiis, & nepotibus masculis, quàm pro filiabus, & nepotibus, & sic pro masculis, & fœminis.

Bertaz.conf.ciuil.85. nu.3. se fundat præcipuè in consuetudine Ecclesię Imolensis inuestiendi pro hæredibus, vt elicitur ex ijs quæ tradit post *num.2. vers. ex quo stante*, & ex hoc infert venire etiam masculos ex fœminis.

Cepoll.conf.ciuil.7. numer.15. vers.item quod ista verba retorquetur, nam contrarium firmat, quādo natura cōtractus, vt puta feudi, vel emphiteusis contrarium suadet, vt constat ibidē *vers. nisi natura contractus.*

Surd.conf.308.num.2. & sub num.15. vers. addo argumentum loquitur in Inuestitura concessa pro descendentibus, & hæredibus tàm masculis, quàm fœminis.

Alex.Galuan.conf.11.num.20. contrarium sentire videtur quando emphiteusis non est laicalis, sed Ecclesiastica.

Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.8. tit.18. nu.6.vers. quinto & vltimo dicebam, loquitur in feudo recepto pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, vt patet ex *vers.item si feudum*, idem de tacit. *lib.22.tit.16.num.7.& seqq.* loquitur in emphiteusi laicali, vel saltem se fundat in eo quòd regulariter in concessione emphiteusi veniāt etiam fœminæ, & ideo infert nō excludi masculos ex fœminis, at quando subiecta materia aliud suadet, prout suadet emphiteusis Ecclesię ex prædictis videtur admittere eos esse exclusos, vt elicitur ex iis quæ tradit *sub n. 8. vers.tamen si ex interpretatione.*

Peregr.de fideic.art.27.num.7. loquitur in emphiteusi hæreditaria recepta pro masculis, & fœminis, *Valasch. de iur.emphit.lib.3.cap.16. numer.30.* videtur loqui in emphiteusi laicali, quia pro comperto supponit in successione emphiteusis venire masculos, & fœminas.

Cordub.de caus.priuat.ob lim.fin.num.28. fundat suam opinionem in eo quod emphiteusis fuit concessa per fœminam, & sic quando emphiteusis habuit originem à fœmina, vt elicitur ex *vers.quinto non obstat paulo ante d.num.28.* cum fœmina excludere non soleat fœminam.

Calduf.de emphit.lib.3. cap.13. sub num.30. loquitur pro hac parte, & declarat dicta per Valasch. procedere, quando fœminæ ab initio facta fuit concessio.

Gratian.discept.999.num.17. loquitur in inuestitura feudi, in quo vocantur hæredes, & descendentes tàm masculi quam fœminæ.

Rota denique in Ariminen. Emphiteusis 14. Martij 1629. coram me loquitur in Emphiteusi, quæ fuit concessa pro filijs, & nepotibus masculis per lineam rectam descendentibus, continebatque clausulas ad habendum & quidquid placuerit faciendum, aliasque clausulas suadentes emphiteusim esse transitoriam ad quoscumq; & vlterius concurrebat

con-

consuetudo particularis Ecclesiæ Ariminen. iuxtà quam in similibus concessionibus etiam masculi ex fœminis continentur.

18 Nec applicatur *text. in cap. 1. de eo qui sibi, & haeredibus*, quia loquitur de concessione facta pro masculis, & fœminis, vt elicitur ex illius lectura, & declarat *Aluar. de feud. in d. c. 1. in princip. Aldobr. d. cons. 3. num. 39. & cons. 5. nu. 27. lib. 1.*

Nec dicatur prædicta procedere quando 19 fuit habita ratio conseruandæ agnationis, secus autem quando, *prout hic*, non ratio agnationis, sed sexus contemplata fuit, quia tunc appellatione masculorum veniunt etiam masculi ex fœminis, ne dum in vltimis voluntatibus *ex relat. à Bellon. Iun. d. cons. 72. num. 25* vbi 40. *Doct. cumulat*, & rursus *cons. 73. num. 3. ubi alios septem addit.*

Sed etiam in Emphiteusi *Ruin. cons. 49. num. 2. uers. sed tamen & seqq. li. 1. Socc. Iun. cons. 2. num. 26. lib. 3. Bertaz. d. cons. 84. num. 4. Surd. cons. 308. n. 14. Peregr. d. cons. 5. num. 10. & 11. & cons. 56. num. 2. & seqq. lib. 1. Galuan. d. cons. 11. num. 15. 21. & 22. Ludou. Casan. cons. 23. num. 1. Mantic. de coniect. li. 8. tit 18. num. 16. & num. 17. uers. 4. & de tacit. lib. 22. tit. 16. num. 8. & seqq. & nu. 18. Gratian. discept. 999. num. 5. Vallasch. de iur emphit. q. 41. num. 5. Corbul. de caus. prin. ob lin. fin. num. 28. uers. ideò cum cesset.*

20 Nam responsum fuit vel sufficere rationem conseruandæ agnationis non fuisse expresè exclusam in Emphiteusi, de qua agitur, vel in ea non esse magnam vim faciendam, quando, *prout hic*, versamur in Emphiteusi, & quidem Ecclesiastica, quæ vbi, *prout hic*, recepta fuit pro filiis, & Nepotibus masculis comprehendit masculos ex masculis, non autem masculos ex fœminis, etiam si ratio conseruandæ agnationis expressa non fuerit, cum sola natura contractus, aliæque rationes supra ponderatæ id suadeant, vt colligitur ex Doctoribus supra allegatis, & signanter ex *Bellon. Iun. d. cons. 72.* qui postquam tetigit motiuum agnationis, & signanter sub *num. 45. subdidit ibid. ad fin. uers. & licet ipsi adducat & n. 46.* illud procedere ait in materia indifferenti, non autem in materia differenti, qualis est Emphiteusis cum in illius concessione facta pro masculis etiam seclusa ratione agnationis non veniant masculi ex fœminis, idemque comprobat *Aldobrand. d. cons. 6. num. 13. ins. ad num. 47. lib. 1.* & faciunt ea, quæ tradunt *Ruin. d. cons. 172. num. 12. uers. nec repugnat Grat. d. cons. 20. num. 46. cum alijs supra allegat.*

Et ità &c.

BARCHINONEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 9. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Loca non exempta Episcopus visitat authoritate ordinaria, exempta verò tanquam Sedis Apostolicæ delegatus; Beneficiorum vnitorum alicui Monasterio, vel ad illud pleno iure spectantium collatio spectat ad Abbatissam, nec non clericorum institutio, accedente capituli consensu.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super iure visitandi loca non exempta suæ diocesis authoritate ordinaria, & exempta tanquam delegatus Sedis Apostolicæ.*

2 *Episcopus habet iurisdictionem in omnibus Ecclesijs suæ diocesis etiam regularium exceptis ijs, quæ concernunt regularia instituta.*

3 *Concordia non confirmata à Papa, quæ tollit ius visitandi Episcopo non est attendenda, licet appareat de asserto mandato Papæ confirmata.*

4 *Abbatissa, de consensu sui capituli, ad instar aliorum Prælatorum potest conferre beneficia pleno iure ad Monasterium spectantia.*

5 *Beneficium conferre est iurisdictionis spiritualis, non ordinis.*

6 *Institutio quæ dat possessionem & titulum, non autem ea, quæ dat potestatem exercendi actualem curam animarum, potest cadere in fæmina.*

7 *Abbatissa valet iurisdictionem exercere non solum in moniales, sed etiam in clericos sibi subiectos.*

DECISIO DIV.

ORTA iamdiu controuersia inter Episcopum, & Capitulum Ecclesiæ Barchinon. ex vna, & Abbatissam, ac Moniales Monasterij S. Petri Puellarum eiusdem Ciuitatis ex altera, tàm super iure visitandi d. Monasterium, eiusque exemptione à Iurisdictione Ordinarij, quam super aliis iuribus hinc inde prætensis. Fuit inita concordia de anno 1401. in qua fuit inter alia conuentū, quod Ius conferendi beneficia d. Ecclesiæ, & Clericos in eā instituen. spectaret ad Abbatissam, quodq; beneficiati tenerentur præstare obedientiam eidem Abbatissæ in temporalibus. Episcopo vero ratione curæ animarum in spiritualibus. & quod Episcopus visitaret Ecclesiam d. Monasterij, eiusque beneficiatorum in eosq; omnem aliam Iurisdictionem ciuilem, & criminalem exerceret visitatione in reliquis Abbatissæ reseruata.

Sed harum visitationum occasione iterum deinde orta controuersia Abbatissa mouit Iudicium in partibus, in quo sententiam de anno 1599. Sede Episcopali tunc vacante contra dd. beneficiatos reportauit, qua fuit pronunciatum eam esse manutenendam in quasi possessione visitandi. A qua sententia quamuis dd. Beneficiati infra legitima tempora appellassent, & causam in Rota coram bo: me: Penia committi obtinuissent, nihilominus cum ab indè citra nil egissent in causa, pro parte d. Abbatissæ fuit obtenta commissio exequutorialis mihi directa, cum clausula constito de re iudicata, quapropter proposito à me dubio sub die 26. Februarij præteriti. An constaret de re iudicata, quæ esset exequenda DD. etiam informante Episcopo mandarunt vt videretur de bono iure, super quo hodie posito dubio fuit responsum constare de bono iure

 Epis-

Episcopi, & Abbatissæ respectiuè. Episcopi scilicet quoad Ius visitandi, Abbatissæ verò quoad ius conferendi beneficia d. Ecclesiæ, & Clericos in ea instituendi.

1 Nam quod ad ius visitandi attinet, † Episcopus habet intentionem fundatam super iure visitandi omnes Ecclesias, & loca suæ diocesis *cap. cum Venerabilis & cap. de Zenodochijs de relig. domib. c. conquerente de off. Iud. ord. Verall. decis. 306. lib. 1. Rota decis. 500. par. 2. num. 1. & decis. 41. num. 1. par. 5. recent.* Et per consequens etiam Monasteria Monialium, siuè illa sint exempta, siuè non, non exempta quidem auctoritate ordinaria *cap. si Episcopus cap. cum Episcopus de offic. Ordin. in 6. Clem. attendentes de stat. Monach. Nauar. in cap. non dicatis 12. qu. 1. n. 63. Eman. Rodriq. q. regul. tom. 3. qu. 63. art. 1. Feder. de sen. cons. 290. num. 1.* Exempta verò, & Sedi Apostolicæ immediatè subiecta tanquam eiusdem Sedis Apostolicæ delegatus *d. Clem. attendentes de stat. Menoch. & ibid. Lap. Abb. in princ. Cardin. nu. 2. Vitalin. §. hoc igitur num. 2. S. Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de regul. & Monial. & sess. 7. cap. 8. de reformat.*

2 Præsertim cum non agatur de visitatione d. Monasterij quoad † instituta Regularia, eorumque obseruantiam, sed Ecclesiæ eiusdem Monasterij quoad curam animarum, diuinorum Officiorum celebrationem, legatorumque piorum adimplementum, & similia, quod officium non nisi ad Episcopum spectare debet, cum Episcopus exceptis iis, quæ concernunt regularia instituta habeat de iure communi iurisdictionem in omnibus Ecclesiis suæ diocesis etiam Regularium *cap. causam il 1. vbi Abb. num. 5. Butr. num. 4. & 8. Dec. num. 38. de Iudic. cum alys relat. coram R. D. meo Decan decis. 557. nu. 1. & 2.*

3 Nec obstare visa fuit prædicta concordia inter Episcopum, † & Abbatissam tunc temporis inita. Quoniam vltra quod illa præferuat Episcopo ius visitandi adhuc illa si contrarium disponeret non esset attendenda tanquam sublata per *S. C. Trid. sess. 6. cap. 4. de reform. & d. sess. 7. cap. 8. de reform. & sess. 25. num. 11. de regul.*

Non obstat quod Concilium non tollat concordias à Sede Apostolica ex certa scientia confirmatas, vt sæpè S. Congregatio eiusdem Concilii declarauit, & firmauit *Rota apud Seraph. decis. 775. num. 2. Acchill. de Graff. decis. 3. de pact.*

Quoniam ex lectura concordiæ quæ datur apparet eam non à Sede Apostolica, sed à Ferdinando Cardinali Tirasoneñ quamuis de ass. mandato Benedicti XIII. confirmatam fuisse.

4 Respectu autem Abbatissæ dicebant DD. quod si beneficia de † quibus agitur sunt vnita d. Monasterio vel aliàs ad illud pleno iure spectant, d. Abbatissam de iure posse de consensu sui Capituli dd. Beneficia conferre, & Clericos instituere ad instar aliorum Prælatorum *ad notat. in c. ex nosciitur de his quæ fiu. à Prael. sine cons. Cap. & in cap. dilecta & ibi gloss. & Abb. de maior. & obed.* Cum etiam fœmina ratione dignitatis possit habere collationem beneficiorum *Abb. in d. cap. dilecta num. 1. de maior. & obed. & in cap. cum dilectus num. 20. de consuet Tiraq. de Iur. Primog. qu. 10. num. 13. Rebuff. tract. nomin. qu. 8. num. 12. uers. iden quando Abbatissa Gozal. ad reg. 8. gloss. 22. num. 12. Mar. Anton. uar. resol. 67. num. 5. Flor. de Men. uar. qu. 10. num. 4. Siluestr. in verb. Abbatissa nu. 5.*

5 Et consequenter Abbatissa † habet ius conferendi beneficia, & Clericos instituendi in Ecclesijs ad eius Monasterium spectañ cum ista sint Iurisdictionis spiritualis, & non ordinis, vt inquit *Abb. d. cap. dilecta num. 5. de maior. & obed. & in cap. cum dilectus num. 20. de consuet gloss. in d. cap. dilecta in verb. Iurisdictioni uers. item ratione suæ administrationis Siluestr. in sum. d.*

6 *verb. Abbatissa num. 5.* Vbi tamen declarat id esse intelligendum de institutione, quæ dat possessionem, & titulum, non autem de authorizabili, quæ dat potestatem exercendi actualem curam animarum, cum talis Iurisdictio non cadit in fœmina. Idemque docent *Rodriq. tom. 1. qu. regul. qu. 18. art. 18. Mirand. de sacr. Monial. art. 5. qu. 6. conclus. 4.* Subdens Abbatissam

7 posse habere sub se de iure speciali Clericos seculares sibi subiectos, vt puta si ex priuilegio, vel præscriptione habeat Ecclesias, seu Cappellas ad Ecclesiam sui Monasterij pleno iure subiectas, quia tunc Clerici dd. Ecclesiarum eidem Abbatissæ subijciuntur, cum etiam Abbatissa possit quandam Iurisdictionem exercere non solum in Moniales sed in clericos sibi subiectos *gloss. in d. c. dilecta in verb. Iurisdictioni & ibid. Abb. num. 1. de maior. & obed. Siluestr. d. verb. Abbatissa num. 6. Mart. Anton. Cucc. Insti. Maior. lib. 3. tit. 3. de Abbatiss. Hier. Rodriq. in tract. resol. 2. tit. de Abbatiss. num. 25.* vbi plures refert, & inter alios *Suar. de relig. tom. 4. lib. 2. cap. 10. num. 12. & seqq.* Pluraque de Abbatissis congerit *Barbos. Iur. Eccles. lib. 4. cap. 45. de praepos. & Ministr. Relig. num. 21.*

Et ità vtraque &c.

TARRACONEN. PRIMITIARVM.

Lunæ 14. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Territorium de mensa alicuius Abbatis, seù Monasterij tenetur eidem soluere primitias omnium fructuum, qui ex dicto territorio colliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia limitata vltra expressa non suffragantur.*
2 *Historys præsertim in facto antiquissimo standum est.*
3 *Tabula geografica probat ne dum confines, sed etiam situationem loci, maximè iuncta attestatione nationalium.*
4 *Totum continet partem.*
5 *Ex diuersis non fit illatio.*
6 *Possessionem non videtur adeptus, qui retinere eam non valet.*
7 *In Alternatiuis sufficit unum ex requisitis probare.*
8 *Obseruantia longissima sufficiens est ad probandum titulum cum suis qualitatibus.*

DECI-

DECISIO DV.

PLACVIT DD. decisio in hac causa facta sub die 10. Maij præteriti, in qua fuit dictum duas sententias Rotales latas ad fauorem Abbatis, & Monasterij S. Mariæ de Populeto esse confirmandas, per quas fuit pronunciatum Ecclesiam Parochialem Villæ de Vimbodino esse de mensa dd. Abbatis, & Monasterij, & propterea eis deberi primitias omnium fructuum, qui in d. Villæ districtu colliguntur, salua medietate Rectori assignata pro curæ exercitio.

Nec obstare visa fuerunt ea, quæ in hodierna positione pro parte d. Rectoris ad euertenda decisionis fundamenta longa seriè deducebantur quandoquidem sunt illamet fere, quę aliàs fuerunt deducta, quibus omnibus abundè fuit responsum in decisionibus DD. meorum Pirouani, & Carilli, in quibus optimis fundamentis firmatur primitias, de quibus agitur spectare ad dd. Abbatem, & Monasterium, quoniam de anno 1172. Idelphonsus Rex Aragonum vigore Indultorum Apostolicorum Sanctio, & Petro Regibus Aragonię suis Antecessoribus cõcessorum per summos Pontifices pro se ipsis, & eorum successoribus in perpetuum ipsis donauit Territorium, seu districtum d. Villæ de Vimbodino cum translatione omnium Iurium sibi competentium & competiturorum, nihil penitus sibi reseruato, itaut quoad istam Ecclesiam, & illius primitias hinc insurgat optimus titulus Regię scilicet donationis, & quidem potestate, & voluntate donantis sufficienter iustificatæ, vt optimè & solidis fundamentis fuit etiam probatum in dd. decisionibus.

Non obstat quod Regia potestas ex prædi-
1 ctis Indultis esset † limitata ad Ecclesias, vel ex Maurorum Tyrannide vindicandas, vel in proprijs Regum hęreditatibus construendas quia vtraq; qualitas visa fuit sufficienter probata ex deductis in decisionibus.

Prima scilicèt qualitas quod Ecclesia de qua agitur fuit vindicata à manibus Sarracenorum clarè probatur ex eo quod de anno 1089. & sic post Indultum Greg. VII. emanatum de anno 1073. Regnante Sanctio Christiani acquisierunt planum, & omnem terràm quæ sita est inter Villamfrancam, & Prouinciam Tarraconę vsque ad fines Catalaunię, vt testatur *Turit. in Annal. Aragon. in vita d. Sanctij li.*
2 *1. cap. 28. fol. 29.* Quibus historijs † præsertim in facto antiquissimo standum esse Rota latè firmauit *in decis. 353. nu. 23. & seqq. par. 5. rec.* Quod autem Villa ista Vimbodini contineatur intra terminos Plani, & terræ sit inter Villamfrancam, & Prouinciam Tarraconæ vsque ad fines Catalauniæ visum fuit probari ex tabula, seù Mappa geographica d. Principatus Cata-
3 launiæ oculis DD. exhibita, † quæ probat, prout passim similibus tabulis Rota fidem adhibet ne dum in materia Confinium *Guidop. decis. 67.* & fuit dictum *in Virdunen. Electionis Episcopatus 15. Nouembris 1593. coram bo: me: Card. Pamphilio, & in nullius, seu Aprutina iurisd. 10. Martij 1624. coram bon: me: D. meo Seluicien.* sed etiam ad probandam situationem, *vt in Vlixbonen. Iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram bo: me: Card. Lancellotto, & in Theatina Iurisdictionis S. Ioannis 4. Maij 1612. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Iuncta præsertim attestatione Curialium nationalium data in hodierna po-
4 sitione, † ex quibus sequitur, quod si totum illud spatium terræ fuit recuperatum è manibus Maurorum, idem quoque dicendum sit de Vimbordino in d. Spatio contento, vt benè in simili ex *Dec. cons. 46. num. 15. vers. ult. non obstat & Aym. cons. 54. num. 9. arguit Rota in d. Theatina Iurisdictionis coram Reuerendiss. D. meo Dec.*
5 Non obstat quod de anno 1405. Comes Barchinonæ acquisierit quasdam terras proximas Vimbodino, quia vltra quod hinc non potest inferri ad recuperationem Vimbodini iuxtà *vulg. reg.* quod ex diuersis non fit illatio
6 *l. Papinianus ff. de minor.* In omnem euentum sat esset, quod regnante Sanctio iterum fuisset è manibus Maurorum vindicata ista Ecclesia à Christianis eius Imperio subiectis; Immò posterior ista recuperatio, non autem anterior est cõsiderabilis ex regula quod possessionem non videtur adeptus, qui retinere eam non potest *l. non videtur ff. de acquir. possess. Aym cons. 182. num. 2.*

Quo vero ad aliam qualitatem, scilicet quod ista Ecclesia Vimbodini sit constructa in hæreditatibus Regis Idelphonsi, licet opus non esset illam probare, cum sufficiat Monasterio probasse primam qualitatem, nempe quod Vimbodinũ fuerit à Maurorum mani-
7 bus recuperatũ cum in alternatiuis, primò hic requisitis sufficiat alterum probare *c. in alternatiuis de reg. Iur. in 6. cap. inter cæteras vbi Pelin. & alij de rescript. Caual. decis. 365. num. 3. R. D. meus Dec. decis. 139. num. 1.* Attamen videtur sufficienter probata ex latè ponderatis in alijs decisionibus, & signanter vltima D. mei Carilli, quandoquidem controuerti non potest quin
8 d. Villa Vimbodina fuerit in Idelphonsi Regis donantis patrimonio, prout etiam comprobatur ex ipsa donatione, & subsequuta per tot sæcula obseruantia, quæ sufficiens est ad probandum titulum cum suis qualitatibus.

Non obstant ea quæ iterum repetebantur contra scriptnras Monasterij videlicet quod illæ non sint in forma probanti, quia huic motiuo plenè fuit responsum in d. decisione *D. mei Carilli §. quibus non aduersatur* vbi per optimas rationes, quas hic non repeto, fuit ostensum dd. scripturas esse in bona forma, & legali.

Alijs obiectionibus fuit late responsum in alijs decisionibus, cum quibus DD. trãsierunt.

Et ita vtraque &c.



ANCONITANA CAMBIORVM.

Lunæ 21. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Suscipiens in se onus pecunias retinendi super cambijs; vel tenetur cambia soluere, vel loco illorum præstare damna, & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Mercatori pecunias dare ad eas trafficandum in cambijs licet.*
2 *Partita libri Mercatoris probat contra scribentem, eiusque heredes.*
3 *pro Cambiorum iustificatione requiritur exhibitio litterarum vulgo,* dello spaccio.
4 *Limita, quando retinens pecunias super cambijs noluit teneri ad illarum exhibitionem.*
5 *Assertioni verisimili standum est etiam in prohibitis.*
6 *Procurator, qui mandatum suscepit tenetur illud exequi, alias præstare debet damna, & interesse.*

DECISIO DVI.

PROPOSITO dubio sub die 27. Martij anni preteriti, An constaret de credito Elisabettę, & aliorum de Fanellis in sorte scutor. 1300. quod veniret soluendum à Crescentio Goro filio, & hęrede q. Hieronymi vna cũ cambijs, de quibus agitur. Rota firmauit constare de d. credito quoad sortem. Quo verò ad cambia mandauit de illis videri in alia disputatione, qua hodie suscepta censuir illa deberi. Siquidem Hieronymus recepit à q. Io: Baptista Patre dd. de Fanellis dd. scut. 1300. ad effectum illa retinendi super cambijs ad commodum, & vtilitatem ipsius, certa portione, nempe vnins tertij pro cẽtenario sibi assignata, prout constat ex Apoca desuper confecta, alijsque admiculis in d. decisione ponderatis. Cumque d. Hieronymus verè, & realirer dd. pecunias retinuerit super cambijs, sequitur
ipsum, vel eius hęredes teneri ad solutionem
1 dd. cambiorum, † cum de iure liceat dare suas
pecunias Mercatori ad hoc, vt illas retineat super cambijs licitis, *Azor. Instit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de Camb. c. 11. Scace. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 9.* & in specie firmauit *Rota dec. 304. n. 2. par. 2. rec.*

2 Quod autem d. Hieronymus † dd. pecunias sibi traditas à Fanello retinuerit super cambijs satis constare visum fuit ex partitis formiter extractis è libris eiusdem Hieronymi, in quibus apertè legitur eum dd. pecunias retinuisse super cambijs ab anno 1613. vsque ad annum 1617. easque alijs Mercatoribus in varijs nundinis ad cambium dedisse, & cambia ad creditum eiusdem Fanelli descripsisse, quæ contra ipsum Hieronymum scribentem, eiusque hęredes sufficienrer probant *Alex. cons. 84. num. 1. lib. 7. Rota Ian. dec. 37. n. 7. Seraph. dec. 1211. num. 1.*

3 Non obstat, quod regulariter pro iustificatione cambiorum requiratur exhibitio litterarum vulgo, *dello spaccio*. Quoniam pro iu-
4 stificatione cambiorũ de quibus agitur, exhibitio huiusmodi litterarum non visa fuit necessaria, cum Hieronymus susceperit in se onus retinendi dd. pecunias super cambijs ad vtilitatem d. Fanelli sub ea lege, quod ipse nõ teneretur pro iustificatione cambiorum ad exhibitionem litterarum cambij, vt clarè legitur in eadem Apoca ibi, *Che il Signore Gio: Battista habbi à stare ad ogni semplice conto, che da me gli sarà dato senza essere obligato à mostrargli lettere di Cambio, ò altro &c.* Ac propterea cum dictę litterę remanserint penes d. Hieronymum, qui noluit teneri ad illarum exhibitionem sufficit pro iustificatione dd. cambiorum, quod illa probentur ex partitis librorum eiusdem Hieronymi, qui verisimiliter cambia in quantitate, de qua agitur ad creditum d. Fanelli in eius libris non descripsisset, si illa vera, & realia non fuissent cum etiam in materia prohi-
5 bitiua stetur assertioni partis, quando illa est
verisimilis, *Salic. in l. si mater circa med. C. de contrah. empt. Alex. cons. 18. num. 4. lib. 3. Dec. cons. 201. num. 6. lib. 1. Ruin. cons. 96. num. 2. vers. sed prætermissis non obstantibus lib. 5. Crauet. de antiq. tempor. in 4. limit. num. 35. ad med. & n. 38. vers. similiter, Gratian. decis. March. 234. num. 2.*

6 Et videbatur cessare difficultas, quia cum Hieronymus susceperit in se onus retinendi dd. pecunias super cambijs ad vtilitatem dicti Fanelli si illas verè super cambijs non retinuisset, teneretur loco illorum præstare damdamna, & interesse ad *l. idem quæ, §. si Procurator, l. si tibi mandauero, §. sicut, ff. mandati, Surd. dec. 304. n. 4.*

Et ità &c.

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis effectus est fructuum consecutio.*
2 *Mandatum de manutenendo comprehendit fructus interim perceptos etiam absque condemnatione.*
3 *Fructus decursi à die litis contestatæ debentur in interdictis.*
4 *Locatio probat quantitatem fructuum, quæ percipitur ex re.*

DECISIO DVII.

CVM Eques Matthæus Cassia obtinuisset à Rota mandatum de manut. in possessione bonorum de quibus agitur contra Franciscum Perdicomarũ iudiciũ instituit pro restitutione fructuum eorumdem à d. Perdicomato interim perceptorum. Vnde dubitaui, an ad dd. fructus teneantur, à quo tempore, & pro qua summa, & DD. dicto Cassia tantum informante censuerunt eos deberi à die intentaræ

tæ manutentionis, & pro summa vnciarum 171. monetæ illarum partium.

Nam quod illi debeantur res caret difficultate. Quia cum d. Cassia obtinuerit manuteneri in possessione dd. bonorum, vtiq; fructus illorum à d. Perdicomato interim percepti veniunt d. Cassiæ possessori restituendi, cum effectus possessionis sit fructuum consecutio, *Bero. conf. 94. num. 9. lib. 3. Ruin. conf. 53. nu. 7. lib. 4. Rota dec. 397. num. 4. par. 1. recent. Caual. dec. 636.* Etiamsi d. Perdicomatus nō fuerit ad illorum restitutionem condemnatus, cum mandatum

2 de manutenendo comprehendat fructus interim perceptos absque alia condemnatione, *Rota dec. 606. n. 1. par. 2. rec. & fuit dictum in Terracinen. bonorum 22. Maii 1634. coram me.*

3 Quod autem illi debeantur à die intentatæ manutentionis ratio est clara, cū in interdictis regulariter fructus veniāt restituēdi à die editi Interdicti, *l. 3. ff. de interd. l. 1. §. ex die, ff. de vi, & vi arm. Io. Fab. in §. retinendæ, num. 12. Instit. de Interd. Rota dec. 317. num. 1. par. 2. rec. Seraph. decis. 835. num. 1. & 2. & fuit dictum in d. Terracinen. bonorum coram me.*

4 Denique quod dd. fructus debeantur in d. quantitate vnciarum 171. DD. colligebant ex Instrumento locationis dd. bonorum factæ à d. Perdicomato de mense Martij 1634. ad rationem vnciarum 57. pro quolibet anno, quæ locatio cum durauerit vsq; ad mensem Martij 1637. quo tempore fuit relaxatum mandatum de manutenendo ad fauorem d. Cassiæ, sequitur d. Perdicomatum teneri ad restitutionem dictaru m vnciarum 171. quæ spatio trium annorum perceptę fuerunt.

Et ita &c.

ROMANA, seu PORTVGALLEN. ASSECVRATIONIS.

Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Locus destinatus pro examine, censetur, qui fuit in actis declaratus, licet delegetur Iudex in partibus absque loci specificatione, & quando delegatus possit subdelegare extra locum statuti examinis, vel potius dicatur delegatio merè personalis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in deputatione loci, eum non specificans, censetur virtualiter expressisse locum in actis declaratum.*

2 *Dictio, vt supra, est relatiua, & inducit repetitionem præcedentium qualitatum.*

3 *Notarius in litteris remissorialibus potest exprimere locum examinis, etiamsi in decreto non fuerit expressus.*

4 *Stylus maximè in ordinatorijs attendi debet etiamsi probatus per simplices attestationes Curialium, & Notariorum.*

5 *Textus in cap. Statutum, §. in nullo quoque de rescript. in 6. Explicatur, & limitatur, n. 9.*

6 *Delegatio non dicitur personalis quando sola dignitas delegati expressa fuit.*

7 *Delegatus non valet subdelegare vltra vnam, vel duas dietas extra locum, in quo deputatus est.*

8 *Delegatus ex rationabili causa extra locum deputatum subdelegare potest.*

9 *Citatio per proclama afficit citatum.*

10 *Terminus ad reprobandum à parte peti debet.*

DECISIO DVIII.

RESOLVTVM fuit sub die 15. Iunij anni præteriti mandata exequutiua per A. C. ad fauorem D. Emanuelis Pinti contra Assecuratores Nauis de qua agitur non esse exequenda ex capite duarum nullitatum, ex defectu, scilicet iurisdictionis Vicarij Portugalleñ, qui Testes examinauit, ac citationis ad videñ iurare Testes, quarum quęlibet videbatur sufficere pro retardanda dd. mandatorum executione ex allegatis in d. decisione: sed pluries deinde posita causa super iisdem prædictę duę nullitates in d. decisione ponderatę ex hodie deductis non visę fuerunt in facto subsistere.

Quandoquidem prima ex defectu iurisdictionis ex eo resultare dicebatur, quod Reuerendissimus Collector Regni Lusitaniæ Iudex ab A. C. delegatus pro executione litterarum Remissorialium non potuit subdelegare dictum Vicarium extra Ciuitatem Vlixbonæ, quia cum in termino citationis ad concordandum de loco assecuratores nominauerint in actis Ciuitatem Vlixbonæ, dictęque nominationi, Emanuel non contradixerit, hinc inferebatur A. C. qui in termino eiusdem citationis deputauit Collectorem cum facultate subdelegandi simpliciter absque specificatione loci, virtualiter sensisse de eodem loco, & sic de Ciuitate Vlixbonæ in actis specificata, cum Iudex in huiusmodi deputatione loci partiū voluntatē in actis declaratam sequi teneatur, eiusq; decretum desuper emanatum ad eumdem locum in actis specificatum referri debeat. Cęterum hæc illatio visa fuit retorqueri contra d. Assecuratores, quia nullibi apparet eos in termino citationis ad concordandum de loco nominasse Ciuitatem Vlixbonæ, prout in facto supponebatur, sed immo Emanuelem assecuratum vtramque Ciuitatem Vlixbonæ, & Portugallię in actis nominasse, vt in Sum. num. 7.

1 Vnde cum in termino d. citationis A. C. delegauerit Collectorem Regni Lusitaniæ cum facultate subdelegandi absque noua specificatione dd. Ciuitatum, censetur vtramque Ciuitatem iam in actis declaratam virtualiter expressisse, ac pro loco examinis deputasse. Cum Iudex in deputatione dd. Ciuitatū partium voluntatem hinc expresse, illinc tacitè declaratam sequutus fuisse videatur iuxta notata per *Franc. in cap. Statutum, §. in nullo quoque, de rescript. in 6. Boer. dec. 205. num. 4. Rot. dec. 15. de offic. delegat. in nouis cum alijs allegatis in dicta decisione.*

Eoque magis cum decretū A. C. super concessione Remissoriæ emanatum per hęc verba

ba conceptum fuerit, petijt, & obtinuit vt supra. Vnde cum Emanuel petijsset examinari Testes in Ciuitate Vlixbonæ, & Portugalliæ satis elicitur A.C. vtramq; Ciuitatem in actis nominatam pro loco examinis deputasse, cum
2 dictio, *vt supra*, sit relatiua, & inducat repetitionem præcedentium qualitatum, *Bart. in l. si quis seruum, §. fin. ff. de legat. 2. Ruin. conf. 18. n. 12. lib. 2. Cephal. conf. 311. lib. 3. Honded. conf. 46. n. 15. lib. 2.*

3 Quibus accedit, quod Notarius in expeditione litterarum Remissorialium vtramque Ciuitatem Vlixbonę, & Portugalliæ pro loco examinis expressit, quæ locorum expressio, etiamsi in d. decreto per extensum facta non fuerit, fieri potuit ab eodem Notario vigore clausularum generalium in eodem decreto appositarum iuxta stylum Tribunalis A. C. de quo attestantur Notarij eiusdem Tribuna-
4 lis in Summ. *num. 10.* Qui quidem stylus maximè in ordinatorijs attendi debet, *Rota diuers. dec. 101. num. 11. & dec. 298. nu. 2. par. 3. & dec. 379. num. 2. par. 4. recent.* etiamsi fuisset probatus per simplices attestationes Curialium, *Rota decis. 644. num. 4. par. 1. & dec. 248. num. 2. & decis. 222. par. 5. recent.* & de stylo probato per attestationes Notariorum dixit *Rota decis. 101. nu r. 11. & dec. 298. num. 2. par. 3. & dec. 379. num. 3. par. 4. & decis. 106. num. 12. & decis. 268. num. 2. part. 5. recent.*

Non obstat, quod Assecuratores constituerunt Procuratores in Ciuitate Vlixbonæ. Vnde infertur eos, vel deputationem alterius Ciuitatis Portugallię ignorasse, vel solam Ciuitatem Vlixbonę elegisse. Quia cum præcesserit nominatio vtriusque Ciuitatis facta in actis ab Emanuele assecurato, & A.C. ad limites d. nominationis litteras Remissoriales cōcesserit, satis elicitur dd. Assecuratores d. nominationis, & respectiuè deputationis notitiā habuisse, & saltem tacitè eos consensisse præsertim quia dd. Assecuratores constituerunt Procuratores in Ciuitate Vlixbonæ non simpliciter, sed cum facultate alios substituendi, quę facultas ea ratione censetur adiecta vt ipsi Procuratores possent alios sibi notos, & Assecuratoribus ignotos in Ciuitate Portugalliæ quatenus opus esset constituere.

Hinc non obstat, quod Collector Regni Lusitaniæ esset delegatus pro executione Re-
5 missorialium in Ciuitate Vlixbonę, † & ideo non potuerit subdelegare d. Vicarium extra locum deputatum ex *cap. Statutum, §. in nullo quoque de rescript. in 6.* Quia vltra quo ex prędictis apparet d. Collectorem in vtraque Ciuitate delegatum fuisse dispositio d. textus potius retorquetur. Tum quia procedit in delegato, qui vult subdelegare totam causam sibi demandatam extra locum deputatum, non autem in delegato, qui certum articulum vt puta examinis vult alteri committere, vt notant *gloss. in eodem §. in nullo quoque in verb. Vices suas, & ibi Gemin. num. 6. Franc. num. 6. Abb. in cap. 3. num. 6. de fideiuss. Mantic. decis. 352. numer. 7.* Tum etiam quia in d. textu dicitur Iudicem delegatum cum facultate subdelegandi non posse subdelegare extra locum proprię Ciuitatis, vel Diocesis. Vnde cum Collector habeat iurisdictionem in toto Regno Portugallię, bene potuit subdelegare d. Vicarium in Ciuitate Portugalleñ, quę sita est intra limites suæ iurisdictionis.

Nec proinde releuare visa fuit ponderatio facta in decisione, quę reuidetur nimirum, quod Collector processit vti delegatus ab A. C. non autem vti Ordinarius. Quia cum delegatio facta sit habenti iurisdictionem ordinariam sat esse dicebant DD. quod Collector delegatus subdelegauerit intra limites suę iurisdictionis.

6 Nec dicatur, quod delegatio fuerit † merè personalis, & sic non fuerit contemplata dignitas Collectoris, quia contrarium verius visum fuit, cum sola dignitas fuerit expressa, *cap. quoniam, Abb. de offic. deleg. Abb. conf. 93. num. 1. & 2. & conf. pariter 93. n. 1. par. 2.*

7 Non obstat, quod Iudex delegatus non possit subdelegare vltra vnam, vel duas dietas extra locum, in quo deputatus est ex *gloss. in d. §. in nullo quoque in verbo deputatus de rescript. in 6.* Quia cum Collector fuerit delegatus cum facultate subdelegandi in Ciuitate Vlixbonæ, & Portugallię satis apparet ipsum Collectorem, qui in Ciuitate Portugallię subdelegauit non vltra vnam, vel duas dietas, sed in loco, in quo deputatus est dictum Vicarium subdelegasse.

8 Et in omnem euentum cum Testes examinandi existerent in Ciuitate Portugalliæ, quæ longè distat à Ciuitate Vlixbonæ, ad quam propterea dd. Testes nonnisi cum grauibus expensis, ac maxima incommoditate accedere potuissent d. Collector residens Vlixbonæ potuit subdelegare Vicarium Portugalleñ pro dd. Testibus examinandis, etiam si Ciuitas Portugalliæ pro loco examinis deputata non fuisset. Nam quoties concurrit rationabilis causa, ob quam examen Testium in loco deputato commodè perfici non potest, Iudex delegatus potest aliis subdelegare extra locum deputatum, ne alias mandatum Apostolicum impediatur, aut dilationem patiatur, *d. cap. Statuimus, §. idem fauor de offic. deleg. Abb. in cap. constitutus num. 6. de fideiuss.* qui in specie loquitur, quando Testes sunt valdè remoti, & dicit hanc esse notabilem limitationem ad *cap. Statutum, §. in nullo quoque de rescript. in 6. Guidop. dec. 117. alias 67. incipiente, Iudex remissoria in fin. Mantic. dec. 352. n. 8.*

Altera nullitas deducta ex defectu citationis ad videndū iurare Testes corruit ex facto. Quia ex datis hodie in Summario Emanuelis
9 apparet Procuratores dd. Assecuratorum proclamatos, seu preconizatos fuisse pro certa die, & hora, in quibus Testes iurare deberent, ita proclamante, seu præconizante Nuncio, seu Cursore coram Notario, & Iudice in publica audiētia cum eorum subscriptione iuxta stylum illarum partium, qui in ordinatorijs attendi debet ex superius allegatis, & hāc citationem per proclama in casu nostro sufficere dixit *Rot. in hac eadem causa die 11. Decemb. 1636. coram me.*

Non

Non obstat alia nullitas, quæ hodie deducebatur ex eo, quod dictus Vicarius non assignauerit terminum vnius mensis ad reprobandum dd. Testes iuxta formam litterarum Remissorialium.

10 Quia cum pro parte dd. Assecuratorum d. terminus non fuerit petitus, ille necessario assignari non debuit, vt latè firmat *Ginrb. decis. 26. num. 13.*

Ex quibus DD. censuerunt esse recedẽdum à decisis, & sic mandata A.C. esse exequenda cum eorum validitas firma remaneat ex partitis, & iustitia non controuertatur.

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ROMAVLIS.

Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Trebellianica satis dicitur prohibita si Testator ordinauit, quod omnia bona integrè restituãtur. Filius simpliciter agnoscens testamentum Patris eum in sola legitima instituentis, si nolit Paternæ dispositioni consentire, acquieuisse dicitur, & sibi præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica censetur prohibita dum testator mandauit hæreditatem integram, & sine diminutione restitui, & num. 3.*

2 *Prohibitio trebellianicæ, deducta ex præcepto testatoris, quod bona integrè restituantur, afficit etiam filios primi gradus.*

3 *Testator si mandauit hæreditatem integrè restitui, vt bona in agnatione conseruarentur, censetur fortius prohibuisse tribellianicam.*

4 *Prohibitioni legitimæ dicitur acquieuisse filius agnoscendo testamentum Patris eum in sola legitima instituentis si nollet suæ dispositioni consentire. n. 10.*

5 *Eligens vnum ex incompatibilibus alteri renunciasse censetur.*

Electionem habens si semel elegit, amplius variare non potest. nu. 5.

6 *Filij fideicommisso grauati, & casu quo petunt legitimam, in ea solummodo instituti, censentur potius acceptare fideicommissum quam legitimam.*

7 *Legitima non potest grauari, neque prohiberi.*

8 *Pater potest prohibere legitimam si relinquit in arbitrio filij, vel totam hæreditatem, vel solam legitimam consequi.*

9 *Filius adeundo simpliciter hæreditatem Patris legitimam prohibentis non sibi præiudicat.*

10 *Filius vt sibi præiudicet in legitima simpliciter adeundo requiritur, quod Pater eũ instituat in sola legitima, si nolit eius dispositioni consentire, & sup. n. 4.*

11 *Filius qui non confecit inuentarium, si petit legitimam tenetur probare non extare alia bona ex quibus illam possit detrahere.*

Præsumptio subtractionis bonorum viget in hærede qui non confecit inuentarium. nu. 11. & seq.

12 *Hæres si non confecit inuentarium iuxta præceptum testatoris, eo magis præsumitur bona subtraxisse.*

DECISIO DIX.

ALEXANDER Romaulus in suo sub quo decessit Testamento bona sua strictissimo fideicommisso subiecit ad fauorem Andreæ. Francisci, Clementis, & Tranquilli eius filiorum, quibus deficientibus substituit maiorem natu proximiorem ex fœminis de agnatione descendentem. Post obitum omnium dd. filiorum absque prole D. Franciscus Milettus Nepos ex filia Testatoris, ad cuius fauorem fuit factus locus substitutioni cepit possessionem dd. bonorum fideicommissariorum. Deinde admonitus Creditores Tranquilli vltimo loco defuncti iactare se velle ipsum molestare super dd. bonis sub prætextu detractionum Trebellianicæ, & legitimæ ex persona d. Tranquilli curauit causam huiusmodi iactationum mihi committi. Vnde proposito à me dubio; An competant huiusmodi detractiones DD. negatiuè respõderũt.

1 Quia quoad Trebellianicam † ea censetur prohibita dum Testator voluit suam hæreditatem debere restitui integram, & sine aliqua diminutione *Alex. cons. 201. num. 6. & seqq. lib. 6. Cranett. cons. 174. num. 1. Gabr. concl. 6. ad Trebell. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 15. cum alijs cumulatis per Crass. de success. in §. Trebellianica quaest. 8. num. 3. & seqq. Rot. 1 recen. decis. 453. n. 3. par. 1. & fuit dictum in Romana, seu Neapolitana haereditatis de Proyda 19. Ianuary coram Reuerendissimo D. Decano.* Vbi etiam quod secundum

2 magis communem † opinionem huiusmodi prohibitio afficit etiam filios primi gradus, vt testatur *Pertran. cons. 330. num. 5. lib. 2. par. 2. vers. sed contrarium voluit Molin. de Primog. Hispan. lib. 1 cap. 17. num. 17. Crass. in § Testamentum quaest. 62. num. 5.* quam opinionem sequitur *Rot. vt apud Cassad. decis. 4. de testam. Sarnen. decis. 94. Cres. decis. 2. de testam. Simonett. decis. 89. Reuerendissimus D. meus Decanus dec: 253. num. 5. & 6.* Vbi quod quando huiusmodi prohibitio est facta prout in casu nostro, vt bona conseruentur in agna-

3 tione, & familia, eo magis censetur prohibita Trebellianica etiam ipsis filijs, *vt per Dec. consil. 295. circa fin. Natt. cons. 321. num. 8. in fin. & num. 9. Sim. de Pret. de interpr. vlt. vol. lib. 3. dubit. 2. solut. 6. num. 33.*

Quo verò ad legitimam cum Testator prohibuerit dd. filijs suis illius detractionem, & iusserit quod post obitum suum in termino vnius mensis dd. filii deberent ratificare Testamentum in omnibus, prout iacet, & casu quo recusarent hoc facere, possent tantum consequi suam legitimam, ipsique filij accep-

4 tauerint simpliciter d. Testamentum, præsumitur eos acquieuisse dispositioni Patris prohibentis detractionem legitimæ *l. si cui legatum 91. ff. de cond. & demonstr. l. Imperator §. si centum vers. enim vero ff. de legat. 2. Rot. decis. 479. num. 8. & decis. 653. nu. 13. par. 1. recent. Greg. XV. dec. 489. & Ibi Adden. nu. 2.* † Nam vbi duo sunt incom-

5 patibilia, qui elegit vnum dicitur alteri renunciasse, itaut ad illud postea redire non possit *Soce. Inn. cons. 122. num. 9. uol. 1.* quem sequitur *Peregr. de fideic. art. 36. num. 62. cum alijs per Molin. de legit. lib. 3 tit. 2. qu. 8. num. 2.*

Quod autem dd. filij acceptauerint fidei-

6 commissum constat nedum ex præsumptione Iuris, quod dd. filij censeantur acceptasse d. fidei-

d. fideicommissum longe excedens portionē legitimæ *ad nct. per Socc. d. conf. 122. num. 17. uers. praeterea considerandum, & num. 18. & seqq.* sed etiā ex eo quod ipsi de facto illud approbarūt indistinctè possidendo omnia bona paterna, & hoc clarius probatur respectu Tranquilli vltimo loco defuncti. Tùm quia in suo Testamento expressè agnouit d. fideicommissū, & solum disposuit de dote materna, & de quæsitis ab ipso, nullo verbo facto de legitima; Tùm etiam quia vsus est Testamento paterno, & præsertim contra Creditores q. Clementis eius fratris vnius ex institutis, contra quos produxit ipsum Testamentum.

7 Non obstat† quod legitima neque grauari, neque prohiberi possit *l. omni modo C. quae Impr. & l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam.* Quia hoc fallit, quando Testator, prout in
8 præsenti ponit in arbitrio filiorum aut habere hæreditatē integram absq; detractione, aut capere tantum legitimam *Socc. d. conf. 122. num. 9. uol. 1. Dec. conf. 687. num. 2. Cucch. de legit. tit. legitima nullum grauamen nu. 27. Peregr. de fideic. art. 36. nom. 62.*

9 Nec releuat, quod filius adeundo hæreditatem Patris, qui expressè prohibuit detractionem legitimæ sibi non præiudicat in legitima *Rot. decis. 200. num. 5. & decis. 206. un. 5. & 6. par. 1. recent. Et fuit dictum in Foroliuien. fideicommissi 9. May 1612. coram Eminentissimo Card. Pamphilio.* Quia hoc procedit, quando Testator prohibuit simpliciter legitimam; secus quando vsus est cautela *Soccin. de qua supra*, & in istis terminis loquuntur omnes supracitatæ
10 decisiones, in quibus firmatur stante huiusmodi cautela apposita à Testatore hæredem simpliciter adeundo sibi præiudicare in legitima, & idem etiam fuit firmatum per *Rot. decis. 633 num. 13. & decis. 475. num. 8. par. 1. recent. & coram san me Greg. XV. decis. 489. num. 17. vbi per ibi Add. aliae recensentur.*

Præterea dato etiam quod in præsenti casu legitima non potuerit grauati. Attamen DD. dicebant non esse locum illius detractioni, ex
11 quo Tranquillus non confecit Inuentarium, quo stante habentes causam ab illo propter præsumptionem subtractionis bonorum hæreditariorum tenentur probare nō extare alia bona, ex quibus possint facere suas detractiones: *Natt. cons. 199. num. 11. Seraph. decis. 609. nu. 6. Surd. decis. 316. num. 13. Greg. XV. decis. 266. ubi Add. num. 16. uers. praedicta uero*, stante præsertim præcepto Testatoris suis hæredibus iniuncto de conficien exactè Inuentarium, quo casu eo magis vrget præsumptio contra hæredes ex relatis per *Grat. cap. 570. sub num. 22. uers. cum enim Testator iusserit fieri Inuentarium.*

Et ita &c.

COLONIEN. RESIDENTIAE.

Lunae 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur ob articulorum irreleuantiam.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non solet concedi contra decreta prouincialia, & breue Santissimi, & num. 3.*

2 *Clericus debet onus residendi beneficijs iniunctum adimplere, uel illa demittere.*

4 *Remissoria contra proprium Iuramentum non datur*

DECISIO DX.

VICARII seu Beneficiati Ecclesiæ Collegiatæ S. Gedeonis Colonieñ petierunt in Rota Remissoriam ad probañ eorum Vicarias, seu Cappellanias non esse congruenter dotatas, earumque redditus esse insufficientes ad commodam vitæ sustentationem, ac proinde ex consuetudine eiusdem Ecclesiæ non teneri præcisè ad personalem residentiam, seque soli Decano, eoque absente Subdecano non autem Capitulo Canonicorum esse subiectos. Quam Remissoriam hodie me proponeñ dixerunt DD. esse denegandam ex articulorum irreleuantia.

1 Primus enim, † secundus, & tertius articuli continentes redditum tenuitatem cum sint concepti in ordine ad residentiam, visi fuerunt irreleuantes; cum adhuc probata dd. redditūum tenuitate prædicti Vicarij, seu Beneficiati teneantur in d. Ecclesia personaliter residere, iuxta decreta tàm Prouincialia, quàm Diocesana Colonieñ à Sede Apostolica confirmata, quibus iniungitur omnibus Vicarijs, ac Beneficiatis Ecclesiarum Collegiatarum onus resideñ personaliter, & Canonicos in diuinis Officijs adiuuandi, *ut in Summario Capituli num. 1. & 2.* Vnde dd. Vicarii sibi imputare debent si huiusmodi beneficia
2 tenuis redditus acceptarunt, † sed debent vel onus resideñ illis iniunctum adimplere, vel beneficia dimittere *ad text. in cap. conquerente de Cler. non resid.*

Quartus verò, & quintus continentes eosdem Vicarios, seu Beneficiatos ex consuetu-
3 dine Ecclesiæ non teneri præcisè ad personalem residentiam, sunt reijciendi, cum sint nedum contra dd. decreta Prouincialia, & Diocesana, contra quorum tenorem non solet dari Remissoria *Greg. XV. decis. 184. num. 1. & decis. 211. num. 6.* Verum etiam contra Breue Sanctissimi D. N. expressè mandantis in Ecclesia de qua agitur seruari prædicta decreta, reprobata quacunque desuetudine Vnde cum adsit expressum Pontificis mandatum quoad onus d. personalis residentiæ non debet admitti probatio illi contraria, cum id quod Papa confirmat inferior infirmare non valeat.

Sextus denique in quo articulatur dd. be-
4 neficiatos soli Decano, † eoque absente Subdecano non autem Capitulo esse subiectos est pariter reijciendus, quia dd. Beneficiati in ingressu Ecclesię iurarunt se futuros fideles, & obedientes Decano, & Capitulo eiusdem Ecclesiæ *Summario Capituli num. 3.* Vnde obstat illis iuramentum proprium, contra quod non datur Remissoria *Butr. in cap. intellexmus in fin. de iudic. Specul. de act. §. 1. uers. item quod est periurus cum alijs relatis per Gratian. discept. 803. n. 16.*

Et ita &c.

VRBE-

VRBEVETANA TERRARVM.

Luna 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM.

Nouo examini quando sit locus etiam super eisdem articulis, non obstante, quod testium depositiones fuerint publicatæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in profanis conceditur in qualibet instantia, quando articuli sunt releuantes.*

2 *Testium depositionibus publicatis noui testes, vel antiqui super eisdem articulis, uel directo contrarijs produci non ualent.*

3 *Fallit, quando testes fuerunt examinati in plenario Iudicio manutentionis, quia possunt examinari in Iudicio reintegrationis.*

4 *Vel producuntur ad coadiuuandum dicta priorum testium.*

5 *Minor per uiam restitutionis in integrum admittitur ad nouum examen.*

6 *Iudex concedens remissoriam pro nouo examine minori, tacitè eum restituit.*

DECISIO DXI.

ASCANIO, & alijs de Vaschientibus dãdam esse Remissoriam censuerunt DD.
1 Quia versamur in causa prophana, † in qua passim datur Remissoria in qualibet instantia etiam absque fumo data (prout hic) articulorum releuantia *Cas. de Grass. decis. 1. num. 10. de dilat. Cassad. decis. 3. num. 1. eod. tit. Put. decis. 324. in fin. lib. 2. in correct. Rot. in rec. decis. 315. nu. 3. p. 5 & alias sæpè.*

2 Non obstat, quod prædicti Vaschienses seù eorum Tutores aliàs examinauerint Testes coram A.C. super ijsdem fere articulis, qui hodie producuntur, eorumque attestationes fuerint publicatæ, ac didicitæ, Ideoque intrat regula, quod publicatis, & didicitæ attestationibus noui Testes, vel antiqui super eisdem articulis, vel directo contrarijs produci non valeant, *cap. fraternitatis cap. intimauit de testib. Clem. fin. eod. tit. Auth. at qui semel C. de probat. Gabr. de testib. concl. 21. in princ. Farinac. eod. tract. qu. 75. cap. 4. in princ.* Quoniam cum prædicti Testes fuerint examinati in plenario Iudicio manu-
3 tentionis, corũ publicatio non impedit, quin ijdem Testes, vel alij, si quos pars produxerit super ijsdem articulis in hoc Iudicio reintegrationis examinari valeant, iuxta limitationem, quam tradunt *Butr. in d. cap. fraternitatis num. 17. uers. si inter easdem personas Imol. num. 8. post med. uers. item non obst. Marian. cap. ueniens n. 4 col. 3. ad med. Anan. post num. 4. uers. not. quod publicatio Abb. col. 1. in princ. uerb. attestationes receptæ, & num. 2. in fin. uers. not. quod ubi attestationes Felin. ante num. 1. & num. 19. uers. addo pro hac limitatione eod. tit. Bart. Socc. collect. reg. iur. in verb. Testis reg. 24. vers. secundo fallit, Gabr. de testib. d. concl. 21. num. 61. Farin. eod. tract. d. quæst. 75. nu. 107 Rot. in nou. decis. 23. aliàs 437. de testib.*

4 Eoque magis, quia Vaschienses non intendũt principaliter nouas probationes facere, eo quia Testes alias examinati contẽta in articulis non probauerint, vel contrarium deposuerint, adeo vt vigeat subornationis suspicio, sed prætendunt antiquas probationes in iudicio manutentionis factas coadiuuare, quo casu nouũ examen etiam post publicatas attestationes denegari non solet, *Innoc. & alij in cap. cum clamor de testib. Butr. in cap. licet dilectus eod tit. Salic. in auth. & qui semel col. fin. C. de probat. Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 34. num. 15. Natt. cons. 565 num. 7 Surd. decis. 176. num. 10. cum alijs relatis per Gabr. d. concl. 21. num. 38. & Farin. d. q. 75. num. 135.* & fuit dictum in *Pampilonen. Decimarum* 23. *Iunij* 1600. *coram bo: me: Card. Pamphilio.*

Et in omnem casum cum Vaschienses sint
5 minores, licet per corũ Tutores examen fuerit publicatum, & didicita testificata, nihilominus negari non potest quin per restitutionem in integrum admittantur ad nouũ examen *Grat. discept. 138. num. 23. Afflict. decis. 216. num. 2. Gabr. de test. concl. 21. num. 46. Crauet. consil. 65. num. 2.* Super qua restitutione ad euitandos circuitus litium Iudices pronunciare non debent, quia daretur appellatio, sed concedere
6 Remissoriam pro nouo examine, vt pronunciando Iudices tacitè restituunt *Salust. in prax. A.C. cap. 19. lib. 2.*

Et ità &c.

SANCTI SEVERINI DOTIS.

Luna 8. Nouembris 1638.

Argumentum in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Executiua via non potest procedi aduersus tertium possessorem.*

2 *Possessio probatur ex testibus deponentibus de habitatione domus, & perceptione fructuum.*

3 *Clausula, constituti, transfert dominium, & possessionem.*

4 *Aestimatio domorum assignatarum pro dote viro facit emptionem, & venditionem, dominiumque, & possessionem in virum transfert.*

5 *Possidens præsumitur ex præambuli titulo possidere.*

DECISIO DXII.

RESPONDERVNT DD. pro Critia informante, & sic esse standum in decisis sub die 23. Ianuarij præteriti, qua fuit resolutum non esse procedendũ ad vlteriora in executione super bonis, de quibus agitur, ex rationibus, & fundamentis in d. decisione, quæ adhuc subsistere visa fuerunt. Quamuis enim Maria Seruantia filia, & hæres q. Liuiæ obtinuisset à Rota mandatum exequtiuum pro scutis 975. contra bona hæreditaria Alphonsi Seruantij, qui pro residuo dotis d. Liuiæ vxoris Clearci sui fratris in forma Cameræ se obligauerat; Nihilominus cum d. mandatum exequi fecerit super nonnullis bonis, quæ de tem-

tempore d. executionis non erant in hæreditate q. Alphonsi, sed possidebantur à q. Bartholomæo marito Constantiæ sororis eiusdē Alphonsi debitoris, vtique d. executio sustineri non valet, cum aduersus tertium posses-
1 sorem non possit procedi via exequutiua *iux. doctr. Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, versic. & pro hoc bene facit, ff. de re indic. Bursatt. cons. 361 num. 1. lib. 4. Greg. XV. decis. 22. num. 1. cum alijs allegatis in d. decisione.*

In præsenti autem casu Bartholomæum possedisse bona super quibus facta fuit executio satis apparet ex testibus formiter examinatis, qui expresè deponunt ab anno 1625. vsque ad annum 1637. quo facta fuit d. executio eū domum, ac prædia, de quibus agitur possedisse, eamque inhabitasse, ac fructus respectiuè percepisse, aliosque actus possessorios, qui à veris Dominis fieri consueuerunt fecisse. Ex
2 quibus possessio satis probata dicitur *Bart. in l. stipulatio ista, §. hac quoque num. 2. ff. de verbor. oblig. & in l. Titia, ff. de solution. Paris. cons. 107. num. 2. Rota in recent. decis. 231. num. 4. lib. 1. Aym. cons. 107. num. 2. Rota in recent. decis. 231. num. 4 lib. 1. Buratt. decis. 566. num. 2.*

Et confirmatur ex eo quod Alphonsus vsque de anno 1622. donauit scut. 2000. ex causa dotis Constātię eius sorori percipieñ ex bo-
3 nis, de quibus agitur, cum clausula, constituti quæ transtulit dominium, ac possessionem in ipsam Constantiā Donatariam, *Menoch. consil. 791. num. 21. Mart. de clauf. par. 1. clauf. 20. Barbos. de clauf. vsu freq. clauf. 12. num. Adden. ad Gregor. XV. decis. 437. num. 5 Buratt. decis. 14. num. 2. & decis. 874. num. 8. & decis. 561. num. 4.* Cumque
4 deinde dicta Constantia † nupserit dicto Bartholomæo, eique pro dote assignauerit eadem bona æstimata pro dd. scut. 2000. inficiari nō potest quin d. æstimatio fecerit emptionem, quæ proinde transtulit pariter dominium, & possessionem in d. Bartholomæum eius maritum *Surd. cons. 225. num. 2. Honded. cons. 14. n. 43. & seqq. lib. 1. Seraph. decis. 1207. num. 1. Greg. XV. & ibi latè Adden. decis. 573. num. 16. cum alijs in ea relatis.*

Nec dicatur prædictam assignationem, seu promissionem dotis factam à d. Constantia super istis bonis æstimatis non probari nisi ex apoca matrimoniali, quæ tamquam scriptura priuata, & testibus non vallata non probet veram dotis promissionem, eiusque effectuationem. Quia cū ex prædictis appareat Alphonsum donasse scut. 2000. d. Constantiæ eius sorori ex causa dotis percipienda ex bonis in Territorio S. Seuerini existentibus, super quibus deinde facta fuit ista executio, dictamque Constantiam eadem bona æstimata pro dd. scut. 2000. d. Bartholomæo ex causa eiusdem dotis assignasse, ac demum eumdem Bartholomæum eadem bona vsque ad eius obitum possedisse, liquido constat promissionem d. dotis effectum sortitam fuisse dictumque Bar-
5 tholomæū donec de alio titulo doceatur titulo dotis sibi promissæ eadem bona possedisse, *Abb. cons. 340. num. 7. Soccin. sen. cons. 15. numer. 7. lib. 4. Menoch. præsumpt. 67. num. 1. lib. 4. Rota decis. 707. num. 2. in fin. par. 1. recent. cum alijs in d. decisione allegatis.*

Et videbatur cessare difficultas ex eo quod mandatum Rotale fuit relaxatum contra bona hæreditaria Alphonsi, & nihilominus illud fuit exequutum super bonis, quæ idem Alphonsus vsque de anno 1622. donauerat cum clausula, constituti, d. Constantiæ ex causa dotis. Vnde siue illa de tempore d. executionis essent possessa à d. Constantia vigore d. donationis sibi factæ ab Alphonso fratre, siue essent possessa à d. Bartholomæo eius viro vigore promissionis eiusdem doris sibi factæ à d. Constantia sat esse dicebant DD. bona non fuisse reperta in hærditate Alphonsi, ad hoc vt executio super illis facta sustineri nequeat ex allegatis.

Et ita &c.

ROMANA, SEV PORTVGALLEN. ASSECVRATIONIS.

Lunæ 15. Nouembris 1638.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Mandata quando sunt iusta debent exequi.*
2 *Obligatio assecurantium pro summa assecurata iustificatur ex eorumdem apochis.*
3 *Mercium assecuratarum oneratio super aliqua naui, & eiusdem nauis existentia probatur ex testibus.*
4 *Mercium, & nauis depredatio probatur ex testibus.*
5 *Mercium, & nauis valor probatur ex calculo iuxta supputationes authenticas confecto, & à testibus formiter examinatis.*
6 *Apoca obligatione Camerali vallata habet paratam executionem.*

DECISIO DXIII.

CVM D. Emmanuel Pintus obtinuisset ab A. C. tria mandata exequutiua contra plures in Vrbe Mercatores pro solutione pecuniarum assecuratarum occasione Nauis, & mercium, de quibus agitur. Causaque appellationis pro parte Assecuratorum à dd. mandatis interpositæ, cum clausula, si quid exequendum, mihi commissa fuisset, dedi primo loco dubium, An dd. mandata essent exequēda, eoque proposito sub die 20. Iunij 1636. & non resoluto, d. Emmanuel ad euitandas duas ass. nullitates, quæ contra processum Remissorialem tunc opponebantur, adiuit Signaturam Sanctissimi, à quo sanationem prędictarum duarum nullitatum arbitrio Rotæ committi obtinuit. Quocirca dato alio particulari dubio, An intraret arbitrium pro illarum sanatione, affirmatiuè sub die 19. Decembris eiusdem anni responsum fuit ex rationibus in d. decisione deductis. Reassumptaque deinde disputatione super executione dd. mandatorum Rota sub die 15. Iunij 1637. omissis prędictis tribus nullitatibus, pro quarum sanatione interposuerat arbitrium, ex capite

pite aliarum duarum aff. nullitatum illa non esse exequenda respondit, sed pluries deinde repropolita causa super iisdem, tandem sub die 25. Iunij proximè preteriti recessit à decisis censuitque prædictas duas alias aff. nullitates ex aduerso suppositas in facto non subsistere.

Quibus sic stantibus, ac præsuppositis prædictis decisionibus emanatis sub diebus 19. Decembris 1636. & 25. Iunij proximè præteriti, in quibus omnes aff. nullitates oppositæ contra validitatem dd. mandatorum reiectæ
1 fuerunt, fuit hodie positum dubium super iustitia eorumdem mandatorũ & de ea constare DD. resoluerunt, ac propterea illa esse exequenda.
2 Iustitia namque visa fuit patens, quandoquidem obligatio eorum, qui nauim,& merces assecurarunt pro summa pecuniarum in dd. mandatis contenta benè iustificatur ex apochis assecurationum, quæ dantur in *Summ. num.* 1. 2. & 3.
3 Mercium verò assecuratarum super d. naui oneratio, eiusdemque nauis, seu medietatis illius pariter assecuratæ existentia constat ex testibus datis *in eodem Summ. num.* 1.
4 Dictarumque mercium, & nauis deprædationem concludenter probant dd. testes *eod. Summ. num.* 5.
5 Valor denique eiusdem nauis, & mercium assecuratarum abundè iustificatur ex calculis iuxta supputationes authenticas confecto, &
6 à testibus formiter examinatis comprobato *d. Summ. num.* 6. Quibus concurrentibus factus fuit locus obligationi contentæ in prædictis apocis assecurationum, quæ cum sint obligatione Camerali vallatæ paratam habent executionem *Cephal. conf.* 439. *num.* 16. *Soccin. iunior* 138. *num.* 5. *lib.* 3. *Thesaur. decis.* 26. *num.* 11. *Rota decis.* 620. *num.* 1. *in fin. par.* 1. *recent.* & in similibus apocis assecurationum sæpè respondit.

Er ita Emmanuele informante, Assecuratoribus quamuis citatis informare recusantibus resolutum fuit.

BVRGEN. BENEFICIORVM.

Luna 15. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

An in duorum locorum subrogatus possessionem ex persona vnius ius verò ex persona alterius,vel totum ius,& possessionem ab vno tantum desumere valeat. Possessio Beneficij capta nomine Cameræ ipsi prouiso, non autem Commissario qui nudum tantum ministerium habet suffragatur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus alternatiuè ad ius, & possessionem duorum potest desumere ius ex personas vnius,& possessionem ex persona alterius,& num. 18. cum seqq. & num. 23. & seqq.*

2 *Possessio beneficij quam habebat defunctus transfertur in subrogatum in illius iura.*

3 *Possessionem alterius partis probat confessio facta in precibus.*

4 *Subrogatio gratiosa litteris non expeditis effectum gratiosæ subrogationis operari non potest.*

Dictiones, tàm,& quàm, cuiuslibet, quilibet,& quomodolibet sunt alternatiuæ, sub num. 4.

5 *Dictio, forsan stat dubitatiuè, & nihil certũ firmat.*

6 *Verba solent impropriari ad euitandam contrarietatem.*

7 *Subrogatus alternatiuè ad possessionem duorum sufficit, quod probet possessionem vnius tantum.*

Alternatiuorum vnam tantum sufficit partem esse veram, num. 7.

8 *Subrogatus assumit naturam, & repræsentat personam subrogati.*

9 *Subrogatus consequi potest totum id, quod poterat consequi ille in cuius locum subrogatus fuit.*

10 *Subrogatus potest immissionem consequi quam obtinere poterat ille in cuius locum subrogatus fuit, & num.* 12.

11 *Possessio capta nomine Cameræ suffragatur prouiso Apostolico, quia Commissarius Cam in possessione, quæ nomine Cameræ accipitur nudum ministerium habet.*

13 *Possessione capta nomine Cameræ prouisus Apostolicus, non debet amplius possessionem capere, sed tantum à Commissario Cameræ cessionem obtinere.*

14 *Subrogatus totam gratiam iustificare tenetur, & sic via ordinaria, non exequutiua immissionem consequi potest si fuerit subrogatus in iuribus defuncti non possidentis, & num.* 21 & 23.

15 *Subrogatus in iuribus defuncti, ac etiam in exequutione Breuis per eumdem obtenti solam clausulam, constito, iustificare debet, & num. seq.*

17 *Subrogatus gratiosè ad actionem, & prosequutionem spolij in personam antecessoris commissi solum spolium probare tenetur.*

18 *Subrogatus gratiosè in iuribus defuncti in iudicio possessorio ius auctoris iustificare non tenetur.*

22 *In subrogationibus quæ fiunt in iuribus defuncti tot gratiæ esse dicuntur, quot sunt clausulæ in eis appositæ.*

25 *Subrogatus alternatiuè ad ius, & possessionem duorum potest totum ius ex persona vnius tantum desumere, & num. seqq. & num.* 19.

27 *Papæ potestas in beneficialibus est amplissima.*

DECISIO DXIV.

PERSTITERVNT DD. in decisis sub diè 21. Maij præteriti, qua resolutum fuit d. Francisco Vacca dandam esse immissionem vigore subrogationis gratiosæ in possessionem beneficiorum, de quibus agitur, cum tria requisita ad effectum illam obtinendi necessaria, nimirum obitus Azeuedi primo loco defuncti in possessione dd. beneficiorum, reseruatio, & Clericatus Francisci subrogati sint concludenter iustificata ex rationibus, & fundamentis in d. decisione deductis, quæ adhuc hodie subsistere visa fuerunt.

Non obstantibus exceptionibus oppositæ contra personas, & dicta testium deponeñ d. Azeuedum

dum obiisse in mense Octobri reseruato Sede Archiepiscopali Burgeñ vacante, eumque beneficia, de quibus agitur, vsque ad obitum possedisse.

Quoniam illæ ex qualitate dd. testium, eorumque depositione, quæ hodie fideliter, & integrè fuit exhibita, satis apertè tolluntur, cum ferè omnes sint Curiales optimæ famæ, & conditionis, ac fortiter examinati in Curia deponant de visu, certa scientia, ac de publica voce & fama, quos propterea concludenter probare dictum fuit.

Nec possessio Azeuedi potest controuerti ex eo quod ipse non resideret in locis dd. beneficiorum. Tum quia dd. beneficia vti simplicia personalem residentiam non requirūt. Tùm etiam quia ex residentia non benè infertur ad non possessionem, cum ipse potuerit ex causa studij, vel alia legitima causa non resedisse, & nihilominus per eius Ministros, Procuratores, vel Factores fructus dd. beneficiorum percipere, aliosque actus possessorios agere, prout eum taliter possedisse, & fructus percepisse deponunt prædicti testes.

Non obstant ea, quæ iterùm hodie excitabantur ad probandam vacationem, seù reseruationem per obitum d. Azeuedi prædefuncti fuisse consumptam ex prouisione Apostolica facta ad fauorem Bracamontis, & proinde subrogationem ad ius, & possessionem dicti Azeuedi, Francisco subrogato non suffragari. Quoniam placuit responsio data in d. decisione in §. *Non obstat quod vacatio*, nimirum exceptionem ass. consummatæ vacationis ex persona Azeuedi, quidquid sit respectu iuris, respectu tamen possessionis, quæ consumpta non fuit, non obstare, quia cum d. Franciscus fuerit alternatiuè subrogatus in omni iure, & ad omne ius tàm d. Azeuedi, quàm d. Bracamontis, necnon ad possessionem in qua eorum quilibet quomodolibet existeret, iuuari potest d. subrogatione quoad ius ex persona Bracamontis, & quoad possessionem ex persona Azeuedi cum subrogatus alternatiuè ad

1 ius, & possessionem duorum possit desumere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius, vt sæpe Rota respondit, & signanter *in Colonieñ Canonicatus S. Vrsulæ 27. Ianuarij, & 26. Aprilis* 1627. *coram Eminentissimo Vbaldo, & in Cæsaraugustana Canonicatus* 10. *Iunij* 1630. *coram Reuerendissimo Vrgellñ, & in Pistorieñ Beneficij* 20. *Iunij* 1628. *coram R.P.D.meo Merlino, & in alia Pistorieñ Beneficij* 1. *Iulij* 1632. *coram R.P.D.meo Verospio, & in Pistorieñ, seu nullius beneficij* 19. *Iunij* 1634. *coram me*.

Nec placuit replicatio, quod etiam possessio Azeuedi esset consumpta ad fauorem Bracamontis, vel ex eo, quod idem Bracamons prouisus per obitum d. Azeuedi fuerat etiam gratiosè subrogatus ad ius, & possessionem eiusdem Azeuedi ex qua ass. gratiosa subrogatione inferebatur possessionem quæ erat

2 penes d. Azeuedum prædefunctum ministerio Papæ subrogantis in ipsum Bracamontem subrogatum translatam fuisse, *iuxta Mohed. decis.* 11. *num.* 2. *vt lit. penden. alleg. in decis. quæ* reuidetur, *in* §. *Nec releuat, Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæst.* 3. *num.* 13.

Vel ex eo, quod Franciscus tàm in eius supplicatione, quàm in litteris gratiosæ subrogationis narrauerit Azeuedum, & Bracamontē fuisse in possessione beneficiorum, de quibus agitur, ibi (etiam quoad possessionem in qua

3 quilibet ipsorū existebat, & reperiebatur &c.) quæ confessio facta in precibus possessionem Bracamontis contra Franciscum confitentem satis probare dicebatur *ad l. cum precum, C. de lib. caus. Oldrad. cons.* 227. *sub num.* 2. *Put. decis.* 171. *num.* 1. *lib.* 3. *Rota decis.* 700. *par.* 1. *num.* 1. *& decis.* 101. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Quoniam respectu possessionis desumptæ ex ass. gratiosa subrogatione, Obiectum remouetur ex facto, cum nullibi appareat dictum Bracamontem quamuis prouisum per obitum Azeuedi litteras gratiosę subrogationis expediuisse, cum talis ass. gratiosa subrogatio non desumatur nisi ex clausula (& quod litteræ in forma gratiosę subrogationis etiam quoad possessionem expediri possent.) inter alias clausulas generales, si neutri, perinde valere, & similes in secunda parte supplicationis gratiosæ principalis adiecta, quæ clausula continens facultatem dumtaxat litteras in forma gratiosæ subrogationis expediendi, eisdem

4 litteris, prout hic, non expeditis effectum gratiosæ subrogationis hodie non operatur, vt his terminis aduerterunt *Lancellott. de attentat.* 2. *par. cap.* 4. *de attent. lit. pend. in præfat. num.* 347. *& seqq. Lotter. de re benef. d. lib.* 3. *quæst.* 13. *nu.* 28. *Seraph. decis.* 236. *num.* 2.

Respectu verò possessionis desumptæ ex confessione eiusdē Francisci aduertebãt DD. possessionem dd. Azeuedi, & Bracamontis non fuisse copulatiuè, ac simpliciter narratam, sed potius alternatiuè, & suppositiuè, quatenus scilicet vnus, aut alter, vel vterque quomodolibet possedisset, vt apertè colligitur ex illis verbis in omni iure, & ad omne ius, quod tàm Io: Baptistæ Azeuedo, quàm Ioanni Bracamonti prædictis, & cuilibet ipsorum &c. competebat &c. etiam quoad possessionem in qua quilibet ipsorum quomodolibet, existebat, & reperiebatur &c. dictiones enim tàm, & quàm, cuiuslibet, quilibet, & quomodolibet cum sint alternatiuę, ac distributiuæ respectiuè possessionem dicti Bracamontis concludenter non probant.

Attenta præsertim dictione, forsan, in alijs verbis litterarum gratiosæ subrogationis adiecta, ibi (Ex eo quod idem Ioannes Bracamontes breui de capiēda possessione nomine Cameræ Apostolicæ emanato, & forsan inti-

5 mato, seù executioni demandato &c.) quæ dictio, forsan, cum stet dubitatiuè, nihilque certi firmet *l.* 1. §. *per hanc, vbi gloss. in verb. adiecta causa, ff. de re iudic. Imol. in Clem.* 1. *num.* 18. *vers. sic intelligit de appell. Rota coram Buratto decis.* 150. *num.* 2. satis arguit possessionem dicti Bracamontis dubitanter, & suppositiuè narratam fuisse, quamuis scilicet ipse Breuis executionem obtinuisset, eiusque vigore possessionem adeptus fuisset, adeout Pontifex, qui

sub tali narratiua subrogauit deinde d. Franciscum ad possessionem vtriusque, Azeuedi scilicet, & Bracomontis, censeatur illum ad possessionem Bracomontis cum eodem supposito adeptæ per eum possessionis subrogare voluisse, ne in iisdem litteris subrogationis in-
6 ducatur contrarietas ad quam euitandā verba etiam impropriari solent *Cuman. cons. 7. num. 8. vers. in contrarium & num. 9. Aret. cons. 7. num. 1. & 2 Rota decis. 290. num. 7. par. 4. recent.*

Hinc non obstat quod Franciscus subrogatus ad possessionem tàm Azeuedi, quàm Bracamontis teneatur probare possessionem vtriusque. Quia cum narratiua d. possessionis non fuerit copulatiuè, sed alternatiuè cōcepta ipseq; fuerit alternatiuè subrogatus ad possessionem vtriusque sufficit eum probasse possessionem d. Azeuedi ad hoc vt gratia subro-
7 gationis eidem suffragetur cum in alternatiuis sufficiat alteram dumtaxat partem iustificare *cap. in alternatiuis de reg. Iur. in 6. Rota decis. 248. num. 8. par. 1. & decis. 199. num. 4. & decis. 287. num. 22. par. 5. recent.* Et in specie huius subrogationis firmauit *Rota in d. Corduben. Canonicatus coram d. Eminentiss. Vbaldo, & in d. Cæsaraugustana Canonicatus coram Reuerendiss. Vrgellen. d. Pistorien. beneficij coram me, & alijs allegatis.*

Cæterum quoad huiusmodi exceptionem consumatæ vacationis placuit DD. alterā ponderatio facta in decisione, quæ renidetur in §. *Præterea ex eo deducta*, quod hodie non versamur in puris terminis nouæ prouisionis, sed in terminis etiam gratiosæ subrogationis, in qua cum subrogatus assumat naturam, & re-
8 præsentet personam † illius in cuius locum subrogatur *Oldrad. cons. 224. num. 25. vers. cum toto illo generali Mohed. decis. 5. sub num. 2. ad med. vers. & fuit dictum vt lit. pend. Rota decis. 90. num. 1. par. 2*
9 *rec.* id omne consequi potest † quod poterat is in cuius locum subrogatus fuit *Paris. de resign. lib. 13. qu. 5. num. 75. Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. num. 165.* & fuit dictum *in Carthaginen. Canonicatus coram R. P. D. meo Pirouano inter rec. decis. 490. num. 2. par. 3.*

Vnde cum d. Franciscus prouisus per obitum tàm Azeuedi, quàm Bracomontis fuit etiam subrogatus non solum ad omne ius, & possessionem Azeuedi, sed etiam ad omne ius Bracamontis etiam quoad executionem breuis, ac litium si quæ existerent in statu, & terminis prosecutionem, vtique ex vi d. subrogationis repræsentat non solum personam Azeuedi, sed etiam personam Bracamontis, ad cuius fauorem d. vacatio esset consumpta ac propterea quemadmodum Bracamontes, si viueret, iustificata clausula, *Constito*, in eius Breui apposita, quam fuisse concluděter iustificatam liquido constat ex prædictis, alijsque in alia decisione ponderatis, posset vigore d. Breuis Immissionem consequi; sic pariter eam consequi valet d. Franciscus, qui in eius locum etiam quoad executionem d. Breuis subrogatus fuit, vt in terminis dixit *Rota in*
10 *Tolentana beneficij 14. Nouembris 1605. coram Iusto relat. per Marches. de Commiss. par. 1. fol. 384. & 385. & coram Caual. decis. 477. n. 1. & decis. 369. n. 3*

Nec videtur subsistere, quod in casu decisionis in d. Causa Toletana Beneficij coram Iusto, vigore breuis iam fuerat nomine Cameræ capta possessio, quæ ideò suffragabatur
11 prouiso Apostolico veluti capta nomine ipsius cui de nudo ministerio Commissarius Cameræ deseruit ex *trad. per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 34. num. 105. & seqq. Rota in Salamantina beneficij 26. Iunij 1598. coram Litta, & in Oueten. Archidiaconatus 15. Decembris 1603. coram bo: me: Card. Pamphilio.* Decisiones verò coram Caualerio supponunt prouisum obtinuisse immissionem vigore Breuis, quam non apparet Bracomontem obtinuisse.

Nam quoad decisionē in causa Tolentana
12 beneficij aperte legitur, † quod in gratiosa subrogatione ad prosecutionem Breuis, sicuti Carolus debuisset immitti, ita & Salindus in eius locum subrogatus, quæ verba non supponunt possessionē fuisse iam captam nomine Cameræ, cum si illa reuera capta fuisset Carolus non debuisset amplius immissionem pete-
13 re, † sed illi satisfuisset obtinuisse cessionem à Commissario Cameræ vt benè aduertit *Gonzal. in exaduerso cit. gloss. 34. num. 118.*

Quoverò ad *decis. 5. Caual.* ex earum lectura elicitur illum qui mandatum de immitendo vigore Breuis obtinuerat ante illius executionem obiisse.

Nec proinde obstat, quod Franciscus subrogatus ad Ius Bracamontis non possidentis
14 teneatur totam gratiam † principalem eiusdē Bracamontis iustificare, perinde ac si ad illius canonizationem ageret, & sic via ordinaria, non autem exequutiua Immissionem consequi *Rebuff. in tit. de subrog. num. 15. & super concord. tit. de mand. Apost. §. declarantes in verb. & successores nostros cap. fin. vers. insuper subrogatus Cassad. decis. 2. de caus. poss. & propr. Rota in Carthaginen. Portionis 21. Octobris 1588. coram Gipsio relata per Marches. de commiss. par. 1. fol. 472. in Pampilonen. de Sanguesa 24. Maij 1608. coram Ortembergo relat. per Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 30. & sub n. 36. Reuerendiss. D. meus Dec. decis. 317. num. 6. Lotter. de re benef. d. lib. 3. qu. 13. num. 66.*

Nam fuit responsum d. conclusionem procedere in subrogato simpliciter ad ius defuncti, quem non apparet possedisse secus autem in subrogato, *prout hic*, non solum ad ius defuncti, sed etiam ad executionem Breuis ab
15 eodem defuncto obtenti, quia tunc quemadmodum talis defunctus cui facta est subrogatio non tenetur iustificare totam eius gratiam personalem ad effectum consequen. immissionem via exequutiua, sed clausulam *Constito* dumtaxat in eius Breui appositam ex latè *tradit. per Garz. de benef. par. 6. cap. 13. num. 25.* Sic pariter eandem gratiam non tenetur iustifi-
16 care is qui in eius locum etiam quoad executionem Breuis subrogatus fuit, vt in specie aduerterunt *Garz. de benef. d. par. 6. cap. 4. in add. sub nu. 36. vers. subrogatus tamen gratiosè ad executionem Breuis Lotter. de re benef. d. qu. 13. num. 67.* & fuit dictum *in Salamantina Beneficij 16. Iunij 1598. coram Litta, & in d. Toletana Beneficij 14. Nouemb. 1605. sub num. 9. coram Iusto, & in Me-*

liten. Prioratus 18. *Martij* 1619. *coram Manzanedo,*
quas comprobauit Rota in Vicen. Cameraria 19. *Iu-*
nij 1622. *coram Buratto decis.* 590. *num.*6. *inter im-*
*press. Canal. d. decis.*477. *num.*1. *ad fin. & seqq. & d.*
*decis.*639. *num.*2. *ad fin.*

Prout in simili subrogatus gratiosè ad actio-
nem, & prosecutionem Spolij in personam
Antecessoris commissi non tenetur iustificare
totam gratiam, sed ei sufficit probare Spo-
17 lium, † quamuis is in cuius locum fuit sub-
rogatus non decesserit in possessione *Garz. de*
*benef. d. cap.*4. *sub num.*36. *vers. similiter etiam*
subrogatus vbi refert *decis. Rotæ in Cameracen.*
Canonicatus 4. *Decembris* 1573. *coram Clemen-*
te VIII.

Præterea dicebant DD. non applicari d.
obiectum in casu de quo agitur, quia licèt
Bracamontes non possederit. Attamen cum
Frãciscus fuerit alternatiuè subrogatus ad ius,
& possessionem in qua quilibet eorum existe-
ret, sufficit Azeuedum possedisse, ad hoc vt
idem Franciscus vigore d. subrogationis im-
missionem consequi valeat, cum possit desu-
mere Ius ex persona Bracomontis, & posses-
ssionem ex persona Azeuedi etiam quod gra-
tia personalis d. Bracomontis non esset iusti-
18 ficata, cum subrogatus gratiosè † in hoc iu-
dicio possessorio non teneatur iustificare ius
eius authoris, vt in proposito dixit *Rota coram*
*Seraph. d. decis.*596. *num.*3. Vbi subiungit con-
traria procedere ad effectum petitorij, & ca-
nonizationis gratiæ, non autem possessorij vi-
gore subrogationis gratiosæ. Et in specie quod
19 alternatiuè subrogatus ad ius, † & possessio-
nem duorum, vnius scilicèt qui possedit, &
alterius qui non possedit possit desumere ius
ex persona non possidentis, & possessionem
ex persona alterius qui possedit dixit *Rota in d.*
Pistorien. seu nullius beneficij coram me vbi D. Ar-
chiepiscopus Pisaurus obtinuerat subrogari
ad ius, & possessionem tàm Euerardi præde-
functi, quàm Verzoni collitigãtis, & quamuis
Verzonus non possedisset, nihilominus Rota
dixit sufficere d. Euerardum possedisse, proin-
deque Archiepiscopum potuisse desumere
ius ex persona d. Verzoni, & possessionem
20 ex persona Euerardi; † Idemque comproba-
tur ex pluribus decisionibus supra relatis, &
signanter coram *Canal. decis.*459. *num.*7. *in fin.*
*vers. postremo autem d. decis.*477. *num.*5. *vers. nec ap-*
plicari, vbi respondet contraria procedere so-
lum in subrogatione facta ad ius vnius non
possidentis.

Nec dicatur quod Franciscus non possit de-
sumere possessionem Azeuedi nisi dependen-
ter ex persona, & iure Bracomontis ad cuius
fauorem omnis vacatio ex persona Azeuedi
etiam respectu possessionis, vt ab initio dice-
batur, consumpta fuit. Cumque d. Braco-
montes nunquam possederit, iterum infere-
batur d. Franciscum teneri gratiam eiusdem
Bracomontis iustificare ex allegatis.

Quia cum ex prædictis appareat possessio-
nem Azeuedi non fuisse consumptam ad fa-
uorem Bracomontis ex eo quod iste reuera
non possederit, vtique Franciscus alternatiuè
21 subrogatus ad ius, † & possessionem vtriusq;
rectè iuuari potest d. subrogatione, ommissa
iustificatione gratiæ Bracomontis quoad ius,
& possessionem ex persona vnius, vel alterius
independenter ab alterutra ipsarum, & sic
quoad ius ex persona Bracomontis, saltem
illud quod ei competebat pro executione
Breuis independenter à persona Azeuedi, &
quoad possessionem ex persona Azeuedi in-
dependenter à persona Bracomontis, vel deni-
que quoad ius, & possessionẽ ex persona vnius
independenter ab altero, cum in huiusmodi
subrogationibus tot esse gratiæ censeantur,
22 quot † sunt clausulæ in eis contentæ *Bellam.*
*decis.*115. *incip. falsa expressio substit. de rescript. &*
*præben. sub nu.*3. *vers.*2. *nec obstat quod dictum*
est Lancellott. de attent. 2. *par. cap.*4. *in præfat. n.*410.
*& seq. in vlt. impress. Conzal. ad reg.*8. *gloss.*5. §.9.
*num.*58.

Deniq; non obstat quod gratia Bracomon-
tis non iustificata Franciscus nullum habeat
titulum, sine quo subrogatio sustineri non
valet non quidem ex persona propria, cum
ipse propriam eius gratiam personalem non
iustificauerit neque ex persona Azeuedi, cum
omne ius illius esset consumptum ex proui-
sione Apostolica facta Bracomonti, nec de-
nique ex persona eiusdem Bracomontis, cum
neque eius gratia personalis sit iustificata, nec
23 ipse fuit triennalis possessor, † adeout iuuari
posset alleg. Lapi 89.

Quandoquidẽ cum d. Franciscus fuerit pro-
uisus per obitum tàm Azeuedi, quam Bra-
comontis, ac successiuè fuerit etiam alterna-
tiuè subrogatus ad ius, & possessionem vtrius-
que dicebant DD. ipsum duplici niti proui-
sione, vna qua fuit prouisus per obitum Aze-
uedi, & altera qua fuit prouisus per obitum
Bracomontis; ac rursus eumdem Franciscum
duplici niti subrogatione vna qua fuit subro-
gatus ad ius, & possessionem Azeuedi, altera
verò qua fuit subrogatus ad ius Bracomontis
etiam quoad executionem breuis, ac proinde
Franciscum non egere iustificatione alterius
gratiæ personalis.

Aut enim ius Azeuedi fuit consumptum
ad fauorem Bracomontis, & tunc Franciscus
24 subrogatus ad ius vniuscuiusque posset desu-
mere idem ius pro suo titulo ex persona Bra-
comontis, & possessionem ex persona Aze-
uedi ex allegatis.

Aut verò ius Azeuedi non fuit consumptũ
ad fauorem d. Bracomontis ex eo quod iste
prouisus per obitum Azeuedi suam gratiam
personalem non iustificauit, & tunc idem
Franciscus posset desumere ius, & possessionẽ
ex persona Azeuedi, sicque venire indepen-
denter ex vacatione vnius, vel alterius, adeout
etiam gratia Bracomontis non iustificata pos-
25 set ex † integro venire ex vacatione per obi-
tum Azeuedi primò defuncti, vt in terminis
dixit *Rot. in Cæsaraugustana Canonicatus coram Re-*
*uerendissimo Vrgellen. quæ est decis.*385. *num.*6. *par.*5.
*rec. & coram Canal. d. decis.*477. *num.*4.

Sed visa fuit cessare prorsus omnis hæc di-
sceptatio ex eo quod, vt dictũ fuit in alia de-
cisio-

cessione Summus Pontifex tota hac facti serie satis intellecta, beneficia de quibus agitur contulit D. Francisco vti adhuc vacantia per obitum tum Azeuedi, quam Bracomontis
26 cuilibet sic † prouisum etiam gratiosè subrogauit in omni iure, & ad omne ius vniuscuiusque, nec non ad possessionem, in qua eorum quilibet quomodolibet existeret, etiam quoad executionem Breuis, omniaque acta illius vigore facta, ac litium, si quæ existerent in eisdem statu, & terminis prosecutionem.

Vnde satis esse dicebatur vnum, vel alterum habuisse ius, & possessionem, vel vnum ius
27 saltem pro executione Breuis, alterum verò possessionem ad hoc vt gratia d. subrogationis suffragetur, eiusq; vigore Franciscus immissionem consequi valeat, cum Papæ voluntas sit indubitata eiusque potestas in beneficialibus sit amplissima, & adæquet, vt vulgo dicitur, quadrata rotundis.

Et ita causa pluries proposita, eaque omnium DD. consilio maturè discussa, vtraque parte informante resolutum fuit.

CAMERINEN. PENSIONIS.

Lunæ 19. Nouembris 1638.

A R G V M E N T V M.

Manutentio datur pensionario quoties constat de ipsius quasi possessione exigendi etiam ab antecessoribus titularibus.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium Rotæ regulatur à iure.*
2 *Pensionario docenti de quasi possessione exigendi pensionem debetur manutentio.*
3 *Procedit etiam contra successorem in beneficio.*
4 *Pensio est onus reale super fructibus impositum, & ab eo solui debet qui fructus percipit.*
5 *Successor in beneficio grauato pensione censetur quasi contrahere, & obligare se actione personali ad solutionem pensionis.*
6 *Pensionis debitor ad euitandum solutionem pensionis tenetur concludenter probare alterum fructus percepisse.*

D E C I S I O D X V.

RESOLVTVM fuit non intrare arbitrium ad fauorem Nicolai Seuerini Rectoris Beneficij, de quo agitur, pro retardanda solutione pensionis scut. 400. aliàs reseruatæ super fructibus eiusdem Beneficij ad fauorem Eminentiss. Card. Ginnasij, quoniam vul-
1 gata est conclusio † arbitrium regulari à iure *Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur num. 8. Cas. de Grass. decis. 100. aliàs 7. nu. 7. de sent. & reiudic. Rota decis. 349. num. 1. par. 1. diuers. &*
2 *decis. 365. num. 1. par. 1. rec.* De iure † autem cum d. Eminentissimus Cardinalis sit in quasi possessione exigendi d. pensionem, vtique in ea manuteneri debet prout in his terminis dixit *Rota coram Seraph. decis. 1419. & in recent. decis. 38. num. 1. par. 2. Burat. decis. 591. num. 1. vbi Add. n. 10.*

Possessio siquidem D. Cardinalis probatur
3 ex pluribus Instrumentis † solutionum d. pensionis ei factarum à Rectoribus Antecessoribus, quæ bene suffragantur ad effectum manutentionis contra d. Nicolaum successorem, vt in huiusmodi materia metiamur ius ex persona Pensionarij possidentis, non autem ex persona titularis contra quem possidetur *Guidop. qu. 629. nu. 2. & seq. Gig. de pens. qu. 47. n. 10. Put. decis. 151. lib. 3. in correct. Rota decis. 508. num. 2. par. 2. rec.* & aliàs sæpe.

Non obstat quod vacante d. beneficio Sanctissimus illud contulerit Reuerendissimo D. Giorio eiusdem Sanctissimi Cubiculi Præfecto, qui idem beneficium resignauit ad fauorem d. Nicolai cum reseruatione dd. fructuum, & ideò onus soluendi d. pensionem spectet ad Reuerendiss. Giorium dd. fructuum reseruatarium, non autem ad ipsum Nicolaum Titularem, cum pensio sit onus reale
4 super fructibus impositum, † quæ propterea ab eo solui debet qui percipit fructus *Rota d. decis. 508. num. 3. par. 2. recent. Seraph. decis. 508. per tot. Mantic. decis. 339. nu. 3. Barbos. in tract. de exig. pens. lib. 1. col. 5. num. 13. & seqq.*

Quia vltra quod d. Nicolaus acceptans be-
5 neficium huiusmodi pensione grauatum censetur quasi contraxisse cum d. Eminentissimo Pensionario, vnde sequitur ad solutionē d. pensionis actione personali obligari voluisse *Gonz. ad reg. 8. gloss. 5. §. 5. num. 46. Caputaq. decis. 13. par. 1. & decis. 302. num. 2. par. 2. Rota decis. 178. num. 1. & 3. par. 2. recent. & Burat. decis. 446. num. 1. & 2. & in landen. pensionis 15. Ianuary 1636. coram me,*
6 visa fuit † cessare difficultas ex eo quod prædictus Nicolaus, qui possessionem d. beneficij adeptus fuit non probat reseruationem dd. fructuum Reuerendissimo Giorio concessam iam effectum sortitam fuisse eiusque vigore eumdem Reuerendissimum fructus huius beneficij huc vsque percepisse, prout concludenter probare tenetur ad euitandum solutionem d. pensionis iuxta tradita per *Latter. de re benef. lib. 1. quæst. 39. num. 66. & seqq.*

Præsertim cum idem Reuerendissimus citatus in Rota pro suo interesse oretenus attestatus fuerit se ne dum fructus aliquos adhuc nō percepisse, sed nullum ius habere, nec habere velle super dd. fructibus durante ista pensione antiqua ad fauorem Eminentissimi D. Cardinalis reseruata.

Et ita vtraque &c.

FAVENTINA BONORVM.

Merc. 24. Nouemb. 1638.

A R G V M E N T V M.

Heredis institutio pura vel cum onere, non potest per testatorem adimi, vel immutari in codicillis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres sub conditione implenda ante aditionem, illam non adimplens, cadit à commodo hæreditatis.*

2 *Hæreditas sicuti codicillis dari vel adimi non potest ita nec etiam conditio hæredi instituto adyci valet.*

3 *Ecclesia absque dolo contrauenions potest iuuari restitutione in integrum.*

4 *Ecclesia instituta sub conditione, vt infra certum tempus cappellam ædificet, post illud tempus valet restitui in integrum.*

5 *Deuolutio non incurritur sine dolo.*

DECISIO DXVI.

BERNARDVS Fechius testamento instituit hætedes vniuersales Præsbiteros Regulares Boni Iesus Ciuitatis Rauennateñ cum onere ædificandi Conuentum, & Ecclesiam sub inuocatione S. Bernardi in Terra Mutilianæ Fauentiñ Dioc. ibique retinendi quatuor Sacerdotes qui Missas celebrarent, aliaque adimplendi, quæ in d. Testamento latius continentur.

Vbi verò dd. Presbiteri nollent, aut non possent ibidem habitare, vel d. Ecclesiam, & Conuentum ædificare Testator voluit ex d. eius hæreditare erigi Canonicam Presbiterorum eiusdem loci, qui præmissa adimplere tenerentur. In Codicillis autem mandauit ne dd. Regulares adirent hæreditarem, eiusque fructibus gauderent, donec Ecclesia esset in totum perfecta.

Verum quia defuncto Testatore dd. Patres Ecclesia adhuc non perfecta adiuerunt, vt prętenditur, eiusdem Testatoris hæreditatem, illiusque fructus perceperunt, quidam executor Testamentarius cepit prætendere dd. Patres contrauenisse precepto Testatoris, proindeque illius hęreditatem ad fauorem d. Canonicæ esse deuolutam. Causaque prius in partibus agitata, deinde ad Rotam in gradu appellationis delata, ac bo. me. Motmanno commissa, fuit coram eo dubitatum sub die 15. Iunij 1637. An constaret de tali contrauentione dd. Patrum, quæ illis obstaret ad effectum vt esset locus prætensæ deuolutioni, & negatiuè responsum fuit ex rationibus in d. decisione deductis, in qua hodie me in locum d. bon. mem. Motmanni suffecto proponente persistendum esse DD. censuerunt.

Quamuis enim Testator dd. Patribus hæredibus institutis † in eius Testamento plura onera iniunxerit, eaque adimpleri mandauerit, nihilominus duos dumtaxat casus expressit, in quibus voluit eius hæreditatem deuolui eamque implicari pro construenda Canonica Presbyterorum. Primum scilicèt, quo dd. Patres nollent, aut non possent habitare Mutilianæ. Alterum quo d. Ecclesiam, & Conuentum ædificare nollent ibi. *E caso che detti Preti non volessero, ò non potessero habitare in d. Chiesa, e Conuento, all'hora, & in tal caso vuol il Testatore, e così comanda &c. che la detta sua heredità come ben di ragione liberamente vada, e ricada per fare vna Canonica di Preti di Modigliana, quali siano obligati fare, e conseguire li medemi obblighi, e carichi di sopra &c.*

At neutrum casuum euenisse visum fuit. Siquidem nullibi docetur dd. Patres non potuisse, aut noluisse d. locum Mutilianæ inhabitatate, vel ibidem Ecclesiam, & Conuentum ædificare noluisse, quinimo constat de contrario ex eo quod dd. Patres d. locum à Testatore demandatum inhabitarunt, & hodie inhabitant, ibidemque Ecclesiam, & Conuentum ædificare ceperunt, & in dies d. ædificio aliquid addiderunt, prout est in confesso inter partes, ex quibus abundè constat dd. Patres præcepto Testatoris nequaquam contrauenisse, adeout casus prætensæ deuolutionis euenisse dicatur.

Non obstat quod Testator in secundis Codicillis ab eo conditis iusserit, ne dd. Patres hæreditatem adirent, eiusque fructibus gaudere possint, donec Ecclesia esset in totum perfecta ibi. Item *M. Bernardo &c. vuole che i frutti de suoi beni lasciati à d. Chiesa di S. Bernardo seruano, e debbano seruire à beneficio di d. Chiesa, e che i R. R. Preti del Buon Giesù non possino, ne gli sia lecito adire l'heredità, e godere essi frutti, finche la Chiesa non è finita al tutto &c.*

1 Vnde inferebatur hæreditatem † de quo agitur relictam fuisse dd. Patribus sub conditione perficiendi d. Ecclesiam ante illius aditionem, vt in proposito arguit *Castren. cons. 292. num. 1. & 2. vers. & sic videtur qu. 2.* ac perconsequens dd. Patres, qui d. Ecclesia adhuc non perfecta hæreditatem d. Testatoris adiuerunt, eiusque fructus perceperunt, & sic d. conditionem non adimpleuerunt à commodo eiusdem hæreditatis cecidisse iuxta doctrinam *Corn. in l. 1. nu. 5. post med. vers. si uero non arguit C. de his quæ pen. nom. Socc. Sen. in rubr. ff. eod. post med. vers. 3. casu Paris. cons. 19. num. 135. vers. & sic translatio & num. 136. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 54. num. 3. vol. 1. Bursatt. cons. 167. num. 15. vers. & rursus ante aditum vol. 2. Gabr. cons. 109. num. 18. vol. 2. Hounded. cons. 68. num. 38. in fin. vol. 2.*

Quoniam vltra quod non apparet concludenter dd. Patres hæreditatem d. Testatoris adiuisse, ac fructus illius ad eorum propriam
2 vtilitatem percepisse, † responsum fuit eos in Testamento fuisse hæredes institutos purè, & simpliciter quamuis cum onere d. Ecclesiam, & Conuentum ædificandi, proindeq; Testatorem in Codicillis d. hæreditatem eis adimere, vel conditionem adijcere non potuisse *§. Codicillis vers. nec conditionem hæredi instituto adycere Instit. de Codicill.* vbi gloss. *in verb. adycere,* rationem assignat, quia in euentum non implementi censetur adempta hæreditas, quæ Codicillis adimi non potest *d. §. Codicillis & l. unius in princ. ff. de iur. Codicill.* vbi cauetur quod sicuti hæreditas Codicillis dari, vel adimi non potest, ita nec etiam conditio hæredi instituto adijci valet, & plura iura concordantia allegat in d. §. *Codicillis.* Idemque probat *text. in l. 1. §. hæredi instit. de hæred. instit.* cuius verba sunt hæc, hæredi quem in Testamento purè instituit Codicillis adscripsit conditionem, an parere

gerè necesse habeatur Modestinus respondit, hæreditas Codicillis neque dari, neque adimi potest. Porro in defectu conditionis de ademptione hæreditatis cogitasse intelligitur.

3 Præterea dicebant DD. prætensam contrauentionem dd. Patrum ob non perfectionem d. Ecclesiæ non officere ipsi Monasterio, vel Ecclesiæ, quæ proinde cessante dolo posset iuuari restitutione in integrum, vt firmat *Bald. in l. Pupillorum 5. num. 6. C. de repud. hered. Sim. de Prat. de interpret. vlt. fol. 442. nu. 3. Fusar. de substit. qu. 585. num. 3. Thob. Non cons. 28. nu. 6. & 7. Ioseph. Ludouic. conclus. 16. illat. 14. vers. scribit plenè Rota coram Buratto decis. 182. num. 27.*

Idque procedere etiam in Ecclesia vel Mo-
4 nasterio hærede † instituto sub conditione construendi hospitale, seù Capellam in aliquo loco infrà certum tempus sub ea lege, quod non facta constructione hæreditas ad hospitale, seù Capellam deuoluatur firmat in specie *Bald. in d. l. si pupillorum num. 7. & tribus seqq. C. de repud. hered. Rom. sing. 94. incip. pridiè habui*, dicens quæstionem habuisse de facto, & sex ducatos lucratum fuisse, *& in l. si Insulam num. 44. & 45. ff. de verb. obligh. Menoch. cons. 425. num. 18.*

Neque obstare visum fuit decretum Visitationis factæ ab ordinario, qui mandauit d. Ecclesiam construi. Quia ob non sequutam constructionem dd. Patres non videntur cecidisse à d. hæreditate sed potius compelli debent ad implementum d. constructionis, aliorumque onerum, quæ Testator eis demandauit.

5 In quam sententiam † faciliùs iuerunt DD. ponderantes pestem intbi grassantem, loci angustiam, fructuum tenuitatem, Legatorum, & æris alieni eiusdem Testatoris solutionem quæ omnia dd. Patres à perfectione fabricæ retardare potuerunt, eosque à prætenso dolo tueri, sine quo regulariter deuolutio non incurritur *gloss. in l. si seruum in verb. non videri ff. de acquir. hæred. Abb. cons. 97. num. 35. Decian. cons. 9. num. 27. volum. 1. cum alijs allegat. in decis. quæ reuidetur §. insuper DD.*

Et ita veraque &c.

ROMANA DOMVS.

Merc. 24. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Fundus dotalis quando efficiatur res empta ex pecunijs dotalibus, & quæ requirantur ad dictum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium naturale rei dotalis est penes mulierem, ciuile verò penes maritum.*

2 *Fundus dotalis non efficitur res empta à Viro ex pecunia dotali nisi ex conuentione partium tacita vel expressa colligatur contrahentes voluisse quod esset fundus dotalis.*

3 *De tali voluntate constat si Instrumento dotali sit conuentum quod pecunia debeat reinuestiri in stabilibus sub lege, quod illa sint hypothecata pro fundo dotali.*

4 *Præsertim concurrente pacto quod in euentum retrouenditionis dictæ rei pretium illius pariter reinuestiretur sub eadem lege.*

5 *Fundus dotalis dicitur res empta ex pecunia dotali concurrente voluntate, & vtilitate mulieris & num. 13.*

6 *Verba dispositiua contractus, & non clausula accessoria, & generales releuant.*

7 *Fundus dotalis non est prædium assignatum in dotem si dos fuerit promissa in quantitate declara n. 8.*

9 *Pecunia reinuestienda in bonis stabilibus non iudicatur uti quantitas, sed uti species.*

10. *Verba, pro cautela, & securitate, uidentur importare hypothecam super prædio.*

11 *Limita si prædium deberet stare pro fundo dotali.*

12 *Mulier potest habere hypothecam etiam super fundo dotali.*

DECISIO DXVII.

PHILIPPVS Peccar, & alij Tutores Cinthiæ *del Prato* nuptui tradiderunt d. Cinthiam Ioanni Forouino cui ad computum dotis, & fundi dotalis eiusdem Cinthiæ assignarunt annuum Censum scut. 70. pro summa scutorum mille in sorte, & pro residuo eiusdem dotis promiserunt soluere alia scut. 500. in pecunia numerata, statim atq; d. Cinthia ad Viri domum traducta esset. Pacto adiecto quod in euentum redemptionis d. Census prædicti Coniuges tenerentur deponere dd. scut. mille in aliquo banco tuto ad effectum illa reinuestiendi in bonis stabilibus, seù alio simili Censu pro cautela, & securitate ipsius Cinthiæ, pro d. autem residuo scut. 500. Ioannes Maritus omnia bona sua hypothecauit.

De anno 1589. Ioannes vendidit d. Censum eodem pretio scut. 1000. quæ iuxta formam Instrumenti dotalis reinuestiuit in domo, de qua agitur, eamque pro rata d. pretij soluti hypotecauit pro fundo dotali d. Cinthiæ eius Vxoris. Pacto etiam adiecto, quod in euentum retrouenditionis d. domus, d. pretium reinuestiri pariter deberet in alijs bonis stabilibus pro euictione d. Census, ac fundo dotali eiusdem Cinthiæ, vt latius in Instrumentis datis in *sum. num. 1. & 2.* continetur.

Orta nuper controuersia inter filios, & heredes dd. Coniugum super Iuribus dotalibus d. Cinthiæ eorum matris, An d. Cinthia acquisiuerit dominium d. domus pro rata d. pretij soluti cum pecunijs dotalibus eiusdem Cinthiæ, & DD. responderunt affirmatiuè. Quia cum prædicta domus esset fundus dota-
lis d. Cinthiæ, vtique ipsa acquisiuit domi-
1 nium eiusdem domus pro rata d. pretij soluti, cum dominium naturale rei dotalis sit penes Mulierem quamuis ciuile in ipsum Virum transeat *l. in rebus C. de Iur. dot. latè Barbos. in l. dotalem 62. num. 7. ad fin. uers. unde ego aliter, & seq. ff. sol. matrim. Alex. in l. 1. nu. 31. post med. uers. item dicit Imol. ff. de leg. 1. Gratian. discept. 489. nu. 1. & 7. Seraph. decis. 201. num. 28.*

Quod

2 Quod autem prædicta Domus † esset fundus dotalis d. Cinthiæ res visa fuit carere difficultate. Quia licet res empta à Viro ex pecunia dotali regulariter non efficiatur fundus dotalis *iux. l. ex pecunia C. de Iur. dot.* Nihilominus à tali regula receditur, quando, *prout hic*, ex conuentione partium tacitâ vel expressa colligitur contrahentes voluisse quod illa res esset fundus dotalis ad *l. æstimatis 90. ff. solu. matrim. l. si inter uirum num. 21. C. de Iur. dot. Ias. in l. ex cõuentione 11. uers. sed si fundus dotalis C. de pact. Aret. cons. 84. num. 1. & seq. Soc. Iun. cons. 141. nu. 11. lib. 1. Couar. pract. qu. cap. 28. num. 2. uers. sed ex contrario Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 17. post med. uers. & hoc sufficit Rota decis. 287. num. 1. par. 3.
3 recent.* In proposito autem satis † apertè colligitur contrahentes voluisse, quod d. domus empta ex pecunia redacta ex d. Censu dotali esset fundus dotalis, quandoquidem in Instrumento dotali fuit expresse conuentum, quod in casu redemptionis d. Census scut. 1000. in sorte prædicti Coniuges tenerentur deponere dd. scuta 1000. eaque reinuestire in bonis stabilibus, seu alio simili Censu, vnde cum Ioannes Maritus d. Censum vendiderit eiusq; pretium pro d. rata scut. 1000. in domo de qua agitur, iuxta formam Instrumenti dotalis reinuestiuerit sub ea pariter lege quod illa esset hipothecata pro fundo dotale eiusdem Cinthiæ, & cum præeminentijs, ac prærogatiuis fundo dotali concessis, clarè sequitur d. domum ex partium conuentione fundum dotalem effectam fuisse *Cranet. cons. 548. num. 1. in fin. & seqq. Bursatt. cons. 440. num. 11. lib. 4. Franc. ab Eccles. inter cons. feud. diuers. cons. 30. num. 2. & nu. 4. in fine uers. & quia præmissa Peregr. cons. 24. num. 2. & seqq. lib. 3. Gratian. discept. 745. num. 89. & nu. 96. Rota in Romana Saluiani coram Card. Lancellotto impress. per Pacific. post tract. de Saluian. decis. 30. n. 8. & coram Card. Caual. decis. 37. num. 1.*

Concurrente præsertim altero pacto, quod
4 in euentum † retrouenditionis d. domus pretium illius reinuestiretur pariter in alijs bonis stabilibus, quæ perpetuo stare deberent pro euictione d. Census, ac fundo dotali eiusdem Cinthiæ, quod pactum cum denotet Maritum non potuisse liberè alienare d. domum, satis elicitur dominium d. domus in Virum absolutè non transiuisse, ac per consequens illam fundum dotalem effectum fuisse, vt dixit *Rota decis. 297. num. 3. post med. & decis. 399. num. 5. par. 3. rec. & coram Caual. d. decis. 37. per tot.* cum id sit conforme naturæ fundi dotalis, qui à lege alienari prohibetur *l. si prædium 23. C. de Iur. dot. l. vnic. §. & cum lex C. de rei vxor. act. & tot. tit. ff. ad l. Iul. de fund. dotal.*

5 Et visa fuit cessare difficultas † ex eo quia Ioannes vendidit d. Censum eiusque pretium pro d. rata reinuestiuit in domo de qua agitur tamquam Maritus, & legitimus administrator d. Cinthiæ, quæ constante matrimonio prædictum reinuestimentum tamquam fundum dotalem agnouit, illudque vti sibi vtile præuio decreto Iudicis expresse ratum habuit, ex quibus clarè sequitur d. domum emptam ex pretio Census dotalis fundum dotalem effectam fuisse cum de iure res empta à Viro ex pecunia dotali efficiatur dotalis quado, *prout hic*, vltra voluntatem Mulieris concurrit etiam eius vtilitas *ad not. in l. res quæ ex dotali §. & ibi gloss. ff. de Iur. dot. Campeg. de dot. par. 4. glos. 5. nu. 1. Socc. Iun. cons. 118. num. 1. & seqq. lib. 2. Hondet. cons. 44. num. 17. lib. 1. Roman. cons. 201. nu. 2. Caual. d. decis. 37. num. 1.*

6 Non obstant clausula *ad habendum &c.* aliæq; similes adiectæ in Instrumento dotali, quæ solent excludere fundum dotalem. Quoniam illæ tamquam accessoriæ, & generales non releuant, quando, *prout hic*, ex verbis dispositiuis, alijsque coniecturis elicitur fundum esse dotalem *Oldrad. cons. 245. num. 6. uers. non obstat si dicatur Ioseph. Ludou. concl. 10. num. 11. Gratian. discept. 445. num. 9.*

Nec releuat quod in Capitulis matrimonia-
7 libus dos d. Cinthiæ † fuerit promissa in scut. 1500. & ideò cum præcesserit promissio dotis in quantitate prædictus Census assignatus pro summa scut. 1000. non sit fundus dotalis, etiã si fuerit assignatus in partem dotis, & fundi dotalis *iuxtà Rot. decis. 476. par. 4. rec. & decis. 257. num. 5. & 6. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*
8 Quia fuit responsum d. conclusionem procedere quando dos fuit promissa in quantitate purè, & simpliciter quia tunc si detur res æstimata etiam cum pacto, quod illa stare debeat pro fundo dotali; non ideò qualitas dotis primo loco promissæ in quantitate ob d. pactum nouata, vel alterata præsumitur; Secus autem quando, *prout hic*, dos fuit promissa in quantitate non purè, & simpliciter, sed sub ea expressa lege, quod d. quantitas deponi deberet ad effectum reinuestiendi in bonis stabilibus, vel annuis redditibus, quæ stare deberent pro fundo dotali, & in fundum dotis; quia tunc dos non videtur constituta in quantitate, sed in eisdem Inuestimentis, quæ proinde dicun-
9 tur fundi dotales; † cum quantitas non simpliciter promissa, sed cum pacto reinuestiendi, non vti quantitas, sed vti species, in qua est inuestita iudicetur ad *l. talis scriptura in fin. & l. si seruus §. quicumque ff. de leg. 1. Alex. cons. 32. n. 5. vers. sed ita est & num. 11. vers. considerandum lib. 6. Gratian. discept. 920. num. 26. & discept. 932. num. 30. Rota post Statil. decis. 159. num. 1. & seq. & decis. 292 num. 4. par. 1. recent.*

Demum non obstat quod pretium d. Cen-
10 sus debuit reinuestiri † in bonis stabilibus pro cautela, & securitate d. Cinthiæ, quæ verba pro cautela, & securitate videntur importare specialem hipothecam super dd. stabilibus, non autem vt ipsa stabilia essent fundi dotales cum regulariter hypotheca non cadat in re propria *iuxtà l. neq; pignus ff. de reg. iur.* Quoniam obiectum procederet, si fuisset simpliciter dictum, quod huiusmodi reinuestimentum stare deberet pro cautela, & securitate d. Mulie-
11 ris, at secus est † quando, *prout hic*, fuit expresse conuentum, quod tale reinuestimentum deberet stare pro fundo dotali, quia tunc verba prædicta, pro cautela, & securitate non tollunt constitutionem fundi dotalis, vt in specie distinguit *Nat. cons. 496. num. 13. vers. non*

enim

enim obstat, cum non repugnet, quin mulier 12 possit habere hypothecam etiam super fundo dotali iuxta *d.l. in rebus, §. volumus itaque, C.de iur.dot.& ibi Bart.num.1. Ang.num.4. Alex.in d.l.1. nu.31. post med. vers. item dicit, Imol. ff. de deleg.2. Rota in Romana fideicommissi 14. Inny præteriti co-*
13 *ram R.P.D. meo Merlino*. Præsertim cum domus, de qua agitur, empta fuerit ex pecunia d. census cum expressa qualitate quod illa stare deberet pro fundo dotali d. Cynthiæ, quæ cum d. reinuestimentum vti fundum dotalem agnouerit, ac præuio Iudicis decreto tamquã vtile ratum habuerit, proculdubio dicta domus tàm ex partium conuentione, quam ex iuris dispositione fundus dotalis effecta fuit, *Caual.d.dec.37 num.1.& seqq. Rot.d.dec.287.& decis.297. par.3.rec.*

Et ità &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 26. Nouembris 1658.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi ex coniecturis censentur ad fideicommissum vocati; quæ coniecturæ requirantur, & quomodo considerari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Filius in conditione positus ex coniecturis censetur vocatus.*
2 *Filij positi in conditione facilius censentur vocati si in alia parte testamenti expresse fuerint vocati.*
3 *Coniectura expressæ vocationis in vna parte testamenti iuncta cum alijs potentissima indicatur pro vocatione filiorum in conditione positorum.*
4 *Filij in conditione positi cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis vocati censentur vbi de descendentibus agitur.*
5 *Filij in conditione positi censentur vocati si Testator etiam eorum descendentes in alia parte testamenti vocauit.*
Pronepotes minus dilecti præsumuntur, quam nepotes sic vocatio facilius inducitur si alias minus dilectus magis dilecto præferretur, n.5.
6 *Substitutio reciproca facta inter institutos arguit filios in conditione positos fuisse vocatos.*
7 *Filij pluries in conditione positi censentur vocati.*
8 *Filij in conditione positi censentur vocati stante prohibitione cuiuscumque detractionis facta omnibus vocatis.*
9 *Clausula codicillaris deseruit pro vocatione filiorum in conditione positorum.*
10 *Coniectura pro vocatione filiorum in conditione positorum, simul iunctæ non separatim considerari debent.*
11 *Coniectura leuiores requiruntur pro vocatione descendentium in conditione positorum.*
12 *Fideicommissum censetur inductum inter descendentes, si illi fuerint in perpetuum vocati.*
13 *Filiatio probatur si quis filius fuerit in testamento vocatus eique fuerit legitima relicta.*

DECISIO DXVIII.

LVDOVICVS de Rusticellis testamentũ condidit, in quo Catherinæ eius filiæ nonnulla bona prælegauit, eique quandocunque decedenti sine filijs masculis legitimis, & naturalibus substituit pro medietate Caium, Scipionem, & Horatium ipsius Testatoris germanos fratres, eorumque filios, & descendentes. Pro altera verò medietate Dorotheam alteram eius filiam, omnesque eius filios natos, & nascituros, eosque decedentes sine filijs, & descendentibus ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum quacunque detractione legitimæ, Trebellianicæ, aut alterius portionis eis prohibita. In omnibus autem eius bonis hæredes vniuersales instituit dd. Catharinam, & Dorotheam eius filias æqualiter, eorumque filios, & descendẽtes legitimos in perpetuum, quos omnes ad inuicem substituit vulgariter, & per fideicommissum, quacunque alienatione, seu detractione legitimæ, ac Trebellianicæ, seu alterius portionis pariter eis prohibita.

Deinde fecit codicillos, in quibus prædictã substitutionem factam fauore dd. Caij, Scipionis, & Horatij fratrum expresè reuocauit, dictasque sorores, earumq; descendentes quoad omnia bona tàm prælegata, quam in vniuersali institutione relicta institutos, & reciprocè substitutos esse voluit.

Catharina primo nupserat Carolo de Caualchis, ex quo suscepit Alexandrum. Defuncto autem d. Carolo nupsit Emanueli Serabosco, qui tamquam assertus hæres d. Catherinæ omnia bona eidem Catherinæ à Ludouico Patre relicta sibi retinuit. Quocirca cum d. Alexander filius ex primo viro egisset in partibus contra d. Seraboscum pro restitutione dd. bonorum vti fideicommisso d.q. Ludouici subiectorum binasque sententias fauorabiles reportasset causa per appellationem ad Rotam delata, mihique commissa dubitaui, an, & ad quæ bona d. Alexander esset vocatus, & DD. illum esse vocatum ad bona tam Catharinæ matri prælegata, quàm eidem in vniuersali institutione relicta responderunt.

Et quoad bona prælegata d. Catharinæ pro fundamento resolutionis aduertebant DD. quod licet Ludouicus Testator eidem Catharinæ quandocunque decedenti sine filijs masculis legitimis, & naturalibus substituerit Caium, Scipionem, & Horatium eius fratres pro medietate, & in altera medietate substituerit Dorotheam alteram eius filiam, omnesque eius filios natos, & nascituros. Nihilominus prędictam substitutionem factam fauore dd. fratrum non esse habendam in consideratione, siquidem Testator illam ademit in codicillis, voluitque dd. sorores, earumque descendentes etiam quoad prædicta bona pręlegata in totum esse institutas, & reciprocè substitutas, adeout voluntas d. Testatoris sit attendenda.

Quapropter stante huiusmodi ademptione clarè sequitur d. Alexandrum fuisse vocatum à Lu-

à Ludouico ad bona Catherinæ matri prælegata. Quamuis enim d. Alexandes non legatur ad ea expressè vocatus. Attamen cum fuerit in conditione positus censetur vocatus ex pluribus coniecturis in hac facti specie cõ-
1 currentibus, quæ passim operantur; vt positus in conditione vocatus præsumatur, *Peregr. conf.91. num.30.lib.1. Decian.conf.3.num.48. lib.1. & conf.103.num.10.lib.2. Rustic.in tract. de liber. in cond. posit.lib.2.cap.1.num.1.Mantic.de coniect. vlt. vol.li.11.tit.2.n.19. Put.dec.215.lib.3.Rot.dec.133. sub num.1. par.1.recen.Seraph.decis.1329.num.1.& sapè in aliis.*

Prima autem coniectura desumitur ex eo, quod filij Catharinæ tàm in Testamento, quàm in codicillis pluries vocati fuerunt, vn-
2 de in ea parte,in qua sunt in conditione positi vocati præsumuntur,vt in specie aduerterunt, *Caphal.conf.188.num.16. Peregr.conf.54. num.10. lib.4. Rota diuers.dec.515.num.2. par.4.& in recen. dec.145.num.3.& 4. & dec.133.num.2. par.1.* vbi
3 quod iuncta cum aliis est præcipua, & potentissima coniectura, *& coram Greg.XV. dec.315. num.3. in Imolen. fideicommissi 2. Martij 1622. coram Vbaldo seniore Bononien. fideicommissi 25. Februarij 1622. coram Manzanedo.*

Secunda ducitur ex eo, quod prædicti filij fuerunt positi in conditione cum qualitate
4 non solum masculinitatis, sed etiam legitimitatis, quæ proculdubio arguit vocationem in conditione positorum, quando, prout hic, versamur in descendentibus, *Crauett.conf.885. num.1.Menoch.conf.420.num.13. Giouagn. conf.79. num.17.lib.1. Mantic. de coniect. lib.1.tit.3. num.7. & seqq. Rota coram Seraph. dec.956. num.6. & decis.1329.num.5. & in rec.dec.30. num.6. par.1.& in Meleutana hæreditatis 27. May 1619. coram bo. me. D. meo Seleucien.*

Tertia oritur ex eo, quod Testator in sequenti substitutione vocauit non solum filios primi gradus, sed etiam eorum descendentes,
5 qui minus dilecti præsumuntur, quam filij Catharinæ in conditione positi, qui proinde vocati censentur, ne minus dilectus magis dilecto præferatur, *Hond.conf.54.nu.37. vers. sexta coniectura,& seqq. lib. 2. Menoch. conf.420. num.9. vers.4.mouet me, Surd.conf.244.num.6.ad fin. Rota in recent.decis.133. num.5. par.1. & decis.355.n.5. par.5.*

Quarta deducitur ex reciproca substitutione facta inter institutos, quæ pariter arguit fi-
6 lios in conditione positos vocatos fuisse, *Decian.conf.28.num.20. in fin. & nu.24.lib.2.Menoch. conf.613.num.5. in fin. cum seq.lib.2.Fusar.de subst.q.437.num.87.& conf.131. num.9 & conf.173. nu.4.Rota in d.Imolen. fideicommissi 2.Martii 1622. coram bon. mem. Vbaldo, Senogallien. fideicommissi 19.Aprilis 1627. coram Card. Virili.*

Quinta coniectura deprehenditur ex eo, quod Testator semel atque iterum dd. filios in conditione posuit. Siquidem Catharinæ quandocunque decedenti sine filijs substituit Caium, Scipionem, & Horatium suos fratres, ac Dorotheam alteram eius filiam pro altera medietate, quos omnes inuicem substituit si sine filijs decederent, sic pariter in institutione filias, earumque descendentes instituit, & reciprocè substituit in defectum alterius li-
7 neæ ex eis,hæc namque geminata filiorum in conditione positio eorumdem arguit vocationem, *Honded. d.conf.54.num.11.lib.2. Menoch. conf.613.num.6.& 7. Fusar.q.437.nu.101.& conf. 173.num.2.& 3.Seraph.dec.1329.nu.14.Greg.XV. d.dec.315.num.2.Rota rec. dec.268. num.11.par.1. & in Cæsenaten. fideicommissi 24.Ianuarii 1628.coram Reucrendiss. Vrgellen.*

Sexta elicitur ex ampla prohibitione detractionis legitimæ, Trebellianicæ, alteriusque
8 portionis ex eisdem bonis prælegatis prædictis filiabus, earumque descendentibus facta, quæ pariter arguit vocationem in conditione positorum, *Rimin. sen. conf.243.num.90. ad fin. Decian.conf.102. num.2. lib.2. Rustic.de liber. in cond. posit.lib.5.cap.6. num.21. Rota decis.355. numer.7. par.5.recent.*

9 Septimam denique parit clausula codicillaris quæ pariter pro vocatione deseruit, *Hond. d.conf.54.num.47.lib.2.Rustic.de liber.in condit.pos. d.lib.5.cap.6.num.23. Peregr.conf.14. num.8. lib.4. Put. dec.214. in fin. lib.3.Rota in rec.dec.133.nu.7. par.1. & dec.424.num.2. par.2.*

Quæ coniecturę licet separatim considerata aliquam patiantur difficultatem. Attamen
10 simul iunctę, prout considerari debent,negari non potest quin indubitatam faciant vocationem, *Hond.d.conf.54.num.53. & seqq. lib. 2.Surd. conf.539.num.2.Card.Mantic.de coniect.lib.11.tit.3. num.28.Caball.conf.105.nu.25.Bellon. iun.conf.50. num.33.Rota coram Seraph.decis.1329. num.12. ad fin. & seq. Greg XV.dec.315.num.9.& in rec. decis. 266.num. 19.& dec.320.num.16. par.1.& dec.355. numer.9.& 10. par.5. & in d.Auximana fideicommissi coram me, & sæpe in aliis.*

11 Præsertim cum versemur in descendentibus à Testatore,pro quorum vocatione leuiores etiam coniecturas sufficere dixerunt, *Corn. conf.97.num.7.lib.1.Surd.conf.434. num.19. Hond. d.conf.54.num.61.lib.2.Fusar.conf.173.num.1.Rota in rec.d.dec.133.num.7.& dec.146.num.4. in fin. & d.dec.266. nu.6. par.1.& dec.315. coram Greg.XV. & in d.Auximana fideicommissi coram me.*

Quo verò ad bona in vniuersali institutione relicta nulla visa fuit adesse difficultas, quin Alexāder sit ad illa vocatus,cū Testator vocauerit Catherinam, & Dorotheam filias, earumque filios,& descendentes in perpetuum, ex qua vocatione descendentium in perpetuū
12 euidenter constat inter eos fideicommissum inductum fuisse, *Fusar.de subst.q.380. num.56. Peregr.conf.62.num.20.lib.1.Rota diu. dec.121. n.4. par.2. & in rec.dec.193.num.5.ad med.& decis.266. nu.12. par.1. atque in Fulginaten. Alimentorum 21. Febr.1625. coram Eminentiss. D.Vbaldo.*

Quod autem d.Alexander sit filius Catharinæ satis apparet ex Testamento eiusdem Catharinæ, quæ in eo d.Alexandrum eius filium legitimum,& naturalem appellauit,eidemque
13 non solum legatum, sed etiam legitimam, tamquam filio de iure debitam reliquit, *Paris. conf.29.num.10.lib.2.Caphal.conf.48.num.18.lib.1. Peregr.de fideic.art 43.num.77.Rota coram Reuerendiss.D.meo Decano dec.105. num.3. & in Bononien. fidei-*

fideicommissi de Ramundinis 15. Februarii 1636. coram me.

Identitas denique bonorum, de quibus agitur visa fuit sufficienter iustificari ex iuribus in Summario Alexandri datis.

Et ita &c.

ROMANA MVLTIPLICI.

Luna 29. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Clausula sublata, & decretum irritans eneruant vires possessionis, & impediunt manutentionem.

SVMMARIVM.

1 *Pacta sunt seruanda.*
2 *Manutentio debetur existenti in quasi possessione.*
3 *Clausula sublata, & decretum irritans eneruant vires possessionis.*
4 *Non tollunt existentiam facti donec in petitorio constet de negotio claro.*
5 *Declara id in re dubia, secus in negotio claro.*

DECISIO DXIX.

IN venditione Castri Nomenti facta de anno 1594. ab olim Virginio, & Fabio de Vrsinis bonæ. Principi Michaeli Peretto pro pretio scut. 178. mil. fuit conuentum, quod ex dicto pretio deberet inuestiri summa scutorum 15. mil. ad effectum vt fieret cumulus, & multiplicum vsque ad summam scut. 54. mil. quæ summa sic cumulata stare deberet primario pro euictione & securitate Principis emptoris, & secundario pro cautione vocatorũ ad fideicommissum, cui d. Castrum reperiebatur suppositum. Et vlterius quia sub ista venditione erat comprehensa tenuta Turris Lupariæ seu S. Margaritæ, quam dd. de Vrsinis redemerant à Flaminio Iugulo pretio scutor. 20. mil. fuit in Instrumento conuentũ, quod ex his Princeps solueret scut. 16. mil. Reliqua vero scuta 4000. soluerentur ab ipsis DD. de Vrsinis, & casu quo dd. Vrsini in solutione huiusmodi deficerent dd. scuta 4000. solui deberent ex fructibus dd. scut. 15. mil. & aliorum multiplicorum. Princeps in executionem istius pacti soluit Iugulo scuta 16. mil. alia vero scuta 4. mil. quia Vrsini non soluerunt infra tempus conuentum, fuerunt soluta à D. Alexandro Maria Vrsino, ad quem hodie spectat multiplicum vti vocatum ad fideicommissum supradictum, qui videns se non posse euitare executionem sententiæ Rotalis latæ ad fauorem Iuguli per quam fuerat pronunciatum, quod tàm D. Princeps emptor, quàm DD. Vrsini Venditores tenebãtur præstare patientiam, quod Iugulus posset se reualere de d. residuo pretij scut. 14. mil. super d. multiplico deuenit ad transactionem cum Io: Baptista Naldino hærede hæredum d. Iuguli, qua mediante ei in satisfactionem dd. scut. 4000. & pro omni, & toto eo quod prætendere poterat ratione fructuum recompensatiuorum, & aliarum prætensionum cessit, & assignauit censum annuum scut. 9500. in sorte emptum ex fructibus dd. scut. 15. mil. & suppositum vinculo hypothecæ ad fauorem ipsiusmet Principis Emptoris, & vocatorum ad fideicommissum respectiuè. Post hæc cum eodem tempore d. Alexander Maria diuerso ære alieno præmeretur, & præcipuè deberet D. Portiæ Caetanæ suæ matri scuta 23. mil. pro restitutione dotis, illi cessit censum scut. 30. mil. à D. Principe impositum ad fauorem d. multiplici non tamen in totum, sed pro rata scut. 15. mil. cum fructibus imposterum decurrendis, quæ cum hodie prætendat exigere D. Hieronymus Vitellus Maritus, & hæres d. D. Portiæ. Proposui dubium, an ei dauda esset manutentio in possessione dd. fructus exigendi & DD. resoluerunt pactum in Instrumento venditionis appositum ei obstare, & propterea esse denegandam manutentionem.

1 Clarum est enim d. pactum. Nam verba Instrumenti sunt hæc. Item alia scuta 15. mil. monetæ effectualiter deponere ad effectũ inuestiendi in emptionem tot locorum Montium donec, & quousq; ex fructibus illorum &c. integrè cumulata fuerint scut. 54. mil. & idem remedium d. multiplicationis in omnibus, & per omnia semper seruetur euenĩete d. Emptori vel suis &c. aliquo defectu ex causa euictionis aut contrauentionis præsentis contractus, vel ex alia causa in totum, vel parte &c. Vnde cum hodie d. multiplicum reperiatur diminutum in d. summa scut. 9500. assignatorum Naldino tanquam successori Iuguli in vim sententiæ Rotalis, quæ trãsitum fecit in indicatum non potuit D. Alexãder Maria Vrsinus contraueniendo d. pacto supradictam portionem census D. Portiæ suæ matri cedere, sed in primis, & ante omnia debet rintegrari multiplicum pro concurrenti quantitate euictionis prædictæ iux. d. pactum de illo reintegrando in casu diminutionis illius, quod erat omninò seruandum, *l. 1. l. Iurisgentium §. Prætor ait ff. de pact. Rota coram Canal. dec. 549. n. 1.*

2 Non obstat, quod dicatur constare de quasi possessione D. Hieronymi Vitellij exigendi fructus d. Census de tempore motæ litis, propter quam quasi possessionem ei venit daudũ mandatum de manutenendo, *§. retinendæ instit. de Interd.* Nam quidquid sit an dicta quasi possessio probetur, nec ne, de quo DD. multum dubitarunt siue illa prætendatur ex persona Alexandri Mariæ Cedentis, siue ipsius Portiæ Cessionariæ, siue D. Hieronymi eius hæredis, fuit responsum, quod esto quod illa esset probara, attamen non potest suffragari ipsi Hieronymo ad effectum manutentionis, ex quo venditio d. Castri fuit confirmata à Sede Apostolica pro omnibus, & singulis partibus, &

3 Capitulis d. emptionis cum clausula sublata, & decreto irritanti, quę eneruat vires possessionis cuiuscumq; tàm D. Hieronymi, quàm ipsius

ipsius Authorum, *Cassad. decis. 2. num. 1. de caus. possess. & propriet. Caputaq. decis. 134. num. 4. par. 3. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 51. num. 4.* latè *Modern. de manntent. obseruat. 46. num. 5. & 11. per tot.*

4 Non obstat, quod dicta clausula, & decretum irritans non tollant existentiam facti, donec in petitorio constet de negotio claro, vt fuit dictum *coram Reuerendiss. D. meo decano decis. 124. num. 4. & coram Seraph. decis. 1471. sub nu. 6. & coram Buratt. decis. 131. num. 6. & decis. 720. n. 7. & seqq. cum alijs allegatis.*

5 Quia hoc procedit quando res est dubia, & indiget altiori indagine; secus vero quando incontinenti ex euidentia facti constat negotium esse clarum, & carere prorsus difficultate, *Dec. in cap. sape col. 2. in glos. in verb. factis de appell. Gozad. cons. 12. nu. 10. Crauett. cons. 299. nu. 6. Osasch. dec. 26. n. 15. vbi alios cumulat.*

In praesenti autem casu probatur incontinenti negotium in petitorio nullam prorsus admittere difficultatem, ex quo ex lectura Instrumenti venditionis, quod datur, clarè constat de pacto reintegrandi multiplicum in casu diminutionis illius ex quacunque causa, vnde iure merito venit D. Hieronymo deneganda manutentio, & tanto magis cum dicta diminutio multiplici proueniat ex facto DD. Vrsinorum venditorum, *Rota decis. 617. nu. 1. p. 1. recent. & decis. 163. num. 14. post Post. in tract. de manutent.*

Et ità vtraque &c.

FANEN. PRAEDII.

Veneris 10. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Emptor qui pretium soluere se obligauit post prædij mensurationem, & terminationem, possit ne venditorem repellere si prædium in ea tantum parte non fuerit terminatum in qua fouea manu facta viuida sæpe vallata d. prædium circumdat An fouea & sæpe pro cõfinibus habeantur, Limitis appositio an sit necessaria si ex alijs demonstrationibus certitudo rei deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui rem tradidit potest petere pretium & fructus recompensatiuos.*

2 *Periti electi ad mensurandum, & æstimandum si terminant dicuntur excedere facultates ipsis traditas, & num. 4.*

3 *In actu terminationis vicini interesse vel saltem citari debent.*

4 *Actus facti à peritis præsentibus partibus quamuis ex eorum facultate fieri non potuissent per præsentiam sustinetur.*

5 *Exceptio non adimplementi impedit actionis exercitium eiusque executionem.*

6 *Exceptio non adimplementi retardat etiam obligationem Cameralem.*

7 *Exceptio non adimplementi repellit agentem quamuis in parte vel modica consistat.*

8 *Fouea pro termino deseruit, & n. 20.*

9 *Limites, seu fines diuiduntur per foueas manu factas & Vepres, & n. seq.*

Foueæ manu factæ & Vepres appellantur limites patentes, n. 9. & 10.

10 *Limites in fundo vbi à natura non dantur illi constituntur ex destinatione patris familias per foueas vel sæpe.*

11 *Termini appositio necessaria nõ est in eo loco in quo prædium ab alio diuiditur fouea vel sæpe, & vid. sup. num. 5. & 8. cum seqq.*

12 *Fundi demonstratione facta fines nominari superuacuum est, & num. seqq.*

13 *Fines non sunt necessarij, quando alijs demonstrationibus res certa redditur, & n. seq.*

14 *Rem venditam confinare non est necesse si alijs demonstrationibus fines appareant.*

15 *Finium omissio non vitiat in notorijs.*

16 *Rei demonstratæ frustra adijcitur alia demonstratio.*

17 *Terminus debet esse extra rem terminatam.*

Fouea tota existens intra prædium alicuius tamen pro termino eiusdem prædij deseruire potest, n. 17. & 18.

Fouea tota in prædio alicuius existens tota dicitur esse illius cuius est prædium, n. 17.

18 *Terminus licet soleat esse extra rem terminatam, tamen vltima linea termini potest esse terminus rei terminatæ.*

19 *Actione finium regundorum agi potest etiam si riuus priuatus inter prædia fluat.*

DECISIO DXX.

PETRVS Paulus Leonardus vendidit Prędium, de quo agitur, Comiti Petro Aloysio pretio æstimando à duobus Peritis communiter electis, quod emptor soluere promisit in moneta Papali, vel Vrbinatensi in tribus paghis æqualibus, quarum prima fieri deberet, statim sequuta æstimatione, ac facta terminatione d. prædij, reliquę verò duę infra biennium. Cumque dies d. solutionis accessisset Leonardus venditor egit in partibus pro solutione ratę d. pretij, ac fructuum recompensatiuorum contra D. Aloysium emptorem, qui opposuit inter alia se non teneri ad solutionem d. pretij ex eo quod dictus venditor non doceret omnia in contractu venditionis contenta, & signanter terminationem prædij adimpleta fuisse, proindeq; eidem venditori agenti ad solutionem d. prędij obstare exceptionem non implementi.

Causaque primo in Rota Maceratеñ ventilata, & mox in hoc S. Rotæ Auditorio in gradu appellationis mihi commissa dubitaui, an d. Leonardo obstaret exceptio d. non implementi & DD. negatiuè responderunt.

Quouiam ex iuribus, ac Testibus datis pro parte Leonardi venditoris satis apertè liquet ipsum mediantibus Peritis communiter electis fines d. Prædij demonstrasse, & mensurasse, deindeque idem Prædium mensuratũ pro certo pretio æstimasse, ac demum iuxta fines enunciatos terminos necessarios apposuisse, vndè apparet ipsum omnia ex parte sua etiam quoad

quoad terminationem Prædij adimpleuisse,
& per consequens ei competere actionem ad
pretium, & fructus recompensatiuos, † quos
idem venditor ex dicto prædio recepisset si il-
lud non tradidisset, *l. Iulianus 13. §. ex vendita ff.
de empt. & l. curabit. C. eod.*

Non obstat, quod prædicta terminatio fue-
rit nulla.

Primo ex defectu facultatis dd. Peritorum,
qui fuerunt electi ad mensurandum, & æsti-
2 mandum, non autem ad terminandum, vnde
inferebatur eos respectu terminationis exces-
sisse fines facultatis ipsis traditæ *Bart. in l. Aqui-
lan. num. 4. vers. & quod prædicta ff. de transact. Ruin.
cons. 16. num. 25. lib. 2. Rot. in Romana Laudi 3. De-
cembris 1599. coram Penia.*

3 Secundo ex defectu interuentus vicinorum,
qui in actu d. terminationis interesse, vel sal-
tem citari debuerunt, *l. 3. vbi Bald. num. 5. Castr.
num. 5.* & alij communiter *C. fin. regund.*

Quoniam respectu prædictæ ass. nullitatis
responsum fuit illam cessare ex eo quod ter-
minatio d. Prædii facta fuit partibus præsenti-
bus ibi, *quale possessione è stata terminata come qui
sotto alla presenza delle parti*, quæ cum passæ
fuerint dd. Peritos ad terminum d. prędij de-
4 uenire; censentur eisdem Peritis huiusmodi
facultatem terminandi demandasse iuxta do-
ctrinam *Innoc. in cap. ex parte 33. nu. 2. de rescript.
Bald. in l. Iulianus num. 11. vers. sed ego dico ff. qui
satisd. cog. Abb. cons. 7. num. 3. vers. sed ego cum seq.
par. 2. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 7. nu. 1. & seqq. Greg.
XV. dec. 44. num. 2. & ibi Add.*

Respectu vero alterius nullitatis sat esse pro
responsione dixerunt DD. eosdem vicinos
prędictæ terminationi acquiescere, & non re-
clamare.

Non obstat, quod dicta terminatio fuerit
saltim imperfecta ex eo quod Periti nō appo-
suerūt terminos in ea parte d. prædij, quæ co-
hęret alteri Prędio Comitis Francisci, qui li-
tem etiam mouit contra d. Comitem Aloy-
sium emptorem eius fratrem pro dicta ter-
minatione facieñ, & propterea Leonardo vē-
5 ditori † obstet exceptio d. non implementi,
quę impedit actionis exercitium, *l. Iulianus §.
offerri ff. de act. empt. Crauett. cons. 151. num. 10. Gra-
tian. discept. 273. num. 19. lib. 2. Rot. apud Zacch. de
oblig. Camer. decis. 145. num. 8. & dec. 276. num. 1. &
2. par. 3. recent. & dec. 136. num. 12. par. 5.* ac retar-
6 dat executionem etiam † obligationis Came-
ralis, *Gratian. d. cap. 273. num. 19. Mangil. de euict.
q. 91. num. 4. & seqq. Vrall. decis. 316. num. 1. & 2.
par. 3.*

7 Quamuis defectus implementi in parte vel
etiam in modico consistat, *Gratian. discept. 301.
num. 13. & seqq. Rot. diuers. dec. 364. num. 1. par. 4. &
in rec. decis. 243. num. 3. & decis. 428. num. 7. par. 1.
Gregor. XV. decis. 261. num. 3.*

Quia cum in parte de qua agitur, existeret
fouea manufacta, quæ diuidit dd. prædia, vt
elicitur tàm ex positionibus datis ab eodem
Aloysio emptore, ibi, *in quella parte, che è con-
tigua al Campo del Sig. Conte Francesco vi è vn fos-
so*, quàm ex depositione vnius ex dd. Peritis
pro eodem Aloysio examinatis ibi, *e della parte
che confina con l'Illustriss. Sig. Conte Francesco vi è
vn fosso, che confina detti beni, e per tale ce ne siamo
8 seruiti*, vtiq; non opus erat appositione alterius
termini, cum ipsamet fouea pro termino de-
seruiret, vt in specie firmat *Aggon. Iorbicus su-
per Comment. in Iulium Frontinum relat. à Hier. de
Ment. in tract. de finib. cap. 17. num. 5. & 9.* vbi in-
ter alia signa, quibus fines diuiduntur recen-
9 set foueas manufactas, ac vepres, quas etiam
limites patentes appellat *Franc. Mar. decis. 111.
num. 5. par. 2.* idemque comprobat *Paris. de Put.
in tract. de finib. feud. cap. 18. incip. si fundus numer. 3.*
10 dicens in fundo non habente certos fines à
natura eos constitui destinatione patris fami-
lias per sępes, & foueas.

Prædictaque faciliùs in proposito procede-
re debent, quia vt retulerunt Iudices de par-
tibus, qui accesserunt ad locum differentiæ
in eminentiori margine eiusdem foueæ adest
sepes vepribus viuida, quæ cum diuisionem
11 vnius Prædij ab alio indicare soleat, eo mi-
nus visa fuit necessaria appositio alterius ter-
mini in ea parte, in qua huiusmodi fouea re-
12 peritur, cū regulariter facta demonstratione
fundi fines nominari superuacuum sit, vt ait
*tex. in l. cum seruo 63. §. demonstratione ff. de contrah.
empt.* vbi Bart. ait fines nō esse necessarios, quā-
13 do alijs demōstrationibus res certa redditur,
idemque tradit *Bald. in rubr. C. eod. num. 44. vers.
nunquid autem* dū quærit an sit necesse cōfinare
rē quæ vēditur, & affirmatiuè respondet nisi
14 per aliam demonstrationem fines illius appa-
reant, *& Bald.* refert & sequitur *Paris. de Put. d.
tract. de finib. feud. cap. 4. incip. Pone quod priuile-
gio num. 8.* & ibidem *num. 5.* dicit omissionem
15 finium non vitiare in notorijs, † & in specie
firmat *Socc. iun. cons. 127. num. 28. vers. sed si aliàs
lib. 3.* dum simili obiecto, quod non fuerint
appositi aliqui confines respondit illos neces-
sario apponendos non esse, quoties sine eorū
appositione res, aut locus certus apparet aliū-
16 de, ex regula quod rei demonstratæ frustra
adijcitur alia demonstratio, *l. 1. in fin. ff. de dot.
præleg.* cuius etiā in proposito meminit *Bald. in
l. 1. num. 1. vers. nota vnicam ff. deliber. & posthum.*

Nec releuat, quod hæc fouea sit in Prędio
vendito, & propterea tanquam pars eiusdem
Prædij debuerit appositione alterius termini
17 distingui à Prædio vicino, cum terminus
debeat esse extra rem terminatam. Quia fuit
responsum existentiam d. foueæ totaliter in
prædio vendito id solum operari, quod tota
fouea spectare debeat ad Emptorem, non
autem, quod ipsamet fouea pro termino
18 eiusdem Prædij non deseruiat, nam quamuis
terminus regulariter soleat esse extra rem ter
minatam, non tamen excluditur quin vltima
linea termini possit esse terminus rei termina-
tę, vt liquet ad sensum.

Demum non obstant iura allegata in deci-
sione Rotę Maceraten ad probañ, quod agi
19 posset actione finium regundorum, si riuus
priuatus inter prædia fluat ex *l. Meuius ff. fin. re-
gund. Cepol. de seru. rust. præd. cap. 3. quæst. 20. nu. 34.
in fin. Ruin. cons. 101. num. 8. lib. 1. cum alijs in ea al-
legat.* Quoniam quidquid sit in riuo priuato,

20 secus esse dicebant DD. in fouea, quæ cũ sit viuida sæpe vallata satis pro termino in parte de qua agitur deseruire visa fuit ex *Hier. Mont. d. tractat. de finib. cap. 17. n. 5. Franc. Marc. dec. 111. n. 5. par. 2. Paris. de Put. d. tract. de finib. feud. cap. 16. num. 3.*

Et ita vtraq; &c.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Mercurij 5. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur ob irreleuantiam materiæ articulatæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria frustra datur ad probandum id, quod probatum non releuat.*
2 *Reseruatio ratione mensium non comprehendit beneficia Iurispatronatus laicorum.*
3 *Remissoria non datur ad probandum beneficium esse de Iurepatronatus laicorum contra reum & possessorem eiusdem vti de libero, cum possit ex alio titulo excludere actorem.*
4 *Gratia, si nulli, nullam faciens mentionem iurispatronatus laicorum tanquam subreptitia nullius, est roboris, limita n. 6.*
5 *Papa non solet conferre beneficia iurispatronatus laicorum sine consensu patronorum.*
6 *Patroni non valent præsentare lite pendente.*
8 *Gratia, si nulli, vt sustineatur requiritur expressio litis.*

DECISIO DXXI.

CVM beneficium, de quo agitur vacasset per obitum Thomæ extra Rom. Cur. de mense Augusti ordinarius Pampilonen. qui tunc alternatiua gaudebat cõtulit illud Petro possessione etiam subsequuta. Verum Regia Cancellaria Vallisoletana prætendens habere ius præsentandi ad hoc beneficium, ex eo quod apposuerat sequestrum super maioratu, & iuribus familiæ de Loyola ass. patronę eiusdem beneficij præsentauit Simonem qui tamen per binas sententias de partibus succubuit.

Interim Ioannes de Echaniz idem beneficium vti reseruatum ratione mensis à Sanctissimo cum subrogatione gratiosa obtinuit, & post litem in Rota introductam contra Petrum, cum immissionem vigore d. subrogationis gratiosæ consequi non valuisset, ac sententiam contrariam coram Reuerendissimo D. meo Decano, deinde in gradu appellationis decisionem eiusdem sententiæ confirmatoriam coram bon. mem. Motmanno reportasset, aliam gratiam si nulli ab eodem Sanctissimo impetrauit, datoque dubio coram R. P. D. meo Ghislerio in locum d. bo. me: Motmanni suffecto. An gratia si nulli esset iustificata, negatiuè responsum fuit, ex rationibus deductis in dicta decisione ac successiuè lata fuit sententia prædicta alterius Rotalis confirmatoria à qua iterum interposita appellatione, causaque mihi commissa d. Ioannes produxit nonnullos articulos, super quibus petijt Remissoriam quam hodie dixerunt DD. esse denegandam ex articulorum irreleuantia cum frustra detur Remissoria ad probandum id quod probatum non releuat, *Cassad. decis. 2. de dilat. Cæs. de Grass. dec. 5. eod. tit. Greg. XV. dec. 81. num. 3. & dec. 256. num. 1.*

1 Irreleuantia autem est euidens, quoniam omnes fere articuli, qui dantur tendunt ad probandum beneficium, de quo agitur, esse de Iurepatronatus Laicorum familię de Loyola ex fundatione, & dotatione, dictamque familiam non esse potentem, sed ordinariam, sicque in'ea nõ militare vsurpationis præsumptionem in vltima decisione D. mei Ghislerij enunciatam. Quod tamen non releuat,

2 quia esto quod probetur dictum Ius, talis probatio non suffragatur Ioanni, non quidem respectu primæ gratiæ cũ illa fundetur super reseruatione ratione mensis, quæ non comprehendit beneficia Iurispatronatus laicorum *Simon. de reseru. quæst. 9. num. 6. Gonz. ad reg. 8. gloss. 13. num. 2. & 3. Put. decis. 119. per tot. lib. 1. & decis. 303. num. 2. lib. 2. Acchil. de Grass. dec. 3. de Iurepatron. & alias sæpe.*

3 Nec etiam respectu alterius gratiæ, si nulli, pro cuius iustificatione D. Ioannes hodie agebat. Quia licet ex probatione d. Iurispatronatus constaret de non iure eiusdem Ioannis ex prima gratia cuius vigore d. beneficiũ vti de libero impetrauit. Nihilominus ex illa non resultaret pernecesse non Ius prouisi ab Ordinario, quia cum ipse sit Reus, & possessor potest excludere ipsum Ioãnem ex alio titulo quam ex prouisione Ordinarij vti de libero, prout Rota respondit in hac eadem causa sub die 17. Martij præteriti coram R. P. D. meo Ghislerio.

4 Præterea cum d. Ioannes in d. gratia si nulli nullam fecerit mentionem Iurispatronatus nec per consequens Papa illi derogauerit, vtrique probato hodie Iurepatronatus talis gratia tanquam subreptitia nullius roboris esset, *Dec. in cap. super litteris num. 4. de rescript. Menoch. de arbitr. cas. 200. num. 10. Lotter. d. quæst. 54. num. 9.*

5 cum Papa non soleat conferre beneficia Iurispatronatus Laicorum sine consensu Patronorum, ne illi retrahantur à fundatione taliũ beneficiorum, *Gloss. penult. in cap. dilectus de Iurepatron. cap. 2. & ibi Io: Andr. de præben. in 6. Cassad. dec. 3. num. 2. vt lit. pend. & dixit Rota sub d. die 17. Martij præteriti, coram R. P. D. meo Ghislerio.*

6 Nec releuat quod prædicta procedunt in gratia, quæ fit de beneficio Iurispatronatus non litigioso, secus autem in gratia, quæ fit de beneficio litigioso, quia tunc cum lite pẽdente Patroni præsentare non valeant, *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Viuian. de Iurepatron. lib. 5. cap. 5. num. 146. Rot. decis. 336. num. 8. par. 3. recent. Seraph. dec. 990. n. 6.* Non requiritur Iurispatro-

7 natus mẽtio, aut illius derogatio iuxta ea quæ tradunt, *Sarn. in reg. de impetr. benef. vac. per obit. famil.*

famil. Card.4.8.num.7.Caffad.dec.3. num.5. vt lit. pend.Couar.pract.quaest.cap.36.nu.7. vers.quinto ad idem Viuian.de Iurepatron.lib.4.c.2.n.14. Lotter.de re benef.lib.3.q.54.num.84. Quia cum Papę talis
8 asserta lis narrata non fuerit, quinimo de tempore vacationis huius beneficij non appareat aliquam litem inter dd. prouisos extitisse vtique dicta gratia si nulli tamquam de litigioso sustineri non valet, cum ad hunc effectum requiratur expressio litis iuxta ea, quæ latè tradit *Lotter.de re benef. lib.2.quæst.54. numer.20. & seqq.*

Minus releuant tertius & quartus articuli conuincentes quod Regia Cancellaria Vallisoletana soleat præsentare ad beneficia Iurispatronatus Laicorum, quando, prout hic, illorum iura,& hęreditates subiacent sequestro eiusdem Cancellariæ. Quoniam talis probatio potius coadiuuat, quam excludit Ius Simonis, quem Regia Cancellaria præsentauit, cumque d.Simon hodie non sit in causa, quinimo cesserit liti ad fauorem D. Petri, vtique talis probatio legitimæ præsentationis non officit Petro, sed potius illi suffragatur, sicq; illa redditur omnino irreleuans.

Et ità vtraque &c.

SANCTI SEVERINI DOTIS.

Mercurij 19. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Via executiua non competit contra tertium possessorem etiam si agatur in vim Cameralis obligationis.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè non proceditur contra tertium etiam si agatur vigore obligationis Cameralis.*
2 *Maximè stante protestatione tertij ne fiat executio super bonis per eum possessis.*
3 *Donatio etiam si sit facta cum clausula, constituti, non transfert dominium nec possessionem res incertæ ratione loci, & quotæ.*
4 *Incertitudo rei de tempore constituti non impedit translationem dominij ac possessionis, quando res illa postmodum certa redditur.*
5 *Libellus contra producentem probat.*

DECISIO DXXII.

NON acquiescente Maria Seruantia duabus resolutionibus in ista causa factis, sub diebus 23. Ianuarij, & 8. Nouembris anni præteriti, quibus firmatum fuit non esse procedendum ad vlteriorem exequutionem super bonis de quibus agitur. Tertio posui hodie causam super ijsdem, & steterunt in decisis quoniam rationes, & fundamenta in eis deducta visa fuerunt adhuc subsistere.

Quamuis enim d. Maria obtinuerit à Rota mandatum exequutiuum pro residuo dotis Luciæ Matris contra bona hæreditaria q.Alphonsi eiusdem dotis promissoris. Nihilominus cum dictum mandatum exequi fecerit super bonis, quæ licet alias fuerint possessa à d.cto Alphonso, attamen de tempore exequutionis possidebantur à Bartholomeo marito Constantiæ sororis eiusdem Alphonsi qui vsque de anno 1621.donauit ex causa dotis cum clausula constituti scut. 2000. percipienda ex bonis de quibus agitur d.Constantiæ eius sorori, quæ deinde eadem bona æstimata pro d.summa scut.2000.dedit in dotem d. Bartholomeo eius viro possessione etiam subsequuta, vtique dicta exequutio super eisdem bonis à d.Bartholomeo possessis sustine-
1 ri non valet, cum regulariter contra tertium possessorem non procedatur via exequutiua, etiam si agatur, prout hic, vigore obligationis Cameralis, *Zacch. de obligat. Camer. quæst.6. num.36.Bursat.consi.161.nu.5.lib.4.Rot.post Zacch. de oblig.Camer.dec.47.num.3. Gregor.XV.dec.331. num.2.*

2 Maximè cum d. Bartholomeus protestatus fuerit ne aliqua executio fieret super istis bonis per eum possessis iuxta cautelam Angeli in *l.à Diuo Pio §.si super rebus num. 1. Castr. num.2.& seqq.* quæ protestatio eo magis reddidit nullam executionem postmodum subsequutam, *Bald.in l.ob maritorum num.5. vers.quæro nunquid pendente protestatione, C.ne vxor.pro marit.Gregor.XV.decis.22. num.2. cum alijs in d. decis. allegatis.*

Non obstat, quod Alphonsus non donauerit Constantiæ hæc vel illa bona in specie, sed scut. 2000.percipienda ex tot bonis mobilibus vel stabilibus ad eius arbitrium in Territorio S. Seuerini existentibus, & ideo cum non appareat d.Constantiam donatariam bona de quibus agitur elegisse, ac præuia mensuratione eorumdem bonorum valorem æstima-
3 ri curasse donatio ei facta remanserit incerta ratione loci, & quotæ, quæ proinde nec dominium, nec possessionem in dictā Constantiam transferre potuit etiam si facta sit cum clausula constituti iuxta doctrinam *Bart.in l.3 §.incertam nutu 2. ff.de acquir. poss. & cons.74. sub num.1.vers.nec potest dici par.1.Paris.cons.55.nu.5. vsque ad 5.& cons.59.num.15. & 17.lib.1.Ber.consil.159.num.6.& 8.& num.13.& 15. vsque ad fin. lib.1.Surd.consi.228.nu.3. vsque ad 12.lib.2.* Quoniam quidquid sit an dd. bona de tempore donationis essent incerta nec ne ratione loci & quotæ cuius contrarium videbantur suadere verba eiusdem donationis. Responsum fuit omnem prætensam incertitudinem fuisse deinde sublatam ex subsequenti assignatione bonorum quam fecit Constantia d.Bartholomeo eius viro, qui cum vigore dictæ assignationis possideret eadem bona d. Constantiæ suæ vxori donata & sibi in dotem assignata, satis apparet eam dd. bona pro summa sc.2000. elegisse, illorumque donationem effectum habuisse, sicque dominium & possessionem vigore constituti in d. Constantiam donatariam transtulisse cum incertitudo rei de tempore constituti non impediat translationem
4 dominij ac possessionis, quando res illa postmodum certa redditur, *Aym. cons.127. num.16.*

vers. Præterea lib. 5. Surd. cons. 128. num. 10. Tiraq. de iur. constit. limit. 10. num. 4. vers. intellige secundo, vbi alios cumulat.

Nec visa fuit posse controuerti possessio d. Bartholomei ex eo quod testes deponentes super illa fuerunt examinati coram Vicario Curiæ Lateranensis postquam illius iurisdictio fuerat declinata, quoniam vltra dd. testes qui saltem faciunt adminiculum concurrit confessio eiusdem Mariæ, quæ in libello, seu petitione facta in partibus appellauit d. Bartholomeum possessorem, seu detentorem bonorum de quibus agitur, quæ confessio possessionem d. Bartholomei contra ipsam Mariam confitentem satis superque probare visa fuit, *l. cum precum C. de liber. caus. cap. cũ olim de cens. Roman. cons. 63. num. 3. Abb. consil. 38. num. 1. lib. 1.*

Reliqua quæ hodie apponebantur, seu potius repetebantur visa fuerunt sufficienter sublata ex responsionibus datis in aliis decisionibus, quæ adhuc hodie DD. placuerunt.

Et ita vtraque &c.

TARRACONEN. PRIMITIARVM.

Lunæ 28. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Executio non dicitur canonicè facta executorialibus post intimationem non reproductis, nec seruatis quatuor terminis.*

2 *Executio facta vigore mandati non est attentata non seruatis quatuor terminis.*

3 *Executoriales monent ut quis soluat.*

4 *Mandatum executiuum compellit ad satisfaciendum*

5 *Mandatum executiuum ultra montes à Rota concessum est ualidum.*

DECISIO DXXIII.

CVM Abbas & Monaci Beatæ Mariæ Populati in executionem rei iudicatę super primitijs loci Vbaldini obtinuissent expediri contra Monserratũ Polã litteras executoriales, nec non mandatum executiuum pro expensis litis, curarunt fieri executionem in partibus super nonnullis bonis spectãtibus ad d. Monserratum Polam qui cum prætenderet huiusmodi executionem non fuisse canonicè
1 factam ex quo executoriales post intimationẽ non fuerant reproductæ, & seruati quatuor termini substantiales seruari soliti, *iuxta decis. Cassad. 6. de caus. poss. & propr. num. 10. Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. num. 306. Vestr. in prax. lib. 8. cap. ultimo num. 6. & seqq.* Hodie proposui dubium an constaret de attentatis, quæ venirent reuocanda, & DD. resoluerunt quoad expensas non constare de attentatis. Ratio resolutionis fuit, quia cum prædicta executio
2 fuerit facta vigore mandati relaxati pro dictis expensis non erant seruandi termini seruari soliti in executorialibus, vt aduertit idem *Cassad. decis. 6. num. 11. Rot. decis. 2. de rescript. in nou. sub num. 53. uers. quod Auditor Greg. XV. decis. 43. in fin. & fuit dictum in causa Casaleñ pensionis 3. Decembris 1627. coram Eminentissimo Cardinali Vbaldo in relationibus causarum, & fuit extensa decisio de ordine Dominorum.*

Et ratio differentiæ est inter executoriales,
3 & mandatum executiuum, † quia exequutoriales monent vt quis soluat *Roman. cons. 336. num. 4. ibi, requisitus fuerit de parendo sententijs & num. 7. Rot. d. decis. 2. de rescript. in nou. sub n. 83 uers. & quia forma exequutorialium hoc dictat.* Mãdatum verò executiuum compellit ad satisfaciendum illico, neque aliquæ monitiones,
4 neque alia requisita in executorialibus requiruntur vt dicitur *in dicta Casalen. coram Eminentissimo Vbaldo.*

Neque obstat, quod dicatur Rotam vltra
5 montes non solere concedere mãdatum executiuum, sed executoriales, quia si concedit mandatum non inde sequitur, quod nulliter procedat *ut in dicta decis. 43. san. mem. Greg. XV.* in quo casu fuerat relaxatum mandatum extra statum, & nihilominus fuit habitum pro valido.

Et ita vtraque &c.

TIRASONEN. VNIONIS.

Lunæ 31. Ianuarij 1639.

Argumentum, & Summarium habent, quod

Papa mandans fieri vnionem ex duabus Ecclesijs ita vt vnum efficiatur capitulum, si in eisdem litteris fuerit restricta suppressio quo ad dignitates, & canonicatus vnius ex dictis Ecclesijs, alterius Ecclesiæ beneficia bene poterunt conferri non obstante dicta vnione.

DECISIO DXXIV.

IN oppido Calataiubij Tirasoneñ Diocesis olim aderant duæ Ecclesiæ Collegiatæ, vna in prærupto Colle extra muros eiusdem oppidi sub inuocatione Sanctæ Mariæ de la Peña. in qua existebant quatuor dignitates & septem Canonicatus, ac totidem præbendæ, altera intra mœnia sub inuocatione B. Mariæ Maioris, in qua similiter aderant quatuor Dignitates, & tria officia, & duodecim Canonicatus, & totidem Præbendæ. Sanctissimus D. N. ad præces Regis Catholici & Episcopi Tiraloneñ, ac Capitulorum vtriusque Ecclesiæ de anno 1629. mandauit vt Ecclesia Sanctæ Mariæ de la Peña, vna cum suis dignitatibus, & Præbendis ac iuribus tam spiritualibus quam temporalibus transferretur ad Ecclesiam Beatæ Mariæ Maioris, & ex ambabus constitueretur vnum Capitulum, & fieret vnica mensa; Nuntius Apostolicus iuxta præscriptum litterarum Apostolicarum seruatis seruandis concessit exequutoriales. Hac tamen vnione, seu translatione adhuc non perfecta, cum vacauerint tres Canonicatus Ecclesiæ

clesiæ Beatæ Mariæ Maioris, qui fuerunt impetrati à Martino Clauer, Sebastiano Ruesta, & Ioanne Martinez. Orta fuit lis inter Capitulum Beatæ Mariæ Maioris ex vna & dd. impetrantes ex altera, quapropter hodie me proponente dubitatum fuit, an gratia vnionis suffragetur Capitulo Beatæ Mariæ Maioris, itaut prouisiones Apostolicæ factæ Martino, & alijs supra nominatis sustineantur nec ne. & DD. Capitulo tantum informante vnionem non suffragari, & sic prouisiones sustineri responderunt, ea ratione moti, quia cum propter populi commoditatem, vt exprimitur in litteris Apostolicis vnio, seu translatio Ecclesiæ Beatæ Mariæ de la Peña (quę est posita in summitate prærupti collis, ad quam propterea Christi fideles æstiuo tempore propter æstum, feruentesque calores, hiemali vero propter imbres ingentiaque frigora ibi vigentia, ac ventorum impetus quibus collis ille vndique expositus existit accedere nequeunt) sit facta ad illam Beatæ Mariæ Maioris, vt expressè mandatur in dd. litteris, & ad hunc effectum dignitates, & Canonicatus dictæ Ecclesiæ de la Peña eueniente vacatione sint supprimendi, clarum est d. suppressionem esse tantummodo intelligendam de Dignitatibus, & Canonicatibus dictæ Ecclesiæ de la Peña, non autem de illis Sanctæ Mariæ Maioris, qui propterea remanent in suo robore, & in statu collatiuo prout erant ante vnionem. Vnde sequitur prouisiones factas de dictis tribus Canonicatibus substineri.

Et ita &c.

FERETRANA VNIONIS.

Veneris 4. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Vnio plurium beneficiorum mensæ capitulari facta ad supplicationē Capituli interueniente simplici confirmatione Apostolica An indigeat iustificatione. Vnio emanata cum clausula, *sine præiudicio beneficiati*, quando censeatur sortita effectum respectu beneficij habentis specialem prouisionem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio vnito cessat illius vacatio, & consequenter non potest impetrari uti reseruatum.*

2 *Vnio, quæ fit ab ordinario vigore concilij fieri debet singulis præbendis, sed quando est facta alicui mensæ nempe capitulari collectiuè, non substinetur.*

Fallit quando fuit facta ex authoritate Papæ etiam Confirmantis.

3 *Confirmatio Apostolica cum non emanauerit motu proprio aut cum clausula*, sublata *eget iustificatione.*

4 *Iustificatio non requiritur, immo præsumitur subsequuta si à litteris Apostolicis alicuius confirmationis effluxerint 30. anni, & ultra.*

5 *Vnio facta de pluribus beneficijs sub unica tractatione, & expressione ualoris sufficit, quod illa probetur effectuata quoad unum beneficium adhoc ut etiam quoad alterum beneficium effectum sortita dicatur.*

6 *Regulæ reuocatoriæ unionum edita à Greg. XV. non comprahendunt uniones factas authoritate concilij.*

7 *Vnionem sufficit fuisse effectum sortitam quoad beneficia insimul unita, adhoc ut illa dicatur in totum effectuata nec subiaceat regulis unionum reuocatorijs.*

8 *Dispositio specialis præfertur generali.*

9 *Clausula*, sine præiudicio, *beneficiati non suspendit unionis perfectionem, & substantiam sed illius dumtaxat executionem, eamque protrabit in tempus uacationis beneficij.*

10 *Vnio facta Ecclesiae, seù beneficio & sic perpetuo importat diem, & non conditionem quasi per cessum, uel defectum certo exitura.*

11 *dicta Vnio non dicitur conditionalis, sed pura, licet effectus illius differatur post decessum, seù obitum rectoris beneficii uniti, maxime quando illa est facta dignitati, non personæ.*

12 *Vnio facta cum clausula*, cedente, vel decente tali rectore, *potest fieri ab executore sine præiudicio eiusdem Rectoris, & dicitur adimpleta forma mandati.*

DECISIO DXXV.

HIERONYMVS Fabrius impetrauit à Sanctissimo Beneficium de quo agitur, sub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carpineo, la Cella del Monte, nuncupatum, vti vacans per obitum Ioannis Andreæ Fabrij in mense Augusti reseruato, ac litteris in forma Breuis de capienda possessione nomine Camerę expeditis, eisque coram A. C. productis, sententiam super illarum executione reportauit.

Capitulum Ecclesiæ Feretranæ, cuius mensæ dictū Beneficium fuit aliàs vnitum, appellauit à dicta sententia, causamque appellationis obtinuit committi bo: me: Buccabellæ cū clausula Parito Breui arbitrio Rotæ, coram quo disputato dubio, an intraret arbitrium pro retardanda executione, affirmatiuè per binas decisiones sub diebus 13. Febr. 1632. & 14. Nouembris 1636. responsum fuit, & successiuè lata fuit sententia reuocatoria prædictæ sententiæ A.C. à qua pariter fuit pro parte Hieronymi appellatum. sed quia Capitulum pretendebat dictam sententiam transiuisse in iudicatum ob non interiectam infra decendium appellationem, commissionem executorialem expediri curauit, iuxta cuius rescripti tenorem proposito à me dubio An cōstaret de re iudicata, quæ esset exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum, DD omissa exceptione nullitatis oppositæ contra dictam sententiam, mandarunt videri illius iustitiam qua hodie discussa, illam esse iustam responderunt.

Iustitia siquidem visa fuit patens ex rationibus optimè deductis in prędictis duabus decisionibus bo: me: Buccabellæ, quæ adhuc hodie DD. placuerunt. Constat enim litteris

Summorum Pontificum Clementis VIII. ac Pauli V. in actis productis Episcopum Feretranum attenta fructuum, & redituum mensæ Capitularis Ecclesiæ Cathedralis tenuitate plura Beneficia, inter quæ adest hoc, de quo agitur, eidem mensæ Capitulari authoritate Concilij vsque de anno 1574. vniuisse, dictaque vnionem, illius inserto tenore, eosdem Summos Pontifices postmodum confirmasse,
1 vnde cùm † Beneficium controuersum fuerit vnitum cessat illius vacatio, *Clem. frequens §. quidem etiam vbi gloss. in verb. ad mensam de excess. Prælat. Oldrad. cons. 257. num. 26. Caccialup. in tract. de vnion. quæst. 11. art. 8. num. 7. Mandos. in reg. de Infirm. quæst. 10. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 7. num. 7. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 15. Rot. decis. 114. num. 5. par. 2. diuers. Greg. XV. decis. 419. num. 2.* & consequenter non potuit impetrari vti reseruatum, *Felin. in cap. in nostra num. 24. coroll. 27. de rescript. Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 14. Gonzal. d. gloss. 5. §. 7. nu. 22. Caual. dec. 449. num. 1.*

2 Nec obstat, quod vnio, † quæ fit ab Ordinario vigore Concilij fieri debeat singulis præbendis discretiuè, & ideo vnio, de qua agitur, vti facta mensæ Capitulari collectiuè non sustineatur: Quoniam obiectum cessat ex auctoritate Papæ, qui dictam vnionem confirmauit, *gloss. in Clem. 2. in verb. mensæ in fin. Card. num. 5. in fin. Abb. num. 6. & Imol. num. 14. vers. gloss. in hoc &c. de reb. Eccl. non alien. Rub. in pract. Rot. in verb. vnio num. 12. vers. vnio facta ab Ordinario Garz. de benefic. d. par. 12. cap. 2. §. 2. numer. 168. vers. & ideò &c. Barb. de offic. & pot. Episc. alleg. 66. num. 30.*

3 Non obstat, quod confirmatio † Apostolica dictæ vnionis non emanauerit motu proprio, aut cum clausula, *sublata*, sed ad supplicationem Capituli, ac propterea egeat iustificatione.

Quia cum à data litterarum dictæ confirmationis factæ à Clemente Octauo de mense Iulij 1602. vsque ad tempus motæ litis de mense Iulij 1637. effluxerint triginta anni & vltra, non requiritur alia iustificatio, cùm
4 illa † præsumatur ex cursu tanti temporis cũ obseruantia subsequuta *Seraph. decis. 642. num. 3 Greg. XV. decis. 57. num. 6. Rot. decis. 534. n. 2. vers. tanto magis par. 1. diuers. & decis. 122. num. 5. par. 1. rec. cum alijs relatis à Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. §. 4. num. 476. & seq.*

Dictam autem vnionem fuisse obseruatam & effectum sortitam DD. non dubitarunt,
5 quia cùm † illa fuerit facta de pluribus beneficijs sub vnica oratione, & expressione valoris, sufficit, quod illa probetur effectuata quoad alia Beneficia, ptout exaduerso non controuertebatur, ad hoc vt etiam quoad Beneficium, de quo agitur, effectum sortita dicatur *Garz. de benefic. d. par. 12. cap. 2. num. 294. Rot. in Gerunden. Vnionis 13. Decembris 1613. coram bo: me: Card. Verospio & coram Canal. dec. 449. num. 7. & decis. 500. num. 5. Add. ad Greg. XV. decis. 557. num. 9.*

6 Hinc non obstant Regulæ † reuocatoriæ vnionum editæ à Greg. XV. & Sanctissimo D.N. tum quia non comprehendunt vniones factas prout hic auctoritate Concilij *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 29. num. 14. in fin. vers. præterquam, & num. 24. vers. alia verò &c. Coccin. in Comment. ad d. reg. 12. num. 16. Greg. XV. decis. 419. num. 1. Caual. d. decis. 449. num. 1.* Tum etiam,
7 quia sufficit prædictam vnionem † fuisse effectum sortitam quoad Beneficia insimul vnita, adhoc vt illa dicatur in totum effectuata, nec subiaceat regulis Vnionum reuocatorijs vt aduertit *Garz. dicta par. 12. cap. 2. num. 294. & dicit Rot. in Mediolanen. Canonicatus 18. Decembris 1587. coram Oriolen. in Gerunden. Vnionis 13. Iunij 1601. corom Lancellotto in Gerunden. Prioratus de Rocca rubea coram bo: mem: Card. Verospio, & coram Caual. decis. 408. num. 5. & in dicta decis. 449. num. 6. & coram Buratt. decis. 870. num. 7. vers. ex effectuatione.*

Nec releuat, quod prædicta vnio respectu huius Beneficij tunc possessi à Ioanne Andrea emanauerit, cum clausula, *sine præiudicio, dicti Ioannis Andreæ* itaut præsens vnio quoad Ecclesiam, seu Capellam B. Mariæ de Cella non sit, neque censeatur sortita effectum nisi postquam illa per cessum, vel decessum aut aliàs ex persona dicti Ioannis Andreæ vacauerit, ac propterea effectuatio vnionis quoad alia Beneficia non suffragetur respectu illius Beneficij habentis specialem prouisionem,
8 cùm † specialis dispositio præferatur generali *l. in toto ff. de reg. iur. Rolan. cons. 68. num. 56. lib. 4. Abb. cons. 237. num. 16.*

Quoniam placuit responsio data in dicta
9 decisione, nimirum † clausulam, prædictam, non suspendere vnionis perfectionem, & substantiam, sed illius dumtaxat executionem, eamque protrahere in tempus vacationis Beneficij vt latius declarat *Oldrad. d. cons. 257. nu. 3. & num. 15. vers. per vnionem, & num. 10. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 29. num. 36.*

Quamuis enim dicta verba, postquam illa per cessum, vel decessum aut aliàs ex persona dicti Ioannis Andreæ vacauerit, videantur importare conditionem; Nihilominus, cùm
10 dicta vnio † sit facta Ecclesiæ, seu Beneficio, & sic perpetuo, importat diem, & non conditionem, quasi per cessum, vel decessum certo extitura, sit *Staphil. delitt. grat. tit. de secunda form. mandator. de prouid. fol. 34. iux. antiquam impressionem vers. dubitatur numquid &c. & iuxta no-*
11 *uam impress. fol. 62.* quodque talis vnio † non dicatur conditionalis, sed pura licet effectus illius differatur post obitum Rectoris Beneficij vniti, maximè quando, prout hic, illa est facta Dignitati, & non personæ, tradit in specie *Oldrad. cons. 223. incip. factum tale est Dominus Clemens per tot. vbi ponit plura fundamenta.* Et
12 quod vnio † facta cum dicta clausula cedente, vel decedente tali Rectore possit fieri; ab Executore sine præiudicio eiusdem Rectoris, & dicatur adimpleta forma mandati firmat idem *Oldrad. d. cons. 257. incip. factum tale est Dominus Nicolaus &c. num. 3. vers. restat. videre &c.*

Et ita vtraque &c.

RO-

ROMANA PECVNIARIA, seù ANTERIORITATIS.

Lunæ 14. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Crediti anterioritas non resultat à die confectionis apochæ, si ista sit conditionalis, sed à die purificatæ conditionis, & quando crediti anterioritas dicatur nouata per subsequentem concordiam.

SVMMARIVM.

1 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
2 *Creditum conditionale incipit deberi à die purificatæ conditionis.*
3 *Nemo sine actione experitur.*
4 *Relatio regulariter fit ad proximè dicta.*
5 *Et operatur vt vnus contractus alteri relato inesse dicatur.*
6 *Causa finalis dicitur, sine qua quis alias ita facturus non erat nisi fuisset causa illa.*
7 *Obligatio est conditionalis si quis non teneatur nisi facta liquidatione computorum.*
8 *Dictiones, si, & sed, faciunt contractum conditionalē.*
9 *Conditio casualis, vel mixta sequuta purificatione retrotrahitur ad diem contractus.*
Verba potestatina non habent vim retrotractiuam.
10 *Nouatio per transactionem facta intelligitur, ac impedit processum exequutiuum.*
11 *Nouatio regulariter non fit, nisi expresse id agatur.*
12 *Non procedit, quando ex coniecturis, & præsumptionibus apparet contrahentes nouare voluisse, & quando de hoc apparere dicatur, num. 14.*

DECISIO DXXVI.

IVLIVS, & Franciscus Lauacchij alias in Vrbe mercatores sub die 3. Decemb. 1618. promiserunt soluere Petro Largier, seu alteri eius nomine scut. 1500. per hæc verba. *Noi Giulio, e Francesco Lauacchia promettiamo pagare vna sol volta al Signor Pietro Largier Francese, ò à chi per lui legitimamente comparirà in Roma la somma di scudi 1500. per riualersene, come per l'accordo da farsi con il detto Signor Pietro al quale ci riferimo, e tal somma di denari promettiamo pagare per tutto li 8. di Aprile prossimo venturo, e così ci oblighiamo in forma Cameræ.*

Die autem sequenti inita fuit relata concordia, in qua, præuia declaratione, quod dictus Largier certam saiarum, ac pannorum quantitatem penes dd. Lauacchios dimiserat, fuit conuentum, quod ex illorum pretio Lauacchij reualerent se de eorum creditis, nempe de scut. 475. occasione quorumdam aluminū & de dd. scut. 1500. quæ eidem Largier soluere promiserant, ac de alijs scut. 227. ex causa aliorum computorum pacto insuper huius tenoris adiecto: *Con patto però e conditione, che se detti Lauacchia per tal tempo non haueranno fatto esito di detti panni, e saie, ò che dall'ammontare non sia venuto il tempo da riscuotere detto Pietro si contenta non voler pretendere ne ricercare in modo alcuno il pagamento delli detti scudi 1500. mà solo quel tanto, che detti Lauacchia gli daranno conto hauer riscosso, & hauere in mano loro,* Eadem die dictu Largier cessit prædicta scut. 1500. vt supra promissa D. Petro Eschinardo in extinctionem maioris summæ, quam illi debebat.

Decoctis prędictis Lauacchijs ante solutionem d. summæ scut. 1500. DD. Bacelli eorū Creditores vigore Instrumenti rogati de mēse Decembris sequentis anni 1619. exegerunt ex bonis eorumdem de Lauacchijs scut. 718. b. 80. Eaque prioribus, ac potioribus Creditoribus restituere se obligarunt, sed cum D. Eschinardus tamquam anterior Creditor dd. de Bacellis vigore d. cessionis à largier reportatæ mandatum executiuum ab A. C. pro restitutione dd. scut. 718. 80. contra eos obtinuisset Causa ad Rotam delata fuit primo loco resolutum sub die 20. Decembris 1628. DD. Bacellos teneri restituere d. D. Eschinardo d. summam scut. 718. 80. Sed causa iterum posita super eisdem sub die 10. Iunij 1630. à decisis recessum fuit. Cui resolutioni dicto Eschinardo non acquiescente hodie propositum fuit dubium cuinam istarum resolutionū esset standum, & DD. in vltima esse persistendum censuerunt moti ex rationibus ac fūdamentis in dicta vltima decisione deductis, quæ adhuc subsistere visa fuerunt.

Quamuis enim Apoca in qua Lauacchij promiserunt soluere d. Largier scut. 1500. fuerit confecta sub die 7. Decembris 1618. proindeq; creditum D. Eschinardi cessionarij eiusdem Largier ex d. Apoca desumptum videretur anterius credito DD. de Bacellis Creditorum de mense Decembris 1619. Nihilominus placuit ponderatio facta in d. vltima decisione nimirum d. Apocam non fuisse purè ac simpliciter conceptam, sed relatiuè ad concordiam inter eosdem Lauacchios, & Largier ineundam vt apertè colligitur ex verbis eiusdem Apocæ, ibi. *Noi Giulio, e Francesco Lauacchia promettiamo pagare &c. la somma di scudi 1500. per riualersene, come l'accordio dà farsi con il detto Signor Pietro al quale ci riferimo &c.* Cumque in d. Concordia die sequenti inita fuerit expresse conuentum, quod Largier non posset consequi vel petere dd. sc. 1500. a Lauacchijs in priori Apoca ei promissa, nisi sequuta venditione saiarum penes eos dimissarum, nec non exacto pretio, satisfactisque iisdem Lauacchijs de alijs eorum creditis, ibi. *Con patto però, e conditione che se detti Lauacchi per tal tempo non hauessero fatto esito di detti panni, e saie, ò che delo ammontare non sia venuto il tempo dà riscuotere detto Signor Pietro si contenta non voler pretendere ne ricercare in modo alcuno il pagamenta delli detti scudi 1500. &c.* ac per consequens d. cōcordia sit conditionalis. Vtique cum relatum
1 sit in referente, † *Bart. in l. 1. in princ. ff. de recep. Bald. in l. si defensor §. qui interrogatus ff. de int. action.* sequitur ipsam quoque Apocam fuisse conditionalem, & perinde haberi, ac si omnes conditiones in dicta concordia appositę in eadem Apoca, adiectæ fuissent. *Alex. in l. ait prætor §. si Index num. 2. de re iud. Felin. in cap. 2. nu. 11.*

num. 31. de rescript. vers. aliquando Gratian. disc. 38.
num. 32. Vnde cum non doceatur dd. condi-
2 tiones † fuisse purificatas ante creditum putum
DD. de Barellis creditũ conditionale D. Eschi
nardi ex d. Apoca desumptum, non dicitur
anterius credito eorumdem de Bacellis, cum
illud non desumatur a die Apocę vel concor-
diæ, sed à die purificationis conditionum,
quæ in eadem Apoca, seu concordia adiectæ
fuerunt, l. cedere diem ff. de verb. signif. l. qui bal-
3 neum ff. qui pot. in pign. hab. Quinimo cum non
appareat dd. conditiones vnquam adimpletas
fuisse d. promissio nullam peperit actionem,
sine qua nemo experitur, l. si pupilli §. videamus
ff. de neg. gest. l. quoties §. item ff. de neg. gest. Surd.
cons. 14. num. 10.

Nec subsistere visum fuit quod Apoca prę-
dicta duos distinctos contineat actus, nempe
putam ac simplicem promissionem soluendi
Largier scut. 1500. & releuationem eiusdem
summæ faciendam à Lauacchijs promissori-
bus iuxta concordiam ineundam Vnde infe-
rebatur d. Apocam fuisse puram quoad sub-
stantiam debiti, ac relatiuam ad concordiam
ineundam solum quo ad modum releuatio-
nis, cum verba, come per l'accordia dà farsi trà
noi, al quale ci riferiamo, immediate sequantur
post verbum illud, per reualersene, proindeque
non ad promissionem soluendi superius factã,
sed ad modum reualendi referri debeat, cum
4 relatio regulariter fiat ad proxime dicta, Dec.
in cap. 2. num. 33. de appell. Aym. cons. 755. num. 2.
vers. præterea Rot. decis. 195. num. 3. part. 2. recent.
Etenim inspecto toto tenore eiusdem Apocæ
contrarium verius visum fuit cum Lauacchij
promiserint soluere Largier scut. 1500. non
pure ac simpliciter, sed relatiue, & correspe-
ctiue ad releuationem eiusdem summæ faciẽ-
dam iuxta concordiam ineundam, nam alias
d. summam soluere non promisissent, nisi d.
releuatio correspectiuè ipsis promissa fuisset,
quapropter dicta Apoca etiam quoad substã-
tiam debiti videtur relatiua ad d. concordiam
ac iuxta eam iudicari debet, virtute d. rela-
tionis, quæ operatur vt vnus contractus alte-
5 ri relato inesse dicatur Rot. decis. 243. nu. 7. part. 2.
diuers. & decis. 282. num. 2. & decis. 328. n. 3. par. 4.
rec. Seraph. decis. 540. num. 4.

Non obstat, quod conditiones adiectæ in
d. concordia respiciant tempus ac dilationem
solutionis, non autem ipsam solutionis sub-
stantiam, & propterea quemadmodum dicta
concordia videtur conditionalis quoad quali-
tatem solutionis, non autem quoad eius sub-
stantiam, sic pariter sit conditionalis Apoca
6 relatiua ad concordiam. † Quia cum Largier
non facta venditione mercium penes Lauac-
chios dimissarum, nec sequuta pretij exactio-
ne non posset ab eis quidquam prætendere, vt
aperte colligitur ex verbis Apocæ supra rela-
tis, satis dignoscitur venditionem dd. merciũ
ac pretij exactionem fuisse causam finalem d.
obligationis, easque respicere etiam substan-
tiam solutionis dd. sc. 1500. ad quam Lauac-
chij non tenebantur si merces venditæ non
fuissent Aym. cons. 142. num. 9. Rot. decis. 160. num. 5
vers. & ideo part. 1. diuer. Attento præsertim,
7 quod vigore d. concordiæ non solum præce-
dere debebat venditio mercium ac pretij exa-
ctio, sed etiam liquidatio computorum, ac
satisfactio eorumdem de Lauacchijs Credito-
rum d. Largier in maiori summa, quibus non
adimpletis, cum Lauacchij non tenerentur
soluere Largier dd. scut. 1500. negari non po-
test quin d. concordia etiam quoad substantiã
debiti sit conditionalis, Surd. cons. 186. num. 10.
& seqq. Curt. sen. cons. 74. col. 8. Socc. Iun. cons. 148.
8 in fin. vol. 1. Quibus accedunt dictio si, ibi, Con
patto che sudetti Lauacchia &c. nec nõn altera di-
ctio, mà, ibi, mà solo quel tanto che dd. Lauacchia
li daranno conto &c. quæ dictiones faciunt con-
tractum conditionalem, prout de dictione si,
Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonstr. Hondod. cons. 6.
num. 18. & cons. 16. num. 36. & cons. 34. num. 5. lib. 1.
ac de dictione mà Bald. in l. ambiguitates nu. 4. C.
de vsufr.

Non obstat, quod purificatio dd. conditio-
num penderet nedum ex facto illorum de La-
uacchijs, qui debebant vendere merces, sed
etiam ex facto tertij, scilicet, emptoris, & ex
occasione illas vendendi sicque dd. conditio-
nes non sint merè potestatiuæ, sed casuales,
9 vel mixtæ, † quæ sequuta purificatione retro-
trahuntur ad diem contractus Negus. de pign. 2.
memb. 5. par. n. 10. vers. 16. Aym. cons. 576. n. 2. in
princ. Cost. de retroct. cap. 8. cas. 31. num. 10. fol. 187.
Nam vltra, quod non apparet de purificatio-
ne dd. conditionum saltem ante creditum dd.
de Bacellis verba d. conditionis, ibi, Con pat-
to, e conditione, che se detti Lauacchia per tal tempo
non haueranno fatto esito delle pannine &c. visa fue-
runt merè facultatiua, itaut Lauacchij potue-
rint venditionem mercium ad libitum dif-
ferre, & sic euentum d. conditionis suspende-
re, ac propterea d. verba tanquam merè po-
10 testatiua non videntur habere vim retrotracti-
uam l. qui balneum ff. qui pot. in pign. hab. Cost. de
retract. cap. 8. cas. 31. num. 11. cum alijs cumulatis in
vltima decisione.

Sed visa fuit cessare omnis difficultas ex trã-
sactione inita sub die 7. Februarij 1620. & sic
post creditum dd. de Bacellis inter dd. Lauac-
chios, & Eschinardum super solutione scut.
1500. Ob quam transactionem d. prætensa an-
11 terior obligatio ex d. Apoca, vel concordia
desumpta nouata fuit, ac nullius roboris re-
mansit Gozad. cons. 18. num. 2. Mant. de tac. lib. 17.
tit. 2. num. 6. Rot. decis. 463. num. 4. in fin. part. 4. rec.
eaq; impedit processum exequutiuum, & sic
etiam obligationem Cameralem l. si causam C.
de execut. rei iudic. vbi Bald. num. 8. vers. item po-
test exceptio, & in l. si non sortem 26. §. indebitum
ff. de condit. indeb. num. 6. Coler. de process. execut.
par. 4. cap. 1. num. 151. & seqq. Zangerus de excep.
par. 3. cap. 26. num. 81. Matt. Berlich. concl. 84. num. 3
iuxta magnam impress. lib. 1.

Non obstat, quod regulariter nouatio non
12 fiat, † nisi expressè id agatur l. fin. C. de nouat.
Gabr. conclus. 1. n. 3. Surd. cons. 145. n. 1. cum alijs re-
latum per Anton. de amat. var. res. 50. n. 2. Quia di-
13 cta regula non procedit, † quando prout hic
ex coniecturis, & necessarijs præsumptioni-
bus

bus apparet contrahentes novare voluisse, quia tunc novatio expresse fieri dicitur *Afflict. dec.44.num.18.Vinc. de Franch.decis.16.nu.2.Rot. decis.562.num.1.par.1.diuers. Mant.decis.6. num.1. par.1. cum alys congestis per eundem Amat.d.res.50. num.3.*

In præsenti autem casu negari non potest,
14 quin ex relata serie facti, ac verbis d. vltimæ transactionis plures, & quidem necessariæ eliciantur coniecturæ, & præsumptiones, ex quibus manifestè apparet D.Etchiuardum à priori obligatione in dicta Apoca contenta recedere voluisse, cum d. transactio, pacta diuersa, ac summam diuersam ab illa contineat, quo casu expressam induci nouationem firmant *Bald. in l.fin.num.4. C. de nouat. late Amat. var.res.d.resol.50.num.4.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. BONORVM.

Ven. 18. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Attentata sunt omnia gesta post appellationem etiam interpositam in quocumque possessorio, & licet agatur de sententia lata Bononiæ, vbi statutum admittit appellationẽ ad vtrumque effectum.

SVMMARIVM.

1 *Attentatorum vitio laborant gesta in executionem sententiæ post appellationem ab ea interpositam.*
2 *Statutum Bononiense defert appellationi quo ad vtrumque effectum etiam in summarissimo iudicio manutentionis.*
3 *Non est attendendum in foro Ecclesiastico.*
4 *Legatus statutum confirmatum à Sede Apostolica abrogare non valet & num.5.*

DECISIO DXXVII.

CVM Auditor Generalis Eminentissimi Legati Bononiæ sententiam ad fauorem Andreæ Lambardi super manutentione in possessione bonorum, de quibus agitur protulisset. Marsilius Lambardus prætendens se Dominum ac possessorem dd. bonorum appellauit à d. sententia, causamque appellationis Eminentiss. Legatus D. Altouito commisit, ac successiuè ad relationem eiusdem Altouiti iuxtà praxim illarum partium pronunciauit d. Marsilium esse manutenendum, à qua sententia licèt d. Andreas pariter appellasset, nihilominus d. Eminentiss. Legatus appellationem reiecit, mandauitq; ad vlteriora procedi, ac mandatum de manutenendo, aliaque præcepta in exequutione d. Sententiæ relaxauit, causaque d. appellationis in Rota mihi commissa, dubitaui, an constaret de attentatis, & affirmatiuè responsum fuit. Quia
1 cum à d. sententia lata † super manutentione ad fauorem d. Marsilij daretur appellatio etiã quoad effectum suspensiuum, vtique omnia gesta in exequutionem d.sententiæ post appellationem ab ea interpositam laborant vitio attentatorum *Lancellott.de attent.par.2.cap.12. in præfatione in fin.Rota coram Seraph.dec.1471 nu.1. & coram Greg.XV.dec.251.num.2.& coram Caual. dec.211.num.5.& sæpe in alys.*

Quod autem d. sententia esset appellabilis etiam quoad effectum suspensiuum DD. non dubitarunt. Nam quicquid sit an à sententia lata in summarissimo possessorio manutentionis de iure Ciuili vel Canonico detur appellatio suspensiua nec ne, visa fuit cessare
2 difficultas ex dispositione Statuti Bononiensis in *Rubr.de appell. §.præterea* cuius vigore à sententia lata in quocumque possessorio licèt semel tantum appellare: Vnde sententia de qua agitur erat appellabilis quoad vtrumque effectum tàm deuolutiuum, quàm suspensiuum, vt in specie huius statuti consuluerunt *Grat. cons.vlt.num.13.& seq.lib.2.Ber.cons.110. num.14. & seqq. lib.3.* & dixit *Rota in Bononien. attentatorum 12. Maij 1598. coram Orano impress.post Marches. de commiss. par.2.§.2. fol.62.* vbi dicitur ità fuisse decisum *in alia Bononien. de Pretis 29.Nouembris 1494. coram eodem.*

Dictumque statutum procedere etiam in sententia lata, *prout hic*, in Summarissimo iudicio manutentionis resolutum fuit in *Bononien.Portoni 17. Decembris 1607. & 29. Februarij 1608. coram Marquemontio,* qui testatur Rotam sæpius hanc sententiam in terminis huius statuti amplexam fuisse, sicque fuisse decisum in alia *Bononien. Bonorum 21. Aprilis 1561. coram Rubeo.* Idemque firmatum fuit *coram Buratt. decis.220.num.4.& 5.* vbi relatis prædictis decisionibus testatur pariter Rotam ita pluries sensisse, cuius Auditoris attestationi vnus ex Dominis plurimum deferebat, cum d. Auditor esset in foro Bononiensi versatissimus.

Nec visa fuit obstare decisio in causa Bononien fideicommissi de Blanchis 14.Ianuarii 1636. *coram R. P. D. meo Royas*, in qua Rota censuit d. Statutum non habere locum in Summarissimo iudicio manutentionis. Nam
3 d. decisio fundatur † præcipuè in eo quod sententia lata fuerat in Curia Archiepiscopali Bononiensi, & sic in foro Ecclesiastico vbi viget particulare statutum prohibẽs appellationem suspensiuam à sententijs latis in d. Curia in Summarissimo iudicio manutentionis. Vnde in casu d. decisionis meritò conclusum fuit Statutum particulare eiusdem fori prohibeus appellationem non autem Statutum Laicorum illi deferens esse attendendum, iuxtà deducta in *Bononien. fideicommissi de Mantolis 16. Aprilis 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, cum alijs in d. decisione allegatis.

4 Non obstat constitutio Cardinalis Iustiniani olim Bononiæ legati prohibens appellationem suspensiuam à sententijs latis etiam in Summarissimo iudicio manutentionis. Quia cum prædictum Statutum Bononiense fuisset à Sede Apostolica confirmatum, Cardinalis Iustinianus tanquam Legatus illud abrogare non potuit. *Gondisalu. in tract.de Legat. qu.10. num.19. Boer.in simil.tract. num.88. & 101. Ruin. cons.166. num.3. lib.4.Roman.cons.77.num.2. vers. secundò quia.*

Quibus

5 Quibus accedit quod fa: me: Greg. XV. confirmauit, & innouauit Statuta Bononiæ, & ea quæ Legati, aut Vicelegati pro tempore contra dd. Statuta condiderunt reuocauit, vt in confirmatione, quæ data fuit in Summario Andreæ, ob quam confirmationem posterior d. Constitutio Iustiniana, si quid contra Statutum Bononiense disposuisset abrogata remansit ad *l. & posteriores ff. de legib. Bald. cons.* 107. *lib.* 5. *Bart. cons.* 144. *nu.* 2. *lib.* 1. *Castr. cons.* 278. *num.* 1. *lib.* 7. & fuit dictum *in Romana retractus* 29. *Ianuarij* 1629. *coram R. P. D. meo Merlino.* Et ita vtraque &c.

FAVENTINA DOTIS, seu SVCCESSIONIS.

Lunæ 21. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Tex in l. hac edictali C. de secundis nuptijs declaratur ad materiam Statuti deferentis viro certam partem dotis. Dos per fratrem Sorori constituta licèt afferatur de bonis fratris tradita, tamen si Soror renunciauit iura successionis de proprio tradita censetur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ constat ex reuolutione actorum si fuerunt seruata requisita necessaria.*
2 Vig. l. *hac edictali prius deduci debet filiorum legitima deinde residuum diuidi debet inter eosdem filios Vitricum, seu Nouercam.*
3 l. *hac edictali derogare potest Statutum.*
4 *Forenses non ligantur Statutis loci, cui non subiacent* & n. seqq. *vbi amplia.*
Statuentes iurisdictionem exercere non possunt in forenses num. 4.
5 *Amplia siuè Statutum loquatur in personam siuè in rem & num.* 6.
7 *Statuta quibuscumque verbis concepta forenses non ligant & num. seq.*
8 *Dotis exactio censetur destinata in loco vbi Vir habuit domicilium.*
Statutum loci domicilij Viri attendi debet quoad lucrum dotis num. 8.
9 *Statutum vt operetur vtraque subiectio requiritur rerum scilicet, & personarum copulatiuè.*
Amplia conclusionem procedere etiam in lucro dotis debito in vim Statuti ibidem. & num. 10.
11 *Pactum initum cum Matre de superlucranda dote, vel parte filijs primi matrimonij præiudicare non potest.*
12 *Filius primi matrimonij si matris est hæres possit impugnare pactum ab ea factum super lucro dotis & num.* 13.
14 *Filij vigore* l. *hac edictali venire possunt ex persona propria contra voluntatem Matris non autem vti illius hæredes.*
15 *Pactum de lucro dotis initum post contractum matrimonium filijs primi matrimonij præiudicare non potest.*
16 *Mulier si expressè* l. *hac edictali non renunciauit non censetur sibi, aut eius filijs ex primo matrimonio præiudicare voluisse.*
17 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 130. *de dote à fratribus profecta procedit in dote de proprio à fratre constituta & seq.*
18 Tex. in l. *hac edictali procedit in dote per fratrem Sorori constituta ex bonis proprijs Sororis vel eius ascendentium & num. seq.*
20 Tex. in l. *hac edictali procedit etiam si secundo viro maior dos constituta fuisset quam primo.*
21 *Frater dotem Sorori constituens si prætendit illam ad se debere reuerti* vig. Stat. *Vrbis probare debet de proprio dotem constituisse.*
22 *Dos licet appareat de proprio fuisse per fratrem constitutam, tamen si Soror iura successionis ad fauorem fratris renunciauit propter renunciationem, de proprio data censetur ibidem & num. seqq.*
23 *Dos censetur data de pecunijs Mulieris ob renunciationem correspectiuè factam.*
24 *Dos vbi Mulier renunciat censetur subrogata in locum bonorum renunciatorum.*
25 *Filia dotata à Patre potest nihilominus in bonis illius augmentum petere vsque ad congruam dotem.*
26 *Filia etiam stante Statuto exclusiuo fœminarum succedit in bonis Matris si concurrant solum filij masculi alterius Matris.*
27 *Legitima debetur una cum fructibus.*
28 *Spes succedendi dicitur æstimabilis etiam uiuente hærede grauato cui succedi debet.*
29 *Spes succedendi uendi potest & in contractum deduci.*
30 *Enunciatiua sola non probat, quando principaliter agitur de enunciato.*
31 *Excessus regulariter non præsumitur.*
32 *Excessus minimus non habetur in consideratione.*
33 *Stipulatio restitutionis dotis facta cum clausula aut cui, uel quibus de iure, perinde habetur ac si facta non fuisset.*
Iuris dispositio attendi debet in restitutione dotis facta cum clausula, aut cui uel quibus de iure, non autem ordo uerborum, aut personarum num. 33.
34 *Frater non potest sibi stipulari restitutionem dotis, quam Sorori de bonis parentum, uel proprijs constituit.*
35 *Frater non potest pacisci dotem Sororis sibi restitui in præiudicium filiorum primi matrimonij.*

DECISIO DXXVIII.

APOLLONIA Fenzonia nupserat Martino Vespignano Brissighelensi cum dote librarum 4800 monetæ illarum partium, eoque defuncto quatuor liberis ex d. matrimonio procreatis iterum nupsit D. Io. Baptistæ Laderchio Fauentino, occasione cuius matrimonij D. Io: Baptista Fenzonius d. Apolloniæ frater, patruelis dum esset in Vrbe prædictam dotem librarum 4800. auxit vsque ad summam librarum 13. mil. quas certis statutis temporibus præstare promisit sub ea tamen lege quod prædicta Apollonia cederet ad sui fauorem, prout cessit quibuscumque iuribus ac prætensionibus quas haberet super bonis paternis, maternis, ac Michaelis fratris prædefuncti, vt latius in Capitulis matrimonialibus, & Instrumento dotali continetur.

Cumque

Cumque d. Apollonia prædeceßiſſet ex iſto ſecundo matrimonio nulla relicta prole, prædicti quatuor liberi ex priori matrimonio ſuſcepti iudicium tàm contra D. Laderchium Vitricum pro reſtitutione dotis ei ſolutæ, quam contrà D. Fenzonium Auunculum pro ſolutione reſidui augmenti eiuſdem dotis ab eo promiſſi coram A. C. introduxerunt, qui ſententiam protulit, qua dd. Laderchium, & Fenzonium ad reſtituendum, & reſpectiuè ſoluendum dd. quatuor filijs ex priori matrimonio tertiam partem d. dotis librarum 15. mil. pro eorum legitima, nec non quatuor ex quinq; partibus reſidui eiuſdem dotis condemnauit. Cauſaque appellationis à d. ſententia interiectæ mihi commiſſa, dubitaui an illa eſſet confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmandam eſſe vti validam, & iuſtam reſponderunt.

1 Validitas namque conſtat † ex reuolutione actorum in quibus apparet omnia requiſita interuenire iuxtà deciſ. *Caput. 262. par. 2.* paſſim à Rota receptam.

Iuſtitia verò liquet ex aperta iuris diſpoſitione in *l. hac edictali C. de ſecundis nupt.* qua cauetur Maritum ſuperſtitem ex bonis Vxoris prædefunctæ cum liberis ex priori matrimonio non poſſe plus conſequi, quàm vnus ex dd. filijs prioris matrimonij. Vnde iure merito A. C. prædictos Laderchium, & Fenzonium ad reſtituendum, ac reſpectiuè ſoluendum tertiam partē dotis d. Apolloniæ pro legitima dd. eius filiorum ex priori matrimo-
2 nio, † nec non quatuor ex quinque partibus reſidui eiuſdem dotis condemnauit, cum mens illius legis ea ſit, vt ex bonis coniugis prædefuncti priùs deducatur legitima pro filijs ex priori matrimonio, deinde reſiduum inter eoſdem filios, & Vitricum, ſeù Nouercam æqualiter diuidatur, iuxtà veriorem, ac magis receptam ſententiam quam tenuere *Gloſſ. in c. 3. incip. optimè verb. quippè Auth. de nupt. Bald. in d. l. hac edict. num. 20. & in l. 1. num. 9. & 10. verſ. preterea C. de inoff. dotib. idem Bald. conſ. 22. num. 3. poſt med. verſ. Item ſciendum conſ. 150. col. 4. ante med. verſ. ſed præſuppoſito, & conſ. 348. col. 2. verſ. nam quod filius & conſ. 462. lib. 2. Crauett. conſ. 194. num. 5. Dec. conſ. 245. nu. 2. in fin. verſ. Vlterius tamen. Eugen. conſ. 76. n. 87. & ſeq. li. 1. Ruin. conſ. 94. num. 5. verſ. quod autem lib. 5. Socc. ſen. conſ. 35. n. 19. lib. 4. Facebin. controu. iur. lib. 3. cap. 70. verſ. contrariam ſententiam Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 37. nu. 6. & ſeqq. Roland. de Lucr. dot. qu. 27. num. 3. & ſeqq. Cancer. var. reſ. lib. 3. cap. 2. num. 185. Mangil. de imput. qu. 7. num. 52. Hodiern. in d. l. hac edictali qu. 7. num. 14. & ſeq. Alex. in addit. ad Bart. in eadem l. hac edictali lit. A. Theſaur. dec. 184. nu. 4. Hieron. Laurent. deciſ. Auenionen. 95. nu. 9. in fin. Gipſius in addit. ad dec. Bonon. diuerſ. deciſ. 61. ſub verſ. hoc autem.*

Eamque Rota ſequuta fuit *coram Creſc. dec. 4. ad fin. de teſtam. & decis. 756. num. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ. & in Bononien. indemnitatis coram bo: me: D. meo Seleucien. impreſſa per Giouagn. poſt conſ. 10. num. 22. lib. 2. & in Imolen. lucri dotalis 30. Maij 1622. coram R. P. D. meo Merlino, in Romana Legati 27. Martij 1634. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Romana Quarti dotalis 15. Decembris eiuſdem anni, & 15. Maij 1635. coram eodem.*

Non obſtat Statutum Fauentinum *rubr. 25. lib. 3.* quo cauetur Virum ſuperſtitem lucrari
3 dimidium † totius dotis Vxoris prædefunctæ non obſtantibus liberis ex priori matrimonio cum expreſſa derogatione *d. l. hac edictali*, cui poſſe derogari per ſtatuentes ſenſierunt *Bald. in l. 1. num. 8. verſ. & præmitte C. de inoffic. dotib. & conſ. 495. num. 9. lib. 5. Dec. conſ. 19. nu. 2. verſ. ſecundus caſus Alb. conſ. 569. num. 2. Paris. conſ. 92. nu. 10. & ſeq. uol. 1. Roland. conſ. 72. n. 3. uol. 1. Surd. conſ. 401. num. 10. & ſeq. uol. 3. Ber. qq. famil. 119. num 1. Gratian. diſcept. 100. num. 6. Boer. deciſ. 113. num. 4. verſ. nam aliquando Rota decis. 432. nu. 3. par. 1. diuerſ. & in Bononien. releuationis indemnitatis 23. Martij & 17. Decembris 1618. coram bo: me: D. meo Seleucien. & in d. Imolen. lucri dotalis 30. Maij 1622. coram R. P. D. meo Merlino, & coram Buratt. dec. 396. num. 7.* & in ſpecie Statuti Fauentini videtur ſenſiſſe *coram Greg. XV. decis. 173. num. 7.*

Quoniam, *quicquid ſit de validitate d. Statuti*, reſponſum fuit illud non procedere contra filios d. Apolloniæ ex priori matrimonio,
4 quia cum † ſint Briſſighelenſes non ligantur Statuto Fauentino ex defectu poteſtatis ſtatuentium, qui contra Forenſes iuriſdictionem exercere non valent, vt in his terminis dixerunt *Caſtr. conſ. 368. num. 1. verſ. ſed certè part. 2. Rimin. ſen. conſ. 30. nu. 13. Albert. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis art. 6. num. 14. Dec. conſ. 35. nu. 37. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 484. num. 28. & ſeqq. Menoch. conſ. 672. num. 1. Gerardus Mazol. conſ. 121. num. 14. verſ. & dum dixi cum ſeqq. Bertrand. in d. l. hac edictali num. 53. verſ. Addo etiam. Roland. de lucr. dot. qu. 36. per tot. Phanuc. eod. tract. gloſſ. 5. num. 4. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 298. num. 316. par. 1. Flauius Tort. ad ſtatut. Papiens. rubr. 121. num. 147. Federic. de Solis in tract. de lucr. dot. qu. 27. fol. 87. Ciriac. controu. 527. num. 62. tom. 3. latè Franc. Bec. conſ. 141. num. 4. ad med & ſeqq. lib. 2. Magon. deciſ. Florent. 107. num. 7 & ſeqq.*

5 Idque indiſtinctè procedere † ſiuè Statutum loquatur in rem, ſiuè in perſonam reiecta diſtinctione *Bart. in l. cunctos. populos num. 33. C. de ſum. Trin.* & aliorum quos refert, & ſequitur *Surd. conſ. 91. n. 8.* ſępè Rota reſpondit, & ſignanter *in Narnien. Succeſſionis 22. Maij 1628. coram R. P. D. meo Merlino* quæ eſt *decis. 177. n. 13. par. 5. rec.* vbi aliæ deciſiones recenſentur, &
6 quidem optima ratione, † cum non cortex verborum, quidque ſtatuentes intelligant, ſed eorum poteſtas attendi debeat, quæ cum ſit limitata territorio eorumdem ſtatuentium *l. duumuirum. C. de decurionib. li. 10.* vtique quibuſ-
7 cumque verbis † illa concepta ſit extrà d. Territorium extendi non valet, vt benè deducitur *in d. Narnien. Succeſſionis coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec placuit replicatio quod prædicta procedunt in dote, quæ fuit conſtituta in bonis ſtabilibus extrà Territorium ſtatuentium: ſe-
8 cus autem in dote, † quæ *prout hic*, fuit conſtituta in pecunia cuius exactio cum cenſeatur deſtinata in loco, in quo vir domicilium habet *iuxtà l. exigere ff. de iudic.* Statutum loci eiuſ-

eiusdem Viri quoad lucrum d. dotis attendi
debeat iuxtà distinctionem, quam sequi viden-
tur *Bald. in cap. 5. num. 2. post med. uers. sed in quan-*
titate de iuram. calnmu. Ruin. cons. 58. num. 12. uers. &
dato nol. 3. Morot. cons. 53. nu. 14. uers. & hæc respon-
sio Roland. de luc. dot. qu. 20. num. 7. Phanuc. eod. tract.
gl. 9. num. 34. ante med. uers. nec obstat & num. 35.
uers. si tamen cum alijs relatis per Ginrb. in consuet.
Messan. cap. 5. per gloss. par. 1. pag. num. 65.

Etenim quicquid sit de d. distinctione res-
pectu Vxoris, illa non visa fuit applicari res-
pectu dd. filiorum prioris matrimonij, qui
cum sint omninò Forenses, statuto Fauenti-
no ligari non possunt, etiam si d. dos eorum
Matris vti constituta iu quantitate diceretur
posita in Territorio Fauentino, cum ad hoc
9 vt Statutum operetur, † vtraq; subiectio re-
rum scilicèt, & personarum, copulatiuè re-
quiratur iuxtà theoricam quam plurimis re-
latis firmauit *Rota d. Narnien. Successionis coram*
R. P. D. meo Merlino, & in specie statuti de lu-
cro dotis firmant *Bec. d. cons. 141. num. 12. uers.*
minus impedit Rimin. iun. d. cons. 484. num. 31. & seq.
Roland. de lucr. dot. qu. 26. sub num. 11. uers. imò plus
dicitur, vbi quod etiamsi boua sita essent in
10 Territorio statuentium, † adhuc filij primi
matrimonij Forenses non ligarentur lege sta-
tutaria.

Minùs obstat pactum initum in Instrumen-
to dotali super restitutione dotis facienda iu-
xtà formam Statuti Fauentini, quia cum dis-
positio *d. l. hac edictali* emanauerit fauore filio-
11 rum ex priori matrimonio, † & in odium
Coniugis ad secundas nuptias conuolantis, d.
pactum initum cum Apollonia Matre, eius
filijs ex priori matrimonio natis præiudicare
nō potuit *Bart. in d. l. hac edictali n. 1. & 2. Menoch.*
cons. 469. num. 2. Decian. d. cons. 35. num. 34. & seqq.
lib. 5. Rimin. inn. d. cons. 484. num. 25. Molin. d. tract.
de rit. nupt. lib. 3. qu. 47. num. 3. & per tot. Mantic. de
tacit. lib. 12. tit. 33. num. 11. Rota in d. Romana Quar-
ti dotalis coram R. P. D. meo Verospio.

Nec dicatur dd. filios tanquam hæredes
12 Apolloniæ Matris non posse factum illius im-
pugnare, ac proinde teneri d. pactum appro-
bare, vt in specie sensisse videntur *Dec. cons. 19.*
n. 6. uers. Nec obstat quod saltem Io: de Amic. cons. 3.
num. 22. Surd. d. cons. 91. num. 11. uers. 2. respondeo
usque ad num. 19.

13 Nam vltra quod † contrarium tenuerunt
Bald. cons. 161. sub num. 1. lib. 5. Crauet. cons. 200. n. 3
Honded. cons. 14. num. 36. lib. 1. idem Surd. cons. 237.
num. 19. uers. Postremo non obbstat Phanuc. in tract. de
lucr. dot. gl. 5. num. 45. uers. sed de hoc dubito, & in
tract. de inuent. par. 7. num. 113. vbi testatur de
magis communi, & reprobat *Dec. & Io: de Amic*
supra in contrarium alleg. *Cancer. uar. res. li. 2. c. 2*
num. 1. 26. Manent. cons. 15. num. 7. & seqq. Grammat.
decis. 93. num. 9. Hieron. de Laur. decis. Anenion. 95.
num. 1.

Obiectum remouetur ex facto cum nullibi
14 appareat † dd. filios Apolloniæ esse, aut egis-
se tanquam hæredes illius, sed venire ex eo-
rum propria persona vigore *d. l. hac edictali*, quę
dat facultatem filijs, vt possint ex persona pro-
pria venire contra voluntatem Matris *Bald. d.*
cons. 61. num. 1. post med. uers. Praterea licèt Nepos.
Dec. d. cons. 1. 141. nu. 13. ad med. Surd. d. cons. 277.
num. 12. & seqq.

Prædictaque faciliùs procedere visa fuerunt
tùm quia capitula matrimonialia inter dd. co-
niuges inita fuerunt post contractum matri-
15 monium, † vt in eisdem Capitulis apertè di-
citur, ac proinde cum dos censeatur ab initio
promissa iuxtà terminos *d. l. hac edictali* dd. co-
niuges non potuerunt deinde pactum inire
contrarium in præiudicium filiorum primi
matrimonij, quibus erat ius quæsitum, prout
in terminis dixerunt *Manent. cons. 16. num. 17.*
Trentacinq. var. res. lib. 3. tit. de matr. resol. ult. ad fin.
vers. pro complemento vbi de communi *Menoch.*
cons. 469. num. 2. vbi pariter de communi.

Tùm etiam quia d. Apollonia non renun-
ciauit expresè dispositioni *d. l. hac edictali*, nec
16 propterea † censetur ob d. pactum sibi, aut
suis filijs ex primo matrimonio præiudica-
re voluisse *Bald. d. cons. ibid. num. 2. vers. item*
nec intelligitur lib. 5. Ferrer. in addit. ad Guidonem
Pap. decis. 228. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gl. 8.
par. 4. num. 49. Hodiern. in d. l. hac edictali quæst. 11.
num. 128. & 129.

Non obstat quod prædicta sententia dete-
gatur iniusta saltem respectu D. Io: Baptistę
Fenzonij d. Apolloniæ fratris, qui cum illius
dotem lib. 4800. primo Viro constitutam oc-
casione secundi matrimonij auxerit vsque ad
summam librar. 15. mil. defuncta d. Apollo-
nia Sorore sine liberis ex isto secundo matri-
17 monio † d. augmentum reuerti debeat ad
eundem fratrem dotantem vigore Statuti V-
bis in c. 130. *lib. 1.* vbi contractus super d. aug-
mento celebratus fuit. Nam quatenus es-
set attendendum Statutum Vrbis responsum
18 fuit illud procedere in dote † quam frater de
proprio Sorori constituit, vt liquet ex illius
lectura, secus autem in dote, quæ constituta
fuit à fratre ex bonis paternis, maternis, vel
ex alijs eidem Sorori debitis, quia cum talis
19 dos, † siuè illius augmentum censeatur con-
stitutum ex bonis eiusdem Sororis dispositio
d. l. hac edictali seruari debet, prout aduerterunt
Bald. ibid. num. 33. ad fin. uers. non idem dicerem C. de
secundis nupt. Curt. iun. cons. 122. num. 13. vers. subdit
tamen Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 48. nu. 5. & latiùs
qu. 60. num. 2. vsque ad fin. vbi testatur de magis
communi, *& sub num. 18.* inquit dispositionem
d. l. hac edictali procedere etiam quando secun-
20 do viro datur maior dos † quam data fuerit
primò, cum non attendatur nudum ministe-
rium dotantis, sed ex cuius bonis fit dotatio
Crauett. cons. 142. num. 10. Cauagnol. ad decreta Mon-
tisferati 73. §. 6. num. 7. In proposito autem tan-
tùm abest quod D. Fenzonius, qui se fundat
in d. Statuto probet qualitatem ab eodem sta-
tuto requisitam sicque augmentum d. dotis
Apolloniæ Sorori de proprio constituisse,
21 prout † concludenter probare tenetur vt in
specie firmant *Gratian. discept. 504. num. 9. & seq.*
Idem D. Io: Baptista Fenzonius ad *statut. vrb.*
lib. 1. cap. 130. num. 14. Rota in Romana restitutionis
dotis 17. Martij 1600. coram Sacrato impres. per
Cenc. post tract. de censib. decis. 38. iuxtà modern. im-
press.

præst. quinimò visum fuit constare de contrario. Nam licet D. Fenzonius d. augmentum
22 de proprio soluere † promiserit, vt elicitur ex Capitulis matrimonialibus ibi, *Che il medesimo fratello supplischi del suo proprio il compimento della sodetta dote &c.* nec non ex eodem Instrumento dotali ibi, *Residuum verò prædicta dotis idem D. Io: Baptista realiter, & cum effectu soluere & exbursare de proprio promisit &c.* Nihilominus aduertebant DD. d. augmentum fuisse promissum contemplatione omnium Iurium, actionum, ac prætensionum, quas d. Apollonia cessit, ac renunciauit ad fauorem eiusdem Fenzonij super bonis paternis, maternis, atque Michaelis alterius fratris prædefuncti, vt elicitur ex verbis immediatè sequentibus, sub expressa tamen conditione, vt d. Apollonia stante huiusmodi augmento dotis per eundem Io: Baptistam facto &c. solemnem cessionem,& renunciationem,irreuocabilemque inter viuos donationem facere teneatur in fauorem ipsius Io: Baptistæ, & suorum, omnium eius iurium,prætensionum,& actionum &c. quia sic &c. & non aliàs &c. qua stante cessione d. augmentem censetur constitutum ex bonis proprijs eiusdem mulieris,
23 illudque † loco pretij eorumdem iurium, quæ cessa fuerunt, subrogatum fuisse, vt in terminis aduerterunt *Socc. sen.cons.135. num.5. in princ.& vers.ex quibus infert li.1.*vbi ait dotem censeri datam de pecunijs mulieris ob renunciationem correspectiuè factam, cumque sequuntur *Natt. cons.14.num.4. & 5, Mascard. de probat.conclus.571.num.12.Menoch.de arbitr.cas.88. num.41.vers.uel si ipsa mulier*, vbi quod talis dos censetur data mulieri pro sua portione renun-
24 ciata cum qua præsumitur compensare voluisse; Nam quando mulier renunciat propter dotem, censetur dos subrogata in locum bonorum, quibus ipsa renunciat, vt inquit *Alex. in l.pactum num.7.ad fin.vers.Pro hoc facit C.de collat.Natt.in cap. quamuis num.131. de pactis 6.* vbi etiam *Couarr. part.3. §.3.num.7. vers.& præterea Guttier.gloss.ult.num.5.post med.*

Nec dicatur quod iura,& pensiones quibus d. Apollonia renunciauit nullam, vel modicam haberent subsistentiam, ex eo quod respectu bonorum Patris, cum illa esset dotata in eius Testamento in libris 2500. quibus Pater in Codicillis voluit eam esse contentam, nil aliud ex eius hæreditate consequi debeat ex dispositione tàm paterna, quàm Statuti Brissighilensis exclusiui fœminarum ob masculorum existentiam. Respectu verò bonorum Elisabettæ Matris d. Apollonia vigore Testamenti eiusdem Matris, iam fuerat consequuta libras mille, quæ portionem maternam sibi debitam adæquare præsumuntur. Respectu denique legitimæ Michaelis fratris ab eadem Apollonia prætensæ ex persona Matris defunctæ, illa vel esset modica, vel Apollonia non poterat eam consequi viuente D. Io: Baptista altero fratre ex Testamento eiusdem Matris. Quoniam ex ampla cessione, ac renunciatione omnium iurium, actionum, & prætensionum quam d. Apollonia fecit, contrarium elici visum fuit. Si quidem
25 ipsa renunciauit † non solum bonis Paternis, in quibus habebat saltem ius cõsequendi augmentum vsque ad congruam dotem ad hoc vt decentèr nubere posset *Seraph. dec.5. num.3. Menoch. præsumpt.189. num.158. uers.4.* accedit cum alijs relatis *in Romana augmenti dotis 30. Martij 1629. coram bone. Card.Virili.* Sed etiam bonis Elisabettæ Matris, in quibus cum d.
26 Fenzonius esset filius alterius Matris, nihil prætendere poterat, sed Apollonia dumtaxat succedebat etiam stante Statuto exclusiuo fœminarum ob existentiam masculorum prout dixerunt *Corn.cons.314.num.3.& seqq.lib.4.Brun. in tract.quod stantibus mascul.art.12.num.297.* Prætereà inter bona materna aderat etiam legitima eidem Matri debita in successione Michaelis fratris predefuncti, vel saltem decem pro centenario iuxtà Statutum Brissighilense in legitimam impuranda, nec non fructus eiusdem legitimæ à die obitus Michaelis, vsque
27 ad diem augmenti d. dotis, † cum legitima debeatur vna cum fructibus, *l.Papinianus§.unde si parens ff. de inoff.testam.cum alijs relatis à Merlin. de legit.lib.2.tit.1.qu.1.num.3.& seqq.*

Vlterius d. Apollonia vigore fideicommissi paterni fuerat substituta D. Fenzonio fratri post illius obitum, cumque ipsa esset iunior, sicque haberet spem probabilem succedendi in d. fideicommisso d.spes tempore renuncia-
28 tionis erat æstimabilis, † quamuis D. Fenzonius hæres grauatus tunc temporis viueret *Bart.in l.is potest num.11. ff.de acquir. hered. Alex. ibid.nu.5.& 6.Laderch.cons.28. num.12.in fin.*Eaq;
29 potuit vendi, † & in alium contractum deduci *Bald. in l.fin.nu.3.vers.quædam est spes C.de pact. Laderch.d.cons.28. num.13. Peregr.de fideic.art.23. num.62.*

Hinc non obstat enũciatiua facta in Instrumento dotali, in quo dicitur d. augmentum superare valorem prætensionum, quas d.
30 Apollonia habere posset; Nam vltra quod sola enunciatiua non probat quando, *prout hic*, ágitur principalitèr de enunciato *Paris.cons.94. num.19.lib.1.Put.decis.371.num.2. lib.1. in correct. Rota decis.10.num.4. par.2. rec.* cum non contineat certam summam in qua prætensus excessus verificari possit, non meretur attendi quia
31 regularitèr † excessus non præsumitur *Card. Seraph.decis.1189.nu.2.* Et in omnem euentum
32 ille posset verificari etiam in minimo † de quo lex curare non solet *l.scio ff de in integr.rest.Fas.in l.sciendum num.7. & seqq.ff.qui satisd. cogant. Crau. cons.182.num.15.& seqq.* prout in simili de clausula. Et quod plus valet dixerunt cumulati per *Boer.decis.142.num.7.& seqq.& Facchin. controu.lib.2.cap.19.post princ.*

Denique non obstat quod D. Fenzonius fuerit stipulatus ad sui fauorem restitutionem d.dotis, prout inferebatur ex illis verbis. In casu restitutionis dotis d. D. Cap. Laderchius promisit eidem D. Apolloniæ, aut illius hæredibus, aut cui vel quibus de iure debebitur eodem D. Io: Baptista Fenzonio vna mecum Notario pro ea, & eis, atque etiam pro se ipso respectiuè præsente, acquirente, & legi-

timè stipulante &c. Et ideò saltem ex hac partium conuentione d. augmentum ad eundem Fenzonium reuerti debeat. Nam vltrà quod d. stipulatio non fuit concepta simpliciter, sed cum verbis, aut cui, vel quibus de iure, quæ operantur vt ordo iuris, scilicet, quē ius disponit, non autem ordo verborum
33 aut † personarum attendi debeat, adeout talis stipulatio perinde habeatur ac si facta non fuisset prout in specie declarant *Alex. cons. 139. num. 3. uers. 1. quia lib. 2. Crauett. cons. 543. num. 6. Gabr. cons. 58. num. 16. & num. 48. ad med. uers. item ea ratione lib. 5.* visa fuit cessare difficultas, quia cum d. augmentum non fuerit constitutum
34 à D. Fenzonio † ex bonis propriis, sed ex bonis eiusdem Apolloniæ Sororis, vt supra ostēsum fuit, non potuit illius restitutionem sibi stipulari *Luc. de penn. in l. 1. num. 47. & 49. uers. si uero dos processit C. de imponend. Lucratiuor. descript. Franc. decis. 196. num. 1. & seqq. Milanen. decis. 10. num. 24. Menoch. lib. 7. præsump. 10. num 24. Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. 7. nu. 22. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gl. 10. par. 1. num. 9.* Maximè in præ-
35 iudicium filiorum † ex priori matrimonio. *Corn. cons. 82. nu. 3. vol. 3. Curt. Iun. d. cons. 122. n. 11. uers. dicit tamen Roland. de lucr. dot. d. qu. 28. num. 2. Modern. Neap. in d. l. hac edictali qu. 26. num. 1. & 2. 25. & 26.* vbi dicit opinionem hanc carere difficultate quando dos siuè augmentum non procedit, *prout hic*, ex mera liberalitate dotantis.

Et ità vtraq; &c.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Veneris 25. Februarij 1639.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1. *Remissoria non datur propter articulorum irreleuantiam.*
2. *Iurispatronatus mentio fieri debet alias gratia est subreptitia.*
3. *Gratia, si nulli, cessante lite non faciens mentionem Iurispatronatus tanquam subreptitia non est exequibilis.*

DECISIO DXXIX.

ITERVM DD. pro denegatione remissorię contra Ioannem responderunt. Nam cum articuli qui dantur tendant ad probandum be-
1 neficium de quo agitur esse de iurepatronatus familiæ de Loiola ex fundatione, & dotatione, dictamq; familiam non esse potentem, sed ordinariam, adeout in ea cesset vsurpationis præsumptio illorum irreleuantia euitari
2 non potest. Quoniam adhuc probato d. Iurepatronatus illius probatio non suffragaretur ipsi Ioanni respectu gratiæ si nulli, quam hodie iustificare prætēdit, quandoquidem (omissis aliis) cum in d. gratia si nulli ipse non fecerit mentionem de d. iurepatronatus laicali, vtique probatio d. iurispatronatus si hodie fieret redderet eādem gratiam si nulli omnino subreptitiam, *Cassad. decis. 4. num. 2. de probat. Conarr. pract. quæst. cap. 36. num. 1. Rota coram Buratt. decis. 702. num. 8.* Cum Papa non soleat conferre beneficia iurispatronatus laicorum sine Patronorum consensu, ne illi retrahantur à talium beneficiorum fundatione, vt ait *glos. in cap. cum dilectus, in verb. quempiam præsentare, vers. quidam referunt de iurepatr. Cassad. dec. 3. num. 2. vt lit. pend. cum aliis allegatis in decis. quæ renidetur.*

Non releuat responsio, quod in gratia quæ sit de beneficio iurispatronatus litigioso non requiratur expressio iurispatronatus, aut illius
3 derogatio. Quoniam quicquid sit de dicta conclusione illa non visa fuit applicari in presenti casu, quia cum beneficium iurispatronatus de quo agitur de tempore vacationis non esset litigiosum, vtique cessante lite dicta gratia si nulli in qua non fuit facta mentio d. iurispatronatus tamquam subreptitia esset inexequibilis, *Put. dec. 46. num. 2. lib. 1. Rota dec. 196. num. 1. par. 2. recent. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 54. num. 80.*

Nec placuit replicatio, quod beneficium esset litigiosum de tempore quo d. Ioannes d. gratiam si nulli à Sanctissimo impetrauit, vt constat ex decisionibus, ac sententiis Rotalibus in ista causa emanatis, proindeque pro validitate d. gratiæ sufficiat Ioannem narrasse d. litem Rotalem de tempore impetrationis dictamque litem sic narratam iustificasse. Nam fuit responsum hodie non agi an d. gratia si nulli sit iustificata nec ne respectu litis narratę de tempore impetrationis eiusdem gratię, sed an probatio iurispatronatus releuet ad effectū concedendi remissoriam, & illam non releuare DD. resoluerunt ex rationibus supra deductis.

Et ita vtraque &c.

COLONIEN. BONORVM.

Lunæ 28. Februarii 1639.

ARGVMENTVM.

Declaratoria datur ob non paritionem mandatis rotalibus.

SVMMARIVM.

1. *Declaratoria, seu Interdictum seruatis solitis terminis datur ob non paritionem mandato de reintegrando.*
2. *Oblatio verbalis nihil operatur quoties factum, seu actus positiuus requiritur.*
3. *Oblatio cum protestatione, ac restitutione potius implicitam contradictionem, quam præsumptam voluntatem parendi demonstrat.*

DECISIO DXXX.

RESOLVTVM fuit dandam esse declaratoriam, seu interdictum contra Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Andreæ Colonień nisi infra mensem doceant se paruisse mandato Rotali alias relaxa-

to

to vigore trium conformium ad fauorem Gerardi Rectoris altaris Sancti Heriberti eiusdem Ecclesiæ super reintegratione ad possessionem bonorum de quibus agitur. Quia cum dictum mandatum fuerit contra dd. Decanum, & Capitulum personaliter exequutū, eoque in actis reproducto seruati fuerint quatuor termini substantiales de stylo seruari soliti ad dicendum de paritione, nec de illa doceatur, satis constat de eorum contumacia, ob quam censuræ passim à Rota relaxantur, *Felin. in cap. ad probandum num.6. de sent. & re iud. Vestr. in sua prax. lib.3. cap. vlt. num.19. Rota coram Caual. dec.364. n.1.*

Non obstat, quod Capitulum obtulerit restituere dd. bona, quia cum fuerit condemnatum ad realem, ac veram dimissionem dd. bonorum, d. verbalis oblatio non suffragatur;
2 nam quoties factum, seu actus positiuus, prout hic, requiritur, verbalis oblatio nihil operatur, vt dixit *Rota in Pampilonen. Parochialis 14. Decembris 1594. coram Litta in Colonien. Monasterii 4. Aprilis 1629. coram Eminentissimo Vbaldo.*
3 Eoque magis cum d. oblatio facta fuerit cum variis protestationibus, ac restrictionibus quæ potius continent implicitam contradictionem, quam præsumptam parendi voluntatem, vt in similibus terminis dixit *Rota in Regien. Cappellæ 1. Iulii 1630. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Nec dicatur Capitulum nescire, quæ & qualia sint bona, quæ tenetur restituere, ob quam ignorantiam videtur cessare inobedientia, sine qua declaratoria relaxari non debet, quoniam hæc asserta ignorantia visa fuit excludi ex Instrumento fundationis d. Altaris, aliisque iuribus alias in causa productis, in quibus quantitas, & qualitas singulorum bonorum cum suis certis finibus descriptæ fuerunt.

Quæ autem dicebantur quoad restitutionem fructuum dd. bonorum, ac refectionem expensarum litis ad impediendam d. declaratoriam, ex eo, quod respectu fructuum illi adhuc non fuerunt liquidati respectu verò expensarum Capitulum appellauit ab illarum taxatione non visa fuerunt præsentis inspectionis, cum d. Gerardus hodie non peteret declaratoriam pro restitutione dd. fructuum, ac dd. expensarum refectione, sed pro dimissione, ac restitutione dumtaxat dd. bonorum, quæ idem Capitulum occupauit.

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 14. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Probata existentia scripturarū, & interesse petētis scripturas habens tenetur illas exhibere, immò quando sumus in persona, quę ex officio tenetur custodire, sufficit penès ipsum scripturas semel extitisse.

SVMMARIVM.

1 *Exhibere vt quis teneatur libros, debet constare de existentia & interesse petentis.*
2 *Interesse partis petentis exhibitionem sufficit, quod summariè probetur.*
3 *Et quod scriptura quoquomodo ad causam facere possint.*
4 *Duo Testes plenè probant.*
5 *Confessio nulla maior, quam oris proprii.*
6 *Existentia librorum est probanda de tempore motæ litis, quando reus conuentus ratione officii non tenebatur custodire, secus si ratione officii tenebatur ad custodiam.*
7 *Mercator priuatus rationis fundacariæ non tenetur libros conficere, vel confectos custodire, secus in Mercatore rationis bancariæ, & vide quando quis talis dicatur.*

DECISIO DXXXI.

CVM D. Marchio Bartholomæus Rusputus, vti hæres q. Alexandri Ruspuli ageret contra Iacobum Rotulum filium, & hæredem q. Ioannis, ac Dominicum Lucatellum pro consecutione residui cuiusdā crediti scut. 876. auri ab eo prætensi occasione rationis bancariæ olim cantantis sub nomine dd. q. Ioannis Rotuli, & Dominici Lucatelli, petiit in Rota, ad quam causa in gradu appellationis delata fuit exhibitionem librorum eiusdem rationis bancariæ à d. Lucatello ad quam Domini illum teneri hodie responderunt.
1 Quoniam constat de librorum, de quibus agitur existentia penès d. Lucatellum, nec non de interesse d. D. Marchionis Ruspuli illorum exhibitionem petentis, quibus concurrentibus idem Lucatellus tenetur dd. libros exhibere ad *l.3. in princ. §. sciendum, ff. ad exhib. Seraph. dec.1224. num.4. Caual. dec.82. num.1. & decis.542. num.1. Reuerendiss. Vrgell. dec.166. num.2. cum aliis latè deductis coram Buratt. decis.278. num.3. & per Adden. ad dec.266. n.7. coram eodem.*

Interesse autem d. D. Marchionis petentis exhibitionem dd. librorum visum fuit probari sufficienter ex eo, quod ille agit pro consecutione d. crediti, vti hæres d. q. Alexandri, qui olim exercens rationem bancariam in Vrbe soluit, & exegit respectiuè quam plures pecuniarum summas, vt dicitur, per lista, intuitu, & contemplatione prædictæ alterius rationis bancariæ eodem tempore cantantis sub nomine dd. q. Ioannis Rotuli, & Dominici Lucatelli, quarū solutionum occasione nedum d. q. Alexander in suis libris descripsit debitores dd. q. Rotulum, & Lucatellum, vt elicitur ex partitis dd. librorum alias in decisione facta in hac eadem causa sub die 29. Maij 1637. ponderatis, sed etiam idem Lucatellus in libris d. suæ rationis bancariæ d. q. Alexandrum eius, & d. q. Ioannis creditorem descripsit, vt ipsemet Lucatellus in quibusdam ordinibus ab eo subscriptis, & eidem q. Alexandro transmissis profitetur. Vnde cum D. Marchio hæres d. q. Alexandri d. creditum ex libris eiusdem rationis bancariæ comprobare prætendat,

dat, satis cõstat de illius interesse ad effectum
2 perendi exhibitionem dd. librorum pro qua sufficit, quod interesse summariè probetur, *d.l.3.§. sciendum, Gail. pract.obseru.lib.1.cap.106. num.2.& 3.Rot.dec.235.num.2. par.4.diuer. Adden. ad Buratt.d.dec.266.num.8.& seqq.* quodque scri-
3 pturæ quarum exhibitio petitur, quoquo modo ad causam facere possint, *Caputaq.decis.180. lib.1.in manuscript. Adden. ad Buratt. d. decis.266. num.8. in fin.*

Existentia verò dd. librorum penès d. Lucatellum visa fuit probari concludenter ex duobus testibus formiter examinatis deponentibus d. Lucatellum rationem bancariam sub eius, & d.q.Ioannis nomine in Vrbe exercuisse, pluresque libros occasione illius confecisse, eosque in sua domo habuisse, ac demũ
4 penès eum dissoluta societate retinuisse, qui testes bene probant ad *l.vbi numerus, ff.de testib.* iuncta præsertim confessione eiusdem Lucatelli emanata in dd. ordinibus penès ipsum, alias enim partitas solutionum per eum in eisdem ordinibus enunciatas describere non
5 potuisset, qua confessione nulla maior probatio ad *l. cum precum, C.de liberal. caus.*
6 Non obstat, quod prædicta non probent existentiam dd. librorum penes d.Lucatellum de tempore motæ litis, prout ad hunc effectũ requiritur, *glos. in l. non ignorabit, verb. fuisse, Castr. ibid.num.4.C.ad exhib.Greg.XV.dec.199. in priue.Caual.dec.82.num.3.d.decis.542.num.1. Rota dec.235.num.1.verf. tamen, & dec. 239. in princip. par.4.diuers.& dec.259.num.6. par.1. rec.* cum in huiusmodi materia non valeat argumentum à præterito ad præsens, vt inquit *Castr. in l. si minorem 4. nu.4. verf.vnde si agitur, C. de in integr. rest.minor. Rot.d.dec.239. num.4. par.4. diu.* Quoniam fuit respõsum huiusmodi probationem existentiæ de tempore motæ litis requiri in iis personis, quæ ratione officii non tenentur libros conficere, eosque confectos custodire, secus autem in publico mercatore prout hic, vel in aliis personis, quæ tenentur eos conficere, & custodire, quia tunc sufficit probare libros huiusmodi penès illum à quo exhibitio petitur semel extitisse, prout distinxit *Rota d. dec.259. sub num.6. par.1.rec.& coram Illustriss.D. meo Decano decis.63.num.3. cum aliis per Adden. ad Greg.XV.dec.129. num.7. & 8. & Adden. ad Buratt.dec.278.num.13.*
7 Nec iuuat, quod dictus Lucatellus non esset mercator rationis bancariæ, sed priuatus negotiator, ac simplex administrator rationis fundacariæ, qui non tenetur libros conficere, vel eos confectos custodire, *Corn.consf.81. nu.4. vol.4.Paul de Mont. Pic.consf.67. num.4. Rot. coram*
8 *Greg.d.dec.129. num.4.* Nam contrarium elicitur tam ex dispositione dd. testium, qui apertè dicunt d. Lucatellum rationem bancariam sub nomine dd.q.Ioannis Rotuli, & Lucatelli in Vrbe exercuisse, pluresque iuuenes in ea retinuisse, librosque à mercatoribus rationis bancariæ fieri solitos nempe librum magistralem, quaderni capsæ, introitus, & exitus, quaderni cambiorum, & similium confecisse pariter ac retinuisse, omniaque egisse, quæ mercatores publicum negotium in Vrbe exercentes agere solent, quam etiam ex qualitate plurium negotiorum, quæ in d. ratione bancaria idem Lucatellus exercebat, cum ipse vltra prædicta litteras, & ordines subscriberet, solutionem litterarum cambii promitteret, soluceret (vt dicitur) per lista, ipsasque listas subscriberet, aliaque similia peragerer, quæ omnia suadent ipsum non fuisse priuatum negotiatorem rationis fundacariæ, sed publicum mercatorem rationis bancariæ, qui saltem ex generali consuetudine tenentur libros eiusdem rationis conficere, eosque confectos custodire, vt post *Iacob.Butriger. & alios in l.1.C.de eden.dixit Rot. coram Buratt.dec.348.num.1.* hancque esse communem opinionem ex *Dec.in c.1. n.111.& ibid.n.50.de probat.*

Et ità vtraque &c.

VICEN. PORTIONIS.

Veneris 18. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Vt sit locus absolutioni à censuris latis in Curia quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio non datur à censuris in Curia latis nisi docto de paritione.*
2 *Declarationi Sac. Congregationis Concilij sine discussione Rota deferre solet.*
3 *Confirmatio continens facti tenorem dicitur ex certa scientia, habetque vim nouæ concessionis.*
4 *Declaratoria non est relaxanda ante liquidationem.*
5 *Intellige si debitor offert iulium vnum cum obligatione soluendi residuum.*
6 *Protestatio cum petitione liquidationis sine oblatione, & obligatione soluendi non excusat à contumacia.*
7 *Liquidatio quantitatis, vel frustum etiam à solito facta dicitur.*

DECISIO DXXXII.

FEL. rec. Clemens Octauus ex fructibus Ecclesiæ Regularis S. Ioannis de Abbatissis Vicen. quam secularizauit, quinque dignitates erexit, nempe tres in Ecclesia Cathedrali Barchinonen. aliam in Cathedrali Gerunden. & alteram in Cathedrali Vicen cum onere prestandi portionem Canonicalem singulis Canonicis, & Beneficiatis eiusdem Ecclesiæ Sancti Ioannis, qui adita Sac. Congregatione Concilij Tridentini obtinuerunt inter alia declarari d. portionem Canonicalem sibi deberi in pane, & vino, ac Breui desuper expedito, eoque coram A.C. exequutore producto, mandatum de immittendo in quasi possessionem exigendi d. portionem Canonicalem contra dd. dignitates, & successiuè declaratoriam censurarum ob non paritionem reportarunt. A qua declaratoria cum dd. dignitates appellassent, & causam mihi cõmitti obti-

obtinuissent. Dubitaui, an illis esset danda absolutio, & DD. negatiuè responderunt.
1 Quia cum dd. censuræ latæ sint in Curia, & appareat illas validè, & iustè fuisse relaxatas, non est concedenda absolutio, nisi docto de paritione, *Seraph. dec. 432. num. 2. Rota decis. 629. num. 3. par. 3. recent. & in Leodien. Canonicatus coram Blanchetto apud Farinac. cons. 68. nu. 18. & 26. in fin. lib. 1.*

Validitas non controuertitur, eaque probatur ex actorum renolutione Iustitia verò liquet ex declaratione Sacræ Congregationis
2 Concilij mandantis Canonicis, & Beneficiatis d. Ecclesiæ Sancti Ioannis deberi d. portionem Canonicalem in pane, & vino, cui declarationi Rota absque alia discussione deferre solet, *Caual. dec. 627. num. 3. Rota dec. 154. n. 3. par. 5. rec.*
3 Iuncta præsertim confirmatione Sanctissimi, qui inserto toto tenore declarationis eam confirmauit, ac per Breue A. C. directum exequi mandauit, quo casu confirmatio dicitur facta ex certa scientia habetque vim nouę concessionis, *Rot. dec. 166. num. 4. & seqq. & dec. 292. n. 6. par. 8. rec.*
4 Non obstat vnicum obiectum desumptum ex eo, quod non præcesserit liquidatio quantitatis panis, & vini, in qua d. portio esset præstanda, ac propterea cessauerit contumacia dd. dignitatum sine qua non potuit contra eas relaxari declaratoria, *Rot. in Corduben. Decimarum 27. Ianuarij 1595. coram Seraphino, & in Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta, & Nouarien. Decimarum 16. Ianuarii 1606. coram Lancellotto.* Quia cum dd. dignitates essent iam condemnatæ ad præstationem d. portionis in pane, & vino, sicque certum esset illam deberi, potuit A. C. relaxare simpliciter declaratoriam contra easdem dignitates d. præstationem soluere recusantes, etiamsi quantitas d. portionis non esset liquidata, quia dd. dignitates ad euitandam earum contumaciam te-
5 nebantur comparere coram A. C. & offerre aliquam panis, & vini quantitatem, quantumuis modicam cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione, sicque onus eiusdē liquidationis transferre in Canonicos Actores si quid amplius prætenderēt iuxta doctrinam, *Angel. in l. 4. §. ait prætor, ff. de re iudic.* quam in his terminis amplexa fuit *Rota in Dertusen. Decimarum coram Lugdunen. post Marchesi. de commiss. par. 1. fol. 675. n. 2.*
6 Nec releuare visum fuit quod prædictæ dignitates protestatæ fuerint coram A. C. non posse deueniri ad aliquam sententiam super dicta portione panis, & vini, nisi facta eius liquidatione, quam etiam fieri petierunt, ac proinde cessauerit earum contumacia iuxta *Acchill. dec. 1. de sent. excom. & in Cæsaraugustana distributionum 13. Ianuarij 1634. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quia cum d. protestatio cum petitione liquidationis facta fuerit simpliciter sine vlla oblatione d. portionis, saltem in aliqua quantitate quamuis minima, ac sine obligatione soluendi eam quantitatem, quæ liquidata fuisset, non visa fuit excusare dd. dignitates ab earum contumacia, sed opus erat eas aliquid realiter offerre, ac pro residuo se obligare facta liquidatione, sicque proprium debitum agnoscere ex supra allegatis.

Sed visa fuit cessare difficultas ex testibus, alijsque iuribus datis in Summario Capituli, ex quibus apparet d. portionem respectu panis in certo pondere, & respectu vini in certa mensura, in quadam mansione eiusdem Ecclesiæ conseruari solitis (quæ libra panis, & iusta vini nuncupantur) consistere, eamque singulis Canonicis, & Beneficiatis eiusdem Ecclesiæ, dum illa esset in statu regulari præstari consueuisse. Vnde cum agatur de præstatione d. portionis facienda in partibus, vbi alias in certa quantitate illa præstari consueuit, dd. dignitates ad euitandam contumaciam tenebantur d. portionem in huiusmodi pondere, & mensura taliter qualiter, vel iuxta solitum offerre, non autem illam prætextu assertæ li-
7 quidationis simpliciter denegare, cum liquidatio quantitatis, vel fructuum etiam à solito facta dicatur, *Caual. dec. 17. num. 1. & dec. 586. n. 2. Rot. dec. 479. n. 1. par. 2. recen.*

Et ita vtraque &c.

ELBOREN. FRVCTVVM.

Mercurij 23. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus nulliter quibus casibus faciat fructus suos.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ sunt conformes si vna confirmat alteram, omnesque conueniant in substantia.*
2 *Censuræ nonnisi in subsidium relaxari debent.*
3 *Citatio personalis debet præcedere censuras.*
4 *Excommunicatus nulliter facit fructus suos.*
5 *Limita si non curet excommunicationem nullam declarari, & ab illa absolui.*
6 *Vel ante excommunicationem diuinis officijs interesse non consueuit.*
7 *Concordia, quæ non habuit effectum, non meretur attendi.*

DECISIO DXXXIII.

SVB die 16. Martij 1638. resolutum fuit constare de tribus sententijs Rotalibus conformibus ad fauorem Capituli Ecclesiæ Elboreñ prolatis quibus fuit pronunciatum Hieronymum Goueam Canonicum eiusdem Ecclesiæ tamquam excommunicatum ab A. C. ac publicè denunciatum ob non solutionē æris alieni sub obligatione Camerali in Vrbe contracti non fecisse fructus suos, nec distributiones quotidianas sui Canonicatus lucratum fuisse. Cui resolutioni dicto Hieronymo non acquiescente, & iterum hodie posita causa super ijsdem DD. in decisis perstiterunt.
1 Quia cum vna sententia alteram simpliciter confirmet, omnesque conueniant in substantia, negari non potest quin illę sint conformes

Thesaur. decis. 122. num. 7. & 8. Barz. decis. 38. n. 6. & latè Gratian. decis. Marcb. decis. 8. num. 3. & seqq. cum alijs in d. decis. relatis.

Non obstat obiectum hodie repetitum nimirum quod d. Hieronymus fuerit nulliter declaratus excommunicatus ab A. C. tam ex defectu diligentiarum, quæ requiri dicebantur pro facienda exequutione reali, vel personali
2 contra dictum Hieronymum ante declaratoriam censurarum, quæ nonnisi in subsidium relaxari debet, iuxtà dispositionem Sac. Conc. Tridentini *sess. 28. cap. 3. vers. in causis vero iudicialibus de reform. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 31. nu. 8. & cap. 33. num. 1. Gratian. discept. for. cap. 787. n. 2.*
3 Quam etiam ex defectu citationis personalis contra eumdem Hieronymum, quæ pariter dictam declaratoriam præcedere debuit, *cap. contingit el 2. de sent. excomm. Gratian. disceptat. for. cap. 559. num. 12. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 39. num. 143. & seq. Cassad. decis. 12. sub num. 2. versic. quoniam absque monitione de restript.* ac proinde d. Hieronymus priuari non potuerit fructibus, ac distributionibus quotidianis sui Ca-
4 nonicatus, cum nulliter excommunicatus faciat fructus suos, *Felin. in cap. Apostolica nu. 12. de except. Foller. in prax. crimin. par. 3. numer. 111. Monet. de distribut. quotid. par. 2. quæst. 18. numer. 34.* Nam omissa discussione dd. nullitatum, quæ nec etiam visæ fuerunt probari concludenter placuit responsio data in decisione quæ reuidetur, nimirum dictam conclusionem duas præcipue habere limitationes, quæ in præsenti
5 casu benè applicantur. Prima est quando nulliter excommunicatus non curauit huiusmodi excommunicationem nullam declarari, & ab illa absolui, quia tunc fructus Beneficij non facit suos, nec distributiones quotidianas recuperat, *Vgolinus cens. cap. 12. num. 4. quem refert, & sequitur Monet. de distrib. quotid. d. quæst. 18.*
6 *num. 35.* Secunda verò est quando nulliter excommunicatus ante excommunicationem, diuinis officiis interesse non consueuit, *Felin. in d. cap. Apostolica num. 12. vers. quod consonat de except. Foller. d. par. 3. num. 111. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 82. num. 15. Monet. de distribut. dicta quæst. 18. num. 36.*

Vnde cum in proposito dictus Hieronymus esto quod esset nulliter excommunicatus non curauerit dictam excommunicationem nullã declarari, seque ab illa absolui, nec minus doceat se ante excommunicationem diuinis officiis interesse consueuisse, benè sequitur, ipsum vti excommunicatum, ac publicè denunciatum non posse suos facere fructus Beneficij, ac distributiones quotidianas lucrari, sed illis omni iure esse priuatum, *cap. Pastoralis §. verum, & ibi DD. de appellat. Garz. de benefic. par. 7. cap. 13. num. 90. Rota decis. 8. num. 10. de sent. excomm. cum alijs relat. in decisionibus in ista causa factis.*

7 Nec obstare visa fuit asserta concordia inita de anno 1633. inter dictum Capitulum, & Hieronymum, cum cessione litis, de qua agitur, quia vltra responsiones datas pro parte Capituli cum vtraque pars hanc litem deinde prosequuta fuerit satis apparet assertam concordiam non habuisse effectum, quæ proinde non meretur attendi, *cap. relatum de Clericis non residen. Menoch. cons. 1092. num. 11. in fin. Calderin. cons. 12. de iurepatronat. Put. decis. 136. num. 3. lib. 3. in correct.*

Et ita vtraque &c.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Veneris 1. Aprilis 1639.

Argumento, & Summario non indiget.

DECISIO DXXXIV.

SENTENTIAS Rotales, quibus fuit pronunciatum Ioanni Echariz non competere immissionem in quasi possessionem Beneficij, de quo agitur, vigore subrogationis gratiosæ in iuribus q. Thomæ vltimi possessoris de mense Augusti 1630. extra Romanam Curiam defuncti dixerunt DD. esse confirmãdas cum earum validitas appareat ex actorum reuolutione. Iustitia verò liqueat ex pluribus, fundamentis luculenter deductis in decisionibus sub die 2. Maij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & sub die 17. Martij 1638. coram R. P. D. meo Ghislerio in locum d. bo: me: Motmanni suffecto emanatis, contra quas informantes pro dicto Ioanne nihil hodie deduxerunt.

Non obstant ea quæ opponebantur contra duas decisiones coram me sub diebus 5. Decembris anni præteriti, & 25. Februarij huius anni pro denegatione remissoriæ ab eodem Ioanne petitæ ad probandum beneficium, de quo agitur, esse de Iurepatronatus familiæ de Loyola, quoniam vltra quod illa non visa fuerunt euertere fundamenta dd. decisionum sunt contra dubium quod hodie positum fuit.

Et ita &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Confessio administratoris quod restituerit pecunias a se administratas eum non liberat à reddittione rationis, si alibi de dicta restitutione non constet.

SVMMARIVM.

1 *Administrator tenetur reddere rationem de administratis.*
2 *Confessio emanata in iudicio criminali contra confitentem probat etiam in iudicio ciuili.*
3 *Confessio indiuidua debet, vel in totum reijci, vel cum qualitate adiecta acceptari.*
4 *Confessio quæ habet contra se iuris præsumptionem potest in parte tantum acceptari.*

DE-

DECISIO DXXXV.

A. C. tulit sententiam qua pronunciauit Ioannem Baptistam Tiberium teneri restituere Ludouico Mazzæ, & Felici Autonio consocijs scut. 500. aut de illis rationem reddere, quam sententiam in gradu appellationis DD. me proponente dixerunt esse confirmandam vti validam, & iustam.

Validitas namque constat ex actorum reuolutione, Iustitia verò ex eo, quia cum dictus Tiberius vti consocius dd. Ludouici, & Felicis receperit ab eis dd. scuta 500. pro capitali societatis animalium inter eos initæ, curamque, & administrationem d. societatis sibi demandatam exercuerit vtique tenetur, vel restituere dd. scuta 500. vel de illis rationem
1 reddere cum quilibet administrator ad huiusmodi redditionis rationem teneatur, *iuxta l. 1. §. ex officio, ff. de tutel. & ration. distrah.* quam habere locum in quocumque administratore, firmant *Dec. cons. 464. in princip. Ruin. cons. 29. numer. 10. cum seq. lib. 5. Boer. decis. 89. num. 1. Ludonic. decis. Perus. 4. num. 3. Gratian. disceptat. 760. num. 1. & 2.*

Quod autem dictus Tiberius receperit dd. scut. 500. ac fuerit administrator d. societatis satis constare visum fuit ex eius propria confessione, qua apertis verbis profitetur se fuisse seruum dd. Autonini, & Felicis recepisse dd. scut. 500. animalia societatis vendidisse, ac pretium exegisse, *vt in Summ. num. 2.* quæ confes-
2 sio licet emanauerit in iudicio criminali coram eodem A. C. nihilominus contra eundem Tiberium confitentem probat etiam in hoc iudicio ciuili, *Bart. in l. 2. §. 1. num. 8. ff de vi bon. rapt. Florian. in l. seruus, §. si dolo col. fin. versic. contra, ff. ad l. Aquiliam, Salicet. in l. si quis ad se fundum num. 25. C. ad l. Iul. de vi publ. Ruin. consil. 4. num. 5. vol. 4. Mascard. de probat. concl. 351. num. 3.*

Non obstat, quod in eadem confessione d. Tiberius dicat se pecunias ex dicta societate redactas restituisse Nicolao Benedicto creditori eiusdem societatis de ordine, ac manda-
3 to dd. Antonini, & Felicis consociorum, ac propterea d. confessio tamquam indiuidua debeat, vel in totum reijci, vel cum qualitate dictæ restitutionis acceptari, *iuxta decis. Surdi 250. num. 4.* Quia cum nullibi appareat de dicta restitutione, & multo minùs illam fuisse factam de mandato, & ordine dd. Antonini, & Felicis; quinimò talis restitutio detegatur inuerisimilis, præsertim ex eo quod illa non iustificatur per exhibitionem quietantiæ, quam d. Tiberius verisimiliter reportasset si dd. pe-
4 cunias reuera dicto Nicolao restituisset dicta confessio visa fuit diuisibilis, sicque posse acceptari in ea parte quæ fauet Ludouico & Felici reiecta qualitate dictæ restitutionis, quæ aliunde non probatur, ac præsumptionem contra se habet. *Idem Surd. d. decis. 250. numer. 4. Rota coram Gregor. XV. decis. 92. num. 8. & ibi Add. num. 10. & decis. 351. num. 18. & decis. 458. nu. 8.*

Et ita vna tantum parte informante resolutum fuit.

APRVTINA, SEV NVLLIVS IVRISDICTIONIS.

Veneris 8. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Manutentio Iurisdictionis in locis infra Diœcesim positis datur Episcopo, quando concurrunt actus possessorij, licet eius iuris assistentia reddatur turbida. Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 29. de reformat. §. ad hæc adimpleri non potest per æquipollens.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super iurisdictione locorum existentium intra fines suæ Diœcesis.*

2 *Manutentio datur Episcopo pro iurisdictione locorum suæ Diœcesis ob iuris assistentiam quam habet.*
Quod fortius procedit si cum iuris assistentia concurrat actuale exercitium num. 3.

4 *Manutentio non debetur Episcopo pro iurisdictione locorum suorum quando à collitigante redditur turbida eius iuris assistentia.*
Fallit quando cum assistentia concurrunt actus possessionis, num. 5.

6 *Possessio Abbatis exercendi iurisdictionem contra Episcopum non releuat, nisi probata immemorabili, & per sententiam in iudicatum transactam canonizata, & num. 7.*

8 *Concilij dispositio non potest per æquipollens adimpleri.*

9 *Episcopi confessiones non præiudicant Ecclesiæ, & multo magis emanatæ ab vno, eodemque Episcopo, & cum omnes non sint ab eo subscriptæ.*

10 *Immemorabilis per sententiam in iudicatum transactam canonizata requisita à Concilio sess. 24. cap. 29. de reformat. Non dicitur probata stante declaratione Sac. Congregationis Concilij, quia etsi habeat vim sententiæ, nunquam transiuit in iudicatum.*
Amplia quando declaratio ex vi clausulæ in illa adiectæ resoluitur in simplex monitorium, nu. 11.

12 *Poss. de manut. obseru. 45. num. 30. declaratur.*

DECISIO DXXXVI.

POSTQVAM tribus decisionibus prima sub die 17. Iunij 1626. coram bo: me: Remboldo, altera sub die 14. Maij 1632. ac tertia sub die 5. Maij 1636. coram me firmatum fuit loca Murci, Musciani, & Notareschi sita esse intra fines Diœcesis Aprutinæ; Dubitaui sub die 18. Martij 1637. An D. Episcopo Aprutino dandum esset mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi iurisdictionem in eisdem locis, & DD. ad fauorem eiusdem Episcopi tunc informantis affirmatiuè responderunt, sed pluries deinde posita causa super iisdem atque, informante etiam D. Abbate B. Mariæ de Propezzano qui dd. loca sibi esse subiecta prætēdit eaq; maiori distinctione discussa, quoad causas matrimoniales, & criminales licentiam concionandi, approbatio-

nem

nem Confessariorum, litteras dimissorias, & similia, in decisis persliterunt, quo veró ad causas ciuiles mandasse particulariter videri.

Nam quoad primã partẽ resolutionis attinet res visa fuit carere difficultate, quia cum loca, de quibus agitur, sint intra Diœcesim Aprutinam, vt liquet ex iuribus, ac testibus D. Episcopi ponderatis in prædictis decisionibus quę iuxta Rotæ stylum in hac disputatione supponi debent, & in controuersiam deduci non valent, vtique Episcopus habet intentionem fundatam in quasi possessione exercẽdi huiusmodi iurisdictionem in dd. locis intra fines suæ Diœcesis existentibus ex dispositione ne-
1 dum iuris communis, *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. conquerente de offic. iud. ordin. sed etiam Conc. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform. matr. in §.*
2 *ad hæc*, Ob quam iuris assistentiam eidem Episcopo in iurisdictionalibus debetur manutentio, *Seraph. decis. 1449. num. 1.* vbi dicitur quod Rota hanc opinionem semper amplexa fuit, *& decis. 273. num. 1. & decis. 382. num. 1. & decis. 439. num. 2. & decis. 501. num. 1. par. 2. recent. Add. ad decis. Greg. XV. 312. num. 4. & ad decis. Buratt. 219. litt. A. idem Buratt. decis. 451. num. 2.*
3 Eoque magis cum vltra d. iuris assistentiam concurrat actualẽ exercitium eiusdem iurisdictionis, vt constat ex iuribus, ac testibus ponderatis in aliis decisionibus *Rota d. dec. 273. n. 2. & decis. 501. n. 2. & decis. 382. nu. 6. par. 2. recent.*
4 Non obstat, quod assistentia iuris pro D. Episcopo ponderata reddatur turbida ex iuribus, ac testibus pro D. Abbate examinatis, quo casu iuris assistentia non suffragatur pro manutentione, *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 11 num. 18. Seraphin. decis. 1278. num. 8. Gregor. XV. d. decis. 312. num. 3. vbi Adden. num. 4. vers. limitatur Rota decis. 8. num. 21. par. 5. recent. Adden. ad Buratt. d. decis. 219.* Nam vltra quod suppositis prædictis decisionibus super situatione locorum assistentia iuris pro Domino Episcopo remaneret indubitata obiectum procedere posset vbi Episcopus niteretur sola iuris assistentia, secus autem quando, prout hic,
5 cum illã concurrunt etiam actus possessorij, quia tunc Episcopo possidenti datur manutentio etiamsi iuris assistẽtia sit turbida, *Rot. d. dec. 382. n. 5. par. 2. rec. Add. ad Greg. d. dec. 312. n. 4. vers. limitatur inter alia, Seraph. d. dec. 1437. n. 1.*

Non obstat quasi possessio D. Abbatis exercendi huiusmodi iurisdictionem in eisdem locis. Quoniam ex dispositione S. Concilij Tridentini *d. sess. 24. cap. 20. de reformat. vers. ad hæc*, talis possessio non releuat nisi probetur immemorabilis, eaque per tres conformes, vel per vnam saltem in iudicatum transactam sit canonizata, adeóut interim Episcopus sit manutenendus, vt alias declarauit Sac. Con-
6 gregatio eiusdem Concilij, eiusque declarationem amplexa fuit *Rota in Theatina Iurisdictionis de Assisa 26. Ianuarij 1618. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Marsicana Iurisdictionis 17. Maij 1607. coram Manzanedo confirmata in decis. 248. num. 1. par. 2. recent. & in Baren. Iurisdictionis coram Reuerendissimo D. meo Decano relata decis. 273. par. 2. & decis. 491. num. 11. par. 1. recent.*

Non obstant testes pro D. Abbate examinati deponentes Abbates pro tempore huiusmodi iurisdictionem in dd. locis ab immemorabili exercuisse. Nam quidquid sit an immemorabilis sit legitimè probata, nec hæc cum ex Concilio Tridentino copulatiuè requira-
7 tur immemorabilis, quodque illa sit vt supra canonizata, vnum sine altero non suffragatur, nec per consequens D. Episcopi manutentionem impedire valet.

Nec obstat, quod dicatur assertam immemorabilem fuisse sufficienter iustificatam ex nonnullis confessionibus Episcopi asserentis dd. loca esse nullius Diœcesis. Tum quia, cum ex dispositione S. Concilij pro canonizatione immemorabilis requirantur tres sententiæ, vel vna in iudicatum transacta, illa non
8 potest per æquipollens adimpleri, vt in proposito similis dispositionis Sac. Concilij firmat *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 18. num. 80. & seq. Rota decis. 199. num. 4. par. 4. diuers. & decis. 184. num. 8.*
9 vbi quod assertiones Episcopi non sunt æquipollentes *par. 1. recent.* Tum etiam quia confessiones Episcopi non præiudicant Ecclesiæ, *Seraph. decis. 1417. num. 8. Rota d. decis. 382. num. 8. par. 2. recentior. & fuit dictum in Marsicana Iurisdictionis impress. apud Modern. Perus. in tract. de manut. decis. 64. numer. 9. & 12. & decis. 321. numer. 2. & 4.* Eoque minus cum omnes dd. confessiones emanauerint ab vno eodemq; Episcopo, nempe Iacobo Siluerio de Piccolominibus, neque omnes sunt ab eo subscriptæ, sed earum nonnullæ ab eius Vicario, qui multo minus potuit Ecclesiæ præiudicare. Tum etiam quia dd. confessiones non concludunt immemorabilem à Concilio requisitam, sed simpliciter enunciãt loca cõtrouersa esse nullius Diœcesis, quod tamen nõ nocet, cum in potestate Episcopi non sit statum suæ Ecclesiæ mutare.

Minùs pro canonizatione d. immemorabi-
10 lis visa fuit suffragari quędam declaratio Sac. Congregationis eiusdem Concilij, vsque de anno 1583. emanata, in qua dicitur quoad causas criminales, & matrimoniales non esse molestias inferendas Abbati tunc Commendatario B. Mariæ de Propezzano. Nam esto quod d. declaratio vim haberet sententię cum emanauerit in Consistorio Principis, quod ipsa S. Congregatio repræsentat, non constituit rem iudicatam ab eodem Concilio vt supra requisitã, nam sententiæ latæ in Concistorio Principis in iudicatum nõ transeunt cũ Princeps possit eas quandocumque reuocare, prout passim videmus in eadem S. Congregatione vsum receptum, *Bald. in l. rescripta volum. 2. C. de prec. Imp. offer. Abb. consf. 209. num. 29.*

Idque facilius procedere visum fuit in præsenti casu, cum dicta declaratio habeat in ventre clausulam (& si quid fortasse aduersus ea, quæ proponuntur in facto deducere voluerit Sac. Congregatio rescribet) quæ operatur vt
11 Episcopo deinde comparente, prout comparuit, d. declaratio resoluatur in simplex monitorium, vt in simili dixit *Rot. coram Greg. XV. decis. 105. num. 8. & coram Vrgell. decis. 146. num. 6.*

Quod etiam comprobauit euentus cum Episco-

Episcopus deinde comparuerit in eadem Sac. Concilij Congregatione quæ (causa deinde auditis partibus discussa) eam tandem ad Rotam remisit.

Non obstat, quod res iudicata non requiratur quando aliunde ius Ordinarij inferioris est notorium. *Modern. Perus. d.tractat. de manutent. obseru.45. num.30.* Nam vltra quod ius noto-
12 rium D. Abbatis ex prædictis nequaquam probari visum fuit eius opinio aliqua ratione non nititur, sed auctoritate dumtaxat nonnullarum Rotæ decisionum, quæ loquuntur in casu quo solum res iudicata, non autem quando vltra illam etiam immemorabilis ex forma Concilij requiritur.

Et ità vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 8. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

In Venditione facta reseruatio dominij vsque ad integram pretij satisfactionem impedit immissionem in Saluiano contra creditorem emptoris, istaque dominij reseruatio in contractu emptionis, etiam de iure inesse censetur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non intrat super re cuius dominium venditor sibi reseruauit.*

2 *Reseruatio dominij facit venditionem transire in contractum locationis, & num.3.*

3 *Gabella non debetur ex venditione facta cum reseruatione dominij.*

4 *Dominium rei venditæ etiam nullo pacto interueniente non poiest in emptorem transire nisi pretio soluto, & num.15.*

5 *Emptor pro rata pretij non soluti dominium rei emptæ non acquirit.*

6 *Pactum reseruationis dominii operatur illud idem, quod ius commune disponit.*

7 *Expressio eius quod de iure inest nihil amplius operari potest.*

8 *Pactum reseruationis dominii videtur repugnare naturæ contractus emptionis, & venditionis.*

Emptionis, & venditionis natura est quod vendens si est Dominus transferat dominium in emptorem, num.8.

9 *Pactum reseruationis dominii si est conceptū in perpetuum non valet, secus si temporaliter donec, pretium soluatur, & num. seqq.*

12 *Venditor si pro satisfactione pretii obtinuit rem venditam subhastari, non sibi praeiudicat quoad dominii reseruationem, si de illo protestatus fuit.*

13 *Venditor vigore reseruationis dominii potest experiri per viam subhastationis rei venditæ.*

14 *Contractus venditionis non dicitur ipso iure resolutus, etiam pretio statuto tempore non soluto, si ad pretii solutionem actum fuit.*

15 *Venditionis natura est vt dominium non transferatur ante solutionem pretii.*

16 *Reseruatio dominii non operatur pro rata pretii soluti. Fallit, vt num. seqq.*

17 *Dominium de iure in emptorem non transfertur, nisi integro pretio soluto.*

18 *Saluianum exceptione melioramentorum an retardetur, & quando.*

DECISIO DXXXVII.

DE Anno 1626. Archihospitale S. Spiritus in Saxia de Vrbe vendidit Pompeio Parlato domum positam in Regione Transtyberim in platea S.Ruffinę pretio scutorum 3000. monetæ soluendorum infra biennium cum reseruatione dominij, & hypothecæ donec, & quousque de eodem pretio esset integrè satisfactum, ac reseruato etiam beneplacito Sedis Apostolicæ, biennio elapso, cum Perlatus medietatem d. pretij tantummodò soluisset, & propterea remaneret adhuc debitor alterius medietatis Archihospitale pro dicto residuo obtinuit mandatum exequutiuū contra ipsum, quod fuit executum super dicta domo, quæ postea fuit subhastata, ac deliberata Hieronymo Battaglino pretio scutorum 3100. quorum pars fuit soluta Archihospitali pro residuo dicti pretij, reliquum vero fuit depositatum penès sacrum Montem Pietatis ad creditum Pompeij, Battaglinus verò postea eandem domum cessit Archihospitali à quo deinde fuit iterum vendita Vrso Pullarolo, contra quem Aemilius Plattus, Ioannes Antonius Pisentes, & Ioseph Baua asserti creditores Parlati primi emptoris in scut. 5347. insurrexerunt, & Saluianum interdictum super eadem domo intentarunt; Quare Archihospitale eiusdem Battaglini necessarius defensor litem in se suscepit. Vnde commissa mihi causa proposui dubium, An intret Salnianum ad fauorem dd. creditorum DD. negatiuè responderunt, quia cum Archihospitale vendiderit domum Parlato reseruato sibi dominio, donec integrum pretium fuerit solutum, non potest intrare Saluianum super
1 re cuius dominium erat ipsius Hospitalis, *Put. decis.232.in princip.lib.3. secundum nouissimam impressionem, Card. Seraph.decis.787. num.5. Buratt. decis.115. num.4.*

Dominium autem fuisse Archihospitalis clarè apparet, quia propter dictam reseruationem dominij illud semper remansit penès
2 venditorem non soluto pretio, & reseruatio ista operatur, quod venditio huiusmodi valeat in vim contractus locationis, *l. cum manu sata 80. in fin. ff. de contrab. empt.* & quod in locationem resoluatur *Magon. decis.Lucen.31.n.9. & decis. Florent.91. num.8. & decis.92. numer.12. decis.157.num.3. & decis.308.num.39. vers. sequitur, Azeued. cons.32. num.11.* qui dicit ex huiusmodi
3 contractu non deberi gabellam, quoniam non est venditio, sed locatio, *Alex.in addit.ad Bart.in l. fanciraus 4. C.de consulibus lib.12. Gomes.variar.tom.2.cap.2.num.30. Rota in Romana Vineæ 14.Maii 1636. coram R.P.D.meo Pirouano.* Imò etiam cessante ista reseruatione expressa adhuc

adhuc dominium non censeretut abdicatum
ab Archihospitali cum dominium rei vendi-
tæ etiam absque aliquo pacto nunquam tran-
4 seat in emptorem, nisi per eum fuerit solutum
pretium, *l. quod vendidi 19. ff. de contrah. empt. §. vendita instit. de rer. diuis. Specul de act. & petit. §. sequitur num. 24. ad med. vers. secundum pretium*, ita
vt non sufficiat illud pro parte solui cum
5 etiam pro rata pretij soluti dominium non
dicatur acquisitum, *Bart. in l. fistulas 18. §. qui fundum, ff. de contrah. empt. Alex. cons. 121. num. 1. lib. 4. & cons. 17. in fin. vers. & licet dd. conductores lib. 4. Ruin. consil. 66. num. 7. lib. 4. Surd. decis. 220. num. 12. Tiraq. de retract. conuen. §. fin. num. 71.* vbi
alios refert *Rota decis. 107. num. 5. par. 3. Adden. ad Greg. XV. decis. 347. num. 18. & fuit dictum in causa Romana Palatij 4. Martij 1628. coram R. P. D. meo*
6 *Pirouano*, & huiusmodi pactum continere illud
quod ius commune dicit, *Abbas cons. 69. num. 1. in fin. lib. 1. Surd. d. decis. 220. num. 13.* vbi quod
7 eius expressio nihil † operatur tanquam pre-
tium sit naturale, *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. num. 13.*

Non obstat, quod natura venditionis sit,
quod vendens, si est Dominus transferat do-
minium in emptorem, & propterea ista reser-
8 uatio dominij videatur repugnare naturæ con-
tractus emptionis, & venditionis, quæ requirit
dominij translationem, *d. l. cum manu sata, ff. de contrah. empt.* Quia distinguendum est, quod aut
tale pactum, & reseruatio fit cum hac lege, vt
9 dominium remaneat perpetuo penes vendi-
torem, & tunc non valet, quia repugnat na-
turæ contractus emptionis, & venditionis, &
ita procedit, *text. in d. l. cum manu sata, ff. de contrah. empt.* aut disponitur temporaliter vt do-
minium remaneat penes venditorem quous-
10 que pretium soluatur, & tunc valet, & non
repugnat naturæ contractus, *ita Bald. in rubr. C. de contrah. empt. quæst. 13. Corn. cons. 297. vol. 5.*
11 quod pactum temporale donec pretium fue-
rit solutum benè conuenit naturæ contractus,
vt dominium non transeat ante pretij solutio-
nem, *l. quod vendidit, C. de contrah. empt. cum alijs supra allegat.*

Non obstat, quod Archihospitale egerit
pro satisfactione residui pretij per viam sub-
hastationis contra domum istam tanquam cō-
tra rem debitoris, quia vltra quod subhastatio
fuit facta cum protestatione expressa, & reser-
12 uatione iurium Archihospitalis propter quā
non intellexit abdicare à se domum nisi post-
quam integrè domus solutum esset pretium,
Calder. cons. 8. vers. nō obstat de regul. Alex. cons. 190. num. 22. vers. non obstat sextum lib. 2. licet Archi-
hospitale potuisset sibi præiudicare circa rei
13 vendicationem eligendo viam subhastationis
non tamen sequitur, quod non potuerit vi-
gore reseruationis dominij experiri p viā sub-
hastationis, vt declarat *Manent. cons. 129. num. 7.*
vbi dicit quod non soluto pretio in tempore
14 statuto contractus non potest dici resolutus
ipso iure ex reseruatione dominij si fuit actū
ad solutionem pretij, idem dicitur *in dec. 267. & decis. 281. penes Pacif. secundum vlt. impressionem*,
& in omnem euentum vbi etiam Archiho-
spitale malè egisset curando subhastari domū
non ideo sequitur, quod non soluto integrè
pretio fuerit translatum dominium in Parla-
tum, itaut intret hypotheca ad fauorem cre-
ditorum, cum natura venditionis sit, vt non
15 transferatur dominium ante solutum pretiū,
Surd. cons. 101. num. 12. & decis. 220. num. 11. cum alijs supra alleg.

16 Non obstat, quod reseruatio dominij non
debet operari pro rata pretij soluti, *Socein. iun. cons. 16. num. 2. vol. 4. Manent. cons. 129. num. 42. Cyriac. cons. 55. num. 9.* Tum quia pactum est in
contrarium. Tum quia de iure est etiā, quod
17 nonnisi soluto integro pretio acquiratur do-
minium emptori, *ex Tiraq. Surd. & alijs supra allegat.* Tum etiam quia Rota tenet contra-
rium, *vt in d. Romana Palatij coram R. P. D. meo Pirouano, & in alijs decisionibus supra relatis.*

Non obstat exceptio melioramentorum,
quia illa non sunt liquida, & Archihospitale
non recusat illa soluere facta liquidatione,
18 quare illorum respectu excluditur Saluia-
num, *Crauett. cons. 298. num. 16. vers. 3. Rota decis. 228. num. 3. penes Cene. de censib. in addit. Caual. decis. 682. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

ALBANEN. VINEÆ.

Veneris 11. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Ex duabus factis donationibus rei emphyteuticæ, quarum prima consensum Domini directi non habuit secunda vero sic præfertur primæ.

SVMMARIVM.

1 *Venditionis titulus est vnus ex modis transferendi domnii.*

2 *Donatio rei emphyteuticæ facta reseruato beneplacito Domini directi eo non obtento non valet.*

3 *Consensus Domini directi in alienatione rei emphyteuticæ reseruatus cum clausula, quatenus opus sit, non vitiat alienationem etiam si non sequatur quoties iste necessarius non erat, ibidem.*

4 *Consensus Domini directi non requiritur in donatione rei emphyteoticæ.*

Dummodo talis donatio iuribus ipsius non præiudicet, ibidem.

Contra num. 5.

6 *Consensus Domini directi non requiritur ad effectum validitatis donationis rei emphyteoticæ.*

Sed solum ad effectum, vt donatarius possit capere possessionem, ibidem.

7 *Donatio rei emphyteoticæ secundo loco facta præualet primæ. Si secundus Donatarius obtinuit consensum, & accepit possessionem ante primum, ibidem.*

8 *Donatio secunda facta sub conditione si prima non valuerit, non subsistit prima valida existente.*

DE-

DECISIO DXXXVIII.

VINEA, de qua agitur, sita in Territorio Albani in loco nuncupato la Valle del pozzo, fuit de anno 1599. à q. Marinerio donata Petro Allegro, deinde ab eodem fuit de anno 1605. donata secunda vice Septimio Petrello. Orta controuersia inter Lucretiam filiam, & hæredem Septimij secundi donatarij, & DD. de Guelphis, qui emerunt vineam à Petro primo donatario, & Ven. Ecclesiam Beatæ Mariæ Monserrati causam habentem à Guelphis fuit datum dubium, cui esset dandum mandatum de manutenendo, quo sub die 5. Iulij 1638. proposito fuit rescriptum vt videretur de bono iure, de quo hodie ad fauorem dd. de Guelphis, & Ecclesiæ constare DD. resoluerunt. Quia cum Donatus Marinerius ad quem spectabat hæc vinea, quod nõ controuertitur inter partes de anno 1599. illam donauerit Petro Allegretto, & Petrus illã de anno 1605. de consensu, & cum interuentu eiusdem Marinerij, qui in donatione fructus Vineæ sibi reseruauerat sua vita durante, vendiderit Guelphis à quibus de anno 1606. solutum fuit Domino directo laudemium, satis videtur constare de bono iure dd. de Guelphis
1 & per consequens Ecclesiæ, attento d. titulo venditionis, qui est vnus ex modis transferendi dominium, §. *vendita instit. de rer. diuis. Verall. decis. 281. par. 1.*

Non obstat, quod in donatione facta Petro fuerit reseruatum beneplacitum DD. de Sabellis Dominorum directorum, quod non
2 fuit à Petro obtentum, & propterea el donatio suffragari non valeat, *Facchin. contron. lib. 3. quæst. 97. vers. contrarium, Loffred. consil. 17. 55. & 56. Greg. XV decis. 192. num. 1. vbi Adden. num. 3.* Quia hoc forsan procedere posset si dictum beneplacitum fuisset reseruatum simpliciter, vt declarat *idem Loffred. d. cons. 17. num. 56. versic. nam retenta,* vel cum clausula, *nec alias &c.* pro vt in casu decisionis Gregorij, sed cum fuerit
3 reseruatum cum clausula, quatenus opus sit, nec fuerit necesse illud obtinere, illius omissio non irritauit donationem factam Petro, vt in simili firmant *Bero. con. 51. num. 12. lib. 2. & consil. 14. num. 1. lib. 3. Honded. cons. 2. num. 56. & cons. 68. num. 11. lib. 2. Surd. cons. 186. num. 10. Rota decis. 381. num. 2. par. 1. diuers.*

Beneplacitum autem non fuisse necessarium patet, quia vltra quod non probatur istam Vineam esse emphyteuticam, recepta est sententia in donatione rei emphyteuticæ
4 consensum Domini directi non esse necessarium, dummodo talis donatio iuribus eiusdem Domini non præiudicet, *Ruin. consil. 161. num. 22. in princip. lib. 4. Corn. consil. 166. num. 29. lib. 2. Natt. cons. 114. post num. 18. lib. 4. Clar. in §. emphyteusis q. 15. Corbul. de caus. prin. ob alien. irrequis. dom. limit. 13. in princ.* qui omnes attestantur de magis communi, *gloss. in l. fin. verb. alyt C. de iure emphyt. & ibi Ias.* qui latè articulum examinat, & pro hac opinione plures DD. allegat, quam etiam *sub nu. 89. vers. primam verò,* magis communem profitetur, & quamuis
5 multi alij DD. teneant contrarium ex allegat. per *Guidopap. decis. 46. num. 1. & seqq.* Tamen distinguendum est, quod aut agitur de validitate donationis, & non est necessarius assensus Domini directi, & in hunc sensum est intelligẽda decisio Guidop. cum alijs per eum allegat. Aut agitur vt donatarius possit capere possessionem, & est necessarius, iuxta distinctionem, & conciliationem opinionum Iasonis
6 nis *in d. l. fin. num. 66. & seqq. C. de iur. emphit. quem sequuntur Clar. in d. §. emphyteusis q. 18. nu. 2. vers. 4. quod priusquam, Corbul. in d. tit. de caus. prin. ob alien. irrequis. dom. limit. 13. num. 5. idem Guidop. d. decis. 46. num. 2. vers. & credo quod ista sit veritas, Rota coram Greg. XV decis. 520. num. 2. & ibi Add.*

Non obstat, quod ante venditionem factam à Petro, Guelphis, Marinerius donauerit dictam Vineam Septimio Petrello patri Inghirauiæ, qui obtinuit consensum Domini directi, & cępit possessionem. Vnde dicta Inghirauia videtur præferenda Petro, qui nec
7 ceperat possessionem, neque obtinuerat beneplacitum Domini directi, vt dicit *Guidopap. d. decis. 46. in fine.* Quia respondetur donationem factam Septimio fuisse factam sub conditione, videlicet, quatenus alia dispositio per Marinerium forsan facta ex quouis capite nõ valeat, aut infringi, seu annullari possit, & nõ alias, & propterea cum donatio facta Petro valuerit etiam non obstante deficientia consensus Domini directi ex supradictis, sequitur quod secunda donatio facta Septimio non teneat, *Cost. de facti scient. & ignor. inspect. 28. num. 3. & seq. & de clauf. conuent. clauf. 108. nu. 1. Cephal. conf. 118. num. 14. Rel. à Vall. conf. 68. n. 34. lib. 4. Surd. conf. 143. num. 43. Farinac. consil. 122. num. 3. lib. 2.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA TVTELAE.

Veneris 27. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Mulier, & quicumque alius creditor habens generalem hypothecam omnium bonorum sui debitoris, licet possit agere contra debitores sui debitoris, attamen tenetur agere via ordinaria nisi concurrant tria quod principalis debitor fuerit condemnatus, quod facta sit excussio eiusdem debitoris, & quod debitor debitoris fateatur debitum, quibus concurrentibus datur via executiua.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro credito iurium dotalium habet obligata omnia bona viri.*
2 *Debitoris nomen venit sub generali hypotheca bonorum.*
3 *Creditor hypothecarius potest agere contra debitorem debitoris.*
4 *Creditor vt possit agere executiuè contra debitorem debi-*

debitoris tria requiruntur, primo quod principalis debitor fuerit condemnatus, secundo quod facta sit excussio eiusdem debitoris, tertio quod debitor debitoris fateatur debitum.

DECISIO DXXXIX.

CLARIX Ricciola vxor q. Francisci Bonetti obtinuit alias relaxari mandatum executiuum a primo Collaterali pro credito acconcij & lucri dotalis in summa scut. 875. contra bona & nomina debitorum d.q. Francisci sui Viri, pro cuius mandati executione egit coram Vrbis Vicario contra Thomam, & Antonium de Merlettis, vti debitores eiusdem Francisci occasione eorum tutelæ per ipsum administratæ, qui tamen sententiam absolutoriam reportarunt, à qua cum d. Clarix appellasset, & causam in Rota Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditori committi obtinuisset fuit primo resolutum sub die 27. Ianuarij 1612. libro tutelati d. q. Francisci vnde illius creditum contra dd. Merlettos desumebatur, esse fidem adhibendam, ac successiuè sub die 11. Maij eiusdem anni pro infirmatione d. sententiæ Vicarij responsum. Causa nunc reassumpta iterumque posita super resolutis sub d. die 11. Maij DD. in decisis perstiterunt.

1 Veræ siquidem visę fuerunt conclusiones in decisione firmatæ nimirum d. Claricem pro credito dd. iurium dotalium habere obligata omnia bona d. q. Francisci sui viri tam ex dispositione iuris communis, *l. 1. §. & vt plenius & ibi DD. C. de rei vxor. act. Negusan. de pign. 4. memb. 2. par. princ. num. 24. Surd. cons. 4. nu. 3.*
2 *& cons. 498. num. 1.* quam ex generali hypotheca omnium bonorum in Instrumento dotali specialiter adiecta, & sic etiam nomina debitorum eiusdem viri cum sub genrali hypotheca bonorum veniat etiam nomen debitoris, *l. 1. in princ. C. de rei vxor. act. l. nomen & ibi DD. C. quæ res pign. oblig. poss. Bald. cons. 238. in princ. lib. 2. Negus. de pign. 2. membr. 2. par. princ. n. 8. Surd. d. cons. 4. num. 3. Rot. dec. 681. num. 9. circ. med.*
3 *par. 1. rec.* ac propterea eandem Claricem vti creditricem sui viri posse agere contra suos debitores, cum creditor habens obligata nomina sui debitoris possit agere pro consecutione sui crediti contra debitorem eiusdem debitoris, *d. l. nomen & ibi gloss. verb. vtilibus Bart. num. 4. Bald. num. 1. Salic. nu. 3. ff. quæ res pign. oblig. poss. cum alijs alleg. in d. decis. Idemque firmant DD. in l. 5. C. quand. fisc. debit. conuen. poss. Bellapert. in l. si solere C. de nouat. Surd. d. cons. 4. num. 3. Gratian. discept. 356. num. 32. Rot. dicta dec. 681. num. 9. p. 1. rec. & dec. 760. sub n. 1. p. 2. rec.*

Cæterum dicebant DD. d. Claricem posse quidem ex prædictis agere contra dd. Merlettos vti debitores q. Francisci sui viri, sed via ordinaria non autem via executiua pro executione scilicet mandati alias ad eius fauorē à primo Collaterali relaxati, quandoquidem
4 ad hoc vt creditor possit agere executiue cōtra debitorem sui debitoris tria requiri solent, Primo quod principalis debitor fuerit condemnatus. Secundo quod facta sit excussio eiusdem debitoris. Tertio quod debitor debitoris fateatur debitum, *l. 2. & seqq. C. quand. fisc. l. à Diuo Pio §. sed vnum, & ibid. Angel. §. si quoque sub num. 1. Imol. num. 22. vers. per hoc refert, ff. de re iudic. Roman. cons. 224. in fin. Surd. d. cons. 4. num. 1. Franch. dec. 273. sub num. 4. Rota dicta decis. 160. numer. 2. par. 2. recent.* In proposito autem omissa discussione primi, & secundi requisiti, tertium nequaquam coucurrere visum fuit, siquidem Merletti tantum abest, quod fateantur prætensum debitum desumptum ex libro tutelari d. quond. Francisci quod illud semper impugnauerūt, vt elicitur ex fine eiusdem decisionis quæ reuidetur & adhuc hodie impugnant, ex eo præcipuè, quod fuerūt descripti debitores in d. libro in summa scutor. 515. pro expensis erogatis à d. q. Francisco Tutore in eorum Vinea, quæ supponitur esse 12. petiarum ad rationem scut. 17. pro qualibet petia, quæ tamen expensæ videntur excessiuæ, quoniam ex informatione alias extraiudicialiter capta, constitit dd. expensas potuisse calculati ad rationem scut. 12. pro qualibet petia computatis etiam expensis pro Vinearolo & cannetis, prout idem Cardinalis Pamphilius in fine d. decisionis retulit. Cui relationi plurimum DD. detulerunt, præsertim cum ipse quoque haberet vineas & sic informatus præsumeretur. Vnde via ordinaria in ista causa esse procedendum, & calculum expensarum factarum in d. vinea ad rationem scut. 12. pro qualibet petia esse reducendum resolutum fuit.

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA ANTIANITATIS.

Lunæ 30. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Antianitas Equitis Hierosolymitani ex quibus probetur. Declarantur Capitula Statuti Hierosolymitani 13. de receptione frattum & 11. de communi ærario.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum propriæ intentionis est ab actore probandum.*
2 *Antianitas à die antiquioris ingressus dinumerari solet.*
3 *Mandatum de prouidendo non est prouisio.*
4 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ cap. 13. de receptione fratrum prohibet, minorem 18. annorum habitu militari decorari.*
5 *Statuta Religionis Hierosolymitanæ cum sint confirmata à Papa non admittunt derogationem ab inferiori factam.*
6 *Assertio facta ex interuallo non suffragatur in præiudicium tertij, cuius interest fuit ius quæsitum.*
7 *Declaratio facta à lingua Equitum religionis Hierosolymitanæ non praeiudicat non citatis.*

9 *Actus*

8 *Actus possessorij non tribuunt aliquam possessionem nisi probentur facti sciente, & patiente aduersario.*
9 *Actus possessorij quando sunt æquiuoci nec dominium nec possessionem probant.*
10 *Antianitas Equitis Hierosolymitani probatur respectu illorum præ quibus prius soluit passagium, & num. 12.*
11 *Partita formiter extracta ex libris Religionis Hierosolymitanæ faciunt plenam fidem.*
13 *Lex respicit futura non præterita.*
14 *Antianitatis quæstio siue alterius gradus post elapsum quinquennium non potest moueri contra Equites Hierosolymitanos.*
Declara vt num. seqq.
15 *Statutum Religion. Hierosolymit. cap. 25. de recept. fratrum, & ordinatio Capitularis 11. eod. titulo declaratur, n. 16.*
16 *Statutum Religion. Hierosolymitanæ cap. 15. de communi ærario plenè discutitur.*
17 *Eques Hierosolymitanus mutando statum mutat quoque ius & effectus.*
Fallit stante clausula sine præiudicio suorum anteriorum per quam reseruantur iura illæsa, & præseruata, num. 18.

DECISIO DXL.

ORTA lite super Antianitate inter Equitem Carolum Valdigam ex vna, & Equites Ludouicum Meltium, & Clementem Malabaylam ex altera, fuit lata sententia Melitæ à Consilio Ordinario, qua fuit pronunciatum ipsum Valdigam esse manutenendum
1 in quasi possessione dinumerandi suam Antianitatem à die 23. Martij anni 1588. dictamque antianitatem esse præscriptam. Appellauit Malabayla à dicta sententia ad consilium completum, à quo cum fuisset pronunciatum eius appellationem fuisse desertam adiuit Signaturam Sanctissimi à qua causa restitutionis in integrum mihi committi obtinuit, Positoque dubio ad instantiam d. Valdinæ sub die 11. Aprilis præteriti, An ei esset danda manutentio, fuit ordinatum vt videretur de bono iure, quo hodie vtraque parte informatè discusso DD. ad fauorem Equitis Malabaylæ responderunt.

Constat enim ex iuribus datis in eius Summario Capitulum generale Sacræ Religionis Hierosolymitanæ sub die 24. Martij dicti anni 1558. Cardinali de Verdala tunc Magno Magistro eiusdem Religionis concessisse facultatem recipiendi in gradum fratris militis quadraginta iuuenes minoris ætatis, qui sic recepti censerentur, esse vnius, & eiusdem passaggij, dictumque Magnum Magistrum vigore d. facultatis sub die 20. Maij eiusdem anni d. Malabaylam tunc minorem inter fratres milites linguę Italię præuia dispensatione super defectu ætatis recepisse. Constat insuper eundem Malabaylam sub die 6. Maij eiusdem anni traiectû, siue (vt dicitur) passagiû communi ærario persoluisse, ac sub die 15. Iunij eiusdem anni probationes suæ nobilitatis coram lingua Italiæ præsentasse, earumque vigore habitum Religionis suscepisse, deinde Carauanas sibi demandatas peregisse, ac tandem sub die 19. Martij anni 1636. professionem iuxta stabilimenta Religionis emisisse. Ex quibus satis superque visum fuit constare de bono iure d. Malabaylæ, non solum quoad prærogatiuam Antianitatis, sed etiam quoad illius anterioritatem respectu d. Valdinæ, siue illius Antianitas dinumeretur à die quo Malabayla vigore d. decreti emanati in Capitulo Generali receptus fuit, siue commensuretur à die, quo idem Malabayla soluit passagium, quandoquidem vtroque tempore inspecto non apparet d. Valdinam ante d. Malabaylam receptum fuisse, ac passagium persoluisse, vel alia iuxta Religionis stabilimenta ad effectum consequendi Antianitatem adimpleuisse, prout idê Valdinus, qui est Actor,
1 tanquam fundamentum suę intentionis concludenter probare deberet, *l. 2. ff. de probat. l. Actor C. eodem l. fin. C. de rei vend. Gratian. discept. 817. num. 3. Caualer. decis. 238. num. 5.* & in terminis præcedentiæ, *Rota decis. 327. sub numer. 8. par. 3. recent.*

Non obstat, quod Cardinalis de Verdala tunc Magnus Magister sub die 23. Martij anni 1588. & sic ante receptionem Malabaylæ vigore facultatis sibi competêtis ex statut. 13. de recep. fratr. receperit Valdinam inter pueros honorarios eidem Magno Magistro inseruientes, Paggi, vulgo nuncupatos; Vnde infertur eundem Valdinam ante Malabaylam receptum fuisse, illiusque Antianitatem à die d. receptionis esse dinumerandam, cum de
2 iure Antianitas à die antiquioris ingressus dinumerari soleat, *cap. 1. de maiorit. & obedien. vbi Abb. & alii Natt. consf. 637. nu. 38. Seraph. dec. 326. nu. 3. Greg. XV. dec. 341. nu. 3.*

Nam vltra quod talis receptio inter pueros non probatur, nisi ex eo, quod Magnus Magister sub d. die 23. Martij 1588. mandauerit Receptori Messanæ, vt quoties fuisset à dicto Valdino requisitus eumdem Cingulo militię (vt moris est) decoraret, habituque Regulari per fratres milites gestari solito seruata forma statutorum indueret, quod mandatum non arguit pernecesse, d. Valdinam sub eadem die
3 receptum fuisse, cum simplex mandatum de recipiendo non sit receptio, prout omissis alijs exemplis mandatum de prouidendo non est prouisio, *Bellam. dec. 608. Cassad. decis. 5. nu. 6. vt lite pendente*, adhuc talis receptio si probaretur facta sub eadem die 23. Martij nô esset attendenda, cum ex lectura d. mandati non appareat Valdinam inter huiusmodi pueros honorarios receptum fuisse, ac multo minus Magnum Magistrum recipi mandasse, sed solum eum Cingulo militiæ decorari, habituque per fratres milites gestari solito iuxta formam statutorum insigniri, quæ cum prohibeant minorem 18. annorum habitu militari decorari, vt disponitur in stat. 13. de recep. fratr. non potuit Magnus Magister d. Valdinam tunc minorem 18. annorum in gradum militis contra statutum eiusdem Religionis cooptare, cum illa sint à Sede Apostolica

Ddd con-

4 confirmata, quibus inferior derogare non valet, *Bart. in l. omnes populi num. 33. ff. de Iust. & iur. Abb. in cap. dilecto num. 10. de prabend. Rot. dec. 104. nu. 2. in fin. par. 3. rec.*

Non obstat, quod idem Magnus Magister sub die 4. Octobris anni 1592. asseruerit
5 se prædicta die 23. Martij anni 1588. d. Valdinam inter pueros sibi inseruientes recepisse, nam omisso, quod ex prætensa receptione ex d. mandato desumpta contrarium elicitur, d. assertio tanquam facta ex interuallo non visa fuit suffragari in præiudicium Malabaylę
6 cui fuit interim ius quęsitum *Castren. cons. 338. in fin. lib. 1. Bec. cons. 3. num. 44. Surd. cons. 192. n. 30. Rota coram Gregor. XV. dec. 375. vbi Addcn. nu. 10. & 12.*

Minus obstat, quod lingua Italiæ sub diebus 27. & 31. Octobris eiusdem anni 1592. declarauerit Antianitatem d. Valdinæ esse dinumerandam à d. die 23. Martij 1588. Tum quia prædicta declaratio se fundat in d. assertione Magni Magistri dicentis se d. Valdinam d. die 23. Martij inter pueros recepisse, ideoq; eodem defectu quo d. assertio laborat. Tum
7 etiam quia illa emanauit non citato d. Malabayla, cui proindè illa præiudicare non debet, *Clem. sæpe de verb. signif. l. de vnoquoq; ff. de re iud. Socc. iun. cons. 100. n. 22. lib. 1. Menoch. cons. 331. n. 103. vers. respondetur quinto.*

Non obstant nonnulli actus præcedentiæ deducti ab informantibus pro Valdina ad probandum ipsum fuisse constitutum in quasi
8 possessione ante locationis. Tum quia dictus actus non probantur gesti sciente, & patiente Malabayla, contra quem propterea non potuit acquiri aliqua possessio, *Rota decis. 713. num. 14. & dec. 273. nu. 5. & 6. par. 5. recent.* Tum etiam quia illi potuerunt fieri intuitu magnę Crucis, qua Valdina decoratus fuit, ac propterea cum nō concludant per necesse eos intuitu prioris Antianitatis factos fuisse, non merentur attendi, cum actus æquiuoci, nec
9 possessionem, nec dominium probare valeāt, *Rota coram Seraph. dec. 964. sub n. 2. & coram Greg. XV. dec. 310. sub nu. 5.*

Sed visa fuit cessare omnis difficultas, ex eo
10 quod Malabayla soluit Passagium sub die 6. Maij anni 1588. & sic ante d. Valdinam, qui illud soluit sub die prima Maij 1589. vt con-
11 stat ex partitis formiter extractis ex libr. eiusdem Religionis, quæ faciunt plenam fidem, vt dixit *Rota coram Seraph. dec. 1390. num. 3. & in Campanien. Prioratus 18. Martij 1618. coram bon. mem. D. meo Seleucien. & dec. 422. nu. 3. coram Reuerendissimo Vrgellen.*

Vnde manifestè apparet Malabaylam esse magis antianum Valdina cum regulariter antianitas non nisi à die solutionis passagij dinu-
12 merari debeat, vt expressè cauetur in statuto 13. De communi ærario passim à Rota canonizato, & signanter *coram Gregor. XV. dec. 341. in fin. & dec. 499. num. 2. & coram Reuerendiss. Vrgell. dec. 489. nu. 2. & coram R. P. D. meo Carillo, & in eadem 19. Nouembris eiusdem anni coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec subsistere visum fuit, quod dicebatur prædictum statutum fuisse conditum de mense Nouembris anni 1588. ac propterea non ligare d. Valdinam, qui (vt prætenditur) fuerat antea receptus, cum natura legis sit respi-
13 cere futura, non præterita. *l. leges la seconda, C. de legib. vbi glos. in verb. futuris,* cum alijs adductis *in Spoletana Successionis 8. Martij 1638. coram R. P. D. meo Verospio,* & in terminis statutorum Religionis Hierosolymitanæ, *Rot. dec. 434. n. 1. dec. 439. nu. 8. vers. nec prædictis coram Reuerendiss. Vrgellen.* quoniam obiectum remouetur ex facto, siquidem ex iuribus datis in Summat. Malabaylæ apparet d. statutum fuisse quidem de mense Nouembris anni 1588. per q. Iacobum Bosiium ex latino idiomate in vulgare traductum, sed constat etiam illud vsque de anno 1584. in Capitulo generali conditum & à fel. recor. Sixto V. sub die 20. Martij anni 1586. inter alia confirmatum fuisse.

Non obstat, quod à die receptionis Valdinæ effluxerint plura quinquennia, & ideo super gradu eius antianitatis nulla ei possit mo-
14 ueri quæstio ex stat. 25. de receptione fratrum in fine, ibi *A niuno però passati cinque anni si muoua lite sopra il suo grado,* quam etiam ex ordinatione capitulari 11. eodem titulo de receptione fratrum ibi (Nulli imposterum post quinquennium à die suæ receptionis &c.) aliqua quæstio, aut lis inferatur super suo statu, receptione, vel gradu antianitatis. Nam vltra quod lis de qua agitur super gradu antianitatis non fuit mota à Malabayla, sed ab ipsomet Valdina, contra quem propterea dd. statuta, & ordinationes potius retorqueri videntur, responsum fuit dd. statuta esse intelligenda de lite, vel quæstione quæ moueri posset Equiti
15 super eo, An is fuerit verè receptus, vel antianitatem iuxta Religionis stabilimenta fuerit assecutus, vt (scilicet) soluto passagio, vel transacto quinquennio lis aliqua contra talē Equitem ex defectu ingenuitatis, vel alterius requisiti super eius receptione, gradu, statu, vel antianitate moueri non possit, non autem vbi prout hic, disceptatur inter duos, vel plures Equites, & dubitatur quis eorum sit prior in antianitate, cum talis disceptatio etiam soluto passagio, vel transacto quinquennio à dd. statutis nequaquam prohiberi videretur, sed illius terminatio pendeat regulariter à tēpore solutionis passagij, vt scilicet is prior sit in antianitate, qui prior fuit in solutione passagij.

Nec placuit distinctio trium casuum exadnerso ponderata pro intelligentia d. statuti 15. de communi ærario, quorum primus
16 erat, quando Eques receptus statim soluit passagium, & tunc ipse dinumerat suam antianitatem à die receptionis iuxta iuris communis dispositionem, secundus quando receptus distulit aliquo temporis spatio solutionē passagij, & interim sibi fuit mota lis superantianitate ob non solutum passagium, & tunc antianitas dinumeratur non à die receptionis, sed à die solutionis passagij, tertius vero casus erat, quando prout hic recepto non fuit mota lis aliqua ante solutionem passagij, & tunc solu-

solutio illius quocumq; tempore facta retrotrahatur addiē receptionis, adeo vt ab eadem die receptionis antianitas eiusdem recepti dinumerari debeat, nam omissa discussione primi, & secundi casus, qui in casu præsenti non applicantur, tertius quatenus applicaretur, nō meretur attendi, cum videatur consictus ad eludendum claram dispositionem d. statuti expressè, ac indistinctè disponentis, vt antianitas numeretur à die solutionis passagij, ibi *Perciòche vogliamo che l'Antianità si conti dal giorno che intieramente haurà pagato il passagio &c.* Quæ verba satis arguunt intentionem statuti eam esse, vt indistinctè is antecedat in antianitate, qui in solutione passagij præcesserit, quod non contingeret, si posterior solutio passagij ab altero facta posset retrotrahi ad diem receptionis in præiudicium illius, qui primo soluit.

Denique non obstat, quod Valdina fuerit interim insignitus magna Cruce, ac proinde cum mutauerit statum non debeat molestari super gradu Antianitatis à Malabayla Equite paruæ Crucis, cum ex mutatione status ius quoque & illius effectus mutati soleat, *Seraph. 1448. num. 7.* Nam pro responsione sat esse
17 dicebāt DD. dignitatem magnæ Crucis fuisse Valdinæ concessam sine præiudicio suorum
18 antianorum, quæ clausula operatur, vt omnia iura competentia Malabaylæ respectu antianitatis de qua hodie est quæstio præseruata & illæsa remaneant ex latè tradit per *Adden. ad Gregor. XV decis. 332. sub num. 6.*

MELEVITANA ATTENTATORVM

Lunæ 26. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Possessio dicitur attentata si sit capta vigore exequutorialium Rotæ absque illarum intimatione, & reproductione, & non seruatis quatuor terminis de stylo Rotæ seruari solitis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta vigore exequutorialium Rotæ absque intimatione, & reproductione illarum, & non seruatis quattuor terminis est attentata.*
Fallit data scientia in aduersario relaxationis dd. exequutorialium, & eo non impediente possessionem, quia censetur illi consensisse, n. 4.
2 *Rotæ stylus est quod exequutoriales debeant intimari, & reproduci, & postea seruatis quatuor terminis, & non docto de paritione.*
Rota procedit ad declarationem censurarum successiuè ad aggrauatoriam vsque ad implorationem brachij sæcularis.
Qui stylus procedit & si exequutoriales fuerint relaxatæ in vim rei iudicatæ, nu. 3.
5 *Scientia est probanda ab eo, qui in illa se fundat.*
6 *Attentatorum causam prosequens dicitur impugnare non consentire possessioni attentatæ per aduersarium captæ.*
7 *Clausula sine præiudicio legitimæ executionis præseruat attentata intellige vt num. 8.*
8 *Clausula sine præiudicio exequutionis litterarum Apostolicarum in commissione apposita non impedit reuocationem attentatorum &c.*

DECISIO DXLI.

RESOLVTVM fuit constare de attentatis à Io: Maria Attardoquo: ad possessionem bonorū de quibus agitur spectantiū ad hæreditatem q. Federici eius Patrui magni. Quoniā ipse accepit possessionem dd. bonorum vigore litterarum executorialium Rotalium non facta illarum intimatione ac reproductione in Rota nec seruatis quatuor terminis de stylo seruari solitis, quo casu talis possessio iuxta Rotæ obseruantiam dicitur attentata, vt in
1 specie aduerterunt *Mohedan. decis. 3. vt lit. pend. Cassad. dec. 6. num. 10. de caus. poss. & propriet. Crescent. dec. 1. nu. 1. de sequestrat. possess. & fructuum. Sarnen. in regula de subrog. collit. q. 4. num. 2. vers. & licet ista. Lancellott. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 306. Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. nu. 16. vers. & quamuis Theodos. Rub. singul. Rot. p. 2. verb. attentata §. 2. Seraph. dec. 1118. num. 2. Rot. dec. 111. num. 6. par. 1. & decis. 83. num. 2. par. 2. rec.*

Notorius quippe Rotæ stylus est, quod litteræ executoriales debent intimari parti, ac
2 in Rota reproduci; quæ seruatis quatuor terminis substantialibus, ac non docto de paritione procedit ad declaratoriam censurarum, & successiuè ad aggrauatoriam, vsque ad implorationem brachij sæcularis. *Felin. in cap. ad probandum num. 6. de re iudic. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & propriet. Lancellott. de attent. lit. pendent. cap. 2. p. 4. num. 308. Vestr. in prax. d. cap. vlt. nu. 16. Rub. Singular. Rot. d. par. 2. num. 2.* Quem stylum procedere etiamsi dd. executoriales fuerint
3 (prout hic) relaxatæ in vim rei iudicatæ dixerunt in specie *Sarnen. in regula de annali quasi. 44 post med. num. 7. vers. quod etiam ex stylo, & Gig. de intruse num. 13. Io: Paulus decis. 3. & Lancell. d. c. 4. in præfat. num. 309.*

Non obstat, quod Vassallus & litis consortes sciuerint relaxationem dd. litterarum executorialium, nec impediuerint d. possessionē
4 illarum vigore captam, sicque censeantur illi consensisse iuxta *dec. 2. Cresc. vt lit. pend.* Quoniam vltra quod talis scientia de tempore possessionis non probatur, prout idem Io: Ma-
5 ria, qui in ea se fundat probare deberet, contrarium elicitur ex commissione causæ super huiusmodi attentatis, eiusque prosequutione pro eorumdem attentatorum reuocatione; ex quibus apparet dd. Vassallum & litis consortes reclamasse, dictamque possessionem
6 vti attentatam potius impugnasse, quam illi consensisse, vt in simili ponderauit, *Rot. in Portugallen. Spolij prima Iulij 1587. coram Bubalo.*

Non obstat, quod causa super huiusmodi attentatis fuerit nihi commissa cum clausula
7 sine præiudicio legitimæ exequutionis, quæ præseruat ab attentatis, *Vant. de nullit. tit. quot & quib.*

quib. mod. nullit. in iud. num. 30. *Rota in Anconitana Dotis coram Card. Millin. post Marches. d. commiss. super attent. par.* 2. §. 2. *fol.* 87. Quia fuit responsum hodie non agi, an executio fieri posset nec ne, in quibus terminis loquuntur authoritates proximè allegatæ, sed de eo An scilicet possessio bonorum de quibus agitur iam capta sit attentata nec ne. Quæ cum ex supradictis detegatur talis, dicta clausula non valet impedire, quo minus ea hodie possit reuocari. vti minus legitimè capta, prout de simili
8 clausula sine præiudicio executionis litterarũ Apostolicarum firmat, *Mart. de clauf.* 160. *nu.* 4. *& seq. Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 573. *& seqq. Rota coram Gregor. XV. dec.* 91. *num.* 11. *& ibi Adden. num.* 13. *& coram Reuerendissimo Vrgellen. dec.* 414. *num.* 13. *& coram Buratto decis.* 171. *num.* 8. *& dec.* 340. *num.* 10.

Et ita vtraque &c.

ROMANA, SEV SABINEN. PENSIONIS.

Luna 20. *Iunij* 1639.

ARGVMENTVM.

Valor beneficij ad effectum substinendi pensionem reseruatam super illius fructibus dicitur probatus ex pluribus probationibus licet imperfectis simul iunctis, sufficitque probatio per sex annos ante, & post gratiam reseruationis.

SVMMARIVM.

1 *Testes, qui reddunt rationem eorum dicti sufficienter probant.*
2 *Scriptura priuata confecta de tempore non suspecto, legitimè recognita probat præsertim adminiculis corroborata.*
3 *Instrumentum facit probationem probatam.*
4 *Enunciatiua emanata in visitatione plurimum est deferendum.*
5 *Valoris beneficii probatio est difficilis.*
6 *In probationibus intrat regula, quæ singula non prosunt vnita iuuant.*
7 *Ex probationibus pluribus imperfectis resultat perfecta probatio.*
8 *Pensionis solutio per longum tempus facit ad præsumendum iustificationem clausulæ,* dummodo.
9 *Valor beneficii contra gratiam probandus est per decem annos.*
10 *Sufficit probatio per sex annos vbi agitur de illa sustinenda.*
11 *Valor beneficii debet probari deductis oneribus.*
12 *Beneficio onera adesse tenetur probare titularis.*

DECISIO DXLII.

R. P. D. Fagnanus resignauit de anno 1619. simplex Beneficium ad fauorem q. Iosephi Cagnaci Archipresbyteri Ecclesiæ Parochialis loci Nomenti, qui ex causa d. resignationis consensit reseruationi annuæ pensionis ducat. 38. auri de Camera super fructibus d. Ecclesiæ Parochialis ad fauorem eiusdem R. P. D. Fagnani resignantis.

Soluit Cagnaccius d. pensionem dum vixit, nempe vsque ad annum 1626. Idemque pariter egit, eo defuncto, Epiphanius Mazzantes successor in d. Archipresbyteratu vsque ad annum 1633. quo tempore cœpit prætendere d. pensionem esse nullam, ex eo, quod fructus d. Ecclesiæ Parochialis super quibus d. pensio reseruata fuit, non ascenderent ad annuos ducat. 200. auri de Camera, prout idem D. Pensionarius in litteris d. reseruationis expressit, liteque coram A. C. introducta sententiam fauorabilem super nullitate d. pensionis reportauit, quam hodie in gradu appellationis mihi commissæ dixerunt DD. esse reuocandam.

Dicta namq; sententia declarat pensionem, de qua agitur, esse nullam ex eo, quod non constaret fructus d. Ecclesię Parochialis, super quibus pensio ista fuit reseruata, ascendere ad annuos ducat. 200. Quæ tamen probatio ex pluribus elici visa fuit, & signanter. Primo ex depositione duorum testium formiter examinatorum super quantitate, ac valore vigesimæ, quæ soluitur Archipresbytero d. Ecclesiæ ex omni frumento, ac bladis, quæ singulis annis in Territorio Nomenti colliguntur; Hi namque testes percutientes annum 1618. & ante, & post vsque ad præsens inquiunt idem territorium (quod ex dimensione publici Agrimensoris facta de anno 1620. ac legitimè recognita apparet esse rubrorum 848.) solere diuidi in quatuor partes, in quarum singulis frumentum, & bladæ alternatim seruntur singulis annis, ac rubrum quodlibet terreni sarum, sex rubia frumenti, & octo, seu decem rubia bladarum, facta computatione anni sterilis cum fertili reddere consueuisse, frumentũ autem ad rationem scut. sex, bladas verò ad rationem iuliorum quindecim pro quolibet rubro tunc temporis vendi potuisse, adeout facto calculo liqueat singulis annis colligi, ex d. Territorio rubia 1272. frumenti, & rubia 1980. bladarum, illorumque vigesimam esse rubia 63. frumenti, & rubia 98. circiter bladarũ, valorem verò eiusdem vigesimæ ascen-
1 dere ad annua scut. 524. Qui testes cum reddant optimam rationem eorum dicti, quia sunt de eodem loco, & ita obseruarunt, sufficienter probant, *Felin. in cap. ad aures num.* 17. *de rescript. Buratt. dec.* 365. *num.* 2. *vers. nec obstat & fuit dictum in Cremonen. Pensionis* 15. *May* 1626. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Secundo ex calculo redditũum eiusdem Ecclesiæ contecto de anno 1621. inter eũdem dem Archipresbyterũ antecessorem, & quendam Franciscum Pallam eius Cappellanum, & ab eisdem subscripto, in quo recensitis redditibus d. vigesimæ sex annorum decursorum vsque ad annum 1620. concluditur eos computato anno sterili cum fertili ascendisse ad scut. 2009. quæ diuisa in sex partes constituunt scut. 335. pro quolibet anno, vltra alia scut. 20. quæ percipiuntur ex pensionibus domorum,
2 & emolumenta incerta. Qui calculus cum fuerit confectus de tempore non suspecto decem,

ctem, & octo ab hinc annis, sitque legitimè recognitus sufficienter probat, *Crauett. in tract. de antiq. tempor. par. 1. nu. 3. Mascard. de probat. vol. 3. concl.* 1294. *num.* 5. *& seqq.* Præsertim cum ille corroboretur ex depositione eiusdem Francisci Pallæ formiter deinde examinati apertè profitentis d. calculum fuisse confectum inter ipsum præsente etiam Bernardino fratre, & d. Cagnacium tunc temporis Archipresbyterũ huius Ecclesiæ, illudque fuisse desumptum ex libris memorialium eiusdem Archipresbyteri, dum inter eos ageretur de resignatione d. Ecclesiæ, ipsumque ab alijs etiam desuper informationem recepisse?

Præterea concurrunt etiam sequentia, nimirum. Primo Instrumentũ venditionis eiusdem vigesimæ initum de eodem anno 1619. quo fuit reseruata pensio à d.q. Cagnacio Archipresbytero antecessore, in quo apparet d. vigesimam pretio scut. 600. & trium rubiorũ
3 frumenti venditam fuisse, quod Instrumentũ facit probanonem probatam, *Bald. in l. quoties in fin. C. de iudic. & in l. interest num. 2. C. de solut.*

Secundo, Visitatio Apostolica huius Ecclesiæ facta de anno 1628. in qua enunciatur annuos redditus eiusdem Ecclesiæ ad scut. 500.
4 circiter ascendere, cui enunciatiuæ emanatæ in visitatione plurimum esse deferendum dixit *Rot. dec. 371. n. 2. par. 1. rec. & in alijs relatis coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 23. n. 5.*

Tertio, Inuentaria bonorum eiusdem Ecclesiæ facta de annis 1619. & 1621. de mandato Cardinalis Iustiniani tũc Episcopi Sabineñ, in quibus licet non specificetur certa quantitas redditũum, nihilominus eorum substantia latè refertur.

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis visa fuit oriri concludens probatio valoris eiusdem Ecclesiæ narrati in litteris reseruationis huius pensionis, quamuis singula de per se considerata non sufficerent: Quia cum agatur de probando valore Beneficij, qui est dif-
5 ficilis probationis, *Gomes. in regula de valore, q. 11. vers. præterea, Cassad. dec. 79. nu. 3. super reg. Greg. XV. dec. 245. nu. 3. & ibi Adden. num. 14. Rot. dec. 139. num. 3. vers. hac autem par. 4. recen.* intrat
6 regula, quæ singula non prosunt, vnita iuuant vt in specie dixit *Rota coram Greg. XV. d. dec. 245. num. 2.* adeout ex pluribus quamuis imperfe-
7 ctis probationibus resultet perfecta probatio, *Gabr. de probat. concl. 1. num. 1. cum alijs per eum relatis Greg. d. dec. 245. n. 3.*

8 His accedit maxima verisimilitudo resultans ex cursu annorum 14. quibus ista pensio pacificè, & absque vlla contradictione soluta fuit nimirum à Cagnaccio Archipresbytero antecessore à die reseruationis vsque ad annũ 1626. & deinceps ab ipsomet Epiphanio Mazzante illius successore, vsque ad annum 1633. vt constat ex quietantijs datis in Summario D. Fagnani. Hæc enim longæua obseruantia pacificæ solutionis nedum comprobat prædictam quantitatem redditũum ex dd. testibus, & iuribus desumptam, sed etiam illam sufficere pro solutione eiusdem pensionis satis verisimiliter ostendit, nam alias dd. titulares tamdiu non siluissent, nec d. pensionem persoluissent, vt in proposito rectè ponderauit *Rota coram Greg. XV. d. dec. 245. num. 6. & dec. 273. num. 3. vers. & nitor, Buratt. dec. 261. n. 6.*

Non obstat, quod ex prædictis valor huius
9 Ecclesiæ non probetur vniformis per tempus decem annorum ad *not. per Gomes. in reg. de valor. q. vlt. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 43. num. 22. Seraph. dec. 1441. num. 11. Rota in Cremonen. pensionis 8. Iunij, & 19. Nouembris 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quoniam ad effectum substinendi gratiam reseruationis pensionis sufficit probatio valoris facta, prout hic, per sex annos ante, & post gratiam eiusdem reser-
10 uationis, *Lotter. de re benef. d. lib. 1. q. 43. num. 23. vers. & Rota, iuxta decis. Cas. de Grass. 49. tit. de probat.*

11 Demum non obstat, quod valor huius Ecclesiæ non probetur deductis oneribus, prout probari deberet, *Felin. in d. cap. ad aures num. 13. de rescript. Greg. XV. dec. 147. num. 2.* Siquidem ex eisdem iuribus elicitur onera huius Ecclesiæ consistere in taxa, quæ soluitur seminario, & triremibus, & in impensis pro festiuitate Purificationis Beatæ Mariæ, in oleo pro lampade, & Cathedratico, eaque ascendere ad scuta decem circiter quolibet anno, quibus deductis adhuc remanent scut. 200. auri de Camera iuxta valorem in litteris narratum, cum fructus d. Ecclesiæ, vt supra dictum est, vltra redditus vigesimæ consistant etiam in pensionibus domorum ascendentibus ad annua scut. 20. & in emolumentis incertis, cum quibus dd. onera satis superque posse adim-
12 pleri visa fuerunt, cum idem Epiphanius de alijs oneribus non doceat, vt in simili ponderauit *Rota coram Gregor. XV. d. decis. 248. num. 10. in fin.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA CAMBII, seu PECVNIARIA.

Mercurij 22. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Procurator specialiter constitutus ad accipiendum pecunias ad Cambium an obliget dominum si pecunias sicut supra vigore mandati acceptas in proprios vsus conuertat.

SVMMARIVM.

1 *Validitas decreti resultat ex reuolutione actorum, in quibus apparet ad praxim necessaria fuisse seruata.*
2 *Apoca originalis in instrumento inserta produci non debet, si producitur instrumentum.*
3 *Recognitio Scripturæ in prima instantia non opposita non potest opponi in secunda.*
4 *Dominus obligatur ex contractu procuratoris ad contrahendum constituti.*
5 *Paria sunt facere per se ipsum, ac per procuratorem specialem.*
6 *Factum procuratoris dicitur factum Domini constituentis.*
7 *Procuratore cõstituente se precario nomine possidere,*

Dominus dicitur habere precarium non procurator

8 *Procurator cum libera non potest pro Domino fideiubere, si ex tali fideiussione vtilitas aliqua Domino non resultaret.*

9 *Procurator cum libera non potest pro facto proprio Dominum obligare.*

10 *Procurator cum libera non potest obligare dominum pro euictione Census, ac fructuum solutione.*

11 *Dominus constituens procuratorem cum libera plenè quidem mandasse censetur quatenus tamen res ex fide agatur.*

12 *Contractus plures in eodem instrumento celebrari de iure non repugnat.*

13 *Pecunia recepta à procuratore dicuntur transire in dominium, & possessionem Domini non autem procuratoris.*

14 *Procurator nomine Domini recipiens pecunias nec quidem per momentum illarum dominium habere dicitur.*

Procurator contrahens vigore mandati obligat dominum quamuis postea declarauerit ad sui Commodum contraxisse num. 13. 14. & per totam decis.

15 *Minor, qui emit prædia non potest eodem contextu dd. prædia pignori obligare ad fauorem venditoris.*

16 *Minor, qui indiuisione multa habuit prædia possit ne iudicium læsionis super vno tantum intentare.*

17 *Instrumentum falsum respectu vnius rei non debet censeri falsum respectu alterius rei quamuis in eodem instrumento contenta.*

Contractus pluries iudicantur iuxta multiplicitatem rerum, & si in vno tantum instrumento fuerint celebrati num. 17. 18. & num. 20. vbi vide.

18 *Venditione facta plurium rerum pretio in singulas distributo, qualibet res censetur de per se vendita*

Contractus plurium rerum pro ea re substinetur pro qua fuit soluta gabella modo pretium fuerit in singulas distributum num. 18.

Emptor plurium rerum singulariter appretiatarum agit pro læsione vnius, si in vna tantum fuerit læsus num. 18.

19 *Cambij contractus stipulationem instrumenti de necessitate non requirit.*

20 *Contractus plures in eodem instrumento celebrati, quando correspectiuè, & correlatiuè dicantur, & sup. num. anteceden.*

21 *Soluens illi cum quo legitimè contraxit rectè soluit, quamuis sciat pecunias solutas pertinere ad alium.*

22 *Soluens procuratori constituto ad recipiendum bene soluit etiam, quod sciuerit procuratorem in proprios non in domini vsus esse pecuniam conuersurum.*

Declara vt ibidem, & numeris sequentibus.

Soluens vt statim recuperet non dicitur benè soluere quando à principio interuenerat pactum super restitutione num. 22. & seqq.

23 *Restitutio pecuniæ in eodem instrumento facta in quo fuit soluta ex vna conuentione factum dicitur.*

24 *Pactum super restitutione pecuniæ facta eodem tempore, quo fuit soluta, non præsumitur, sed probari debet.*

25 *Depositarius ex natura depositi statim pecunias restituere tenetur.*

26 *Fides bona præsumitur vbi non cadit spes commodi.*

27 *Verba,* à mio nome, *intelliguntur pro me, & idest dicere pro Titio quam nomine Titij, & nu. 33.*

28 *Procurator recipiens pecunias vigore mandati obligat dominum, quamuis illas in vsus domini non conuertat, & num. 30. & 31.*

29 *Procurator vt pro pecunia accepta vigore mandati & quam in suos vsus conuertit obliget dominum requiritur mandatum expressum non tacitum.*

30 *Procurator recipiens pecunias vigore mandati easque in proprios vsus conuertens tamen obligat Dominum, & num. 28. & 31. cum seq.*

32 *Dominus obligatur ex facto procuratoris, quando ex verbis mandati, vel ex coniecturis apparet illum obligari voluisse, & num. 33.*

34 *Verba mandati procuræ sufficit non excludere interpretationem illi datam pro substinendo contractu inito à procuratore.*

35 *Dominus, quando dicatur velle teneri ex contractu à procuratore suo nomine inito, sed in propriam vtilitatem conuerso.*

36 *Voluntas mandantis sufficit, quod ex coniecturis probetur.*

37 *Procurator non præsumitur abuti voluisse mandato.*

38 *Contractus initus à procuratore per instrumentum publicè, & palam præsumitur initus secundum voluntatem Domini non autem contra.*

39 *Identitas summarum deseruit pro interpretatione actus.*

40 *Declaratio facta à procuratore si est verisimilis attenditur.*

41 *Taciturnitas Domini constituentis deseruit pro interpretatione mandati.*

42 *Negligens nemo præsumitur in re sibi necessaria.*

43 *Negligentia non præsumitur vbi de proprio commodo agitur.*

44 *Interpretatio in dubio contra illum est facienda, qui legem potuit apertius conscribere.*

45 *Interpretatio illa semper est facienda per quam delictum excluditur.*

46 *Mandatum sufficit esse obscurum vt interpretetur contra Dominum, & supra num. 44. & seq.*

47 *Solutio facta procuratori putatiuo bene facta dicitur propter obscuritatem mandati.*

DECISIO DXLIII.

BO: me: Paulus Mattheius Cameræ Apostolicæ Clericus per Chirographum à se subscriptũ sub die 24. Septembris anni 1633. constituit Procuratorem Iulium Grappolinũ suum familiarem ad recipiendum sc. 2. mil. ad cambium per hæc verba: *Constituisco mio Procuratore Giulio Grappolina à poter in mio nome pigliare, e riceuere, e riscuotere dal Signor Marchese Bertoldo Vrsini, ò dà qualsiuoglia altra persona, che vorrà darli scudi dui mila di moneta in vna, ò più partite, e di quelli farne qualsiuoglia quietanza, tanto publica quanto priuata, e detta somma promettere, in mio nome di restituirla frà vn'anno prossimo, e frà tanto, e sino alla total restitutione dar facoltà à chi darà il denaro di poter detta somma di propria autorità, e senza alcun intimatione pigliare à cambio, e recambio, e continuare fino all' intiera restitutione in forma, à tutti cambij, spese, e prouisioni miei &c. e sopra di ciò poter fare qualsiuoglia Instrumento con qualsiuoglia patti, e clausole necessarie, & obligare me, miei heredi, e beni nella più ampla forma della Reuerenda Camera Apostolica Et*

to

io prometto hauer grato, rato, e valido tutto quel tanto che detto mio Procuratore farà.

Huius mandati vigore prędictus Iulius sub die 28. Nouembris eiusdem anni accepit dd. scut. 2. mil. ad cambium à Guido Palagio, eisque ad se tractis coram Notario & testibus d. Palagium quietauit, dictamque pecuniarum summam eidem restituere promisit.

Successiue idem Iulius non amplius vti Procurator D. Mattheij, sed proprio ac particulari nomine, huic cambio vti personalis & insolidum ad fauorem eiusdem Palagij accessit; Deinde recognoscens bonam fidem erga d. D. Mattheium declarauit supradicta scut. 2. mil. sui contemplatione, ac proprio commodo ad cambium recepta fuisse ad effectum scilicet soluendi scut. 1500. Laurentio Bonincontro ad computum prætij Offitij Notariatus Capitolini, quod idem Iulius à dicto Bonincontro emerat, residuum verò scut. 500. pro alijs expensis occasione eiusdem Officij factis. Postea idem Iulius illicò ex dicta summa scut. 2000. deposuit penes eundem Palagium scut. 1500. ad effectum illa soluendi dicto Bonincontro vt supra ac vltra generalem omnium bonorum obligationem idem Officium eiusque emolumenta ad fauorem d. Palagij specialiter obligauit vt latius in Instrumento Camerali obligatione vallato continetur.

Verum quia post hæc idem Palagius declarauit se in contractu dicti Cambij nudum dūtaxat nomen habuisse, illudq; ad D. Franciscū Rubeum cuius pecuniæ erant pertinere; Ideo dictus Rubeus egit mensibus elapsis contra d. bo: me: Mattheiū pro restitutione sortis eiusdem Cambij coram R. P. D. meo Bichio tunc A. C. Locumtenente, qui mandatum contra ipsum relaxauit, à quo interiecta appellatione, & causa mihi commissa cum clausula. *Si quid exequendum*, Dedi dubium, An dictum mandatum esset exequendum, eoque quater proposito; Tandem hodie, informantibus etiam hæredibus d. D. Mattheij interim prædefuncti DD. pro maiori parte stante eius validitate, & iustitia pro exequutione responderunt.

Validitas siquidem patet ex reuolutione actorum, in quibus apparet omnia requisita
1 interuenisse iuxta passim receptam *decis. Caputaq. 260. part. 2.*

Non obstat prætensa nullitas d. mandati, ex eo deducta, quod in actis non fuerit productus Originalis. Chirographus manu D. Mattheij subscriptus minusque ille fuerit recognitus, prout requiri dicebatur, ex eo quod idem D. Mattheius protestatus fuerat coram A. C. nihil fieri nisi ser: ser: ac ver: aer: Nam quoad productionem Chirographi sat esse dicebant DD. fuisse in actis productum Instrumentum publicum extractum à Nota-
2 rio rogato in quo tenor eiusdem Chirographi Originalis insertus fuit, vt elicitur ex lectura d. Instrumenti. Quo verò ad illius recognitionem cum D. Mattheius fuerit citatus corā A. C. ad dicen contra iura producta, & repetita, & videndum iurare testes super illorum recognitione quatenus opus sit, admitti, & mandari restitui dimissa copia, iuxta notoriū stylum, nec in specie opposuerit recognitionem d. Chirographi, hæc oppositio non visa
3 fuit hodie releuare in hac secunda instantia. *ad not. per Socc. in Auth. si quis in aliquo in fin. C. de eden. Put. decis. 119. lib. 2. Caputaq. dec. 5. sub n. 4. vers. accedat part. 3. Caual. decis. 142. nu. 6. Greg. XV decis. 292. num. 1. & ibi Add. sub num. 6. & fuit dictum in Rauennaten. Pecuniaria 13. Maij 1619. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Iustitia verò liquet, quia cum dictus D. Mattheius constituerit d. Iulium suum specialem Procuratorem ad recipiendum eius nomine scut. 2. mil. ad cambium à quacumque persona, dictusque Iulius vigore dicti mandati, ac nomine eiusdem Constituentis dictā pecuniarum summam à dicto Palagio ad
4 Cambium receperit, † vtique D. Mattheius remansit ex contractu eiusdem Cambij obligatus *l. Iulianus 13. §. si Procurator ff. de act. empt. l. procurat & l. si Procurator 11. in verbo admisit ff. de dol. mal. except.* Cum paria sint aliquid facere per seipsum vel Procuratorem speciali
5 ter constitutum *l. ossa in fin. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 1. §. deiecisse, & ibi glos. in verbo quoties ff. de vi, & vi arm. cap. qui per alium de reg. iur. in 6.*
6 adeout factum Procuratoris censeatur factum Domini Constituentis. *l. certe §. si Procurator ff. de precar ibi*: Si Procurator meus me mandante vel ratum habente precarium rogauit,
7 ego precario proprie habere dicor, *§. fin. Inst. quod cum eo Bal. in l. vnic. §. ne autem num 9. vers. ex isto, & num. 19. vers. item nota ff. de caduc. toll. toll. Rot. decis. 557. num. 3. in fin. par. 3. recen.*

Non obstat, quod prædictus Iulius in eodem Instrumēto in quo contraxit cambiū fideiusserit ad fauorem Palagij, ac declarauerit pecunias suimet contemplatione, ac proprio commodo pro solutione scilicet pretij d. Officij Notariatus ad cambium receptas fuisse; Vnde infertur ipsum Iulium fines mādati excessisse, & consequenter D. Mattheium mandantem non remansisse ex contractu d. cambij obligatum, cum Procurator etiam cum libera facultate constitutus, non possit pro Domino fideiubere, quando ex tali fide-
8 iussione vtilitas aliqua eidem Domino non resultat. *Castr. in l. contra iuris 29. §. filius familia num. 2. vers. eadem ratione ff. de pact. Ruin. cons. 140 num. 6. lib. 1. Rot. decis. 373. nu. 13. par. 1. & dec. 132. num. 9. & 20. par. 2. diu. & fuit dictum in Romana Pecuniaria 14. Maij 1636. coram R. P. D. meo Ghis-*
9 *lerio*, nec possit pro facto & commodo proprio ipsum Dominum obligare *l. creditor 60. §. Lucius, & ibi Bart. num. 2. Salic. nu. 3. Bald. in addit. vers. qui habet Fulgos. ibid. ante num. 1. vers. neque ff. mandati, l. in persona 30. §. qui pecuniam cum vers. quod si quasi ff. de pact. Dec. cons. 493. num. 11. Caputaq. decis. 34. lib. 3. in manuscript.* Et in simili-
10 bus terminis, quod Procurator etiam cum libera non possit obligare Dominum pro euictione Census, & fructuum solutione dixit, *Rot. in Rauennaten Census 31. Ianuarij 1603. coram Card. Millino post Cenc. de cens. decis. 190. n. 1. & dec.*

& decis.103.num.19.par.5.recen. Ea ratione, quia Dominus plene quidem mandasse videtur, sed quatenus res commissa ex fide agatur, vt in-
11 quit *text. in d. l. creditor §. Lucius in fin. & notat glos. in fine eiusdem legis verb.oblig.Bal. in fin.vers. & aduerte.*

Etenim pro responsione aduertebant DD. in Instrumento, de quo agitur plures eosque distinctos, ac separatos contineri contractus inter se compatibiles, quos in eodem Instrumento celebratos fuisse, de iure non repugnat
12 *l. scire debemus 29. ff. de verb. oblig.l. cum eiusdem ff. de edil.edict. Abb.cons.45. pen tot. Lancell. Gall. cons.40.num.6. & seqq.Mant. de tacit.lib.2.tit.3.& seqq.Put.dec.214.num.2.lib.3.Rot.decis.763.num.8. & seq.par.1.diuers.*

Primus namque contractus erat cambij, quo Iulius tanquam specialis Procurator D. Matthæij recepit eius nomine scut. 2. mil. ad cambium à Palagio eisque iam ad se tractis d. Palagium quietauit.

Secundus erat fideiussionis qua Iulius non amplius vti Procurator D.Mattheij, sed proprio ac particulari nomine supradicto Cambio ad fauorem eiusdem Palagij accessit.

Tertius recognitionis bonæ fidei, quo idem Iulius declarauit prædictam summam scut. 2. mil. vt supra acceptam ad cambium nomine D. Mattheij sui cõtemplatione acceptam fuisse.

Quartus denique erat depositi quo idem Iulius ex dd. scut. 2. mil. sic vt supra ad cambium acceptis restituit, seu deposuit sc.1590. penes d. Palaginm ad effectum illa persoluendi Bonincontro venditori d. Officij.

Qui quidem contractus cum sint distincti, ac diuerso nomine gesti, adeout eorum quilibet non habeat necessariam dependentiam ab altero, sequitur D.Mattheium remansisse obligatum ex primo contractu Cambij, statim atque idem contractus perfectus & absolutus fuit, mediante receptione pecuniarum facta à Iulio suo Procuratore, per quam receptionem dominium, & possessio dd. pecuniarum illico in ipsum Mattheium Consti-
13 tuẽtem translata fuerunt *Ruin.cons.143.nu.2. & 3.vol.5. Host.felic.allegat.32.num.15.par. 1. post Castr. in l. singularia num.16.ff. si certum petatum,* vbi, quod nec per momentũ temporis domi-
14 nium & possessio pecuniæ dicuntur remanere penes Procuratorem, qui illam nomine Domini recipit, *Rot.decis.123.num.4. post Cenc. de cens.* Vnde quamuis idem Iulius in eodem Instrumento post contractum d. cambij iam perfectum, non amplius vti Procurator D.Mattheij, sed vti principalis, ac proprio nomine declarauerit d. pecuniarum quantitatem sui cõtemplatione ad cambium receptam fuisse, eamque reuera in proprios vsus conuerterit, aliosque contractus celebrauerit, Nihilominus d.declaratio alijque contractus subsequentes non impediunt quin D. Mattheius remanserit obligatus ex primo cõtractu cambij, qui nihil commune cum illis habuit, sed independenter ab illis consumptus fuit argumento *text. in l.1. §. fin. & ibi glos. ff. de reb. cor.* vbi cauetur minorem qui emit
15 prædia eorumque dominium acquisiuit non potuisse eodem contextu dd. prædia pignori obligare ad fauorem venditoris, ea ratione quia dominium prædiorum iam erat ipsi minori acquisitum & facit *Bald.cons.91.n.1.lib.2.*
16 vbi quod si in diuisione bonorum obuenerunt minori multa prædia singulariter æstimata, & minori sit in vno læsus, poterit quoad illud tantum læsionem deducere, idem *Bald. cons.66. num. 1. lib.3.* Vbi quod In-
17 strumentum respectu vnius falsum, non censeri debet falsum respectu alterius in eodem Instrumento contenti, cum iuxta multiplicitatem rerum plures censeantur esse contractus, *& in l.fin.§. prætereа num. 6. C. de iur. dot.* vbi quod si in Instrumento plures res venduntur prætio in singulas distincto, quælibet recensetur de per se vendita, & plures intelli-
18 guntur esse contractus; Inferens quod si pro vna re soluta sit gabella, substinetur contractus quoad illam, & si contingat emptorem in vna re esse læsum poterit pro illa agere, eumque sequuntur, *Dec. cons. 421. incip. plenè, & subtiliter, num.2. vers. sed in tali conclusione Surd.cons.101.num.38.lib.1.*

Nec dicatur omnes hos contractus vti celebratos vnico contextu censeri correspectiuos eosque non nisi post vnicam stipulationem Notarij, quæ conclusa fuit sub clausula, *Actum,* absolutum fuisse ac perfectionem insimul recepisse; Etenim omisso quod in contractu Cambij stipulatio Instrumenti non videtur
19 necessaria *iuxt.trad. per Scacc.de commer.& camb. §.1.quæst.1.num.10. & seqq.* fuit responsum prædicta posse procedere, quando subiecta mate-
20 ria suaderet vnum contractum non posse sine alio subsistere, secus autem quando, prout hic, contractus sunt diuersæ naturæ quorum vnus non habet necessariam dependentiam ab altero, quia tunc non dicuntur correspectiui, vel correlatiui, nec pro vno habentur, quamuis in eodem Instrumento, ac sub vnica stipulatione celebrentur, quia tot censentur esse stipulationes, quot sunt res in stipulationem deductæ *d. l. scire debemus,* & ibi *DD.ff. de verb.oblig.Alb.cons.45. sub num.3. Surd. d.cons.101.nu.39.lib.1. Menoch.lib.6.præsumpt.12. num.39.Ciriac.contron.90.num.20. & seqq.*

Nec releuat, quod Palagius sciuerit dd. pecunias receptas ad cambium nomine D.Mattheij non fore vertendas in vtilitatem eiusdẽ D.Mattheij, sed eidem Iulio debere inseruire; vnde infertur Palagium fuisse in mala fide, & consequenter perperam contraxisse; Quia prò parte Palagij negatur huiusmodi scientia de tempore quo Iulius recepit pecunias, & contrarium suaderi videtur ex prædicta serie facti sed dato etiam quod probaretur adhuc tamen dicebant DD. illam non obstare ipsi Palagio, seu Rubeo Creditori quominus agere possit pro restitutione dd. pecuniarum; Tum quia Palagius dedit pecunias ad cambium. d. Iulio tanquam legitimo Procuratori D.Mattheij, ac illius nomine eas recipienti, cum soluens illi
21 cum quo legitime contraxit, rectè soluisse dica-

dicatur, quamuis sciat pecunias solutas ad aliũ pertinere, *Ancbar. Regien. quaest. famil. lib. 1. qu. 31. num. 5. Surd. decis. 229. num. 10. & 11. Borgnin. de tut. & cur. num. 372. Stracc. de adiect. q. 3. num. 42.* Tum etiam quia sola scientia d. Palagij quod Iulius pecunias acceptas ad cambium nomine D. Mattheii mandantis ipsimet Palagio pro
22 solutione pretij d. Officij esset redditurus, & sic in eius propriam vtilitatem conuersurus non releuaret, nisi constaret inter eosdem Palaginm & Iulium Procuratorem pactum ab initio super huiusmodi restitutione faciend. eidem Palagio soluenti praecessisse, iuxta doctrinam eiusdem *Castren. exaduerso allegatam in d. l. sed Iulianus §. non solum num. 3. vers. tu aduerte ff. ad senatus cons. Macedon. in eius lecturis Lugduni de anno 1553. impressis Bart. in d. l. singularia num. 24. vers. iuxta praedicta quaero Alex. ibid. nu. 25. Ias. num. 56. Bolognett. ibid. nu. 113.* subdens, quod
23 cessante d. pacto actus restitutionis praesumitur ex noua voluntate superuenisse etiamsi incontinenti in eadem Instrumento fuerit subsequutus. Idemque firmat *Bart. in d. l. qui sic solvit. num. 1. vers. contra hoc Castr. ibid. in fin. ff. de solut. Bald. in l. si tibi pecuniam sub num. 2. ver. oppono, & ibi Angel. & Fulgos. in fin. ff. si cert. pot. Rot. post Cenc. de cens. decis. 123. num. 5. Grat. discep. 962. num. 39.*

Quae tamen conuentio in proposito non probatur, prout exaduerso probari deberet,
24 Itaque in dubio non praesumitur praecessisse *Bart in l. si quis duos num. 1. de solut. & ibid. Castr. in fin. Ang. in d. l. si pecuniam in fin. Bolog. in d. l. singularia num. 113. Rot. d. decis. 123. num. 8.*

Non obstat, quod Iulius ex d. summa scutum 2. mil. quam recepit ad cambium deposuit penes eundem Palagium scut. 1500. ad effectum illa persoluendi Bonincontro venditori Officij cum dicto, & non alias &c. quia sic &c. ex quibus inferebatur Palagiũ ex praecedenti pacto inito cum eodem Iulio d. pecuniarum quantitatem penes se retinuisse; Siquidem obiectum remouetur ex verbis eiusdem Instrumenti, cuius verba sunt huius tenoris, Et ne de identitate dd. pecuniarum dubitari contingat D. Iulius dd. scut 1500. per ipsum manualiter recepta &c. deposuit & dimisit penes bancum d. Palagij praesentis &c. & dd. scut. mille, & quingenta monetae in deposito recipientis ad effectum illa persoluendi d. D. Laurentio Bonincontro cum ordine d. Iulij in computum pretij d. Officij, & non aliàs &c. quia sic &c. Quae verba posita in recognitione bonae fidei satis arguunt Iulium non vigore alicuius pacti praecedentis, sed sponte pecunias iam acceptas ad cambium penes d. Palagium non vti Creditorem, sed potius vti Mercatorem deposuisse ad effectum illas persoluendi Bonincontro cum ordine eiusdem Iulij ad computum pretij d. Officij, quod etiam sponte pro huiusmodi Credito specialiter obligauit, adeout sensus dd. clausularum, & non aliàs &c. quia sic &c. ille sit, vt Pelagius teneretur pecunias penes se depositas persoluere Bonincontro de ordine eiusdem Iulij, & pro solutione pretij dicti Officij

Vnde cum Palagius deberet dd. pecunias illico
25 relaxare tam ex natura contractus † depositi *iuxt. l. fin. ff. depositi*, quam ex speciali conuentione in Instrumento adiecta, & sic nullam ex tali deposito esset percepturus vtilitatem, apertè colligitur ipsum bona fide contraxisse,
26 nam vbi non cadit spes commodi † praesumitur bona fides, *Decian. cons. 37. num. 36. lib. 3. Crauett. cons. 3. num. 4. Menoch. lib. 5. praesump. 3. num. 18.*

Non obstat pariter, quod Iulius fuerit constitutus Procurator ad recipiendum scut. 2. mil. ad cambium non simpliciter, sed nomine eiusdem D. Matthei Constituentis, ibi, *A poter pigliare à mio nome &c.* Vnde cum dictus Iulius declarauerit se recepisse dd. pecunias ad cambium pro se ipso ac suimet commodo videatur fines d. mandati excessisse cum verba
27 *à mio nome* videantur intelligenda pro me, *iuxt. doctr. Bart. in l. 1. §. nunciatio num. 17. de oper. non. vnciat.* vbi ait idem esse dicere pro Titio, & nomine Titii. Siquidem pro responsione sat esse dicebant DD. d. Iulium non proprio, ac principali nomine, sed procuratorio nomine eiusdem D. Matthei constituentis dd. pecunias ad cambium recepisse, vt liquet ex lectura eiusdem Instrumenti Vnde satis apparet ipsum fines mãdati sibi dati nequaquam excessse, sed illius formam ad vnguem adimpleuisse, & consequenter D. Mattheum Constituentem valide obligasse, etiamsi idem Iulius dd.
28 pecunias nomine D. Matthei ad cambium acceptas in vtilitatem eiusdem Domini non conuerterit, *iuxta tradita per Bart. in l. ciuitas num. 7. Alex. ibi ad fin. vers. subdit etiam, & alij communiter scrib. ff. si certum pet. Bald. in auth. hoc ius porrectum sub num. 9. C. de sacros. Eccl. Mastrill. decis. 204. num. 28. & 29. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 11 num. 16. vers. Procurator autem & num. 17. in fin.* vbi hoc intelligit in habente speciale, & expressum mandatum ad mutuo recipiendum, pecuniam, vt in casu nostro, non autem in
29 habente tacitum, † quam distinctionem ante eum fecerat *Dec. cons. 330. num. 24.* Et procedit ista conclusio etiam quod Procurator in suam propriam vtilitatem pecuniam nomine
30 Domini habitam conuertisse probaretur, † vt indiuiduo tradunt *Mastrill. d. decis. 204. num. 29. circ. med. Alb. cons. 452. num. 10. in fin. 11. 12. 14. Rot. Genu. decis. 14. num. 14.*

Praeterea fuit responsum nos non versari in terminis quaestionis, An Procurator etiam cum liberã facultate constitutus possit obligare Dominum pro facto proprio, in quibus terminis videntur procedere iuxta exaduerso allegata, sed in terminis quaestionis, An Procurator specialitèr constitutus ad recipiẽdum nomine constituentis certam pecuniarum quantitatem obliget Dominum, si eam nomine quidem Domini receperit sed in eius propriam vtilitatem conuerterit, in qua vltra quod opinio affirmatiua est verior ex allegatis supra dicta adhuc admissa cõtraria sententia, illa
31 non procedit † quando Procurator contraxit bona fide, ac sine dolo, vt declarant *Bald. in d. l. creditor §. Lutius ff. mandati in Summario & in*

adi-

additione atque ibidem *Fulgos.* & videtur cen-
sisse *Rota decis.*103. *num.*20. *& 29. par.*5. *recen.*
32 Eoque magis quando † ex verbis mandati,
vel ex alijs coniecturis apparet ipsum Domi-
num in tali casu obligari voluisse, vel facto
33 Procuratoris † consensisse *Castr. in d.l.fin.nu.*2.
prope fin.uers.idem sequitur ff.de exercit.ac.Dec.cons.
437. *incipien. quaritur breuitèr sub num.*2. *uers.non*
*obstat Rota diu.dec.*132.*num.*6. *par.*2 In proposito
autem tantùm abest, quod probetur dolus Iu-
lij, quinimò tàm ex verbis mandati, quàm
ex pluribus coniecturis apparet conuersio-
nem pecuniarum in vtilitatem Iulij Procura-
toris, aliaque in d.Instrumento contenta pro-
cessisse de consensu, ac præambula voluntate
eiusdem D. Matthei constituentis, ipsumq;
ex contractu Cambij etiamsi pecuniæ in eius
vtilitatem non essent vertendæ obligari vo-
luisse, ex tenore siquidem, ac verbis d. man-
dati in prædicta serie facti relatis elicitur D.
Mattheum voluisse d. Iulio suum commoda-
re nomen, ad hoc vt ipse qui tanquam per-
sona priuata, & vulgaris conditionis d. pecu-
niarum quantitatem pro solutione pretij d.
Officij Capitolini proprio nomine ad Cam-
bium non reperisset eam suo nomine reperi-
rèt, ac recipere posset; Id namque suadere
non videntur nedum illa verba. *Constituisco*
mio Procuratore il Signor Giulio Grappolino à poter
in mio nome pigliare &c. ò da qualsiuoglia altra per-
sona, che vorrà darli scudi 2. mil. moneta &c. e d.
somma promettere in mio nome di restituirla &c.
cum verba *in mio nome*, idem significare vide-
antur, ac loco mei *Paris.cons.*107.*num.*24.*lib.*3.

Verum etiam nec verba sequẽtia *di poter fare*
qualsiuoglia Instrumento con qualsiuoglia patto, clau-
sula, *& obligar me, miei beni, & heredi &c.* &
inferiùs, *& io prometto hauer grato rato, e valido*
tutto quel tanto che detto mio Procuratore farà. Quæ
verba arguunt voluntatem D. Matthej eam
fuisse vt dans pecunias ad cambium d. Iulio
suo nomine recipienti non alitèr inspiceret in
quam causam, vel in cuius vtilitatem illæ ca-
dere debuissent; Iulius verò easdem pecunias
eius nomine receptas in eius propriã vtilita-
tem pro solutione scilicèt pretij d.Officij ero-
gare posset; Nam sufficit verba d.mandati sic
esse concepta, vt hanc interpretationem non
34 excludant, † vt in similibus dixit *Rota coram*
*Seraph.decis.*1124.*nu.*4.*uers.contrariam tamen sen-*
*tentiam, & num.*5. Stantibus præsertim alijs
verbis, *e dar facoltà a chi darà il danaro di poter d.*
somma &c. pigliare a cambio, e recambio, e recam-
biare, e continuare sino all'intiera restitutione a tut-
ti cambij, recambij, spese, e prouisioni mie &c. quod
verbum *spese* satis arguit mentem D.Mattheij
fuisse se velle de proprio teneri ex contractu
35 cambij, † etiamsi pecuniæ eius nomine reci-
piendæ commodo, & vtilitati eiusdem Iulij
recipientis cederent, nam aliàs frustrà dictum
fuisset *a spese, e prouisioni mie* si contractus d.
Cambij non nisi commodo constituentis ce-
dere debuisset, prout etiam ponderauit *Rota*
*coram Seraph.d.decis.*1124.*num.*6.*uers.praterea.*
36 Ex coniecturis pariter † prædicta voluntas
elici vifa fuit, quas ad istum effectum suffice-
re apertè sensit *Rota in Bononien.Computorum co-*
*ram Corduba, qua est decis.*189.*num.*4.*& seqq.penes*
Cenc.de cens. quarum prima desumitur ex de-
claratione eiusdem Iulij, qui fassus fuit dd.pe-
cunias sui intuitu, & contemplatione recep-
tas fuisse, quam declarationem ipse verisimi-
litèr non fecisset nisi præuio cõsensu eiusdem
constituentis illas pro sui vtilitate recipere po-
37 tuisset, cum abusus mandati † non præsuma-
tur *Serap.* vbi supra *num.*13.

Secunda coniectura elicitur ex actu per pu-
blicum Instrumentum, publicasque rationes
bancarias gesto, qui propterea cum facile de-
tegi potuisset, verisimile non est Iulium dd.
38 pecunias † in proprios vsus contra volunta-
tem D. Matthei constituentis conuertere vo-
luisse *ad tex.in l.cum.ipsi* vbi *gloss. magna Bart. &*
*aly ff. de contrah. empt. Ias. in l.*1. *§. fuit quasitum*
*num.*19.*ff.ad Trebell.*

Tertia deducitur ex eo quia mandatum D.
Matthei ad recipiendum pecunias ad Cam-
bium cõtinet eandem prorsus summam scut.
2. mil. quibus Iulius Procurator tunc indige-
bat, nimirum scut. 1500. ad computum pre-
tij d. Officij quod emit, & scut. 500. pro alijs
expensis occasione eiusdem Officij necessarijs,
vt elicitur ex tenore eiusdem Instrumenti, ex
39 hac namque † indigentia Iulij Procuratoris
iu eadem summa pro qua d. mandatum con-
ceptum fuit, non leuis elicitur coniectura
suadens Iulium potuisse dd. pecunias in emp-
tionem d. Officij conuertere, vt in simili ad-
uertit *Rota d.decis.*189.*num.*4.*post Cenc.de cens.* &
super hoc valde attendi debet declaratio per
40 ipsum Procuratorem facta † cum sit verisi-
milis, vt in specie *Rota Iannen.decis.*3.*num.*5.

Quarta denique ex taciturnitate D. Matthei
spatio quadriennij à die mandati facti pro re
de qua vti facta per publica Instrumenta, ac
rationes bancarias, facile potuit informari,
hæc namq; taciturnitas maximè deseruit pro
41 interpretatione † mandati *Aym. cons.*914. *nu.*9.
uers. ex Instrumento & seq. Nec est verisimile
quod si D. Mattheus indiguisset pecunia ad
cambium accipienda, tanto temporis spatio
eam exigere, vel de ea inquirere neglexisset,
42 cum nemo præsumatur facta † negligens in rè
sibi contraria *Alb.cons.*289. *num.*24. nec vbi de
43 proprio † commodo agebatur *Rota decis.*3. *tit.*
*de concess.praben.in nouis Menoch.li.*6. *præsumpt.*77.

Et in omnem euentum cum d. mandatum
sit obscurum ex eo quod non declarant in cu-
ius vtilitatem pecuniæ essent conuertendæ,
quinimo ex prædictis nõ leuis inducatur præ-
sumptio d. Iulium potuisse dd. pecunias in
propriam vtilitatem conuertere, omnis æqui-
tas suadet, vt illa capiatur interpretatio, per
quam ille qui bona fide contraxit, suasque pe-
cunias credidit à damno releuetur, suumque
creditum consequatur cum interpretatio re-
44 gulariter fiat † contra illum qui legem po-
tuit apertius cõscribere *l.veteribus ff.de pact. Alex.*
*cons.*13.*num.*5.*lib.*2.*Aldobr.cons.*3.*nu.*5. *lib.*1.*Grat.*
*discep.*2.*num.*18. illaque in dubio sit accipienda
45 per quam † delictum excludatur *l.meritò ff.pro*
*socio.Alex.cons.*15.*num.*7.*lib.*3.*Surd.cons.*175.*n.*53.
uers.

uerſ. quia ut dixit Mant. de tac. lib. 5. tit. 5. num. 42. Rota decis. 166. num. 8. par. 2. recent. Et in puncto
46 quod ſufficiat † mandatum eſſe obſcurum *Seraph. ubi ſupra num. 4. in fin.* atque ideò bene
47 dicatur ſolutum † Procuratori putatiuo propter obſcuritatem mandati *Alex. conſ. 103. nu. 14. uerſ. 2. reſpondeo lib. 2. Card. Tuſch. littera S. concl. 336. num. 5.*

Et ita vtraque &c.

ALBANEN. VINEAE

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Donatio rei Emphiteuticæ conſenſum Domini directi pro ſui validitate non expoſcit, ſi ipſi nullum præiudicium inferatur licèt requiratur ad hoc vt donatarius valeat capere poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus Domini directi non requiritur in donatione rei Emphiteuticæ dummodo talis donatio eidē nullum præiudicium afferat.*

2 *Eſt tamen neceſſarius ad hoc vt Donatarius poſſit capere poſſeſſionem.*

3 *Præſtitus in donatione conditionali cenſetur emanatus ſub eadem conditione ſub qua donatio facta fuit.*

DECISIO DXLIV.

NON acquieſcente Lucretia filia, & hærede Septimij ſecundi Donatatarij Vineæ, de qua agitur, reſolutioni factæ ſub die 11. Aprilis præteriti, qua firmatum fuit conſtare de bono iure DD. de Guelphis emptorum d. Vineæ à Petro Alegro primo eiuſdem Vineæ Donatario, & conſequenter Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Monſerrato Vrbis à dd. Guelphis, cauſam habentis, iterumque poſita cauſa ſuper iiſdem DD. in deciſis perſtiterunt ex rationibus in eadem deciſione deductis, quæ adhuc hodie placuerunt,

Non obſtant exaduerſo aliàs deducta ad probandum Vineam, de qua agitur, eſſe emphiteuticam. Vnde infertur primam illius donationem factam d. Petro ſine conſenſu Domini directi non ſuſtineri, quoniam etiam probata d. qualitate emphiteutica adhuc ſubſiſtit reſponſio data in d. deciſione in §. *non ob-*
1 *ſtat quod in donatione*, nimirum † in donatione rei emphiteuticæ conſenſum Domini directi non requiri, dummodò talis donatio eidem Domino nullum afferat præiudicium, iuxtà receptam Doctorum ſententiam, quos cumulant *Iaſ. in l. fin. num. 65. C. de iur. emphit. Clar. lib. 4. ſent. in § emphiteuſis qu. 15. Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. irreq. dom. limit. 13. in princ. cum alijs alleg. in d. deciſ.* in qua pro intelligentia Guidop. *deciſ. 46. num. 1. & ſeqq.* & aliorum Doct. qui pro contraria opinione allegantur, fuit etiam pon-
2 deratum conſenſum Domini directi † eſſe neceſſarium in donatione rei emphiteuticæ, ad hoc vt Donatarius poſſit illius poſſeſſionem capere, non autem ad hoc vt Emphiteuta poſſit rem emphiteuticam alteri donare, cum pro validitate d. donationis conſenſus Domini directi non requiratur iuxtà diſtinctionem quam pro conciliatione dd. opinionum latè diſcuſſo articulo firmat *Iaſ. in d. l. fin. num. 66. C. de iur. emphit.* quem ſequuntur *Clar. in d. §. emphiteuſis qu. 13. num. 2. verſ. 4. quod priusquam Corbul. d. tit. de cauſ. priu. ob alienat. irreq. dom. limit. 15. num. 5.* cum alijs allegat. in deciſione, quæ reuidetur.

Minus obſtat quod Marinerius Donator ante venditionem huius Vineæ factam à Petro primo Donatario, ſecundò donauerit d. Vineam Septimio qui conſenſum Domini directi obtinuit, ac poſſeſſionem eiuſdem Vineæ accepit, ac propterea ratione d. præuentionis Septimius, ſeu illius hæredes veniant præferendi d. Petro primo Donatario, qui d. conſenſum Domini non obtinuit, quia cum d. ſecunda Donatio non facta fuerit ſimpliciter, ſed ea ſub conditione, quatenus ſcilicèt alia diſpoſitio per Marinerium forſan facta ex quouis capite non valeat aut infringi, vel annullari poſſit, & non aliàs, vt fuit ponderatum in eadem deciſione dictaque conditio adhuc iuſtificata non fuerit, quinimò appareat primam donationem factam d. Petro eſſe validam, etiamſi in illa conſenſus Domini directi non interuenerit ex ſupra allegat. vtiq; conſenſus Domini directi in ſecunda dona-
3 tione præſtitus †, & poſſeſſio illius vigore ſubſequuta nihil operantur, cum hæc cenſeantur emanaſſe ſub eadem conditione, ſub qua d. ſecunda donatio facta fuit *ad notat. per Bald. conſ. 131. n. 1. verſ. in contrarium lib. 5. Ruin. conſ. 51. nu. 8. verſ. præterea quæ ſcribuntur Seraph. deciſ. 732. num. 2. verſ. non obſtat conſenſus, & num. ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

FAVENTINA DOTIS, ſeù SVCCESSIONIS

Lunæ 23. Iunij 1639.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria eſt concedenda in profanis ſine ſumo data releuantia articulorum.*

2 *Sufficit releuantia vnius articuli ad hoc vt remiſſoria concedatur ſuper omnibus.*

3 *Paſertim quando cauſa eſt commiſſa appellatione remota.*

4 *Remiſſoria vt detur ſuffiicit articulos quoquo modo directè, vel indirectè ad cauſam facere.*

DECISIO DXLV.

CVM Veſpignani filij ex priori matrimonio q. Apolloniæ prædefunctæ Iudicium coram A. C. inſtituiſſent tàm contra D. Ioannem Baptiſtam Laderchium Vitricum pro reſtitutione Dotis ei ſolutæ quàm contra bonæ me: Io: Baptiſtam Fenzonium Auunculum pro

pro solutione residui augmenti eiusdem dotis occasione secundi matrimonij ab eodem Fenzonio d. Apolloniæ promissi, ac sententiam fauorabilem reportassent, quæ condemnauit dd. Laderchium, & Fenzonium ad restituen, ac respectiuè soluendum dd. filijs tertiam partem d. Dotis pro eorum legitima, nec non quatuor ex quinque partibus residui eiusdem Dotis Rota ad quam causa in gradu appellationis delata fuit, sub die 21. Februarij præteriti censuit d. sententiam vti validam, & iustam esse confirmandam ex rationibus, & fundamentis in decisione desuper extensa deductis. Verum quia inter alia opponebatur d. sententiã esse iniustã saltem respectu d. Fenzonij, qui d. dotem lib. 4500. primo Viro constitutam occasione secundi matrimonij vsque ad libras 15. mil. ex bonis proprijs se auxisse prętendebat, dictumq; augmentum ad sui fauorem iuxtà Vrbis Statutum stipulatus fuerat, ac propterea illud defuncta Apollonia Sorore sine liberis ex secundo matrimonio ad ipsum eiusque hæredes reuerti debere contendebat, Rota respondit d. augmentum dotis promissum fuisse contemplatione omnium iurium, actionum, ac prætensionum, quas d. Apollonia cesserat ad fauorem eiusdem Fenzonij super bonis paternis, maternis, ac Michaelis fratris prædefuncti, ac proinde illud censeri cõstitutum ex bonis proprijs eiusdem mulieris, ac loco pretij dd. Iurium, & prætensionum quas ipsa renunciauit subrogatum fuisse non autem ex bonis proprijs eiusdem Fenzonij, qui proptereà non potuit idem augmentum dotis ad sui fauorem stipulari in prę-iudicium filiorum ex priori matrimonio ex iuribus in eadem decisione allegat.

Ad elidendum hoc fundamentum fuit hodie petita Remissoria ad probandum inter alia certum valorem hæreditatis q. Francisci Fenzonij Patris d. Apolloniæ, ac eiusdem D. Io: Baptistæ, qui d. dotem auxit; vt hinc appareat illum fuisse adeo tenuem, deductis legitimis detractionibus vt d. Apollonia nil aliud vltra dotem primo Viro cõstitutam prætendere potuisset, quàm Bemissoriam dixerunt DD. esse concedendam, cum versemur in prophanis,
1 in quibus Remissoria† passim conceditur etiã absque fumo data, *prout hic*, articulorum releuantia *Cas. de Grass. decis. 1. num. 10. de dilat. Verall. decis. 68. par. 3. Put. decis. 68. par. 3. Greg. XV. decis. 191. num. 2. & decis. 415. num. 2. & decis. 562.*
2 *num. 3.* & sufficit releuantia † vnius articuli ad hoc, vt remissoria concedatur super omnibus *Rota decis. 677. num. 1. par. 1. & decis. 661. num. 4. par. 2. recent. Caual. decis. 59. nu. 1. & decis. 252. nu. 1. Greg. XV. decis. 124. num. 3.*
3 Præsertim quando, *prout hic*, nil hactenus probatum fuit causaque reperitur commissa appellatione remota *Canal. d. decis. 59. in princ. Greg. XV. decis. 562. num. 5.* & ibi *Adden. num. 7.*

In proposito autem omissis Articulis, qui vltrò exaduerso admittebantur releuantia prędicti Articuli super tenuitate valoris d. hæreditatis visa fuit clara, quia cum cõtineat quod hęreditas erat adeò tenuis, vt deductis opportunis detractionibus nihil superesset. Vnde d. Apollonia omnes suas prætensiones deducere posset vtrique videtur cessare ponderatio facta in d. decisione nimirum augmentum dotis eidem Apolloniæ constitutum à Fenzonio Patruo emanasse, contemplatione omnium iurium, ac prætensionum quas eadem Apollonia cessit ad fauorem eiusdem Fenzonij, sicq; illud censeri constitutum ex bonis proprijs eiusdem mulieris, ac loco pretij dd. iurium, quæ cessa fuerant, subrogatum fuisse, sed apparebat illud saltem respectu bonorum paternorum reuera prouenisse ex bonis proprijs eiusdem Fenzonij, hæc namque probatio
4 visa fuit releuare ad effectum † obtinendi remissoriam, pro qua sufficit quod Articulus quoquo modo directè, vel indirectè ad causam facere possit, vt aliàs dixit *Rot. coram Caual. decis. 332. num. 2. iuxtà doctrinam Bald. in cap. licèt causam num. 33. vers. dicitur tamen de probationibus.*

Et ita vtraque &c.

FANEN. PRAEDII.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Peritus electus ad mensurandum, & æstimandum prædium vtiq; censetur habere facultatem illud terminandi, cum absque terminatione non possit nec mensurari, nec æstimari.

SVMMARIVM.

1 *Peritus facultatem sibi concessam excedere non potest*
2 *Peritus non dicitur excedere facultatem sibi concessam ea faciendo, quæ necessariò debent præcedere ad peragendum id ad quod fuit deputatus, & nu. 3.*
4 *Electio peritorum, & acquiescentia gestis ab eis arguit fuisse illis facultatem concessam.*
5 *Peritus electus ad faciendum actum præsentibus, vel absentibus dicitur habere facultatem illud faciendi parte absente, & non citata.*
6 *Producens scripturam acceptat in ea contenta.*
7 *Fouea sæpe viuida munita deseruit pro termino. Quod procedit & si fouea sit tota predij terminandi cum vltima linea deseruiat.*
8 *Deponere non est soluere.*
9 *Depositum si non est liberum, & integrum non suffragatur.*

DECISIO DXLVI.

ITERVM hodie posita causa super decisione sub die 10. Decembris anni præteriti emanata in qua firmatum fuit Petro Paulo Leonardo venditori prædij, de quo agitur, non obstare prætensam exceptionem non implementi respectu terminationis eiusdem prędij quominus agere possit pro solutione ratæ prætij, ac fructuum recompensatiuorum contra Petrum Aloysium de Monteueteri illius emptorem DD. steterunt in decisis ex eisdem fundamentis in d. decisione deductis, quæ adhuc sistere visa fuerunt.

Non obstaunt quæ iterum hodie opponebantur

bantur ad probandum terminationem d. prædij fuisse nullam, & imperfectam, ac propterea non posse d. Leonardo suffragari, quoniam respectu primæ nullitatis desúptæ ex eo quod peritus, qui d. prædium terminauit, fuerit simplicitèr electus ad mensurandum, & æstimandum non autem ad terminandum, ac proinde non potuerit fines facultatis excedere
1 dictoque prædio † terminos apponere ad *l. non distinguemus §. de officio l. si cum dies §. plenum ff. de recept. arbitr. cum alijs allegat.* illa cessat ex eo quia cum mensuratio, & æstimatio d. prædij fieri non potuisset nisi præcedenti determinatione continiũ ex quibus dignosceretur quantaquæque res esset quæ mensurari, & æstimari
2 debuisset iuxtà † ea quæ in proposito notant. *Hieron. de Mont. in tract. de finib. cap. 15. num. 3. & cap. 88. num. 5. Rimin. sen. conf. 252. num. 12.* Vtique concessa facultate mensurandi, & æstimandi
3 sequitur facultatem † etiam terminandi, quæ necessariò præcedere debuit, demandatam fuisse *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. l. ad rem mobilem ff. de procur. Castr. conf. 12. num. 4. vol. 1. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 15. num. 29.*

Præsertim quia dd. contrahentes iam conuenerant inter se quoad terminationem, mensurationem, & æstimationem d. prædij faciendam cuius conuentionis vigore peritos ad æstimandum, & mensurandum elegerunt, deindeque passæ fuerunt eosdem ad terminationem d. prædij deuenire, nec reclamarunt, ob quam electionem, & acquiescentiam cen-
4 sentur eisdem peritis † facultatem etiam terminandi concessisse *ex notat. per Innoc. in cap. ex parte num. 13. de rescript. Greg. XV. decis. 44. num. 2.* & ibi *Adden. cum alijs alleg. in d. decis.*

Respectu verò alterius assertæ nullitatis deductæ ex defectu interuentus d. Aloysij emptoris, qui in actu terminationis interuenire, vel saltem citari debuisse dicebatur illa non visa fuit releuare. Nam esto quod d. Aloysius in actu d. terminationis reuera non interuenisset, d. terminatio visa fuit valida, quia Periti fuerunt electi ad mensurandum, & æstimandum, & sic etiam ad terminandum ex supra allegat. cum clausula quandocumque partibus præsentibus, vel absentibus in omni die, hora, loco, & tempore, vt in *Summario alias dato num. 2.* quæ clausula operatur, vt dd. periti potuerint facultatem sibi demandatam exercere, etiam parte absente, & non citata
5 prouti in simili † de arbitrio firmant *Blanc. de compromiss. qu. 9. princip. num. 6. tom. 3. par. 5. fol. 191. Carpan. ad stat. Mediolan. par. 1. cap. 109. num. 207. vers. 1. si ex forma.*

Prædictaque faciliùs procedere visa fuerunt tùm quia Aloysius emit prædium de quo agitur pretio æstimando à dd. Peritis, dictumq; pretium promisit soluere ad rationem mensuræ faciendæ, vnde si forte in appositione terminorum, eo absente, aliquid detractum fuisset, tantò minus idem emptor soluere debuisset. Tùm etiam quia idem Aloysius relationem Periti in iudicio produxit, eamque recognosci curauit, ob quam productionem
6 censetur terminationem in ea contentam acceptasse ex cumulatis per *Honded. cons. 78. nu. 8. vol. 5. Surd. cons. 151. num. 16. vol. 1. Greg. XV. decis. 238. num. 5.* & ibi *Adden. num. 5.*

Nec pariter obstat quod prædicta terminatio fuerit saltèm imperfecta ex defectu appositionis termini in ea parte d. prædij, quæ cohæret alteri prædio vicino. Etenim cum ex relatione eiusdem Periti, ac positionibus datis ab eodem Aloysio emptore appareat in parte, de qua agitur, existere foueam manufectam, eamque in eminentiori margine esse munitam sæpè vepribus viuida, non visa fuit necessaria appositio alterius termini cum ipsa-
7 met fouea pro termino deseruiret *Hier. de Mont. tract. de finib. cap. 17. num. 5. par. 2. Franc. Marc. decis. 131. num. 5. par. 2.* cum alijs allegat. in decisione, quæ reuidetur.

Nec dicatur prædicta procedere in fouea, quæ esset communis vtrique prædio, & sic diuisoria, secus verò quando illa, *prout hic*, est posita totalitèr in vno prædio, sicque alteri prædio cohæret, tunc enim non videtur posse pro termino eiusdem prædij deseruire, cum terminus debeat esse extra rem terminatam. Nam placuit responsio data in d. decisione quod licèt ista fouea sit posita totalitèr in prædio vendito, non tamen excluditur quin vltima linea, seù extremitas eiusdem foueæ possit esse terminus eiusdem prædij terminati.

Nec releuat exaduerso allegata consuetudo illarum partium, quod vbi fouea totalitèr sita est in vno prædio tunc extremitas, seù vltima linea d. foueæ non potest deseruire pro termino, cum d. fouea debeat habere distantiam vnius palmi vltra suam extremitatem, ad hoc vt illa occasione repletionis expurgari possit, quoniam vltra quod asserta consuetudo non probatur concludentèr, prout probari deberet à d. Aloysio, qui in ea se fundat, adhuc militat supradicta responsio, nimirum extremitatem eiusdem palmi, qui se extenderet vltra foueam fore terminum eiusdem prædij, cum vtrobique militet eadem proportionis ratio.

Denique non obstat prætensum depositum ratæ d. pretij exaduerso allegatum pro euitanda solutione fructuum recompensatiuorum,
8 quia vltra quod † deponere non est soluere *Bart. in l. item liberatur, §. 5. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. cum alijs relat. à Tiraq. de retract. Lignag. §. 9. gl. 3. num. 3. Greg. XV. decis. 146. num. 1.* vbi *Adden. num. 20. Rota decis. 149. num. 8. par. 5. recent.* cum illud dicatur non fuisse integrum
9 neque liberum † non suffragatur *Alex. cons. 75. nu. 9. vol. 7. Aym. cons. 106. nu. 1. Greg. XV. decis. 505. num. 6.* & ibi late *Adden. num. 11.*

Et ita vtraque &c.



ROMANA DONATIONIS.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Bona emphyteutica possunt hypothecari si in concessione non legatur prohibita hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*

2 *Dominium directum probandum est ab eo, qui in eo se fundat.*

3 *Emphyteutica bona possunt hypothecari, quando ex illorum concessione non apparet hypotheca prohibita.*

4 *Hypotheca ius quoque resoluitur, resoluto iure hypothecantis.*

DECISIO DXLVII.

SENTENTIAM Rotalem qua fuit pronunciatum Herculi Menandro dandam esse immissionem cōtra Riualdos tertios possessores Vineæ, de qua agitur vigore donationis annui redditus scut. 80. super ead. vinea ei factę à bo: me: Maluasia Clerico Cameræ Apostolicæ, vti validam, & iustam dixerunt DD. esse confirmandam.

1 Validitas elicitur ex actorum reuolutione & iustitia ex rationibus optimè deductis in decisione facta sub die 13. Martij anni præteriti coram R.P.D.meo Ghislerio, qui d. sententiam protulit contra quam Domini Riualdi nihil hodie deduxerunt.

Neque obstat, quod ista vinea subiecta sit Dominio directo Ecclesiæ Sanctę Mariæ ad Rotundam, ac propterea D.Maluasia non po-
2 tuerit super illa ad fauorem D. Menandri hypothecam imponere, quoniam vltra quod dd. Riualdi nō probant concludenter dominium directum dictę Ecclesiæ super ista vinea, prout concludenter probare deberent tanquam fundamentum eorum intentionis, *Caputaq. decis. 280. par. 1. Add. ad Magon. decis. Lucen. 46. litt. A. cum alys congestis à Rota decis. 180. nu. 1. par. 1. rec.* adhuc admissa probatione dicti dominij illa
3 non releuaret, cum etiam bona emphyteutica validè possint hypothecari quando, prout hic, ex illorum concessione non apparet hypothecam super eisdem bonis fuisse expressè prohibitam, *iuxta text. in l. lex vectigali, & ibi Bald. n. 1 & seqq. ff. de pignor. gloss. in l. 3. in verb. & aly vendere, Ias. ibidem num. 78. C. de iur. emphyt. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampl. 34. num. 2. Surd. decis. 160. num. 6. Rota decis. 86. num. 3. par. 5. recent. & decis. 749. num. 9. coram bo: me: Bur atto.*

Hinc non visa fuit obstare petitio exaduerso facta in memoriali pro dubio, videlicet, An extantibus bonis liberis bona emphyteutica veniant sub generali obligatione bonorum, quasi quod Menandrus non possit immissionem consequi super ista vinea emphyteutica, quatenus existerent alia bona libera, quia cum huiusmodi exceptio nō concernat ius dictorū de Riualdis, sed eiusdem Ecclesiæ, sub cuius dominio directo dicta vinea esse prætenditur, discussio dicti dubij parum DD. releuare visa fuit, quoniam esto quod extarent alia bona libera, adhuc Menandrus posset sua iura experiri contra dictam vineam sibi hypothecatam sine dictæ Ecclesiæ dominæ directæ præiudicio, quia licet super dicta vinea emphyteotica alienari prohibita onus, seu hypotheca validè ab initio imponi non potuerit ex supra allegatis, nihilominus emphyteusi deuoluta, vel resoluta, hypothecæque quoque imposita resolueretur, ipsaque vinea liberè ad Ecclesiam dominam directam reuerti deberet, ea ratione,
4 quod resoluto iure hypothecantis, ius quoque hypotheca resoluitur, *iuxta text. in d. l. lex vectigali, vers. respondit in fin. ff. de pign.* prout late discusso articulo, firmauit *Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano d. decis. 86. nu. 32. par. 8. recent.* cum qua DD. transierunt.

Et ita vtraque &c.

RAVENNATEN. CENSVS.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM

Emens pro persona nominanda, si sequuta nominatione se ingerat in re empta puta exigendo censum emptum, vel quid simile faciendo, tenetur quidem ad restitutionem illius, quod habuit, sed contra ipsum non potest agi nisi via ordinaria, etiam si sub obligatione Camerali in Instrumento nominationis promiserit nominationem, declarationem, & cessionem iurium dicti census esse bonas, validas, & legitime factas, alias teneri ad damna interesse.

SVMMARIVM.

1 *Census emptus pro persona nominanda sequuta nominatione dicitur acquisitus ipsi nominato.*

2 *Exigens pecunias alicuius tenetur ad restitutionem.*

3 *Quietantia licet non recognita iunctis adminiculis probat exactionem.*

4 *Scriptura priuata, & informis probat iunctis adminiculis.*

5 *Partita libri mercatorum probat pro tertio concurrentibus adminiculis.*

6 *Partita extracta ex libris societatis plenè probat contra socios ad fauorem tertij.*

7 *Scriptura exhibita post relaxationem mandati admittitur ad corroborationem probationis antea factæ.*

8 *Mala fides debitoris operatur vt nec ipsius hæredes possint præscribere.*

9 *Præscriptio non currit contra eos quibus non potest imputari negligentia.*

10 *Hæredi datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ.*

11 *Statutum loci, in quo fuit destinata solutio, non autem celebrationis contractus, seruandum est.*

12 *Emens aliquid pro persona nominanda dicitur se gerere tamquam procurator.*

13 No-

13 *Nominatione facta transit omne ius in nominatum; perinde ac si ipsemet ab initio contraxisset, & nominatus fuisset.*
14 *Et dominium rei empta nullo tempore dicitur fuisse penes nominantem.*
15 *Executiuè quis conueniri non potest vigore obligationis Cameralis apposita in Instrumento alterius contractus.*
16 *Obligatus in forma Camera in instrumento census ad damna & interesse conueniri non potest executiuè pro restitutione sortis principalis, qua succedit loco damnorum & interesse.*
17 *Tempus præteritum, vel præsens regulariter non trahitur ad futurum.*
18 *Cedens aliquam rem remanet obligatus rem cessam quandocumque præstare.*
19 *Executio vigore obligationis Cameralis competit pro omnibus quæ veniunt ex natura contractus.*
20 *Verba, cessit, transtulit &c. quandocumque veram cessionem important.*
21 *Assignans nomen debitoris si deinde illud exigat dicitur assignationi contrauenire.*
22 *Extensio obligationis Cameralis continet, quod obligatus promittit omnia narrata esse vera, & contra illa non facere, sed ea inuiolabiliter obseruare.*

DECISIO DXLVIII.

COMMVNITAS Rauennæ imposuit aliàs de mense Maij 1591. super certis eius bonis annuum censum scutorum 400. quem pretio scut. 5000. vendidit q. Philippo Rauennæ, qui dictum censum asseruit emere pro persona nominãda in actis Cataloni Notarij A. C. Deinde de mense Iunij eiusdem anni nominauit Io: Baptistam Fliscum declarauitque dictum censum ipsius Io: Baptistæ fauore impositum, ac de proprijs illius pecunijs emptum fuisse, promisitque dictam nominationem, ac declarationem fuisse & esse bonas, validas, ac legitimè factas, alias voluit teneri ad omnia damna & interesse, vt in Instrumento obligatione Camerali vallato continetur, quam nominationem, ac declarationem successiuè idem Fliscus acceptauit, ac deinde post aliquos annos egit pro solutione fructuum d. census contra dictam Communitatem, quæ cum ostendisset se dictũ censum vsque de anno 1592. extinxisse, ac sortem vna cum fructibus eidem Philippo persoluisse sententiam absolutoriam ab A. C. reportauit, à qua cum d. Fliscus appellasset, causam in Rota Cardinali Millino tunc Auditori commisti obtinuit, coram quo disputato dubio, An d. solutio facta Philippo esset legitimè facta nec ne; itaut Communitas esset liberata, fuit ordinatum, vt videretur an fuerit necesse intimare d. nominationem Communitati, ad hoc vt ipsa non posset soluere.

Decessit interim Fliscus de anno 1605. hærede sibi instituto D. Iacobo Raggio eius nepote, qui pariter obijt de anno 1629. relictis hæredibus testamentarijs DD. Laurentio, & fratribus de Raggijs, qui cum nuper egissent coram A.C. contra Franciscum vti filium, & hæredem Philippi pro restitutione sortis dicti census ab ipso exactæ, mandatum executiuum ab eo obtinuerunt, à quo Franciscus appellauit, causamque mihi, cum clausula, *si quid exequendum*, committi obtinuit, quocirca dedi dubium, An dictum mandatum esset exequendum. In cuius dubij positione informantes pro dicto Francisco tria præcipuè contra validitatem, & iustitiam dicti mandati opponebant. Et primo quod non constaret Philippum eius patrem sortem d. census à Communitate extincti percepisse.

Secundo opponebant præscriptionem nedum iuris communis ex lapsu 30. annorum, sed etiam statutariam Vrbis ex lapsu 16. annorum, & vltra à die d. exactionis.

Tertio tandem opponebant non potuisse agi via executiua contra dictum Philippum, vel illius hæredes pro restitutione sortis dicti census. Cæterum Domini his exceptionibus maturè discussis censuerunt hæredes Philippi teneri pro restitutione sortis dicti census, sed contra eos nonnisi via ordinaria agi posse.

Et quoad primam partem resolutionis attinet, res visa fuit carere difficultate, siquidem
1 cum Philippus emerit censum, de quo agitur pro persona nominanda, deindeque nominauerit Ioannem Baptistam Fliscum, & d. censum de illius pecunijs emisse declarauerit, vtique sequuta dicta nominatione census iste fuit acquisitus eidem Flisco nominato, *Alex. cons. 232. num. 3. lib. 6. Dec. cons. 543. num. 4. Ceph. cons. 325. num. 14. & 15. Surd. decis. 226. num. 1. & decis. 182. num. 18. Mant. decis. 336. sub num. 1. vers. & post factam, Rota decis. 170. num. 1. post Cenc. de cens. & decis. 81. num. 2. post Galles. de oblig. Camer. Greg. XV. decis. 157. num. 7. & ibi Add. & decis. 227*
2 *num. 6. in fin.* Vnde cum postea idem Pgilippus sortem d. census spectantis ad Fliscum exegerit à Communitate vtique remansit debitor eiusdem sortis, illamque proinde ipse, seu illius hæredes tenentur restituere DD. de Raggijs Flisci hæredibus, *l. ex mandato, §. si ex fundo, & §. idem labeo, ff. mandat. Petr. Iacob. in sua prax. rubr. de act. mand. direct. vers. item recte dicitur, Paris. cons. 8. num. 16. lib. 4. Honded. cons. 38. num. 5. lib. 2. Rota decis. 149. num. 3. par. 1. recent.*

Quod autem Philippus receperit à Communitate sortem d. census post factam nominationem Flisci, & sic cesset primũ obiectum exaduerso excitatũ visum fuit probari conclu-
3 dẽter ex quietantia eiusdem Philippi facta in calce mandati bon: mem: Cardinalis Caietani tunc Camerarij sub die 7. Septembris 1592. directi Io: Enriquez Etreræ, Octauio Costæ, Alexandro Bono, & eidem Philippo Rauennæ emptoribus Montis Communitatum, quibus demandata fuit solutio scutorum 5437. monetæ eidem Philippo pro sorte, & fructibus istius census ab eadem Communitate, quæ illum imposuerat: extincti, quæ quidem quietantia, licet non fuerit recognita nihilominus dum illa est adminiculata, nedum ex eo, quod dicta Communitas abinde citra fructus d. census nunquam soluit, sed etiam ex sententia absolutoria lata ab A. C. ad fauorem eiusdem Communitatis, necnon ex decisione

facta ſub die 13.Iunij 1607. coram Caualerio,
in qua extinctio, ac ſolutio d. cenſus factæ di-
cto Philippo pro certo ſupponuntur, ſufficien-
4 ter probatæ, cum etiam ſcriptura priuata, &
informis iunctis adminiculis probet *leg. inſtru-
menta, C.de prolat. Decian.reſponſ.33.nu.116.lib.1
Rota deciſ.437. num.4.par.4. recent. & coram Gre-
gor.XV.deciſ.442.in fin.*

Eoque magis cum vltra dictã quietantiam
concurrat etiam partita formiter extracta ex
5 libris Doni, in qua legitur eandem ſummam
ſcutorum 5437. pro extinctione d. cenſus re-
uera vigore prędicti mandati facti à Cardinali
Camerario eidem Philippo perſolutam fuiſſe
quæ partita iunctis adminiculis ſupra ponde-
ratis probat etiam pro tertio, & ſic pro Rag-
gijs contra dictum Philippum, & illius hære-
des, *Seraph.deciſ.480.num.4. Rota deciſ.653.nu.5.
par.3. recent. & deciſ.360. num.3. coram bon. mem.
Buratto, & deciſ.197. num.2. coram Reuerendiſſimo
Vrgellen.*

6 Quinimo cùm dictus Philippus eſſet ſocius
d. Doni in emptione d. Montis d. partita tan-
quam extracta ex libris ſocialibus plenè pro-
bat contra d. Philippum conſocium, & illius
hæredes etiam pro tertio, *Alex.conſ.186.num.1.
lib.2. Corn. conſ.319.num.14.lib.3. Rota deciſ.540.*
7 *ſub num.5. par.3. recent.* etiam quod illa fuerit
extracta poſt dictum mandatum relaxatum
ab A.C. cum non dicatur noua probatio, ſed
anterioris iam factæ corroboratio *Gregor.XV.
deciſ.272.num.9.* & fuit dictum *in Tiburtina Pra-
torum 5. Iulij anni prætariti coram bon. mem. Buc-
cabella.*

Non obſtat prætenſa præſcriptio ſiue illa
deducatur ex iure communi, ſiue eliciatur ex
ſtatuto Vrbis *in cap.18.lib.1.* Non quidem prę-
ſcriptio iuris communis 30. annorum; Tum
quia Philippus poſtquam ſequuta nominatio-
ne Fliſci recepit à Communitate ſortem dicti
8 cenſus fuit conſtitutus in mala fide, quæ ope-
ratur, vt nec etiam illius hæredes præſcribere
poſſint, *l.cum hæres, ff.de diuer.& tempor.præſcrip.
cap.poſſeſſor de reg.iur.in 6. Caſtill.de vſuſruct. cap.
67.num.20.& 22. Caball.conſ.178.num.10.& ſeqq.
lib.1. Cenc.de cenſ.quæſt.117.num.12.iuxta Moder.
impreſſ.* Tum etiam quia Fliſcus creditor dicti
cenſus litem mouit contra Communitatem
pro ſolutione fructuum illius vſque de anno
1598. eamque proſequutus fuit dum vixit,
nempe, vſque ad annum 1605. eo autem de-
functo Iacobus illius hæres vſque ad annum
1607. vt dicitur tam ex d.deciſione Caualerij,
quam ex alijs iuribus datis in Summario Frã-
9 ciſci; Vnde nulla potuit incipere præſcriptio
ab eis quibus nulla poteſt imputari negligen-
tia, *Bald.in auth. niſi triennale ante nu.1. C. de bon.
mater. Balb.de præſcript.1.par.6.& vlt.princ.n.19.
verſ.vltra quem addo.* A dicto autem anno 1607
vſque ad obitum d.Iacobi qui ſucceſſit de an-
no 1629. prout eſt inconfeſſo inter partes non
interceſſerunt anni 22. Vnde vel præſcriptio
30. annorum non fuit completa contra d. Ia-
cobum, vel quatenus completa fuiſſet ſaltem
contra Raggios illius hæredes daretur illis re-
10 ſtitutio ex capite probabilis ignorantiæ, *Alex.
conſ.71. num.2. & 3. lib.1. Rota deciſ.621. num.3.
par.1.recent. & poſt tract.de Salu. deciſ.289.num.5.
& 6. & poſt Cenc.de cenſ. deciſ.138.num.12. & de-
ciſ.265.num.6. & deciſ.366.numer.1. & 2. Buratt.
deciſ.487.num.2. Grat.diſcept.403.num.38.*

Minus obſtat præſcriptio ſtatutaria 16. an-
norum, nedum quia ſolutio tàm ſortis, quàm
fructuum huius cenſus deſtinata fuit in Ciui-
11 tate Rauennæ, ac proinde non ſtatutum Vr-
bis, ſed potius loci deſtinatæ ſolutionis attendi
debet, *Bart.in l. cunctos populos num.16. C. de ſum.
Trinit. Rota deciſ.602. num.2. par.1. diuerſ. & fuit
dictum in Interamnen. Affictus 13.Maij 1596.coram
Litta*; ſed etiam quia nec Philippus, nec illius
hæredes huiuſmodi debitum vnquam agno-
uerunt, ſeu illud acriter impugnarunt; Vnde
nõ videtur eſſe locus ſtatuto Vrbis cum illud
non tollat actionem, ſed inducat ſolutionis
præſumptionem, quæ proculdubio ceſſat in
eo qui negat ſe debitoremr cum ceſſante
confeſſione debiti ceſſet quoque ſolutionis
præſumptio.

Quo verò ad ſecundam partem reſolutio-
nis, qua fuit firmatum eſſe agendum via or-
dinaria, non autem via executiua moti fue-
runt DD. ex eo, quod Philippus, vt in præfa-
ta ſerie facti dictum fuit, emit cenſum, de quo
agitur, non pro ſe, ſed pro perſona nominan-
da, ac ſucceſſiuè nominauit Fliſcum, decla-
rauitque dictum cenſum emptum fuiſſe ex
pecunijs eiuſdem Fliſci, qui deinde dictam
nominationem, ac declarationem acceptauit;
12 Vnde cum Philippus in emptione d. cenſus
cēſeatur ſe geſſiſſe tanquam Procuratorē eiuſ-
dem Flici, *iuxta conſ.Anchar. 127. ſub nu.2.col.2.*
13 vtique facta nominatione eius officium, vel
miniſterium expirauit, omniaque iura d.cen-
ſus cenſentur eidem Fliſco acquiſita ex pri-
mæuo contractu, perinde ac ſi ipſemet ab ini-
tio contraxiſſet, ac nominatus fuiſſet, *Alex.in,
d.conſ.232.num.3.in fin.& ſeqq.lib.6. Anchar. dicto
conſ.227.num.6.Rimin.iun.conſ.167.per tot. & præ-
ſertim num.11. Surd.deciſ.182. num.17.& 18.* vbi
14 quod facta nominatione dominium rei em-
ptæ nullo tempore dicitur fuiſſe penès nomi-
nantem *Rota deciſ.125. num.5. poſt Cenc.de cenſib.*
quapropter cum Philippus qui poſt dictam
nominationem nullum ius habebat in dicto
cenſu, iamque functus erat ſuo miniſterio,
ſortem illius, ac fructus exegerit; vtique non
15 amplius vti Procurator Fliſci, ſed tanquam
altera perſona conſideratur, quæ in exactione
d. cenſus ſe immiſcere voluit, contra quem
propterea ſiue illius hæredes Ragij creditores
non potuerunt agere via executiua pro reſtitu-
tione d.ſortis vigore obligationis Cam.adiectę
in Inſtrumento d. nominationis, quæ longè
ante d. exactionem adimpleta fuit, ſed debent
implorare officium Iudicis via ordinaria pro
reſtitutione eiuſdem ſortis poſt nominatio-
nem perfectam indebitè perceptæ, *ad notat. per
Roman.conſ.503.num.11.& ſeq. Surd.conſ.70.n.18.
in fin.lib.1. & fuit dictum in Reatina Iuris redimen-
di poſt tract.de manut.deciſ.247.num.16.*

16 Non obſtat, quod Philippus in Inſtrumen-
to d. nominationis promiſerit nominatio-
nem,

nem, declarationem, ac cessionem iurium d. census fuisse & esse bonas, validas, ac legitimè factas, nihilque in præiudicium iurium cessorum fecisse alias teneri voluit sub obligatione Camerali ad damna, & interesse; Vnde inferebatur intrare viam executiuam pro restitutione sortis eiusdem census, quæ succedit loco damnorum & interesse, *Bald. in l. si traditio in 4. quæst. nu. 7. C. de act. empt. Greg. XV. dec. 88. num. 3. & decis. 119. num. 4. Rota in Romana, seu Cornetana Dotis impress. per Salustium in prax. c. 38.*
17 *lib. 1.* Quoniam verba nominationem, declarationem, ac cessionem fuisse, & esse validas, ac legitimè factas, nihilque in præiudicium cessorum feisse, tanquam præteriti, ac præsentis temporis non visa fuerunt comprehendere tempus futurum, quo idem Philippus sortem d. census exegit, ideoque sufficit dictā promissionem tunc temporis adimpletam fuisse, cum regulariter tempus præteritum, vel præsens ad futurum non trahatur, *l. verbū erit, ff. de verb. sign. Ias. in l. cum stipulamur num. 1. ff. de verb. oblig. Hond. cons. 63. num. 62. lib. 1. Add. ad Greg. XV. decis. 338. num. 18.*
18 Non obstant verba illa cessit, & transtulit aliaque similia in Instrumento d. nominationis apposita, ex quibus infertur d. Philippum tanquam cedentem remāsisse obligatum præstare d. censum tàm de præsenti, quàm de futuro, *Dec. cons. 102. in fin. Surd. decis. 326. num. 48. Seraphin. decis. 321. numer. 8.* & consequenter pro illius restitutione competere viam execu-
19 tiuam vigore obligationis Cameralis, quæ videtur competere pro omnibus quæ veniūt ex natura contractus, & in eius narratiuæ consequentiam, *Seraph. decis. 955. num. 2. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Guidis 27. Iunij 1633. cor. m. me.* Quia fuit responsum nos non versari in terminis puræ ac veræ cessionis, in quibus terminis videntur procedere iuta supra allegata, sed perincipaliter in terminis nominationis factæ pro persona nominanda, pro qua suppresso nomine, census iste ab initio emptus fuit; Vnde cum Instrumentum cuius vigore agitur, contineat principaliter nominationem Flisci dd. verba, cessit, & transtulit,
20 & similia, tanquam consecutiua contractum d. nominationis non alterant, nec veram cessionem important cū id attendi debeat, quod principaliter actum fuit, vt in simili dixit *Rot. post Cenc. de cens. decis. 180. num. 6. & decis. 48. sub num. 4. vers. non obstat in addit. iuxta antiquam impressionem.*
21 Non obstat *decis. 5. Greg. XV. num. 7.* vbi dicitur, quod is assignauit nomen debitoris, si deinde illud exigat, dicitur assignationi contrauenisse. Quoniam vltra quod asignatio nominis debitoris longè differt à nominatione personæ, non ideo d. decisio firmat posse agi via executiua.
22 Non obstat, quod extensio obligationis Cameralis comprehendat, quod obligatus dicta forma promittat omnia & singula contenta in Instrumento tenere, & attendere, complere, & inuiolabiliter obseruare, contraque ea, seu eorum aliqua non facere, dicere, vel venire de iure, vel de facto, quouis quæsito colore, vt per *Galles. in princ. tract. in formula quæ noua est in vsu num. 6.* Quoniam d. extensio regulatur à promissione principaliter facta in Instrumento, adeout verba illa tenere, attendere, cōplere, & irreuocabiliter obseruare &c. congruè referantur ad nominationem Flisci principaliter factam, non autem ad exactionem census postea subsecutam.

Et ita vtraque &c.

VRBEVETANA TERRARVM.

Lunæ 4. Iunij 1639.

ARGVMENTVM

Remissoria secunda solet dari quando articuli sunt magis distincti, & specificati, quam illi, super quibus fuit alias examinatum.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria passim datur in profanis data releuantia.*
2 *Remissoria altera concedi solet quando viget iusta causa.*
3 *Valor rei debet probari de tempore contractus.*
4 *Remissoria non conceditur quando articuli tendunt ad reprobandum dicta testium, declara num. 5.*

DECISIO DXLIX.

ASCANIVS, & fratres de Vaschiensibus obtinuerunt semel, atque iterum remissoriā primo coram A.C. in iudicio manutentionis, ac secundo in Rota in iudicio reintegrationis ad probandum terras, de quibus agitur, non esse comprehensas in venditione tenutæ aliàs factæ ab eorum tutoribus ad fauorem Cornelij Lodigerij pretio scutorum 103. pro salma, easque producere cannabem, ac propterea ob dictam qualitatem quæ reddit fundum vtiliorem esse valoris scut. 600. pro salma. Verum quia in articulis alias datis nō fuit articulatum, & consequenter neque probarum dd. terras etiam de tempore venditionis produxisse cannabem. Ideò dd. Vaschienses petierunt aliam remissoriam ad probandum inter alia quod licet dd. terræ de tempore venditionis actu non fererentur ad cannabem, id accidit non ex eo, quod illæ reuera non essent capaces huius seminis, sed ex eo quia Coloni, tunc temporis tali semine eas serere neglexerunt, quamuis tàm antea, quàm
1 postea illæ d. semine satæ fuissent. Quam remissoriam dixerunt DD. esse concedendam cum versemur in causa profana, in qua passim datur remissoria, data, prout hic, articulorum releuantia, *Verall. decis. 68. par. 3. Cassad. decis. 2. de dilat. Cæs. de Graff. decis. 1. num. 10. eodem tit. Caual. decis. 282. num. 3. Gregor. XV. decis. 191. & alibi.*

Neque obstat, quod alias dd. Vaschiensibus fuerit concessa remissoria; Quia cum articuli qui hodie dantur sint magis distincti, ac spe-
2 cificati, quam illi super quibus fuit alias examinatum; viget iusta causa ob quam altera remis-

remissoria concedi solet; *Boccacc. de lit. remiss. cap. 8. num. 5. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 23. per tot. Add. ad Greg. XV. decis. 36. sub num. 4.*

Quod autem isti articuli sint magis distincti ac specificati, quam antiqui satis elicitur ex prædicta serie facti, atque ex illorum combinatione, ex qua apparet illos super quibus fuit alias concessa remissoria continere simpliciter terras has fuisse satas canabis semine, nec concludere de tempore venditionis hoc contigisse, neque de eo tempore illas fuisse d. semine capaces, quæ omnia specificè, & clarè continentur in articulis vltimo loco datis. Vnde satis apparet materiam quæ hodie articulatur non solum esse magis distinctam, ac specificatam, sed etiam releuantem, nam hinc apparebit quanti dd. terræ ob earum intrinse-
3 cam, ac naturalem qualitatem vendi potuissent, cum valor cuiusque rei præcipuè de tempore contractus probari debeat, *Bart. in l. pretia rerum in fin. & ibi Alex. num. 10. ff. ad leg. falcid. Ias. in l. qui Romæ, §. cohæredes num. 25. in fin. ff. de verbor. obligat. Rota decis. 683. numer. 1. coram Buratto.*

4 Nec dicatur, quod articuli qui hodie dantur tendant ad reprobandum dicta restium, qui pro d. Lodigerio examinati fuerunt, & ideo Remissoria super huiusmodi articulis concedi non debeat ob timorem subornationis: *Boccacc. in d. tract. de litter. remiss. cap. 8. nu. 12. Farinac. tract. de test. lib. quæst. 77. cap. 1. nu. 64.* Quoniam ex lectura dd. articulorum satis apparet eos non tendere simpliciter ad reprobandum testes exaduerso examinatos, sed ad probandum concludenter qualitatem harum terrarum etiam de tempore venditionis ad hoc vt Vaschienses eorum intentionem plenè fundare possint, quo casu Remissoriam non esse denegandam, tradit *Seucrol. tractat. de remissor. cap. 8. num. 2. & seq. Farinac. dicta quæst. 77. cap. 1. num. 68.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZVCCARIS.

Lunæ 14. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Tertius possessor quando dicatur legitimus contradictor ad impediendam immissionem vocatorum in fideicommisso. Quando bona particulari fideicōmisso subiecta possint alienari fauore creditorum, vel filiorum pro eorum legitima, & Quando confessio de recepto probet dotis solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Contradictor legitimus ad impediendam immissionem fideicommissario est possessor titulo emptionis.*

2 *Exceptio competens hæredi grauato suffragatur habenti causam ab eo.*

3 *Hæres grauatus validè alienare potest bona fideicommisso subiecta pro soluendo ære alieno testatoris.*

4 *Procedit etiam si æs alienum testatoris esset cum eodem hærede grauato.*

5 *Dos est detrahenda ex fideicommisso.*

6 *Mariti confessio de dote recepta constante matrimonio veram solutionem non probat.*

7 *Fallit quando concurrunt adminicula, & coniectura.*

8 *Fideicommissum vt possit alienari requiritur vt appareat pratium fuisse conuersum pro solutione æris alieni.*

9 *Item quod creditores hæreditarij vrgeant.*

10 *Fideicommissum etiam pro extinctione census ad euitandnm cursum vsurarum alienari valet.*

11 *Fideicommissum particulare pro dissoluendo ære alieno testatoris tunc potest alienari, quando bona deficiunt.*

12 *Limita si emptores bonorum liberorum pro iusto pratio non inuenirentur.*

13 *Creditor hypothecarius suum ius valet experiri super qualibet re sibi magis benè visa.*

14 *Alienationis prohibitio non nocet creditoribus hæreditarijs.*

15 *Legitima non recipit onus.*

16 *Et deducitur ex bonis restitutioni subiectis.*

17 *Alienata per filium imputantur in legitimam ei debitam.*

18 *Legitima non deducitur ex re particulari fideicommisso subiecta. quando alia bona extant ex quibus detrahi potest, limita num. seq.*

19 *Legitimam in rebus parui valoris, ac momenti non tenetur grauatus acceptare.*

20 *Alienata per filium non sufficere pro legitima debet probare allegans.*

21 *Fideicommissarij actio redditur dubia si non constet quænam sint bona primo alienata per grauatum.*

22 *Alienatio, rei particulari fideicommisso subiectæ potest fieri pro expensis, siue quibus dicta res vel perijsset, vel deterior euasisset.*

DECISIO DL.

POSTQVAM fuit in ista causa resolutum sub die 26. Aprilis anni præteriti constare de valido Testamento q. Equitis Federici de Zuccaris, ac de fideicommisso constituto in eodem Testamento ad fauorem Federici iunioris, ac fratrum de Zuccaris d. q. Federici senioris, ex Octauiano filio nepotum. Dubitaui hodie; an eisdem fideicommissarijs danda esset immissio in possessionem domus, de qua agitur, d. fideicommisso subiectæ contra D. Marcum Antonium Tuscanellam illius tertium possessorem, & illam non esse dandam
1 responsum fuit. Quia cum d. Tuscanella possideat d. domum titulo legitimæ venditionis sibi factæ à d. Octauiano, & Hieronymo filijs, & hæredibus eiusdē Federici senioris, dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem exaduerso petitam, *Bart. in l. fin. num. 21. vers. secundo casu, C. de edict. D. Adr. Toll. Ias. consil. 161. num. 1. & seqq. lib. 4. Grat. discept. 360. num. 3. Rota Bononien. inter compilatas per Gypf. dec. 137. num. 3. Rota in Bononien. de Florauantibus 18. Iunij 1601. coram Lancellotto in Romana Pala-*

tij

tij 5. Iunij 1602. coram Sacrato, & in Camerinen. bonorum 5. Maii 1636. coram R. P. D. meo Merlino.

Quod autem venditio d. domus fuerit legitima DD. non dubitarunt, cum illa fuerit facta pro legitimis detractionibus competentibus eisdem Octauiano, & Hieronimo venditoribus, & consequenter eidem Tuscanellæ
2 emptori, ac tertio possessori, cum detractiones competentes hæredi grauato suffragentur etiam emptori ab eo causam habenti, *Oldrad. cons. 107. num. 8. in princ. Alex. cons. 178. nu. 5. vers. ex quibus lib. 5. Gabr. cons. 46. numer. 45. vers. datur etiam lib. 1.*

Constat enim ex Instrumento eiusdem venditionis dd. Octauianum, & Hieronymum vendidisse d. domum pretio scut. 4629. inter alia pro dissoluendo ære alieno quo hæreditas eiusdem Federici tunc temporis erat grauata,
3 & sic ex causa necessaria, quæ operatur vt bona fideicommisso subiecta valide alienari possint, *l. filiusfamilias 118. §. Diui, el 2. ad fin. ff. de legat. 1. l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. l. pater filium, ff. de legat. 3. Bart. ibid. n. 1. & 2. & in l. Marcellus, §. res quæ in prima appositione, ff. ad Trebell. Socc. iun. cons. 28. num. 3. lib. 2. Natt. cons. 110. nu. 13. Surd. cons. 7. num. 23. lib. 1. Ludou. Molin. de primog. Hispan. cap. 10. num. 4. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 8. num. 11. Crass. de success. in §. fideicommissum, q. 58. num. 1. Petr. de fideic. q. 8. num. 313. Peregr. de fideic. art. 40. num. 18. & num. 22. Odd. de fideic. q. 33. art. 1. num. 8. Fusar. de subst. q. 541. num. 1. fol. 793. Bura. tt. dec. 920. num. 3. Greg. XV. dec. 299. numer. 1.*
4 *ad med.* Idque procedere, etiamsi æs alienum Testatoris esset cum eodem hærede grauato, *l. 2. §. cum quis, vers. si quis, ff. de hæred. vel act. vend. l. Lucius, §. maritus, & l. cum hæres, la 2. ff. ad Trebell. Ruin. cons. 11. num. 19. lib. 2. Crauett. cons. 144. num. 5. Menoch. cons. 183. num. 35. & seqq. Honded. cons. 58. num. 26. lib. 1. Intrigl. de subst. cent. 3. qu. 73. num. 417. in fin. Surd. dec. 62. nu. 22. Fusar. d. q. 341. nu. 5.* cum potentius dicatur æs alienum cum hærede quam idem fideicommissum constitutum. *Peregr. de fideic. d. art. 40. num. 18. post med. vers. amplia etiam pro debito, Odd. de fideic. d. q. 33. art. 3. num. 37.* vbi de communi, adeout hæres cum beneficio Inuentarij, qui est creditor fideicommittentis possit pro sui crediti consecutione rem fideicommissariam sibi benè visam distrahere. *Bald. in l. fin. §. in computat. n. 4. C. de iur. delib. & in l. debitori numer. 4. quem ibi sequuntur Alexan. num. eodem Ias. n. 3. C. de pact. Ruin. cons. 57. num. 27. lib. 2. Odd. de fideicom. d. q. 33. art. 3. num. 37. ante fin. Honded. d. cons. 58. num. 26. & seqq. lib. 1. Reuerendissimus D. meus Decanus decis. 228. num. 4. & 5.*

Aes autem alienum d. q. Federici de tempore d. venditionis iustificari ex publicis documentis enunciatis in eodem Instrumento venditionis, alijsq; iuribus datis in Summario Tuscanellæ, ex quibus apparet hæreditatem d. q. Federici fuisse grauatam.

Primo in scut. 1500. pro restitutione dotis Franciscæ eiusdem Federici vxoris, quam tanquam æs alienum d. Testatoris dd. Octa-
5 uianus, & Hieronymus filij, & hæredes eiusdem Franciscæ potuerunt detrahere ex eadem domo fideicommissaria, *l. ab omnibus, §. fin. ff. de leg. 1. Natt. cons. 255. numer. 5. in fin. & num. 6. Torniell. cons. 13. num. 3. Socc. iun. cons. 28. n. 1 & 2. lib. 2. Petr. de fideicomm. q. 15. num. 3. Surd. dec. 333. num. 15. Rot. dec. 641. num. 16. in fin. par. 1. diu. & coram Greg. XV. dec. 266. n. 1.*

6 Non obstat, quod Instrumentũ d. dotis cõtineat confessionem de recepto, quæ vti facta constante matrimonio veram solutionẽ dotis probare non solet iuxta *doctr. Bart. in l. 2. §. creditum sub num. 5. ff. si cert. pet. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de donat. int. vir. & vx. Castr. cons. 86. n. 1. lib. 2. Rota dec. 485. num. 1. lib. 3. par. 3. diuer. & dec. 683. num. 2. par. 2. recen.* Quia cum d. confessio
7 emanauerit vsque de anno 1586. & sic per annos 23. ante obitum d. Federici confitentis, qui obijt de anno 1609. & contineat enunciatiuã alterius Instrumenti præcedentis promissionis eiusdem dotis, pluresq; alias coniecturas suadentes veram solutionem dotis, satis superq; probare visa fuit, *Bald. in l. vnic. C. de priuil. dotal. Ber. cons. 60. num. 43. lib. 2. Rota coram Greg. XV. dec. 62. num. 2. cum alys in proposito deductis, & in Romana dotis 2. Maij 1635. coram me.*

Secundo in alijs scut. 269. monetæ pro sorte duorum censuum, cum fructibus tunc decursis, quos idem Federicus alias imposuerat, vnum scilicet scut. 180. sub die 16. Iunij 1603. per acta Roggerij Ferracuti olim A.C. Notarij ad fauorem q. Cleriæ Seueræ, alterum verò scut. 50. sub die 1. Martij 1605. per acta Notarij Alexij Buccamazzij ad fauorem q. Marci Aurelij Sorti.

Tertiò in alijs scut. 1300. pro solutione residui dotis, quam idem Federicus promiserat Isabellæ eius filiæ, pro cuius dotis solutione dd. Octauianus, & Hieronymus eiusdem Isabellæ fratres imposuerant duos census similis summæ, vnum scilicet scut. 300. sub die 12. Maij 1612. per acta Muschæ ad fauorem q. Thomæ Serræ, & alterum scu. 1000. sub die 6. Iulij 1612. per acta Notarij Ascanij Riccij ad fauorem D. Lucidæ Tuscanellæ, quos omnes census vna cum fructibus decursis, aliaque debita eiusdem Federici Testatoris ascendentia ad summam scut. 200. circiter, idem Tuscanella emptor ad computum pretij in se accolauit, sicque apparet pretium d. domus
8 fuisse pro d. rata conuersum pro solutione æris alieni eiusdem fideicommissarij, prout requiritur ad hoc, vt bona fideicommissaria validè ad hunc effectum alienari possint, *Peregr. de fideic. d. art. 40. num. 23. Grat. discept. 570. nu. 13. & 14. Adden. ad Greg. dec. 299. num. 6. vers. secundo quod constet.*

9 Non obstat, quod creditores dd. censuum qui erant perpetui, non potuissent vrgere pro illorum extinctione, res autem fideicommisso subiecta alienari non possit pro dissoluendo ære alieno Testatoris, nisi creditores vrgeant, *Gabr. cons. 118. num. 5. lib. 1. Peregr. de fideic. d. art. 40. num. 25. Odd. de fideic. d. q. 33. art. 1. nu. 15. & seqq. Vin. decis. 183. numer. 11. Add. ad Greg. decis. 299. num. 6. vers. Item etiam est necesse.* Quia
10 cum reuera dd. census extarent, cotumque cre-

creditores vrgerent, vel vrgere poterant pro solutione fructuum, qui in dies decurrebant, visum fuit DD. dd. hæredes potuisse bona fide d. domum alienare, quamuis fideicommisso subiectam, etiam pro extinctione dd. censuum, ad euitandum cursum vsurarum, quibus d. hæreditas diminuta fuisset, nisi d. domus, quæ grauata etiam erat annuo canone scut. 51. alienata fuisset per text. in *l. magis puto, §. non passim, in fin. ibi: Si modo vrgeat creditor, aut vsurarum modus parcend. æri alieno suadeat, ff. de reb. eor. Natt. cons. 631. in fin. vers. & æs alienum maneat sub vsuris lib. 3. Imol. cons. 98. num. 11. Rot. dec.* 675. *num. 2. par. 2. recen.* & in terminis de alienatione facta pro extinctione census tradit *Fusar. d. q. 541. n. 11.*

Nec dicatur Federicum Testatorem, vltra domum de qua agitur, fideicommisso particulari subiectam, & alienari prohibitam, alia bona libera in sua hæreditate reliquisse, vt liquere prætenditur, ex inuentario bonorum d. hæreditatis, ab eisdem hæredibus confecto, & consequenter dd. hæredes grauatos perpe-
11 ram d. domum vendidisse, cum res particulari fideicommisso subiecta, vel alienari prohibita tunc demum possit alienari pro dissoluendo ære alieno Testatoris, si deficiant alia bona, ex quibus illud persolui valeat, *l. pater filium, in fin. princip. ff. de leg. 3. Bald. in l. vlt. §. etiamsi in præfatam num. 4. vers. & caue tibi, C. de iur. delib. Alberic. in l. peto, §. fratre num. 8. circ. fin. ff. de leg. 2. Castr. cons. 247. num. 4. circa fin. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 40. num. 22. & num. 28. vers. adde secundum, Baldi dictum, Fusar. de substit. d. qu. 541. num. 19. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 10. nu. 4. Petr. de fideic. q. 15. num. 3. Add. ad Greg. XV. decis. 299. num. 6.*

12 Quia cum ex lectura eiusdem inuentarij appareat d. Federicum alia bona vltra domũ, de qua agitur, non reliquisse, quam alterã domum paruam in statu Vrbinateñ, etiam fideicommisso subiectam, &, vt asseritur, infructiferam, vel exigui valoris, ac nonnullas picturas, aliaque mobilia, quorum distractio erat difficilis, eorumque valor incertus, visum fuit dd. hæredes, qui emptores dd. bonorum pro iusto pretio probabiliter non inueniebant, potuisse deuenire ad alienationem d. domus, quamuis alienari prohibitæ, *Odd. de fideic. art. 1. q. 33. num. 13. vers. quia emptorem non reperiunt, & art. 4. num. 56. Rota in Caualicen. Laudemij 27. Iunij 1625. coram bon. mem. Remboldo.*

13 Præsertim cum creditores d. hæreditatis nõ essent simpliciter Chirographarij, sed muniti hypotheca partim expressa, partim tacita legali, qui cum ius suum experiri potuissent super qualibet re sibi magis bene visa, *l. creditoris arbitrio, ff. de distr. pign. Cas. Manent. decis. 45. num. 18.* Non tenebantur super dd. mobilibus; vel alia domo suas actiones dirigere, & consequenter poterant satisfactionem exquirere
14 super domo de qua agitur, etiam specialiter alienari prohibita, cum talis prohibitio testatoris eius creditoribus nocere non possit, *l. 1. C. debitorem vendit. pign. imped. non posse, & ibi gl. in verb. manifestum est in fin. Ang. Bart. Bald. & Salic. ibid. num. 1. idem Bald. in l. 2. num. 4. C. si aduersi vendit. pign. l. qui solidum, §. fin. & ibi gl. in verb. contra emptores, ff. de leg. 2. Bertaz. cons. 76. n. 7. lib. Natt. cons. 145. n. 22. lib. 1. Seraph. dec. 504. n. 2.*

15 Præterea eisdem Octauiano, & Hieronymo erat debita legitima super bonis Federici Patris, quam vti exemptam ab omni onere,
16 *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.* Ipsi deducere potuerunt ex cõtrouersa domo, quamuis restitutioni subiecta, vt not. *Doct. in cap. Raynutius 16. de testam. & in l. ex tribus, C. de inoff. testam. Anchar. cons. 152. nu. 6. Capr. cons. 19. sub nu. 4. vers. sed his non obstan. Socc. iun. cons. 131. num. 59. lib. 1. Rimin. iun. cons. 9. nu. 113. lib. 1. Hond. cons. 42. num. 22. & seqq. Peregr. de fideic. art. 36. num. 81. & seqq. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 2. Fusar. de*
17 *substit. q. 296. num. 1. & seqq.* & consequenter d. domus alienata imputari quoque debet in portionem d. legitimæ eisdem filijs debitam, *l. Marcellus, §. res qua vbi notant Doct. ff. ad Trebell. Bald. in l. iubemus, num. 10. C. eod. tit. Paris. cons. 44. num. 46. lib. 2. Menoch. cons. 232. num. 43. & seqq. lib. 3. Socc. cons. 36. n. 2. lib. 2. Gabr. tit. de legit. concl. 4. num. 49. Crass. de success. §. legitima q. 17. num. 4. Peregr. de fideic. art. 39. num. 2. Fusar. de subst. qu. 543. num. 19. cum alijs relatis à Rota dec. 235. nu. 2. par. 4. recen. Mart. Andr. dec. 80. n. 2.*

18 Nec pariter obstat, quod legitima non deducatur ex aliqua re particulari alienari prohibita, quando alia bona extant, ex quibus illa detrahi potest, *Bald. in l. 1. num. 2. ff. de rer. diuis. Ias. in d. l. filiusfamiliat, §. diui, el 2. num. 30. Rip. num. 29. Ias. in l. Marcellus, §. res qua in fin. num. 8. ff. ad Trebell. Castr. cons. 247. num. 4. par. 1. Socc. iun. num. 35. Alciat. num. 30. ff. de leg. 1. Honded. cons. 66. num. 11. vol. 2. Menoch. cons. 401. n. 138. vol. 5. Surd. dec. 316. num. 10. & seq. Ioseph. Ludou. dec. Lucen. 28 num. 34. & seqq. & numer. 67. Gabr. com. opin. tit. de legit. concl. 6. num. 2. Odd. de fideic. q. 34. art. 3. nu. 37. vers. contrarium, Seraph. dec. 760. num. 1. Buratt. decis. 693. num. 10. vbi Add. littera B. Rota decis. 113. num. 4. par. 2. diuer. & decis. 337. numer. 19. par. 5. recent.*

19 Quia omissa quæstione cuinam incumbat onus probandi alia bona alienari non prohibita sufficeisse pro detractione legitimæ, visa fuit cessare difficultas ex lectura d. Inuentarij in quo apparet Federicum Testatorem, alia bona vltra domum, de qua agitur, non reliquisse, quam d. domum existentem in statu Vrbini exigui valoris, ac nonnullas picturas, ac alia mobilia parui momenti, quæ hæredes grauati non tenebantur accipere pro sua legitima, *Alex. in l. Marcellus, §. res qua ad fin. ff. de Senat. Trebell. Dec. cons. 81. num. 7. Gabr. de legit. concl. 6. num. 3. & seq.* & consequenter illis omissis potuerunt illam deducere ex domo, de qua agitur, quãuis specialiter alienari prohibita, vt in terminis firmant *Crot. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 6. ff. de leg. 1. Aym. cons. 19. n. 14. Adden. ad Alex. cons. 11. in verb. cæteris lib. 5. Corn. cons. 180. num. 7. Rol. cons. 12. num. 2. lib. 1. Osasch. decis. 33. num. 24. Gabr. cons. 138. num. 5. & 6. lib. 2.*

Non obstat, quod dd. mobilia hodie non extent, & ideo præsumatur dd. hæredes grauatos super illis eorum legitimam prius elegisse

20 gisse alias; detractiones consũpsisse, adeout neganti illa sufficisse pro legitima, alijsque detractionibus onus probandi sibi incumbat, *Natt. conf.138. num.11. verf.fed quid plura. Gabr. conf.118.num.7. verf.demum lib.1.Peregr.de fideic. art.39.num.14.Surd.decif.316.nu.13.verf.& licet. Rot.dec.628.in fin.p.1.diuerf.*

21 Quia cum Tuscanella non dicat dd.mobilia non sufficisse pro legitimis detractionibus dd. filiorum à quibus ipse causam habet, sed asserat simpliciter d. domum sibi venditam euinci non posse, quia non constat dd.picturas, & mobilia in Inuentario descripta prius alienata fuisse hoc sufficere visum fuit, adhoc vt actio fideicommissarij dubia reddatur, *Peregr.de fideicom.art.39.num.13.verf.si vero reus,& conf.52.num.34.& feqq.libr1.Mangil.de imput. qu. 136.num.50.& feqq.Rot. d.decif.1. apud Merlin. de legit.& d.dec.80.n.4. & 5.coram Andrea.*

Quibus accedit, quod Federicus Testator hanc domum reliquit imperfectam, & in tali statu, quod ruinam minaretur, mandauitque proinde suis hæredibus, vt eam perficerent, qui cum eam proprio ære perficere non valerent, illam locarunt eidem Tuscanellæ sub annua pensione scut. 100. cum pacto, quod idem Tuscanella suis pecunijs d.domum perficeret, prout reuera perfecit, & scut.3576. ante emptionem eiusdem domus impendit, vt liquet ex computis cum eisdem Octauiano & Hieronymo locatoribus, solidatis. Vnde cum dd.expensæ fuerint necessariæ,ac iuxta vol untatem Federici fideicommittenris

22 erogatę, sequitur d. Tuscanellam effectum fuisse Creditorem pro d.summa & consequẽter eo facilius d.domum alienari potuisse pro satisfactione dd. expensarum sine quibus domus, vel petiisset, vel deterior eualisset, *l. domos hereditarias 61.de leg.1.Peregr.de fideic.art.50. num.1.& 8.Menoch.de arbitr.in addit. ad caf. 172. num.19.Greg.XV.dec. 229.num.2.*

Et ita vtraque &c.

TARRACONEN. PRIMITIARVM.

Mercurij 16. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Possessio capta in vim litterarum executorialiũ redditur attentata dictis executorialibus non reproductis nec seruatis solitis terminis ad doceñ de paritione etiam si executoriales fuerint relaxatæ in vim trium conformium, vel rei iudicatæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta vigore executorialium illis in Rota non reproductis nec seruatis quatuor terminis est attentata.*

2 *Procedit etiam si executoriales fuerint relaxatæ vigore trium conformium, vel rei iudicatæ.*

3 *Attentare non dicitur qui continuat.*

4 *Consentire videtur qui tacet.*

5 *Attentata excusantur ex consensu partis.*

6 *Consensus in præiudicialibus non arguitur ex sola taciturnitate.*

7 *Attentatorum reuocationi non est, locus quando per tres conformes, vel rem iudicatam constat de non iure eam petentis.*

8 *Attentata si non ad instantiam partis saltem ex officio Iudicis sunt reuocanda.*

9 *Pro mandati executione non est necessaria intimatio, ac reproductio, nec seruari debent quatuor termini, & vide rationem.*

10 *Mandatum executiuum vltra montes à Rota concessum est validum.*

DECISIO DLI.

ABBAS & Monaci Beatæ Mariæ de Populeto in executionem trium conformium Rotalium, ac rei iudicatæ obtinuerũt litteras executoriales super pertinentia Ecclesiæ Parrochialis loci Vimbodini, ac iure percipiendi medietatem primitiarum d. Ecclesiæ debitarum, nec non mandatum executiuum pro expensis litis contra Monserratum Polam eiusdem Ecclesiæ Rectorem, dictarumque executorialium vigore actualem possessionẽ d. Ecclesiæ, ac primitiarum ad illam spectantium acceperunt. Et insuper vigore mandati executiui relaxati pro expensis curarunt fieri executionem super bonis d. Monserrati, qui prætendens hæc omnia subiacere vitio attentatorũ dedit dubium, An constaret de attentatis, quo proposito sub die 24. Ianuar. proximi præteriti DD. quia tunc non constabat cõcludenter Abbatem & Monacos prædictos vigore dd.executorialium possessionem d.Ecclesię, ac primitiarum accepisse, sed mandatum executiuum relaxatum pro expensis executioni dumtaxat demandasse, strictè quoad expensas non constare de attentatis responderunt. Sed nouis iuribus pro parte d. Monserrati deinde productis; Iterumque hodie posito dubio super assertis attentatis, quoad prædictam possessionem de illis constare resoluerunt; quo vero ad expensas in decisis perstiterunt.

Et quoad primam partem resolutionis attinet, attentata visa fuerunt clara; quia cum ex publico Instrumento formiter recognito, quod hodie datur, appareat possessionem Ec-

1 clesiæ, ac primitiarum, de quibus agitur captam fuisse vigore dd. litterarum executorialium illis in Rota non reproductis, nec seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione seruari solitis quos recenset, *Felin. in cap.ad probandum num.6.de re iudic.* Vtique talis possessio iuxta Rotæ stylum dicitur attentata. *Mohed. decif.3.num.1.vt lit.pend.Cresc. dec.1.nu.1. de sequ. poff.& fruct.Caffad.decif.6.num.9. de cauf. poff. & propr.Sarn.in reg.de fubrog.collitig.q.4.num.2.verf. & licet ifta Lancell.de attent.lit.pend.par.2.cap.4.in præfat.num.306.Vestr.in prax.lib.8. cap.vltimo numer.16.verf.& quamuis, Theod.Rub.fingul.Rot.p.2. verb.attentata §. 2. Rot.decif.2.num.53.de refcript.in nou.& coram Seraph.decif.1116.num.2.& dec.111. num.6.par.1.& decif.53.num.2.par.2.& decif.625. num.2. par.4. recent. & fuit dictum in Meleuitana attentatorum 20. Iunij coram me;* Ideoque procede-

2 cedere etiamsi dd. executoriales fuerint rela-
xatæ vigore trium conformium, vel rei iudi-
catæ dixerunt, *Mohed.d. decis.3.num.1.vt lit.pend.
Sarn.super reg.de annal.q.44.post med. num.7.vers.
accedit ad hoc Lancell.de attent. 2.par.cap.4. in præ-
fat.num.236.& 308. & fuit dictum in d.Meleuitana
attentatorum coram me.*

Nec subsistere visum fuit, quod Monaci
vigore dd. executorialium non fuerunt ade-
pti nouam possessionem d. Ecclesiæ eiusque
primitiarum, sed continuauerint in eorum
antiqua possessione, ac propterea non atten-
3 tauerint, cum possessor qui continuat non at-
tentet, *Caputaq.decis.51.num.2.par.1.Rot.dec.411.
nu.3.par.2.recent.* Quia cum de asserta antiqua
possessione d.Monasterij non constet conclu-
denter, quinimo tam ex actis causæ, quam
ex decisionibus, ac sententijs Rotalibus elicia-
tur semper fuisse controuersum, Rectori ne,
Monasterium possideret dixerunt DD. posses-
sionem à d.Monasterio captā vigore dd. exe-
cutorialium non posse prætextu assertę conti-
nuationis ab attentatis excusari.

Nec releuat, quod Monserratus post inti-
mationem dd. executorialium sibi factam nō
4 contradixerit, sicque videatur tacitè consen-
sisse, ex regula qui tacet *de reg. iur. in 6.* Con-
5 sensus autem partis excuset ab attentatis. *Se-
raph.decis.1003.num.5. Rota decis.183.num.1. p.2.
recent.* Tum quia ipse statim accessit ad vrbem,
instititque pro reuocatione attentatorum
proindeque videtur potius reclamasse à dicta
6 possessione, quam illi consensisse. Tum etiam
quia sola taciturnitas non arguit consensum
in præiudicialibus, *Rota decis.84.sub num.5.p.1.
recent.*

7 Non obstat, quod per tres conformes &
rem iudicatam constet de notorio non iure
d. Monserrati petentis reuocationem attenta-
torum, quo casu no videtur esse locus illorū
reuocationi, *Seraph.decis.1036.num.6.Greg.XV.
decis.465.num.9.Rota recent.par.1.decis.682.nu.3.
Buratt.dec.177.nu.4.& ibi Adden.littera B.* Quo-
niam vltra quod litteræ executoriales non re-
laxantur nisi post rem iudicatam, & nihilomi-
nus possessio illarum vigore capta non serua-
tis seruandis dicitur attentata ex allegatis su-
prà, & consequenter reuocanda; In omnem
euentum quatenus dd. attentata non essent
8 reuocanda ad instantiam d. Monserrati, illo-
rum reuocatio esset facienda ex officio pro-
pter spretum iurisdictionis Rotalis *Greg. XV.
decis.95.num.8.& ibi Add.num.12.& d. decis.465.
num.3.Rot.decis.238.num.7.par.1. recen.* cum aliis
relatis per *Theodos.Rub.singul. Rot.d.verb.attenta-
ta §.7.par.2.*

Quo vero ad expensas placuit DD. funda-
mentum dictæ decisionis, cum enim pro dd.
expensis Rota non relaxauerit litteras execu-
toriales, sed concesserit mandatum executiuū
executio facta vigore eiusdem mandati non
9 potest dici attentata, cum pro illius executio-
ne nō sit necessaria intimatio, ac reproductio
in Rota, nec seruari debeant termini qui in
executione litterarum executorialium seruari
solent. *Rot.decis.2. de rescript.in nou. sub num.53.
vers.quod Auditor. Greg.XV.dec.43. in fin.cum alijs
allegatis in d.decisione,* in qua fuit etiam assigna-
ta ratio differētiæ inter litteras executoriales,
& mandatum executiuum, quia nimirum
executoriales habent solum vim Monitorij,
vt quis soluat, vel aliquid faciat, sed non con-
tinent præcisam comminationem. Manda-
tum vero executiuum præcisè compellit ad
soluendum illicò per bonorum ablationem,
eorumq; subhastationem ac deliberationem
illis vero non extantibus per captionem per-
sonæ, vt liquet ex eius lectura.

Nec releuat, quod Rota non soleat conce-
dere mandatum executiuum vltra montes,
etiam pro expensis, sed pro illis quoque rela-
xet executoriales. *Rota decis.596.num.3.vers.vl-
tra quod dicebatur par.3.recen.* Quoniam placuit
10 responsio data in fine dictæ decisionis, nimi-
rum inde non sequi quod si Rota concedat
mandatum executiuum loco executorialiū,
prout in præsenti casu concessit, nulliter pro-
cedat, vt elicitur ex *decis.43.Greg.XV.& Cassad.
d.decis.6.num.11. vers. nisi loco executorialium de
caus.poss.& fruct.* Cum à facultate, quæ est in
voluntate non bene inferatur ad potentiam
quę est in iurisdictione.

Et ita vtraque &c.

RAVENNATEN. CENSVS.

Sabbati 26.Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Emens pro persona nominanda, sequuta nominatione rem emptā alienans tenetur quidem ad restitutionem, sed contra ipsum non potest agi nisi via ordinaria, etiamsi in Instrumento nominationis promiserit nominationem, declarationem, & cessionem iurium fuisse validas, & legitimè factas, alias teneri ad damna & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Res empta pro persona nominanda, sequuta nominatione, & acceptatione nominati. ipsi dicitur acquisita.*
2 *Exigens pecuniaą ad alium spectantes tenetur ad restitutionem.*
3 *Mala fides impedit præscriptionem etiam ad fauorem hæredum malæ fidei possessoris.*
4 *Præscriptio currere non potest, quando negligentia non adest.*
5 *Statutum loci, in quo fuit destinata solutio, non autem loci celebrati contractus, venit attendendum.*
6 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
7 *Solutio supponit debitum, & inducit eius agnitionem.*
8 *Confessio nocet confitenti & eius hæredibus.*
9 *Emens rem pro persona nominanda, sequuta nominatione, dominium tel acquiritur nominato, ac si ipsemet contraxisset.*

Obli-

10 *Obligationis Cameralis vigore agi non potest executiuè contra tertium.*
11 *Cessionis natura est vt cedens teneatur præstare rem cessam etiam in futurum.*
12 *Obligatio Cameralis competit pro omnibus, quæ veniunt ex natura contractus, & num. 15.*
13. *In contractibus attendendum venit id quod principaliter actum fuit.*
14 *Emens rem pro alio tenetur actione mandati vel negotiorum gestorum rem illi tradere, sicut teneretur ipse venditor, Declara vt num. 16.*
17 *Cessio rei incorporalis alicui facta habet vim veræ traditionis, sequuta illius acceptatione.*
18 *Cessio vel nominatio idem operatur in iuribus incorporalibus, quod operatur vera traditio in rebus corporalibus.*
19 *Obligationis Cameralis extensio quid contineat.*
20 *Obligatio concepta per verba præteriti, vel præsentis temporis si semel suum effectum sortita fuit non trahitur ad tempus futurum.*
21. *Assignans nomen debitoris, si deindè illud exigit, dicitur assignationi contrauenire.*

DECISIO DLII.

PROPOSITO dubio sub die 27. Iunij pręteriti, an mandatum A. C. relaxatum ad fauorem DD. Laurentij & fratrum de Raggijs contra D. Franciscum Rauennam vti filium & hæredem q. Philippi pro restitutione sortis census, de quo agitur, esset exequendum, Rota censuit d. Franciscum teneri, sed via ordinaria, causa iterum hodie posita super ijsdem DD. steterunt in decisis.

Nam quoad illā partem d. dicisionis in qua fuit firmatum hæredes d. q. Philippi teneri ad restitutionem sortis d. census, fundamenta
1 eiusdem decisionis adhuc persistere visa fuerunt, cum d. q. Philippus emerit censum, de quo agitur, à Communitate Rauennæ, ac successiuè nominauerit Io: Baptistam Fliscum de cuius pecunijs dictum censum emisse declarauit, clarè sequitur dictum Censum, sequuta nominatione Flisci, eiusque successiua acceptatione, fuisse statim eidem Flisco nominato acquisitum, *Anchar. cons. 127. numer. 3. Surd. decis. 325. num. 4. Grat. discept. 138. numer. 37. Gabr. de verb. obligat. concl. 2. num. 1. & 3.* & consequenter dictum Philippum, qui deinde sortē
2 Census spectantem ad Fliscum exegit à Communitate, vt constat ex quietantia eiusdem Philippi, alijsque iuribus in d. decisione ponderatis, remansisse debitorem eiusdem sortis indebitè perceptæ. proindeque ipsum, vel illius hæredes teneri illam restituere DD. Raggijs hæredibus eiusdem Flisci, ex persona q. Iacobi eorum auctoris, *l. ex mandato §. si ex fundo, & §. idem labeo ff. mandati. Honded. cons. 28. n. 3. lib. 1. Rota decis. 149. num. 3. p. 1. recen. cum alijs in d. decisione relatis.*

Non obstat prætensa præscriptio, siue deducatur ex iure communi, siue ex statuto Vrbis; Non quidem deducta ex iure communi, propter lapsum 30. annorum, & vltra ab anno 1592. quo d. Philippus sortem dicti Cen-
3 sus exegit; Tum quia mala fides d. Philippi operatur, vt nec etiam illius hæredes beneficio præscriptionis se tueri valeant, *cap. possessor de reg. iur. in 6. Castill. de vsufr. cap. 67. num. 22. Cenc. de cens. q. 117. num. 12. iuxt. modern. impress.*
4 Tum etiam quia Fliscus litem mouit contra Communitatem pro solutione fructuum dicti Census, vsque de anno 1598. eamque prosequutus fuit vsq; ad annum 1600. eoque defuncto d. Iacobus illius hæres vsque ad annū 1607. contra quos, cessante negligentia, nulla profectò potuit currere præscriptio. *Balb. de præscript. 1. par. 6. et vlt. princ. num. 6. vers. vltra quem addo.* Non etiam desumpta ex statuto Vrbis ob lapsum 16. annorum & vltra, à dicto anno 1607. citra; Quia cum solutio tam sortis, quam fructuum eiusdem Census fuerit destinata in Ciuitate Rauennæ, statutum eiusdem loci destinatæ solutionis non autem
5 statutum Vrbis esset attendendum, iuxta doctrin. *Bart. in l. cunctos populos num. 16. C. de summ. Trinit. Rot. dec. 602. n. 2. par. 1. diuers.*

Nec dicatur, quod hodie non agatur vigore Instrumenti impositionis d. Census contra Communitatem; quæ sortem ac fructus illius in Ciuitate Rauennæ soluere prōmisit, sed agatur vigore Instrumenti nominationis eiusdem census factæ ad fauorem Flisci à d. Filippo, ac proinde statutum Vrbis in quo Instrumentum d. nominationis rogatum fuit, non autem statutum Rauennæ attendi debeat; Quia vltra quod Instrumentum dictę nomi-
6 nationis factę pro Flisco tanquam accessoriū & consecutiuum ad Instrumentum, impositionis eiusdem Census, sequi videtur naturā eiusdem Instrumenti principalis, *l. etiam C. de iur. dot. Put. dec. 1. num. 2. lib. 1. Surd. dec. 88. num. 10. Monach. dec. Bononien. 27. num. 4.* placuit DD. altera responsio data in *d. decis. in §. minus obstat præscriptio, vers. sed etiam quia*, nimirū nec Philippum, nec illius hæredes hoc debitum vnquam agnouisse, sed omnino negantes dicti census exactionem, & sic debitam illius restitutionem se nullatenus teneri ad illam contendisse; Ideoque statutum Vrbis suffragari non posse cum illud non perimat actionem, sed inducat præsumptam solutionem ex cursu temporis, quæ solutionis præsumptio pror-
7 sus excluditur in eo qui debitum nunquam extitisse contendit, cum solutio supponat debitum, eiusque agnitionem inducat, *Rot. decis. 511. num. 1. in fin. par. 2. recent.*

Non obstat, quod Philippus aliàs emerit 50. loca montium prouinciarum pro eodem Flisco; & ideo præsumatur ex pecunijs in d. emptione erogatis sortem Cēsus, de quo agitur, restituisse; Quoniam omisso quod emptio dictorum locorum facta fuit sub die 10. Iulij 1592. & sic præcessit exactionem d. Census secutā de mense Septembris eiusdem anni, nec summa pecuniarum erogata in emptione dd. locorum concordat cum summa exacta ex d. Censu, cum illa ascendat ad scut. 5000. ista vero ad scut. 5437. Obiectum remouetur ex confessione eiusdem Philippi emanata in Instrumento d. emptionis, in quo apertis verbis profitetur emptionem dictorum locorum ex

pro-

propriis pecunijs eiusdem Flisci factam fuisset quæ confessio cum ostendat pecunias erogatas in emptionē dictorum locorum non potuisse deseruire pro restitutione sortis d. Cen-
8 sus debita eidem Flisco, præiudicat tam ipsi Philippo, quam eius hæredibus. *Buratt. decis.733.num.5.*

Quo vero ad alteram partem eiusdem decisionis, qua dictum fuit hæredes Philippi teneri via ordinaria, non autem executiua, placuerunt DD. illius fundamenta. Cum enim dictus Philippus emerit dictum Censum non pro se, sed pro persona nominanda, vtique
9 sequuta nominatione Flisci, eiusque successiua acceptatione, vt elicitur ex *decis.3. Caual. inter eius impress.* dominium d. Census statim fuit acquisitum eidem Flisco nominato, perinde ac si ipsemet ab initio contraxisset, ac nominatus fuisset, *Anchar.d.conf.127.nu.6.Alex. conf.132.num.3.* adeout nullo tempore illud dicatur fuisse penes d.Philippum nominantem, *Surd. decis.132. num.17.& 18.* & consequenter cum idem Philippus, qui iam erat futurus sub ministerio, sortem eiusdem Census à Communitate, quæ illum extinxerat, exegerit, nō amplius vti Dominus Census, vel Flisci Procurator, sed vti tertius, ac altera persona considerari debet, contra quem propterea fiue
10 illius hæredes DD. Raggij Creditores, non via executiua, vigore obligationis Cameralis adiectæ in Instrumento d. nominationis, quę iam adimpleta fuit ante exactionem d. Census, sed officio Iudicis, & sic via ordinaria sua iura experiri debent pro restitutione sortis eiusdem Census indebitè perceptæ, *l. si me & Titium ff.si cert.pet. Roman.conf.503.nu.11. & seq. Rot. in Reatina Iuris redimendi post Post. in tractat. de manut. decis.247.num.16.cum alijs in d. decisione relatis.*

Non obstant ea quæ per informantes pro DD. de Raggijs deducebantur ad impugnandum huiusmodi motiuum, & in primis non obstat, quod Philippus in Instrumento d. nominationis cesserit omnia iura d.Census, promiseritque sub obligatione Camerali d. nominationem & cessionem fuisse & esse bonas, & validas, ac proinde remanserit obligatus præstare dictumCensum eidem Flisco cessum semper bonum, validum, ac legitimum; cū
11 natura cessionis ea esse videatur, vt cedens teneatur præstare rem cessam etiam in futurum *Dec.conf.102. num.5. Surd. decis.326. num.45.* & consequenter idem Philippus, vel illius hæredes teneantur etiam via executiua fortem d.Census indebitę perceptam restituère vigo-
12 re d. obligationis Cameralis, quæ competit pro omnibus quę veniunt ex natura contractus, ex allegatis in eadem decisione. Quoniam huic obiecto fuit alias responsum non versari in terminis puræ, ac veræ cessionis, sed principaliter in terminis nominationis factæ pro Flisco, adeout verba, cessit, transtulit, & similia, tanquam consecutiua ad ipsam nominationem principaliter factam, non alterent eius naturam, sed ab illa regulentur, ideoque sufficit d. nominationem, & sic cessionem iurium illi accessoriam iam effectum sortitam fuisse ante exactionem dicti census, adhoc vt promissio eiusdem Philippi nomi-
13 nantis adimpleta dicatur, cum id quod principaliter actū fuit attendi debeat, *Rot.post Cenc. de cens.decis.180.num.6.& dec.45. sub n.4.*
14 Secundo minus obstat, quod emens rem pro alio teneatur actione mandati, vel negotiorum gestorum rem emptā realiter illi tradere, sicut tenetur ipse venditor, *l. res ex mandato 59.ff.de acquir.rer. domin. Castr. in l. si ita quis promiserit 134. §.Seia cauit num.2. ff. de verb. oblig. Grat.discept.160.num.1.* Vnde inferebatur Philippum, qui emit Censum de quo agitur pro persona nominanda, non fuisse liberatū per solam nominationem Flisci, sed ex natura emptionis factæ pro alio, remansisse quoque obligatum censum emptum realiter tradere eidem Flisco nominato, & consequenter hæredes eiusdem Philippi, qui d.Censum realiter non tradidit teneri via executiua pro restitutione eiusdem sortis, vel saltem pretij loco damnorum & interesse, vigore scilicet
15 eiusdem obligationis Cameralis, quæ vt dictum est, competit pro omnibus quæ veniūt ex natura contractus, & in eius necessariam
16 consequentiam. Quia fuit responsum obiectū posse procedere in emptione rei in corporalis, qualis est Census, facta prout hic pro persona nominanda, quia tunc sola cessio, vel
17 nominatio sequuta illius acceptatione, habet vim veræ traditionis absque alia apprehensione. *Natt.conf.398.num.38.lib.2. Menoch. de retin. remed.3.num.259.& seqq.Cenc.de cens.par.2. cap.2.*
18 *q.5.art.3. num.9.* cum idem operetur nominatio, vel cessio in iuribus incorporalibus, quod operatur perfecta traditio in rebus corporalibus, *Cenc.de cens.d. q.3.art.3.nu.9. Rot.dec.99.n.3. & dec.914.nu.2.p.1.*

Tertio pariter non obstat, quod Philippus promiserit sub obligatione Camerali nominationem & cessionem d.Census fuisse & esse bonas & validas, & ideo cum d. Censum exegerit, videatur eius promissioni contrauenisse, & consequenter illius hæredes teneantur via executiua, ad restitutionem eiusdem Census exacti vigore obligationis Cameralis, cuius
19 extensio continet, quod obligatus teneatur omnia & singula contenta in Instrumento tenere, complere, inuiolabiliter obseruare, contraque ea, vel eorum aliqua non facere, dicere, vel venire, de iure, vel de facto, quouis quæsito colore. Quia, vt fuit responsum in d. decisione, verba d. extensionis non visa fuerunt applicari casui de quo agitur, cum illa & similia aptè referantur ad nominationē Flisci principaliter factam, non autem ad exactionem Census postea subsequutam, & ideo sufficit nominationem ac cessionem iurium d.Census bonas, ac validas fuisse & esse, easque ante exactionem eiusdem Census effectum sortitas fuisse, adhoc vt obligatio Philippi per
20 verba præteriti ac præsentis temporis cōcepta ad futurum tempus d. exactionis non extendatur, *l. verbum erit ff.de verb. signif. Adden.ad Greg.XV.dec.338.nu.18.*

Quar-

21 Quarto demum non obstat, quod assignans nomen debitoris, si deinde illud exigat dicatur assignationi contrauenire ex *Greg. XV. decis. 5. num. 7.* Nam vltra responsionem aliàs datam, dictum fuit dictam decisionem non applicari, quia ibi nomen debitoris fuerat datum in solutum creditori, cumque assignans nomen eiusdem debitoris exegisset, d. assignatione adhuc effectum non sortita, meritò inferebatur illum d. assignationi contrauenisse. At secus est in casu de quo agitur, in quo Philippus nominauit Fliscum, eiusque nominatio cum cessione iurium illi facta iam fuerat sortita effectum ante exactionem d. Census, nec apparet illum d. nominationi, vel cessioni contrauenisse, cum exigendo sortem dictus Census, fecerit actum separatum ab ipsa nominatione.

Et ità vtraque &c.

PLACENTINA BENEFICII.

Lunæ 28. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Quando vitium litigiosi transeat in tertium, qui habet causam ab aliquo ex collitigantibus ita vt possessio per ipsum capta sit attentata.

SVMMARIVM.

1 *Possessio attentata est sequestranda.*
2 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
3 *Lis non dicitur extincta per mortem vnius ex collitigantibus, sed per sententiam executioni demandatam.*
4 *Vitium litigiosi An transeat in tertium, qui causam habet ab altero ex collitigantibus, vbi distinguuntur duo casus, num. 5. & 6.*

DECISIO DLIII.

VACANTE Beneficio, de quo agitur, per obitum q. Pauli Palacia de mense Septembris 1628. Capitulum Ecclesiæ Placentinæ illud contulit Alphonso de Puerto; Ioãnes vero de Fria d. Beneficium impetrauit à Sanctissimo vti vacãs per incompatibilitatem alterius Beneficij obtenti à d. Alphonso, qui, lite pendente super executione litterarũ Apostolicarum emanatarum ad fauorem d. Ioannis, idem beneficium resignauit ad fauorem Hieronymi Iase, qui vigore d. resignationis possessionem eiusdem beneficij adeptus fuit; Causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa, Dubitaui an esset apponendum sequestrum, & affirmatiuè responsum fuit; Quia
1 cum possessio d. Beneficij capta à d. Hieronymo sit attentata, illa iuxta Rotæ stylum venit sequestranda, *Cassad. dec. 3. in fin. de restit. spol. Verall. dec. 70. p. 1. & dec. 151. p. 3. Rota coram Gregor. XV. dec. 10. n. 1. & 251. nu. 1.*
2 Hanc autem possessionem esse attentatam patet, quia cum illa fuerit capta lite pendente super d. Beneficio inter d. Ioannem & Alphonsum, à quo d. Hieronymus tanquam illius resignatarius causam habere prætendit, sequitur eam fuisse attentatam, *Paris. de resig. lib. 2. q. 3. num. 10. Ant. Aug. in epitom. decis. t. vt lit. pend. Mohed. decis. 8. num. 1. vt lit. pend. Rota in recen. decis. 342. num. 4. part. 1. & fuit dictum in Illerdeñ Canonicatus 17. Nouembris coram R.P.D. meo Ghislerio*, quod procedit etiamsi Alphonsus obie-
3 rit, cum lis non dicatur extincta per mortem vnius ex collitigantibus, sed per sententiam executioni demandatam, *Mohed. decis. 14. de caus. poss. & prop. Sarn. super regul. de annal. quæst. 62. num. 4. Rot. in recen. dec. 109. num. 1. par. 1. & decis. 123. num. 3. p. 5. & fuit dictum in Camerineñ Beneficij 28. Nouembris 1616. coram bon. mem. Remboldo.*
4 Nec dicatur, quod Rota alias firmare noluerit an vitium litigiosi transeat in tertium; qui causam habet ab altero ex collitigantibus, vt inquit, *Paleott. in causa Viceñ de Papigios 7. February 1560. incip.* Dubitaui an sit locus, quæ est *dec. 572. par. 5. lib. 3. diuers.* quem refert *Lancell. de attent. p. 3. cap. 1. num. 29.* Quia DD. pro decisionum concordia distinguebant duos casus; quorum primus erat quando tertius habet causam à collitigante possessione vacante, vel existente penes alterum non collitigã-
5 tem; & in isto casu si tertius capit possessionem non attentat, & in istis terminis loquuntur *Io. Paul. Tholomeus dec. 319. lib. 3. par. 3. diuers. incip. Nullius Abbatiæ, Mohed. decis. 14. num. 1. de caus. poss. & propr.* quas allegat, *Paleott. in d. decis. 577. p. 3. diuers.* Idemque firmant, *Peregr. Fabius decis. 97. lib. 1. par. 3. diuers. Mohed. dec. 4. vt lit. pend. Put. decis. 421. lib. 2. in antiq.*
6 Secundus vero casus erat, quando, prout hic, tertius habet causã à collitigante possessione existente penes ipsũ collitigantẽ, & tunc si tertius capiat possessionẽ attentat, & in istis terminis procedũt decisiones superius allegatę, prout eleganter distinxit, *Rota d. dec. 342. nu. 4. p. 1.* vbi assignat rationem vtriusque casus. Quia nimirum in primo licet proprietas sit litigiosa, nihilominus cum possessio sit vacans, vel penes alterum collitigantem non dicitur litigiosa respectu tertij in quem propterea vitiũ litigiosi non transit, cum adhunc effectum duo copulatiuè requirantur, nempè quod res sit litigiosa, & quod tertius habeat causam ab vno ex collitigantibus, *iuxt. not. per Præpos. in cap. bonæ nu. 18. vers. vel alter potest solui de appell.* subdens istum esse casum dd. decisionum Fabij, Mohedani, & Putei, in quibus apparet resignationem beneficij fuisse factam ante litem moram; Vnde cum per d. resignationẽ fuisset abdicatum omne ius à resignante etiam quoad possessionem, vtique licuit tertio capere possessionem vacantem lite inter resignantem, & alium possidentem, vertente cum possessio non existeret tempore litis penes ipsum resignantem, *iuxta not. per Lancell. de attent. p. 3. d. cap. 1. nu. 5. 6. & 28. qui prædictas decisiones allegat.* Hinc videmus, quod possessio illius, qui non est in lite non cadit sub lite, & ideo collitigans potest, extraiudicialiter accipere talem possessionem absque vitio attentatorum.

torum, vt ait idem *Lancell. de attent. par. 3. cap. 1. num. 55.* motus authoritate Fabij, & Mohed. in dd. decisionibus supra relatis; Hinc pariter videmus, quod si decedat vnus ex collitigantibus possessor, si tertius capiat possessionem per illius obitum vacantem superstes collitigans non potest ab eodem tertio d. possessionem euincere via attentatorum. quia non dicitur litigiosa quoad ipsum tertium, *Sarn. de reg. trien. q. 4. nu. 2. vers. non obstat Anton. August. super reg. trien. §. 11. Lancell. vbi sup. nu. 3.*

In secundo vero casu in quo tertius capiēs possessionem existentem penes collitigantem attentat, ratio ea est, quia tunc non solum proprietas, sed etiam possessio est in lite, & ipse tertius succedit in d. possessione litigiosa facto, & in locum alterius collitigantis mediante resignatione, vt *not. Butr. in cap. bona n. 15. ante med. vers. in attentatis autem, de appell.* Vnde cum vtrumque copulatiuè concurrat, nempe quod possessio sit litigiosa, & quod tertius habeat causam ab ipso collitigante, clarè sequitur vitium litigiosi transire etiam in ipsū tertium ex doctr. *Praepos. in cap. bona numer. 18. vers. vel aliter potest solui vsque ad finem, Mohedan. decis. 13. de caus. poss. & propr.* Cum ergo Alphonsus possessor Beneficij de quo agitur, lite pendente inter ipsum & Ioannem super eodem Beneficio illud resignasse dicatur ad fauorem Hieronymi sequitur litem fuisse in ipsum translatam etiā quoad possessionem, & consequenter d. possessionem ab eo captam fuisse attentatam, & ideo sequestrandam ex allegatis.

Reliqua quæ adducebantur visa fuerunt extra dubium quod hodie positum fuit.

Et ità Ioanne tantum informante resolutum fuit.

ROMANA NVLLITATIS OBLIGATIONIS.

Veneris 2. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Contractus initus cum muliere non seruatis solemnitatibus statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. est nullus nec potest mulier conueniri minusque contra ipsam mandatum relaxari.

SVMMARIVM.

1 *Citatio exequuta in domo, in quā citandus de tempore citationis non inhabitat, tanquam illegitima non substinetur.*

2 *Terminorum inculcatio reddit mandatum nullum.*

3 *Statutum Vrbis vltra decretum Iudicis requirit etiam præsentiam consanguineorum.*

4 *Quorum defectus non suppletur ex deputatione curatoris, quando illi, si vocati fuissent, interuenire potuissent.*

5 *Decretum ex falsa causa interpositum est nullum.*

DECISIO DLIV.

CVM Stephanus de Fabijs haberet vsumfructum 43. locorum montium quorū proprietas spectabat ad eius filios ex prima vxore susceptos illumque pro extinctione æris alieni vendidisset pretio sc. 1080. D. Antonio Cancarasio de anno 1633. contraxit secunda sponsalia cum Cornelia de Alicornis, quæ ad computum dotis promisit ei soluere scut. 1300. in pecunia numerata, nempe scut. 500. pro expensis, & scut. 100. ad effectum redimendi dd. loca montium d. Carcarasio, quoad vsumfructum vendita, ac deinde sentiens redemptionem dd. locorum montium sibi vtilem fore, illa redemit pretio scut. 1125. ab eodem Carcarasio, qui nomine eiusdem Corneliæ tunc non habentis pecunias in prōptu pro solutione d. pretij eas recepit ad cambium à Ioanne Mancino, cum obligatione d. mulieris de extinguendo d. cambio intra mensem, ac solutione recambiorum, & interesse, vsque ad totalem extinctionem, qua sequuta, & non aliàs nec ante, d. Carcarasius promisit consentire resignationi dd. locorum montium, ac renouationi litterarum patentium. Elapso mense dictus Carcarasius nomine tam proprio, quam d. Mancini obtinuit ab A. C. mandatum executiuum in d. summa scut. 1125. contra d. Corneliam pro extinctione d. cambij illudq; exequi fecit super tertia parte duarum domorum, ac super iure eidem Corneliæ competenti vigore dictę retrouenditionis super 33. locis dd. montiū, ac successiue tanquam tertius licitator obtinuit dd. bona & iura sibi deliberari pro scut. 610. pro residuo autem vsque ad integram summam scut. 1125. sequestrari curauit fructus residui dotis eiusdem mulieris, quæ cum obtinuisset causam appellationis à d. mandato mihi committi. Dubitaui an illud esset reuocandum, & DD. ex capite nullitatis, & iniustitiæ affirmatiuè responderunt.

Nullitas est patens: Primò ex defectu legi-
1 timæ citationis, † quæ fuit executa *in quadā domo Vrbis, in qua d. Cornelia de tempore d. citationis non inhabitabat*, quinimo tunc temporis erat ab vrbe absens, vt deponunt testes dati in Summario eiusdem Corneliæ num. 7. ideoq; citatio tanquam illegitima non substinetur, *Roman. cons. 454. num. 7. Farinacc. decis. 121. num. 2. par. 1.*

2 Secundò ex inculcatione terminorum, quia sub eadem die, & audientia emanauit decretum super admissione iurium, extensione obligationis Cameralis, ac relaxatione mandati, quæ terminorum inculcatio reddit ipsum mandatum nullum, vt dixit *Rot. in Narnien. frumenti 4. Ianuarij 1605. coram Lancellotto apud Marchesf. de commiss. par. 1. fol. 704.*

3 Iniustitia liquet quia d. mandatum fuit relaxatum contra d. Corneliam vigore prædictæ obligationis, quæ fuit nulla, vti facta non seruata forma statuti Vrbis 151. lib. 1. requirentis in contractibus mulierum consensum duorum consanguineorum proximiorū,

ac

ac Iudicis decretum præuia cognitione causæ illi expressa, quorum vtrumque in d. obligatione defecit.

Primò namq; nõ interuenerunt duo consanguinei proximiores d. Corneliæ quamuis de tempore d. obligationis adessent, in vrbe, & interuenire potuissent, vt deponunt testes in d. Summario num. 8. sed interuenit Paulus dumtaxat vnus ex eius fratribus patruelibus, fuitque in locum Columbani Monaci Cassinensis alterius fratris germani deputatus Curator cuius præsentia non supplet defectum
4 consanguineorum, † qui si vocati fuissent interuenire potuissent *Greg. XV. decis. 473. num. 11. & seqq.*

Præterea Iudicis decretum emanauit ex causa minus vera; Siquidem fuit suppositum redemptionem dd. locorum montium valde expedire d. Corneliæ, ex eo quia mediante solutione scut. 1125. ipsa acquireret annuũ redditum scut. 225. percipi solitum ex dd. locis 43. Montium, super quibus ipsa assecuraret eius dotem etiam aduersus Creditores, d. Stephani futuri Mariti. (vt elicitur ex Instrumẽto d. obligationis alijsque iuribus datis in Summario) quæ causa non erat vera. Quia eueniente obitu d. Stephani, prout euenit, cessabat vsusfructus dd. locorum montium, illaque etiam quoad vsumfructum spectabant ad filios eiusdem Stephani ex priori matrimonio & sic Cornelia priuabatur, prout priuata fuit, dd. locis montium, Et nihilominus remanebat adhuc obligata pro extinctione d. cãbij ac solutione interesse, vnde tantum abest quod ista redemptio ei fuerit vtilis, quinimo ei fuit admodum damnosa, & consequenter
5 dictum decretum Iudicis, † tanquam interpositum ex falsa causa, remanet ipso iure nullum *Menoch. cons. 313. nu. 27. Pic. ad stat. Vrb. gl. 21 num. 35. Rot. decis. 529. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 723. num. 9. par. 2. recen. Greg. XV. decis. 496. n. 11 & ibi Adden. num. 12.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 2. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Scripturarum exhibitio quando denegari nequeat interesse habenti, præsertim si petatur ab eo qui ex officio illas custodire tenebatur.

SVMMARIVM.

1 *Exhibere quis tenetur libros concurrentibus existentia, & interesse petentis.*

2 *De interesse petentis exhibitionem sufficit summarie docere.*

Existentia librorum de tempore motæ litis non requiritur in publico mercatore.

3 *Exhibere quis tenetur etiam si non sit probata existentia scripturarum de tempore motæ litis, si illas ratione officij custodire tenebatur, & vide quinam sint num. 4.*

5 *Exhibere libros rationum mercatores tenentur ex consuetudine.*

DECISIO DLV.

PLACVIT DD. decisio emanata in ista causa sub die 14. Martij præteriti, quafirmatam fuit Dominicum Lucatellum teneri ad exhibitionem librorum rationis bancariæ, quæ olim cantabat in Vrbe, sub eius, & q. Iacobi Rotuli nomine; Quia de interesse
1 D. Marchionis Ruspoli petentis exhibitionem dd. librorum, ac de illorum existentia penes d. Lucatellum satis constat ex Rationibus in dicta decisione deductis, quibus concurrentibus, idem Lucatellus tenetur ad exhibitionem exaduerso petitam *l. 3. §. sciendum ff. ad exhibend. Caual. decis. 82. num. 1. & decis. 542. cod. n. 1. cum alijs relatis in eadem decisione.*

Nec dicatur, quod respectu interesse D. Marchionis Ruspoli illud cesset, ex eo quod Peritus iudicialiter electus retulerit partitas crediti, & debiti descriptas in computo listæ, cuius vigore D. Marchio agit, pro residuo crediti, de quo agitur, fuisse adæquatas in libris rationis bancariæ olim cantantis sub nomine Alexandri Ruspoli auctoris d. Marchionis, & Ioannis Rotuli, ob quam adæquationem omne assertum debitum dd. Rotuli, & Lucatelli remanserit extinctum, vt fuit dictum in alia decisione emanata sub die 29. Maij 1537. Quia fuit responsum hodie non agi an constet de credito d. Marchionis, sed an constet de tali illius interesse, ratione cuius possit petere exhibitionem librorum de quibus agitur Cumque ex relatione eiusdem Periti appareat it resto de testi ex libro signato littera S. d. rationis bancariæ Ruspoli, & Rotuli fuisse asportatum in alium librum subse-
2 quentem signatum littera T. eiusdem rationis bancariæ, satis constare visum fuit de illius interesse petentis exhibitionem *d. l. 3. §. sciendum Gail. pract. obser. lib. 1. cap. 105. nu. 2. & 3. Rot. decis. 237. num. 2. par. 4. diuers.*

Minus releuat, quod respectu existentiæ dd. librorum penes Lucatellum, illa non probetur de tempore motæ litis. Quia placuit re-
3 sponsio data *in d. decisione in §. Nec obstat*, nimirum huiusmodi probationem existentiæ de tempore motæ litis non requiri, quando, prout hic, versamur in publicis mercatoribus, qui ratione Officij libros conficere, & confectos custodire tenentur, iuxta distinctionem quam aliàs amplexa fuit *Rot. coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 63. num. 2. cum alijs relatum per Add. ad Buratt. decis. 278. num. 13.*

Nec dicatur, quod d. Lucatellus non exer-
4 ceret rationem bancariam vti publicus mercator, sed in propria domo negotium particulare mercium vti persona priuata, & ideo non tenebatur libros conficere, vel confectos custodire; Quoniam tam ex testibus alias datis, quam ex qualitate, & circumstantijs negotiorum, quæ dictus Lucatellus exercuit, contrarium apertè elicitur, siquidem ipse plures iuuenes retinebat, omnesque libros

Mastri; & Giornali nuncupatos, aliosque retineri solitos à publicis Mercatoribus conficiebat, litterasque cambiorum subscribebat, illas promittens, & soluens, vt dicitur per lista, easdemque listas conficiebat pariter, & subscribebat, quæ omnia satis indicant d. Lucatellum d. rationem bancariam nō vti personam priuatam, sed vti publicum mercatorē in vrbe exercuisse, quamuis gratia maioris commoditatis in propria domo ipse negotiari consueuisset; Vnde sequitur quod cum dd. libri concernant interesse tam proprium, quā aliorum mercatorum, & negotiantium cum
5 d. ratione bancaria, sequitur d. Lucatellum teneri saltem ex consuetudine eosdem libros edere, *iuxta notat. per Dec. in l. 1. num. 19. C. de edend. & in cap. 1. num. 126. de probat. & per Add. ad Buratt. decis. 345. littera A.*

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA ANTIANITATIS.

Veneris 9. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Remissoria in profanis conceditur data releuantia articulorum etiam absque fumo.

SVMMARIVM.

1 *Causa, in qua non agitur super titulo beneficij, in Rota reputatur profana.*
2 *Remissoria in profanis conceditur, in qualibet instantia etiam absque fumo data releuantia.*
3 *Immo sufficit articulos facere ad causam pro leui præsumptione.*
4 *Quasi possessio Antianitatis acquiritur per vnicum actum.*
5 *Antianitatis quæstio post quinquennium non potest moueri contra equites hierosolymitanos.*
6 *Consuetudo in præeminentijs attenditur.*
7 *Remissoria est concedenda ad probandum id, quod per scripturas probari non potest.*
8 *Amplia etiamsi aliqui actus, vel articuli possent per scripturas probari.*
9 *Item cessante calumnia ad comprobandum per testes idem, quod in scripturis continetur.*
10 *Remissoria datur in causa restitutionis in integrum.*

DECISIO DLVI.

CONCLVSVM fuit D. Baiuliuo Valdinæ dandam esse Remissoriam. Quia versamur in causa prophana, qualis in Rota repu-
1 tatur omnis causa in qua non agitur super titulo Beneficij *Caput. decis. 99. par. 1. Rot. coram Greg. XV. decis. 174. num. 1. & ibi Add. num. 7. & decis. 403. num. 2. Caual. decis. 258. num. 2.*
2 In prophanis autem Remissoria passim cōceditur in qualibet instantia etiam absque fumo data Articulorum releuantia *Cassad. dec. 2. de dilat. Put. dec. 201. lib. 2. Caputaq. decis. 68. par. 3. Greg decis. 124. in princ. & decis. 403. nu. 4.* Et sufficit releuantia vnius Articuli, adhoc vt indistinctè Remissoria concedatur *Seraph. dec. 1364 Caual. dec. 231. num. 1. Greg. d. decis. 124. & dec. 403*
3 *num. 3.* Immo sufficit, quod articulus directè, vel indirectè faciat ad causam, & qualitercūq; etiam leui præsumptione illam adminiculet iuxta doct. *Bald. in cap. licet causam nu. 33. vers. dicitur tamen, de probat.* quam in his terminis probauit *Rot. apud Caual. d. decis. 232. num. 2. vbi alia referuntur.*

In præsentia autē inter alia articulatur, quod prædictus Baiuliuus Valdina, à die quo fuit inter Equites receptus, semper habuit antelationes, seu præcedentias supra omnes alios, vsque in præsentem diem receptos, & signanter supra D. Equitem Malabaylam tam incedendo, quam sedendo, ac votando, & in cæteris alijs quibuscumque actibus, qui iure antianitatis fieri solent, & in dd. antelationibus ipsum Baiuliuum Valdinam pacificè continuasse spatio quinquaginta annorum, palam ac publicè, præsente & non contradicente eodem D. Malabayla præsertim dum insimul essent in Conuentu de annis 1613. & 1614. Quæ probatio si fieret, negari non potest quin
4 illa sit causæ antianitatis, de qua agitur, profutura, nedum in possessorio retinendi, in quo etiam vnicum actum sufficere dixerunt, *Rip. in cap. cum Ecclesia num. 53. de caus. poss. & propr. Abb. ibid num. 23. Seraph. decis. 1411. num. 2.* Verum etiam in petitorio iuxta stabilimentum 25. de recept. fratr. in quo cauetur nulli
5 Equiti elapso quinquennio à die receptionis posse moueri litem super eius gradu, ibi, *A niuno però passati cinque anni si muoua lite sopra il suo grado*, nec non ordinationem capitularem 15. de recept. fratr. eod. tit. quæ prædictum stabilimentum extendit ad quæstionem, & litem etiam super gradu antianitatis, ibi, *Nalli imposterum post quinquennium à die sua receptionis &c. aliqua quæstio aut lis inferatur super suo statu, & receptione, vel gradu antianitatis*, vel saltem ex dispositione iuris communis,
6 iuxta quam in materia præeminentiarum recurri solet ad consuetudinem, & obseruantiā *Bald. in cap. cum olim de consuetud. & in l. obseruare §. antequam verò ff. de offic. Proconsul. Cardin. cons. 62. num. 1. vers. hinc etiam Dec. in l. cum quid num. 39. & Cagnol. nu. 54. ff. si cert. pet. Ruin. cons. 19 num. 6. lib. 1. Rot. in Pampilonen. Præeminentiarum 17. Aprilis 1592. coram Cardinali Pamphilio Seniori, & in Cæsaraugustana præcedentiarum 28. Aprilis 1634. coram R. P. D. meo Bichio.*
7 Prædictaque eo magis procedere visa fuerunt ex eo quod vlterius articulatur, quod de omnibus antelationibus inter Equites non solet fieri scriptura, hinc enim magis incalescit ratio concedendi Remissoriam, adhoc vt per testes fiat probatio, quæ per scripturas fieri non potest *Caual. decis. 271. num. 5. & dec. 368. num. 2. in fin.*

Hinc non obstat, quod plures actus antelationum possent probari per scripturas, & signanter per adnotationem Equitum factam iuxta gradum antianitatis in electione Magni Magistri, quia vltra quod d. adnotatio non probatur perpetuo facta, cum illa fuerit specialiter demandata à Sanctissimo D. N. in reforma-

formatione nuper edita super electione Magistri, retroactis autem temporibus non apparet nomina Equitum interessentium in d. electione necessario describi consueuisse; Quinimo ipsamet reformatio Sanctissimi imponens in posterum necessitatē describendi nomina Equitum in electione Magni Magistri, suadet huiusmodi descriptionem prius necessariam non fuisse, vel fieri non consue-
8 uisse; † Visū fuit cessare difficultas, quia cum Articulus non se restringat ad actum d. electionis, vel ad alios certos actus, qui in scriptis rediguntur, sed plures alios contineat, respectu quorum non probatur scripturam fieri consueuisse, vel necessariam fuisse, visum fuit DD. non posse denegari Remissoriam, adhoc vt cœteri actus aliter, quam per scripturas probari possent, *Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 202. num. 2. vers. non obstat tom. 1.* quemadmodum illa denegari non solet quando aliqui Articuli non possunt probari nisi per testes, etiamsi alij possint probari per scripturas, *Canal. decis. 271. in fin.* subdens Rotam
9 consueuisse dare Remissoriam ad comprobādum per testes idem, quod in scripturis continetur, cum cessante calumnia facultas idem probandi per testes, & scripturas denegari nō soleat, *iuxta doctr. Bart. in l. testium, vers. item nota quod in casibus C. de testib. Abb. in cap. 2. circa fin. de probat. vbi Felin. num. 20. & 21. vers. 2. intellige nisi astrictus & seq. & Dec. latissimè sub numer. 13. & 14. vers. 2. limitatur cum seqq. Cas. de Graff. decis. 26. num. 11. de caus. poss. & propr. Greg. XV. decis. 253. vbi Add. num. 3. vers. imo Rota.*

Eoque fortius pro Remissoria inclinatūt DD. cum dictus Bailiuus Valdina duas sententias fauorabiles in partibus reportauerit, ob
10 quas nullas huc vsque fecit probationes; Vnde cum hodie versemur in causa restitutionis in integrum introducta in Rota ad instantiam d. D. Malabaylæ, omnis ratio suadet, vt eidem Bailiuo Valdinæ facultas faciendi suas probationes concedatur, *Senerol. de remiss. cap. 3. num. 43. Greg. XV. decis. 276. num. 2. & ibi Add. Reuerendissimus Vrgellen. decis. 462. num. 5. & fuit dictum in Romana Censys 17. Nouembris 1600. coram bon. mem. Cardinali Sacrato,*

Et ita vtraque &c.

ROMANA HAEREDITATIS, seū DOTIS.

Lunæ 12. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 148.* quibus casibus excludat filias, vel Neptes à successione parentum propter dotes.

SVMMARIVM.

1 *Filij tàm masculi, quàm fœminæ æqualitèr admittuntur ad successionem parentibus ab intestato decedentibus num. 21.*
2 *Statuti requisita sunt probanda ab eo qui in Statuto se fundat.*
3 *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum plenè declaratur supra ex num. 4. 5. ad finem.*
4 *Verba ubi non conueniunt, nec conuenit dispositio.*
6 *Filia hæres instituta dicitur virtualitèr dotata, vel per viam compensationis, vel imaginariæ solutionis.*
7 *Pater filiam hæredem instituens videtur recedendo à dispositione Statuti illam ad suam successionem vocare voluisse.*
8 *Statutum excludens filiam dotatam non verificatur in filia dotata cum qualitate successionis.*
9 *Verba, idem iuris, denotant identitatem iuris, quamuis diuersitatem facti.*
10 *Dos data filiæ fratris dicitur constituta contemplatione sui Patris, & habetur, ac si Pater ipse dotasset.*
11 *Dictio, alioquin, resoluit dispositionem, in qua profertur, si omnes qualitates præcedentes in casibus enumeratis non concurrunt.*
12 *Statutum non excludit fœminas dotatas ab alijs personis in eo non nominatis; & fœmina non censetur exclusa si fuerit dotata ab alijs personis à Statuto non nominatis.*
13 *Dictio, prædictis, de sui natura non nisi ad personas nominatas referri debet.*
14 *Oblatio dotandi fœminam qualis debeat esse ad hoc vt illa excludatur a Statuto.*
15 *Relatiuum, quæ, refert dispositionem cum omnibus suis qualitatibus.*
16 *Statutum excludens fœminas sub duplici qualitate, sibi locum non vindicat, si vna tantum qualitas concurrat.*
17 *Relatio fit ad proximè præcedentia non autem ad remotiora & num. 18.*
19 *In Statutis verisimilitudo attendi solet.*
20 *Procedis in Statuto fauorabili, & si verisimilis mens statuentium colligeretur ex ipso Statuto, vel ex verbis illius, secus quando Statutum est iuris communis correctorium & num. 21.*
22 *Statutum exclusiuum fœminarum fauore agnationis non est trahendum ad casus in eo formaliter non expressos.*

DECISIO DLVII.

SENTENTIAM Rotalem qua fuit pronunciatum D. Iuliæ Zimenes deberi portionem hæreditatis q. Margaritæ Matris ab intestato defunctæ, ac D. Thimoteum illius germanum fratrem teneri ad restitutionem fructuum ex eadem portione perceptorum, vti validam, & iustam dixerunt DD. esse confirmandam, cum validitas illius non controuertatur, & iustitia liqueat ex euidenti iuris
1 dispositione, quæ indistinctè liberos, tàm masculos quàm fœminas ad successionem parentum ab intestato decedentium æqualitèr admittit, *§. cæterum instit. de legit. agnat. success. l. maximum vitium C. de liber. præter. l. pennlt. C. de legit. hæred. auth. in successionem C. de suis & legit. §. si verò, vers. nullam, auth. de hæred. ab intest. venien.*

Non obstat Statutum Vrbis, *de successionib. ab intestato cap. 145. lib. 1. in fin.* excludens fœminas à successione Matris, vel Auiæ, per hæc verba. Quæ filiæ, vel neptes ab vna ex prædictis personis dotatæ, vel si vna ex prædictis

 per-

personis sit parata eas dotare, in casibus supradictis, nec Matri, nec Auiæ ab intestato succedant; Quia cum d. Statutum fœminas à successione Matris, vel Auiæ non excludat simplicitèr, sed in certis casibus in eodem Statuto expressis, onus probandi requisita Statuti
2 incumbit ei, qui in eodem Statuto se fundat; *l. si Diuus ff. de milit. testam. Bart. ibid. num. 1. Bald. in l. si quis non dicam C. de Episc. & Cleric. Clem. fin. vbi gloss. & Doct. de rescript. Corn. cons. 144. sub num. 2. vers. & qui se fundat in Statuto lib. 1.*

3 In proposito autem d. Thimoteus, qui prætendit excludere d. Iuliam Sororem à successione communis Matris vigore d. Statuti non probat casum de quo agitur esse compræhensum à Statuto. Pro cuius intellectu ponderabant DD. illud tres præcipuas, quamuis inter se connexas, habere partes.

Quarum, prima continet casum in quo Pater, vel Auus decessit intestatus relictis filiabus, vna vel pluribus maritatis, ac dotatis, & in isto casu Statutum excludit filias à successione Patris, earumque dotibus vult esse contentas.

Secunda verò ibi *Idem iuris esse volumus &c.* continet casum in quo Pater, vel Auus decessit relictis filiabus, vel nepotibus non maritatis, nec dotatis, quibus nimirum idem Pater, vel Auus dotem in vltima voluntate non constituit, & in isto casu Statutum illas paritèr excludit à successione Patris, vel Aui, dummodò frater germanus; vel Patruus sit paratus eas cum effectu dotare, alioquin illas cum masculis iuxtà iuris communis dispositionem ad successionem admittit.

Tertia denique ibi *Quæ filiæ vel Neptes &c.* tanquam relatiua, & consequutiua ad filias, vel Neptes habentes qualitates in prima, vel secunda parte eiusdem Statuti requisitas, dotatas nimirum ab Auo, vel Patre, vel quas frater, vel Patruus paratus esset cum effectu dotare, & consequentèr exclusas in dd. casibus à successione Patris, vel Aui, continet exclusionem earumdem fœminarum in eisdẽ casibus etiam à successione Matris, vel Auiæ.

Quibus ita præmissis dicebant DD. Iuliam in dd. casibus, vel eorum altero non esse comprehensam, & consequentèr non esse exclusam vigore d. Statuti à successione Matris.

Non quidem in primo, quia Pater ipsius Iuliæ non decessit intestatus, sed cum Testamento, nec decessit relictis d. Iulia, & alijs filiabus maritatis, & dotatis, sed innuptis, & indotatis, vnde tantum abest quod versemur in casu Statuti, quinimò illi contrariò, & sic cum non conueniant verba Statuti, minus
4 conuenire potest illius dispositio *l. 1. §. loquitur ff. de aqu. quotid. & æstiu. Surd. cons. 39. num. 1. & seq. Gret. discept. 930. num. 10. Rota decis. 697. num. 6. par. 1. recent.*

5 Non etiam in secundò, quia non apparet Patrem, vel Auum d. Iuliæ, dotem illi in vltima voluntate constituisse, nec minus Thimothcum fratrem, vel Patruum eam cum effectu dotare voluisse.

6 Non obstat quod Iulia fuerit instituta hæres in Testamento Patris, & sic dicatur virtualitèr dotata à Patre in vltima voluntate, vel per viam compensationis *ad not. per Castr. in l. si cum dotem 23. §. si Pater, num. 2. circ. med. ff. solut. matr. & in l. Pater filiam 14. num. 3. col. 2. post uers. quod non uidetur Alex. ibid. num. 4. uers. sed uidetur ff. ad leg. Falcidiam*, vel per viam imaginariæ solutionis quasi debitum dotis per viam confusionis extinguatur pro ea rata, in qua Pater filiam hæredem instituit, *iuxta doctr. Bart. in l. peculium ff. de pecul. in l. si cui §. si is cui ff. de euict.* cum alijs congestis per *Gionagn. cons. 73. num. 18. lib. 1.*

Quia d. institutio esto quod operetur extinctionem iuris quod haberet d. Iulia pro consequenda dote in bonis Patris, ad hoc vt vltrà portionem hæreditatis sibi obuentæ ex paterno Testamento nil aliud occasione dotis in eisdem bonis consequi posset; non tamen operatur dotationem cum qualitate exclusionis à Statuto requisitam, cum tali exclusioni repugnet voluntas eiusdem Patris, qui d. Iuliam hæredem æqualiter cum fratribus instituens non videtur eam agnouisse vti talem, cui dos deberetur, & per consequens exclusam per
7 Statutum ab illius successione, cum repugnet vno eodemque tempore filium esse hæredem Patris, & à paterna hæreditate exclusum sed potius videtur, recedendo à dispositione Statuti illam mediante d. vniuersali institutione ad suam successionem vocare voluisse *Becc. cons. 107. num. 20. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. qu. 6. num. 17. & 19.* & dixit *Rota de eis. 408. num. 3 uers. Testator enim par. 2. recent.* Statutum autem
8 excludens filiam dotatam, non verificatur in filia dotata cum qualitate successionis *Surd. cons. 457. sub nu. 47. vers. ad argumentum, & nu. 48. usque ad uers. respondeo 2. lib. 2.*

Quod autem dotatio filiæ à Statuto requisita habeat etiam qualitatem exclusionis à Patre, clarè deducitur tàm ex prima parte, quæ disponens de filiabus maritatis, & dotatis, apertè illas excludit à successione Patris ibi (In nihilo succedant Patri) quam etiam ex altera parte, quæ loquens de filiabus vel neptibus quibus Pater, vel Auus dotem in vltima voluntate non constituit, quas tamen frater germanus, vel patruus est paratus cum effectu dotare, idem disposuit, ibi (Et idem iuris esse volumus de filiabus, vel neptibus non maritatis, nec dotatis &c.) & sic eas quo-
9 que à successione Patris excludere voluit, cum verba, *idem iuris*, denotent identitatem iuris, quamuis diuersitatem facti *l. idem est ff. si ager. uectigal. Glos. at. antiq. super reg. Cancell. super reg. 53. post princ. uers. & ponderatum est.*

10 Neque obstare dixerunt DD. quod Thimotheus senior, frater consobrinus Patris d. Iuliæ reliquerit in suo Testamanto eidem Iuliæ scut. 3. mil. pro dote, vnde inferebatur legatum d. dotis relictum fuisse d. Iuliæ contemplatione sui Patris, & consequentèr perinde haberi, ac si Pater ipse dotasset, prout in similibus terminis dotis relictæ à Patruo filiæ fratris dixerunt *Castren. cons. 96. num. 2. uers. de altera verò par. 2. Alex. cons. 179. num. 1. & seq. & n. 3. uers. hinc etiam consulendo uol. 5. Ruin. cons. 148. n. 5. in fin.*

in fin. uers. uel secundo, & cons. 196. num. 5. prope fin. Socc. Iun. cons. 33. num. 2. Alciat. cons. 46. num. 1. uers. sed tamen lib. 8. Quia etiamsi d. legatum dotis factum Iuliæ à consobrino Patris operari posset exclusionem eiusdem Iuliæ à portione hæreditatis paternæ, in qua Pater voluit eam cum alijs filijs æqualiter succedere, cum Statutum sibi locum non vendicet stante qualitate exclusionis à successione in bonis Patris,
11 ex vi d. dictionis alioquin, ibi (Alioquin succedant dd. mulieres vna cum masculis, prout iura disponunt,) quæ resoluit dispositionem, si omnes qualitates præcedentes in casibus enumeratis non concurrant, vt in terminis Statuti *Tiraq. de retra. lignag. §. 8. glos. 6. n. 1. & 2. Cened. pract. & canon. qu. singul. 3. num. 3. & 4. Barb. dict. 10. num. 2. in uerb. alioquin.*

Præterea fuit responsum quod d. Statutum
12 postquam in prima, & secunda parte expressit certas personas à quarum successione voluit filias dotatas excludere à bonis Patris subdidit prædicta verba (Alioquin succedant dd. mulieres cum masculis, prout iura disponunt,) quæ verba operantur, vt fœminæ non dicantur exclusæ si fuerint dotatæ ab alijs personis in Statuto non nominatis, vt fuit dictum *in Romana Vineæ de Corbinellis 26. May 1614. & 15. Martij 1619. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Eoque magis cum in postrema parte Statu-
13 ti exclusiua fœminarum à successione Matris & Auiæ, addita fuerit dictio, prædictis, ibi (Quæ filiæ, vel Neptes ab vna ex prædictis personis dotatæ, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare,) *Quæ dictio*, prædictis de sui natura non nisi ad personas nominatas in eodem Statuto, non autem ad alias referri debet *Gozadin. cons. 29. num. 15. Ias. cons. 15. num. 2. lib. 1. Rota decis. 713. num. 2. & 3. par. 1. & decis. 247 num. 25. par. 5. recen.* & fuit dictum *in decisionibus in ista causa factis 5. Martij & 16. Nouemb. 1636. coram bo: me: Motmanno.*

Non denique DD. visum fuit d. Iuliam versari in tertiò casu Statuti in illius secunda parte comprehenso, in qua scilicet, filia indotata excluditur à paterna hæreditate, quando frater germanus, vel Patruus est paratus cum effectu eam dotare; quia omisso patruo de quo non est quæstio, quoad Thimotheum fratrem, tantùm abest quod ille ostenderit se paratum d. Iuliam cum effectu dotare, quinimò ex iudicio introducto *in Rota coram bo: me: Motmanno* probatur ipsum prætextu, quod Iulia aliunde posset se dotare, dotem illi tradere recusasse, vt constat *ex decisione in d. causa emanata 28. Iunij 1630. coram eodem Motmanno*, quæ est *decis. 398. par. 5. recen.*

Nec releuat afferta oblatio dotandi d. Iu-
14 liam nomine d. Thimothei iudicialitèr facta; Tùm quia illa fuit verbalis, non autem realis, & cum effectu prout requirit Statutum, tùm etiam quia facta fuit à Procuratore non habente mandatum ad dotandam d. Iuliam, iuxtà formam eiusdem Statuti, sed ad tradendum illi portionem hæreditatis sibi obuentæ ex æquali institutione Patris, & sic d. oblatio tanquam facta de re propria eiusdem Iuliæ non operatur exclusionem à successione Patris, prout in terminis similis Statuti voluerunt *Anchar. in cap. canonum statuta col. 40. in fin. uers. prosequor nunc num. 255. in fin. de constit. Dec. cons. 589. alias 588. num. 8. & 9.* & alij cumulati *per Grat. discept. 504. per tot.*

Firmato igitur d. Iuliam non esse comprehensam in prima, & secunda parte d. Statuti, clarè sequitur eam non esse exclusam à successione Matris ab intestato, cum tertia pars eiusdem Statuti exclusiua fœminarum ab hæreditate Matris ibi (Quæ filiæ, vel Neptes &c.) non excludat filias simplicitèr, nec filias solummodo dotatas, vel quas frater germanus aut Patruus est paratus dotare, & exclusas insimul à successione Patris.

Quod autem filia vigore d. Statuti in d. tertia parte eatenus sit exclusa à successione Matris ab intestato, quatenus scilicèt sit dotata, & exclusa respectiuè à successione Patris, clarè deducitur ex verbis eiusdem tertiæ partis, quæ sunt relatiua ad filias nominatas, tàm in prima parte Statuti, dotatas nimirum, & exclusas à successione Patris, quam etiam in secunda parte eiusdem Statuti, eas scilicèt quæ per dotationem factam à Patre, vel Auo in vltima eorum voluntate, vel per oblationem dotandi factam à fratre, vel Patruo non succederant Patri, vt ibi (Quæ filiæ, vel Neptes
15 &c.) quod relatiuum, quæ, refert dispositionem ad filias in duabus prioribus partibus Statuti nominatas cum omnibus suis qualitatibus *Surd. cons. 402. num. 1. in fin. & seq. & cons. 342. num. 22. Menoch. cons. 177. num. 22.* & fuit dictum *in dd. decisionibus factis in hac causa coram bo: me:*
16 *Motmanno*, adeout non sufficiat filiam habere qualitatem dotationis, nisi quoque in ea concurrat qualitas exclusionis à paterna successione, cum Statutum excludens fœminas sub duplici qualitate, sibi locum non vendicet, si vna tantum qualitas concurrat *Natt. de statut. quæ stant. masc. qu. 2. num. 9. Brun. in eod. tract. art. 6. princ. num. 321. Surd. cons. 45. num. 31. & seqq.*

Nec dicatur quod dd. verba (Quæ filia, vel Neptes &c.) sint referenda ad secundam partem Statuti proximè præcedentem, ibi (Et idem iuris esse volumus &c.) non autem ad primam quoq; partem exclusiuam fœminarum dotatarum à successione Patris ex regula
17 quod relatio fit ad proximè præcedentia, non autem ad remota, *gloss. in l. 1. ff. de legat. præstan. Bart. Castr. & alij in l. hæredes palam §. fed si notum ff. de testam. Rota decis. 33. coram Greg. XV.* Tum
18 quia d. Statutum disponit continuato sermone, & vtitur verbis illis (In casibus supradictis) quæ vti indefinitè prolata ad omnes casus Statuti referri debent, & sic etiam ad casum primæ partis, in quo filiæ dotatæ à Patre, vel ab Auo viuentibus à paterna successione excluduntur, vt in his terminis ponderauit *Rot. decis. 405. sub num. 18. uers. hæc enim distinctio par. 5. rec.* Tùm etiam quia d. vltima pars Statuti exclusiua ab hæreditate Matris disponit non solum de filiabus indotatis, quas frater germanus, vel Patruus sunt parati cum effectu dotare, com-

comprehensis in d. secunda parte Statuti. Verum etiam de filiabus dotatis comprehensis in prima, *vt ibi*, ab vna ex prædictis personis dotatæ, ex quibus apertè colligitur statuentes in vltima parte d. Statuti non solum ad secundam partem ibi(Idem iuris &c.)sed etiam ad primam partem se referre voluisse, nam aliàs de filiabus tantum indotatis, quas frater germanus, vel Patruus esset paratus dotare, non autem etiam de filiabus dotatis disposuisset.

Sed visa fuit cessare difficultas, quia etiam si ad secundam partem duntaxat vltima pars excludens ab hæreditate Matris, vel Auiæ, esset referenda, adhuc verificari deberet qualitas exclusionis ab hęreditate Patris, cum non tantum prima verum etiam ista secunda pars d. qualitatem exquirat, dum voluit idem iuris esse de filiabus non maritatis nec dotatis, dummodò frater germanus, seù Patruus sit paratus cum effectu illas dotare, quod dispositum fuit in prima parte de filiabus maritatis & dotatis, quę expresśè reperiuntur exclusæ à successione Patris.

Nec dicatur quod statuentes, dum voluerũt excludere filiam à successione Matris quando illa fuit dotata à Patre, tantò magis censeantur eandem excludere voluisse, quando fuit hęres instituta in Testamento Patris, quasi voluntas statuentiũ videatur pinguius adimpleta, vbi, *vt in proposito*, Pater filiam hæredem vna cum fratribus instituit, quam si illi
19 dotem titulo particulari reliquisset, cum in Statutis verisimilitudo attendi soleat *Ruin. cons. 43. num. 6. lib. 3. Gabr. cons. 13. num. 23. & 24. lib. 2.*
20 Quia obiectum procederet si versaremur in Statuto fauorabili, & d. verisimilis mens statuentium colligeretur ex ipso Statuto, vel ex verbis illius *Tob. Non. cons. 16. num. 35. vers. quia respondetur Houd. cons. 1. num. 61. lib. 1.* Secus verò dicendum est, quando, *prout hic*, Statutum est iuris communis correctorium, & verisimilis mens Statuentium, ex illo non solum non colligitur, verum ex verbis contraria mens depromitur *Houd. cons. 1. nu. 61. vers. hic uero lib. 1.*

Neque obstat quod in successione fœminarum in bonis matris non sit inspicienda voluntas Patris cum irrationabile videatur quod successio fœminarum ab intestato in hæreditate Matris pendere debeat à voluntate Patris; quia in terminis Statuti de quo agitur non est Pater qui filiam admittit ad succedendũ Matri defunctæ ab intestato, Pater enim instituen-
21 do filias æqualitèr cũ fratribus nihil disponit de hæreditate Matris, sed est ius commune, quod cum in casu æqualis institutionis fœminarum cum masculis factæ à Patre non reperiatur correctum à Statuto, tribuit filiabus vna cum fratribus successionẽ in bonis Matris defunctæ ab intestato, *iuxtà §. cæterum instit. de legit. agnat. success. §. si verò uers. nullum auth. de hæred. ab intestat. uenien. l. penul. C de legit. hæred. l. maximum uitium C. de lib. præterit.*

Denique non releuat quod huiusmodi Sta-
22 tutum emanauerit fauore conseruandæ agnationis, quia non inde sequitur illius dispositionem esse trahendam ad alios casus in eo formalitèr non expressos, sed intelligendam in casibus in eo specificatis quos propria verborum significatio comprehendit *Soc. Iun. cons. 13. num. 16. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 110. num. 65. lib. 1. Paris. cons. 54. num. 39. lib. 2. Dec. cons. 451. num. 8. & 10. Houd. d. cons. 1. num. 53. lib. 1. Surd. decis. 9. num. 16. uers. non etiam obstat,* & dixit *Rot. decis. 388. num. 29. & 30. par. 5. recent.*

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 13. Januarij 1640.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissario quibus concurrentibus sit concedenda: Legatum quando dicatur relictum animo compensandi. Identitas bonorum suppositorum fideicommisso quomodo dicatur probata.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum fideicommissarijs cum onere, quod nil aliud petere possint censetur relictum animo compensandi cum iuribus fideicommissi.*

2 *Legatarius acceptans legatum cum onere, tacitè dicitur renunciasse iuribus suis.*

3 *Fideicommissarij concludenter probare tenentur identitatem bonorum.*

4 *Detractiones impediunt fideicommissarijs immissionem.*

5 *Hæredi grauato, vel ab ipso causam habenti ex causa detractionum competit retentio vsque ad integralem satisfactionem.*

6 *Fideicommissario quibus concurrentibus debeatur immissio.*

7 *Nemo præsumitur renunciare iuri quod ignorat.*

8 *Renunciatio fideicommissi non inducitur absque explicita scientia, & mentione expressa verborum einsdem fideicommissi.*

9 *Dispositio facta ab hærede grauato quantumuis generalis, non comprehendit bona restitutioni subiecta.*

10 *Dictio, Nominati, vti personalis non comprehendit nisi personas expressas.*

11 *Dictio, eiusdem, & ipsius sunt personales.*

12 *Fideicommissarijs venientibus ex propria ipsorum persona, aliorum renunciatio præiudicare non potest.*

13 *Locatio in antiquis probat dominium iunctis adminiculis, & possessionem, num. 15.*

14 *Enunciatiuæ antiquæ probant identitatem bonorum.*

16 *Bona patris præsumuntur in filium peruenisse.*

17 *Clausula, Constituti, probat possessionem constitutarii, quando fuit apposita in instrumento venditionis.*

18 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi contrarium probetur.*

19 *Possessio quando fuit continuata per hæredem probat possessionem eius authoris.*

20 *Litis sola sustentatio probat detentionem bonorum. præsertim iunctis adminiculis, de quibus sub nu. 21, 22. 23. 24. & 25.*

26 *Probationes in antiquis non ita rigidè exquiruntur sed leniores admittuntur.*

27 *Immissio est deneganda ratione incertitudinis.*

28 *Pos-*

28 *Possessio defuncti pro aliqua rata efficit, ut pro dicta rata res ab hærede grauato possessa in bonis fideicõmissi fuisse dicatur nisi aliunde acquisita probetur.*

29 *Statutum Auximi lib. 3. rubr. 14. de substit. in fideicommissis ascendentis facta per substitutionem directam, nullam admittit detractionem legitimæ.*

30 *Assertio hæredis grauati in actu solutionum facta de ære alieno non attenditur ad effectum detractionis illius, nisi aliunde iustificetur.*

31 *Solutiones factæ ab herede grauato immediatè post obitum fideicommittentis diuitis præsumuntur factæ ex pecunijs fideicommissarijs.*

32 *Immissio non retardatur ob detractiones turbidas grauati.*

33 *Hæres non conficiendo inuentarium præsumitur detractiones consumpsisse, vel alia bona ex quibus illæ fieri poterant subtraxisse.*

34 *Alienationes factæ ab hærede grauato de bonis fideicommissarijs præsumuntur, adæquare detractiones ipsi debitas, donec contrarium probetur.*

35 *Immissio non potest impediri ex causa detractionum quando adsunt alia bona Testatoris super quibus illa non fuit petita.*

DECISIO DLVIII.

PER binas decisiones sub diebus 22. Martij, & 2. Iunij 1638. emanatas firmatum fuit constare de fideicommisso q. Federici Cini, eiusque purificatione ad fauorem DD. Francisci Cini, & Federici de Simonettis descendentium ex Laura, & Portia filiabus dicti Federici fideicommittentis ex rationibus in eisdem decisionibus fusè deductis, quibus hodie præsuppositis, reassumpta fuit disputatio, An dd. fideicommissariis danda esset immissio; In cuius dubij positione Informantes pro Alexandro iuniore filio naturali Alexandri senioris filij, & hæredis grauati eiusdem Federici fideicommittentis, tria præcipuè ad impediendam d. immissionem opponebant.

Primo, quod prædictus Alexander senior hæres grauatus in eius Testamento legauit iure institutionis partem cuiusdam prædij Lauræ suæ sorori, & Annibali de Simonettis ex Portia altera sorore nepoti, cum amplissima prohibitione, quod dd. Legatarij quacumque de causa, & occasione, quomodocumque, & & qualitercumque nil aliud de bonis, & hæreditate eiusdem Alexandri Testatoris petere possent. Vnde inferebatur d. Alexandrum seniorem iura fideicommissi, de quo agitur, eisdem Lauræ, & Annibali competentia cum

1 d. legato eis relicto † compensare voluisse, *Aym. cons. 131. num. 16. Alba cons. 17. num. 7. Sim. de interpr. vltim. vol. lib. 4. dub. 6. num. 16. fol. 164. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 2. num. 15. & seq.* Et consequenter dd. Legatarios ob acceptationem eiusdem legati cum onere d. prohibitio-

2 nis eidem fideicommisso tacitè † renunciasse, *ex regula quod semel de reg. iur. in 6. & text. in l. Imperator de legat. 2. Castr. in l. si cum dotem, §. si pater num. 3. Alex. num. 2. ff. solut. matrim. Ciriac. controu. 128. num. 27. Peregr. de fideicomm. art. 33. num. 40. 41. & seqq.*

Secundo allegabant defectum probationis quoad identitatem bonorum eidem fideicommisso subiectorum, quam ad effectum immis-

3 sionis fideicommissarij Actores concludenter debent probare, *l. verius, ff. de probat. Peregr. de fideicomm. artic. 44. num. 1. Rota decis. 590. num. 1. par. 3. recent. & in Senogallien. Fideicommissi 5. Iulij 1627. coram Cardinali Kirili.*

Tertio opponebant detractiones competentes prædicto Alexandro iuniori ex persona Alexandri senioris eius auctoris super bonis d. q. Federici patris, scilicet legitimam, trebellianicam, dotes dd. Lauræ, & Portiæ sororum, impensas funerum, legata pia, æs alienum eiusdem q. Federici, dotem Corneliæ matris Alexandri grauati, & melioramenta; Quæ detractiones impediunt fideicommis-

4 sariis † immissionem, vt dixit *Rota in Romana de Spinolis 10. Maij 1623. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Bononien. legati de Marescottis 24. Aprilis 1626. coram R.P.D. meo Merlino*, adeout hæredi grauato, vel ab eo causam habenti com-

5 petat retentio vsque ad integram † satisfactionem, *Roland. cons. 28. num. 1. & seqq. lib. 1. Rota decis. 597. num. 2. par. 1. recent. in Perolinien. fideicommissi 9. Maij 1611. coram bo: me: Card. Pamphilio, & in Camerinen. bonorum 5. Maij 1626. coram R.P.D. meo Merlino.*

Quibus tamen non obstantibus DD. pro immissione responderunt, quia cum existentia, & purificatio dicti fideicommissi fuerint concludenter firmatæ in prædictis decisionibus, de identitate vero bonorum satis superque in præsenti doceatur, vtique prædictis

6 concurrentibus debetur immissio † fideicommissariis, vel ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vel ex vtili Saluiano interdicto, prout passim Rota respondit, & signanter *in dec. 131. num. 1. par. 1. recent. decis. 472. num. eodem par. 3. recent. decis. 167. num. 2. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Parmen. Status 14. Decembris 1629. coram eodem, & in Verulana fideicommissi 26. Iunii, & 20. Nouembris 1634. coram R.P.D. meo Merlino, in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 23. Ianuarii 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio, & in Bononien. fideicommissi de Ramundinis 9. Maii eiusdem anni coram me.*

Nec obstare visæ fuerunt exceptiones exaduerso deductæ, nam ad obiectum quod Laura, & Annibal acceptauerint legatum eis relictum ab Alexandro iuniore cum prohibitione aliud non petendi, multipliciter fuit responsum; Primo Alexandrum grauatum in suo Testamento nullam fecisse mentionem fideicommissi, de quo agitur, & de quo Legatarii scientiã non habuerunt, qui proinde non censentur ob acceptationem d. legati pro fidei-

7 commisso eis ignoto renũciare voluisse, cum nemo præsumatur iuri, quod ignorat, † renunciasse, *l. mater, §. præterea, ff. de inoff. testam. l. legitimam, ff. de pet. hæred. l. de his, ff. de transact.* & in terminis quod renunciatio fideicommissi non inducatur absque explicita scientia, &

8 mentione expressa † verborum eiusdem fideicommissi, firmat *Rota decis. 382. num. 4. par. 1. recent.*

Secundo fuit responsum, quod licet legatum

tum factum fuerit cum prohibitione amplissimis verbis concepta, nihilominus d. prohibitio non extenditur ad bona fideicommissaria d. Federici, quia dispositio facta ab hærede grauato quantumuis generalis non compre-
9 hendit bona restitutioni † subiecta *l. cum ex familia 67. §. fin. iuncta l. sequen. ff. de legat. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 6. nu. 1. & 11. & cons. 27. n. 5. & seq. lib. 1. Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 9. tit. 6. num. 9. Surd. consil. 354. numer. 33. & seq. lib. 3. & decis. 93. num. 17. Rota decis. 375. nu. 2. & 3. par. 1. recent.*

Tertio ponderabant DD. verba dicti legati data in Summario Alexandri *num. 2.* ibi (Cum conditione quod nominati Laura, & Annibal legatarij non possint, nec valeant de bonis, & hæreditate eiusdē Alexandri aliud petere &c.) Ex quibus verbis duo resultant; Alterum quod d. prohibitio restringitur ad Lauram, & Annibalem legatarios vigore dictionis, *nomi-*
10 *nati*, quæ † vti personalis non comprehendit nisi personas expressè nominatas, *Rota in Romana fideicommissi 20. Ianuarii 1637. coram R. P. D. meo Pirouano*. Alterum quod dicta prohibitio fuit restricta ad bona propria eiusdem Alexandri grauati, vigore alterius dictionis, *eius-*
11 *dem*, quæ † pariter vti personalis non comprehendit nisi bona eiusdem Alexandri prohibentis, vt in similibus terminis de dictione, *ipsius*, firmat *Grat. dict. 104. num. 13. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 6. num. 11. Rota decis. 300. n. 21. & decis. 619. num. 3. par. 1. recent.*

Denique fuit responsum, quod prædictis fideicommissarijs debetur immissio ex eorum propria persona, ac vocatione à Rota iam approbata, vt in decisione facta sub die 22. Martij 1638. *in §. & quoad existentiam fideicommissi*, non autem (vt dicebatur exaduerso) ex persona dd. Lauræ, & Annibalis, qui d. legatum acceptarunt; Vnde esto quod dd. Legatarij viderentur aliquo modo d. fideicommisso re-
12 nunciasse, adhuc talis renunciatio † prædictis fideicommissarijs præiudicare non posset, vt in proximis terminis firmauit *Rot. coram Seraphino decis. 848. num. 4.*

Quo vero ad probationem identitatis super bonis, de quibus agitur, DD. de illa non dubitarunt, etenim respectu domus sitæ Auximi in Platea Noua Parochiæ Episcopatus, iuxta domum aliorum de Sinibaldis, illam fuisse in bonis d. q. Federici fideicommittentis probatur ex Instrumento locationis eiusdem domus factæ ab eodem Federico, & Prospero de Sinibaldis sub die 19. Nouemb. 1628.
13 quæ † locatio cum versemur in antiquis probat d. domum fuisse in bonis eiusdem Federici fideicommittentis, *Menoch. cons. 704. num. 7. & 14. Petr. de fideicom. quæst. 12. num. 29. Peregrin. eodem tract. art. 44. num. 4. Fusar. de substit. q. 618. numer. 5. Rota in allegata Romana fideicommissi de Glauarinis 23. Ianuarii 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Iniunctis præsertim alijs Instrumentis in eadem domo celebratis de annis 1532. & 1535. cum enunciatiuis, quod illa esset DD. de Sini-
14 baldis, quæ enunciatiuæ † cum pariter sint antiquæ probant prædictam domum fuisse in bonis eiusdem fideicommittentis, *Soccin. sen. cons. 187. num. 2. vol. 2. Ias. consil. 114. num. 1. lib. 1. Menoch. cons. 207. num. 10. Peregr. d. art 44. num. 19. Fusar. d. q. 618. num. 5. & 26.*

Respectu vero Molendini positi in Territorio Auximano in flumine Muscionis, Neapulionis nuncupati, quod illud fuerit in bonis eiusdem fideicommittentis probatur ex Instrumento locationis factæ ab eodem fideicommittente vna cum alijs Sinibaldis condominis sub die 6. Martij 1522. quæ pariter
15 locatio † cum sit antiqua probat possessionem eiusdem fideicommittentis locantis, vt vltra allegatos dixit *Rota decis. 828. num. 4. coram Seraph. decis. 407. num. 2. par. 5. diuers. Magon. decis. Florent. 34. num. 5. & d. Bononien. de Glauarinis coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Idque confirmatur ex alio præcedenti Instrumento sub die 14. Decembris 1517. in quo dictum Molendinum fuit appellatum, prout etiam hodie appellatur, Neapulionis Sinibaldi, quit fuit pater d. Federici fideicom-
16 mittentis, cum bona † patris præsumantur in filium peruenisse, *l. 2. vbi Bald. num. 1. C. de patr. potest. Menoch. cons. 207. num. 12. Surd. decis. 15. num. 10. Rota decis. 129. numer. 2. part. 5. diuersor.*

Respectu deinde prædij septem salmarum, & trium quartarum terræ aratiuæ, pratiuæ, & oliuatæ positi in eodem Territorio Auximano in contrada Montisfreddi, iuxta viam nuncupatam la Trauersa, bona DD. de Florentijs, & alia latera, quod illud pariter fuerit in bonis eiusdem fideicommittentis iustificatur ex Instrumento emptionis eiusdem prædij factæ per eumdem Federicum sub die 21. Iunij 1530
17 quod Instrumentum cum habeat clausulam, *constituti*, benè probat possessionem eiusdem Federici acquirentis, *vulg. l. quod meo 18. ff. de acq. vel amit. hæredit. l. quædam mulier 76. ff. de rei vindic. l. 2. C. de acq. poss. Fusar. d. quæst. 618. num. 4. Peregr. dicto art. 44. num. 4. Petr. de fideicom. art. 12. num. 36. & seq. Rota decis. 360. n. 6. par. 5. diuers.*

Quodque idem Federicus continuauerit in possessione dictorum bonorum vsque ad eius obitum, vltra præsumptionem iuris, iuxta
18 quam possessio semel probata † continuata præsumitur vsque ad obitum possidentis, nisi exaduerso contrarium probetur, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acq. poss. Natt. cons. 400. num. 6. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 16. Rota decis. 4. de probat. in nou. & decis. 401. num. 4. par. 6. recent. decis. 575. num. 9. coram Greg. XV. decis. 129. num. 2. par. 5. diu. & in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 4. Maij 1627. coram R. P. D. meo Merlino,* apertè suadetur ex continuata possessione eorumdem bonorum à d. Alexandro seniore filio & hærede grauato eiusdem Federici fideicommittentis, vt infra liquebit, quæ probat dictum Federicum eius authorem prædicta bona vsque ad
19 obitum possedisse, *Rota decis. 706. num. 2. par. 2. recent. & in allegata Bononien. fideicommissi de Glauarinis coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in d. Bonon. de Desiderijs 14. Iulij 1627. & 24. Maij 1628. coram R. P. D. meo Merlino, & in Senogallien. fideicommissi*

29. Mo-

29. *Nouembris* 1627. & 31. *Ianuarii* 1628. *coram Caed. Virili.*

Dicta autem bona hodie detineri ab Alexandro iuniore filio naturali, & hærede dicti Alexandri grauati probatur ex subsistentatione
20 litis, quæ † sola ad hunc effectum sufficere solet, *Verall. decis.* 369. *num.* 1. *par.* 2. *Rota dec.* 407. *num.* 4. *par.* 5. *diuersor.* & *inter impress. per Pacif. de Salu. decis.* 20. *num.* 6. & *in Florentina fideicommissi de Cambiis* 9. *Iunii* 1627. *coram me*.

Iunctis præsertim pluribus adminiculis cũ eisdem denominationibus, & confinibus superius enunciatis & respectiuè desuptis, nimirum ex Inuentario per Tutorem Alexandri iunioris confecto de anno 1589. & ab eodem Alexandro in actis producto de anno 1625. ex possessione in communi cum aliis Sinibaldis quoad domum, & molendinum, ex Catastro Communitatis Auximi quoad prædium Mōtisfreddi, ex confessione eiusdem Alexandri iunioris iudicialiter emanata; ex articulis ab eodem medio iuramento datis contra D. Franciscum Cinum vnum ex fideicommissariis; ac demum ex pluribus testibus super eisdem articulis ad instantiam d. Alexandri examinatis, quæ omnia cum concordent cum demonstrationibus, & adinuincem adminiculentur,
21 in proposito benè probant, prout † de Inuentario, *Rota in Romana fideicommissi de Victoriis* 9. *Decembris* 1626. *coram R.P.D. meo Merlino*, & *in allegata Bononien. de Desideriis* 5. *Maii eiusdem anni coram eodem*, & *in d. Bononien. fideicommissi de Ramundinis* 9. *Maii* 1636. *coram me*.
22 De † communione *in Romana Deuolutionis* 26. *Iunii*, & 14. *Nouembris* 1623. *coram R.P.D. meo Pirouano*, & *in Verulana fideicommissi* 26. *Nouemb. coram R.P.D. meo Merlino*.
23 De † Catastro *in Ferrarien. de Taffonis* 1. *Iunii* 1605. *coram bo: me: Card. Paraphilio*, & *in Senogallien. fideicommissi coram Virili*.
24 De † Confessione partis in libello, vel articulis emanata facit *decisio bon: mem: Buratti* 275. *num.* 10. *d. Senogallien. fideicommissi* 24. *Nouembris* 1627. *coram Virili*, & *d. Bononien. de Desideriis* 24. *Maii* 1628. *coram R.P.D. meo Merlino*.
25 Et de † Testibus fuit dictum in prædicta *Verulana fideicommissi* 26. *Nouembris* 1633. & 7. *Iunii* 1634. *coram R.P.D. meo Merlino, in dec.* 131. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* & *alias*.

Eoque magis cum simus in antiquis vltra
26 centum annos, quo casu probationes † non ità rigidè sunt exquirendæ, sed etiam leuiores admitti solent, *Soccin. sen. consil.* 86. *num.* 2. *lib.* 1. *Add. ad Greg. XV. decis.* 172. *num.* 10. *Rota dec.* 360. *num.* 10. *par.* 5. *diuersor. coram Seraphino decis.* 462. *num.* 9. *in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 12. *Februarii* 1618. *coram Vbaldo*, & *in sæpius allegata Bononien. fideicommissi de Desideriis* 3. *Maii*, & 14. *Iunii* 1627. & 24. *Maii* 1628. *coram R.P.D. meo Merlino*.

Nec obstare visum fuit, quod non fuerit specialiter iustificatum, quæ portio d. domus & molendini fuerit à Federico fideicommittente possessa, idque ratione incertitudinis sit
27 deneganda immissio, † iuxta decisionē *in Verulana fideicommissi* 28. *Ianuarii* 1633. *coram me*;

Quia sat esse dicebant DD. quod fuerit probatum Federicum fideicommittentem possedisse aliquam ratam dd. domus & molendini, ad hoc vt rata quæ per Alexandrum hæredis grauati successorem in prędictis domo & molendino hodie possidetur, in bonis fideicommittẽtis fuisse præsumatur, nisi aliunde acqui-
28 sita † doceatur, *Peregr. de fideicom. art.* 44. *nu.* 22. & *consil.* 48. *num.* 13. *lib.* 1. *Rota decis.* 131. *nu.* 5. *vers.* & *satis dicitur par.* 1. *decis.* 407. *num.* 4. & *dec.* 706. *num.* 2. *par.* 2. *recent. decis.* 42. *num.* 4. & *decis.* 129. *num.* 2. *par.* 5. *diuers.* & *coram fel. recor. Gregor. XV. decis.* 573. *num.* 9.

Denique non visa fuerunt obstare detractiones, quam quoad Legitimam & Trebellianicam prætensas ab Alexandro iuniori ex persona Alexandri senioris sui patris, & hæredis grauati, aduertebant DD. in præsenti casu agi de fideicommisso ascendentis facto per substitutionem directam, quo casu ex dispositione
29 statuti Auximani † *lib.* 3. *rubr.* 14. *de substitut.* à Sede Apostolica confirmati omnia bona fideicommissaria absque aliqua detractione, retentione, & diminutione etiam Legitimæ, & Trebellianicæ veniunt substitutis restituenda.

Quoad dotes Lauræ, & Portiæ sororum d. Alexandri senioris non probatur dd. dotes fuisse solutas ex bonis propriis eiusdem Alexandri fratris, sed potius ab eodem Federico patre in Testamento relictas; Impensæ funerum non iustificantur, Legata pia ascendentia, vt dicebatur, ad florenos 98. tanquam modicæ summæ, non fuerunt habita in consideratione; Quoad prætensum Aes alienum Federici fideicommittentis solutum de annis 1533. & 1534. illius existentia non iustificatur nisi ex assertione eiusdem Alexādri grauati in actu
30 solutionum, quæ in † proposito non attenditur, *Rota in Rauennaten. Saluiani* 26. *Maii* 1634. & *in d. Bononien. de Glauarinis* 23. *Ianuarii* 1636. *coram R.P.D. meo Ghislerio*; Præsertim cum dd. solutiones asserantur factæ non longè post mortem fideicommittentis (qui obierat de anno 1532.) à d. Alexandro grauato tunc minore, qui hæreditatem opulentam adiuerat, nam tunc præsumitur d. grauatum non de proprio, sed de pecuniis fideicommissariis dd.
31 solutiones † fecisse *Fusar. quæst.* 627. *num.* 39.

Quoad dotem maternam illa non spectabat ad Alexandrum seniorem pro tota summa, sed solum pro tertia parte, cum reliquæ duæ spectarent ad Lauram, & Portiam germanas sorores, iuxta dispositionem *text. in auth. defuncto, vbi Bald. num.* 7. & 8. *ad S. C. Trebell.* Quo denique ad melioramenta, illa vti non iustificata non merentur attendi; Ideoque prætensæ detractiones tanquam turbidæ, illiquidæ irrelevantes, vel altiorem indaginem requi-
32 rentes non visæ fuerunt impedire posse † immissionem à dd. fideicommissariis petitam, *Seraph. decis.* 321. *nu.* 17. *Rota in Ferrarien. de Taffonis* 17. *Iunii* 1630. *coram R.P.D. meo Pirouano*, & *fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Glauarinis coram R.P.D. meo Ghislerio*.

Et in omnem euentum cum d. Alexander senior hæres grauatus nullum confecerit Inuenta-

uentarium, præsumitur, vel prætensas detra-
33 ctiones consumpsisse, vel alia bona † ex quibus illa fieri potuissent subtraxisse, *Giouag.consil.20.num.15.& seq.lib.2. Add.ad Greg.XV. decis.266. num.36. vers. prædicta vero, & fuit dictum in allegata Romana fideicommissi de Victorijs 10.Martij 1627. coram R.P.D. meo Merlino, quæ est decis.47. num.11. & in eadem 2.Iunij eiusdem anni coram eodem, quæ est decis.77.num 3. par.5.diuers.& in sæpius allegata Bononien. fideicommissi de Glauarinis 23.Ianuarij, & 9. Iunij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Eoque magis cum idem Alexander senior plures fecerit alienationes bonorum fideicommisso subiectorum, vt constat ex Instrumen-
34 tis datis in Summario, quę † de iure præsumuntur æquare omnes, & quascumque detractiones, donec exaduerso probetur easdem alienationes pro prætensis detractionibus non sufficeisse, *Add.ad Greg.XV decis.185.num.6. Rota in d. Verulana fideicommissi 26. Iunij 1634. coram R.P.D.meo Merlino, & in d. Bononien. fideicommissi de Glauarinis 23.Ianuarij, & 9.Maij coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

In quam sententiam procliuiores iuerunt DD. quia ex iuribus hinc inde datis in Summario apparet Federicum fideicommittentem alia bona tàm stabilia, quàm mobilia in eius hæreditate reliquisse super quibus hodie
35 non petebatur immissio, quæ † proinde super bonis, de quibus agitur, prætextu detractionum impedíri non valet, vt pluries Rota resoluit, & signanter *in d. decis.47. num.13. & dicta decis.77.num.16. & decis.391. numer.5.par.5. diuersor.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 16. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Vsusfructus per obitum vsufructuarij consolidatur cum proprietate, itaut nec statutũ Vrbis continuans possessionem defuncti in suos hæredes habeat locum in præiudicium proprietarij.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ciuilis per mortem vsufructuarij consolidatur cum naturali.*
2 *Manutentio debetur proprietario aduersus hæredem vsufructuarij.*
3 *Possessio naturalis per proprietarium potest capi propria auctoritate mortuo vsufructuario.*
4 *Vsusfructus per mortem vsufructuarii finitur.*
5 *Statutum Vrbis lib.1. cap.147. non habet locum in bonis, in quibus pater habet tantum vsufructum.*
6 *Manutentio non retardatur per exceptiones illiquidas.*

DECISIO DLIX.

FELIX Erasma condidit Testamentum in quo relicto vsufructu omnium bonorum Ferranti marito eius vita durante, hæredem proprietatium instituit Hospitale Beatæ Mariæ Consolationis de Vrbe, Ferrantes accepta possessione bonorum hæreditatis dictę Felicis prædefunctæ, & signanter Domus, de qua agitur, conuolauit ad secundas nuptias, deinde obijt relicta Iulia filia, inter quam, & dictũ Hospitale orta controuersia super manutentione in possessione d. domus, causaque prius coram A. C. introducta, & deinde ad Rotam delata, ac proposito dubio sub die 16.Nouembris proximè præteriti cui danda esset manutentio, placuit Dominis rescribere vt videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, de quo hodie ad fauorem Hospitalis constare resoluerunt; Quia cum d. Ferrantes esset solus vsufructuarius non autem proprietarius d. domus, vtique eo defuncto vsusfructus illius expirauit, fuitque consolidatus ad fauorem Hospitalis hæredis proprietarij, non solum ex dispositione dictæ Felicis ita mandantis in suo Testamento, ibi, *Post mortem vero dicti Ferrantis, illaque statim sequuta, vsusfructus prædictus cum sorte principali consolidatur, & ex nunc in omnibus suis bonis hæredem vniuersalem instituit Hospitale &c.* Verum etiã ex dispositione iuris communis, iuxta quam finito vsufructu per obitum vsufructuarij, ciuilis possessio quę residet penès proprietarium illico trahit pos-
1 sessionem naturalem quæ † erat penès vsufructuarium, & cum illa consolidatur, *Bart.in repetitione si arrogator 22. num.12. vers.nam cum dixet, ff.de adopt. Bald.in l.1.num.38. quæst.46. ff. de rer.diuis.cum aliis relat. à Mantic. decis.167.num.7. vers.quinimo, Gratian.discept.779.num.6.& 7. Thomat. decis. Marchiæ 118. num.9.* Adeout hæredi
2 proprietario † vigore huiusmodi possessionis competat manutentio aduersus hæredem, vel successorem vsufructuarij, vt in specie dixerunt *Natt.cons.419. à princ. vsque ad num.3. vers. superest, Cassan.in consuet. Burgund.rubr.7. §.1. sub num.7.col.5.in fin. vers. dico plus, Tiraq.in tract.le mort saisit le vif. par.3.declarat.1. num.8. Menoch. cons.139.num.16.in fin. Aldouin. cons.75. sub n. 24. & 25. Thesaur.iun.quæst. foren.lib.2. q.96. num.3. & seqq. Gratian.d.discept.779.num.10.& 14. Thomat. d.decis.118. num.13. Rota in Regien. bonorum 15. Martii 1630. & in Romana Spolii 16. Ianuarii 1632. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Præsertim cum dictũ Hospitale realem & actualem possessionem d. domus acceperit, prout illam vti hæres proprietarius defuncto
3 d. Ferrante vsufructuario etiam propria † authoritate accipere potuit, *Imol.consil.16.num.4. Barbat. cons.58.nu.11. vers.& plus dicit lib.2. cum aliis relatis à Menoch. d.con.139.num.15. & 16. & Gratian.d.discept.779.num.4.& 9.*

Nec dicatur possessionem naturalem dicti Ferrantis transiisse in dictam Iuliam eius filiã, & hæredem vigore statuti Vrbis *lib.1.cap.147.* continuantis possessionem defuncti in suum hæredem absque alia actuali apprehensione

Quia

Quia cum per obitum dicti Ferrantis vsufructuarij fuerit statim finitus † vsusfructus, §. *finitur, instit. de vsufruct.* possessio naturalis quæ erat penès vsufructuarium tamquam finita, per illius obitum non potuit continuari, vigore dicti statuti in dictam Iuliam eius hæredem, sed subito fuit consolidata cum possessione ciuili quæ residebat penès ipsum hæredem proprietarium, vt in terminis similium
4

5 statutorum, dixerunt *Imol. conf.16. num.4. Barbat. consil.56. num.15. circa med. vers. & plus dicit vol.2. Ias. conf.147. num.44. versic. idem in terminis vol.2. & conf.152. num.1. vers. idem vol.4. Menoch. dicto conf.139. num.14. versic. secundo admisso cum seq. Rimin. iun. conf.545. num.37. & seq. vol.5. Surd. conf.491. sub num.3. Tiraq. d. declarat.1. num.5. Gabriel tit. de acquir. possess. concl.9. num.16. Valasch. de iure emphyt. q.18. num.8. Rosental. de feud. cap.7. conclus.60. num.18. & littera O. Gratian. dicta discept. 779. num.9. vers. vbi etiam, Fenzon. in annotat. ad dictum statutum cap.147. num.20. versic. & ex rationibus.*

Non obstat, quod Iulia possit retinere dictam domum pro quarto dotali à Ferrante in bonis eiusdem Felicis primæ vxoris superlucrato; Quia cum non doceatur quæ, & quanta dos fuerit soluta à dicta Felice, prætensum quartum dotale visum fuit illiquidū, & propterea illius prætextu non posse denegari manutentionem Hospitali † possidenti
6 *Rota decis.597. num.3. par.1. diuers. & decis.679. num.5. par.1. recent. & penes Post. post tract. de manuten. decis.180. num.10. & 11:*

Et ita vtraque &c.

ROMANA LEGATI, scutorum 50. mil.

Luna 16. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Testator ex quibus præsumatur voluisse præuenire hæredem in solutione legati.

SVMMARIVM.

1 *Testator donans aliquid Legatario post factum prælegatum præsumitur voluisse præuenire hæredem in solutione legati maximè si non fuerit expressa noua causa, & eadem conditiones in vtroque actu fuerint apposita cum prohibitione legatario de non petendo aliud, n.2.3.4. & 14.*

3 *Donatio absque insinuatione non sustinetur.*

6 *Legati reuocatio, vel diminutio non præsumitur nisi probetur, & quidem concludenter.*

7 *Voluntas Testatoris in dubio mutata non præsumitur, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, & n.8.*

9 *Text. in l. Lucius 22. ff. de legat.2. non procedit nisi quando legatur species, vel quantitas ex illa redacta, & multa pro eius intellectu, num.10.11.12. & 24.*

13 *Dispositiones vltimæ voluntatis sunt omnes adimplendæ.*

15 *Legatum factum pro aliqua causa non intelligitur satisfactum nisi causa sit adimpleta.*

16 *Causa duplex legandi duplicem potest sortiri effectum.*

17 *Legatum recipiens multiplicationem non dicitur adimpletum per subsequentem dispositionem.*

18 *Vniformitas conditionum in diuersis actibus non arguit vnam fuisse factam contemplatione alterius.*

19 *Prohibitio non debet trahi de vna in aliam causam.*

20 *Donatio causa mortis nec insinuationem, nec alias solemnitates requirit.*

21 *Insinuatio non requiritur in donatione etiam inter viuos, quando, est multiplicata, vel respectu temporum, vel partitarum, cum cesset suspicio fraudis ob durationem animi donantis, & n.22.*

23 *Donationes quæ fiunt coram Principe insinuatione aliisque solemnitatibus non indigent.*

25 *Coniunctio sanguinis in legatis plurimum attenditur.*

26 *Interpretatio in dubio est facienda fauore successorum ab intestato.*

27 *Dilectio Testatoris in legatis pro coniecturanda eius voluntate inseruit.*

28 *Actus subsequens solet declarare intentionem præcedentem.*

29 *Legatum multiplicatur per nouam qualitatem adiectam, vel per varium modum legandi, & n.30.*

31 *Coniectura vnius legati est interpretatina alterius.*

32 *Legatum certum, & enixè relictum non censetur ademptum, & diminutum per euentualem assignationem.*

33 *Legatum non præsumitur ademptum neque diminutum si testator superuixerit, & testamentum non mutauerit, ex quo præsumitur in eadem voluntate, & animo legandi permansisse.*

34 *Coniectura numero plures præualent numero minoribus, & præsertim si numero plures sint etiam vrgentiores, & n.45.*

DECISIO DLX.

BON. mem. Marchio Vincentius Iustinianus de anno 1631. condidit Testamentum, in quo inter alia iure legati reliquit D. Camillo de Maximis ex sorore nepoti scuta 50. mil. soluenda de fructibus suæ hæreditatis, & cum aliis conditionibus, de quibus in Testamento. Elapsis aliquot annis à die Testamenti idem Marchio emit multa loca Montium, & officia vacabilia periculo vitæ diuersarum personarum, reseruata sibi, vita durante, tam sortis, quàm fructuum omnimoda dispositione, & post eius obitum d. D. Camillo. Post obitum Marchionis Vincentij hodie contigit dubitari. An d. loca Montium, & officia cedere debeant in partem solutionis d. legati.

Pro cuius dubij affirmatiua resolutione, plura pro parte D. Cassani ex persona D. Marchionis Andreæ eius filij, ac hæredis Marchionis Vincentij deducebatur. Primo, quod cum Testator post factum d. legatum emerit officia, & loca Montium de quibus agitur, reseruata illorum dispositione post sui obitum ad fauorem eiusdem D. Camilli Legatarij pre-

sumatur voluisse præuenire hæredem in solu-
tione legati, illudque pro concurrenti quan-
1 titate persoluere, adeout † Legatarius nonnisi
pro reliquatu agere possit iuxta *text. express.*
in l.Lucius 22. & ibi Bart.num.1.& seqq. Bald.n.2.
Ang.num.1. Castren. n.1. & 3. vers. sed contrarium
est verius, & alij communiter de legat.2. Marescott.
var. resol.cap.58. num.24. vers. postremo, & n.25.
& seqq. lib.1. Afflict. dec.275. & ibi Add. Eoque
magis cum in d. reseruatione non fuerit ex-
pressa noua causa, propter quam illa fuerit
facta; Vnde oritur maxima præsumptio illam
2 in extinctionem † legati præcedentis factam
fuisse ad text. in *l. liberis quos, ff.de alim.& cibar.*
leg. glos. in l. quinquaginta in verb. postea scriptis,
quam sequuntur Bart. & alij, ff. de probat. Gomez.
var. resol. tit.de legat. sub num.28.vers.quod est ve-
rum, Marescott.var.d.c.58.num.26. lib.2.

Secundo dicebatur Testatorem nonnullas
conditiones apposuisse in legato, quas repe-
tijt in emptione, & reseruatione dd. officiorũ,
locorumque Montium. Vnde inferebatur d.
reseruationem censeri factam ad fauorem D.
3 Camilli legatarij in diminutionem † d. legati
ad not. per *Bart. in l.2. num.3. ff. de cond. & de-*
monstr. Surd.cons.119.n.14.

Tertiò pro hac opinione ponderabatur pro-
hibitio ipsius Testatoris facta D. Camillo de
non prætendendo aliud de sua hæreditate, &
bonis nisi d. legatum, ex qua prohibitione di-
cebatur magnam oriri præsumptionem d. re-
seruationem officiorum, & locorum Mon-
4 tium factam fuisse in computum † legati, *Ca-*
stren.cons.193.num.2.vers. super secundo verò dubio,
par.2. Ruin.cons.166.num.18. lib.3. Aym. cons.131.
num.17.& cons.149.num.3. Menoch. præsumpt.110.
num.31. lib.4.

Quarto dato, quod d. reseruatio officiorũ,
& locorum Montium facta ad fauorem D.
Camilli non posset deseruire pro diminutio-
ne legati, informantes pro D.Marchione con-
tendebant illam sapere naturam donationis,
5 quæ † non posset sustineri vti carens insinua-
tione, & alijs requisitis tàm à iure communi,
quàm à statuto Vrb. cap.149. lib.1.

His tamen non obstañ negatiuam senten-
tiam DD. amplexi fuerunt, & sic officia, &
loca Montium de quibus agitur non cedere
in computum legati scutorum 50. mil. resol-
uerunt.

Habet enim D.Camillus Legatarius inten-
tionem fundatam in regula, quod ademptio,
6 reuocatio, vel diminutio † legati non præsu-
matur nisi probetur, & quidem euidenter, *l.3.*
§. in duob. ff.de adim.leg. Bald. in l. si pluribus, n.1.
ff. de legat.1. Alex.cons.169.num.4. & 8. lib.5. Ca-
pra cons.133.num.8. Bursatt.cons.96.num.10. lib.1.
Mantic. de coniect.lib.12.tit.2.nu.2. Menoch. de præ-
sumpt.lib.4. præsumpt.167.num.1. Rota coram Gre-
gor.XV. dec. 236. num.1. & coram Caual. decis.41.
num.5. Cum talis ademptio, reuocatio, vel di-
minutio pendeat à voluntate Testatoris, quæ
7 in dubio † mutata non præsumitur, *l. cum ta-*
citum, ff. de probat. l. fideicommissa, §. si rem, ff. de
legat.3. l.cum hic status, §.1. in fin. ff. de don. int. vir.
& vxor. c. maiores in fin. de bapt sm. Alex. cons.157.
num.1. lib.7. Natt.cons.476.nu.7. lib.2. & cons.433.
num.32. lib.3. Mantic de coniect.d.lib.12.tit.1. nu.2.
& d. tit. 2. num.2. in fin. Menoch. d. præsumpt. 167.
8 *num.2. & 3.* Adeout ei, † qui dicit Testatorem
à priori voluntate recessisse incumbat onus id
probandi, *l.cum quid, l.cum tacitum d.l.quingenta,*
ff.de probat. Mantic.de coniect.d.tit.1. num.2. Natt.d.
cons.476.num.7. & cons.435.num.33. lib.3. Alex. d.
cons.157. num.1. in fin. lib.7. Curt. iun. consil.103.
num.3. par. 2. quæ tamen probatio hic adesse
non visa fuit.

Non obstat *text.in d.l. Lucius, la 1.cum ibi not.*
per Doct. quia fuit responsum *text. in d.l.Lucius*
9 nõ † applicari casui de quo agitur, quia in casu
d.l.Lucius Testator reliquerat Mæuio suam
militiam, vel pecuniam, quæ ex venditione
eiusdem militiæ redigi potuisset, deinde ad-
huc viuens d. militiam vendiderat, pretium-
que ex illa redactum tradiderat eidem Mæ-
uio, cui militiam illam, siue pretium in Te-
stamento reliquerat, & sic textus ille procedit
in casu, quo Testator legauit speciem, siue
quantitatem ex illa redactam, dictamq; quan-
titatem adhuc viuens Legatario tradidit; At
hic versamur in terminis longè diuersis, quã-
doquidem Marchio Testator legauit in Te-
stamento D. Camillo certam pecuniarum
quantitatem, & deinde nulla facta mentione
d. legati emit speciem, videlicet, officia, & lo-
ca Montium, eaque dum vixit non tradidit
eidem Camillo Legatario, sed illorum om-
nimodam dispositionem sibi vita durante re-
seruauit, ac nonnisi post sui obitum ad d. Ca-
millum pertinere voluit, & sic sumus in casu,
in quo Testator legauit quantitatem, & di-
sposuit circa speciem à legato longe diuer-
sam, qui proinde non præsumitur à d. legato
quantitatis recedere, vel illud pro rata persol-
uere voluisse, cum ad hunc effectũ opus fuis-
10 set, vt Testator qui † legauit quantitatem, ad-
huc viuens illam in totum, vel in partem ei-
dem Legatario tradidisset, vt declarat *Bart. in*
d.l.Lucius num. 3. Vbi obijciens, quod omnis
solutio in dubio videtur facta, vt exoneretur
legatum iuxta *text. in l. huiusmodi, §. cum Pater*
pro filia, ff.de leg.1. Respondit d.textum proce-
dere, quando legatur quantitas in genere, quia
tunc solutio cuiuslibet quantitatis præsumi-
tur facta in causam legati præcedentis. Secus
verò quando legatur species, vel quantitas re-
spectu speciei, vt in casu *d.l.Lucius*, quia tunc
11 nisi soluatur † quantitas inde redacta non di-
citur legato satisfactum, idemq; comprobat,
Cuman. in d.l.Lucius, n.2. & seqq.

Hinc non releuat, quod officia, & loca
Montium facile reduci possint ad quantita-
tem. Siquidem adhuc admissa tali reductio-
ne dispositio *d.l. Lucius* non applicatur, cum
illa habeat locum in casu, quo præcessit lega-
12 tum † in vltima voluntate, & sequuta fuit
traditio rei legatæ, vel solutio quantitatis ex
illa redactæ adhuc viuo Testatore, vt declarat
Vincent.de Franch. decis.42. num.5. Hic autem
post legatum in vltima voluntate officia, &
loca Montium non fuerunt tradita viuente
Testatore d.Camillo Legatario, cum illorum
reser-

reseruatio ad fauorem d. Camilli penderet à voluntate, & obitu eiusdem Testatoris, quatenus scilicet ipse de illis in vita non disposuisset, & sic talis dispositio iudicari debet ad instar vltimę voluntatis, siue donationis causa mortis, quam idem Marchio ad sui libitum etiam in articulo mortis reuocare potuisset, & consequenter versamur in duabus dispositionibus factis per viam vltimę voluntatis, quarum vtraque cum fuerit collata post obitum Testatoris sequitur vtrumque deberi, relictum legatum scilicet, & dd. officia, & loca
13 Montium, ne alterum † ex illis inutile reddatur. *d.l.quinquaginta, & ibi DD. ff.de prob. Bart. in l.cum centum, ff.de adim.leg.l.plane, §.1. & ibi DD. ff.de leg.1. Imol. in l.huiusmodi, §.cum Pater num.5. circa med. vers. sed potes respondere, ibique etiam Alex. num.5. vers. ad legem, & Ias.nu.17. vers. sed ego clarius loquar de leg.1. Abb.cons.4. num.8. lib.2. Paris.cons.61.nu.48.lib.2. Mantic.de coniect. lib.12. tit.1.num.11. Vinc. de Franc. d.decis.422. numer.5. & 8.*

Non obstat, quod Marchio Testator in reseruatione dd. officiorum, & locorum Montium ad fauorem D. Camilli non expresserit nouam causam, & ideo præsumatur d. reseruationem fecisse ob eamdem causam, propter
14 quam legatum † reliquerat, & consequenter in executionem eiusdem legati præcedẽs, *d. l. libertis quos, ff.de alim. & cibar.legat.cum alys supra allegatis.*

Quia fuit responsum id procedere, quando causa, pro qua legatum præcessit non recipit duplicationem, puta si fuisset relictum pro Doctoratu, alimentis, emptione alicuius fundi, vel pro alia simili causa, tunc enim d.causa finita, vel adimpleta, Doctoratu scilicet sequuto, alimentis præstitis, vel empto fundo, non debetur relictum pro d. causa, quia cum causa non duplicetur, nec etiam legatum duplicari debet. Secus autem est, quando causa, pro qua legatum fuit relictum reciperet duplicationem, quia tunc sequens dispositio nõ censetur facta in executionem legati præce-
15 dentis, sed vtraque † suum effectum sortiri debet, *Salyc. in d.l. quinquaginta in fin. de probat. Castren. in d.l. plane 34. §.1.num.3. & 10.de leg.1. Surd.cons.119.n.12.vers. si dicatur, Vinc.de Franc. d.dec.422.n.3.vers. dicebat vnus ex DD.*

In proposito autem dicebant DD hodie non agi de legato relicto ob certam causam; quæ per Testatoris viuentis dispositionem finita, vel adimpleta fuisset, sed de simplici legato scut.50. mil. facto ab Auunculo Nepoti carissimo, ob ingentem amorem, quo illum prosequebatur, quæ causa proximitatis, & amoris cum recipiat in suo genere duplicationẽ nõ dicitur adimpleta in legato quantitatis, sed recipit augmentum, siue duplicationem in altera dispositione officiorum, & locorum
16 Montium, & operatur vt vtrumque † debeatur iuxta doctrinam *Salyc. in d.l. quinquaginta, ff. de probat. idemque sensit Bart. in d.l. Lucius in fin. vers. sed si Testator dixit*; & bene in similibus terminis de legato, & donatione facta pro animabus certorum fidelium defunctorum, quod vtrumque debeatur ex eo, quod huiusmodi legatum recipiat duplicationem in quantitate, cum pro dd. animabus relinqui possint plures quantitates, nec per vnum relictum cesset causa, quando vtraque dispositio consertur, prout hic, in tempus mortis, subdens tunc idẽ esse, ac si vtraque dispositio emanasset in eadem voluntate, quo casu ne posterior dispositio remaneat inutilis vtraque debetur, & in simili, quod legatum relictum pauperibus nõ
17 censeatur ademptum † per sequentem dispositionem, cum recipiat augmentum, & multiplicationem sensit *Rota d.dec.233.n.3.vers. quibus consideratis par.3. recent.*

Minus obstat, quod Marchio Testator nonnullas conditiones adiectas in d. legato apposuerit etiam in reseruatione d. officiorum, & locorum Montium, & signanter quod si d.D. Camillus non disponeret de dd. scut.50. mill. iure legati ei relictis, illa non transirent ad hæredes ipsius Camilli, sed pertinerent ad hæredes eiusdem Testatoris, quam legem etiam in dispositione dd. officiorum, & locorũ Montium repetijt. Quoniam vniformitas huius conditionis siue legis ostendit quidem voluntatem impugnandæ hæreditatis in casu, quo d. Camillus non disponeret de vtroque, vel altero relicto, sed non arguit vnum fuisse factum contemplatione alterius, & consequenter reseruationem officiorum, & locorum Montium ad fauorem d. Camilli cedere debere in diminutionem legati præcedentis, cum nihil impediat quin Testator possit in duabus,
18 vel pluribus † diuersis dispositionibus easdem conditiones apponere absque eo, quod vna dispositio alteram tollat.

Non obstat, quod d. legatum fuerit relictũ D. Camillo pro omni, & toto eo, quod idem Camillus in bonis, & hæreditate d. Marchionis prætendere posset, & cum prohibitione nil aliud petendi. Quia talis prohibitio facta fuit respectu prætensionum quas idem Camillus habere potuisset ex persona matris in hæreditate, & bonis eiusdem Marchionis, & ideo ex-
19 tra † suã causam trahi non debet, vt in simili dixit *Rota coram Buratt. decis.52. numer.2. & ibi Add. & in Auximana fideicommissi 13. Ianuar. præteriti coram me.*

Minus releuat, quod reseruatio dd. officiorum, & locorum Montium ad fauorem dicti Camilli nisi cederet in diminutionẽ d. legati saperet naturam donationis, quæ redderetur inualida ex defectu insinuationis, aliarumque solemnitatũ requisitarum tàm ex iure communi, quam ex statuto Vrbis. Quia cum ex prædictis appareat d. reseruationem potuisse quandocunque ab eodem Marchione reuocari, illiusque effectum post obitum eiusdem Marchionis collatum fuisse illa non sapit donationem inter viuos, sed potius causa mor-
20 tis, † quæ insinuationem, aliasque solemnitates non requirit, *l. fin.C.de donat.caus.mort. Bald. cons.186. sub num.1. vers. sed hic est aduertendum; lib.2. Crass.de success. §. donatio causa mortis qu.12. Guidop. decis.610. Gabr.com. opin. lib.3.tit.de donat. conclus. 1. numer.70. Buratt. decis.46. num.1. & 2.*

vbi loquitur in terminis statuti Vrb. & alios refert,

Præsertim cum dd. officia, & loca Montiū non omnia insimul empta fuerint, sed in pluribus vicibus, & partitis, interpolatisq; temporibus, Vnde illorum reseruatio ad fauorem D. Camilli non diceretur vnica, sed mul-
21 tiplicata donatio, quæ † etiamsi diceretur inter viuos, insinuationem non requireret *Abb. cons. 4. num. 37. lib. 1. Buratt. decis. 640. num. 8.* cum ex huiusmodi successiua, ac multiplicata donatione animus donatus adhuc perdurare dicatur, & sic cesset suspicio fraudis, ob quam
22 requiritur † insinuatio *Canar. de insinuat. quæst. 9. num. 18. Io: Andr. ad Specul. de instr. edit. §. porro sub rubr. de form. donat. caus. mort. & int. uiu. in uerb. subscribat post princ.* cum alijs relatis *per Gratian. discept. 531. num. 30. & 31.*

Eoq; minus cum similes reseruationes officiorum, & locorum Montium vacabilium fiant coram Papa, nec admittantur nisi ab eodem fuerint approbatæ vt praxis edocet. Do-
23 nationes † autem, quæ fiunt coram Principe insinuationem, vel alias solemnitates non requirunt *l. omnium* & ibi *Bald. in princ. Castren. n. 1. & 2. C. de testam. Baid. conf.* 105. *num. 2. lib. 3. Capic. decis. 203. sub. num. 13. uers. pro prima opinione facit.*

Sed vila fuit cessare omnis amatiudo, quia etiamsi essemus in casu *d. l. Lucius*, attamen versaremur in casu limitationis *d. legis*, quæ non procedit, quoties ex coniecturis apparet Testatorem per solutionem, vel per aliam dispositionem factam in vita præcedens legatum adimere, vel diminuere noluisse, vt aperte colligitur ex eodem textu ibi. Existimo pretium militiæ præstare non oportere nisi Le-
24 gatarius † ostenderit Testatorem post factam solutionem iterum pretium militiæ accipere voluisse, vt notant ibidem *gloss. magna uerf. certè non tenentur, & in uerb. voluisse, & cæteri DD. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 12. tit. 2. num. 3. uerf. ex his ergo Rota decis. 499. num. 5. par. 2. rec. Greg. XV. decis. 236. num. 2.* & ibi *Adden. num. 15.*

In proposito autem plures visæ fuerunt concurrere coniecturæ suadeñ Marchionnem Vincentium per emptionem dd. officiorum, & locorum Montium noluisse recedere à d. legato scut. 50. mil. Vel illud pro rata diminuere, quarum,

Prima oritur non solum ex coniunctione sanguinis inter d. Marchionnem Testatorem, & d. Camillum illius ex sorore nepotem, quæ
25 in legatis † plurimum attendi solet *l. si seruus plurimum in fin. de leg. 1. l. cum alimenta ff. de alim. & cibar. l. Socc. Sen. conf. 26. num. 4. lib. 4.* Et in terminis ademptionis legati *Natt. conf. 484. in fin. uerf. habeat etiam* Præsertim cum d. coniunctio sanguinis talis esset, vt d. Camillus Legatarius, cessante Testamento successurus fuisset ab Intestato, cum in dubio illa sit capienda inter-
26 pretatio, quæ † successoribus ab intestato magis fauet *l. si filius* ibi præsertim quod remotis &c. *ff. de uulg. l. si sub conditione uerf. sed etsi is fuerit. ff. de don. possess. secund. tab. Bart. in l. 2. §. non autem. nu. 1. uerf. secunda limitatio eod. tit. cum alys apud Cephal. conf. 37. num. 44.*

Verum etiam ex maxima dilectione, qua idem Testator prosequebatur d. Camillum legatarium, vt colligitur tam ex verbis eiusdem Testamenti, in quo ipsemet Testator fatetur se, & d. Camillum vna educatos fuisse, vnaq; vixisse, & in eisdem ædibus cohabitasse ibi. *Dò, e concedo al Sig. Camillo Massimi &c. senza esser obligato a rendere conto a persona veruna, perche molto confido nella sua prudenza, & integrità, conoscendolo benissimo per essersi alleuati, e vissuti insieme.* Quàm ex ipsomet tractatu, & continua cohabitatione in eadem domo, quæ pari-
27 ter dilectio † arguit Testatorem id quod ipse in vita quoquo modo dedit d. legatario, in diminutionē legati eidem relicti dare noluisse *Oldrad. conf. 296. num. 3. Socc. Iun. conf. 79. num. 51. lib. 3. Menoch. conf. 161. num. 25. Rota d. decis. 499. num. 5. circa med. par. 2. recent.*

Secunda coniectura dicitur ex prægnantia verborum, quibus Testator idem legatum persolui mandauit ibi. *E questo pagamento delli scudi 50. mil. moneta il mio herede vniuersale, ò quelli che li succederanno &c. lo debbiano far prontamente, e con ogni facilità,* & inferius *quali si doueranno pagar intieri, e senza detrattione, ò diminutione alcuna,* quæ verba cum non referantur ad legitimæ, Trebellionicæ, aut alterius detractionis diminutionem, vt ponderabant informantes pro D. Camillo, ne illa oxitantet dicta, ac superflua reputentur videntur intelligeñ de illa detractione, vel diminutione, quam hæredes ob aliam subsequentem dispositionem eiusdem Testatoris prætēdere potuissent, & sic ob emptionem dd. officiorum, & locorum Montium postea factam ad fauorem eiusdem Camilli, quam verisimilitèr eumdem Testatorem vsque tunc meditatum fuisse colligi-
28 tur ex regula quod actus † subsequens solet declarare intentionem præcedentem *l. cum quis uerf. neque enim uerisimile est C. de natur. liber. l. si qui adultery C. ad l. Iul. de adult. l. pauonum inst. de rer. diuis. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 12. tit. 1. num. 2.*

Tertia oritur ex diuersitate vtriusque dispositionis; siquidem legatum erat integrè, ac liberè in certa quantitate solueñ ex fructibus hæreditatis, post æris alieni eiusdem Testatoris solutionem, Dispositio verò dd. officiorum & locorum Montium fuit reseruata d. Camillo statim sequuto obitu eiusdem Marchionis; cum onere tamen solueñ pluribus personis eorum vita durante certas annuas pecuniarum quantitates hæc namque diuersitas arguit sequentem dispositionem non fuisse factam in executionem, vel diminutionem legati præcedentis, prout in fortioribus terminis, quando Testator in eadē scriptura prius legauit alicui certam pecuniarum quantitatem purè, deinde illam reliquit eidem legatario sub conditione, vel contra, tunc vtramque quantita-
29 tem deberi, ac legatum † censeri multiplicatum propter nouam qualitatem adiectam, nisi mens defuncti contraria appareat firmat *text. in d. l. cum centum in princ.* & ibi *Bart. ff. de adim. legat. l. planè la 1. §. in ead.* & ibi *Castren. num. 10. ff. de leg. 1. Specul. in tit. de test. §. 1. num. 12. in fin. Gomes. uar. res. tom. 1. cap. 12. tit. de leg. num. 38. uerf. & idem*

& idem est si primo legauit, vbi ponit regulam
quod vbi Testator variauit modum legandi
eidem personæ in quantitate, vel qualitate
conditione, loco, tempore, vel causa cense-
tur voluisse multiplicare legatum ad hoc vt
30 vtraque † quantitas debeatur *iuxta mentem Bald.
in d.l.planè §.1. Castren.num.10. Ias.in l.4. not. &
aliorum ff.de leg.1. Ioseph.de Ludou.conclus.29.decla-
rat.8.& 9.uers.4.generalins Vinc.de Franch.d.decis.
422.num.1.* vbi quod tanto magis id procedit
in dispositionibus factis, *prout hic*, in diuersis
scripturis, & fuit dictum *in Romana legati 23.
Ottobris 1592. coram Card. Pamphilio*.

Quarta elicitur ex eo quod idem Testator
in alio legato relicto D. Mauritio Iustiniano
expresè declarauit illud censeri ademptum
certo casu adueniente, quod verisimiliter etiā
in legato, de quo agitur expressisset, si de il-
lius ademptione, vel diminutione in aliquo
casu cogitasset, quam coniecturam desum-
31 ptam † ex vno legato ad alterius interpreta-
tionem ponderauit etiam *Rota coram Greg. XV.
d.decis.236. num.12.& 13. & d. decis.243. num.5.
par.3.recent.*

Quinta sumitur ex incerto euentu cui dd.
officia, & loca Montium vti empta per Te-
statorem periculo vitæ plurium personarum
subijciebantur cum non sit verisimile Testa-
32 torem qui † tàm enixe integrum legatum
scut. 50. mil. persolui mandauerat) illud in-
tuitu d. assignationis euentualis adimere, vel
diminuere voluisse *Dec.in auth.præterea num.12.
uers.3.limitatur C.und.Vir.& Vxor Tiraq.in l.si un-
quam in uerb.susceperit liberos num.173.ad med. C.
de reuoc.donat.Menoch.præsumpt.109.num.53. uers.
cæterum solet ambigi lib.4. Hond. cons.50. num.35.
lib.2.Rota in Aueniouen. fideic.4.Decembris 1637.
coram R. P. D. meo Panzirolo*.

Sexta deniq; omissis alijs oritur ex eo quod
idem Testator post conditum Testamentum,
& subsequutam emptionem dd.officiorum,&
locorum Montium per aliquot annos super-
uixit, quo temporis spatio suam voluntatem
circa ademptionem, vel diminutionem d. le-
gati facilè declarare potuisset, & tamen non
33 declarauit vnde præsumitur † in eadem vo-
luntate, ac animo legandi decedere voluisse
*gloss. in l. tractabatur in verb. nihil.ff. de test. milit.
Dec.cons.409.num.7.cum alijs relatis per Mantic.de
coniect.lib.12.tit.1.num.12.* quem in his terminis
sequuta fuit *Rota coram Papa Greg. XV. d. decis.
236. nu.14.* dictamque coniecturam amplexa
fuit etiam *Rota d.decis.499.num.5. vers.& ex quo
non mutauit par.2.& d.decis.233.nu.5.par.3. rec.*

Non obstant nonnullæ coniecturæ exad-
uerso deductæ ad probandum dd. Officia, &
loca Montium cessisse in extinctionem d. le-
gati pro concurrenti quantitate, nam illæ visæ
fuerunt satis leues, nec conferendæ cum co-
niecturis pro D. Camillo ponderatis, quæ
34 præualere visæ fuerunt, tùm quia † sunt nu-
mero plures *l.3.§.1.ff.de testib. l. cum de indebito
in princ. ff. de probat. Surd. cons.1. num.7.* Tum
35 etiam quia sunt † fortiores, & vrgentiores *l.
Diuus ff.de in integr. rest.l.non solum ff. de rit. nupt.
latè Menoch. de præsumpt. lib.1. qu.30. num.1. cum
seqq.& lib.6.qu.64.num.46.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 27. Ianuarii 1640.

ARGVMENTVM.

Census vt imponi possit super bonis pupilli, vel eius bona vt distuli possint pro soluendo ære alieno quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib.1. cap.113. & 151. annullans contractus minorum sine solemnitatibus factos habet locum etiam in censuum dispositione.*

2 *Statutum requirens solemnitates non comprehendit contractum factum ex causa priuilegiata.*

3 *Dos dicitur priuilegiata quoad obligationes mulierū maiorum non autem pupillorum & minorum, & ideo statutum indistinctè loquens cōprehendit etiam causam dotis, num.4.*

5 *Solemnitates statuti non requiruntur quando agitur de solutione dotium vel æris alieni necessaria.*

6 *Bona Pupilli, vel minoris non possunt alienari neque obligari absque solemnitatibus, neque sufficit existentia æris alieni nisi vlterius creditores actu vrgeant contra pupillam aut eius tutorem.*

7 *Contrahens cùm minore vel alia persona priuilegiata regulariter nō tenetur curare quod pecunia vertantur in causam expressam, sed sufficit illam esse veram in alienatione voluntaria secus in necessaria.*

8 *Assertioni Tutoris quod creditores instabant pro solutione aduersus pupillum non creditur.*

9 *Pecunia non dicuntur erogata in solutionem dotis quando aliundè constat facta solutio.*

10 *Priuilegia inter æque priuilegiatos conquassantur.*

12 *Potius est i :dicau.contra eum qui agit de damno euitando quam alterum qui agit de lucro captando.*

DECISIO DLXI.

IO. Baptista Raymundus vnus ex quatuor Tutoribus Testamentarijs Io. Petri de Lilijs filij & hæredis q.Io.Baptistæ de anno 1582 annuū cēsum scut.15.monetæ imposuit super quadam domo eiusdem Io.Petri tunc pupilli ad effectū tunc persoluendi, vt dixit, residuum dotis debitum Catherinæ de Lilijs sororis d. q. Io.Baptistæ, illumque vendidit pretio scut. 200. in sorte q. Fideli Raymundæ vti matri, ac Tutrici D. Eq. Ludouici Cassiani tunc pariter pupilli.

De anno 1590. d. Io. Petrus ingressus fuit Religionem Reformatorum S.Francisci condito prius Testamēto, in quo in primis & ante omnia absoluendo d. Io:Baptistam Raymundum à redditione rationis administrationis d. tutelæ reliquit eidem vsumfructum omnium bonorum per triennium hæredem vero vniuersalem instituit Hortensiam suam sororem quæ cum de anno 1592. ingressa fuisset Mo-

nasterium S. Apolloniæ de Vrbe donauit ante emissam professionem omnia sua bona eidem Io. Baptistæ Raymundo possessione subsequuta, quo defuncto Cipriana eius vxor institit pro restitutione suæ dotis, ac citato D. Eq. Cassiano obiniut à bon. me: Card. Pamphilio Iudice delegato sibi adiudicari ad computum d. dotis domum prædictam, quam deinde vendidit q. Mauritio Copponio, cui successit P. Iosephus eius filius, qui Ven. Societatem Iesuitarum ingressus omnia sua bona, inter quæ aderat prædicta domus eidem Societati donauit.

Post nonnullos annos elapsos d. Eq. Ludouicus prætendens se creditorem fructuum d. Census alias ad eius fauorem super eadem domo impositi mouit Iudicium Saluiani coram A.C. contra Ven. Collegium Romanum d. Societatis Iesu eiusdem Domus ex persona d. P. Iosephi possessorem, quæ deinde in secūda instantia per R.P.D. Prosperum Spinolam fuit confirmata, postmodum in tertia instantia R.P.D. Aliferus has duas sententias reuocauit. Ab huiusmodi sententia reuocatoria d. Eques appellauit, & causam suæ appellationis obtinuit committi bo. mem. Cardinali Magalotto tunc Prælato, qui Priores duas sententias confirmauit, & alteram R. P. D. Aliferi reuocauit. Hinc etiam cum pro parte d. Collegij appellatum extitisset, causa commissa fuit R.P.D. Mangiono cum clausula quod constito de tribus cōformibus illas exequeretur, sin minus causam appellationis cognosceret, qui tandem dd. tres sententias ad fauorem d. Equitis prolatas reuocauit, illamque R.P.D. Aliferi ad fauorem Collegij confirmauit, ab ista d. Mangioni d. Eques pariter appellauit, causaque ex rescripto Signaturæ commissa R. P. D. Signio de voto Rotæ fuit dubitatum coram bo. me. Vbaldo sub die 26. Februarij 1625. An, & quæ senteutiæ essent confirmandæ, vel infirmandæ, in cuius dubij positione, quia pro parte Collegij inter alia opponebatur dictum Censum esse nullum vti impositum absque solemnitatibus requisitis à statut. Vrb. cap. 113. & 151. lib. 1. in cōtractibus minorum, seu pupillorum, Rota mandauit strictè informari, an in d. Census impositione essent necessariæ solemnitates d. statuti, iuxta cuius ordinem causa proposita sub die 16. Nouembris 1626. dictum fuit nō liquere, hodie reassumpta disputatione eiusdem dubij super confirmatione, vel infirmatione dd. sententiarum coram me vti d. bon. mem. Vbaldi subrogato DD. sequentes mentem Rotæ alias habitā in ista causa firmarunt pro nunc dictum Censum non sustineri, de reliquis autem mandarunt videri in alia disputatione.

Ratio resolutionis fuit quia cum d. Census fuerit impositus super domo d. Io. Petri tunc pupilli, seu minoris sine solemnitatibus requisitis à d. statut. Vrb. cap. 113. & 151. lib. 1. in alienatione rerum pupillorum, seu minorum, sequitur illum non posse sustineri ex dispositione eiusdem statuti annullantis con-
1 tractus aliter factos, † quod habere locum etiā in Census impositione, cum hic sit species alienationis, pluries Rota respondit, & signanter in *decis. 678. num. 2. par. 1. recent. & decis. 98. num. 1. & seq. par. 6. rec. & dec. 410. num. 3. coram bo. me. Buratto cum alijs relatis à Cenc. de cens. par. 1. cap. 2. quæst. 8. art. 2. num. 3. latè Theod. Rub. in singul. tom. 2. par. 6. circa statutorum interpretationem ad cap. 113. incipiente præsens Capitulum num. 2. & seq. fol. 634.*

Non obstat, quod d. Census fuerit impositus pro soluend. dote d. Catherinæ, & sic ex
2 causa priuilegiata, quam statutum † requirēs certas solemnitates comprehendere non solet ex relatis à *Bertazz. de claus. Instr. claus. 7. glos. 19. num. 19.* Quia fuit responsum priuilegium dotis operari tantum in casibus à iure expressis, nimirum quoad obligationes mulierum ma-
3 iorum, quarum respectu dos † principaliter priuilegiata reperitur, *l. promittendo, ff. d. iur. dot. l. fin. C. ad Velleian.* Secus autem quoad obligationes pupillorum, seu minorum, quorum respectu cum dos non reperiatur specialiter
4 priuilegiata, statutum † indistinctè loquens comprehendit etiam causam dotis, *Ancar. cons. 94. Dec. cons. 5. per tot. & cons. 301. num. 6. vers. 4. hoc sentit Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 14. num. 96. Socc. iun. cons. 12. num. 12. lib. 2. Lambert. de contract. glos. 21. num. 4. & seq. Surd. decis. 287. nu. 4. & 5. Rot. dec. 177. num. 11. p. 1. rec.*

Minus obstat, quod Census fuerit impositus pro solutione eiusdem dotis, & sic ex cau-
5 sa æris alieni necessaria, quo casu † statuti solemnitates requiri non solent, *Alex. cons. 125. num. 7. lib. 6. Verall. decis. 199. nu. 1. par. 3. Put. decis. 160. num. 2. lib. 3. Cenc. de cens. d. par. 1. cap. 2. qu. 1.*
6 *num. 30.* Quia existentia † æris alieni non sufficit adhoc vt bona stabilia pupilli vel minoris absque solemnitatibus obligari, vel alienari possint, nisi duo inter alia concurrant. Primum quod creditores vrgeant, & actu instēt contra pupillum, vel minorem debitorē, aut contra eorum Tutores, vel Curatores pro eiusdem æris solutione vt colligitur, ex *l. magis puto §. non passim ibi. si modo vrgeat creditor, & in §. si æs alienum, ibi, si æs alienum immineat,* & paulo infra, sed ita demū si vrgeat æs alienum, *ff. de reb. eorum* vbi Bart. notat expressè requiri quod creditor actu instet, & petat sibi solui *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 6. & 8.* & in terminis alienationis rerum minorū ex causa dotis latè comprobant, *Bero. cons. 183. num. 1. & seq. lib. 1. Paris. cons. 98. num. 2. & 3. lib. 1. Rolan. cons. 22. num. 2. lib. 1.* Alterum & secundum quod pecuniæ vertātur in extinctionem eiusdem æris alieni, ob quam facta fuit alienatio. Nam licet contrahens cum minore, vel alia persona priuilegiata non teneatur curare, quod pecuniæ vertantur in causam expressam, sed sufficiat illam esse veram, & iustam, dicta tamen conclusio procedit in alie-
7 natione † facta ex causa voluntaria, secus autem in alienatione facta, vt hic prætenditur, ex causa æris alieni necessaria iuxta distinctionem

nem quam in his terminis firmauit, *Rota post Cenc. de censf. dec. 25. num. 2. & dec. 287. num. 4. & 5. & dec. 678. num. 6. vers. quia ad huiusmodi effectum, p. 1. & d. dec. 98. n. 22. p. 6. rec.*

In proposito autem non constat d. Catherinam, siue eius maritum de tempore impositionis d. Census instetisse pro solutione d. dotis, prout constare deberet aliunde quam ex assertione Tutoris contrahentis, cum in hoc
8 illi † non credatur, *Dec. consf. 403. num. 12. vers. & ideo non est credendum, Paris. cons. 98. num. 3. in fin. lib. 1. Rolan. cons. 33. num. 3. lib. 1. Mantic. de tac. lib. 4. tit. 6. num. 8.* ac multo minus pecunias acceptas ad Censum, de quo agitur, in solutione eiusdem dotis conuersas fuisse, imò ex Iuribus datis in Summar. Collegij contrarium colligitur, nimirum d. Catherinam, siue eius maritum nonnisi de anno 1593. & sic decennio post impositionem dicti Census egisse iudicio Saluiani contra bona hæreditaria dicti q. Io: Baptistæ, pro consecutione dictę dotis, illamq; ex pensionibus alterius domus hæreditariæ eiusdem Io: Baptistæ persolutam fuisse,
9 quæ † manifeste indicant dd. pecunias acceptas ad Censum in solutionem dictę dotis erogatas non fuisse, vt in his terminis ponderant, *Corn. cons. 207. num. 2. vers. sed ista alienatio lib. 3. Vrsill. ad Afflict. dec. 246. num. 16 vers. per quæ, & alia,* vbi alias refert DD. auctoritates.

Non obstat, quod dictus Census fuerit impositus ad fauorem dicti Equitis Ludouici tunc pupilli, & ideo contra illum vti æque priuilegiatum nō possit opponi exceptio nullitatis d. Census ex regula, quod inter duos
10 priuilegiatos conquassentur † priuilegia, & potior sit causa illius, qui damnum sentit, *Rot. post Cenc. de censf. dec. 19. num. 2. & decis. 57. num. 4. post Pic. ad statut. Vrb.* Quoniam quidquid sit in casu, in quo constaret pecunias reuera fuisse versas in vtilitatem pupilli, cumque locupletiorem effectum fuisse, in quibus terminis loquuntur prædictæ decisiones, cessare videtur difficultas, quando prout hic, apparet pecunias in vtilitatem pupilli alienantis non fuisse conuersas. Quia tunc eum ipse quoq;
11 damnum patiatur potior † est causa eiusdem pupilli, qui agit de damno vitando, quam alterius qui agit de lucro captando, *Couar. pract. quæst. cap. 7. num. 4. vers. secundo quia, Gabr. cons. 20. num. 24. lib. 2. Cenc. de censf. par. 1. cap. 2. quæst. 1. art. 2 num. 8. & 9. Rot. post d. tract. decis. 18. num. 7. coram Greg. XV. decis. 164. num. 6. & ibi Add. nu. 12. vers. hoc non procedit, & coram Buratt. decis. 480. nu. 11. & ibi Add. num. 24.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA LAVDI.

Lunæ 30. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Tacitæ substitutionis reciprocæ requisita.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca fideicommissaria nunquam resultat nisi fuerit expressa verbis, vel coniecturis necessarijs illa tacite inducatur.*
2 *Conditio si sine liberis decesserit habet locum in persona alterius plurium institutorum, quando Testator particulariter substituit eueniente conditione in persona vnius, & locus est substitutioni.*
3 *Substitutio reciproca tacita inducitur inter plures honoratos, quando concurrunt illa tria requisita nempè, quod omnes sint honorati, quod substitutio sit facta in tota, & quod illa sit facta vltimo morienti.*
4 *Ius accrescendi cessat per diuisionem quantitatis etiamsi adsit coniunctio verbalis.*
5 *Ius accrescendi est tacita quædam substitutio reciproca similis.*
6 *Dictio, in detti, repetit singula superius expressa singulariter non autem simul iuncta.*
7 *Dictio in Dicta, potest arguere substitutionem in tota quantitate, quando in præcedenti oratione de tota quantitate fuit facta mentio.*
8 *Substitutio reciproca potest induci etiam si substitutio vltimo morienti non sit facta verbis expressis.*
9 *Substitutio fideicommissaria simpliciter facta post mortem plurium honoratorum non inducit inter eosdem reciprocam, sed resoluitur in suas singularitates perinde ac si cuilibet ex honoratis illa facta fuisset, quod ampliatur quando agitur inter extraneos num. 10.*
11 *Substitutio alternatiuè concepta in casu scilicet, quo vtraque soror, vel altera ex eis non effecta monialis, aut innupta aut sine filijs decederet excludit reciprocam inter dd. sorores institutas per obitum vnius, vel alterius.*
12 *Oratio, quando est imperfecta, vel alias resultat, perplexitas in dispositione testatoris, supplenda sunt verba necessaria.*
13 *Numerus pluralis non est contentus vno.*
14 *Voluntas testatoris, quando ita veniat interpretanda vt substitutio in pluribus casibus ab eo ordinata locum habere possit.*
15 *Conditio à casu substitutionis longe differt prout ab ipsa substitutione.*
16 *Substitutio tacita reciproca etiam resultat ex coniecturis licet deficiant tria solita requisita.*
17 *Substitutio reciproca, vt inducatur ex coniecturis, istæ debent esse vrgentissimæ ac necessariæ.*
18 *Substitutio reciproca, vt inducatur ex coniecturis istæ nedum requiruntur necessariæ, sed etiam quod quælibet de per se sit apta ad illam inducendam.*
19 *Ex reciproca inter fratres substitutos non inducitur reciproca inter sorores institutas.*
20 *Reciprocam non inducit qualibet prædilectio, sed illa solum, quæ consideratur in liberis; vel descendentibus à testatore.*
21 *Relictum à testatore filiabus, seu neptibus, vel pro neptibus præsumitur, pro congrua illarum dote.*

DECISIO DLXII.

QVONDAM Iacobus Antonius Mannellus in Testamento, sub quo decessit, reliquit Felici, & Mariæ ex sorore Pronepotibus scut. mille monetæ pro qualibet ipsarum eisque

cisque Franciscum, aliosque germanos fratres, ac respectiuè Pronepotes per hæc verba substituit.

Lascio per ragione di legato à Felice, e Maria Foucie mie Pronepoti scudi mille di moneta per ciascheduna d'esse &c. & in detti sc. 1000. per ciascheduna d'esse &c. instituisco dette Felice, e Maria pronepoti heredi vniuersali, di maniera che dalla mia heredità, e beni non possano pretendere altro, e morendo in qualsiuoglia tempo detto Felice, e Maria senz' essere monacate, ò maritate, ò vero alcuna d'esse monacata, ò maritata, ò senza figlioli legitimi, e naturali in detti sc. 2000. voglio che succedino Francesco, Paolo, Pietro, Gio: Baptista, Girolamo, e Tomaso Foucia fratelli di detti Felice, e Maria, e mie pronepoti, quali tutti sustituisco in detto legato ne casi predetti per egnale portione, e morendo l'vno senza figlioli legitimi, e natnrali succedano gli altri per egual portione parimente;

Obijt Fælix vna ex dd. legatarijs adhuc innupta Maria altera sorore superstite, inter quam, & prædictos fratres nonnullis ortis cõtrouersijs super successione in portione d. Felicis prædefunctæ, eisque in arbitrum compromissis, emanauit Laudum, quo inter alia declaratum fuit in legato sc. mille eidem Felici relicto successisse Mariam sororem, in cuius executionem A. C. mandatum relaxauit, sed adita pro parte dd. fructuum Signaturæ, Causaque appellationis quoad effectum deuolutiuum mihi commissa dedi dubium. An in dicto legato sc. 2000. esset reciproca substitutio inter dd. Felicem, & Mariam, eoque pluries posito, tandem hodie negatiuè responsum fuit.

1 Quia substitutio reciproca fideicommissaria nunquam resultat nisi fuerit expressa verbis, vel ex coniecturis necessarijs tacitè inducatur *Ias. in l. potest quis num. 8. & seqq. ff. de vulg. & pupill. Zanch. in l. heredes mei §. cum ita num. 558. & num. 694. ff. ad Trebell. Ceph. conf. 401. num. 28. Peregr. conf. 47. num. 7. conf. 54. nu. 1. & 11. conf. 55. num. 8. lib. 1. & conf. 30. num. 1. & conf. 33. num. 11. lib. 3. Menoch. conf. 85. num. 6. Bursat. conf. 372. nnmer. 12. lib. 4. Peregr. de fideic. art. 13. num. 4. & nnmer. 73. Fusar. de substit. quæst. 471. num. 1.*

In proposita autem facti specie substitutio inter dd. sorores in legato, de quo agitur, neque verbis expressa, neque tacita ex coniecturis resultare visa fuit.

Non quidem expressa verbis, cum talis in Testamento non legatur, imo contrarium ex illis eliciatur. Cum enim Testator reliquerit dd. Felici, & Mariæ sc. mille pro qualibet ipsarum, eisque quouis tempore decedeñ non monacatis, neque maritatis, aut earum alteri nõ monacatæ, neq; maritatæ, aut sine filijs legitimis, & naturalibus superstitibus morieñ substituerit d. Franciscum aliosque eatum germanos fratres, aperte colligitur Testatorem vocasse dd. fratres in casu obitus tam vtriusque quàm etiam alterius ex dd. sororibus sub altera ex dd. conditionibus prædefunctæ, & consequenter defuncta d. Felice sine filijs sequitur in illius portione factum fuisse
2 locum substitutioni † ad fauorem dd. fratrum ex adductis per *Menoch. præs. 186. num. 6. lib. 4. Peregr. de fideic. d. art. 13. num. 29. Fusar. de subst. quæst. 473. num. 13.*

3 Neque etiam tacita, quia licèt illa † inducta dicatur inter plures honoratos, quando concurrunt illa tria requisita, nempe quod omnes sint honorati, quod substitutio sit facta in tota, & quod illa sit facta vltimo morienti *iuxta text. in l. Titia §. Seia libertis, & ibi Doct. ff. de leg. 2. de quibus latè per Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 15. Odd. conf. 45. num. 41. Surd. conf. 329. num. 6. Fusar. conf. 17. nu. 17. & seqq. Rot. decis. 266. num. 21. & decis. 300. num. 10. par. 1. rec. Reuerendissimus D. meus Decan. decis. 493. num. 9. cum alijs relatis in Florentina fideicommissi 28. Iunij 1638. coram R. P. D. meo Carillo*, Nihilominus prædicta tria requisita in præsenti casu nequaquam concurrere visa fuerunt.

Non quidem primum, quia & si Testator vocauerit, tàm Felicem, quam Mariam nomine collectiuo, & sic eas coniunxerit verbis attamen cum illis non reliquerit scuta bis mille, sed scuta mille pro qualibet ipsarum, & sic eas non coniunxerit re, vtique ex ista diuisione quantitatis vnaquæq; ipsarum dicitur vocata ad sc. mille tantum, non autem ad portionem sororis, & proprerea qua ratione inter eas cessat ius accrescẽdi propter diuisio-
4 nem † quantitatis vtrique earum relictæ, vt aduerterunt *Ias. in l. re coniuncti num. 104. ff. de leg. 3. Crass. de success. §. ius accrescendi quæst. 8. n. 5. vers. sed Bart. contrarium Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 29.* Ea pariter ratione videtur cessare reciproca quoad portionem alterutrius, in qua altera vocata non fuit, cum Ius accrescẽ-
5 di † sit tacita quædam substitutio reciprocæ similis *l. Titio, & Manio §. Iulianus ff. de leg. secundo cum alijs relatis per Surd. decis. 152. num. 2.*

Nec etiam secundum, quia licet substitutio ad fauorem dd. fratrum per hæc verba cõcepta fuerit. *In detti sc. 2000. voglio che succedino &c.* nihilominus in toto legato facta non videtur. Quia cum Testator d. substitutionẽ fecerit non simpliciter in scudi 2000. sed cum dictione repetitiua, ibi, *In detti sc. 2000.* censetur d. substitutionem fecisse eodem modo quo dd. Felicem, & Mariam instituit. Vnde cum non integram quantitatem scut. 2000. sed scuta mille earum cuilibet reliquerit vtique sequens substitutio in dd. scut. 2000. censetur facta non simpliciter, sed in scut. 2000. si vtraque ex dictis sororibus, in scutis vero mille, si altera ex eis non monacata, aut innupta, aut sine filijs decessisset virtute d. dictionis re-
6 petitiuæ, *in detti*, quæ † repetit singula superius expressa singulariter, non autem simul iuncta *l. Lucius Titius 88. §. Lucius ff. de legat. 2. Bald. in l. vlt. nu. 7. C. de impub. & alijs substit. cum alijs congestis à Peregr. d. art. 13. num. 33. circa princ. Fusar. d. quæst. 413. num. 25.* Prout e conuerso, si in præcedenti oratione facta fuisset mentio de integra quantitate sc. 2000. ac postea in d. quãtitate substitutio facta fuisset diceretur inducta tacita reciproca, virtute pariter d. dictionis, in
7 dicta, † quæ argueret substitutionem in tota quantitate scutorum 2000. factam fuisse *Barz. decis.*

decis. Bonon. 5. num. 38. cum alijs cumulatis per Menoch. præsump. 62. num. 14. lib. 4. & Fusar. d. qu. 472 num. 62.

Tertium denique requisitum, nimirum quod substitutio sit facta vltimo morienti adhuc deficere visum fuit, nam licet ad hunc ef-
8 fectum non requiratur, † quod substitutio sit facta verbis expressis vltimo morienti, *Peregr. cons. 62. num. 25. lib. 1. Marescott. var. lib. 1. cap. 66. num. 10. Fusar. d. qu. 472. num. 82. Rot. d. decis. 266. num. 24. vers. & non est necesse, & d. decis. 300. n. 12 vers. vltra quod non est opus & decis. 361. num. 16. par. 1. recent. Reuerendissimus D. meus Decan. d. decis. 494. num. 11.* Nihilominus contrarium censuerunt DD. in casu isto nedum ex verbis illis simpliciter prolatis, ibi. *E morendo dette Felice, e Maria &c. voglio che succedino &c.* cum
9 substitutio † fideicommissaria simpliciter facta post mortem plurium honoratorum non inducat inter eosdem honoratos reciprocam, sed resoluatur in suas singularitates perinde ac si cuilibet ex honoratis illa facta fuisset *l. pater filium §. duobus*, & ibi *Ang. col. 1. in fin. vers. sequitur in textu & alij DD. ff. ad l. Falcid. Menoch. d. præs. 62. num. 30. lib. 4. Peregr. de fideic. d. art. 13. n. 36.* Vbi ait id procedere absque difficultate,
10 quando, *prout hic*, agitur † inter extraneos, *Intrigl. de subst. cent. 2. q. 83. num. 15. cum alijs relati per Gabr. com. opin. tit. de substit. concl. 1. & Fusar. d. q. 472. num. 1. & 2.*

Verum etiam ex alijs verbis subsequentibus, *ò vero vna d'esse monacata, ò maritata, ò senza figli &c.* quæ verba alternatiuè concepta apertè indicant Testatorem vocasse dd. fratres in casu quo vtraque soror, vel altera ex eis nòn effecta monialis, aut innupta, aut sine filijs decederet, & consequenter talis substitutio, eo facilius excludit reciprocam inter dictas sorores institutas, cum per obitum vnius, vel alterius sub vna ex dd. conditionibus in-
11 tret substitutio † ad fauorem dd. fratrum *Rip. in d. l. hæredes mei §. cum ita num. 87. & seqq. ff. ad Trebell. Soc. Iun. cons. 148. num. 24. lib. 3. Menoch. d. præsumpt. 186. num. 10. lib. 4. Intrigl. cent. 3. q. 48. in fin. Peregr. d. art. 13. num. 34.*

Nec placuit intellectus, quod dicta alternatiua, *ò vero alcune d'esse* sit referenda non ad casum mortis dd. sororum, sed ad qualitatem nuptiatum spiritualium, vel temporalium. Quandoquidem talis intellectus videtur repugnare verbis eiusdem legati vnica oratione, ac verborum structura concepti, ex quibus apparet d. alternatiuam non posse referri nisi ad casum mortis vtriusque sororis, vel alicuius ex eis sine aliqua ex dd. qualitatibus decedentis. Quia cum Testator dixerit. *E morendo dette Felice, e Maria senza esser monacate, ò maritate, ò vero alcuna d'esse maritata, ò monacata, ò senza figli* ista secunda pars alternatiuæ *ouero alcuna d'esse maritata, ò monacata, ò senza figli*, tamquam defectiua, & imperfecta non potest intelligi de per se nisi reguletur à verbis antedictis. *E morendo dette Felice, a Maria*, & sic ad casum mortis tàm vtriusque, quàm alicuius ex eis perinde ac si Testator dixisset. *E morendo dette Felice, e Maria, ò alcuna d'esse senza esser monacata, ò maritata, ò senza figli.* Nam
12 quando oratio † est imperfecta, vel alias resultaret perplexitas in dispositione Testatoris supplenda sunt verba necessaria *Peregr. de fideic. art. 11. num. 28. & seqq. Fusar. de substit. q. 284. n. 3. & seqq.*

Et videbatur in hac re cessare omnis ratio dubitandi ex aperta Testatoris declaratione resultañ ex verbis adiectis post substitutionem masculorum, ibi. *Quali tutti sostituisco in detto legato ne casi predetti*, ex quibus colligitur Testatorem fecisse plures, & ad minus duos casus
13 substitutionum, quia pluralis † numerus non est contentus vno; *l. vbi numerus ff. de test. cum alleg. per Surd. cons. 31. n. 23. Peregr. de fideic. art. 20 sub num. 20. & Rot. decis. 194. num. 53. par. 1. recent.* Cum autem d. pluralitas casuum verificari non possit admissa reciproca, quia vnico tantū casu quo vtraque soror mortua esset sine filijs, vel alijs conditionibus supradictis, masculi succederent, e conuerso autem recepto supradicto intellectu, quod masculi sint vocati tàm in casu mortis vtriusque, quàm alterius earum, bene intraret substitutio masculorum in pluribus casibus. Hinc propterea
14 Testatoris voluntas † ita venit interpretanda, vt substitutio in pluribus casibus ab eo ordinata locum habere possit, *l. fin. ff. ad Trebel. & latè per Surd. & Peregrin. in dictis locis.*

Nec dici valet substitutionem in pluribus casibus posse verificari in diuersitate substitutionum, sub quibus masculi sunt vocati, nēpè si neptes morerentur non monacatæ, vel maritatæ, vel sine filijs, quia istæ sunt conditiones sub quibus Testator substituit, non casus substitutionum, qui alij non sunt præter illos obitus ambarū, vel etiam alterius ex illis sine aliqua ex prædictis conditionibus; Con-
15 ditio † autem à casu substitutionis longe differt, prout differre ab ipsa substitutione dixit *Rot. d. decis. 549. num. 53. ad fin. & seq. par. 5. recen.*

Minus obstant aliæ coniecturæ exaduerso
16 ponderatæ, ex quibus † etiam circumscriptis dd. requisitis tacita reciproca resultare dicebatur *Rot. d. decis. 266. num. 24. part. 1. recent. Reuerendissimus D. meus Decan. d. decis. 493. nu. 4. cum alijs relatis à Rub. in suis singul. ad decis. in Vrbeuetana fideicommissi 28. Aprilis 1586. coram Card. Pamphilio seniore.* Quia omissa disputatione An d. conclusio indistinctè procedat inter descendentes, in quibus terminis procedunt dd. decisiones, siue, *prout hic*, inter extraneos, illæ visæ fuerunt satis leues, cum tamen vrgen-
17 tissimæ, † ac necessariæ requirantur adhoc, vt reciproca ex illis resultare valeat, *Rot. decis. 145. num. 6. par. 1. recen. Bursatt. cons. 371. nu. 12. & num. 33. cum seqq.* qui nedum vult coniectu-
18 ras esse necessarias, sed quamlibet † de per se esse aptam ad reciprocam induceñ *Peregr. de fideic. art. 13. num. 4. & 73. Fusar. q. 47. nu. 1. & seq.*

Prima namque coniectura desumpta ex eo quod inter dd. fratres substitutos inducta sit
19 reciproca, quæ † proinde etiam inter dd. sorores institutas facta præsumitur ex relatis à *Fusar. d. q. 472. num. 24.* non concludit, nec est admodum recepta ex relatis per, *Fusar. d. quæst. 472.*

quaest. 472. *num.* 25. Immo d. Coniectura visa fuit potius retorqueri. Nam sicuti Testator inter dd. fratres substitutos reciprocam quam voluit expressit, sic pariter inter dd. Felicem, & Mariam sorores, & sic aequales in gradu, si voluisset, expressisset.

Secunda verò ducta ex maiori dilectione Testatoris erga dd. Felicem, & Mariam vti prius honoratas, ac puellas indotatas, quam erga dd. fratres, qui tanquam masculi aliunde sibi prospicere potuissent, visa fuit irrelevans ad effectum reciprocae, de qua agitur, Tum quia ad hunc effectum non omnis prae-
20 dilectio† admittitur, sed illa solum, quae consideratur in liberis, vel descendentibus à Testatore, inter quos dd. mulieres non existunt, *Peregr. d. art.* 13. *num.* 46. *& seqq. Fusar. d. qu.* 473. *num.* 35. *& seqq.* Tum quia Testator relinquens dd. Proneptibus suis scuta mille pro qualibet
21 praesumitur hanc summam pro † congrua dote cuiuslibet ipsarum relinquisse, *argum. l. quod autem & ibi Bart. ff. de iur. dot. Ias. in l. huiusmodi* §. *cum Pater num.* 17. *ff. de leg.* 1. Vnde intrat potius coniectura suadens Testatorem vna ex dd. sororibus defuncta sine filijs voluisse in portione d. legati praeferri potius dd. substitutos, qui nihil ex illius haereditate habuerant, quam alteram Proneptem superstitem, quae cum dicto legato scut. mille ei relicto congrue dotari poterat.

Reliquae verò coniecturae desumptae ex digressu ad plures gradus substitutionum compendiosa, & ablatiuus absolutis, quibus illa concepta fuit, visae fuerunt aequiuocae, nec applicari casui de quo agitur.

Et ità vtraque &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunae 1. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

Filiatio ad effectum consequendi alimenta, vt probata dicatur, quae requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Filius allegans se talem probare debet tanquam fundamentum suae intentionis.*
2 *ad Filiationem respectu patris sufficiunt praesumptiones, & coniectura, & praecipuè si constiterit vti tales fuisse tractatos, & reputatos, & n.* 3.
4 *Filius potius patris quam adulteri praesumitur.*
5 *Filius praesumitur vulgo quaesitus, quando ad matrem patebat omnium aditus.*
6 *Probatio filiationis ex agnitione patris non praeiudicat auiae maternae, quae illum in nepotem non agnouit.*
7 *Alimenta per auiā non sint praestanda nepoti naturali, nisi in subsidium quatenus bona patris, vel aui paterni non adsint.*

DECISIO DLXIII.

FRANCISCVS Ruggerius in testamento, sub quo decessit, relicta haerede D. Ersilia Alberina matre, reliquit pro alimentis Dominico, & Laurentio suis, vt asseruit filijs naturalibus, scuta menstrua decem pro quolibet: Verumquia d. Ersilia haereditatem filij adire recusauit, dd. Dominicus, & Laurentius eam conuenerunt pro alimentorum praestatione causaque mihi commissa, & dato dubio, an Ersilia teneatur ad praestationem dd. alimentorum, fuit negatiuè responsum. Ea ratione, quia praedicti Dominicus, & Laurentius non probant se esse filios naturales d. q. Fancisci, prout probare deberent ad hoc, vt d. Ersilia vti eorum auia paterna onus dictorum alimentorum subire compellatur, cum agens
1 vt filius, † vel nepos alicuius, debeat probare se talem tanquam fundamentum suae intentionis, *l. eum qui dicit, ff. de probat. l. si institutа, §. de inofficioso, ff. de inoff. testam. Couar. pract. quaest. cap.* 6. *num.* 6. *vers. constat sanè iure ciuili, Angel. in l. liberorum num.* 2. *vers. finaliter conclude, ff. de his, qui notan. infam. Abb. in cap. peruenit numer.* 2. *vers. primo casu, qui filij sint legitimi*, & in specie ad effectum consequendi alimenta, *Alciat. de praesumpt. reg.* 3. *praesumpt.* 36. *ante fin. vers. tertius casus est, Surd. de alim. quaest.* 112. *num.* 11. *Rot. dec.* 289. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Non obstat, quod d. Franciscus in suo testamento nominauerit Dominicum, & Laurentium suos filios naturales, eosque vti tales d. Ersiliae suae matri enixè commendauerit, dictumque Dominicum vti filium legitimari procurauerit, & pro legitimatione d. Laurentij Procuratorem constituerit, quae omnia saltem
2 simul iuncta videntur probare † filiationem, ad quam probādam respectu Patris sufficiunt praesumptiones, & coniecturae, *glos. in l. Lucius in verbo testamentum, ff. de demonstr. & condit. Bart. in l.* 1. *num.* 1. *&* 2. *C. quor. bon. Surd. cons.* 1. *num.* 38. *& seqq. Menoch. de arbitr. cas.* 89. *nu.* 11. *lib.* 3. *Paris. cons.* 10. *num.* 38. *lib.* 2. *Rota dec.* 332. *eod. num.* 1. *post* 2. *vol. cons. Farin. & fuit dictum in Romana de Catelanis* 27. *Nouemb.* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino, quae est decis.* 409. *n.* 2. *par.* 5. *rec.* Iunctis prae-
3 sertim† testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, asserentibus d. Franciscum aluisse, & tractasse dd. Dominicum, & Laurentium vti filios, eosque vti tales reputatos fuisse, *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 111. *nu.* 8. *Menoch. de praesumpt. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 3. *Rota coram Buratt. dec.* 756. *n.* 2.

Quia vltra quod talis probatio desumpta à nominatione, alijsque actibus superius explicatis satis offuscata remanet ex alijs testibus datis in Sum. d. Ersiliae deponentibus dd pueros ottos fuisse ex quadam muliere coniugata, ad quam de tempore conceptionis non solum marito, sed etiam alijs viris patebat accessus, vnde propterea maxima oritur prae-
4 sumptio suadēs istos pueros † esse potius conceptos ex marito d. mulieris, quam ex Francisco adultero iuxta *text. in l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adult. Bald. in rubr. C. de probat. Alciat. reg.* 3. *praesumpt.* 37. *in princ. Acchill. dec.* 1. *numer.* 1.

Qui

5 *Qui filij sint legitimi*, vel eos censeri † vulgo quæsitos, §. *vulgo quæsit. instit. de success. cognat. Ang. cons.* 191. *num.* 1. *post med. vers. nati ergo ex talibus mulieribus, Laurent. de Pin. cons.* 16. *sub num.* 1. *Ruin. cons.* 103. *num.* 15. *vers. alia ratione insuper, & num.* 13. *lib.* 3. *Natt. cons.* 205. *numer.* 2. *in fin. tom.* 1. *Mant. decis.* 149. *num.* 11. *Rota d. decis.* 289. *numer.* 9. *vers. constat enim par.* 1. *rec.*

Adhuc admissa tali probatione filiationis, responsum fuit illam suffragari posse in præiudicium eiusdem Francisci, & eius hæredum non autem contra d. Ersiliam, quæ eosdem pueros vti nepotes ex d. Francisco filio non
6 agnouit, *Natt. cons.* 473. *num.* 24. *vers. ad contraria, Iaf. cons.* 106. *num.* 1. *vers.* 2. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. d. cas.* 89. *num.* 72. *& de præsumpt lib.* 6. *præsumpt.* 83. *num.* 23. *Gratian. discept.* 261. *num.* 18. *lib.* 2. quam distinctionem amplexa etiam fuit *Rota in Vrbeuetana Alimentorum* 28. *Iunij* 1613. *coram Sacrato, & in d. dec.* 419. *n.* 30. *in fin. &* 33. *par.* 5. *rec. add. ad Buratt. dec.* 725. *n.* 261.

His accedit, quod d. Ersilia indicauit nonnulla bona d. Francisci afferti patris, quibus legitimè non discussis, an illa sufficiant nunc pro alimentis dictorum puerorum, dicebant Domini d. Ersiliam, admissa probatione filiationis non debere cogi vti eorum auiam
7 paternam ad illorum præstationem, † cum auia paterna ad similitudinem matris non teneatur huiusmodi onus alimentorum subire simpliciter, & indistinctè, sed in subsidium, quatenus scilicet bona patris, vel aui paterni non suppetant, ex quibus nepotes aliundè nō habentes, alimenta necessaria consequi possint, *l. si quis à liberis, §. vtrum in versic. ergo, & mater, & ibi glos. in verbo compellatur, l. pennlt. ff. de liber. agnosc. Coler. de alim. lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 12. *Surd. de alim. q.* 15. *per tot.*

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 6. *Februarij* 1640.

ARGVMENTVM.

Subrogatus in locum patris quoad præstationē alimentorum non tenetur nisi in subsidium illa subministrare quatenus scilicet alendi non habeant vnde viuant etiam si accesserit obligatio alimenta præstandi.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debita iure actionis sunt præstanda etiam habenti vnde viuat.*
2 *Verbum Accollare, significat alienum negotium suo periculo acceptare.*
3 *Per accollationem alicuius crediti seu negotij dicitur facta subrogatio ad commoda, & incommoda d. crediti seu negotij.*
4 *Pater non tenetur alere filios nisi in subsidium quatenus isti non habeant vnde viuant, & sic non tenebitur alio modo præstare, qui loco patris fuit subrogatus num.* 5.
6 *Alimenta præstandi obligatio ex quibus verbis debeatur restricta ad formam obligationis Patris, & non vltra.*
7 *Alimentorum promissio, seu accollatio per verba indefinita operatur, vt accollatarius teneatur alimenta præstare etiam habentibus aliunde vnde viuant.*
8 *Relatiuum, quæ, restringit, & declarat dispositionem præcedentem.*
9 *Relatiuum, quæ, quando stat continuatiuè ad verba proximè præcedentia ad illa referri debet.*
10 *Verba, & omnia alia quæ, apposita in accollatione alimentarum vti argumentatiua non videntur includere alimenta aliaque superius specificata, sed cætera omnia præter expressa.*
11 *Relatio fit ad omnia præcedentia nisi contineat specialem prouisionem, seu determinationem.*
12 *Relatio fit ad omnia præcedentia, quando proprietas sermonis ac verborum talem patitur relationem.*
13 *Dictiones Tam, & quam solent tribuere qualitatem vtrique copulato adeout dispositum in vno in alio quoque dispositum esse dicatur.*
14 *Dictiones tam, & quam, quando militat diuersa ratio stant potius separatiuè, vt declarent.*
15 *Relatio fieri debet ad præcedentia singula singulis congruè referendo.*
16 *Alere filiū qui non tenetur nisi in subsidium si accedat positiua eius obligatio tenetur ad præstationem alimentorum etiam si alimentarius habeat aliunde.*
17 *Hæres non tenetur alere filium defuncti eius authoris nisi officio Iudicis.*
18 *Declaratio etiam ex interuallo facta deseruit ad demonstran. quali fuerit intentio contrahentium.*
19 *In Correspectiuis vno sublato corruit, & alterum.*

DECISIO DLXIV.

RESOLVERVNT DD. in causa ista sub die 7. Iunij 1638. D. Eq. Bernardinum Gallum teneri præstare alimenta DD. Augustino, & aliis eius fratribus etiam aliunde habētī, vnde ipsi se alere possent, ea moti ratione, quod prædictus Eques Bernardinus in Instrumento cessionis Primogenituræ factæ ad sui fauorem à D. Alexandro Procuratore, promisit sub obligatione Camerali tā d. Alexandrum Patrem, quàm omnes filios, ac respectiuè fratres alere, eisque necessaria quoad victum, & vestitum subministrare; Vnde inferebant eumdem Eq. Bernardinum teneri ad præstationem dd. alimentorum non simpliciter officio Iudicis, & sic in subsidium, sed ex contractu, & consequenter iure actionis, quæ
1 operatur, vt alimenta † debeantur etiam ei, qui aliunde habet vnde viuere possit iuxta distinctionem: quam firmauit *Alex. in l. de alim. num.* 2. *Dec. num.* 5. *Iaf. num.* 6. *C. de transact. idem Alex. cons.* 7. *num.* 10. *lib.* 2. *Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano decis.* 402. *num.* 12. *cum aliis relatis in d. decis.* Verum hodie iterum posita causa, & tenore totius Instrumenti perlecto, eiusque verbis diligenter examinatis ratio d. decisionis non visa fuit applicari casui, de quo agitur, & ideo à decisis recessum fuit.

Quamuis enim d. Eques Bernardus in Instrumento cessionis Primogenituræ promiserit tàm Alexandrum Patrem, quàm eius filios,

lios; ac respectiuè fratres alere. Nihilominus ex tenore, ac verbis eiusdem Instrumenti apparet eum non simplicitèr dd. alimenta promisisse, sed per viam accollationis assumpsisse onus, ac commodum, & incommodum domus, extinguendo omnia illius debita, alendo, & subministrando necessaria circa victum, & vestitum tàm d. eius Patri, quàm omnibus, & singulis alijs eius fratribus &c. Ex quibus verbis apertè colligitur d. Equitem Bernardinum ob cessionem primogenituræ sibi factam ab Alexandro Patre promisisse quidem eius fratres alere, sed onus eos alendi in seipsum assumpsisse eodem modo, quo erat penes ipsum Patrem, cum verbum illud, ac-
2 collare, † idem significet ac alienum negotium suo periculo acceptare, vt in specie notant *Cost. de remed. subsid. remed.* 54. *num.* 2. *ex Suetonio in vita Claudij cap.* 10. *& Marc. Varon de re rustic. lib.* 3. inquiens *in eodem remedio* 54. *sub num.* 1.
3 *vers. instar* accollationem† alicuius crediti, vel negotij in seipsum esse quamdam subrogationem factam ad commoda, & incommoda d. crediti, vel negotij, idemque tradit *Card. Tusc. tom.* 1. *littera A. conclc.* 84. *num.* 1. prout etiam verbum, suscipere intelligitur pro subire *l. si vnj §. idem Papinian. ff. famil. ercisc. Rebuff. in l. in conuent.* 319. *fol.* 960. *uers. suscipere onus ff. de verb.*
4 *signif.* Vnde sicuti Alexander Pater † non tenebatur alere dd. eius filios nisi officio Iudicis, & sic in subsidium, quatenus scilicèt ipsi aliundè non haberent vnde viuere possent *per text. in l. si quis à liberis §. sed etsi filius de lib. agnosc.* & ibi *gloss. in uerb. ut operi Alberic. num.* 18. *uers. sed quid si filius Bursat. cons.* 62. *num.* 12, *lib.* 1. *Surd. de alim. tit.* 7. *qu.* 6. *num.* 1. *Coler. eod. tract. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 5. *&* 6. *Rota decis.* 224. *num.* 5. *par.* 2. *recent. Mantic. decis.* 51. Sic paritèr tenetur ipse Eques Bernar-
5 dinus in locum eiusdem Patris † subrogatus *ad notat. per Surd. de alim tit.* 1. *qu.* 23. *nu.* 21. *& q.* 42. *num.* 46. *Reuerendiss. D. meus Decan. decis.* 200. *num.* 1. *Greg. XV. decis.* 115. *num.* 3. *& decis.* 544. *num.* 16.

Idque clarius elucescere visum fuit ex alijs verbis subsequen. ibi, & omnia alia exercere,
6 & subministrare, † quæ ad præsens subministrat, & exercet, regit, & gubernat d. D. Alexander Pater &c. quæ verba declarant promissionem alendi præcedentem, & ostendunt Equitem Bernardinum nonnisi paternã obligationem in se suscipere voluisse *Bald. cons.* 329 *num.* 1. *lib.* 1. *Surd cons.* 34. *nu.* 34. *Rota rec. decis.* 392. *num.* 2. *par.* 1.

Hine non subsistit quod Eques Bernardinus promiserit alere dd. fratres eisque necessaria ad victum, & vestitum subministrare
7 per verba indefinita, quæ † videntur æquipollere vniuersalibus, perinde ac si d. Eques Bernardinus de omnibus alimentis siuè subsidiarijs, siuè plenarijs sensisset, & consequentèr dd. fratres etiam aliunde habentes alere promisisset *ad text. in l. si personalibus ff. de leg.* 3. *l. si domus ff. de seruit. Vrb. prad. Surd. decis.* 210. *num.* 8. *Rota decis.* 29. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* Quia dd. verba alere & subministrare limitantur, seù declarantur

à dd. alijs verbis subsequen. & omnia alia exercere, & subministrare, quæ ad præsens exercet, & subministrat D. Alexander eius
8 Pater &c. virtute relatiui, quæ, † cuius natura est restringere, seù declarare dispositionem præcedentem iuxtà doctrinam *Bart. in l. ea tamen adiectio* 46. *in princ. num.* 1. *vers. sed si per relatiuum de legat.* 3. *in l. omnes Populi num.* 1. *vbi cœteri Scriben. ff. de inst. & iur. & in l. cunctos Populos n.* 1 *vers. aliquando relatiuum C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. cum similibus congestis a Surd. cons.* 1. *nu.* 10. *& cons.* 135. *num.* 102. *vol.* 1.

Nec dicatur quod illud relatiuum, quæ,
9 stet † continuatiuè ad verba proximè præcedentia, & omnia alia exercere, regere, ac gubernare, ac subministrare quæ &c, & ideò ad illa referri debeat *Surd. cons.* 160. *n.* 74. *& cons.* 271 *num.* 68. *Canal. decis.* 382. *num.* 11. *Seraph. decis.* 610. *num.* 4. Adeout valeat operari restitutionem solummodo respectu comprehensorum sub illis verbis, & omnia alia, quæ vti augmentatiua non videntur includere alimenta, alia-
10 que superius specificata, sed † cœtera omnia præter expressa *Paris. cons.* 79. *num.* 21. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 73. *num.* 20. *vol.* 3. *Gratian. discept.* 560. *num.* 35. Quia cum dd. verba, quæ ad presens subministrat &c. sint posita in fine totius orationis pendentis ab vnico verbo promisit, debent referri ad istam orationem, non autem ad par-
11 tem illius, cum relatio † regulariter fiat ad omnia præcedentia, nisi contineat specialem prouisionem, seù determinationem *l.* 1. *C. de Const. pec.* vbi *Castren. num.* 2. *in solut. ad tertiam oppositionem Salic. num.* 2. *vers. similitèr Ias. in limit.* 3. *num.* 9. *Sicard. num.* 6. *vers. sic etiam Iacob de Sanct. Gregor. num.* 4. *vers.* 2. *fallit cum alijs relat. à Surd. decis.* 291. *num.* 31. *Rota decis.* 709. *num.* 8. *par.* 1. *rec.* Præsertim cum post relatiuum, quæ, fuerit illico repetitum verbum subministrat correspondens verbis superius expressis, alendo, subministrando circa victum, & vestitum ne-
12 cessaria, quoties enim proprietas † sermonis, ac verborum talem patitur relationem, eo facilius illa fit *Ias. in l. talis scientia num.* 4. *vers.* 4. *vltra Bart. Oldrad. cons.* 152. *num.* 2. *Ioan. de Anan. cons.* 53. *num.* 5. *cum alijs relat. à Mart. de clausf. par.* 3. *clausf.* 23. *num.* 5. *vers. secus vero est.*

Minus obstat quod Eques Bernardinus sub vnica verborum structura se obligauerit soluere Alexandro Patri scut. annua 300. ac vlterius alere, & subministrare necessaria quoad victum, & vestitutum tàm d. Patri, quam omnibus alijs eius fratribus. Vnde inferebatur quod sicuti ipse vigore d. obligationis tenetur præstare alimenta Patri quamuis habenti dd. annua scut. 300. pari ratione teneatur alere fratres, quamuis habentes aliunde, nimirum tria prædia donata à bo: me: Card. Gallo virtute dictionum, tàm, & quàm, quæ solent tribuere qualitatem vtrique copulato,
13 adeout dispositum † in vno, in alio quoque dispositum esse dicatur *l. si cui legatorum ff. vt in possess. leg. Grat. cons.* 9. *num.* 29. *lib.* 1. *Surd. cons.* 317. *num.* 16. cum alijs cumulatis *in d. decisione in §. Et confirmatur.*

Nam

Nam obiectum procedere poffet vbi eadem viget ratio in vtroque copulato, fecus autem vbi, *prout hic*, diuerfa militat, tunc
14 enim dictiones † tàm, & quam, ftant potius feparatiuè, vt declarant *Menoch. de arbitr. lib. 2. caf. 314. nu. 11. Anton. Monac. decif. Lucan. 58. nu. 11.*
15 Adeout relatio † fiat ad omnia præcedentia, fingula fingulis congruè referendo fecundum *gloff. in l. fi negotio C. de negot. geft. cum fimilib. congeftis à Surd. conf. 336. num. 16. vol. 3.*

Demum non obftat quod prædictus Eques debeat iudicari non vti fimplicitèr fubrogatus in locum Alexandri Patris, fed vti pofitiuè obligatus ad præftationem dd. alimentorum in Inftrumento ceffionis Primogenituræ fibi factę ab Alexandro Patre, & fic poffit conueniri actione oriente ex eius pofitiua obligatione, quæ videtur operari, vt alimenta quæ prius debebantur officio Iudicis exinde fint debita iure actionis, exemplo illius qui non tenetur alere filium nifi in fubfidium, fi acce-
16 dat pofitiua † obligatio tenetur ad præftationem alimentorum, etiamfi alimentarius habeat aliunde *Rota decif. 116 num. 1. & feqq. par. 4. rec. Surd. de alim. tit. 1. qu. 32. num. 41. cum aliis fimilibus ponderat. in d. decif. in verf. vnde dicebant DD.* Siquidem obiectum, & alia fimilia exaduerfo ponderata procedere poffent, vbi d. Eques Bernardinus fimplicitèr fe obligaffet ad præftationem dd. alimentorum. Secus autem dum ex tenore, & verbis eiufdem Inftrumenti apparet illum per viam accollationis coarctari ad terminos obligationis paternæ, & fic comprehendere ea folum alimenta, quæ Pater nonnifi in fubfidium tenebatur eius filiis exhibere, in ifto namque cafu d. Inftrumentum operatur quidem vt Eques Bernardinus poffet conueniri pro eifdem alimentis actione ex ftipulatu, fed nō inde fequitur ipfum teneri vltra obligationem Patris, cum per d. Inftrumentum appareat mutata folum perfona debitoris; non autem alterata natura obligatio-
17 nis exemplo hæredis, † qui non tenetur alere filium defuncti eius authoris nifi officio Iudicis, cum idem ius quod erat penes defunctum videatur in hæredem tranfiuiffe *Surd. de alim. tit. 1. qu. 104. num. 8. verf. non tranfit Anton. Thef. qu. for. lib. 2. qu. 68.*

Prędictaque comprobantur non folum ex declaratione eiufdem Alexandri Patris, qui propalauit fe in contractu ceffionis d. Primogenituræ nihil aliud facere intendiffe quam fe eximere ab onere gubernii domus, illudque transferre in d. Equitem, prout ipfe teneba-
18 tur, quæ declaratio † ad indicañ qualis fuerit intentio contrahentium plurimum deferuit etiamfi ex interuallo fuerit fubfequuta, cum retrotrahatur ad tempus eiufdem contractus *Buratt. decif. 10. num. 18. & decif. 113. nu. 24. Canal. decif. 326. num. 20. Rota decif. 505 fub nu. 15. par. 1. & decif. 700. num. 16. par. 2. & decif. 242. nu. 2. par. 3. rec.* Verum etiam ex obferuantia antecedenti, & fubfequenti, quandoquidem Alexander Pater ante ceffionem d. Primogenituræ adminiftrabat etiam dd. tria prædia donata dd. aliis eius filiis, poft vero d. ceffionem illa adminiftrauit Eques Bernardinus, ex quorum etiam fructibus fpatio plurium annorum, tàm Patrem, quàm eius fratres aluit, onufque paterni, ac domeftici officii fuftinuit quoufq; dd. alii eius fratres poffeffionem dd. prædiorum vendicarunt. Vnde cum d. Eques Bernardinus in Inftrumento eius obligationis fufceperit in fe omne commodum, & incōmodum domus paternæ, & hodie non potiatur commodo dd. prædiorum, non debet fubire incommoda alendi fratres aliunde habentes,
19 cum in † correfpectiuis vno fublato alterum tollatur *l. alumna 30. §. Scia ff. de adimpl. leg. Crauett. conf. 230. num. 2. Verall. decif. 206. num. 2. & feq. par. 1. Rota decif. 677. num. 2. & 8. par. 1. diuerf. & decif. 428. n. 7. par. 1. recent. & coram Buratt. dec. 469 num. 6.*

Et ita vtraque &c.

FANEN. COMMENDAE.

Lunæ 6. Februarii 1640.

ARGVMENTVM.

Prouifo habenti fuam gratiam iuftificatam debetur adiudicatio.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas refultat ex reuolutione actorum.*
2 *Sententiæ iuftitia deducitur ex decifionibus in caufa editis.*
3 *Inftrumentum publicum facit probationem probatam.*
4 *Obreptio non caufatur ex taciturnitate gratiæ expectatiuæ nullæ.*
5 *Gratia expectatiua facta contra expreffam difpofitionem S. Conc. Trid. eft nulla.*
6 *Gratia expectatiua non eft habenda in confideratione quando Papa per conftitutionem reuocauit expectatiuas.*
7 *Conftitutio pofterior modificat præcedentem.*
8 *Corruptela non eft attendenda.*
9 *Obferuantia contraria conftitutioni Pontificiæ non attenditur non data fcientia Pontificis.*

DECISIO DLXV.

SENTENTIAM Rotalem adiudicantem Equiti Manzino commendam, de qua agitur, tamquam validam, & iuftam DD. dixerunt effe cōfirmandam, validitas vltra quod non controuertitur bene remanet iuftificata
1 ex † reuolutione actorum.

Iuftitia vero patet, cum in ea adiudicata fuerit d. Commenda Equiti Manzino habenti omnes qualitates requifitas ad hunc effe-
2 ctum, vt bene deducitur in duabus † decifionibus 28. Februarii, & 27. Iunii preteriti coram R. P. D. meo Royas emanatis.

Nec releuant ea, quæ alias fuerunt deducta, & hodie iterum in hac fecunda inftantia inculcantur. Et primo non obftat quod Manzinus non probet fuam profeffionem, fine qua ei non potuit conferri Commenda, quia obiectum ceffat ex facto ex quo de d. profef-

3 sione constat ex publico Instrumento † quod
facit probationem probatam *Bald. in l. Imperator num. 1. ff. de stat. homin. & in l. quoties in fin. C. de iudic. Grammat. decis. 45. num. 9. Greg. XV. decis.* 180
num. 1. & decis. 195. num. 1. Maximè cum sit adminiculatum ex attestatione Notarij, ex gestatione habitus per d. Manzinum, & ex prouisione ad eius fauorem facta per M. Magistrum, qui verisimilitèr notitiam habebat qnalitatum d. Equitis Manzini, vt fuit ponderatum *in prima decisione R. P. D. mei Royas*.

Secundò non obstat quod in prouisione Equitis Manzini non fuit facta mentio gratiæ expectatiuæ antea concessæ Equiti Manello, quia cum d. expectatiua esset nulla, non opus fuit de illa facere mentionem, nec illius omis-
4 sio † causauit obreptionem *Feliu. in cap. ex tenore num. 2. de rescript. Rota decis. 69. eod. tit. in antiq. Caputaq. decis. 217. num. 2. par. 2. Gonzal. super reg. 8. gloss. 57. num. 22.*

Expectatiuam autem concessam Equiti Manello fuisse nullam patet, quia illa fuit
5 concessa † contra expressam dispositionem S. Conc. Trident. *sess. 24. ca. 19. de reform. & Bullæ sa: me: Pij Quinti 73. in Bullar. nou. in* §. 6. In d. si quidem constitutione Papa reuocat facultates transferen pensiones quibuscunque Collegijs & Officialibus Rom. Curiæ concessas, & in §. 2. reuocat easdem facultates concessas Religionibus militaribus, & in §. 6. reuocat expectatiuas. Vnde stante huiusmodi reuocatio-
6 ne † expectatiua concessa Manello vti nulla non erat in consideratione habenda *l. aut si nullum C. de legit. hered. l. non dubium C. de legib. cum alijs in proposito adductis per Gonz. d. gloss. 57. nu. 29. & seqq.*

Neq; obstat alia constitutio eiusdem Pontificis Pij V. 28. Quia quidquid disponat d. constitutio aduerterunt DD. illam emanasse de anno 1567. constitutionem verò 73. fuisse editam de anno 1568. Vnde tamquam poste-
7 rior † modificat concessionem, de qua in d. constitutione 28.

Nec pariter obstat constitutio sa: me: Clementis VIII. quia vt apparet in §. 10. omnia priuilegia istius Religionis approbat saluis modificationibus de quibus in ipsa costitutione Pij V. & alijs contentis in ea. Vnde hæc Bulla potius confirmat contenta in d. constitutione Pij V. quam reuocat.

Neque obstant Testes adducti pro parte Equitis Manelli ad probandum in hac Religione S. Mauritij expectatiuas concedi solere. Quia vltra responsiones datas in vltima decisione R. P. D. mei Royas, quas hodie adhuc
8 subsistere censuit Rota, ista est † corruptela, & propterea non attendenda *cap. mala autem consuetudo 8. dist. Gratian. discept. 88, num. 19.* & fuit dictum *in Monasterien. Testamenti 4. Iunij* 1604. *coram Litta*, & obstat decretum irritans positum in d. Bulla 73. sa: me: Pij V. cum alijs amplissimis clausulis, adeout nullum fieri possit fundamentum in depositione dd. Testium ad proban obseruantiam, dum non
9 constat † de scientia Sedis Apostolicæ *Abb. in cap. 1. nu. 4. vers. vnde ibi de treug. & pac. Præpos. in cap. in istis §. leges nu. 3. vers. nisi dato consensu Papa 4. dist. Caual. decis. 77. num. 3. decis. 85. nu. 2. decis. 91. num. 8. & decis. 111. num. 1.*

Reliquis obiectis bene satisfaciunt responsiones datæ in decisionibus R. P. D. mei Royas, quæ etiam hodie DD. placuerunt.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CAMBII, SEV PECVNIARIA.

Veneris 10. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

In eodem Instrumento, & sub eodem rogitu Notarij quando plures contractus dictincti contineri dicantur. Ex quibus constet de mandato procuræ. Pecunijs acceptis nomine constituentis, & erogatis in vsum Procuratoris, an inde dicatur obligatus ipse constituens.

SVMMARIVM.

1 *Chirographus procuræ non recognita non probat.*
2 *Chirographum censetur approbasse pars quando citata ad dicendum contra de illius recognitione non opposuit.*
3 Clausula generalis &c. *præseruat ius opponendi contra iura quandocumque etiam post terminum citationis ad dicendum contra.*
4 *Potentia differt ab actu cum aliud sit quid esse factum, & aliud fieri posse.*
5 *Potentia quæ ad actum non reducitur dicitur inanis.*
6 *Protestatio nihil fieri nisi* ser. ser. ver. ver. *operatur specificam oppositionem recognitionis iurium.*
7 *Protestatio nihil fieri nisi* ser. ser. ver. ver. *vbi plures oppositiones operari valet refertur solum ad eam, quæ fuit in actis expressa.*
8 *Procurator etiam cum libera facultate constitutus non potest pro facto, & commodo proprio obligare constituentem.*
9 *Procurator recipiendo ad cambium pecunias nomine constituentis statim illarum dominium in constituentem dicitur transferre.*
10 *Ex priori contractu independentèr ab alijs sequentibus celebrato quis possit agere.*
11 *Minor in diuisione bonorum recipiens multa prædia singulatim æstimata si fuit in vno læsus poterit quoad illud tantum læsionem deducere.*
12 *Venditor qui in eodem Instrumento plures res vendidit pretio in singulas distincto si in una fuerit læsus poterit pro illa dumtaxat agere.*
13 *Vtile per inutile non non vitiatur in separabilibus, ac diuiduis.*
14 *Contractus plures vnico contextu celebrati coram eisdem Notario, & testibus censentur correspectiui, vnusque respectu alterius confectus.*
15 *Contractus non dicitur correspectiuus si necessariam dependentiam non habeat ab altero etiam si in eodem instrumento, & vnica stipulatione celebretur.*
16 *Contractus plures quando fuerunt celebrati non simpliciter à partibus sed cum rogitu Notarij perfectionem insimul recipiunt ex vnica stipulatione conclusa per clausulam* Actum.
17 *Instrumenta fieri solent ad faciliorem probationem non autem ad substantiam contractus.*

18 *Clau-*

18 *Clausula Actum, quando non tollat perfectionem cuiuslibet contractus.*
19 *Mandati abusus non præsumitur nisi probetur.*
20 *In Articulo mortis nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*
21 *Procurator præsumitur certiorasse Dominum pro illa re pro qua constitutus fuit.*
22 *Taciturnitas in constituente comprobat ita mandatum esse intelligendum prout fuit a Procuratore contractum.*

DECISIO DLXVI.

NON acquiescentibus hæredibus bo: me: D. Pauli Matthei hac lite pendente prædefuncti resolutioni factæ sub die 22. Iunij anni præteriti, qua firmatum fuit mandatum relaxatum ab A. C. ad fauorem D. Francisci Rubei contra d. D. Mattheum super restitutione fortis Cambij, de quo agitur, esse exequendum, iterumque ad eorum instantiam hodie posita causa super iisdem DD. steterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in d. decisione deductis.

Quibus non obstant ea, quæ iterum contra validitatem, & iustitiam d. mandati opponebantur.

Nam quoad illius validitatem attinet, non obstat prætensa nullitas ex eo ducta, quod originalis Chitographus, in quo D. Mattheus constituit Procuratorem Iulium Grappolinū ad recipien illius nomine scut. 2. mil. ad cam-
1 bium, non fuerit recognitum, † & ideò non probet *cap. 1. vbi DD. de fid. Instr. Oldrad. cons. 227. num. 6. Paris. cons. 115. num. 4. li. 4. Verall. decis. 117. num. 3. par. 3.*

Quoniam vltra quod d. Rubeus non egit coram A. C. vigore d. Originalis Chirographi sed vigore publici Instrumenti, in quo inserto tenore eiusdem Chirographi de voluntate partium d. Cambium contractum fuit, remouetur obiectum, quia cum d. D. Mattheus fuerit citatus coram A. C. ad dicen contra iura producta, & viden examinari Testes super illorum recognitione, nec in specie op-
2 posuerit † recognitionem d. Chirographi, censetur illius veritatem tacitè approbasse *Felin. in cap. quoniam contra num. 50. & seqq. de prob. Alex. cons. 185. num. 13. in fin. vers. subdo etiam lib. 6. Gonz. ad reg. 8. gloss. 64. num. 22. Mascard. de probat. concl. 2294. num. 18. Caputaq. decis. 238. num. 4. par. 1. Rot. decis. 151. num. 1. par. 1. recent. Greg. XV. decis. 792. num. 2. vers. & vbi aliquem defectum* & ibi *Add. num. 6.*

Nec releuat quod d. Mattheus, siuè illius Procurator ad lites opposuit generalia contra
3 quæ † clausula præseruat ius opponendi contra iura quandocunq; etiam post terminū citationis ad dicendum contra *Vestr. in prax. lib. 5. cap. fin. num. 10. Gonz. d. gloss. 64. num. 24. ante fin. & num. 25. Add. ad Greg. XV. d. decis. 292. num. 6. vers. & ideò praxis inoleuit.* Quia esto quod d. D. Mattheus virtute d. clausulæ potuisset opponere recognitionem d. Chirographi etiam post terminum d. citationis, nihilominus cum illam realitèr non opposuerit talis potentia opponendi ad actum non redacta non inducit inualiditatem eiusdem mandati postea relaxati,
4 cum potentia † differat ab actu, aliudque sit quid esse factum, & aliud fieri posse, vt notat *Bart. in l. 1. num. 1. vers. pro solutione scias Natt. cons. 504. num. 2. Cephal. cons. 725. num. 21.* Adeout po-
5 tentia, † quæ ad actum non reducitur inanis esse dicatur *cap. pastoralis §. quoniam vbi Dec. num. 3. de rescript. Surd. cons. 375. nu. 2. Grat. discept. 96. num. 20.*

Minus releuat D. Mattheum in termino citationis ad soluen protestatum fuisse nihil fieri nisi *ser. ser. ver. ver.* quæ potestatio vide-
6 tur † operari specificam oppositionem recognitionis iurium *Scac. de Iud. lib. 2. cap. 11. par. 4. de recogn. Iur. & scriptur. cas. 1. num. 898. & seqq. Mascard. de probat. concl. 1229. num. 18. vers. secus si facto opponeret lib. 3.* quia cum idem D. Mattheus tàm in d. protestatione, quam in prosecutione iudicij non impugnauerit veritatē d. Chirographi, sed dixerit solum se ad petitam restitutionem dd. pecuniarum non teneri ex eo quod d. Iulius illius Procurator ipsum nō validè obligasset, dictoque mandato abusus fuisset, talis eius protestatio visa fuit respicere validitatem obligationis vigore d. Chirographi subsequutam, non autem eiusdem Chirographi veritatem iam approbatam, nam alias dixisset d. Iulium absque mandato, vel falso contraxisse, non autem minùs validè ipsum obligasse, ac d. mandato abusum fuisse.
7 Quoties autem prædicta protestatio † plures oppositiones operari valet, refertur solum ad eam quæ fuit in actis expressa, vt declarat idem *Scacc. exaduerso alleg. in d. lib. 2. cap. 11. par. 4. de recogn. iur. cas. 1. num. 898. vers. restringe.*

Quouero ad iustitiam illa visa fuit patens ex deductis in d. decisione.

Non obstat quod d. Iulius in eodem Instrumento, in quo vti Procurator specialitèr constitutus à D. Mattheo recepit illius nomine scut. 2. mil. ad cambium à Guido Pelagio declarauit dd. pecunias fuisset contemplatione, & commodo ad cambium acceptas fuisse, easque reuera in proprios vsus conuertisse, & ideò fines d. mandati excesserit, & consequenter D. Mattheum constituentem ex contractu eiusdem cambij nō obligauerit ex vul-
8 gari conclusione quod Procurator † etiam cum libera facultate constitutus non possit pro facto, & commodo proprio obligare D. constituentem *l. Creditor §. Lucius*, & ibi *Bart. num. 2. Bald. in addit. vers. vnde quod habet Salic. nu. 3. ff. mandat. cum alijs allegat. in decisione in uers. non obstat quod Iulius quibus addebantur Laur. à Pin cons. 155. num. 13. Giurb. super Messan. gloss. 2. nu. 15. ad med. vers. sic mandatum habens cum libera Rebell. de oblig. post. lib. 6. qu. 4. sect. 2. num. 10. & seqq.*

Quoniam fuit responsum d. conclusionem veram quidem esse, sed non applicari casui de quo agitur, in quo plures, eosque inter se distinctos, ac diuerso nomine initos fuisse contractus apertè colligitur ex tenore eiusdē Instrumenti, in quo apparet d. Iulium primo vti Procuratorem specialitèr constitutum à d. D. Mattheo ad recipien illius nomine

scut. 2. mil. ad cambium à quacunque persona dd. pecuniarum quātitatem reuera nomine eiusdem constituentis à d. Palagio ad cambium recepisse, idemque præuia quietatione eamdem summam restituere promisisse. Deinde non ampliùs vti Procuratorem D. Matthei, sed proprio, ac particulari nomine supradicto cambio vti personalem, & insolidum ad fauorem eiusdem Palagij accessisse, ac successiuè bonam fidem erga D. Mattheū recognouisse, simulque declarasse supradicta scuta 2000. sui contemplatione ad cambium recepta fuisse, ac demum illa occasione cuiusdam officii ab eo empti partim penes se pro nonnullis expensis retinuisse, partim verò penes d. Palagium pro solutione pretij eiusdem officij deposuisse,

Ex qua pluralitate, ac diuersitate contractuum, quorum vnus non habet necessariam dependentiam ab altero, duo præcipuè resultant. Primum d. Iulium, qui vti Procurator specialitèr constitutus à d. Mattheo ad recipieñ illius nomine scut. 2000. ad cambium à quacunque persona, d. pecuniarum quantitatem reuera nomine eiusdem constitueñ à d. Palagio ad cambium recepit, fines mādati sibi dati non excessisse, sed illius formam appositè adimpleuisse, & consequēter d. Mattheum validè obligasse ex contractu eiusdem cambij qui perfectus fuit eo ipso quod Iulius tamquam illius Procurator pecuniam ad cambium eius nomine recepit, cum ob d. recep-
9 tionem pecuniarum dominium, † & possessio illarum statim in D. constitueñ dicantur transiuisse, adeout nec per momentum temporis penes d. Procuratorem remansisse præsumantur iuxtà doctrinam *Castrens. in l. singula 15. num. 16. ff. si cert. pet.*

Alterum, & secundum quod licet d. Iulius post contractum d. cambij non amplius vti Procurator D. Matthei, sed proprio, ac particulari nomine alios contractus celebrauit, & signantèr declarauit dd. pecunias sui contemplatione, & commodo ad cambium acceptas fuisse easq; in proprios vsus conuertisse, non ideò sequitur quin Palagius, seù Rubeus qui pecunias dedit possit agere ex
10 priori † contractu cambij qui independentèr ab alijs sequentibus celebratus fuit, vt in specie tradit *Bart. in l. scire debemus num. 4. & 5.* vbi inter alios effectus resultañ ex pluralitate contractuum notat stipulatorem posse ex vno contractu, & non ex alio agere, exemplo
11 minoris qui † in diuisione bonorum recepit multa prædia singularitèr æstimata, si fuerit in vno læsus poterit quoad illud tātum lesionem deducere, vt inquit *Bald. in cons. 91. nu. 1.*
12 *lib. 2.* exemplo paritèr venditoris, qui † in eodem Instrumento plures res vendat pretio in singulas distincto, & contingat in vna esse læsum, poterit pro illa dumtaxat agere cum alijs similibus ponderatis in d. decisione in §. etenim pro responsione, quibus addi possent ea quæ in proposito cumulant *Bald. in l. præterea num. 1. C. de iur. dot. & in l. eiusdem nu. 1. ff. de edil. edict. Surd. cons. 101. num. 38. Gomes. var. resolut. cap. 11. num. 16. longè post princip. vers. & si quitam effectus resultant. Borgn. decis. 8. de contract. aliàs 58. num. 9. & seqq. par. 2. Ciriac. controuer. 90. num. 22. uers. & ideò si in contractu & seqq.* & facit regula quod in separabilibus, &
13 diuiduis vtile per † inutile non vitiatur *cap. si confirmationem 39.* vbi *Gemin. num. 10. de elect. in 6. l. 1. §. item quæritur §. Trebatius ff. de aq. quotid. & astiu. 37. num. 7. de reg. iur. in 6. Surd. cons. 429. sub num. 20.*

Nec releuat dicere omnes hos contractus
14 vti celebratos vnico † contextu coram eisdem Notario, & Testibus censeri correspectiuos, vnumque respectu alterius confectum ex traditis per *Menoch. lib. 6. præsumpt. 12. num. 8. & seq.* Quia placuit responsio data in d. decisione in §. *nec dicatur*, nimirum id posse procedere, vbi subiecta materia, vel qualitas contractuum suaderet vnum non posse sine alio subsistere; Secus autem quando, *prout hic*, contractus sunt diuersæ naturæ, & vnus non habet necessariam dependentiam ab altero, quia tunc nō
15 dicuntur † inter se correspectiui, quamuis in eodem Instrumento, & vnica stipulatione celebrentur, ea ratione quia tunc tot censentur esse contractus quot sunt res in Instrumento deductæ *d. l. scire debemus 29. in princ. l. ubi 75. §. qui forte l. pluribus 140. ff. de uerb. oblig. Alb. cons. 45. sub num. 3. Gomes. uar. d. cap. 11. nu. 16.* vbi pluribus exemplis conclusionem exornat *Ciriac. d. controu. 90. num. 25.*

Minus obstat replicatio, quod omnes hi contractus vti celebrati non simplicitèr à partibus, sed cum rogitu Notarij perfectionem
16 insimul receperint † ex vnica stipulatione eiusdem Notarij conclusa per clausulam, *Actum* nonnisi in fine totius Instrumenti adiectam ex doctrina *Angel. in l. contractus nu. 4. vers. aliàs oportet Bart ob id. nu. 3. in fin. vers. & ideò cum seqq. & in 4. notab. lect. antiq. ante num. 6. vers. licet in vno Bald. num 1. uers. si autem à Tabellione Castr. num. 4. vers. nam in modern. de fid. Instrum. Surd. cons. 217. num. 11.* Nam vltra quod obiectum cessat respectu contractus *cambij, de quo hodie agitur cuius perfectio resultat eo ipso, quod partes præstiterunt illi* consensum, & vna pecunias dedit, altera verò recepit, adeout
17 Instrumentum † fieri soleat ad faciliorem probationem, non autem ad substantiam contractus *Bart. in l. si quis legatum num. 7. ff. ad l. Cornel. de Fals. Alex. cons. 122. num. 3. lib. 2.*

Illud forsan procederet vbi versaremur in pluribus contractibus inter se connexis, & correlatiuis, vel in quibus contrahentes ante illorum cōclusionē pænituissent, secus autem est in pluribus contractibus inter se distinctis, ac separatis, quos Notarius rogatus iam stipulatus fuit. Quia tunc licèt Notarius vnicam stipulationem adhibeat, & clausulam, *Actum*, nonnisi in fine totius Instrumenti apponat, non tamen tollit perfectionem cuiuslibet contractus adeout stipulator vno omisso non possit vigore alterius agere, cum ad hunc
18 effectum sufficiat † saltem ex partium intentione, vel ordine intellectus vnum alterum præcessisse, & perfectionem recepisse vt di-

xit

xit Rota decis. 763. num. 9. par. 1. diuers.

Prædictaque faciliùs suadentur in præsenti casu ex verbis eiusdem Instrumenti post contractum d. cambij prolatis, ibi (supradictus Iulius non amplius vti Procurator, sed nomine proprio supradicto Instrumento cambij facto in fauorem Guidi accessit &c.) Quæ verba supponunt contractum cambij ex partium intentione ante alios contractus subsequeñ perfectum, & absolutum fuisse, attentis præsertim illi verbis (non amplius vti Procurator) quæ apertè innuunt eiusdem contractus perfectionem, quem Iulius iniuerat vti Procurator, cuius personam exuens ad alios contractus proprio, ac particulari nomine conuolauit.

Non obstant ea quæ iterùm repetebantur ad probandam malam fidem Iulij, quia illa omnia visa fuerunt tolli ex responsionibus datis in decisione, in qua plures etiam afferuntur coniecturæ non solum hanc malam fidem excludentes, sed etiam clarè ostendentes hæc omnia gesta fuisse per ipsum Iulium secundum mentem D. Matthæi.

Non obstant ea quæ contra dd. coniectùras deducuntur. Nam quoad primam desumptã ex declaratione eiusdem Iulij, qui receptis iam pecunijs nomine d. constituẽ agnouit nouam fidem, declarauitque eas sui contemplatione receptas fuisse, illa non tollitur ex eo quod dicitur illam esse aptam aperire viam fraudibus, dum quilibet Procurator mediante agnitione posset pro sui cõmodo cõstituentẽ obligare. Quia sufficit pro responsione quod
19 abusus † mandati non præsumitur, nisi probetur *Rota coram Seraph. decis. 1224. num. 3.*

Secunda verò ducta ex actu per publicum Instrumentum, plurimasque rationes bancarias gesto cuius propterea notitiam D. Matthæius verisimiliter habere potuisset, non eliditur ex eo, quod idem Iulius in articulo mortis declarauit plures actus etiam per Instrumentum celebratos, in quibus falsus fuit se mandatis eiusdem D. Matthæi abusum fuisse (Quia cũ in d. declaratione enumerauerit omnes partitas, in quibus fuit abusus dd. mandatis, & eumdem D. Matthæum malè obligauit, nec istam, de qua agitur recensuerit, hinc potius colligitur conuersionem pecuniarum, de quibus agitur in eius propriam vtilitatem ex voluntate eiusdem D. Matthæi constituentis processisse, præsertim cũ ista declaratio facta
20 sit in articulo mortis, in quo † nemo præsumitur immemor salutis æternæ, *l. fin. C. ad l. Iul. repet. Rota in Romana census de Mutis 1. Iulii 1620 coram Reuerendissimo D. meo Decano, Menoch. consil. 25. num. 8. Eug. consil. 64. num. 45. lib. 2. Bald. consil. 64. num. 45. lib. 5.*

Tertia desumpta ex eo, quod quantitas scut. 2000. recepta ad cambium vigore dicti mandati correspondeat quantitati, cuius tunc temporis indigebat Iulius occasione officij ab eo empti non eneruatur ex eo quod d. constituens simili summa indigere potuisset. Quia imò si D. Matthæus reuera dicta quantitate tunc temporis indiguisset, vtique eam recipere fategisset.

Quarta demum desumpta ex taciturnitate D. Matthæi, qui spatio quadriennij, & vltra à die mandati facti pro cambio, de quo agitur, nunquam reclamauit, non tollitur eo quod non probetur D. Matthæus scientiam aliquam habuisse, quod d. Iulius mandato prædicto vsus fuisset, eiusque vigore pecunias ad cambium recepisset, vel quia tacuit ipse D. Matthæus, ex quo sciebat se esse obligatum, quia
21 vltra quod Procurator præsumitur † certiorasse Dominum pro illa re, pro qua constitutus fuit *Put. decis. 100. in fin. lib. 2. in antiq.* Et non est verisimile, quod D. Constituens voluerit spatio plurium annorum relinquere Chirographum in manibus Procuratoris absque eo quod scire voluerit quid esset de eo actum.

Similia, & alia possent procedere si nullum adfuisset mandatum, vel ad certam causam directum; Secùs vero cum adsit mandatum
22 adeò amplum, nam tunc taciturnitas † comprobat ita mandatum esse intelligendum, prout fuit à Procuratore contractum, vt latè tradit *Aym. consil. 914. num. 11.*

Et ita &c.

PERVSINA EMPHYTEVSIS.

Lunæ 13. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ex quibus non dicatur probata ad effectum, vt Ecclesia non dicatur habere intentionem fundatam pro illorum deuolutione.

SVMMARIVM.

1 *Dominium Ecclesiæ probatur per instrumenta concessionum, quando concurrunt continuatæ solutiones.*
2 *Ecclesia ad effectum deuolutionis duo probare tenetur & dominium, & bonorum identitatem.*
3 *Identitas bonorum non concluditur per demonstrationes generales, & æquiuocas.*
4 *Identitas bonorum ad effectum deuolutionis debet probari per demonstrationes certas non per æquiuocas.*
5 *Fundamentum propriæ intentionis vnusquisque probare tenetur.*

DECISIO DLXVII.

CVM Patres Heremitæ Camaldulenses Montis Coronæ in Agro Perusino residentes prætenderent inter alia bona vnum tenimentum terræ posit. in pertinentijs Castri factæ in loco Buottani, cuius pars superior possidetur, vt dicebatur à Marco Antonio, ac Thoma de Bẽtiuenghis, inferior verò ab Hippolyta, & Dianira de Burellis iure directi do-

minij spectare ad eorum Monasterium,illudq; ob alienationẽ factam ipsis irrequisitis, & ob alias causas esse deuolutum; iudicium super huiusmodi deuolutione contra dd. Possessores in partibus introduxere qui sententiam absolutoriam reportarunt,à qua partes appellarũt: Vnde causa mihi commissa, dubitaui, an constaret de bono iure Patrum.

Pro cuius dubij affirmatiua resolutione Informantes pro Patribus eorum bonum ius ex tribus præcipue Instrumentis deducere conabantur, quorum

Primum fuit celebratum de anno 1443. in quo Ecclesia cõcessit, & renouauit in emphyteusim Thomæ Ceccolo recipieñ pro se, & Ioanne filio, eorumque filijs, & nepotibus masculis vsque in 3. generationem finitam,& deficientibus masculis pro vna fœmina vnum tenimentum terræ positum in pertinentijs Castri Frattæ sub vocabulo Buottani à duobus lateribus viam, ab alio hæredes Nicolutiæ Andreutij, & Berardelli Vanni pro re quæ fuit Ceccoli Cambij ab alio res pro parte Ecclesiæ S. Andreæ.

Secundum detegitur factum de anno 1514. in quo Ecclesia pariter innouauit, & refirmauit in emphyteusim Felici, & Orlandino de Muscarellis, eorumque filijs, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem supra dictum tenimentum cum eisdem finibus descriptum.

Tertium verò erat de anno 1516. in quo Ecclesia præuia narratiua, quod sub die 17. Augusti 1512. refirmasset Petruccio, & Ioanni de Florauantibus, ac Dominicæ q. Pauli, & Thomasiæ matri dictæ Dominicæ nonnulla bona, & signanter tres quartas, vel circa vnius eminæ vnius tenimenti cum eisdem confinibus superius designatis, iterùm concessit, & refirmauit dd. bona pro maiori expressione confinium eisdem Petruccio, & Ioanni de Florauantibus, & Thomasiæ sorori eius vita durante, eorumque filijs, & nepotibus masculis vsque ad tertiam generationem finitam.

Quæ instrumẽta concessionũ confirmantur respectiuè ex nonnullis confessionibus factis ab emphyteutis asserendum hoc ipsum tenimentum, vt supra descriptum esse sub proprietate Ecclesiæ, necnon recognitionis dominij, & quamplurium annorum subsequutis, & continuatis solutionibus, vt colligitur ex partitis extractis ex libris eiusdem Ecclesiæ, quibus concerneñ dd. Instrumenta conces-
1 sionum dicebantur sufficienter probare † dominium Ecclesiæ etiam ad effectum deuolutionis, *Valasc. de iure emphyt. quæst. 9. num. 16. & & seq. Rip. in l. si aliquam rem num. 39. ff. de acquir. possess. Rota decis. 249. num. 2. & decis. 290. num. 1. par. 1. recent. & in Ciuitatis Castelli bonorum 12. February 1590. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana medietatis domus 5. Maij 1625. coram bo: me: Manzanedo cum alijs relat. à Caualer. decis. 269. num. 3.*

Cæterùm prædictis non obstañ DD. non constare de bono iure dictorum Patrum ho-
2 die responderunt. Quia ad effectum † deuolutionis duo copulatiuè probati debent, dominium, & identitas rei, de cuius deuolutione agitur, prout de dominio *Specul. de emphyt. §. nunc aliqua num. 16. Verall. decis. 280. part. 1. Seraphin. decis. 1453. num. 1. Rota decis. 150. 249. & 606. vbique num. 1. part. 1. recent. Buratt. decis. 232. numer. 4.* ac de identitate *Specul. d. §. nunc aliqua num. 19. Seraph. decis. 869. num. 1. Rota decis. 150. num. 4. & 5. par. 1. & decis. 171. num. 1. vers. tanto magis par. 4. recent.*

In proposito autem esto, quod ex prædictis probetur aliquod dominium Ecclesiæ, nihilominus probatio identitatis nequaquam concurrere visa fuit, neque respectu partis superioris possessæ a Bentinenghis, neque respectu partis inferioris possessæ à Borellis.

Nam quoad partem superiorem possessam à Bentiuenghis, qui causam habent à Catherina filia prædicti Felicis de Mucciarellis titulo emptionis factæ ab Hieronymo, & Ludouico de Bentiuenghis vsque de anno 1598. quæ confinia enunciata in prædictis omnibus inuestituris non concordant cum confinibus enunciatis in instrumento dictæ emptionis factæ à dd. de Bentiuenghis; siquidem in prædictis inuestituris enunciatur vnum tenimentum positum in pertinentijs Castri Frattæ in vocabulo Buottani à duo lateribus viam, ab alio hæredes Nicolutiæ Andreutij, & Berardelli Vanni pro re quæ fuit Ceccoli Cambij, & ab alio res pro parte Ecclesiæ Sancti Andreæ.

In Instrumento autem supradictæ emptionis enunciatur vnum tenimentum in pertinentijs Castri Frattæ in vocabulo Buottani, fines cuius à duobus viæ, ab alio Templum Beatæ Mariæ della Reggia, ab alio Eq. Ioannes Paulus de Solis, ab alio Ioannes Paulus de Picciolis, ab alio vxor Francisci de Aloysijs.

Quæ quidem demonstrationes non conueniunt cum alijs supra enunciatis in prædictis Inuestituris nisi in tribus, nempe in situatione Castri Frattæ in vocabulo Buottani, & in duabus vijs, quæ demonstrationes tamquam
3 nimis generales, & æquiuocæ † non concludunt identitatem *Bartol. in l. demonstratio falsa nu. 15. §. fin. vers. vel quod alius esse, Castr. ibidem num. 6. vers. vel nisi esset, ff. de cond. & demonstr. Gratian. disceptat. 790. num. 4. & seq. Seraph. decis. 804. num. 5. Buratt. d. decis. 132. num. 5. Rota decis. 295. num. 8. par. 1. recent.*

Eoque minùs quia pro parte Patrum Heremitarum fuerunt examinati nonnulli Testes asserentes in eodem loco, & vocabulo Buottani plura alia tenimenta cum domibus ab alijs possessa confinantia pariter cum duabus vijs existere, & propterea cum confinia prædicta alijs quoque corporibus conueniant,
4 eo minùs probant identitatem, † quæ per demonstrationes certas, non autem æquiuocas probari debet, *Gratian. d. disceptat. 790. num. 4. & seqq. Rota d. decis. 295. num. 8. par. 1. & decis. 181. num. 2.*

num. 2. par. 4. recent. Buratt. d. decis. 132. num. 5. vers. & sic ex diuersitate, & fuit dictum in Mediolanen. bonorum 25. Februarij 1611. coram bona memoria Vbaldo.

Neque etiam quoad partem inferiorem possessam à Burellis, qui causam habent à supradictis Petruccio, & Ioanne de Florauantibus. Nam aut Patres Heremitæ fundant eorum bonum ius in duobus prioribus Instrumentis concessionum, & illa non suffragantur quia omnia ibi enunciata non concordant cum confinibus designatis in Instrumento emptionis factæ per dd. Petruccium, & Ioannem de Florauantibus à supradicto Felice de Mucciarellis vsque de anno 1515. Siquidem in Instrumento dictæ emptionis enunciantur infrascripta confinia, nempe vnum petium terræ trium eminarum in vocabulo Buottani, ab vno petium terræ, vt supra positum, à pede via, & duobus dd. emptores, quæ demonstrationes non conueniunt cum alijs enunciatis in prædictis duabus inuestituris, nisi in vocabulo Buottani, & in vna via à pede, quæ tamquam generales, & æquiuocæ non probant identitatem ex supra allegatis.

Aut verò se fundant in Instrumento anni 1616. contiuen. renouationem inuestituræ, quam alias Ecclesia fecerat de anno 1512. eisdem Petruccio, & Ioanni de Florauantibus authoribus dd. de Burellis, & illa pariter non suffragatur cum loquatur solummodò de quantitate trium quartarum vnius eminæ, quæ pro parte dd. de Burellis non controuertitur esse sub dominio Ecclesiæ, pro illaque canones fuerunt persoluti. Vnde Heremitæ qui prætendunt maiorem quantitatem trium quartarum esse Monasterij dominio subiectam tenentur id probare concludenter tamquam

5 fundamentum eorum † intentionis, *Mantic. decis. 251. num. 6. vers. 2. fuit responsum, Rota decis. 150. num. 6. & 7. par. 1. recent. decis. 371. num. 9. part. 4. recent. & in d. Mediolanen. Bonorum coram bo: me: Vbaldo.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA NVLLITATIS OBLIGATIONIS.

Luna 13. Februarij 1640.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. non procedit quando mulier se obligat contemplatione matrimonij, siue ex causa dotis, quod procedit, siue mulier contrahat pro se ipsa, seu pro altera dotanda, & num. 2.*

3 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. habet locum in quocumque contractu in quo mulier lædi potest, siue maior, siue minor illa sit.*

4 *Præsentia Curatoris non supplet defectum interessentiæ proximioris in contractu mulieris, qui non fuit vocatus.*

5 *Mulieris assertio se non habere alios proximiores qui in contractu interuenire possent non attendenda.*

6 *Decretum Iudicis interpositum ex falsa causa est nullius roboris.*

DECISIO DLXVIII.

SVB die 2. Decembris anni proximè præteriti resolutum fuit mandatum relaxatum ab A. C. ad fauorem D. Antonij Carcarasij contra Corneliam de Alicornis vigore cuiusdam obligationis per eū factæ de extinguēn cambio, de quo agitur, vti nullum, & iniustum esse reuocaū. Cui resolutioni dicto Carcarasio non acquiescente. Iterumque proposito dubio super eisdem DD. steterunt in decisis.

Nam quoad nullitates dicti mandati ex defectu legitimæ citationis ex inculcatione terminorum non fuit data congrua responsio.

Quo verò ad iniustitiam dicti mandati deducta ex eo, quod illud fuit relaxatum vigore dictæ prætensæ obligationis, quæ tamen fuit nulla ex defectu solemnitatum requisitarum in contractibus mulierum à statuto Vrbis cap. 151. lib. 1. adhuc illa subsistere visa fuit ex rationibus in d. decisione deductis.

1 Quibus non obstat, quod statutum † prædictum non procedat, quando mulier se obligauit contemplatione matrimonij, siue ex

2 causa dotis, *ex relat. à Bertaz. de claus. instrum. claus. 7. gloss. 19. & seq. Pic. ad statut. Vrb. gloss. 7. num. 353. & seqq.* Vbi firmat procedere, siue mulier † contrahat pro seipsa, siue pro altera dotanda, hancque opinionem Rota sæpius amplexam fuisse, *vt in dec. 1. per tot. decis. 15. & decis. 16. post eumdem Pic. d. tract. ad stat. Vrb. Put. decis. 160. num. 3. & 4. lib. 3. Add. ad Buratt. decis. 324. num. 17. vbi refert concordan.* Quia fuit responsum dictam limitationem non applicari præsenti casui, in quo Domini duos adesse contractus, eosque inter se distinctos, & separatos, ac diuerso tempore celebratos animaduertebant, quorum primus est contractus initus inter D. Corneliam, & Stephanum eius virum in capitulis matrimonialibus, in quibus d. Cornelia ad computum suæ dotis promisit soluere eidem viro scut. 500. pro expensis faciendis, & scut. mille ad effectum redimendi loca 4. Montium vendita D. Carcarasio quoad vsumfructum ad hoc vt illa stare deberent pro fundo dotali eiusdem Corneliæ; Alter verò contractus est ille qui fuit postea initus inter D. Corneliam, & Carcarasium, in quo Domina Cornelia prætextu, quod sibi tunc expediret vsumfructum dictorum locorum montium redimere, accepit pro illius redemptione pecunias ad cambium, promisitque idem cambium extinguere, & interim cambia, & recambia persoluere, qui quidem cōtractus licet videatur habere dependentiam à dd. capitulis matrimonialibus, nihilominus cum ille respiciat potius commodum Carcarasij retrouendentis, vel saltem Mercatoris

dantis

dantis pecunias ad cambium, contineatque graue damnum dictæ mulieris quæ se obligauit in cambio existimans dd. loca montium, sequuta illorum redemptione quoad vsumfructum posse deseruire pro suo fundo dotali, quæ tamen post mortem viri vsufructuarij reuersura erant ad filios eiusdem viri ex priori matrimonio. Dicebant DD. talem contractum (quidquid sit de primo) vel esse extra causam dotis, vel contractum mixtum, in quo propter interesse tertij, & læsionem mulieris erant necessariæ solemnitates d. statuti habentis locum, in quocumque contractu,
3 in † quo mulier lædi potest, siue maior, siue minor, illa sit, cum eadem ratio vtrobique à statuentibus consideretur, ne scilicet mulieres ob sexus fragilitatem decipiantur, *Rota decis.529.num.4.in fine par.1.diuers. & decis.153.sub num.13. vers.& potest habere, & decis.385. num.2. par.1.recent. cum alijs relatis à Greg.XV.decis.333. num.1. & ibi Add.num.9.* Et in terminis contractus initi à muliere etiam ex causa dotis, in quo sit appositum simile pactum illi præiudiciale, dixit *Rota in Romana de Capizucchis 4.Iunij 1601. coram Penia, & in eadem causa 8. Februarij 1603. vt in decis.484.num.1. circa fin. vers.aliquibus ex DD. par.4.diuers.*

Nec dicatur in contractu, de quo agitur, interuenisse solemnitates statuti requisitas vltra consensum duorum proximiorum Iudicis decretum cum expressione causæ, illiusque plena cognitione, quia hoc non probatur immo apparet vtrumque deficere. Nam quoad interuentum duorum proximiorum, vnus duntaxat interuenit, fuitque deputatus Curator in
4 locum alterius, qui † cum in Vrbe adesset, & si vocatus fuisset, interuenire potuisset, præsentia curatoris defectum illum supplere non potuit, *Gregor.XV. decis.473.num.11. & seqq. & ibi Add. num.13.*

Nec releuat, quod Cornelia asseruerit cum iuramento se alios vltra nominatos in Instrumento non habere proximiores, nam eadem facilitate, qua ipsa fuit inducta ad contrahen-
5 dum, † eadem quoque præsumitur inducta ad asserendum cum iuramento se non habere alios coniunctos alioquin facilè eluderetur dispositio d. statuti, quod ideò præsumit tale Instrumentum dolo, vel metu extortum, vt in specie dixit *Rota in Romana nullitatis obligationis coram Ortembergo impress. post Pic.ad stat. Vrbis decis.36.num.6. & seqq.*

Quo verò ad aliud requisitum quamuis interuenerit Iudicis decretum, nihilominus dicebant DD. illud corruere ex defectu legitimæ causæ, fuit namque ibi narratum redemptionem dictorum locorum Montium quoad vsumfructum esse valdè vtilem, ac proficuam d. mulieri, prætextu quod illa essent magni redditus, quodque illa starent pro fundo dotali, & super eis se cautelaret de sua dote aduersus etiam creditores Stephani viri, quæ tamen causa minus vera detegitur, quandoquidem dd. loca Montium, vt supra dictum fuit, post mortem Stephani viri habẽtis super illis solùm vsumfructum, erant reuersura ad filios eiusdem viri ex priori matrimonio, sicque d. Cornelia pro d. rata dotis illis priuabitur, & nihilominus remanebit adhuc obligata pro extinctione d. cambij. Vnde cum d. redemptio facta ex pecunijs dotalibus d. Corneliæ admodùm damnosa detegatur,
6 dictum decretum † tamquam interpositum ex falsa causa, nullius roboris esse visum fuit *Pic. ad stat.Vrb.gloss.21.num.35. Rota decis.129.num.2. par.1.diuers. Greg.XV.decis.496.nu.15.& ibi Add. num.12. cum alijs in d.decis. relatis.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA ATTENTATORUM.

Mercurij 14. Martij 1640.

ARGUMENTUM.

Possessio capta vigore executorialium illis non non intimatis, aut in Rota non reproductis ex quibus non dicatur attentata.

SUMMARIUM.

1 *Possessio capta vigore executorialium est attentata si ista non fuerint intimata, & in Rota reproducta, seruatis terminis seruari solitis.*

2 *Hoc limitatur quando non adest legitimus contradictor.*

3 *Possessionis apprehensioni per alterum facta quis censetur acconsentire si renunciet appellationi iam interiectæ aduersus sententiam fauorabilem illi qui possessionem capit.*

4 *Attentatis eorumque reuocationi quis per transactionem censetur renunciasse.*

5 *Exceptio tua non interest, quando validè opponatur.*

6 *Attentatorum reuocatio cessat cessante interesse illius qui attentata reuocare intendit.*

7 *Attentatis quis censetur renunciasse si permittat negocium principale discuti nulla illorum facta oppositione.*

DECISIO DLXIX.

SUB die 20. Iunij anni præteriti Rota censuit constare de attentatis Io: Mariæ Attardo quoad possessionem bonorum, de quibus agitur, spectantium ad hæreditatem q. Federici eius patrui magni vti captam vigore litterarum Exequutorialium illis in Rota non reproductis, nec seruatis quatuor terminis de stylo seruari solitis, ac successiuè pro dd. attentatorũ purgatione concessit mandatum de manutendo Andreæ Vassallo, & litis consortibus, qui opposuerunt de dd. attentatis. Verùm hodie iterùm proposita causa super iisdem fuit recessum à decisis, & resolutum mandatum de manutenendo in possessione dictorum bonorum dandum esse eidem Ioanni Mariæ.

Ratio

Ratio resolutionis fuit, quia licet capiens
1 possessionem † vigore litterarum executoria-
lium illis non intimatis, aut in Rota non re-
productis nec seruatis 4. terminis seruari soli-
tis dicatur attentare, iuxta Rotę obseruantiam
de qua *Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & pro-
priet. Mohed. decis. 3. vt lit. pend. cum alijs allegat. in
decis.* Nihilominus hoc non procedit quando
non adest legitimus contradictor, vel si adest
2 non contradixit. Quia tunc talis † possessio
non laborat vitio attentatorum, etiamsi exe-
cutoriales in Rota non reproducantur, nec
termini seruentur, *Cresc. decis. 2. vt lit. pend. Rota
diuers. decis. 51. num. 2. lib. 2. par. 3. & in Burgen. Iu-
risdictionis 12. Ianuarij 1582. coram Rubeo, & co-
ram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 492. sub nu. 5.
cum seqq. & coram Durano decis. 408. sub num. 2.*
In proposito autem visum fuit nos versari in
terminis istius limitationis, quandoquidem
ex quinque prætensis hæredibus alias institu-
tis in primo, & tertio Testamento d. Federici
nullus erat legitimus contradictor, neque ha-
bebat interesse.

Nam primus qui fuit Simeon Attardus d.
Io: Mariæ pater post latam primam senten-
tiam à Vicario Meleuitano super validitate
d. secundi Testamenti conditi ad fauorem d.
Io: Mariæ (cæteris alijs reuocatis) illicò re-
nunciauit appellationi à se à dicta sententia
interpositæ, animo vlterius causam non pro-
3 sequeñ, ob quam renuntiationem † censetur
pro sua rata consensum apprehensioni d. pos-
sessionis præstitisse, *Lancellot. de attent. 2. parte
cap. 12. de attent. appell. pend. ampl. 2. num. 11. vers.
quarto limita, & in eadem 2. parte cap. 12. limitat. 42
numer. 6. & 12. & in 3. parte cap. 29. num. 49. &
seqq.*

Tres alij post intimationem dd. executoria-
lium, ac possessionem illarum vigore captam
transegerunt per publica Instrumenta, cum
d. Io. Maria super hæreditate d. q. Federici,
eique possessionem dimiserunt, ob quam trã-
4 sactionem † censentur dd. attentatis, eorum-
que reuocationi renunciasse, *Lancell. de attentat.
2. par. cap. 4. de attent. lit. pend. limit. 15. num. 3. &
10. Seraph. decis. 1003. in fin. & decis. 1013. pariter
in fine.*

Andreas verò Vassallus ex persona Cathe-
rinæ matris alterius prætensæ hæredis dicti q.
Federici, cum fuisset citatus, in prima instan-
tia coram Vicario Meleuitano vti filius, & hę-
res d. Catherinæ, dixit se esse hæredem dictæ
Catherinæ cũ beneficio leg. & Inuent. & ces-
sisse omnia bona Legatarijs, & creditoribus
eiusdem Catharinæ, proindeque contra ipsos
qui bona d. Catherinæ, & consequenter dicti
Federici habuerunt, esse dirigendas actiones,
declarauitque se nullum ius habere in huius-
modi causa, vt in protestatione data in Sum-
mario d. Io: Mariæ *num. 1.*

Similemque declarationem repetijt in ap-
pellatione, quam interposuit à dicta sententia
lata in prima instantia per Vicarium Meleui-
tanum, in qua dixit nescire se bona d. Federici
possidere, aut possedisse, nec aliquid acqui-
siuisse ex dispositionibus testamentarijs eius-
dem Federici, ac proinde perperam contra se
fuisse motum iudicium; vnde respectu d. An-
dreæ declarantis se non possidere, neque ha-
bere interesse in causa, d. possessio Io: Mariæ,
vel non dicitur attentata, vel eidem Andreæ
5 hodie agenti pro illius reuocatione obstar† ex-
ceptio tua non interesset si alter in possessio-
nem missus fuit, *Surd. decis. 237. num. 1.* Et in
specie quod cessante interesse alicuius cesset
6 illius respectu attentatorum † reuocatio, dixit
*Rota decis. 500. numer. 5. vers. vltra quod par. 1. &
decis. 768. num. 13. par. 3. recent. & coram Canal.
decis. 489. num. 6.*

Prædictaque faciliùs procedere visa fuerunt.
Quia d. Andreas, & litis consort. post adeptã
d. possessionẽ passi fuerunt in gradu restitutio-
nis in integrum discuti negocium principale
nulla facta oppositione horum attentatorum,
7 quibus proinde videntur saltem tacitè renun-
ciasse *Paris. cons. 41. nu. 37. lib. 1. Lancell. de attent.
par. 2. cap. 12. limit. 42. num. 3. & seqq. Rota recent.
decis. 102. num. 1. par. 6.*

Ex quibus dixerunt DD, mandatum de
manutenendo in possessione dictorum bono-
rum dandam esse dicto Io: Mariæ. Quia re-
motis attentatis illius possessio remanet vali-
da, & legitima, & consequenter manuteni-
bilis non obstantę possessione d. Andreæ, &
litis consortium nuper capta vigore mandati
8 de manutenendo, quæ vti posterior, † & mi-
nùs legitimè obtenta non impedit quominùs
d. Io: Maria sit in sua anteriori possessione
manutenendus, *Buratt. decis. 263. num. 3. Gre-
gor. XV. decis. 70. & ibi Adden. numer. 5. & decis.
549. num. 4.*

Et ita vtraque &c.

SENOGALLIEN. PECVNIARIA, SEV NVLLITATIS CAPTVRAE.

Veneris 18. Martij 1640.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Solutio distributa in plura tempora operatur, vt quis non possit arctari ad soluẽ totam summam vnica solutione.*

2 *Carceratio facta pro plus debito non sustinetur.*

3 *Obligatio vti stricti iuris non debet trahi vltra limites promissionis, & num. 4.*

5 *Obligatio non valet extendi vltra promissa.*

DECISIO DLXX.

BERNARDINO Floriano carcerato tan-
tum informante fuit resolutum carcera-
tionem de illius persona sequutam vigore
mandati à Prætore Senogallieñ relaxati esse
iniustam, quia illa fuit facta cum supposito,
quod per Instrumẽtum publicum dictus Ber-
nardinus vti fideiussor Io: Baptistæ Morgari-
tis, & vti principalis principaliter, & insoli-
dum se obligasset simpliciter, & absolutè in
forma Cameræ ad solutionem scut. 607. & ta-
men

men ex lectura eiusdem Instrumenti patet ipsum Bernardinum se obligasse solummodo ad solutionem dictæ summæ infra sexennium interpolatis solutionibus, quare cum solutio
1 esset † distributa in plura tempora non potuit Bernardinus arctari ad soluẽdum totam summam vnica solutione *l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig. §. qui hoc anno Inst. de inutil. stipul. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 15. num. 17. Bart. in l. de pupillo §. si in pluribus num. 2. ff. de oper. nou. nunc. Mohed. decis. 4. post princ. vers. in casu tamen, de quo agitur*
2 *de præscript.* Et propterea dicta † carceratio vti facta pro plus debito non sustinetur *Castr. in l. si non sortem, §. si centum num. 2. de condit. indeb. Buratt. decis. 908. num. 7. Rota decis. 151. n. 2. par. 2. diuers.*

Non obstat, quod d. Bernardinus se obligauerit insolidum vti principalis, quia illius obligatio intelligi debet iuxta conuentionem antea sequutam de solueñ infra sexennium, & sic limitatè ad solueñ quolibet anno ratam dictæ summæ propterea cum de tempore relaxationis mandati nondum aduenisset tempus solutionis totius summæ, eum non esset transactum sexennium conuentum, non poterat dictus Bernardinus molestari pro tota summa ex supra allegatis nam obligatio fi-
3 deiussoria † cum sit stricti iuris, *glos. in l. quero, in verb. applicentur, ff. locat. Mant. de tac. lib. 16. tit. 14. num. 2. Rota decis. 55. num. 6. par. 1. recentior.*
4 Non debet † trahi vltra limites promissionis, *l. si fideiussor, C. de fideiuss. Natt. cons. 202. num. 5. Beninten. decis. 16. num. 4. & 5. Senat. Dolan. decis. 16. num. 15.*

Non obstat, quod creditor sibi reseruauerit facultatem redeundi ad primæuam obligationem pro tota summa, casu quo d. Morgantes debitor deficeret à solutione alicuius paghæ, & ideo cum d. Morgantes elapso primo anno defecerit à solutione primæ paghę tunc maturatæ potuerit agere pro tota summa.

Quia cum dictus Florianus qui fideiussit pro d. Morgante restrixerit suam obligationem ad annuas pagas faciendas infra sexennium, ibi, *Per il qual messer Battista &c. Bernardino Forani &c. li fà la sicurtà, e s'obliga alli pagamenti sopradetti, e nc i termini, e dilationi come so-*
5 *pra &c.* dicta † obligatio non valet extendi vltra promissa, *l. si vltra, C. de fideiuss. Bald. consil. 495. num. 1. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 14. num. 8. Rota penes Zacch. de obligat. Cam. decis. 71. num. 1.*

Et ita conclusum &c.

MELEVITANA PENSIONIS.

Lunæ 26. Martij 1639.

ARGVMENTVM

Pensio non potest reseruari per Priores Religionis Hierosolymitanę qui sunt debitores communis ærarii, prout nec reseruari potest ad fauorem Equitis absentis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutioni in integrum non est locus sine læsione.*
2 *Iustitia sententia liquet ex decisionibus in causa editis*
3 *Statut. 25. de comm. ærar. Religionis Hierosolymitanæ dicit incapaces debitores communis ærarij reseruandi pensiones.*
4 *Statut. 20. & 21. de verb. signif. tit. 19. Religionis Hierosolymitanæ priuat debitores communis ærarij commendis, & administrationibus absque spe alias consequendi.*
5 *Statut. 20. & 21. de verb. signif. Religionis Hierosolymitanæ comprehendit debitum occasione responsionis seù annatæ.*
6 *Negatiua debiti Equitum respectu communis ærarij quomodo sit probanda.*
7 *Statut. 20. & 21. Religionis Hierosolymitanæ de verb. signific. ad effectum incapacitatis requirit, quod quis sit debitor quamuis vti talis non sit descriptus in libris.*
8 *Statut. 20. & 21. de verb. signific. Religionis Hierosolymitanæ ad effectum incapacitatis expressè comprehendit debita ex causa spoliorum.*
9 *Ordinatio 37. de commun. ærar. Religionis Hierosolymitanæ reddit incapaces Equites debitores descriptos in libris conseruatoriæ.*
10 *Statut. 20. & 21. de verb. signific. Religionis Hierosolymitanæ non comprehendunt debitum ex aliqua causa particulari inter eosdem Equites contractum.*
11 *Decisiones in causa Meleuitana coram Motmanno declarantur.*
12 *Pensio non potest reseruari ad fauorem Equitis absentis.*
13 *Decisio in Meleuitana Pensionis 10. Martij 1636. coram Ghislerio fuit reuocata 2. Maij eiusdem anni coram eodem.*

DECISIO DLXXI.

FVIT lata sententia Rotalis ad fauorem D. Equit. Honuphrij de Hospital Moderni Prioris Cataloniæ contra D. Eq. Amaldum Dameiuni, qua fuit pronunciatum annuam pensionem lib. 80. alias reseruatam, sub die 7. Septembris 1631. super fructibus d. Prioratus à q. Georgio Puidersilæ tunc Priore ad fauorem D. Eq. Amaldi esse inualidam, quæ sententia cũ transiisset in iudicatum ob nõ interiectã appellationem idem Eq. Amaldus petiit restitutionem in integrum, & obtinuit mihi committi, quapropter proposito hodie dubio. An constaret de causis restitutionis in integrum DD. negatiuè responderunt, cum d. sententia sit valida, & iusta, & consequen-
1 ter cesset læsio sine † qua prætensæ restitutioni locus esse non potest, *l. sed ff. de rest. in integr. Rota decis. 1. de restit. in integr. in antiq. & dec. 427. in fin. par. 3. diuers. & coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 263. num. 5. & decis. 170. n. 2. & dec. 178. num. 2. p. 6. rec.*
2 Validitas non controuertitur, & † iustitia liquet ex duabus decisionibus factis in ista causa coram R. P. D. meo Ghislerio sub diebus 18. Februarij, & 21. Maij anni 1636. in quibus firmatum fuit d. ass. pensionem sustineri

neri non posse ex incapacitate tàm d. Prioris reseruantis, quàm dicti Eq. Amaldi Reseruatarij.

Incapacitas namque Prioris reseruantis visa fuit non posse controuerti, quia cum ipse de tempore d. reseruatæ pensionis esset debitor communis ærarij non poterat pensionem, de qua agitur, super dicto Prioratu ad fauorē
3 alterius reseruare, vt expressè cauetur † in statut. 25. de commun. ærar. pluries à Rota canonizato, & signanter in *Aquinaten. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Pirouano in Meleuitana Prioratus Nauarræ 18. Februarij & 14. Iunij 1628. coram bon.me.Card.Virili in Meleuitana Commendæ de Mazzara 23. Iunij 1634. coram R.P.D. meo Merlino, & aliàs sæpè*, idemque di-
4 spositum videtur in statut. † 20.& 21. *de verb. signif.tit.*19. in quibus debitores cōmunis ærarij ob iura inibi expressa priuantur Commendis, & administrationibus absque spe aliàs cōsequen. vt fuit ponderatum in secunda decisione facta sub die 21. *Maij eiusdem anni* 1636. *in §. incapacitas Puidorfile coram D. meo Ghislerio.*

Quod autem d. Prior tunc temporis esset debitor communis ærarij apertè conuincitur tam ex fide Secretarij eiusdem ærarij, quàm etiam ex litteris Receptoris d. Prioratus, & Procuratoris eiusdem communis ærarij.

Ex quibus apparet d. Priorem Puidorfilam tunc debitorem communis ærarij.

Primo in scut. 1024. occasione responsionis, seu annatæ incipietis à mense Maij 1630. & maturatæ in mense Aprilis 1631. quod de-
5 bitum † connumeratur inter illa, quæ inhabilitatem, & incapacitatem inducūt, vt apertè liquet ex dispositione dd. statutorum 20.& 21. *de verb. signific.* & firmatur in eadem præcitata decis. sub die 18. Februarij 1635. *in §. pariter considerabant Domini.*

Nec releuare visum fuit, quod d. Prior Puidorfila de tempore reseruationis huius assignationis non esset descriptus debitor communis ærarij ex causa d. responsionis, seu annatæ, & ideo ob huiusmodi debitum quamuis postea relatum inter alia debita eiusdem Prioris non censeatur incapax iuxta Conuentus obseruantiam, de qua attestatur Magnus Magister in quadam fide data in Summar. Eq. Amaldi numer. 1. Quia vltra quod talis negatiua, nempè quod d. Prior de tempore reseruatæ pensionis non esset descriptus debitor in libris communis ærarij non iustificatur nisi ex attestatione Secretarij eiusdem ærarij desumpta solum ex eius cedulis ibi, *visis cedulis Secretarij &c.* quæ cū non coarctet negatiuam, quod idem Prior tunc temporis non esset etiam descriptus debitor in alijs libris receptorū eiusdem Prioratus, vel aliorum Officialium Religionis non concludit, sed opus esset, quod talis negatiua probaretur ex perquisitione omnium librorum, & locorum, in quibus debi-
6 tores † communis ærarij adnotari solent, vt in specie fuit dictum in *Aquinaten. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Meleuitana Prioratus Nauarræ coram bon.me.Card. Virili, quæ est decis.* 149. *num.*4. *par.* 5. *rec.* Responsum fuit d. attestationem Magni Magistri nō
7 esse attendendam vti contrariam † statut. 21. & 22. de communi ærario, & ordinationibus Capitularibus 23. eod. tit. & 16. de Capitulo, quibus attentis sufficit ad effectum incapacitatis, quod quis sit reuera debitor communis ærarii, quamuis vti talis in libris descriptus non reperiatur, vt in specie d. attestationis fuit dictum in *Meleuitana Comendæ de Mazara 15. Iunij 1635. & in eadem sub die 23. Iunij 1636. coram bo.me.Motmanno.*

Nec pariter obstat, quod Bulla eiusdem pensionis contineat datam sub die 19. Ianuarij, & sic illius reseruatio præcesserit debitum d. annatæ maturatum sub die vltima Aprilis 1631. Quoniam aduertebant DD. datam d. Bullæ sub die 19. Ianuarij 1631. fuisse ab Incarnatione, non autem à Natiuitate ibi. Dat. Melitę in Conuentu nostro 19. Mensis Ianuarij 1631. ab Incarnatione, qui annus cum inceperit à die 23. Martij non autem à die 25. Decembris, vel prima Ianuarij, sequitur d. debitum scut. 1024. maturatum sub die vltima Aprilis 1631. præcessisse tàm reseruationem pensionis factam sub die 3. Septembris quàm expeditionem Bullarum eiusdem pensionis emanatam sub die 19. Ianuarij subsequentis.

Præterea ex fide eiusdem Secretarij apparet eumdem Priorem Puidorfilum fuisse tunc temporis debitorem communis ærarij in alijs scut. 250. prouenien. ex spolijs trium Equitū, nimirum Petri Cererij, Sebastiani Fornes, & Petri Ramon Creditorum in d. quantitate dum ipsi viuerent eiusdem Prioris quorum primus obijt sub die prima Augusti 1630. Alter sub die 17. Aprilis 1631. Tertius denique sub die 20. Februarij eiusdem anni 1631. & sic cum omnes decesserint ante reseruatam pensionem sub 3. Septembris eiusdem anni, sequitur debitum proueniens ex eisdem spolijs de tempore dictę reseruationis existere, & cōsequenter ex illo quoque incapacitatem eiusdem Prioris reseruantis inductam fuisse iuxta
8 d. statuta † 20. & 21. de *verb. signific.* in quibus debita ex causa spoliorum ad effectum huiusmodi incapacitatis expressè connumerantur, vt firmauit, *Rota in eadem decisione sub die* 18. *Februarij* 1638. *coram R.P.D. meo Ghislerio in §. vlterius ex datis in Summar.*

Præsertim cum idem Procurator pro dd. spolijs fuerit descriptus debitor in libris Conseruatoriæ, vt apparet ex partita data in Summar. Moderno Prioris num. 12. quæ debiti descriptio inducit etiam incapacitatem ex or-
9 dinatione † 37. de communi ærario, qua expressè cauetur, vt debitores eiusdem ærarij descripti in libris Conseruatoriæ habeantur pro debitoribus, perindè ac si illorum debitum in eisdem statut. 20. & 21. *de verb. signif.* expressū fuisset, prout etiam ponderatum fuit in præcitata *decis. D. mei Ghislerij in vers. quod pariter debitum.*

Non obstat, quod istud debitum scut. 520. licet peruenerit ad Religionem occasione spolio-

spoliorum dd. Equitum Creditorum Prioris reseruantis istam pensionem non possit considerari vti debitū contractū principaliter ex causa spolij, aut propter spoliū ex quo cū ipse Prior esset debitor dd. Equitum & fuisset effectus debitor Religionis non ideo euasit incapax ad effectum d. reseruationis vigore dd.
10 statutorum, cum illa † non comprehendant debitum ex aliqua causa particulari inter eosdem Equites contractum, vt fuit dictum in *d. Meleuitana Comenda de Mazara 8. Martij 1635. in §. sed quatenus etiam coram me, & in eadem sub die 11. Aprilis 1636. coram bon. mem. Motmanno.* Quia pro responsione sat esse dicebant DD. d. Priorem debitum, de quo agitur non impugnasse, sed illud agnouisse, & vti verum, ac liquidum intra mensem à die reseruatæ pensionis persoluisse, & sic tunc temporis debitorem fuisse, & ideò non applicari dd. decisio-
11 nes † in causa *Meleuitana de Mazara coram me, & bo. me. Motmanno*, in quibus debita Eq. Renati Cassiæ non erant iustificata, minusque abeo confessa, sed acriter impugnata, quæ proindè videbantur excusare prætensam incapacitatem eiusdem Equitis ex eiusdem prætensis debitis elicitam.

Non obstat, quod eadem die 15. Octobris 1631. qua debitum hoc scut. 520. fuit adnotatum in libris Thesauri, eadem quoque die per contrapositam solutionem eiusdem summę appareat solutum, & proindè non inducat incapacitatem; quæ infringat reseruationem d. pensionis factam sub die 3. Septembris antecedentis.

Quia licet in libris Thesauri debitum istud scut. 520. sub eadem die 15. Octobris 1631. quo fuit descriptum, legatur, etiam solutum non ideò tollitur quin illud fuerit contractū longè priùs per obitum dd. Equitum antea defunctorum, quibus ærarium, successit & in alijs libris d. religionis adnotatū & præsertim in libris Conseruatoriæ, à quibus d. partita sequuta illius solutione extracta fuit, & in libris Thesauri transportata, vt elicitur ex illius tenore *appare nel contro libro della Conseruatoria à carte 292. che il Priore di Catalogna Pordorfila hà pagato per mano del Commendatore fra Pier Maria Zuramini al Conseruatore Conuentuale li 15. Ottobre 1651. scut. 520. douuti alli spogli de sottoscritti fratelli*, quę satis indicant debitū scu. 520. fuisse per obitum dd. Equitum iam antea prædefunctorum cum communi ærario contractum.

Incapacitas vero Eq. Amaldi Reseruatarij visa fuit clarior, quià cum ipse de tempore reseruationis eiusdem pensionis esset absens à Conuentu non potuit d. pensio ad illius fa-
12 uorem † reseruari iuxta ordinationem Capitularem primam de Commendis editam in Comitijs generalibus de anno 1602. & à Sede Apostolica confirmata, ac renouatam in sequen. Comitiis generalibus de anno 1603. & à Sede Apostolica confirmatam, ac renouatam in sequen. Comitijs habitis in Conuentu sub die 14. Maij 1631. Vbi expresse cauetur fratribus absentibus à Conuentu nihil dari posse, & fuit dictum in hac eadem causa sub die 18. *Februarij 1636. in §. & respectu recipientis & in eadem sub die 21. Maij eiusdem anni in §. incapacitas vero coram R. P. D. meo Ghislerio.*

13 Non obstat, quod *Rot. in alia Meleuitana pensionis sub die 10 Martij 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio*, dixerit non obstare incapacitatem Reseruatarij propter illius absentiam à Conuentu, quia tunc fuit exaduerso suppositum d. ordinationem Capitularem primam de Commendis non fuisse à Sede Apostolica cōfirmatam, eamque proinde expirasse eo ipso quod in sequentibus Comitijs confirmata nō fuit iuxta stabilimentum tertium *de verb. signific.* quæ eum in facto non subsisterent ex eo, quod reuerà vt supra dictum est, constat d. ordinationem fuisse editam in Comitijs generalibus de anno 1603. eamque à fel. rec. Paulo V. vna cum reliquis ordinationibus habitis in Comitijs de anno 1607. ac deinde in Comitijs habitis sub die 12. Martij 1631. & sic ante reseruatam pensionem confirmatā fuisse; Ideò repropośita causa super iisdem sub die 21. Maij eiusdem anni 1636. *coram eodem R. P. D. meo Ghislerio Rota recessit à decisis*, censuit que recipienti pensionem obstare incapacitatem ob eius absentiam à Cōuentu iuxta eiusdem Ordinis dispositionem.

Et ità vtraq; &c.

MELEVITANA ANTIANITATIS.

Lunæ 26. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad effectum probandi præcedentiam ex causa Antianitatis inter Equites Religionis Hierosolymitanæ quando detur.

SVMMARIVM.

1 *In possessorio retinendæ vnicus actus sufficit.*
2 *Consuetudo seu obseruantia præcedendi de iure inducitur ex cursu temporis.*
3 *Obseruantia de iure in materia præheminentiarum attenditur & ad istam recurritur.*
4 *Stabilimentum Religionis Hierosolymitanæ 25. de recept. Fratribus mandat nulli Equitum elapso quinquennio à die receptionis posse moueri quæstionem super suo gradu.*
5 *Exceptione lapsus quinquennij Eques Hierosolymitanus se tueri potest quoad suum gradum antianitatis.*
6 *Leges editæ per viam declarationis seu extensionis aliarum comprahendunt etiam casus præteritos.*
7 *Iudicis origo solet attendi ad dignoscen. quis actor vel Reus iudicetur.*
8 *Antianitas debet currere à die soluti passagij inter Equites Hierosolymitanos.*
9 *Probatio non debet admitti aduersus aliquod statutum clarum.*
10 *Remissoria ad effectum probandi obseruantiam interpretatiuam alicuius statuti vt detur sufficit quod verba illius sint quodammodo dubia, & n. 13.*
11 *Testes licet nulliter examinati deseruiunt pro fumo ad effectum remissoriæ.*

13 Re-

12 *Remissoria non conceditur ad effectum probandi obseruantiam interpretationi statuti contrariam, & quando.*

DECISIO DLXXIII.

ITERVM hodiè pro concessione Remissoriæ ad fauorem D. Baiuliui Valdinæ responderunt DD. ex releuantia materiæ articulatæ,& signanter in ea parte, in qua articulatur d. D. Valdinam fuisse receptum ante D. Equitem Malabaylam, & à die suæ receptionis semper habuisse antelocationes, & præeminentiam supra omnes alios Equites ab inde citra receptos, & nominatim supra d. D. Malabaylam in sedendo, incedendo, votando & in quibuscunque alijs actibus iure antianitatis competen. ipsumq; in huiusmodi quasi possessione à 50. circiter annis eodem D. Malabayla non reclamante, aut contradicente continuasse, ac de his antelocationibus, & præeminentijs scripturam fieri non consueuisse, hæc namque probatio si fieret, non leuiter deseruiret in ista causa antianitatis, quæ inter DD.Valdinam; & Malabaylam vertitur
1 nedum in possessorio retinendę in quo † vnicu actū sufficere dixerunt, *Rip. in cap. cum Ecclesia num. 53. de caus. possess. & propriet. & ibid. Abb. numer. 23.* cum allegat. in alia decisione quæ reuidetur, *Rota decis. 53. num. 1. par. 5. recent.* & passim in alijs. Verum etiam in petitorio tùm inspecta dispositione Iuris communis, iuxta quam ex cursu tanti temporis dici posset inducta ad fauorem d. D. Valdinæ consuetu-
2 do, † seu obseruantia præcedendi & prædictas antelocationes Iure antianitatis obtinen. *Greg. XV. decis 7. num. 4. cum in alijs alleg. in d. decisione* cum in hac materia præeminentiarum de iu-
3 re † ad obseruantiam recurri soleat ex cumulatis in eadem decisione, *& in decis. 15. num. 14. & dec. 322. num. 10. par. 6. recent.* in quibus aliæ referuntur. Tùm etiam inspecto stabilimen-
4 to † Religionis 25. *de recept. fratr.* in quo expresse cauetur nulli Equitū elapso quinquennio à die receptionis posse moueri quæstionem super suo gradu ibi. *A nuno però passati cinque anni si moua lite sopra il suo grado*, iuncta ordinatione Capitulari 15. *eod. tit.* quæ d. stabilimentum nominatim extendit ad quæstiones, & lites super gradu antianitatis ibi. Nulli i mposterum post quinquennium à die suæ receptionis aliqua quæstio, aut lis inferatur super suo statu, receptionis, vel gradu antianitatis, vt in eadem decisione comprobatum fuit, quorum stabilimenti, & ordinationis attenta dispositione idem D. Valdina in ista quęstione antianitatis facilè se tueri posset huiusmodi exceptione lapsus non vnius solum,
5 sed fere decem quinquenniorum, † quæ à die suæ receptionis effluxerunt ad *text. in cap. exceptionis de lit. contest. in 6. vbi Innoc. Bald. in l. edicto num. 37. C. de edict. Diu. Adr. toll. Felin. in c. licet causam num. 17. de probat. Rot. in Aeginaten. Commenda 5. Martij 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat, quod prædicta ordinatio Capitularis tanquam edita de anno 1603. in Comitijs generalibus non comprehendat casum huius antianitatis cæptę de anno 1588. Quia
6 cum illa pręcesserit per viam † declarationis, & extensionis d. stabilimenti 25. *de recept. frat.* ibi. Extendentes, & declaran. vt nulli imposterum à die suæ receptionis lis aliqua, seu questio moueri possit super eius statu, receptione, vel gradu antianitatis, vitio tamen Originis à Iudęis, & Saracenis excepto, visa fuit comprehendere etiam casus præteritos, seu de præterito causam habentes, petinde ac si in eodem stabilimento emanata fuisset, *l. sed & posteriores, ff. de legib. Felin. in c. vltim. num. 4. & ibi Dec. numer. 13. de constit. Menach. consil. 792. num. 8.*

Non obstat, quod D. Valdinæ non fuerit mota aliqua lis, sed immo ipse traxerit D. Malabaylam in Iudicium super huiusmodi antianitate. Nam obiectum ex hodie deductis videbatur cessare ex facto, quandoquidem cum D. Valdina peteret in concursu antianorum dignitatem Admiralatus in illius smutitione insurrexerunt DD. Equites Meltius Narus, & d. Malabayla prætendentes eamdem dignitatem, simulq; se esse magis antianos D. Valdina, sed consilium adiudicauit Admiralatum D. Equiti Scalamonti vti magis antiano, reseruata discussione antianitatis excitata per dd. DD. Meltium Narum, & Malabaylam, qua deinde discussa cōcessit manutentionem D. Valdinę in quasi possessione suarum antelationum; cumque deinde D. Malabayla non fuisset eius appellationem in tempore prosequutus consilium completum pronunciauit causam esse desertam, & ab inde citra D. Valdina continuauit in sua possessione, d. vero Malabayla obtinuit causam in Rota committi in gradu restitutionis in integrum, ex qua facti serie colligitur D. Valdinam in causa huius antianitatis non fuisse actorem, sed potius à prædictis Meltio Naro, & Malabayla ad iudicium prouocatum fuisse, cum ergo iudi-
7 cij † soleat attendi ad dignoscendū quis actor vel Reus iudicetur, *Crauett. consil. 182. num. 2. Rot. decis. 30. num. 10. par. 5. recent.*

Preterea visus etiam fuit releuans articulus concernens obseruantiam stabilimentorum eiusdem Religionis, computandi scilicet antianitatem non simpliciter, & indistinctè à die solutionis passagij, adeout in omni casu is qui prius soluit passagium dicatur magis antianus, sed regula in omnibus à die pręsentationis probationum in Conuentu, & in pueris à die eorum receptionis, dummodo illi nō sint minores duodecim annorum. A die vero solutionis passagij in ijs, quibus fuit mota lis super antianitate ante solutionem passagij; secus autem in ijs, quibus fuisset mota lis post solutionem eiusdem passagij, quia tunc antianitas esset computanda in omnibus à die pręsentationis probationum in Conuentu, & in pueris à die eorum receptionis hæc namque obseruantiæ probatio esset profutura D. Valdinę, qui passagium quidem

ſoluit poſt D.Malabaylam, ſed ante litem ſibi motam ſuper huiuſmodi antianitate, & conſequenter etiam admiſſa poſteriori ſolutione paſſagij poſſet prætendere illius antianitatem eſſe dinumerandam non à die ſolutionis paſſagij, ſed à die prioris receptionis.

8 Non obſtat, quod Antianitas debeat currere à die ſoluti paſſagij iuxta ſtabilimentum 15. de communi ærario ibi. *Percioche vogliamo che l'Antianità ſi computi dal giorno che intieramente haurà pagata il paſſaggio*, & ideò non debeat admitti probatio contra eiuſdem ſtabilimenti claram diſpoſitionem. Nam fuit re-
9 ſponſum diſpoſitionem dicti † ſtabilimenti eſſe quidem veram in ſuo particulari caſu, quo ſcilicet fuit mota lis ante ſolutionem paſſagij, non autē in caſu, quo lis fuiſſet mota poſt ſolutionem eiuſdem paſſagij, in iſto namque caſu tantum abeſt, quod verba dicti ſtatuti ſint clara pro computatione antianitatis à die ſolutionis paſſagij, quinimo contrarium colligitur ex illis verbis. *A niuno però poſſa eſſere moſſa lite ſopra l'antianità, dopò che hauerà pagato il paſſaggio*, nec non ex aliis verbis immediatè ſequeñ aduerſatiuè poſitis ibi. *Mà non gli giouarà ſe pagarà dopò che la lite ſarà cominciata*, quę verba non obſcurè indicant in ſolo caſu quo lis ſit mota ante ſolutionem paſſagij, computationem antianitatis eſſe faciendā à die ſolutionis paſſagij, non autem extra caſum prędictum, vel ſaltem negari non poteſt quin extra caſum prædictum verba d. ſtatuti ſint dubia, quod ſufficit pro conceſſione Re-
10 miſſorię † ad probañ obſeruantiam interpretatiuam eiuſdem ſtatuti ad hoc vt in facti cōtingentia quid alias fuerit ſeruatum, dignoſcatur, *Creſcent. deciſ. 3. de conſtit. Canal. deciſ. 427. num. 2. Rot. dec. 419. num. 6. & deciſ. 448. num. 4. p. 1. recent.* & nuperrimè in altera *Meleuitana Commenda 7. huius menſis coram R. P. D. meo Royas*.

Præſertim cum extra caſum, in quo fuit mota lis ſuper antianitate ante ſolutionem paſſagij adſint duo ſtabilimenta aliter diſponeñ circa modum computandi antianitatem videlicet à die pręſentationis probationum in Conuentu, vt in *cap. 28. de recept. fratr.* ibi. *Nel qual tempo goda l'antianità*, & in pueris à die eorum acceptationis, vt in *cap. 13. eod. tit.* ibi. *Al Maſtro però concede che s'elegga otto fanciulli di quella Natione, che egli vorrà, & in qualſiuoglia grado per ſuo ſeruitio domeſtico à quali non ſi poſſa opporre coſa alcuna circa l'età, ò vero antianità*, ſi enim antianitas indiſtinctè, ac ſimpliciter à die ſolutionis paſſagij eſſet computanda, vtraq; prędicta duo ſtabilimenta circa computationem antianitatis in omnibus regulariter à die præſentationis probationum in Conuentu; & in pueris a die eorum receptationis correcta, & abrogata dicerentur.

Prædictaq; facilius procedere viſa fuerunt, cum detur non leuis fumus huiuſmodi articulatę obſeruantię reſultans non ſolū ex ſententia aliàs in partibus lata ad fauorem Eq. Petri Franciſci de Cruce, qui obtinuit computari ſuam antianitatem à die præſentationis probationum in Conuentu, non autem à die ſolutionis paſſagij. Verum etiam ex atteſtatione plurium Equitum ſeniorum eiuſdem Religionis, qui licet nulliter exami-
11 nati † deſeruiunt pro fumo ad effectum Remiſſoriæ, *Pereg. conſ. 213. lib. 1. Rot. in Conchen. Archipresbyteratus 16. Iunij 1545. coram Litta, & coram Greg. XV. deciſ. 136. num. 1.*

Nec releuat, quod Rota ſæpè dixerit antianitatem eſſe computandam à die ſolutionis paſſagij iuxta d. ſtatutum 15. de communi ærario, & ideò non debeat dari Remiſſoria
12 † ad probañ d. obſeruantiam interpretationi Rotali contrariam, vt in terminis fuit dictū in *Meleuitana antianitatis 16. Nouembris 1635. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*. Nam aduertebant DD. in caſu d. deciſionis non fuiſse diſtinctè, & explicitè articulatam iſtam obſeruantiam, prout hodiè articulatur, neque articulum cōtrouerſum computañ ſcilicet antianitatem à die ſolutionis paſsagij etiam extra caſum, quo lis fuit mota ſuper antianitate ante ſolutum paſsagium fuiſse alias à Rota deciſum; Vndè ſat eſſe dicebant DD. verba d. ſtatuti extra caſum prædictum non eſſe adeo clara vt non poſſint aliter interpretari,
13 ad hoc vt Remiſsoria † ad probañ obſeruantiam interpretatiuam concedatur, *Canal. deciſ. 368. num. 1. & fuit dictum in Valentina Præminentiarum 11. Martij 1630. & 5. Decembris 1631. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Valentina Iuris ſedendi 15. Martij 1638. coram R. P. D. meo Panzirolo*, & in terminis ſtabilimenti huius Religionis ad probañ obſeruantiam interpretatiuam in *Campanieñ Prioratus 18. Maij 1618. coram bo. me. Seleucien. & in Meleuitañ Commendæ 7. Maij, & 27. Ianij 1635. coram R. P. D. meo Pironane & paſſim in alijs*.

Et ita vtraque &c.

IANVEN. PECVNIARIA, ſeu PRAETENSORVM ATTENTATORVM.

Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Lis quando dicatur introducta ad effectum, vt dicantur attentata geſta pendente lite.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non dantur ſine lite.*

2 *Lis per commiſſionem cauſæ, & decretum citationis cum inhibitione quoad impetrantem dicitur introducta.*

3 *Litis pendentiam quoad reum non inducunt ſola cauſa commiſſio, & decretum citationis.*

4 *Commiſſionem cauſa impetrans poteſt penitere, & nolle vti reſcripto, & decreto citationis cum inhibitione.*

5 *Inhibitio ſola præſentata Iudici ad inſtantiam partis nihil operatur quoad illos cum quibus lis non fuit conteſtata.*

6 *Ex diuerſis non fit illatio.*

7 *Scientia non admittit retrotractionem, quando illa certo tempore requiritur.*

8 *At-*

3 *Attentata non causat citatio cum inhibitione non executa etiam data scientia partis.*

9 *Inhibitio iudicialis respicit futura, & non præterita, & num. 12.*

10 *Inhibitio iudicialis respicit futura; & non retrotrahitur, & n. 12.*

Inhibitio conseruat iura partium in eo statu, in quo sunt tempore quo illa emanat.

11 *Attentatorum remedium non datur ad accessoria eorum quæ non merentur attendi.*

13 *Clausulam*, purgatis in primis, & ante omnia, attentatis, *& similes Rota solet interpretari, prout de iure, & secundum earum subiectam materiam.*

14 *Clausula*, purgatis attentatis, *intelligitur prout de iure, quatenus scilicet adsint attentata.*

15 *Non entis nulla sunt qualitates.*

16 *Clausula*, purgatis attentatis refectis expensis, parito iudicato, & similes, *quamuis conceptæ per ablatiuum absolutum non semper habent vim præcisæ conditionis, sed intelliguntur concessæ præuia suppositione terminorum.*

17 *Clausula*, refectis expensis adiecta in Breui Apostolico pro absolutione, *intelligitur quatenus expensas constet reuera fuisse factas.*

18 *Clausula*, parito iudicato, *resoluitur prout de iure quatenus constet de sententia valida, & iusta quæ transiuerit in iudicatum.*

19 *Rescripta Principum recipiunt interpretationem à iure communi cum quo illa se conformare censentur.*

20 *Iudices sapientes non debent pronunciare super attentatis si illa non adsunt, sed ad vlteriora procedere & hoc ita Rota passim obseruat vbi agnoscit non extare attentata præcipuè quando constat de bono iure illius quem prætenditur attentasse, & num. 22.*

21 *Iudex debet abstinere ab vlteriori processu quando incipit suspicare de iustitia actionis.*

23 *Rota solet ab attentatorũ reuocatione abstinere quoties viget iusta causa eidem beneuisa.*

24 *Rota solet suspendere etiam res iudicatas, & apposito sequestro cognoscere de bono iure quoties ea non habent bonum odorem.*

DECISIO DLXXIV.

AD fauorem Philippi Imperialis tantum informantis Rota sub die 23. Ianuarij 1638. resoluit sequestrum alias relaxatum ab A. C. pro scutis 97. mil. ad instantiam Franchi Spinolæ, & Dauidis Imperialis vna cum actis factis Neapoli in Consilio Regio pro executione eiusdem sequestri, necnon decretum, seù mandatũ suspicionis fugæ à Vicario Ianueñ contra eumdem Philippũ ad fauorem d. Franchi relaxatum pro scutis 97. mil. fuisse attentata, ea ratione quia prædicta omnia præsupponebantur emanasse, nedum post commissam causam in Rota, sed & post Inhibitionem Rotalem. Hodie informañ etiam dd. Franco, & Dauide reproposita causa super eisdem DD. recesserunt à decisis.

Nam quoad sequestrum A. C. aduertebant DD. illud fuisse relaxatum sub die 13. Iulij 1632. quo tempore cum inter dd. *Francum*, & Dauidem ex vna, & d. Philippum ex altera lis aliqua Rotalis non penderet sequitur il-
1 lud non esse attentatum, cum sine lite † non dentur attentata, *tot. tit. vt lit. pend. Cassad. dec. 6. num. 2. super reg. Paleott. decis. 222. Rota decis. 1. num. 14. par. 2. diuers. Lancell. de attent. in 1. par. præfat. num. 57. Marches. de commiss. super atten. cap. 2. num. 1. & 46. par. 2. fol. 18.*

Non obstat, quod prædicti Francus, & Dauid vsque de anno 1629. introduxerint iudicium in Rota Ianueñ super solutione dd. scut. 97. mil. contra D. Philippum, qui deinde assumpto Clericatu institit coram Vicario Curiæ Archiepiscopalis Ianueñ pro Inhibitione contra Rotam Ianuen. causamque appellationis ab ass. negatione d. Inhibitionis obtinuit committi in Rota de anno 1630. ac successiuè vigore d. commissionis expediuit citationem cum Inhibitione. Nam licet per commissionem causæ, & decretum citationis cum Inhi-
2 bitione lis † quoad impetrantem dicatur introducta *Staphil. de signat. lit. instit. §. his igitur generaliter cognit. num. 5. Paris. cons. 81. num. 10. lib. 4. Afflict. decis. 220. sub num. 13. Cassad d. decis. 1. n. 3. Rota decis. 4. vt lit. pend. in antiq. & fuit dictum in Rossaneñ decimarum, seu attentatorum 28. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Bichio.* Nihilominus
3 quoad Reum † sola Commissio causæ, ac decretum citationis, non inducunt litis pendentiam, nisi appareat citationem cum Inhibitione fuisse contra illum executam, *Clem. fin. & ibi Doct. vt lit. pend. Dec. cons. 460. num. 28. Guidop. cons. 66. num. 9. & cons. 69. num. 10. Soce. sen. cons. 45. num. 7. vers. & hoc forte vol. 1. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 104. cap. 20. limit. 24. num. 5. & latius declarat. 1. num. 1. & seq. Canaler. decis. 499. num. 1. Rota decis. 289. num. 7. & 8. post*
4 *Post. de manut.* cum impetrans possit † interim pœnitere, ac nolle vti rescripto, & decreto citationis cum Inhibitione illius vigore relaxato, *Butr. in c. ex conquestione 10. num. 12. post vers. in causa autem certa, Abb. nu. 11. vers. & post Imol. num. 9. post med. vers. idem si sit præsentatus de restit. spoliat. Feder. de Sen. cons. 248. num. 5. vers. & nisi Aretin. cons. 33. num. 3. post med. versic. dicit autem, Achill. decis. 10. num. 1. de rescript. Rota in Salamantina pensionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo nu. 1. Marchesan. fol. 172. num. 1. Burgen. de Arrogijs 24. Nouembris 1593. coram Litta d. par. 1. Marchesan. fol. 171. num. 2. & infra decis. 137. num. 1. par. 2. rec. cum similibus congestis per Buratt. decis. 128. num. 3. & 4. & decis. 818. num. 4. vers. tum quia decis. 1. num. 2. & seqq. præcipuè num. 6. & 7. par. 2. diuers. Seraph. decis. 1046. num. 1.*

Non obstat, quod d. Inhibitio fuerit præsentata Vicario Ianueñ sub die 11. Ianuarj 1631. Quia non inde sequitur sequestrum deinde relaxatum ab A. C. fuisse attentatum, cum
5 sola Inhibitio † præsentata Iudici ad instantiã partis nihil operetur quoad illos, cum quibus lis contestata nõ fuit, vt in specie cõsuluit *Federic. de Sen. cons. 300. incipien. factum tale est n. 1. vers. dic quod Iudex, quem sequuntur Imol. in l. 4. §. condemnatum de re iudic. Abb. in l. debitores in 7. column. de iure iur. Anchar. in cons. 254. incipien. casus talis est num. 2. Ruin. cons. 61. num. 27. vers. non*

obstat 9. vol. 5. Seraph. d. decis. 1406. num. 3.

Non obstat, quod Francus, & Dauid haberent scientiam d. Commissionis, ac decreti citationis cum Inhibitione, tam ex eo quod Philippus sub die 12. Martij 1632. opposuerit coram A.C. de dicta Commissione Rotali, ac citatione cum inhibitione illius vigore relaxata, quam etiam ex eo quod pro parte dd. Franchi, & Dauidis adita fuerit Signatura Iustitiæ sub die 1. Decembris 1633. pro remissione causæ ad partes. Nam quoad oppositionem factam à Philippo coram A.C. sat est respondere, quod in actis constabat de asserta Commissione Rotali, ac citatione cum Inhibitione illius vigore relaxata. Quo verò ad recursum ad Signaturam pro parte dd. Franchi, & Dauidis cessat obiectum. Tùm quia Signatura fuit adita pro remouenda Inhibitione A.C. quam alias d. Philippus vti Clericus obtinuerat, ac Rotæ Ianueñ præsantauerat ne contra ipsum procederet, non autem pro remissione ass. causæ Rotalis ad partes; Vnde ex scientia iudicij introducti coram A.C. non benè infertur ad aliud Rotale, cum ex diuer-
6 sis † non fiat illatio *ad l. Papinianus exuli, ff. de minor.* Tùm etiam quia sequestrum iam fuerat expeditum vsque de mense Iulij 1632. & longè ante aditam Signaturam sub die 1. Decembris 1633. Vnde scientia d. Commissionis, & citationis cum Inhibitione desumpta ex aditione Signaturæ posset operari de temporæ præsenti eiusdem aditionis, non autem
7 de tempore sequestri antea sequuti, cum † scientia non admittat retrotractionem quando, vt hic, certo tempore requiritur, *Franc. in c. ratihabitionem num. 5. vers. 3. quando requiritur de reg. iur. in 6. Osasch. cons. 18. num. 61. vers. accedat quod scientia cum seqq. Cost. in tractat. de reintegr. dist. 9. num. 6.*

Sed visa fuit cessare difficultas, quia adhuc admissa tali scientia de tempore sequestri illa non releuat, ad effectum attentatorum nisi doceatur dictam citationem cum Inhibitione fuisse contra eosdem Francum, & Dauidem
8 executam cum ille † potuerit interim dissimulare se illam nescire, vt in terminis post *Paris. cons. 81. num. 13. vol. 4. dixit Rota d. decis. 1. num. 18. part. 2. diuers. Seraphin. dicta decis. 1046. num. 2.*

Non obstat altera Commissio emanata ad instantiam D. Philippi de mense Febr. 1636. præuia auocatione causæ scut. 29. mil. prius introductæ coram eodem Vicario Ianueñ, cuius vigore idem Philippus citationem cum Inhibitione relaxari obtinuit, eamque contra dd. Francum, & Dauidem exequi curauit, quia quidquid sit, an d. causa scut. 29. mil. sit eadem, vel diuersa à causa, quæ fuit primo loco introducta in Rota Ianueñ super solutione scut. 97. mil. pro quibus d. sequestrum relaxatum fuit, adhuc admissa identitate dd. causarum Inhibitio Rotalis vigore d. Commissionis auocatoriæ relaxata, & contra dd. Francum & Dauidem executa non afficeret sequestrum vsque de anno 1632. & sic longè ante executionem d. Inhibitionis relaxatam,
9 cum Inhibitio † iudicialis de sui natura respiciat futura, & non præterita, *c. si eo tempore, vbi Gemin. Franc. & alij de elect. in 6. Mandos. de Inhibit. quæst. 70. num. 2. Federic. de Sen. d. consil. 300. num. 1. Lancell. d. par. 2. cap. 20. declarat. 1. n. 2. Rota decis. 289. num. 9. post Post. de manut. Add. ad decis. 902. littera A. num. 5.* & consequenter non
10 trahatur retro, sed conseruet † iura partium in eo statu, in quo sunt tempore quo illa emanat, *Peregr. cons. 91. num. 59. vol. 1 Mandos. de Inhibit. quæst. 22. num. 4. Lancellott. in præfat. d. cap. 20. num. 12. & infra Cost. de retrotract. cap. 9. cas. 6. num. 2.*

Quo verò ad acta gesta in Regio Consilio Neapolitano pariter non laborant vitio attentatorum, quia cum illa emanauerint vti actus consecutiui, & in executionem eiusdem sequestri sicuti ipsum sequestrum non est atten-
11 tatum, sic pariter nec gesta † in illius executionem, *c. cum venissent; & ibi Abb. de restit. spol. Paris. consil. 172. num. 12. lib. 4. Mandos. de Inhibit. quæst. 22. per tot. Lancell. de attent. lit. pend. limit. 40. num. 1. & seqq. & in 3. parte cap. 130. de priuil. attentat. num. 182.*

Quod denique ad decretum, seù mandatum suspicionis fugæ relaxatum à Vicario Ianueñ pro scutis 29. mil. cum illud fuerit obtentum vsque de mense Octobris 1635. non meretur nomen attentati. Non quidem vti relaxatum post commisam causam in Rota de anno 1629. super solutione scut. 97. mil. ac post Inhibitionem Rotalem, cum ex prædictis appareat d. Inhibitionem non fuisse contra dd. Francũ & Dauidem exequutam, & sic contra eos litem introductam, neque etiã prætextu d. Commissionis Rotalis obtentæ de anno 1636. ac Inhibitionis illius vigore
12 exequutæ, cum Inhibitio non respiciat præterita ex allegatis.

Non obstat, quod Signatura Iustitiæ nuper rescripserit in causa ista cum clausula, purgatis in primis, & ante omnia attentatis. Quia
13 istam, & alias similes clausulas, Rota † solet interpretari, & exequi prout de iure secundum earum subiectam materiam, *Cresc. dec. 1. de rescript. Verall. decis. 162. par. 1. Mant. decis. 218. num. 1. Seraph. decis. 922. num. 5. & 1031. num. 5. & fuit dictum in Bonoñ Associationis 3. Iulij 1628.*
14 *coram me*, & consequenter d. clausula, † purgatis attentatis intelligitur, prout de iure, quatenus scilicet adsint attentata, quibus non extañ illorum purgationi locus esse non po-
15 test, cum non entis † nullæ sint qualitates, *l. eius qui in Prouincia, ff. si cert. pet. Buratt. decis. 293. num. 1.* & priuatio præsupponat habitum *l. manumissiones, ff. de iust. & iur. Gregor. XV. decis. 402. num. 1. Rota decis. 242. par. 2. & decis. 307. n. 4. par. 2. recent.*

16 Huiusmodi namque clausulæ, † purgatis attentatis, refectis expensis parito iudicato, & similes quamuis concipiantur per ablatiuum absolutum, non tamen semper habent vim præcisæ conditionis, adeout ea omnia sint adimplenda, sed intelliguntur concessæ præuia suppositione terminorum, quatenus scilicet attentata sint commissa, expensæ sint factæ, & constet

constet de re iudicata, iuxta doctrinam *Bald. in l. vnic. num.1. vers. solutio dicit gloss. C. quando non petent. part.* alias d. clausulæ nihil operan-
17 tur, prout de clausula † refectis expensis adiecta in Breui Apostolico pro absolutione, quod illa intelligatur quatenus constet expensas reuera factas fuisse, aliàs non possit impedire absolutionem fuit in specie resolutum in causa *Illerden. electionis Prioriss. 13. Octobris 1636. in §. Quo vero ad clausulam Breuis, & in §. seq. co-*
18 *ram R. P. D. meo Roias*, ac de clausula † parito iudicato apposita in Commissione Papæ, quod illa resoluatur, prout de iure, quatenus scilicet constet de sententia, quæ vti valida, & iusta transiuerit in iudicatum, firmat *Rom. consil. 334. num.1. & 4. & fere per tot. quem sequuntur Felin. in cap. causam qua num.6. vers. & istam regulam de rescript. Ferrett. cons.303. num.5. & fuit dictum in Fauentina Monasterij 22. Iunii 1607. coram Penia num.2. & seqq. & sub num.7. vers. praualuit enim opinio impress. post Marches. par.2. fol.145.* vbi dicitur sic alias Rotam huiusmodi clausulas interpretatam fuisse in vna *Regien. S. Thomæ 10. Decembris 1576. coram Robustero, fuit etiam dictum in Illerden. Decimarum 19. Decembris anni præteriti coram R.P.D. meo Pirouano*. Rescripta
19 quippe † Principum recipiunt interpretationem à iure communi, cum quo illa se conformare censentur, *l. rescripta C. de precib. Imper. offer. Bald. in l.1. num.16. C. de const. Princ. cap. causam quæ, & ibi Felin. num.5. de rescript.* Et in spe-
20 cie quod Iudices † sapientes non debeant pronunciare super attentatis, si illa non adsunt, sed ad vlteriora procedere, aduertit *Marches. de commiss. super attent. par.2. num.104. fol.26.*

Rursus ponderabant DD. quod huiusmodi clausulæ purgatis attentatis, refectis expensis parito iudicato, & similes, quæ vti conceptæ per ablatiuum absolutum inducunt conditionem effectum suum operantur respectu modi procedendi in causa, vbi scilicet Reus vult procedere ad vlteriora in Causa, tunc enim Actor posset illi obijcere defectum Iurisdictionis in Iudice cui causa fuit commissa sub conditione purgationis attentatorum refectionis expensarum, paritionis rei iudicatæ, & similium, quia non purificata conditione suspensa remanet illius Iudicis Iurisdictio Verum si Actor petat attentatorum purgationē; refectionem expensarum, vel executionem rei iudicatæ, ei non obstat defectus Iurisdictionis à Iudice, & consequenter licebit Reo excipere defectum subiectæ materiæ, uimirum quod attentata non sint commissa, expensæ non sint factæ, nec adsit res iudicata, quo casu si Iudex incipiat suspicari de iustitia Acto-
21 ris ex defectu subiectæ materiæ † abstinet ab vlteriori processu *Caputaq. decis. 114. par.3. Seraph. decis.425. num.3.* & ita huiusmodi clausulas interpraetari refert *Marches. par.2. §.1. n.162. fol.112.*

Vnde quidquid esset dicen. si dd. Francus, & Dauid, qui sequestrum obtinuerunt hodie agerent contra d. Philippum pro consuetudine pecuniarum sub d. sequestro positarum remouetur omnis scrupulus, quia cum ipsemet Philippus petat declarari se non esse debitorē, dictumque sequestrū, & alia superius expressa vti attentata in primis, & ante omnia reuocari, vtique licebit eisdem Franco, & Dauidi excipere d. sequestrum, & alia non esse attentata, & consequēter si Rota hodie agnoscat, prout agnouit, prætensa attentata reue-
22 ra non extare, iure ducit abstinendum † à prætensa illorum purgatione, vt in simili obseruauit in d. Causa Illerden. Decimarum cōmissa R.P.D. meo Pirouano cum clausula parito iudicato, in qua cum Capitulum ageret pro consumatione executionis rei iudicatæ Rota detecta iniustitia sententiarum abstinuit à processu ad vlteriora in executione.

In quam sententiam facilius iuerunt DD. Tùm quia gustarunt de bono iure dd. Franchi, & Dauidis ex eo quod D. Hieronymus Martellus Peritus electus inspectis litteris spacij, ex quibus creditum, de quo agitur, iustificari dicebatur, eisque maturè consideratis retulit, *Esser detti Spacci buoni legalmente fatti, e tenuti l'vno consecutiuo all' altro contenere gli ordini necessarij, e risultarne piena proua del credito di detti Signori Franco Spinolo, e Dauid Imperiale contenuto nelli medesimi spacci*. Tùm etiam quia concurrit nō leuis fumus dilapidationis pecuniarum de quibus agitur resultans nedum ex Instrumento dd. Creditorum producto hic in Curia, ac Testibus aliàs in partibus examinatis, quàm etiam ex Instrumento donationis scutorum 32. mil. circiter auri solis spectantiū ad rationem bancariam factæ ab eodem Philippo paulò ante sequestrum ad fauorem D.
23 Caroli germani fratris, Rota † namque solet à reuocatione attentatorum abstinere quoties viget iusta causa eidem bene visa *Lancell. de attent. par.3. cap.24. de Reo & except. sibi contr. atten. compet. quæst.1. num.59.* Subdens quod vbi Cau-
24 sa non habet bonum odorem Rota † consueuit suspendere etiam res iudicatas, & apposito sequestro cognoscere de bono iure prout in ista Causa alias demandatum fuerat, idemque repetit *in eadem 3. par. cap.30. de priuil. attent. num.222. & seqq.*

Et ita vtraque &c.

AVERSANA BENEFICII.

Veneris 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Quando dicatur constare de existentia iurispatronatus de pertinentia ac de valida præsentatione facta à sorore licet à Constitutione Regni exclusa ex quo frater illam ad præsentandum admisit.

SVMMARIVM.

1 *Institutio quibus concurrentibus debeatur præsentato.*
2 *Obitus beneficiati probatur ex fide parochi formiter extracta & ex consimili narratiua venientis ex eadem vacatione num.3.*

4 *Iuspatronatus probatur ex instrumento illius fundationis.*
5 *Iuspatronatus probatur ex pluribus successiuis præsentationibus effectum sortitis.*
6 *Iuspatronatus probatur leuioribus probationibus quando ordinarius non est in causa, & agitur inter præsentatos.*
7 *Iurispatronatus pertinentia ad certos patronos resultat si isti descendant ab illis, qui alias præsentarunt, & fuerunt in quasi possessione præsentandi*
8 *Præsentatio vt sustineatur sufficit sola quasi possessio præsentandi.*
9 *Præsentationis variatio permittitur Laycis cumulatiue non recedendo à priori præsentatione.*
10 *Præsentatio vt dicatur cumulatiuè facta sufficit, quod simpliciter facta fuerit.*
11 *Constitutio Regni exclusiua fœminarum ab hæreditate videtur loqui de hæreditatibus Comitum, & Baronum ac vlterius requirit, quod congruè fuerint dotatæ itaut Dos non sit minus legitima.*
12 *Praesentatio vt sustineatur sufficit, quod ille qui praesentauit alias fuerit in quasi possessione praesentandi.*
13 *Constitutiones excludentes ab haereditate sorores fauore fratrum procedunt fratribus volentibus secus illis nolentibus.*
14 *Constitutionum excludentiũ ab haereditate fœminas dispositio cessat, quando istæ fuerunt admissæ ad praesentandum.*
15 *Praesentatus à maiori parte patronorum debet institui.*
16 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
17 *Valor per non excessum probatur ex narratiua similis valoris collitigantis.*

DECISIO DLXXV.

SENTENTIAM Rotalem, qua fuit pronunciatum Hieronymum Fuccium esse instituendum ad Beneficium, de quo agitur, vti validam, & iustam dixerunt DD. esse cõfirmanã; Cum validitas non controuertatur, & Iustitia liqueat ex deductis in decisione emanata sub die 20. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Royas, ex quibus apparuit D. Hieronymum probasse omnia requisita pro obtinen. d. institutione, nempe vacationem beneficij, existentiam Iurispatronatus sui habilitatem, præsentationem factam à Patronis in tempore coram Ordinario, & pertinenentiam eiusdem Iurispatronatus ad fauorẽ illorum, qui ipsum præsentarunt. His nam-
1 que concurren. præsentato debetur † Institutio *cap. decernimus, & cap. Monasterium 169. cap. cum Bertoldus, & ibi Abb. num. 12. de re iud. Rot. decis. 680. num. 3. par. 1. & decis. 337. num. 1. par. 2. & decis. 15. num. 2. & decis. 232. num. 1. par. 5. recen.*

Vacatio siquidem d. beneficij per obitum
2 Io: Dominici Micelli probatur nedum † ex fide Parochi formiter extracta, *Rot. decis. 700. num. 4. par. 1. & decis. 605. n. 4. par. 2. rec. Greg. XV. decis. 78. num. 2. Caual. decis. 575. num. 3.* Verum etiam ex confessione Francisci Antonij de
3 Amrio Aduersarij venientis † ex eadem vacatione per obitum d. Micelli *Caual. decis. 55. n. 3. vers. demum probatur Reuerendissimus D. meus Decan. decis. 145. num. 1. & d. decis. 15. nu. 5. par. 5. recen.*

Existentia verò Iurispatronatus non controuertitur illaque probatur non solum ex Instrumento fundationis vsque de anno 1520 in quo apparuit Bernardum de Rosana beneficium, seu Cappellaniam de qua agitur, fundasse insimul ac dotasse illiusque Iuspatronatus accedenti etiam confirmatione Ordinarij sibi, suisque hæredibus & successoribus legitimis, vel naturalibus, ac etiam extraneis re-
4 seruasse, quod Instrumentum † bene probat Iurispatronatus existentiam, *Abb. in Rubr. de Iurepatr. num. 6. Lambert. de Iurepat. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 1. Rot. d. decis. 232. num. 4. par. 5. recen.* Ve-
5 rùm etiam † ex pluribus, & successiuis præsentationibus ab hinc circiter spatio centum annorũ, & vltra effectum sortitis *Rot. dec. 615. num. 2. par. 1. & d. decis. 232. num. 4. par. 5. recen. & fuit dictum in Parmen. Prioratus 23. Ianuarij 1621. coram bo. mem. D. meo Seleucien.* præsertim cum Ordinarius non sit in causa, nec alius prouisus tamquam de libero, sed agatur inter præsentatos, quorum vterque fatetur Iuspatro-
6 natus, quo † casu leuiores admitti probationes dixerunt. *Cassad. decis. 1. n. 7. de probat. Mantic. decis. 244. num. 5. Greg. XV. decis. 452. num. 3. & ibi Add. & d. decis. 15. num. 10. par. 5. rec. cum alijs relatis in d. decisione in vers. stante praesertim.*

Habilitas Hieronymi, & eiusdem præsentatio in tempore à Patronis probatur ex actis.

Pertinentia verò eiusdem Iurispatronatus respectu Io: Baptistæ Thomæ, & Isabellæ de Aloijs, à quibus d. Hieronymus præsentatus fuit non visa fuit posse controuerti. Siquidem ex Iuribus hinc inde datis in Summario constat Iuspatronatus, de quo agitur, ex d. Bernardo Fundatore transiuisse primò ad Martinum de Aloijs illius Nepotem, & hæredem, & successiuè ad alios eiusdem familiæ de Aloijs, qui semper præsentarunt, & deinde peruenisse tractu temporis ad Horatium de Aloijs nullis alijs tunc existentibus Patronis, ex quo procreati fuerunt 4. filij, nempe Io: Baptista Thomas, Aloisius, & Horatius Iunior, ex isto autem Horatio Iuniore, & Francisca de Raimo Coniugibus orti fuerunt alij 4. filij, nempe Io: Baptista, Thomas, Isabella, & Hippolita, quo tempore cum d. beneficium vacasset per obitum Iulij Cæsaris Larro dd. Io: Baptista & Thomas vti filij, & hæredes d. Horatij Iunioris, ac dd. Isabella, & Hippolita eorum germanæ sorores præsentarunt d. Io: Dominicum Micellum institutione, & possessione subsequuta, per cuius obitum de anno 1637. cum vacatio huius beneficij contigisset, ijdem Io: Baptista, & Thomas iterum præsentarunt D. Hieronymum, quem deinde præsentauit etiam d. Isabella, ex quibus sufficienter probatur existentia Iurispatronatus ad fauorẽ dd. Io: Baptistæ, Tho-
7 mæ, & Isabellæ nedum quia descendunt † ab illis, qui aliàs præsentarunt, & fuerunt in quasi possessione præsentandi, *Rot. decis. 547. num. 1. par. 1. d. decis. 55. num. 8. par. 5. rec. Greg. XV. decis. 359. num. 1. & ibi Add. num. 6. & decis. 452. num. 14.*

num. 14. & 20. Verum etiam, quia ipsimet alias præsentarunt d. Micellum, per cuius obi-
8 tum contigit illa vacatio, cum sola † quasi possessio præsen. effectum sortita sufficiat ad sustineñ præsentationem, *c.consult. de Iurepatr. Rip. in cap. cum Ecclesia un. 3. vers. 6. de caus. poss. & propr. Acchill. decis. 5. num. 1. de Iurepatr. latè Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 59. Mantic. dec. 86. num. 1. Greg. XV. d. decis. 452. num. 14. & 20. Reuerendissimus Vrgellen. decis. 37. num. 8.*

Non obstat, quod d. Io: Baptista vnus ex Patronis ante institutionem variauerit, & præsentauerit Franciscum Antonium Aduersarium Isabella verò tamquam fœmina fuerit exclusa ab hæreditate Horatij Patris ex Constitutione Regni, & sic censeatur etiam exclusa à Iurepatronatus spectañ ad ipsius hæreditatem, quia respectu Io: Baptistæ cum il-
9 lius variatio potuerit fieri solum † cumulatiuè non recedendo à priori præsentatione non præiudicauit Hieronymo primo præsentato, *Abb. in cap. quod autem nu. 2. vers. & intellige n. 2. not. Lap. alleg. 78. num. 7. Io. Andr. in reg. de re com. de reg. Iur. lib. 6. Rocc. in tract. de Iurepatron. in ver. honorificum q. 14. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 13. in princ. & num. 7. in fin.* etiam si non dixerit se præsentasse cumulatiuè cum sufficiat secundam præsentationem simpliciter fa-
10 ctam fuisse ad hoc † vt illa dicatur facta cumulatiuè *Rocc. in d. verb. honorificum q. 13. n. 38. Lambert. de Iurepatr. d. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 22. nu. 3. & dictum fuit in Causa Reatina Cappellania 24 Ianuarij 1603. coram bon: mem. Cardinal Pamphilio.* Respectu verò Isabellæ exclusæ, vt prætenditur à Constitutione Regni omisso articulo an
11 prædicta Constitutio † comprehendat, nec ne, casum de quo agitur, cum loquatur de hæreditate Comitum, & Baronum, & requirat etiam, quod fœmina sit congruè dotata ex bonis paternis itaut dos non sit minor legitima, vt in specie *d. Constitutionis fuit dictum in Beneuentana Iurispatronatus 26. Iunij 1628. coram me;* Sat esse dicebant DD. quod D. Isabella fuerit alias in quasi possessione præsen-
12 tandi, ad hoc vt illius præsentatio † sustineatur *d. cap. consult. de Iurep. Mantic. d. decis. 86. numer. 1. Greg. XV. d. decis. 412. nu. 16. & 26.* cum alijs supra allegatis. Constitutio etiam prædicta posset vendicare sibi locum in fratre volente sororem excludere ab hæreditate paterna secus
13 verò † eo nolente *Isern. in comment. in d. constit. Afflict. in eadem constit. num. 8. & 21.* Vnde cum d. Isabella non fuerit à fratribus exclusa, sed fuerit insimul admissa ad præsentandum, eiusque præsentatio habuerit effectum cessat præ-
14 dictæ † Constitutionis dispositio, vt fuit dictum in eadem Beneuentana Iurispatronatus coram me §. Insuper constitutio.

Hinc non obstat, quod d. Franciscus Antonius obtinuerit prouisionem Apostolicam cũ derogatione Iurispatronatus pro medietate, quia cum fuerit præsentatus solum à Io: Baptista vno ex tribus Compatronis non autem à medietate, non debet institui, sed præferri debet D. Hieronymus præsentatus non solum à
15 medietate, sed etiam † à maiori parte, *cap. quoniam, & ibi gloss. in verb. qui à maioribus de Iurepatr. Lambert. eodem tract. lib. 2. pár. 3. q. 4. art. 1 num. 1. Rot. decis. 202. num. 1. par. 2. recent. Reuerendissimus Vrgellen. d. decis. 87. num. 11. & decis. 199. num. 1. & 3.*

Demum non obstat, quod d. Hieronymus fundat suam intentionem in simili prouisione Apostolica cum derogatione medietatis, & sic teneatur reliqua narrata in eius gratia iustificare, nempe Clericatum, & valorem, nam illa visa fuerunt sufficienter iustificari.
16 Clericatus † enim probatur ex litteris patentibus emanatis desuper, quibus plena fides adhiberi solet *cap. 2. & ibi Abb. in primo not. de cler. peregr. Felin. in cap. post cessionem n. 13. & 15. de probat. Rot. decis. 315. num. 3. in fin. par. 1. & decis. 455. num. 7. par. 1. recent.*

Valor autem d. beneficii per non excessum ducatorum 24. auri de Camera probatur ex confessione eiusdem Francisci Antonij de
17 Amico Aduersarij, qui in sua gratia † similem valorem expressit *ad l. cum precum C. de liber. caus.* quam valoris probationem pluries admisit *Rot. & signanter coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 127. num. 5. & decis. 145. num. 1. & decis. 595. num. 2. par. 5. recen.*

Et ità vtraque &c.

SANCTI SEVERINI DOTIS, seù SALVIANI.

Veneris 4. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Remedium Saluiani nõ competit aduersus creditores anteriores, seu ab istis causã habentes.

SVMMARIVM.

1 *Requisita ad obtinendum in iudicio Saluiani.*
2 *Promittens ponere in tuto aliquam pecuniarum summam, si non adimpleat tenetur ad damna, & interesse.*
3 *Obligatio Cameralis continet hypothecam omnium bonorum præsentium, & futurorum.*
4 *Quod procedit etiamsi d. obligatio non fuerit apposita in instrumento, sed in apoca, quam partes voluerunt habere vim publici instrumenti.*
5 *Instrumentum acquisitionis probat possessionem acquirentis.*
6 *Clausula,* Constituti, *apposita in instrumento donationis probat possessionem donantis contra donatarium.*
7 *Possessio probatur ex litis sustentatione maximè concurrentibus adminiculis.*
8 *Quantitas crediti venit concludenter probanda per eum, qui agit in iudicio Saluiani.*
9 *Remedium Saluiani non competit contra creditorem potiorem.*
10 *Cessionarius Censûs dicitur dominus non minus, quã esset ipse cedens, & num. 13.*
11 *Census potest in alium transferri etiam titulo cessionis.*
12 *Etiam cum hypotheca anteriori. Cessionario namque eadem competit hypotheca, quæ competebat cedenti de tempore cessionis siue talis hypotheca proueniat*

4 *Iuspatronatus probatur ex instrumento illius fundationis.*

5 *Iuspatronatus probatur ex pluribus successiuis praesentationibus effectum sortitis.*

6 *Iuspatronatus probatur lenioribus probationibus quando ordinarius non est in causa, & agitur inter praesentatos.*

7 *Iurispatronatus pertinentia ad certos patronos resultat si isti descendant ab illis, qui alias praesentarunt, & fuerunt in quasi possessione praesentandi*

8 *Praesentatio vt sustineatur sufficit sola quasi possessio praesentandi.*

9 *Praesentationis variatio permittitur Laycis cumulatiue non recedendo à priori praesentatione.*

10 *Praesentatio vt dicatur cumulatiuè facta sufficit, quod simpliciter facta fuerit.*

11 *Constitutio Regni exclusiua faeminarum ab haereditate videtur loqui de haereditatibus Comitum, & Baronum ac vlterius requirit, quod congruè fuerint dotatae itaut Dos non sit minus legitima.*

12 *Praesentatio vt sustineatur sufficit, quod ille qui praesentauit alias fuerit in quasi possessione praesentandi.*

13 *Constitutiones excludentes ab haereditate sorores fauore fratrum procedunt fratribus volentibus secus illis nolentibus.*

14 *Constitutionum excludentiũ ab haereditate faeminas dispositio cessat, quando istae fuerunt admissae ad praesentandum.*

15 *Praesentatus à maiori parte patronorum debet institui.*

16 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

17 *Valor per non excessum probatur ex narratiua similis valoris collitigantis.*

DECISIO DLXXV.

SENTENTIAM Rotalem, qua fuit pronunciatum Hieronymum Fuccium esse instituendum ad Beneficium, de quo agitur vti validam, & iustam dixerunt DD. esse cõfirmañ; Cum validitas non controuertatur, & Iustitia liqueat ex deductis in decisione emanata sub die 20. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Royas, ex quibus apparuit D. Hieronymum probasse omnia requisita pro obtinen d. institutione, nempe vacationem beneficij, existentiam Iurispatronatus sui habilitatem, praesentationem factam à Patronis in tempore coram Ordinario, & pertinentiam eiusdem Iurispatronatus ad fauorẽ illorum, qui ipsum praesentarunt. His nam-
1 que concurren praesentato debetur † Institutio *cap. decernimus, & cap. Monasterium 169. cap. cum Bertoldus, & ibi Abb. num. 12. de re iud. Rot. decis. 680. num. 3. par. 1. & decis. 337. num. 1. par. 2. & decis. 15. num. 2. & decis. 232. num. 1. par. 5. recen.*
Vacatio siquidem d. beneficij per obitum
2 Io: Dominici Micelli probatur nedum † ex fide Parochi formiter extracta, *Rot. decis. 700. num. 4. par. 1. & decis. 605. n. 4. par. 2. rec. Greg. XV. decis. 78. num. 2. Caual. decis. 575. num. 3.* Verum etiam ex confessione Francisci Antonij de
3 Amrio Aduersarij venientis † ex eadem vacatione per obitum d. Micelli *Caual. decis. 55. n. 3. vers. demum probatur Reuerendissimus D. meus Decan. decis. 145. num. 1. & d. decis. 15. nu. 5. par. 5. recen.*

Existentia verò Iurispatronatus non controuertitur illaque probatur non solum ex Instrumento fundationis vsque de anno 1520 in quo apparuit Bernardum de Rosana beneficium, seu Cappellaniam de qua agitur, fundasse insimul ac dotasse illiusque Iuspatronatus accedenti etiam confirmatione Ordinarij sibi, suisque haeredibus & successoribus legitimis, vel naturalibus, ac etiam extraneis re-
4 seruasse, quod Instrumentum † benè probat Iurispatronatus existentiam, *Abb. in Rubr. de Iurepatr. num. 6. Lambert. de Iurepat. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 1. Rot. d. decis. 232. num. 4. par. 5. recen.* Ve-
5 rùm etiam † ex pluribus, & successiuis praesentationibus ab hinc circiter spatio centum annorũ, & vltra effectum sortitis *Rot. dec. 615. num. 2. par. 1. & d. decis. 232. num. 4. par. 5. recen. & fuit dictum in Parmeñ Prioratus 23. Ianuarij 1621. coram bo. mem. D. meo Seleuieñ,* praesertim cum Ordinarius non sit in causa, nec alius prouisus tamquam de libero, sed agatur inter praesentatos, quorum vterque fatetur Iuspatro-
6 natus, quo † casu leuiores admitti probationes dixerunt. *Cassad. decis. 1. n. 7. de probat. Mantic. decis. 244. num. 5. Greg. XV. decis. 452. num. 3. & ibi Add. & d. decis. 15. num. 10. par. 5. rec. cum alijs relatis in d. decisione in vers. stante praesertim.*

Habilitas Hieronymi, & eiusdem praesentatio in tempore à Patronis probatur ex actis.

Pertinentia verò eiusdem Iurispatronatus respectu Io: Baptistae Thomae, & Isabellae de Aloijs, à quibus d. Hieronymus praesentatus fuit non visa fuit posse controuerti. Siquidem ex Iuribus hinc inde datis in Summario constat Iuspatronatus, de quo agitur, ex d. Bernardo Fundatore transiuisse primò ad Martinum de Aloijs illius Nepotem, & haeredem, & successiuè ad alios eiusdem familiae de Aloijs, qui semper praesentarunt, & deinde peruenisse tractu temporis ad Horatium de Aloijs nullis alijs tunc existentibus Patronis, ex quo procreati fuerunt 4. filij, nempe Io: Baptista Thomas, Aloisius, & Horatius Iunior, ex isto autem Horatio Iuniore, & Francisca de Raimo Coniugibus orti fuerunt alij 4. filij, nempe Io: Baptista, Thomas, Isabella, & Hippolita, quo tempore cum d. beneficium vacasset per obitum Iulij Caesaris Larro dd. Io: Baptista & Thomas vti filij, & haeredes d. Horatij Iunioris, ac dd. Isabella, & Hippolita eorum germanae sorores praesentarunt d. Io: Dominicum Micellum institutione, & possessione subsequuta, per cuius obitum de anno 1637. cum vacatio huius beneficij contigisset, iidem Io: Baptista, & Thomas iterum praesentarunt D. Hieronymum, quem deinde praesentauit etiam d. Isabella, ex quibus sufficienter probatur existentia Iurispatronatus ad fauorẽ dd. Io: Baptistae, Tho-
7 mae, & Isabellae nedum quia descendunt † ab illis, qui aliàs praesentarunt, & fuerunt in quasi possessione praesentandi, *Rot. decis. 347. num. 1. par. 1. d. decis. 15. num. 3. par. 5. rec. Greg. XV. decis. 359. num. 1. & ibi Add. num. 6. & decis. 452. num. 14.*

num. 14. & 20. Verum etiam, quia ipsimet alias præsentarunt d. Micellum, per cuius obi-
8 tum contigit ista vacatio, cum sola † quasi possessio præsen. effectum sortita sufficiat ad sustinen. præsentationem, *c. consult. de Iurepatr. Rip. in cap. cum Ecclesia nu. 3. vers. 6. de caus. poss. & propr. Acchill. decis. 5. num. 1. de Iurepatr. late Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 59. Mantic. dec. 86. num. 1. Greg. XV. d. decis. 452. num. 14. & 20. Reuerendissimus Vrgellen. decis. 87. num. 8.*

Non obstat, quod d. Io: Baptista vnus ex Patronis ante institutionem variauerit, & præsentauerit Franciscum Antonium Aduersarium Isabella verò tamquam fœmina fuerit exclusa ab hæreditate Horatij Patris ex Constitutione Regni, & sic censeatur etiam exclusa à Iurepatronatus spectañ ad ipsius hæreditatem, quia respectu Io: Baptistæ cum il-
9 lius variatio potuerit fieri solum † cumulatiuè non recedendo à priori præsentatione non præiudicauit Hieronymo primo præsentato, *Abb. in cap. quod autem nu. 2. vers. & intellige n. 2. not. Lap. alleg. 78. num. 7. Io. Andr. in reg. de re eom. de reg. Iur. lib. 6. Rocc. in tract. de Iurepatron. in ver. honorificum q. 14. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 13. in princ. & num. 7. in fin.* etiam si non dixetit se præsentasse cumulatiuè cum sufficiat secundam præsentationem simpliciter fa-
10 ctam fuisse ad hoc † vt illa dicatur facta cumulatiuè *Rocc. in d. verb. honorificum q. 13. n. 38. Lambert. de Iurepatr. d. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 22. nu. 3. & dictum fuit in Causa Reatina Cappellaniæ 24 Ianuarij 1603. coram bon: mem. Cardinal Pamphilio.*

Respectu verò Isabellæ exclusæ, vt prætenditur à Constitutione Regni omisso articulo an
11 prædicta Constitutio † comprehendat, nec ne, casum de quo agitur, cum loquatur de hæreditate Comitum, & Baronum, & requirat etiam, quod fœmina sit congruè dotata ex bonis paternis itaut dos non sit minor legitima, vt in specie *d. Constitutionis fuit dictum in Beneuentana Iurispatronatus 26. Iunij 1628. coram me*; Sat esse dicebant DD. quod D. Isabella fuerit alias in quasi possessione præsen-
12 tandi, ad hoc vt illius præsentatio † sustineatur *d. cap. consult. de Iurep. Mantic. d. decis. 86. numer. 1. Greg. XV. d. decis. 412. nu. 16. & 26.* cum alijs supra allegatis. Constitutio etiam prædicta posset vendicare sibi locum in fratre volente sororem excludere ab hæreditate paterna secus
13 verò † eo nolente *Isern. in comment. in d. constit. Afflict. in eadem constit. num. 3. & 21.* Vnde cum d. Isabella non fuerit à fratribus exclusa, sed fuerit insimul admissa ad præsentandum, eiusque præsentatio habuerit effectum cessat præ-
14 dictæ † Constitutionis dispositio, vt fuit dictum in eadem Beneuentana Iurispatronatus coram me §. Insuper constitutio.

Hinc non obstat, quod d. Franciscus Antonius obtinuerit prouisionem Apostolicam cũ derogatione Iurispatronatus pro medietate, quia cum fuerit præsentatus solum à Io: Baptista vno ex tribus Compatronis non autem à medietate, non debet institui, sed præferri debet D. Hieronymus præsentatus non solum à
15 medietate, sed etiam † à maiori parte, *cap. quoniam, & ibi glos. in verb. qui à maioribus de Iurepatr. Lambert. eodem tract. lib. 2. pār. 3. q. 4. art. 1 num. 1. Rot. decis. 202. num. 1. par. 2. recent. Reuerendissimus Vrgellen. d. decis. 87. num. 11. & decis. 199. num. 1. & 8.*

Demum non obstat, quod d. Hieronymus fundat suam intentionem in simili prouisione Apostolica cum derogatione medietatis, & sic teneatur reliqua narrata in eius gratia iustificare, nempe Clericatum, & valorem, nam illa visa fuerunt sufficienter iustificari.
16 Clericatus † enim probatur ex litteris patentibus emanatis desuper, quibus plena fides adhiberi solet *cap. 2. & ibi Abb. in primo not. de cler. peregr. Felin. in cap. post cessionem n. 13. & 15. de probat. Rot. decis. 315. num. 3. in fin. par. 1. & decis. 455. num. 7. par. 1. recent.*

Valor autem d. beneficij per non excessum ducatorum 24. auri de Camera probatur ex confessione eiusdem Francisci Antonij de
17 Amico Aduersarij, qui in sua gratia † similem valorem expressit *ad l. cum præcum C. de liber. caus.* quam valoris probationem pluries admisit *Rot. & signanter coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 127. num. 5. & decis. 145. num. 1. & decis. 595. num. 2. par. 5. recen.*

Et ità vtraque &c.

SANCTI SEVERINI DOTIS, seù SALVIANI.

Veneris 4. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Remedium Saluiani nõ competit aduersus creditores anteriores, seu ab istis causã habentes.

SVMMARIVM.

1 *Requisita ad obtinendum in iudicio Saluiani.*
2 *Promittens ponere in tuto aliquam pecuniarum summam, si non adimpleat tenetur ad damna, & interesse.*
3 *Obligatio Cameralis continet hypothecam omnium bonorum præsentium, & futurorum.*
4 *Quod procedit etiamsi d. obligatio non fuerit apposita in instrumento, sed in apoca, quam partes voluerunt habere vim publici instrumenti.*
5 *Instrumentum acquisitionis probat possessionem acquirentis.*
6 *Clausula,* Constituti, *apposita in instrumento donationis probat possessionem donantis contra donatarium.*
7 *Possessio probatur ex litis sustentatione maximè concurrentibus adminiculis.*
8 *Quantitas crediti venit concludenter probanda per eum, qui agit in iudicio Saluiani.*
9 *Remedium Saluiani non competit contra creditorem potiorem.*
10 *Cessionarius Census dicitur dominus non minus, quã esset ipse cedens, & num. 13.*
11 *Census potest in alium transferri etiam titulo cessionis.*
12 *Etiam cum hypotheca anteriori. Cessionario namque eadem competit hypotheca, quæ competebat cedenti de tempore cessionis sine talis hypotheca proueniat*

ueniat ex generali siue ex speciali bonorum obligatione.

14 *Prior in tempore pro sorte est etiam potior pro fructibus, qui postea accesserunt.*

15 *Cessionarius creditoris habentis hypothecam anteriorem potest excludere creditores posteriores.*

16 *Cessionarijs maximè ex titulo oneroso competunt omnia iura, quæ competebant cedenti, & num.18.*

17 *Solutio sola creditoribus anterioribus suffragatur ad effectum retinendi seù exigendi aduersus creditores posteriores absque alia cessione licet secus sit ad effectum agendi, & num.19.*

20 *Expensæ funeris habent anteriorem hypothecam in bonis defuncti, & præferuntur quibuscumque creditoribus habentibus hypothecam non solum tacitam, sed etiam expressam.*

21 *Immo etiam mulieribus habentibus expressam hypothecam ex causa dotis.*

22 *Et prædicta conclusio procedit siue expensa fiant ab hærede defuncti siue ab extraneo.*

23 *Expensæ factæ pro infirmitate defuncti, qui ex illa decessit, æquiparantur expensis funeris in omnibus prærogatiuis.*

24 *Diuisio hæreditatis paternæ probat eiusdem hæreditatis aditionem inter ipsos diuidentes, & ab ipsis causam habentes.*

25 *Hæredis bona, qui adiuit hæreditatem sunt obligata pro debitis defuncti.*

26 *Maxime quando testator pro debito obligat se suosque successores, & bona quæcumque cum obligatione Camerali quæ regulariter comprahendit etiam bona hæredis.*

27 *Confessio debiti in certa quantitate habet vim rei iudicatæ.*

28 *Filij primi gradus tam masculi, quam fœmina succedunt matri in æquali portione.*

29 *Obligatio mariti pro restitutione dotis vxoris afficit etiam hæredes.*

30 *Pro salarijs famulorum maximè in testamento relictis, competit hypotheca super bonis defuncti, & sunt ante omnia deducenda.*

31 *Bona testatoris dicuntur obligata legatario pro legato sibi à testatore facto.*

32 *Aes alienum ante omnia est deducendum ex bonis testatoris.*

33 *Alternatiua in dubio alternat æqualia, vel parum distantia.*

34 *Legatum persinendi modum potest relinqui.*

35 *Verba, esto contentus tali re, in testamento apposita, inducunt legatum aut fideicommissum.*

36 *Verba mulieri directa sit contenta tali dote, operantur vt dos legata seu fideicommissa ipsi mulieri censeatur.*

37 *Bona illius, cui erat onus dotandi mulierem transeunt ad hæredes cum eodem onere, maximè quando dos fuit legata.*

38 *Actus in dubio præsumitur potius emanasse ex causa præcedenti necessaria, quàm voluntaria.*

DECISIO DLXXVI.

Vt alias dictum fuit in causa ista, Maria Seruantia obtinuit à Rota mandatum exequutiuum in summa sc. 975. pro residuo dotis Liuiæ matris prædefunctæ contra bona hæreditaria Alphonsi Seruantij. Verum quia d. mandatum exequi fecit super nonnullis bonis, quæ tempore executionis non erant in hæreditate d. Alphonsi, sed possidebantur à Bartholomeo Bono Marito Constitutæ Sororis eiusdem Alphonsi, Ideo filia, & hæres d. Bartholomei interim prædefuncti se opposuit d. executioni, ac præuijs tribus decisionibus emanatis sub diebus 23. Ianuarij, & 1. Nouembris 1638. & 19. Ianuarij 1639. quibus fuit resolutum non esse proceden adulteriora in d. executione, obtinuit manutentionem super eisdem bonis.

Quocirca Maria relicto huiusmodi Iudicio exequutiuo, mouit ex integro Iudicium Saluiani contra d. Critiam, præuio Signaturæ Rescripto, cum clausula refectis expensis; Vnde dedi dubium, An intraret Saluianum, cuius dubij iterata positione Informantes pro Maria prætendebant illam probasse extrema in hoc Iudicio Saluiani requisita, nempe creditum ipsius Mariæ agentis, hypothecam super bonis, de quibus agitur, possessionem Alphonsi de tempore d. obligationis, vel postea, ac possessionem Critiæ Reæ conuentæ, quibus concurrentibus dicebant intrare Sal-
1 uianum † *Menoch. de adipisc. remed. 3. quæst.29. num.161. & seqq. Put. decis.201. num. 2. lib.1. in correct. Rot. decis.324. num.3. vers. Iustitia sententiæ & decis.456. num.1. par.2. recent. Greg. XV. dec.491 num.6. Reuerendissimus Vrgellen. decis.401. num.1. & passim in alijs.*

Creditum siquidem ipsius Mariæ pro residuo dotis maternæ deducebatur ex Apoca matrimoniali confecta vsque de mense Decembris 1605. inter Fuluium Seruantium Patrem d. Luciæ ex vna, & Alphonsum, aliosque fratres d. Clearci, excepto Antonio Fräcisco, partibus ex altera, in qua dd. Alphonsus, & fratres promiserunt ponere in tuto dotem sc. 3000. promissam d. Liuiæ Cumque d. dos, vt dicebatur, non fuerit posita in tuto pro d. rata sc. 975. inferebatur Liuiam, & consequenter Mariam eius filiam, & hæredem
2 remansisse † Creditricem eiusdem Alphonsi pro d. rata loco damnorum, & interesse *Marescott. var. resol. lib.1. cap.90. num.3. vers. sed agendum est Gratian. discept.301. nu.1. & seqq. Greg. XV decis.88. num.3.*

Hypotheca vero desumebatur ex ventre eiusdem Apocæ, quam dd. partes voluerunt habere vim publici Instrumenti Camerali
3 obligatione vallati, quæ quidem † obligatio Cameralis continet hypothecam omnium bonorum præsentium, & futurorum *Zacch. post Gallef. de obl. Cam. q.5. num.31. Rot. post eundem Zacch. decis.140. num.1. & decis.141. num.5. Gratian. discept.391. num.48.* ac etiam stipulationem pro damnis, & interesse *Zacc. d. q.5. nu.33. Rot. post eumdem Zacc. d. decis.140. in princ.* etiam
4 quod † dicta obligatio Cameralis, non fuerit adiecta in publico Instrumento cum sufficiat illam fuisse appositam in Apoca prædicta, quã partes voluerunt habere vim publici Instrumenti *Gratian. d. discept.391. n.48. Rot. post Zacch. de oblig. Camer. decis.91. per tot & decis.204. num.6 Buratt. decis.719. num.7.*

Pos-

Possessio autem eiusdem Alphonsi quoad
bona, de quibus agitur, post d. obligationem
acquisita nempe domum positam in Ciuita-
te S. Seuerini, Prædium *detto il Giannino, seu
Cardarelle*, & aliud Prædium similiter il Gran-
nino nuncupatum, & quamdam Vineam pro-
batur non solum ex instrumentis acquisitio-
num factarum tàm proprio, quàm commu-
ni nomine, respectiuè à dd. Alphonso, & An-
tonio Francesco, qui reliquit hæredem eum-
5 dem Alphonsum, † Instrumentum enim ac-
quisitionis probat possessionem acquirentis
*Peregr. de fideic. art. 41. num. 4. Natt. cons. 235. n. 11.
Fusar. de substit. q. 618. num. 4. Rota decis. 360. n. 6.
vers. & prædicta coadiunantur part. 5. recent.*

Verum etiam ex instrumento donationis
eorumdē bonorum factæ per ipsum Alphon-
sum ad fauorem d. Constantiæ sororis cum
6 clausula Constituti, quæ † probat possessio-
nem eiusdem Alphonsi Constituentis tàm
contra ipsam Donatariam, quam contra Cri-
tiam vti habentem causam ab illa, *Pacific. de
Saluian. inspect. 1. cap. 6. num. 15. Seraph. decis. 1415.
num. 2. Greg. XV. d. decis. 491. num. 10. Reuerendis-
simus Vrgelleñ d. decis. 401. num. 6.*

7 Possessio † denique Critiæ reæ conuentæ
probatur ex litis sustentatione iunctis alijs ad-
miniculis ponderatis in prædictis decisioni-
bus fauore ipsius emanatis, *Pacific. de Salu. d.
inspect. 1. cap. 6. nu. 5. Verall. decis. 369. part. 2. Greg.
XV. d. decis. 491. num. 11. Reuerendissimus Vrgelleñ
d. decis. 401. num. 10.*

His tamen non obstantibus DD. in contra-
riam inclinarunt sententiam nimirum Mariæ
non competere Saluianum.

Nam esto, quod extrema requisita in Iu-
dicio Saluiani essent probata sufficienter in
casu isto, cuius contrarium tueri conabantur
Informantes pro Critia quoad primum extre-
mum, scilicet creditum Mariæ pro residuo
dotis maternæ saltem quoad illius quantitatē
8 quam esse concludenter probandam per eum
qui agit in iudicio Saluiani firmant *Rolan. con-
sil. 14. num. 13. lib. 1. Pacific. de Salu. d. inspect. 1. c. 3.
num. 5. Gratian. discept. 22. num. 3. Rot. decis. 688. n. 4.
& decis. 743. num. 9. par. 3. recen. cum alijs relatis
in Imoleñ Saluiani 1. Maij 1635. in §. 1. enim ex-
ceptio coram Reuerendissimo Macchianello.*

Nihilominus aduertebant Domini plures
detractiones, seu potius retentiones compe-
tere ipsi Critiæ super eisdem bonis tam ex
persona Bartolomei sui Patris, & Au-
thoris quam ex persona Constantiæ Matris
pro creditis anterioribus, seu potioribus, pro
quibus non est dubium quin Critia possit ea-
dem bona retinere, & excludere Mariam
agentem vigore Saluiani pro credito posterio-
9 ri, cum d. † remedium non competat contra
Creditorem anteriorem, aut potiorem ad re-
gulam, qui prior *de reg. iur. in 6. l. potior 11.
& l. Creditor 12. ff. qui pot. in pign. hab. Pacific. de
Salu. inspect. 3. cap. 2. num. 165. & inspect. 5. c. vnic.
num. 6. Mantic. decis. 69. num. 1. Buratt. decis. 818.
num. 1. & 2.*

Detractationes siquidem, seu potius reten-
tiones competeñ ex persona Bartolomei sunt
plures.

Prima est sc. 44. pro sorte vnius Census im
positi vsque de anno 1589. per Hortensiam
Theofilam super quadam eius possessione sub
fideiussione Augustini Patris vti principalis,
principaliter, & insolidum ad fauorem Anto-
niæ Buccauratæ, Quandoquidem d. Augu-
stinus, siue eius Creditores de anno 1617. ven-
diderunt domū controuersam dd. Alphonso
& A. Francisco qui ad computū pretij accol-
larunt in seipsos d. Censum, quem postea vna
cum fructibus decursis, & non solutis Lu-
cretia Tardola filia, & hæres d. Buccauratæ
cessit translatiuè, & non extinctiuè prius ipsi
Bartholomeo, ac deinde Critiæ illius hæredi
10 quæ propterea vigore huiusmodi cessionis
euasit Domina d. Census in sorte, sicut erat
ipsa Lucretia Cedens *Gasp. Roder. tract. de ann.
reddit. lib. 2. q. 17. num. 11. & seqq.* quem refert, &
sequitur *Cenc. de cens. par. 2. cap. 2. art. 1. numer. 3.*
11 Census, † enim potest in alium transferri
etiam titulo cessionis *Paris. cons. 75. nu. 35. lib. 4.
Redoan. in tract. de reb. Eccles. non alien. tit. de con-
stit. ann. cens. num. 6. cum alijs relatis à Cenc. de cens.
d. par. 2. cap. 2. q. 2. art. 6. num. 12.* Et quidem cum
12 priuilegio † eiusdem hipothecæ anterioris,
cum Cessionarius succedat etiam in hipothe-
ca, quæ competebat Cedenti de tempore ces-
sionis ex relatis à *Neguf. de pignor. 13. memb. 5.
part. nu 23. Reuerendissimus Vrgelleñ decis. 401. n. 4.*
siue hipotheca competat, *prout hic*, ex gene-
rali obligatione bonorum siue ex speciali *Bal.
in l. si insolutum 6. in princip. C. de act. & oblig. Ne-
guf. de pign. d. 5. part. num. 23. vers. & istud procedit.*

Altera detractio est sc. 82. b. 80. pro fructi-
bus eiusdem Census decursis tam à die accol-
lationis factæ per Alphonsum, et A. Franci-
scum vsque ad diem prædictæ cessionis (cum
isti fuerint in specie cessi vna cum sorte) quā
à die eiusdem cessionis citra vsque ad men-
sem Augusti huius anni, quia cum cessio d.
census facta fuerit translatiuè, et non extin-
ctiuè, non operatur illius extinctionem, sed
solum translationem Iuris exigendi fructus
13 illius in Cessionariam, itaut sicut † Lucre-
tia Cedens potuisset agere contra debitores
pro fructibus illius, ita pariter Bartholomeus
seu Critia Cessionaria, vt in specie dixit, *Rota
coram Reuerendissimo Vrgelleñ d. decis. 401. num. 4.
decis. 183. num. 4. post Cenc. de cens. iuxta primam
impress. & decis. 366. num. 4. post eumdem Cenc. iux-
ta modern. impress. idem Cenc. in eod. tract. 1. qu. 72.
num. 13. vers. aduertendum tamen est fol. 194.* Vn-
14 de Critia remansit etiam Creditrix anterior
pro dd. fructibus, cum prior in tempore pro
sorte sit potior etiam pro fructibus, qui po-
stea accesserunt *l. Lucius Titius 18. ff. qui pot.
in pign. hab.* Et consequenter ex huius-
15 modi Iure † sibi cesso à Creditore habente
hipothecā anteriorem potest excludere Ma-
riam Aduersariam agentem pro credito po-
steriori *Ruin. cons. 146. num. 4. vers. sed antequam
lib. 1. Borgnin. decis. 3. num. 36. vers. nisi ipse secundus
Creditori part. 1. Mantic. d. decis. 69. num. 1. vers. Con-
stat autem.*

Tertia similis detractio est sc. 142. nempe
sc. 50. pro sorte, et aliorum sc. 92. pro fructi-

bus

bus alterius Census impositi de anno 1603. per eumdem Theofilum ad fauorem Perdonatę Vxoris Lucę Antonij Tomę, quem pariter censum dd. Alphonsus, et A. Franciscus sibi accollarunt in emptione eiusdem domus, illumque deinde d. Lucas Antonius cum subsequuta ratificatione d. Perdonatę suæ Vxoris cessit pariter translatiuè, et non extinctiuè eidem Bartholomeo, qui proinde non solum euasit Dominus d. Census in sorte cum eadē hipotheca anteriori, sed remansit etiam Creditor anterior pro fructibus eiusdem Census decursis, et non solutis, ascendeñ à die d. accollationis vsq; ad mensem Augusti huius anni ad prædictam summam sc. 92 sicuti fuisset idem Lucas Antonius Cedens ex iuribus
16 supra allegatis. Cessionarius † namque ex titulo præsertim oneroso repræsentat personam Cedentis, & succedit in omnibus iuribus illi competeñ iuxta doctrinam *Bald. in l. Emptor 5. in 1. not. C. de act. vel hæred. vend. Thob. Non conf. 84. num. 1. Rimin. Iun. conf. 291. nu. 4. lib. 3. Surd. conf. 22. num. 16. & seqq. & decis. 308. num. 1 Cent. de cens. d. part. 2. cap. 2. q. 2. art. 3. num. 4. Rota post d. tract. decis. 68. num. 3.*

Quarta est sc. 75. & b. 60. pro fructibus alterius Census impositi de eodem anno 1603. à Benedicto Testa super Prædio Cardarelli ad fauorem Dianæ Acchillcæ, dictus enim Benedictus de anno 1619. vendidit d. Prædium eidem Alphonso, & A. Francisco, qui pariter ad computum pretij accollarunt in seipsos d. Censum, ac promiserunt illum extinguere, ac fructus soluere, quos deinde maturatos successiuis temporibus vsque ad prædictā summam sc. 75. b. 60. partim soluit Bartholomeus tàm Dianæ, quàm Iuniperæ illius hæredi, partim vero soluit ipsa Critia d. Iuniperæ reportata iurium cessione. Vnde Critia potest retinere ista bona pro d. quantitate soluta pro extinctione huiusmodi æris al leni anterioris non solum ex persona Bartholomei sui Authoris, qui simpliciter soluit, cum so
17 la † solutio facta Creditori anteriori suffragetur ad effectum retinendi, seu excipiendi aduersus Creditorem posteriorem absque alia cessione, licet secus sit ad effectum agendi *l. 1 & ibi glos. in verb. desiderabit ff. quib. mod. pign. vel hipoth. solu. Castren. conf. 15. num. 3. vers. breuiter licet quoad actionem par. 3. Surd. conf. 183. n. 18. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 29. num. 4. vers. sed diuersa sententia Gratian. disceptat. 734. num. 18. Rota coram Mantic. d. decis. 69. num. 5. vers. diuersum est autem* Verum etiam ex persona propria vigore cessionis, quam ipsa in actis solutionis reportauit à Iunipera Creditrice anteriori, cum ob
18 d. † cessionē successerit in locum illius quoad omnem effectum *l. si potiores C. de his qui in prior credit. loc. succed. Mantic. de tacit. d. lib. 11. tit. 29. n. 5 & seqq. Reuerendissimus Decan. decis. 359. num. 1. & seqq. & fuit dictum in d. Imoleñ Saluiani 11. Maij 1635. §. 1. enim obijciebatur coram Reuerendissimo Macchianello.*

Quinta est scutorū 72. quæ Bartholomeus partim soluit, partim vero promisit soluere Ecclesiæ B. M. Luminum Donatariæ q. Laurentij Lauri, qui de anno 1596. donauit etiam sub obligatione Camerali cuidam Cappellæ d. Ecclesiæ Florenos 400. soluendos infra certa tempora decurrenda post illius obitum, ac successiuè dd. Alphonsus, & Antonius Franciscus hæredes eiusdem Laurentij promiserūt pariter sub obligatione Camerali soluere omnia debita & relicta pia illius; Vnde Critiæ competit quoque retentio pro ista concurrenti quantitate debita pro extinctione huius æris alieni anterioris tam ex persona Bartholomei, qui simpliciter soluit, ac respectiuè promisit, absque alia cessione, quam ex persona propria vigore cessionis, quam ipsa reportauit ab eadem Ecclesia Donataria cum
19 vtrumque, † scilicet, tàm solutio facta Creditori anteriori absque alia cessione, quàm cessio habita ab eodem Creditore suffragetur ad effectum retinendi rem obligatā aduersus Creditorem posteriorem ex iuribus supra allegatis.

Sexta est sc. 52. quę Critia docet fuisse solum ab eodem Bartholomeo pro necessarijs expēsis funeris ipsius Alphonsi, pro quibus com-
20 petit etiam retentio, † cum expensæ funeris habeant hipothecam super bonis defuncti, & præferantur quibuscumq; Creditoribus quātumuis anterioribus habentibus hipothecam non solum tacitam, sed etiam expressam, vt in specie concludunt *Rolan. d. conf. 14. num. 20. in fin. vers. item etiam de alia parte & num. seqq. & signanter num. 34. Herman. de præferent. Cred. lib. 2. tit. 2. de priuil. impens. fun. num. 6. lib. 1. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 297. num. 10. & seqq. Facchin. contr. Iur. lib. 12. cap. 49. per tot Garz. de expens. & meliorum. cap. 8. num. 23. vsque ad 28. Gratian. discept. 94. num. 2. & seqq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 15. numer. 1. & 2. Rodriq. de priuil. credit. priuil. 1. art. 3. numer. 4. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1921. Borgnin. Caualc. decis. 32. num. 3. & seqq. Surd. decis. 112. num. 3. & seq. & decis. 255. num. 6. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 78. num 22. par. 2. Add. ad Greg. XV. decis. 421. num. 14. vers. contrarium tamen. defendit Rot. decis. 399. nu. 16. par. 5. recent.* Immo
21 etiam † Mulieribus, siue illius hæredibus habeñ hipothecam anteriorem siue tacitam, siue expressam ex causa dotis *Rolan. d. conf. 14. num. 22. vers. & etiam dotem Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 297. num. 21. vers. etiam Vxori in dote Gratian. d. discept. 94. num. 7. vbi & alios refert Ioseph. Ludou. d. decis. 78. num. 22. vers. etiam priuilegiatis, quod etiam videtur sensisse Rota d. decis. 399. num. 15. & 16. part. 1. recent.*
22 Idque † procedere siue huiusmodi expensæ fiant ab ipsomet hærede defuncti, siue, vt hic, ab alio extraneo tradit, *Surd. pluribus relatis d. decis. 255. num. 9. vers. Senatus itaque,* & hanc esse magis æquam, & veriorem dicit *Gratian. d. discept. 94. num. 1. vers. quia verior est opinio.*

Septima est sc. 11. & b. 29. quæ idem Bartholomeus soluit Aromatario pro expensis vltimæ infirmitatis Antonij Francisci Expen-
23 sæ † siquidem factæ pro infirmitate defuncti qui ex illa decessit, æquiparantur expensis funeris, gaudentque eodem priuilegio hipothecæ, ac prælationis contra quoscumque Creditores

ditores anteriores habentes hipothecam siue tacitam, siue expressam etiam ex causa dotis *Rolan. cons. 14. num. 25. vers. item etiam dd. bona Carpan. ad stat. Mediolan. d. cap. 297. num. 16. vers. sed quod creditor Merlin. de legit. d. lib. 2. tit. 1. q. 15. num. 13 Gratian d. discept. 94. num. 14. Borgnin. Cavalcan. d. decis. 52. num. 3. & 7. Surd. d. decis. 112. n. 7 & d. decis. 255. num. 25. & seqq. Ild. ad Greg. XV. d. decis. 421. num. 14. in fin. vers. & hoc idem Priuilegium.*

Rursus eidem Critiæ visæ fuerunt competere super iisdem bonis vt olim spectañ ad A. Franciscum aliæ detractiones ex persona Constantiæ Matris, quæ dum nupsit Bartholomeo dedit illi sc. 2000. pro dote super bonis de quibus agitur sibi donatis ab Alphonso, ac vlterius illi cessit omnia iura sibi competentia.

Prima siquidem erat sc. 117. nempe sc. 25. pro sorte, & sc. 92. pro fructibus decursis, & non solutis vnius Census; quem Camillus Pater, & Author dd. Alphonsi, & Antonij Francisci imposuit vsque de anno 1595. ad fauorem Hortentij Seruantij, cuius fuit hæres, ac Donataria vniuersalis ipsa Constantia, vt liquet ex iuribus datis in Summario Critiæ, quæ ideo ex persona Constantiæ Matris potest retinere ista bona saltem pro rata spectañ ad ipsum A. Franciscum tamquam obligatum pro isto credito anteriori, sicut retinere posset ipsemet Hortensius Creditor seu Constantia eius hæres, quæ idem creditum cessit ex iuribus supra allegatis.

Nec dicatur d. A. Franciscum non fuisse hæredem Camilli Patris, ideoque non fuisse obligatum pro d. Censu. Quia contrarium elicitur ex Testamento eiusdem A. Francisci qui in eo fatetur se diuisisse bona Camilli Patris prædefuncti cum aliis fratribus, quæ diui-

24 sio † bonorum paternorum probat aditionem hæreditatis paternæ inter ipsos diuidentes, & habentes causam ab illis, *Greg. XV. decis. 371. num. 8. & 9.*

25 Minus † dicatur, quod bona hæredis non sint obligata pro debito defuncti. Quia cum ex prædictis appareat d. A. Franciscum adiuisse hæreditatem paternam, neque exaduerso doceatur d. aditionem fuisse factam cum beneficio leg. & Inuent. sequitur ipsum Ant. Franciscum remansisse debitorem pro dicto Censu, sicuti erat ipsemet Camillus defunctus, vt expressè tradit *text. in l. postulante 44. ff. ad Sen. Consult. Trebell. & fuit dictum in Viterbien. Castrorum 10. Maij 1624. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Bononien. Legati 7. Februarij 1629. coram me etiam insolidum l. fin. §. sin vero, & §. si quis autem vbi Alberic. in princip. vers. sed hoc non videtur Castr. num. 3. in fin. C. de iur. delib. Rot. decis. 136. num. 1. post Pacific. de saln.*

26 *& decis. 39. nu. 11. par. 6. recent.* Præsertim† cum Camillus Pater in Instrumento impositionis d. Census obligauerit se, suosque successores, & bona quæcunque, quæ verba comprehendunt etiam bona hæredum ex relatis à *Grat. de diction. dict. 285. num. 1.* dictumque Instrumentum, contineat etiam obligationem generalem, quę regulariter comprehendit etiã bona ipsorum hæredum, *Zacch. post Gallef. de oblig. Camer. q. 4. num. 7. Rot. decis. 16. num. 10. & decis. 83. in princip. vsque ad num. 1. impress. per eumdem Zacch. post Gallef. de oblig. Camer. q. 4. num. 7. Rota decis. 16. num. 10. & decis. 83. in princ. vsque ad num. 1. ìmoress. post Gallef. de oblig. Camer. Add. ad Buratt. decis. 564. num. 5.*

Altera est sc. 100. nempe sc. 50. pro sorte, & aliorum sc. 50 pro fructibus alterius Census; in quibus idem Antonius Franciscus fatetur in eius Testamento, se esse debitorem ipsius Constantię vti hæredis d. Hortensij Ser-

27 uantii, quæ confessio † debiti in certa quantitate habet vim iudicati, *l. certum 6. in princip. & ibi glos. in eodem verb. certum ff. de confess.* Et consequẽter Critia ex persona eiusdem Constantiæ Cedentis potest retinere ista bona olim spectantia ad A. Franciscum pro satisfactione d. Crediti, & excludere Mariam Aduersariam quæ pro dote materna non habet hipothecam anteriorẽ super bonis eiusdem Antonij Francisci, cum iste nequaquam se obligauerit pro sec uritate eiusdem dotis, vt initio dictum fuit.

Tertia est sc. 75. spectañ ad Constantiam pro decima parte dotis sc. 750. Critiæ Senioris eius matris, quæ cum decesserit ab Intestato relictis post se decem filijs, videlicet, sex masculis, & quatuor fœminis, negari non potest quin ipsa Constantia vna ex dd. filijs agnoscens hæreditatem Matris successerit illi saltem pro secunda parte d. dotis, cum de iu-

28 re † filij primi gradus tàm masculi, quam fœminæ succedant æqualiter matri ab Intestato defunctæ, *l. si mater 11. C. de suis & leg. §. Intestatorum Instit. de hæred. quæ ab Intest. defer. Crass. de success. §. successio ab Intestato q. 2. num. 1.* Vnde Critia potest retinere eadem bona pro d. quantitate vti spectantia pro rata ad Ant. Franciscum, qui tamquam hæres Camilli Patris tenebatur restituere Constantiæ Sorori ratam dotis maternæ, cum obligatio Mariti

29 pro † restitutione dotis eius Vxoris afficiat etiam illius hæredes *l. vnic. ff. vt action. & ab hæred. & contr. hæred. Surd. cons. 240. num. 8. circa fin. vers. addebant quod Maritus.*

Quarta erat pro salario consueto, quod idem Antonius Franciscus in eodem testamento mandauit solui Mariæ eius famulæ, quæ cum deinde, dicto salario sibi adhuc non soluto, decesserit instituta hærede ipsa Cõstantia Critia ex illius persona potest quoque retinere ista bona pro satisfactione huiusmodi crediti, sicuti posset ipsamet Maria Legataria, aut Constantia hæres, & eius Au-

30 thrix, † cum pro salarijs famulorum præsertim Testamento relictis competat hipotheca super bonis Domini defuncti, illaque sint ante omnia deducenda, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 1. num. 7. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. num. 233. vers. quod etiam in Salario famulorum Rota in Acheruntina fructuum coram Seraphino, quæ est decis. 63. num. 2. impress. post eumdem Pacific. de Saluian.*

Quinta denique est scutor. mille pro medie-

dietate sc.2000.quę Alphonsus donauit Con-
stantiæ sorori pro dote percipienda ex bonis,
de quibus agitur, non solùm vti proprijs, sed
etiam vti hęreditarijs d. A. Francisci, qui cū
in eius Testamento reliquerit Constantiæ do-
31 tem, † bona eiusdem Antonij Francisci re-
manserunt obligata ad fauorem Constantiæ
pro legato eiusdem dotis, *l.1. C.commun.de leg. §.nostra instit.de legat. Couar.in cap.Raynutius,§.10 num.2. de testib. Surd.cons.209. num.4. Rota coram Buratto decis.236.num.14. & ibi latè Add.num.19.*
Vnde Constantia, & Critia ex illius persona
ratione huiusmodi hypothecæ sibi competen-
tis pro legato d. dotis super istis bonis tam-
quam hęreditarijs Antonij Francisci potest
excludere Mariam creditricem Alphonsi il-
32 lius hęredis cum prius † sit deducendum æs
alienum Antonij Francisci Testatoris, *l. cum emancipati 2. vers.illud autem, ff.de collat. bon. glos. in l.vlt. §. & si præfatam, in verb.accommodare, C. de iur.delib.cum alijs relat. à Canal.decis.41.num.2. & seqq. Buratt.d.decis.286.num.8. & 9. & ibidem Add. num.19.*

Quod autem Antonius Franciscus reliquerit dotem ipsi Constantiæ clarè colligitur ex verbis Testamenti eiusdem Antonij Francisci qui ad illius fauorem per hęc verba disposuit: *E più lascio à Costanza altra mia sorella da me amatissima per la seruitù fattami con molta carità, & amore, la metà della biancheria, se però non si mariterà, perche in tal caso sarà contenta della sua dote.* Ex quibus verbis non obscurè colligitur Testatorem reliquisse Constantię sorori congruā dotem, nam sicut ipse in primo casu alternatiuæ, quo Constantia non nuberet, reliquit illi iure legati dimidiam partem linteaminum, etiam in secundo casu alternatiuæ, quo scilicet eadem Constantia nuberet, prout nupsit censetur illi reliquisse congruam dotem, ad hoc vt casus alternati pariformiter determinentur iuxta naturam alternatiuę, quæ in du-
33 bio alternat æqualia, vel parùm distantia, *l.1. ff.de reb.dub.1. Rota decis.264. num.2. vers.non obstat par.2. recent.*

Attentis pręsertim illis verbis, *sarà contenta della sua dote*, quæ vti prolata per modum sinendi idem operari videntur, ac si Testator iussisset, vt Alphonsus hęres sineret Constantiam communem sororem tunc indotatam in casu nuptiarum habere suam dotem, & consequenter inducunt legatum doris, perinde ac si Testator illam expresè reliquisset, cum
34 legatum † etiam hodie possit relinqui per mo-
dum sinendi, prout in specie tradunt *Bald.consil.204.nu.1. col.2. post med. vers.& præmittendum est lib.1. Ruin.cons.25.num.7. vers. sed prædictis non obstantibus lib.2. Mant.de coniect.lib.8.tit.1.num.4. vers.porro licet antiqua solemnitas,* & in proximis
35 terminis, quod verba, † esto contentus illa-
re, inducant legatum, & fideicommissum, tradit *text. in l.peto lucì 69. ff. de leg.2. & l. fideicommissa 11. §. cum esset, vers. si quis ita scripserit in fine, ff. de legat. & fideicom. 3. Mantic.de coniectur. d.lib.8.tit.1. num.11. vers.item si quis ita scripserit,*
36 & in specie, quod propter verba directa mu-
lieri, esto contenta tali dote, censeatur ei legata eadem dos, aut fideicommissa est, *text.in leg. cum quis decedens 37. §.nuptura in fin. ff.eod. tit.de leg. & fideic. 3.*

Idque suadetur etiam ex verbis, quibus vsus fuit idem Alphonsus in assignatione dotis per eum facta ipsi Constantiæ super bonis, de quibus agitur, ibi: *De bonis suis, ac etiam de bonis hæreditarijs q. Antonii Francisci Seruantii communis fratris ad ipsum Alphonsum deuolutis vigore Testamenti titulo libera, & irreuocabilis donationis, vt ipsa Constantia nubere possit donauit &c. scuta duo millia moneta &c.* quæ verba indicant Alphonsum constituisse d. dotem non vt omnimodā liberalitatem exerceret, sed etiam vt eximeret
37 se ab obligatione ad quam † vti hæres Anto-
nij Francisci tenebatur, sicque in satisfactionem prædicti legati dotis per ipsum Antonium Franciscum eius authorem eidem Cōstantiæ relicti, *ad l.huiusmodi 84. §. si Sempronius vbi glos.in verb. repelli, ff.de legat.1. Bald.in l.Nesennius 34. num.5. vers. ex hoc inducitur, ff. de neg. gest. Stru.de Prat.cons.161.num.57. cum aliis relat. à Rota decis. 28. num.5. & decis.58. num.2. par.5.*
38 *recent.* cum regulariter actus † præsumatur in
dubio potiùs emanasse ex causa præcedenti necessaria, quàm voluntaria, *Cravett.consil.106. num.8. & cons.149. num.12. Ciriac. controu.535. num.47. & seq.*

Quæ omnes detractiones, seù retentiones insimul coacervatæ non solùm adæquant, sed imò excedunt creditum prætensum à Maria, & valorem bonorum, de quibus agitur, vltra alias detractiones deductas pro parte eiusdem Critiæ, de quibus dicebant DD. posse videri in alia disputatione, quatenus opus esset.

Et ita vtraque parte informante &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 4. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissario non retardatur exceptione detractionum quando istę sunt dubiæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario quando euenit casus sua vocationis immissio passim conceditur, vel ex remed. l.fin. vel ex vtili saluiano interdicto.*
2 *Bona fuisse testatoris probat assertio testatoris, seù descriptio facta in testamento.*
3 *Testamenti acceptatio, seu recognitio facta per auctorem nocet eius successori.*
4 *Bona quod ab alio detineantur probatur ex litis sustentatione.*
5 *Legatum acceptans censetur oneri adherenti d.legato se subiecisse.*
6 *Exceptio qua requirit altiorem indaginem non impedit immissionem in iudicio adipiscenda.*
7 *Mater administrans hæreditatem viri præsumitur de suo credito sibi satisfecisse.*
8 *Immissio non retardatur ob detractiones dubias.*
9 *Melioramentorum exceptio non retardat immissionem*

nem fideicommissario si non constiterit de melioramentis factis per haredem grauatum.

DECISIO DLXXVII.

POSTQUAM resolutum fuit in causa ista sub die 26. Nouemb. 1638. Alexandrum Callualcam fuisse vocatum in Testamento q. Ladouici de Rusticellis eius Aui materni quoad bona tàm prælegata Catherinæ matri quam eidem in vniuersali institutione relicta. Dubitaui hodie, an eidem Alexandro danda esset immissio super dd. bonis contra Carolum Emanuelem Ferabofcum secûdum virum, & hæredem testamentarium eiusdem Catherinæ. In cuius dubij positione Informantes pro dicto Ferraboſco ad impediendam immissionem exaduerso petitam duo opponebant.

Primo defectum probationis identitatis bonorum, super quibus petitur immissio.

Secundo plures detractiones ipsi Ferabosco vt dicebatur, competeñ super eisdem bonis ex persona d.Catharinæ eius vxoris, & authricis, quarum

Prima erat ratione æris alieni d. Ludouici Testatoris resultañ ex eo, quod ipse in àpoca matrimoniali confecta de anno 1604. pro dicta Catherina eius filia nupta Iacobo Caualchæ primo viro constituit ei dotem lib.24.m. ad cuius computum assignauit quoddam prędium in loco Bertaliæ valoris lib.18.m. emptum ab Achille de Canonicis, cuius, vt asseruit, adhuc remanebat debitor in lib. 4000. circiter, Proindeque d.prædium ab huiusmodi debito liberare promisit, quod tamen non liberauit, vt colligitur ex concordia inita de anno 1625. inter hæredes d. Achillis ex vna, & d. Catherinam ex altera, in qua legitur dictum Achillem remansisse creditorem d.Ludouici interim prædefucti in summa lib.2175 pro residuo pretij d. prædij, dictosque hæredes mandata executiua pro eadem summa contra Catharinam obtinuisse.

Secunda desumebatur ratione residui eiusdem dotis in summa lib.3000.in quibus idem Ludouicus in testamento fassus fuit se remansisse debitorem d. Catharinæ, vel saltem in lib.1255. ad quam summam d. debitum postea redactû fuit de tempore obitus eiusdem Ludouici, vt constat ex responsione d. Ferabofchi ad positiones exaduerso datas.

Tertio constabat ex augmento eiusdem dotis ab eodem Testatore demandato. Siquidem ipse dum prælegauit Catharinæ eadem bona voluit inter alia, quod ex fructibus dd. bonorum prælegatorum soluerentur prius dd. lib.3000. pro residuo d. dotis; Residuum verò deponi deberet penes Aedem sacram ad effectum inuestieñ in aliqua re stabili, ad hoc vt ipsa Catharina quatenus fieret vidua posset cum dote vberiori ad secunda vota pertransire.

Quarto dicebatur esse detrahenda damna, & interesse secuta occasiòne peremptionis d. prædij in loco Bertaliæ pro maiori parte ex culpa d. Iacobi, qui vti administrator eiusdem prædij non fecit aggeres, aliasque reparationes ad reprimendas fluminis Rheni inundationes.

Quinta erat fundata in melioramentis, quæ dicebantur facta à d. Catharina super bonis prælegatis, pro quibus concedi solet retentio donec illa sint integrè refecta.

Sexta denique detractio erat impensarum infirmitatis, ac funeris eiusdem Ludouici testatoris pro qubus pariter competere solet retentio.

Cæterùm DD. his non obstañ resoluerunt d. Alexandro dandam esse immissionem. Cùm enim fuerit iam firmatum ipsum esse vocatum ad bona, de quibus agitur, & casum eius vocationis iam aduenisse per obitum dictę Catharinæ eius matris, non est illi denegañ immissio, quæ passim fideicõmissario conce-
1 ditur, vel ex remedio *l.fin.* vel ex vtili saluiano interdicto, vt sæpè Rota firmauit, & signãter *in decis.131.num.1.par.1. & coram Reuerendiss. D.meo Decano decis.167.num.2. & in Verulana fideicommissi 26. Iunij & 20. Nouembris 1634. coram R. P. D. meo Merlino, & in Bononien fideicommissi de Glauarinis 23. Ianuary 1636. coram R.P.D.meo Ghisilerio, cum alijs relat. in Auximana fideicommissi 23. Ianuarii præteriti coram me, & passim in aliis.*

Non obstat prætensus defectus probationis identitatis bonorum, super quibus fuit petita immissio, quoniam illa sufficienter probatur iuribus datis in Summario alterius positionis datæ sub die 25. Nouembris 1638. Nam respectu bonorum, quæ fuerunt prælegata Catharinæ, constat Ludouicum Testatorem prælegasse d. Catherinæ in eius testamento infrascripta bona, nimirùm vnam possessionem terræ aratiuæ, arboratæ, & vitatæ, & pratiuæ cum pluribus domibus, tegete, puteo, furno, & alijs &c. tornaturarum 200. vel circa positam in Communi Argilis Comitatus Bonoñ, comprehensis vno petio tornaturarum quatuor sit. in Communi Vangariæ in loco detto il Ponte di S. Andrea, & altero petio tornaturarum 12. cum domo, & alio tornaturarum 5. ex opposito d. Ecclesiæ sit. in d.Communi Argilis, necnon altero petio aratiuæ, arboratę, & vitatæ cum domo, & tegete simul annexis, puteo, & furnis, & alijs superextantijs tornaturarum 18. vel circa in d.Communi Argilis in loco detto la Formiga, ac etiam vno petio terrę; siue domo, & arboribus præter vnum pedem piri siluestris tornaturarũ 10. vel circa detta la Gualnedra sit. in Communi Mansamatici iuxta suos fines. Hęc namque assertio Testatoris, vel descriptio bonorum
2 facta in eius Testamento probat illa fuisse in bonis d. Testatoris, *Bald.cons.89.num.3.lib.1. Natt.cons.855.num.11.in fin. Dec.cons.76.num.16. lib.3. Peregr.cons.48. num.5. lib.1.& in tractat. de fideicom.art.44. nu.20. verf.item assertio, Mascard. de probat.concl.778.num.14. & seq. Fusar.de subst. qu.618. num.30.* Presertim cum d. Catharina

 acce-

acceptauerit Testamentum, omniaque in eo
3 contenta, quę acceptatio,† seù recognitio pro-
bat etiam contra Feraboscum d. Catharinæ
successorem, *Ruin.cons.108.num.29.lib.2. Paris.
cons.75.num.56.lib.2. Menoch.cons.91.n.36.& 39.
Peregr.d.art.44.num.24. cum alijs relat.per Fusar.
d.qu.618. num.34.*

Prædictaque comprobantur non solùm ex
Testibus super huiusmodi possessione exami-
natis. Verùm etiam in Instrumento inito in-
ter Executores testamentarios d. q. Ludouici
siue d. Catherinam ex vna, ac Iacobum virũ
ex altera in quo prędicta bona cum eisdem
confinibus,& qualitatibus descripta enũcian-
tur hęreditaria d. q. Ludouici, ac eidem Ca-
therinæ pręlegata. Necnon ex Instrumento
locationis eorumdem bonorum factæ per di-
ctum Iacobum de anno 1615. in quo pariter
dd. bona tamquam fideicommissaria d. Ludo-
uici describuntur. Ac tandem ex eo quod
hæc ipsa bona fuerunt reperta in hęreditate
Catharinæ, vt constat ex responsionibus factis
ab eodem Ferabosco ad positiones datas pro
parte d. Alexandri.

Quo verò ad alia bona titulo vniuersalis
institutionis eidem Catharinæ relicta constat
in hęreditate eiusdem q. Ludouici remansisse
quamdam apothecam sitam in via Clauatu-
rarum ex Instrumento emptionis de illa factę
ab eodem Ludouico, & successiuis locationi-
bus effectum sortitis, illiusque propterea me-
dietatem obuenisse d. Catharinę, alteram ve-
rò medietatem Dorotheæ illius sorori cohę-
3 edi liquet ex confessione eiusdem Ferabo-
schi emanat. in dd. positionibus.

Constat pariter in bonis eiusdem Ludouici
extitisse quoddam palatium situm in foro
Boario, seù portionem illius ei obuentam in
diuisione alias facta cum alijs eius fratribus
de anno 1571. dictamque portionem perue-
nisse ad Catharinam illius filiam, & hęredem
patet etiam ex confessione eiusdem Ferabo-
schi emanata in dd. positionibus.

Quodque dd. bona hodie detineantur à d.
Ferabosco vti hęrede testamentario d. Catha-
rinę probatur non solùm ex prędictis, sed etiã
4 ex litis sustentatione quæ sola † ad hunc effe-
ctum sufficere solet, *Verall.decis.369.nu.1.par.2.
Rota decis.407. num.4. par.5. recent. cum alijs relat.
in Auximana fideicommissi 13. Ianuarij præteriti co-
me in §. dicta autem bona.*

Minùs obstant prętensæ detractiones, nam
quoad tres priores cõcernentes liberationem
prędii Bertaliæ assignati in dotem d. Cathari-
næ, residuum dotis d. Catharinæ, necnon il-
lius augmentum, fuit animaduersum Ludo-
uicum in eius Testamento prælegasse eidem
Catharinæ filię supradicta bona sub his condi-
tionibus. Primò vt ipsa ex fructibus dictorũ
bonorum persolueret Acchilli venditori eius-
dem prędij residuum pretij, sicque illud ab
omni debito liberaret. Secundo vt ex eisdem
fructibus solueret Iacobo viro libras 2000.
tũc debitas pro residuo dotis. Tertio vt cęteros
fructus eorumdem bonorum inuestire in ali-
qua re stabili pro augmento d. dotis. Vnde
dicebant DD. cum d. Catharina huiusmodi
legatum acceptauerit, ac possessionem bono-
5 rum pręlegatorum fuerit adepta censetur † ip-
sam se dicto oneri a Testatore iniuncto subie-
cisse, *l. si patroni 55. §. qui fideicommissum, versic.
cum enim, ff. ad trebell. l. si seruus 18. in princ. ff. de
stipul. seru. Surd. cons.143.num.9. Bellon.iun. con-
sil.57. num.31. & cons.89. num.5. Rota decis.169.
num.1. par.1. recent.* Et consequenter aut Ca-
tharina prędicta onera sibi à Testatore iniun-
cta adimpleuit, & propriæ obligationi satis-
fecisse videtur, aut non adimpleuit, & sibi im-
putare debet.

Non obstat, quod Catharina defuncto Lu-
douico patre concesserit vsque de anno 1611.
liberam administrationem dd. bonorum Ia-
cobo primo viro, qui vice versa promisit di-
ctę administrationi diligenter incumbere, di-
ctaque debita persoluere, ac verùm, & fidele
computum reddere, & ideò Alexandro filio
& hęredi eiusdem Iacobi peteñ immissionem
super bonis d. q. Ludouici videatur obstare
exceptio redditionis rationis d. administratio-
nis, quoniam huiusmodi exceptio visa fuit
6 requirere † altiorem indaginem, & propterea
non posse impedire immissionem in hoc iudi-
cio adipiscendæ, *Menoch.de adipisc.rem.4. n.426.
Rota coram Greg.XV. decis.194.num.22. decis.131.
num.9.par.2. & decis.140.num.12.par.8. recentior.*
Præsertim cum ipsa quoque Catharina defun
cto Iacobo primo viro tamquam Tutrix, &
Curatrix d. Alexandri filij omnia illius bona
7 administrauit, quę, proinde ante † redditam
rationem pręsumitur de omni suo credito ex
pecunijs habitis,& bonis administratis sibi sa-
tisfecisse, *Afflict.decis.13. num.8. Rota coram Ca-
ualer.decis.171.num.7. & decis.453. num.3.*

Quo vero ad aliam detractionem prętensam
ex eo, quod prędium dotale Catharinæ
esset pro maiori parte peremptum culpa Ia-
cobi primi viri, vltra quod talis peremptio
non probatur euenisse saltem totaliter culpa
d. Iacobi cum ex iuribus datis in Summario
d. Alexandri pateat illam etiam culpa d. Fe-
raboschi secundi viri contigisse, huiusmodi
exceptio tamquam turbida, & illiquida visa
etiam fuit respicere altiorem indaginem, ac
proptereanon posse impedire dictam immis-
sionem, cum ad hunc effectum sufficiat de-
8 tractionem esse † dubiam, *Seraphin. decis.321.
num.17. Rota in Romana fideicommissi de Incorona-
tis 5. Nouemb.1639. corã R.P.D. meo Pirouano, & in
d. Auximana fideicom. 13. Ianuarij præteriti cor. me.*

Quo verò ad melioramenta non apparet
illa facta fuisse à d. Catharina, siue Emanuele
secundo viro, sed potius à Iacobo patre dicti
Alexandri, & ideo huiusmodi exceptio non
debet retardare immissionem, cum non suffi-
ciat dd. melioramenta fuisse facta, nisi do-
9 ceatur † ea facta fuisse ab eodem Ferabosco,
vel à d. Catherina, à qua ipse causam habet,
vt fuit dictum *in d. Romana fideicommissi de In-
coronatis coram R.P.D. meo Pirouano, & in d. Au-
ximana fideicommissi coram me.*

Quo

Quo denique ad detractionem expensarum infirmitatis, & funeris dicti Testatoris, quamuis illæ sint verisimiles, nulla tamen affertur iustificatio quoad quantitatem.
Et ita vtraque &c.

TIRASONEN. VNIONIS.

Lunæ 7. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Suppressio quando dicatur inducta respectu Canonicatuum vtriusque Ecclesiæ & non alterius tantum.

SVMMARIVM.

1 *Papæ voluntas declaratur ex derogatione.*
2 *Proemium totam dispositionem declarat.*
3 *Contrarietas vt euitetur qualibet interpretatio fieri debet & præcipuè ad euitandam contrarietatem in litteris Apostolicis.*

DECISIO DLXXVIII.

SVB die 31. Ianuarij 1639. fuit resolutum gratiam vnionis, de qua agitur non suffragari Capitulo B. Mariæ Maioris ad effectum excluden. prouisiones Apostolicas, ea ratione, quia cum vnio, seu translatio S. M. de la Peña pro commoditate Populi esset facta accessoriè ad illam B. Mariæ Maioris dicebatur suppressionem Canonicatuum, & Dignitatũ de quibus loquitur Bulla confirmatoria istius vnionis esse tantummodo intelligendam de Dignitatibus, & Canonicatibus dictæ Ecclesiæ S. Mariæ de la Peña, non autem de illis S. Mariæ Maioris, qui propterea dicebantur remansisse in statu collatiuo, prout erant ante vnionem, hodie proposita causa super iisdem, & data per extensum d. Bulla, illiusque tenore maturè discusso DD. recesserunt à decisis. Quandoquidem ex verbis d. Bullæ apparet esse supprimẽdos tot Canonicatus vtriusque Ecclesiæ primo vacaturos, donec remaneat numerus duodenarius, vt patet ex verbis Bullæ ibi. In huiusmodi vero suppressione & extinctione comprehendi debeant Prioratus eiusdem Ecclesiæ B. Mariæ de la Peña cum Canonicatu, & Præbenda illi perpetuo vnitis &c. nec non Thesauraria, Cantoria, & Elemosinaria &c. vna cum aliis sex Canonicatibus, & Præbendis eiusdem Ecclesiæ de la Peña &c. nec non portione, & alii Canonicatus, & Præbendæ d. Ecclesiæ S. Mariæ Maioris primo vacaturi, ad hoc vt dd. duodecim Canonicatuum numerus perfectus perpetuis futuris temporibus remaneat, & existere debeat &c. & hoc idem denotant alia verba Bullæ, dum in illa disponitur, quandiu Mensæ ambarum Ecclesiarum debeant remanere distinctæ ibi, donec suppressio, extinctio, vnio &c. quoad sex siue Dignitates, siue Canonicatus, & Præbendas, ac portionem remanentem, sic supprimendos, & extinguẽdos vnius, seu alterius, aut ambarum Ecclesiarum huiusmodi quouis modo vacaturos suum plenarium sortitæ fuerint effectũ &c. & rursus ibi, quod statim postquam translatio huiusmodi facta fuerit adueniente vacatione sex Priorum tàm Dignitatum, quàm Canonicatuum vtriusque Ecclesiæ, vt infra; supprimendorum per obitum, aut promotionem, & subsequuta illorum suppressione, & extinctione huiusmodi, eo casu mensæ Capitulares dd. Ecclesiarum in vnicam dumtaxat, nempè S. Mariæ Maioris mensam Capitularẽ &c. redactæ sint, & esse censeantur &c. eumdemq; sensum clarè arguunt verba paulo inferius posita, dum Papa prouidet fructibus Dignitatum, & Canonicatuum vacaturorũ, donec sit facta suppressio, & vnio ibi. Interim vero quodlibet Capitulum de Præbendarum vacaturarum fructibus &c. sibi respectiuè obtingentibus in rebus eis beneuisis disponere valeat &c. si enim quodlibet Capitulum debebat participare de fructibus suorum vacaturorum, supponitur implicitè ex necessario antecedenti, quod suppressio erat facienda quoad Canonicatus vtriusque Ecclesiæ, quia alioquin fructus non fuissent debiti Capitulis, sed Prouisis.

Et hunc sensum esse amplectẽ satis etiam clarè demonstratur eo ipso quod in dispositiua Bullæ non solum denegatur fundationibus Canonicorum, & Dignitatum vtriusq; Ecclesiæ, sed etiam quibuscunque prouisionibus faciendis de Canonicatibus S. Mariæ Maioris; Vndè clarè resultat Papam prohibuisse collationem fieri Canonicatuum huius Ecclesiæ, & Dignitatum declarando voluntatẽ
1 Pontificis † ex derogatione, *Bald. in l. eam quam num. 23. C. de fideic. Cagnol. in l. 1. num. 32. de reg. iur. Seraph. decis. 1321. num. 5.*

Denique pro huiusmodi intellectu militat mens ipsius Summi Pontificis, dum ex verbis Bullæ apparet illum voluisse quanto citius effectuari hanc vnionem, per quam restaurabatur cultus Diuinus, & pietas populi, & multa dissidia inter ista duo Capitula vertentia extinguebantur, & multa alia inconuenientia euitabantur; quæ narrantur in Bulla, &
2 præcipuè in eius proœmio, in quo † tota dispositio declaratur, vt per *Doct. in l. fin. ff. de hared. inst. Bald. in l. regula in princ. ff. de iur. & fact. ignor.* cum aliis adductis in *Sarsinaten. Feudi prima Iulij præteriti coram Reuerendiss. Domino meo Decano*, vbi hæc conclusio pulchrè exornatur.

Nec obstant verba in fine Bullæ apposita ibi, & ita etiam vt ad vnicum Capitulũ constituendum nulla Dignitas, & nulli Canonicatus, & Præbendę, nullaque alia Beneficia Ecclesiastica prædictę Ecclesiæ S. Marię Maioris supprimantur. Quia dd. verba ad euitañ cõtradictionem cum aliis verbis supradictis, ex quibus clarè apparet suppressionem esse intelligeñ de Canonicatibus, & Dignitatibus vtriusque Ecclesię debent intelligi quoad numerum dignitatum, & Canonicatuum remanere debentium in d. Ecclesia S. Marię Maioris,

ioris, postquam vnio, seu suppressio fuerit effectum sortita, stante regula iuris, quod sit facienda qualibet Interpretatio ad euitandam
3 contrarietatem verborum in quacunque dispositione, idque præsertim in litteris Apostolicis, *l. vbi repugnantia ff de reg. iur. Surd. cons. 231. num. 56. Mantic. decis. 359. num. 6. Rot. decis. 140. n. 9 par. 5. in rec. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 7. num. 18.* Quæ contrarietas alioquin induceretur manifestè in isto casu tàm ex prædictis, quàm ex alijs fusè per informantes pro Capitulo ponderatis.

Et ità &c.

ROMANA LEGATI scutor. 50. mil.

Veneris 11. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Legatum ex quibus non dicatur ademptum siue diminutum vel præuentiua solutione sublatum ex quo testator alia bona Legatario reliquit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum non præsumitur ademptum, reuocatum, vel diminutum nisi probetur, & quidem euidenter.*
2 *Testatoris voluntas mutata non præsumitur.*
3 *Testator quando dicatur voluisse præuenire hæredem in solutione legati ita quod Legatarius non possit agere nisi pro concurrenti quantitate.*
4 *Legatum ademptum vel minutum non ineptè dicitur quando aliquid per testatorem datur per viam præuentiuæ solutionis.*
5 Text. in l. Lucius 22. de leg. 2. vt habeat locum quę requirantur, & n. 6. 8. & 13.
7 *Testator dispositionem sua vltima voluntatis quandocunque reuocare potest.*
9 *Relicta plura in diuersis dispositionibus factis per viam vltimæ voluntatis & collata post obitum testatoris, omnia debentur, num. 12.*
10 *Legatarius si ostendat duas scripturas factas per viam vltimæ voluntatis vtrumque relictum consequitur.*
11 *Dispositio vt facta dicatur in executionem legati præcedentis requiritur quod Legatario bona quærantur in vita testatoris.*
14 *Pater aliquid emens pro filio id loco legitimæ & in illius computum assignare voluisse præsumi debet.*
15 *In legitimam filius imputat pretium Clericatus Cameræ à Patre in illius fauorem empti.*
16 *Donata per testatorem præsumuntur illa bona quorum dispositionem sibi tantum in vita reseruauit & post mortem alteri reliquit.*
17 *Decisiones in Romana seù Bononien. pretij Clericatus coram Merlino & Pirouano declarantur.*
18 Malusf. cons. 97. *in quibus terminis procedat declaratur.*
19 Text. in l. Filia legatorum 11. C. de Legatis intellectus.
20 *Pater quando tenetur dotare filiam, Legatum si fecerit censetur factum nomine dotis.*
21 *Donatio sine insinuatione est nulla.*
22 *Donatio causa mortis absque insinuatione sustinetur.*
23 *Donatio causa mortis licet requirat subscriptionem donantis attamen hæc solemnitas requiritur in donatione expressa secus in tacita.*
24 *Interpretatio fieri debet vt elusio euitetur.*
25 *Testator prohibens legatarium aliud prætendere posse intelligitur de quolib. petendo ex testamento secus ex alia dispositione.*
26 *In imputationis materia plurimum coniecturis deferendum.*

DECISIO DLXXIX.

ITERVM posita causa super decisione emanata sub die 16. Ianuarij prętetiti, qua firmatum fuit officia, et loca montium de quibus agitur non cessisse in computum Legati scut. 50. mil. relictorũ à Marchione Vincẽtio Iustiniano D. Camillo de Maximis eius ex sorore Nepoti, placuit DD. in eadem decisione persistere, cum d. D. Camillus legatarius fundet suam intẽtionem in regula, quod
1 ademptio reuocatio, † vel diminutio legati non præsumitur nisi probetur et quidem euidenter, *l. 3. §. in duobus ff. de adimen. legat. Bald. in l. si pluribus num. 1. ff. de legat. 1. Alexan. cons. 169. num. 4. & 8. lib. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 167. num. 1. Rot. coram Gregor. XV decis. 236 num. 11.* talis namque ademptio reuocatio, vel diminutio pendet à voluntate Testatoris,
2 quæ † in dubio mutata non præsumitur, *l. cum tacitum ff. de probat. l. fideicommissa §. si rem ff. de legat. 3. Natt. cons. 476. num. 7. lib. 7. Menoch. dicta præsumpt. 167. num. 2. & 3. cum alijs in eadem decisione relatis.*

Nec obstare visa fuerunt ea quæ hodie repetebantur ad probañ nos nõ versari in adẽptione, reuocatione, vel diminutione legati, sed in illius præuentiua solutione ex eo, quod idem Marchio Vincentius qui legauit d. D. Camillo scut. 50. mil. in eius Testamento, adhuc viuens deinde emit dd. officia, & loca montium eorumque dispositionem sibi vita durante, post verò sui obitum eidem D. Camillo reseruauit, & ideo pręsumatur voluisse præuenire D. Marchionem Andream illius hæredem in solutione d. legati, illudque pro concurrente quantitate persoluere, adeout
3 D. Camillus legatarius nonnisi pro concurrenti quantitate agere possit, nisi probet Testatorem legatum duplicare voluisse iux. tex. *in l. Lucius 22. de legat. 2.* Siquidem omissa discussione diuersitatis inter ademptionem reuocationem, vel diminutionem legati, & illius præuentiuam solutionem, in qua DD. parum insistebant, cum reuera si dd. officia, & loca montium per viam præuentiuæ solutionis cedere debuissent in computum legati,
4 illud pro rata ademptum, † vel diminutum esse dici posset adhuc retento termino præuentiuæ solutionis iuxta terminos, *d. l. Lucius*, placuit respõsio data in d. dec. *in §. non obst. tex. in*

in d.l.Lucius, nimirum illius dispositionem nõ
applicari casui, de quo agitur, quia in casu *d.
text.* Testator legauerat speciem, seù quantita-
tem ex illa redigendam, ac deinde adhuc vi-
uens eamdem speciem vendiderat, & quanti-
tatem ex illius venditione redactam eidem le-
gatario tradiderat, vt apertè liquet ex illius
contexu, qui non est casus noster quandoqui-
dem Marchio Vincentius legauit simpliciter
quantitatem ac deindè nulla facta mentione
legati, emit speciem à quantitate legata lon-
gè diuersam, nimirum officia, & loca mon-
tium, eaque dum vixit, nunquam tradidit ei-
dem Camillo Legatario, sed illorum omni-
modam dispositionem respectu tàm sortis,
quàm fructuum sibimet sua vita durante, ac
nonnisi post eius obitum d. D. Camillo lega-
tario reseruauit, vnde sequitur dd. officia, &
loca montium non cessisse in extinctionem,
vel solutionẽ pro rata legati pręcedentis iux-
ta terminos *d.l.Lucius*, cum ad hunc effectum
opus fuisset, vt Testator quantitatem legatam
5 in Testamento adhuc viuens eidem legatario
persoluisset vt notant in eadem *l.Lucius glos. in
verb.præsumitur Bart.num.2.& 3.cum alijs allegatis
in d. decisione*, quibus addebantur, *Fab. de Ann.
cons.91.num.23.lib.1.Marescott. var. lib.1. cap.58.
num.25.*

Non obstat, quod huiusmodi officia, & lo-
ca montium vacabilia sint de regalibus Papę,
qui illa concedit periculo vitæ diuersarum
personarum mediante solutione pretij proue-
nientis ex bonis priuatorum cum reseruatio-
ne dispositionis ad eorum, seù alterius fauo-
rem; Vndè inferebant officia, & loca mon-
tium, de quibus agitur, empta à Marchione
Testatore, reseruata illorum dispositione ad
sui fauorem, & successiuè d. D. Camilli lega-
tarij non esse iudicandã speciem, sed vti quã-
titatem, seù pretiũ proueniens ex bonis eius-
dem Marchionis Testatoris & consequenter
6 D.Camillum teneri imputare † idem Pretium
in solutione legati præcedentis pro concur-
renti quantitate iuxta terminos eiusdem *l.Lu-
cius*. Quoniam siuè consideremus dd. officia
& loca montium vti speciem, siue potius vti
pretium adhuc viget prædicta responsio. Cũ
enim Marchio Testator non tradiderit in eius
vita D.Camillo legatario dd. officia, & loca
montium, seù illorum pretium, sed illorum
dispositione sibi vita durante, ac nonnisi post
sui obitum eidem D. Camillo reseruauerit,
adeout effectus huiusmodi reseruationis pen-
deret non solum ab obitu Testatoris, sed etiã
ab eiusdem voluntate, quatenus scilicet ipse
obijsset, ac de eisdem officijs, & locis montiũ
non disposuisset clarè sequitur huiusmodi di-
7 spositionem † esse iudicandam ad instar vlti-
mæ voluntatis, quam idem Testator quan-
docunque reuocare potuisset, *l. legatum ff. de
leg.2.Surd.cons.122.num.55.Maluas.cons.97. nu.5.
lib.1.* Et consequenter nos non versari in ter-
8 minis, *d. l.Lucius*, quæ † loquitur vbi præcessit
legatum in vltima voluntate, & sequuta fuit
dispositio inter viuos in executionem legati
pręcedentis, vt declarat, *Vinc. de Franch. decis.
422.num.5.* sed in duabus diuersis dispositioni-
bus factis per viã vltimæ voluntatis, quarum
9 vtraque † cum fuerit collata post obitum Te-
statoris sequitur vtramque deberi præstatio-
nem, legatum scilicet, & officia, & loca mõ-
tium per *text.express. in l. quingenta, seu quinqua-
ginta ff.de probat.* vbi si legatarius ostendat duas
10 scripturas factas per viam vltimæ voluntatis,
vtrumque relictum consequitur & ibi *not.om-
nes Bart.in d.l.si pluribus §. 1.num.2.ff.de leg.2. &
in l.planè.§.1.ff.eod.Gomez.var.resol. tom.1. cap.2.
nu.38.vers.item intellige prædicta Crauett.cons.167.
num.2. Franch.d.dec.422.num.2.Fab.de Ann.d.cons.
91.num.24.cum alijs in decis. relat.*

Nec releuat dicere quod Testator adhuc vi-
uens emerit officia, & loca montium eorum-
que dispositionem sibi, ac successiuè D. Ca-
millo legatario reseruauerit, quia non inde
sequitur D. Camillum legatarium vigore d.
reseruationis ad sui fauorem officia, & loca
montium, siue illorum pretium in vita Te-
statoris acquisiuisse, adhoc vt dispositio pos-
11 set dici facta in executionem legati præcedẽ
iuxta terminos *d. l.Lucius* cum illa non habue-
rit effectum in vita Testatoris, sed illius exe-
cutio fuerit collata post eius obitum, & qui-
dem non simpliciter, sed quamuis idem Te-
stator de iisdem officijs, & locis montium
non disposuisset, ac eadem officia, & loca
montium interim nõ vacassent, & ideo vtroq;
modo præstatio debetur iux. terminos *d.l.quin-
quaginta*. Hæc namque diuersitatis ratio est
inter vtramque legem, nam quando præces-
sit legatum in vltima voluntate, & sequuta
fuit dispositio inter viuos, quæ fuit adimple-
ta adhuc viuente Testatore, talis secunda di-
spositio perimit primam factam in vltima vo-
luntate, quia ipsemet Testator præuenit, &
exequitur id quod ab hærede esset præstandũ,
neque illa diceretur inutilis etiam seclusa du-
plicatione, sed illius effectum operaretur me-
diante executione legati præcedentis, ac ma-
iori commoditate Legatarij, qui rem ipsam,
seu quantitatem legatam consequitur viuo
Testatore, cuius tamen obitus esset expectan-
dus, vbi illa capienda esset iure legati facti in
vltima voluntate. At quãdo versamur in dua-
bus dispositionibus, quarũ vtraq; facta fuit in
vltima voluntate, vel prima facta fuit in vlti-
ma voluntate, altera vero in dispositione inter
viuos, quæ non habuit effectum eodem tem-
pore, quo illa facta fuit, sed illius executio
fuit, prout in casu isto, dilata post tempus
mortis ipsius Testatoris & sic illę eodem tem-
pore se inueniunt, secunda non elidit alteram
nec dicitur facta in executionẽ, vel implemẽ-
tum legati præcedentis, & ideo vtraque debe-
12 tur, † ne secunda inutilis reddatur, *d.l.quinqua-
ginta*, quam sic declarant inter alios, *Fulgos. in
eadem l.Lucius, & in l.filia legatorum sub numer.1.
vers.& non obstat lex C.de leg. Imol.in l. huiusmodi
§.cum Pater col.2.vers.si vero legat. quantitatem ff.
de leg.1.Ias.ibidem num.17. vers. sed ego clarius lo-
quar, Franc.d.decis.422.num.5. & 8.* Vbi in spe-
cie ait *text.in l.Lucius* procedere quando dispo-
sitio inter viuos facta post legatum haberet

effectum tempore quo fit dispositio inter vivos, non autem quando differretur executio in tempus mortis, prout erat casus illius deci-
13 sionis, in quo † tam legati, quam donationis executio erat collata in tempus mortis, quia tunc militant eędem rationes, quę militant quando vtraque dispositio est facta in vltima voluntatę, quo casu ne secunda reddatur inutilis vtraque valet, idemque tradit, *Fab. Ann. d.consf.91.num.44.& seq.*

Non obstat, quod Marchio Testator emerit dd. officia, & loca montium ad sui fauorē, & successiuè d. D. Camilli non expressa causa donationis, & ideo præsumatur illorū pretiū d.D.Camillo donare noluisse, sed illud ei imputare in executionē legati pręcedentis exem-
14 plo Patris, † qui si emat militiam, vel officiū pro filio non expressa causa donationis non præsumitur animo exerceñ liberalitatis id peregisse, sed æstimationem, seu pretium in legitimam eidem filio debitā assignare voluisse *Crauett.consf.136.sub num.3.Gratian.discept.50.sub num.16.Conar.pract.resol.cap.19.num.6.Gam.decis. 29.num.3.* & in similibus terminis quod filius
15 teneatur † imputare in legitimam pretium Clericatus Cameræ empti ad sui fauorem à Patre dixit *Rota in Romana, seu Bonon. pretij Clericatus 19. Aprilis 1627. coram R. P. D. Merlino, quæ est decis.54.num.4.par.5. recent. & in eadem 4. May 1636. coram R. P. D. meo Pirouano.* Nam fuit responsum obiectum procedere vbi quis simpliciter emit similia officia ad fauorem alicuius: Secus autem quando eidem concessit facultatem disponendi ad libitum cum clausulis amplis, ac reseruatione decreti, prout in casu isto, in quo Testator reseruauit post sui obitū D. Camillo eamdem prorsus facultatē disponeñ. de dd officijs, ac locis montium, quam ipse retinuit in vita. Quando enim Te-
16 stator † reseruauit sibi dispositionem huiusmodi officiorum in vita sua tantum, ac post mortem illa alteri reliquit censetur illa eidem donare voluisse, *Seraph. decis.1303.num.3. vers.maximè Gratian.d.discept.50.nu.18.& discept. 22.num.3. vers.prout etiam.*

17 Hine non applicantur decisiones † in dicta Romana, seu Bononieñ pretij Clericatus coram DD. meis Merlino, & Pirouano, quoniam illæ loquuntur in casu, quo Pater emerat simpliciter officium Clericatus Cameræ in caput filij, cui dispositionem eiusdem officij non reseruauerat, ipseque Pater erat debitor legitimę, aliaque concurrebant, ex quibus apparebat Patrem voluisse vt filius pretiū d.Clericatus in eius portionem, conferret, vndè nil mirum si excludebatur donatio, & intrabat præsumptio imputationis in legitimā ex iuribus in eisdem decis. allegatis.

18 Minus applicatur, *Malcas.* † *d.consf.97.* Quia ibi expresse constabat Testatorem voluisse vnam tantum deberi præstationem illamque fieri in executionē legati pręcedentis, ait enim *num.9.* quod Testator graui infirmitate laborans ex qua se agnoscebat moriturum, dubitansque ne illius hæredes legatum scut. 500. cuidam Petronio relictum in suo Testamento adimplere recusarent, volens propterea in illius executione eos præuenire vocauit nummularium, eique mandauit vt suo nomine pecuniam legatam d. Petronio persolueret; Vndè clarè patet d. Legatum ea solutione sublatum, & hoc euidentiùs patet dum ipse Testator commisit Notario, qui rogauerat Testamentum vt scripturam legati deleret vt patet ex facto ibi enarrato.

19 Nec pariter applicatur † *text.in l. filia legatorum 11. C.de legat.* Quia ille text. intelligitur quādo Pater legauit filiæ pro dote, tunc enim si quod legauit, postea dat in dotem, censetur dedisse animo compensāt adeout legatū amplius non debeatur, & quod ille text. ita sit intelligendus, *not. Alex. Ias. & Bald. ibidem Dec.consf.81.num.6.Tiraq.in tract.cess.caus.limit.18 Bald.consf.163.lib.5.Rom.consf.253. Aym. consf.782. num.1.Fab.de Ann.d.consf.91.à num.5. vsque ad. 5.*
20 & expresse quod cum Pater † teneatur dotare filiam legatum censeatur factum nomine dotis videtur probare, *text. in d, l. filia vt dicit Barbos.in l.si cum dotem §. Pater numer.42.ff.solut. matrim.l.quod autem 42.vbi Bart.ff.de iur.iur. Cremon.sing.3. Alex.in l.huiusmodi §.cum Pater num.3. in fin.ff.de leg.1.in d.l.filia nu.2.ad fin. Ruin. consf.3. num.1.lib.3.*

Non obstat, quod si huiusmodi reseruatio dispositionis ad fauorem D. Camilli saperet naturam donationis, illa esset inualida tàm
21 ex defectu † insinuationis requisitæ à statut. Vrb.cap.150.lib.1. quā ex defectu subscriptionis requisitæ ab eod.stat. cap.149. lib.1. Quoniam omissis alijs responsionibus datis in decisione fuit responsum respectu insinuationis illam requiri in donatione inter viuos secus
22 autem in donatione † causa mortis, *l.fin.C.de donat.Crass.de success.§.donatio causa mortis qu. 12. Gabr.com.opin.tit.de donat.concl.1.num.70. Buratt. decis.461.num.1.& 2.* Respectu vero subscriptionis, quam statutum requirit etiam in donatione causæ mortis, dicebant DD. huiusmodi solemnitatem requiri in donatione ex-
23 pressa, secus autem † in donatione quę, prout hic, tacitè resultat *Rot. in Romana de Massa 13. Iunij & 4. Iulij 1601. coram Corduba in Romana Pecuniaria 2. Aprilis 1607. coram Manzanedo, & in Romana donationis scut.4000.4. Iuly 1635. coram R.P.D. meo Merlino.*

Minus obstant ea quæ iterum deducebantur ad probañ dd. officia, & loca montium cessisse in extinctionem d. Legati. Quoniam illa visa fuerunt sufficienter sublata in eadem decisione.

Ad illud enim quod Testator eamdem cōditionem adiectam in legato repetierit etiam in reseruatione dd. officiorum, & locorum montium, videlicet quod si D. Camillus legatarius non disponeret in totum, vel in parte de scu.5000. ei relictis illa non transirent ad hæredes ipsius, sed pertinerēt ad hęredes eiusdem Testatoris, fuit responsum hoc non impedire quin Testator possit in duabus, vel pluribus dispositionibus disponere absq; eo quod vna dispositio alteram tollat, imo istud obiectum retorquetur, quia si Testator voluisset

officia,

officia, & loca Montium imputare in diminutionem Legati, frustrà d. cōditionem in eorum reseruatione repetiisset, ea namque inter-
24 pretatio † fieri debet ob quam elusio euitetur *Alex.consf.81.num.2.lib.6.Ruin.consf.57.num.6.lib.3.Surd.consf.80.num.15.*

Quod autem Marchio Vincentius in eius Testamento prohibuerit ne d. Camillus vltra Legatum aliud prætendere posset, non releuat, nam vltra responsionem datam in d. decisione *in verf.non obst. quod d. Legatum*, nimirum d. prohibitionem censeri factam respectu prætensionum, quas ipse habere potuisset ex persona matris in bonis, & hæreditate eiusdem Marchionis fuit hodie responsum d. prohibi-
25 tionem esse intelligeñ ne D.Camillus † ex Testamento aliquid alliud præter Legatum petere posset, non autem vt alind consequi non posset vigore alterius dispositionis *Mantic.de coniect lib.12.tit.2.num.26.* vel huiusmodi prohibitionem impedire, ne d. D. Camillus aliquid aliud vti sibi tunc debitum prætendere posset, sed non ligare manus eidem Testatori quin deinde posset ex sua liberalitate dd. officia, & loca Montium, seù illorum pretium vltra Legatum eidem D. Camillo suo amico, & Nepoti dilectissimo donare, vel relinquere.

Demum non obstant nonnullæ aliæ coniecturæ ex aduerso ponderatæ. Nam illæ visæ fuerunt satis leues, & non applicari, & vrgent longe plures coniecturæ efficaciores pro D. Camillo deductæ ex coniunctione sanguinis, ex maxima dilectione ex prægnantia verborum eiusdem Legati, ex discrimine inter Legatum, & aliam sequentem dispositionem respectu quantitatis, qualitatis, & conditionum, ex declaratione alterius similis Legati, ac denique ex perseuerantia voluntatis facto iam Testamento spatio plurium annorum vsque ad eius obitum, quæ omnia saltem simul iuncta negari non potest quin excludant prætensam imputationem, ac suadeant voluntatem Marchionis Testatoris fuisse vt D. Camillus vtrumque Legatum scilicet, & officia, ac loca Montium consequeretur inxtà conclusiones in d. decisione firmatas, cum in hac ma-
26 teria coniecturis † plurimum sit deferendum *Mantic.de coniect.vlt. vol.lib.12. tit.2. num.3. verf. ex his ergo Rota decis.499.nu.5.par.2.rec.Grce.XV. decis.236.num.2.* & ibi *Add.num.5.*

Et ità vtraque &c.

PAMPILONEN. ELECTIONIS CANONICORVM.

Veneris 11. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Absolutioni à censuris incursis ob recursus ad Iudices Laycos vt sit locus, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula.* Renunciato prius recursui &c. *importat conditionem.*
2 *Facultas seù iurisdictio data sub certa conditione adimplenda ea non impleta perindè habetur, ac si data non fuisset.*
3 *Recursus ad Iudices Laycos omniaque illorum vigore gesta purgari debent ad instar attentatorum.*
4 *Attentata operantur, vt omnia in pristinum restituantur.*
5 *Recursui, vt dicatur renuntiatum requiritur renunciatio vera, & effectiua, & non verbalis.*
6 *Papa præsumitur demandasse absolutionem iuxta iuris communis dispositionem.*
7 *Absolutio à censuris ob recursus ad Iudices Laycos non conceditur nisi præcedat satisfactio de iniuriis, damnis, & interesse à parte passis occasione illorum.*
8 *Recursui quando dicatur renunciatum per simplicem renunciationem ex quo non sit in potestate recurrentis melius renunciare.*
9 *A voluntate Principis ea quæ pendent an reputentur impossibilia.*
10 *Recurrētes ad Iudices Laycos debent ex sua parte facere omne possibile, ac specialiter recursibus renunciare, vt possint, & debeant absolui.*
11 *Detentio sola seù status in quo quis tempore attentationis repericbatur sufficit vt competat restitutio.*
12 *Attentata vltima sunt prius reuocanda.*

DECISIO DLXXX.

EX nouem Canonicis Ecclesiæ Regularis Pampiloneñ, quæ dicitur esse receptitia, quinque nempe D. Martinus de Argaiz Prior & Consortes sub die 8. Aprilis 1638. elegerunt alios vndecim Canonicos. Reliqui vero 4. nempe D. Michael de Lebrixa, et Consortes die sequenti elegerunt alios quindecim Canonicos connumeratis inter eos septem ex prioribus vndecim Canonicis ab altera parte electis. Hinc orta controuersia d. Michael, et Consortes appellarunt extraiudicialitèr à priori electione causamque huiusmodi appellationis coram Nuntio Apostolico introduxere, qui Inhibitionem vigore d. appellationis simpliciter relaxauit, eamque deinde sub die 26. Iunij eiusdem anni moderatus fuit quoad effectum suspensiuum sine præiudicio iurium partium tàm in petitorio, quàm in possessorio, mandauitque vlterius procedi ad receptionem Canonicorum prius electorum, quorum nonnulli vigore d. decreti habitum susceperunt. Appellarūt ab isto decreto Nuntij d. Michael, & Consortes, ac deinde causam in Rota mihi committi simpliciter obtinuerunt, interim autem cum Nuntius eorum appellationem nonnisi quoad effectum deuolutiuum admisisset, recursum habuerunt ad Regium consilium Nauarræ, & deinde ad supremum Consilium Castellæ, à quo emanauit præceptum cōtra Nuntium Apostolicum vt deferret d. appellationi quoad vtrumque effectum, & omnia gesta reuocaret, in cuius præcepti executionem Nuntius appellationem prædictam ad vtrumque effectum admisit, ac successiuè in executionem aggrauatoriæ, & reaggrauatoriæ relaxauit censuras contra Canonicos electos, ad hoc vt habitum Canonicalem

calem dimitterent, prout cum effectu dimi-
ſerunt. Quocirca d. Michael, & Conſortes
obtinuerunt à Santiſs. Breue de abſoluen̄ à
Cenſuris ob huiuſmodi recurſus mihi dire-
ctum cum clauſulis, renunciato prius recur-
ſui, & ſine litis, ac litigantium præiudicio,
ac dummodò exponentes nullum ius de nouo
propterea acquirant. Quapropter dato dubio.
An danda eſſet abſolutio, & quomodo, illam
non eſſe dandam hodie reſponſum fuit. Quo-
niam facultas abſoluendi d. Michaelem, &
Conſortes fuit conceſſa non ſimpliciter, ſed
cum dd. clauſulis renũciato prius recurſui &c.
1 quæ † cum inducant conditiones iuxtà *l. à Te-
ſtatore ff. de cond. & demonſtr. Pariſ. conſ. 41. num. 14.
lib. 4. Seraph. deciſ. 615. num. 4.* & in terminis de
clauſula renunciato priùs recurſui *Rot. dec. 173.
numer. 1. par. 6. recent.* & de clauſula *dummodò
Gabr. conſ. 65. numer. 6. par. 1. lib. 1. Rota coram
Greg. XV. deciſ. 311. num. 12. & deciſ. 210. num. 6
par. 5. recent.* Vtique non eſt locus petitæ ab-
ſolutioni, niſi doceatur dd. conditiones adim-
pletas fuiſſe, cum facultas, ſeù Iuriſdictio
2 conceſſa † ſub certa conditione adimplenda,
ea non adimpleta ſit perinde ac ſi data non
fuiſſet *Mantic. deciſ. 343. numer. 1. Greg. XV.
deciſ. 378. num. 1.* & in his terminis *Rota in d.
deciſ. 173. num. 1. par. 6. recent.* & fuit dictum
*in Vlixbonen. profeſſionis 27. Martij 1637. coram
R. P. D. meo Carrillo*, de quarum tamen con-
ditionum adimplemento non viſum fuit con-
ſtare ſufficientèr.

Non obſtat quod Michael de Bixslaxum
vnus ex electis à d. Michaele de Lebrixa, &
Conſortibus in Vrbe præſens tàm ſuo nomi-
ne, quàm aliorum abſentium renunciauit in
actis omnibus recurſibus, & quibuſcunque
actibus illorum vigore factis, ac declarauit il-
lis ſe vti nolle. Quoniam omiſſa inſpectio-
ne reſpectu aliorum abſentium, de quorum
ſpeciali, & ſufficienti mandato non conſtat,
adhuc reſpectu d. Michaelis commorantis in
Vrbe talis renunciatio non viſa fuit ſuffragari
ad effectum obtinendi abſolutionem, quia
cum ex prædicta facti ſeriè, ac iuribus datis in
Summario appareat Canonicos prius electos
vigore decreti lati à Nuntio Apoſtolico habi-
tum Canonicalem ſuſcepiſſe, illumque dein-
de fuiſſe coactos dimittere ob reiteratos recur-
ſus exaduerſo habitos ad Conſilia Regia, dice-
bant DD. non eſſe ſatisfactum dd. clauſulis,
niſi d. Michael, & alij recurrentes curent quod
ijdem Canonici electi reaſſumant habitum
Canonicalem, & reponantur in eodem ſtatu,
in quo erant ante dd. recurſus, ex quorum
cauſa fuerunt coacti habitum dimittere cum
3 huiuſmodi † recurſus omniaque illorum
vigore geſta purgari debeant in odium recur-
rentium ad inſtar attentatorum, quæ regula
4 operatur, † vt omnia in priſtinum reſtituan-
tur *Rota coram Buratt. deciſ. 446. num. 11. & d. dec.
173. num. 13. par. 6. rec.* Aliàs enim huiuſmodi
renunciatio eſſet ſolum verbalis quæ non ſuf-
ficit ad hoc vt quis dicatur renunciaſſe recur-
5 ſibus, ſed vera, & effectualis † requiritur adeout
omnia impedimenta illata vigore recurſus
eum in partibus ſublata ſint, nec de iure,
nec de facto nocere poſſint, vt in his termi-
nis fuit aliàs reſolutum *in Calaguritana de
Brancanilla 9. Iunij 1603. coram Sacrato, & in
Regien. Cappellæ 1. Iuly 1630. coram R. P. D. meo
Pirouano*, cum alijs relatis *in d. deciſ. 173. num. 10.
cum trib. ſeqq. par. 6. recent.*

Idque comprobatur ex alijs clauſulis in eo-
dem Breui adiectis, & ſine litis collitigantium
præiudicio, ac dummodò exponentes nullum
ius propterea acquirant. Etenim ſi dd. Recur-
rentes conſequerētur abſolutionem non reſti-
tutis Canonicis in ſtatu, in quo erant ante re-
curſus, acquirerent ſaltem per indirectum ali-
quod ius ex dd. recurſibus, nempè priuatio-
nem dd. Canonicorum quoad habitum, &
poſſeſſionem Canonicalem contrà mentem
6 Pontificis, qui † cenſetur d. abſolutionem de-
mandaſſe iuxtà iuris communis diſpoſitio-
nem *cap. cauſam quæ*, & ibi *Felin. nu. 5. de reſcript.
Rom. conſ. 334. num. 1. Ferret. conſ. 308. num. 5.* &
fuit dictum *in Iannen. Pecuniaria, ſeù prætenſo-
rum attentatorum 20. Aprilis 1640. coram me*, quo
7 attento abſolutio † à cenſuris ob recurſus ad
Iudices Laicos non conceditur, niſi præcedat
ſatisfactio de iniurijs, damnis, & intereſſe
quæ pars ob huiuſmodi recurſus paſſa fuit *cap.
quoniam §. ſi quis vero* & ibi *gloſſ. in verb. ſatisfa-
ctum de Immunit. Eccleſ. in 6. Ancar. num. 2. in 7. no-
tab. Monach. num. 19. Archidiac. in cap. quamquam ad
fin. in verb. reſtituat de cenſ. in 6.* & fuit dictum *in
Vlixbonen. Profeſſionis 27. Martij 1637. coram R.
P. D. meo Carrillo*.

Non obſtat quod reaſſumptio habitus vti
pendens non à poteſtate d. Michaelis, alio-
rumque recurrentium, ſed à voluntate Iudi-
cum Laicorum iudicetur ferè impoſſibilis, &
8 ideò ſufficiat † ſimplex renũciatio iuxtà *dec. 64.
num. 2. verſ. & licet par. 3. recent.* Quia vltra quod
9 non omnia quæ pendent † à voluntate Prin-
cipis iudicantur impoſſibilia cum ea facilitate
qua conſilium Regium ad inſtantiam, & pre-
ces d. Michaelis, & Conſortum præcepta pro
dimiſſione habitus relaxauit, ea pariter ad
contrarias preces eorumdem eadem præcepta
forſan reuocaret, vt in propoſito ponderauit
Rota d. deciſ. 173. num. 14. & ſeqq. Adhuc admiſ-
ſa huiuſmodi impoſſibilitate dd. Recurrentes
10 tenentur † facere quantum poſſunt ex eorum
parte, & ſic ſpecialiter, & indiuiduè renun-
ciare omnibus, & ſingulis in vim Regiarum
prouiſionum geſtis, & conſequentèr conſen-
tire reaſſumptioni d. habitus, adeout dd. Ca-
nonici quò ad omnes iuris effectus habeantur
pro illis poſſeſſoribus, qui erant ante proui-
ſiones Regias, vt dixit *Rota in eadem deciſ. 64.
num. 2. verſ. voluerunt tamen DD. par. 6. recent.*

Non obſtat prætenſio quod aſſumptio ha-
bitus Canonicalis fuerit attentata tàm ex eo
quod illa fuit ſequuta poſt appellationem
extraiudicialem ab electione dd. Canonico-
rum, quàm etiam ex eo quod deinde fuit ap-
pellatum iudicialitèr à decreto Nuntij man-
dantis procedi ad receptionem eorumdem
Canonicorum, & ſignatura cauſam deinde
ſimplicitèr commiſerit, Quoniam omiſſa
huiuſ-

huiusmodi inspectione sic esse dicebant DD. quod ante dictos recursus Canonici electi erant in habitu Canonicali, illumque deinde fuerunt coacti dimittere vigore dd. recursuum, ad hoc vt d. Michael, & alij recurrentes teneantur curare quod omnia reducantur ad primæuum statum, in quo erant ante dd. recursus cum sola detentio, seu status qualiscunque ille sit siuè bonus, siuè malus, in quo quis reperitur tempore attentatorum sufficiat,
11 vt illi † competat restitutio *Rota decis. 11 incip. nota quod vbi quis post appellationem num. 1. de appellat. antiq. Lancellott. de attent. par. 3. cap. 24. qu. 8. num. 7. & seqq. cum alijs relat. à Rota decis. 393. num. 1. par. 2. recent.*

Sed visa fuit cessare difficultas, quia cum attentata exaduerso commissa in vim dd. recursuum sint posteriora, intrat conclusio, quod
12 vltima † attentata sunt prius purganda *cap. fin. de ord. cogn. t. Lancell. de attent. par. 3. cap. 24. quæst. 8. num. 29. Rota decis. 27. in fin. de appell. in non. & decis. 860. n. 2. par. 4. diu. & coram Greg. XV. dec. 500 num. 10. & in Mantuana Iurispatr. 26. Iunij 1628. coram bo: me: Card. Virili.*

Et ita vtraq; &c.

CALCIATEN. DECIMARVM.

Luna 14. Maij 1640.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio manutentionis vnicus testis sufficit.*
2 *Sententia habet pro se præsumptionem validitatis, ac iustitiæ donec contrarium probetur.*
3 *Consuetudo locorum vicinorum plurimum attendenda etiam in materia decimarum.*

DECISIO DLXXXI.

PER binas decisiones nempè primam sub die 19. Ianuarij 1626. coram bo: me: Buratto, & alteram sub die 9. Iunij 1627. coram me in eiusdem Buratti locum subrogato fuit in ista causa resolut. Archidiacono Nageræ esse dandum mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi percipiendi primo loco quartam partem decimarum loci de Canizeros ex toto aceruo quoad bona patrimonialia Clericorum ex rationibus deductis in eisdem decisionibus. Dubitaui hodie an eidem Archidiacono esset dandum mandatum de manutenendo in possessione exigeñ d. quartam partem decimarum etiam quoad bona Confraternitatum, aliorumq; piorum locorũ, & affirmatiuè responsum fuit, quoniam de tali illius possessione constat ex septem testibus formiter examinatis expressè deponeñ d. Archidiaconum de Nagera singulis annis percipere quartam partem decimarum loci de Cenizeros etiam ex bonis Confraternitatũ, Hospitalium, aedicularum, Cappellaniarum, ac similium locorum piorum, qui testes cum sint plures, optimè informati, ac deponant de certa scientia plenam faciunt probationem in
1 hoc summario iudicio manutentionis, † in quo etiam vnicum testem sufficere pluries, dixit Rota, & signanter *coram Seraph. decis. 302. num. 2. & decis. 1047. num. 4. & decis. 214. sub n. 3. par. 1. & decis. 272. num. 1. par. 1. recent. & coram Gregor. XV. decis. 163. num. 3. & decis. 438. num. 2. & ibi Adden. Menoch. de retinend. remed. vltimo num. 34.*

Concurrente præsertim sententia lata ab Hispaniarum Nuncio, vtique de anno 1594. ad fauorem eiusdem Archidiaconi super manutentione percipień primo loco quartam partem decimarum d. loci quoad bona tàm Clericorum, quàm Hospitalium, & aliorum locorum piorum, quæ sententia plurimum
2 videtur attendenda, cum habeat † pro se præsumptionem validitatis, & iustitiæ donec contrarium probetur *Alex. cons. 123. num. 1. & cons. 136. num. 14. lib. 2. Rota decis. 147. num. 7. par. 5. recent. Greg. XV. decis. 125. num. 7.*

Prædictaque comprobantur ex eo quod d. Archidiaconus in alijs locis conuicinis percipit decimas etiam ex bonis Confraternitatum, Cappellaniatum, aliorumque piorum locorum, vt deponunt ijdem testes. Hęc namque
3 consuetudo † quæ viget in alijs locis conuicinis plurimum suffragatur ad hoc vt illa etiam in loco, de quo agitur, seruari dicatur, *cap. ad Apostolicæ de decim. Abb. in c. cum olim in 3. col. de consuet. Aym. cons. 94. num. 5. lib. 1. Menoch. cons. 96. num. 22. lib. 1. Dec. cons. 27. num. 2.*

Et ita Archidiacono tantùm informante resolutum fuit &c.

TARRACONEN. PRIMITIARVM.

Veneris 1. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Ex quibus dicatur constare de sufficienti purgatione attentatorum in materia possessionis instrumentalis.

SVMMARIVM.

1 *Possessioni attentatæ instrumentali sufficit, quod fuerit in actis renunciatum, vel per ipsum attentantem vel per eius procuratorem ad d. effectum specialiter constitutum.*
2 *Preseruatio adiecta paritioni si est contraria facto nihil operatur, si est compatibilis cum facto, non præstat impedimentum, quin dicatur sufficienter paritum, & num. 3.*
4 *Fructus percepti præsumuntur à possessore nisi contrarium probetur.*
5 *Oblatio vnius iuly cum obligatione soluendi residuũ facta liquidatione quartæ in materia attentatorum admittitur.*
6 Lancell. de attent. par. 3. cap. 31. num. 73. declaratur.

DE-

DECISIO DLXXXII.

FIRMATVM fuit in ista causa sub die 16. Nouembris anni præteriti ad fauorem MonferratiPolę Rectoris Ecclesiæ loci Vinibodini possessionem dictæ Ecclesię,ac medietatis Primitiarum eiusdem loci captam per Abbatem, & Monachos B. Mariæ Populetti vigore literarum executorialium Rotalium illis non reproductis, nec seruatis quatuor tet minis seruari solitis ad docendum de paritione fuisse iuxta Rotæ stylum attentatam,& cōsequenter reuocandam ex iuribus allegatis in decisione desuper extensa. Quocirca R.Procurator Generalis totius Ordinis, ac specialis dd. Abbatis, & Monachorum comparuit in actis, & renunciauit d. possessioni, fecitque depositum vnius iulij cum obligatione soluen residuum facta liquidatione,ob quam renunciationē Agentes pro dd. Abbate,& Monachis prætendebant attētata sufficienter purgata fuisse. Verùm d. Monserrato non acquiescente Abbas, & Monachi prędictam renunciationem in partibus ratificarunt, eidemque possessioni renunciarunt,& vlteriùs constituerunt eumdem Procuratorem specialem ad renunciandum dd. attentatis, ad faciendum supradictum depositum vnius iulij cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione, quę omnia postquam fuerunt peracta à dicto Procuratore fuit propositum dubium. An constatet de sufficienti purgatione attentatorum, quod fuit affirmatiuè resolutum.

Cùm enim possessio capta vigore dd. executorialium fuerit solùm instrumentalis, nec appareat Abbatem, & Monachos post illius acquisitionem aliquos fructus, seù primitias percepisse, sufficit eos, siue eorum specialem Procuratorem specialiter ad ihunc effectum

1 constitutum eidem † possessioni in actis renūciasse, vt sępè Rota respondit, & signanter *coram Acchill.decis.23.num.1.de appell. Seraph.decis.1064.num.1. Canal.decis.138.num.1. Buratt. decis.126.num.3. & Reuerendiss.D.meo Decano dec.115.nu.1.par.3.recent. Lancell.de attent.3. par.1.cap.29. num.25. & seqq.*

Non obstat, quod prætensa renūciatio non sit pura, sed pręseruatiua antiquę possessionis dd. Abbatis, & Monachorum, Quia huiusmodi

2 pręseruatio, aut est † contraria facto, & nihil operatur *Bart.in l.non solum, §.morte nu.17.*

3 *de nou.oper. nunciat.* aut est † compatibilis cūm facto, & non pręstat impedimentum, quin dicatur sufficienter paritum, *Seraphin.dec.754. per tot.*

Minùs obstat, quod Abbas, & Monachi à tempore quo attentarunt fuerint in possessio-

4 ne, & ideò præsumantur † ab inde citra fructus quoque percepisse, & consequenter tenantur illos restituere nisi doceant ab alio fuisse perceptos. *Acchill.decis.22. de restit spoliat. Rota decis.269. num.2. & decis.343.num.3. par.1. recent. & coram Canal. decis.586. num.1.* Quia cùm dd. fructus non sint liquidi, visum fuit

5 sufficere pro illorum restitutione, † ac expensarum, refectione oblationem vnius iulij, cū obligatione soluen residuum facta liquidatione, *Mohed.decis.17.circa med. de restit. spol. Mandos. de commiss. commiss. 15. attentatorum exclusiua ante fin. vers. quo verò ad fructus liquidandos.* Et

6 quamuis † *Lancell.in 3. par. cap.31.num.73.* videatur ab huiusmodi conclusione dissentire, nihilominùs illam admittit quādo,prout hic, notoriè constat de iure petentis reuocationem attentatorum per tres conformes, & rem iudicatam, *vt in d.cap.31.num.81.*

Et ita vtraque &c.

VRBEVETANA BONORVM.

Veneris 1. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Manutentio in concursu datur possessoribus anterioribus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ad effectum manutentionis probatur ex confessione emanata in monitorio à parte obtento in quo narratur N. possidere talia bona.*
2 *Iudex nulliter, ac iniustè procedens non priuat quem sua anteriori possessione.*
3 *Manutentio debetur ratione possessionis ciuilis.*
4 *Citatio vbi domi fieri permittitur, est facienda in domo, in qua citandus de tempore citationis inhabitat, vel domicilium elegit, quod tanto magis procedit, si concurrat etiam protestatio, illiusque admissio parti intimata, & num.5.*
6 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis remanet euidenter iniusta.*

DECISIO DLXXXIII.

CVM Andromacus,& Andreas Tenaglia necnonAlbinus Lollusa possiderent prędia, de quibus agitur, titulo emptionis Domina Virginia Petrignaria vxor q. Vffreducci Anchaiani,qui dd. prædia vendiderat, prætendens se esse creditricem occasione suæ dotis sc.6000. egit iudicio Saluiani coram A.C.cōtra dd. possessores, contra quos simile iudicium mouit etiam Andreas Anchaianus filius Vffreduccij pętextu quod dd. bona ad se spectarent vigore cuiusdam fideicommissi conuentionalis initi inter d. q. Vffreduccium, & septem alios eius fratres.

Hac lite indecisa pendente obierunt D.Virginia, & successiuè Andreas. Quocirca Sigismunda Anchaiana vti filia, & hęres d. Virginiæ, ac Ludouicus Anchaianus vti Donatarius vniuersalis d. q. Andreæ iudicium reassumpserunt coram eodem A. C. à quo obtinuerunt sententiam fauorabilem super immissione ih possessionē dd.bonorum,quæ fuit etiam executioni demandata. Verùm quia idem A. C. concessit, deinde mandatum de manutenendo eisdem Andromaco,& litis cōsortibus. Ideo interiecta exaduerso appellatione ab huiusmodi mandato, causaque mihi com-

commissa cum facultate manutenen quem dt Iure. Dubitaui hodie cui sit dandum mandatum de manutenendo. Et DD. dixerunt illud esset dandum d. Andromaco,& litis consortibus, cum de illorum anteriori possessio-
1 ne † sufficienter constet, ex confessione emanata in Monitorio exaduerso obtento, in quo narratur dd. Andromacum, & litis consort. bona, de quibus agitur possidere, *Dec. consf. 125. num. 1. Rota coram fa: me: Greg. XV decis. 458. n. 1. & 2. Baratt. decis. 242. num. 1. & decis. 393. num. 2. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 12. num. 7.*

Non obstat sententia A. C. lata super immissione ad fauorem dd. Ludouici, & Sigismundæ, ac possessio illius vigore subsecuta,
2 Quia cum A. C. † nulliter,& iniustè processerit non priuauit dd. Andromicum, & litis cōsortes eorum anteriori possessione, *Angel. & Doct. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss. Reuerendissimus D. meus Decanus dec. 115. num. 3. & decis. 233. num. 2. Gregor. decis. 45. num. 5. & decis. 69. num. 3. & 270. num. 2. par. 1. recent.* & consequenter ipsi qui non habuerunt se pro spoliatis dicuntur animo retinuisse ciuilem
3 possessionem cuius debetur manutentio, *d. §. qui ad nundinas, & l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir. Iason d. l. qui ad nundinas num. 62. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 22. Mantic. decis. 185. numer. 4. decis. 2. num. 10. & decis. 49. num. 3. Rota decis. 106. num. 6. par. 1. recent.*

Siquidem illa executa fuit in domo D. Iosephi Magni in qua Franciscus Politus tunc Procurator dd. Andromaci, & litis consortiū de tempore citationis non inhabitabat, nec ibi domicilium elegerat, & ideo non sustinetur
4 cum citatio † vbi domi fieri permittitur sit facienda in domo, in qua citandus de tempore citationis inhabitat, vel domicilium elegit, *Roman. consf. 454. num. 7. & 8. Zabarell. consil. 113. num. 3. & 4. Cuman. conf. 146. in 1. dub. Corn. consil. 57. num. 7. lib. 4. Verall. decis. 117. numer. 2. par. 1.* Eoque magis cùm idem Procurator tunc abfuturus ab Vrbe protestatus fuisset in actis nihil innouari in causa, nisi ipso in quolibet actu legitimè citato in domo D. Iacobi Francisci vineæ, quam pro domicilio elegerat, dictamque protestationem, eiusque admissionem eidem Ludouico intimare curasset, &
5 ideo tanto magis citari † debuit in eodem domicilio electo, vt fuit dictum *in Crotonen. Beneuerentiæ 26. Maij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Argentina Coadiutoriæ 2. Februarii 1631. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Iustitia verò eiusdem sententiæ liquet, nam omissa iniustitia respectu Sigismundæ, quæ diffidens de iuribus suis manutentionem non prætendebat, respectu Ludouici satis deducitur ex eo quod A. C. concesserit illi immissionem vigore assertæ donationis ei factæ à d. q. Andrea ass. fiddicommissario bonorum, de quibus agitur, & tamen idem Ludouicus nō docuit concludenter de d. donatione cùm in actis non produxerit integrum Instrumentum ass. donationis in forma probanti, sed illius copiam simplicem, ac defectiuam in substan-
6 tialibus, & ideo cum d. sententia † non iustificetur in actis, remanet euidenter iniusta, *Gabr. com. 28. num. 8. lib. 1. Paris. consf 54. nu. 2. lib. 4. Cæsar de Grass. decis. 2. num. 9. de sent. & re iudicat. & decis. 2. num. 6. de solut. Rota decis. 539. nu. 2. par. 1 & decis. 569. num. 6. par. 2. recent. & coram Gregor. XV. decis. 1. num. 4. & seqq. & decis. 764. nu. 4. Caual. decis. 233. num. 4.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA VNIONIS.

Veneris 22. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Quando Remissoria in causa profana concecedenda sit,& de vnione, an sit causa profana, & quorum taciturnitas illam reddat subreptitiam.

SVMMARIVM.

1 *Causa profana reputatur illa in qua actor petit beneficium tamquam vnitum.*
2 *Remissoria in profanis passim datur in qualibet iactantia etiam sine fumo data articulorum releuantia.*
3 *Remissoria vt in profanis detur, sufficit releuantia etiam vnius articuli, immo quod articulus aliquo modo directè, vel indirectè ad causam conferat, & num. 4.*
5 *Beneficij qualitas est specialiter Pontifici exprimenda, quando petitur vnionem illius confirmari.*
6 *Vnionis confirmatio non expressa beneficij qualitate dicitur subreptitia.*
7 *Subreptio eo ipso intrat, quod Papa si qualitas fuisset expressa, vel non concessisset, vel saltem difficilius.*
8 *Beneficiorum appellatione non veniunt beneficia curata.*
9 *Curæ animarum exercitium continet in se magnum periculum, cum sit ars artium.*
10 *Cura animarum tanto est pretiosior, quanto periculosior.*
11 *Beneficij qualitas quod scilicet habeat vsum mitræ, & baculi, ac exerceat quasi iurisdictionem Ordinariam, est Pontifici exprimenda, vt valida possit diei vnionis confirmatio.*
12 *Vnio ab Ordinario non potest fieri sine præuia cognitione causæ.*

DECISIO DLXXXIV.

CAPITVLVM Generale S. Ioannis Hierosolymitani vniuit Dignitati Thesaurarij Franciæ Prioratum S. Ioannis in Insula de Corbeil quamprimùm vacaret per cessum vel decessū D. Equitis d'Alincourt tūc Prioris dictamque vnionem à Sanctissimo confirmari curauit. Verùm secuta vacatione d. Prioratus per obitum d. D. d'Alincourt Magnus Prior Franciæ tamquam Ordinarius Collator Prioratum prædictum contulit Eq. Ioanni Hac. Quocirca Ven. Lingua, & prædictus Thesaurarius Franciæ obtinuerunt à Sanctissimo causam in Rota super validitate d. vnio-

d. vnionis, ac litterarum desuper emanat. executione, mihi committi, & dum pro parte instaretur pro propositione dubij, an d. vnio sustineatur, nec ne, d. Ioannes dedit articulos ad probandas nonnullas eiusdem Prioratus qualitates. Quapropter proposito hodie dubio. An ei danda esset Remissoria DD. affirmatiuè responderunt, quia versamur in causa profana, qualis reputatur illa causa, in qua
1 Actor petit † beneficium tanquam vacuum, cum ius metiamur ex parte Actoris, vt inquit *Aegid. decis. 616. in princ. Seraph. decis. 1355. num. 9. & 10. Gonz. ad reg. mensium glos. 5. §. 7. num. 17. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 32.* In profanis
2 passim † datur Remissoria in qualibet instantia, etiam absque fumo, data prout hic, articulorum releuantia *Caesar decis. 2. de dilat. Put. decis. 201. lib. 1. Caputaq. decis. 68. par. 3. Greg. XV. decis. 493. num. 4.* in terminis causae super validitate vnionis *Caual. decis. 472. num. 3. & 4. Greg. decis. 562. num. 2. & fuit dictum in Abulen. vnionis 26. Iunii 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*
3 Et sufficit releuantia vnius † articuli, ad hoc vt Remissoria indistinctè concedatur, *Seraph. decis. 1464. Caual. decis. 232. num. 1. Gregor. XV. decis. 40. num. 3.* Quodque articulus aliquo mo-
4 do directè, † vel indirectè ad causam conferat illamque etiam scui praesumptione adminiculet, iuxta doctrinam *Bald. in cap. licet causam num. 33. vers. dicitur tamen de probat.* quam secuta fuit *Rot. apud Caualer. d. decis. 232. num. 2. & in Meleuitana Antianitatis 9. Decembris 1639. coram me, & passim in aliis.*

In proposito autem inter alia articulatur. Quod Prioratus, de quo agitur, habet annexam animarum curam, & est Conuentualis, quodque Prior habet sub se 12. Fratres Religiosos, qui sunt eius Coadiutores tàm in exercitio d. curae animarum, quàm in quotidiana Missarum celebratione, diuinorumque officiorum recitatione, quae Prioratus qualitas non fuit Pontifici narrata cum tamen illa
5 egeret † speciali mentione, *Clemen. 1. de praeben.* & consequenter confirmatio vnionis d. Prio-
6 ratus † non facta d. qualitatis mentione posset dici subreptitia, *Felin. in cap. in nostra 32. in 10. corollario de rescript. Gonzal. ad reg. 8. glos. 6. num. 3. & seqq. Garz. par. 12. cap. 2. n. 118. Rota corā Greg. decis. 450. num. 2.* Potest enim esse, quod Papa intellecta huiusmodi qualitate confirmatio-
7 nem d. vnionis † vel non concessisset, vel saltem difficiliùs, *cap. litteris, c. pastoralis, & vtrobique Doct. de rescript.* cū regulariter beneficiorū
8 appellatione † curata beneficia non veniant, *cap. cum in illis in princip. 16. de praeben. lib. 6. gloss. in cap. si eo tempore, in verb. cum cura de rescript. eod. lib. 6. Gonz. ad reg. 8. gloss. 6. num. 2.* Curae nāque exercitium continet in se magnum peri-
9 culum, cum sit ars † artium, *cap. penult. de etat. & qualit. Bonifat. Vital. in Clem. 1. num. 29. de praeben. vbi sub num. 30. & 32.* inquit, quod cura
10 est tanto pretiosior, † quanto periculosior, quodque non omnis Sacerdos est ad curam animarum idoneus, eumque refert, & sequitur *Gonz. ad reg. 8. gloss. 6. num. 9.* vbi conclusionem exornat.

Praeterea articulatur, quod idem Prioratus habet sub se Ecclesias filiales, in quibus Prior pro tempore exercet iurisdictionem quasi Ordinariam, & habet vsum Mitrae, & Baculi
11 quae † pariter erant Pontifici narranda, vt in terminis dixit *Rota in Auellina Vnionis coram Penia impressa per Garz. d. par. 12. cap. 2. n. 119. & facit Greg. d. decis. 450. & seqq.*

Non obstat, quod Capitulum habeat facultatem vniendi similes Prioratus, Commendas & Beneficia Religionis vigore Constitutionū Summorum Pontificum in statutis eiusdem Religionis impressarum, vnde inferebatur validitatem d. vnionis non pendere à confirmatione Apostolica vti impetrata ad cautelam, sed à sola auctoritate d. Capituli generalis, cuius factum ad instar Ordinarij, qui dicitur prouidere motu proprio, sicut non eget iustificatione, ita non subiacet vitio subreptionis. Quoniam omisso articulo an d. facultas concessa Capitulo generali vniendi Prioratus cōprehendat, nec ne Prioratum, de quo agitur, speciales habentem qualitates, d. illatio non
12 visa fuit applicari, cum † vnio non possit fieri ab Ordinario, sine praeuia cognitione causae, *Cald. consil. 4. tit. de reb. Eccles. non alien. Paris. cons. 36. num. 11. lib. 4. Rub. pract. Rot. tit. de vnion. n. 6. ad med. vers. imo causa, Caual. decis. 439. num. 6. & seqq. Rota decis. 294. num. 7. & seqq. & decis. 318. num. 2. post med. & seqq. par. 5. recent.*

ROMANA LEGITIMAE.

Veneris 22. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Quae bona sint imputanda in legitimam filij, licet habitam ex dispositione Patris inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Filius non tenetur imputare in legitimam ea quae capit ex dispositione patris inter viuos.*
2 *Filius tenetur imputare in legitimam solutum à patre causa condemnationis, vel fideiussionis, aut obligationis factae in vtilitatem filii, quod procedit quando soluit ex necessitate, secus si ex voluntate, & num. 3. sed haec distinctio non firmatur, vt num. 4.*
5 *Pater vt ex necessitate pro filio soluisse dicatur, non sufficit necessitas causatiua, sed necessitas praecisè coactiua ab initio requiritur.*
6 *Preces & hortationes Principum, habent vim praecepti.*
7 *Solutum à patre contemplatione alimentorum, quae pater de iure filio praestare tenetur non debet imputari in legitimam.*
8 *Alimenta de iure praesumuntur praestita iuxta qualitatem, & conditionem personae ab eo, qui illa praestare tenebatur.*
9 *In legitimam imputantur omnia quae filius viuo, vel defuncto patre pro suis culpis, & excessibus expendit.*
10 *Culpa filij profusè erogantis non debet patri, nec fratribus, seu cohaeredibus praeiudicare.*

In

11 *In legitimam filii non debet imputari solutum à patre ex titulo oneroso.*
12 *Dispositionis supposito cessante cessat, & ipsa dispositio.*
13 *Expressio pacti praecedentis fieri solet quando illius vigore aliquid fit.*
14 *Genitiuus regulariter stat restrictiuè.*
15 *Verba praecedentia obscura, & generalia determinantur, & restringuntur à sequentibus certis, ac determinatis, & in dubio interpretantur contra eum, qui se fundat in illis, & num. 16.*
17 *Pater aliquid filio dans nullo expresso verbo donationis, tunc praesumitur voluisse illud eidem filio imputare in legitimam.*
18 *Pater non praesumitur voluisse donare filio per ipsum solutum creditoribus, quando ab istis reportauit cessionem contra eumdem filium, & sic eo casu est locus imputationi in legitimam, & num. 19.*
20 *Voluntas sola patris, quod filius dati remaneat debitor operatur, vt datum in legitimam imputetur.*
21 *Declaratio patris facta in testamento plurimum facit, vt solutum pro filio sit in illius legitimam imputan. etiam si sit solutù ex interuallo, & nu. 22.*
23 *Donatio inter patrem, & filium non sustinetur.*
24 *Donationem pater factam filio inter viuos potest etiam in testamento declarare, ac etiam reuocare.*
25 *Filius tenetur imputare in legitimam quidquid habuit à patre in vim vltimae voluntatis.*

DECISIO DLXXXIV.

QVONDAM Io: Baptista de Aste apocam de anno 1628. his verbis exarauit: *Prometto, e m'obligo esseguire quanto dall' Eminentissimo, e Reuerendissimo Signore Cardinale Barberino Padrone sarà dichiarato per l'interessi che sono tra me, e Carlo mio figliuolo per li debiti da lui contratti fino al presente giorno, che da S. Sig. Eminentissima saranno dichiarati veri, e reali fino alla somma di scudi 25. mil. moneta da pagarsi in termine di sei anni &c. alla qual dichiaratione prometto stare, e fare quanto in essa si contiene, obligandomi perciò in forma Cameræ Apostolicæ con le solite clausule, annullando perciò ogn' altra poliza, ò polize ch' io hauessi fatte per detti interessi di mio figliuolo fino al presente giorno di simil somma di scudi 25. mil. moneta.*

Huius apocæ vigore idem Io: Baptista præuiis mandatis à dicto Eminentissimo sibi directis persoluit diuersis creditoribus dicti D. Caroli eius filij summam scut. 17115. ba. 30. monetæ, & ab illis cessionem iurium contra eumdem Carolum reportauit.

Deinde in Testamento suo cū quo decessit instituto hærede d. Carolo in sola legitima mandauit in eam imputari dd. debita tàm soluta, quàm soluenda. Voluitq; vt idem Carolus factis computis consequeretur supplementum suæ legitimæ super Ciuitate Acerni à duobus peritis æstimanda. In omnibus autem aliis bonis hæredes pro æquali portione instituit D. Eq. Franciscum alterum filium secundogenitum, ac D. Mauritium ex eodem Carolo nepotem, & inter eos hæreditatem diuidi mandauit. Qui hæredes defuncto Testatore præuiis aliis mādatis eiusdem Eminentissimi persoluerunt aliis creditoribus dicti Caroli sc. 7523. b. 22. monetæ, quæ iuncta cum præcedenti summa constituit in unum sc. 24638. b. 52. monetæ, & ab illis cessionem iurium pariter reportarunt.

Anno 1634. fuit per dictū Eq. Franciscum & D. Carolum tàm proprio nomine pro conseruatione suæ legitimæ, quàm vti patrem, & legitimum administratorem D. Maurìtij filij pro diuisione hæreditatis electus Arbiter, Arbitrator, & amicabilis Compositor D. Ioannes Franciscus, qui citato D. Carolo tulit laudum, quod postea à bo: me: Cardinali Verospio Testamentario Executore approbatum fuit, in quo mandauit debita vt supra soluta D. Carolo in legitimam imputari, & pro supplemento assignauit Ciuitatem Acerni, quæ nunc à D. Carolo retinetur, & tria loca montis Pij hæreditaria, & alia bona, de quibus in laudo, dictaque loca Montium postea ad instantiam creditorum eiusdem D. Caroli ipso citato distracta fuerunt.

Nouissimè agente D. Eq. Francisco coram A. C. ad quædam bona sibi pro sua legitima in dicto laudo assignata, & per D. Carolum de præsenti retenta cum D. Carolus exciperet se de sua legitima non esse satisfactum ex quo prædicta debita in eā non erant imputañ, fuit de consensu partium propositum dubium. An debita soluta pro d. Carolo vigore dictæ apocæ sint ei imputañ in legitimam, & affirmatiuè responderunt Domini.

1 Quia licet regulariter ea quæ † filius capit ex dispositione patris inter viuos non imputentur in legitimam *l. si quando, §. & generaliter C. de inoff. test. l. illud, C. de donat. Rip. in l. in 4. num. 193. ff. ad l. falcid. Crass. de success. §. legitima qu. 22. in princ. Surd. de alim. tit. 9. quaest. 2. num. 10. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu. 20. num. 1.* Nihilominus à d. regula sæpe receditur, & signanter
2 quando pater † soluit causa condemnationis, vel fideiussionis, aut obligationis factæ in vtilitatem filij, quia tunc pro eo solutum imputatur in legitimam iuxta opinionem quam veriorem indistinctè tuentur *Fabian de Giocch. in auth. nouissima in 8. quaest. 106. C. de inoffic. testam.* subdens ita communiter teneri *Rip. in d. l. in 4. num. 185. vers. sed verius videtur, & num. 186. ff. ad l. falcid. Vasq. de success. creat. tom. 1. lib. 2. §. 30. limit. 34. num. 200. vers. contrariam partem,* vbi dicit esse verissimam, & pluribus comprobat, *& num. 223. vers. vnde infertur, Ducu. reg. 222. n. 4. vers. quam distinctionem, Crass. d. §. legitima q. 30. n. 1. vers. contrariam.* Quam indistinctè tenet *Merl. de legitim. d. lib. 2. tit. 2. qu. 25. nu. 2. & 3.* Qui etiam veriorem sibi videri dicit, & Doctores, decisionesque Rotales conciliat. Quibus accedit *Bald. in auth. si captiui sub num. 10. vers. in contrarium tamen videtur, C. de Episc. & Cleric.* vbi ait fortè esse verum, ea motus ratione, quod omne datum ob causam imputatur in legitimam *per text. in l. quoniam nouella, & in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. testam.* & hoc idem etiam affirmant *Bart. in d. l. in 4. num. 10. & 16. Rip. n. 145. & Pic. num. 60. in fin. qui de communi Crass. in d. §. legitima d. qu. 22. num. 14. Signorol. cons. 20. num. 3.*

verf. nunc venio, Duen. d. reg. 222. in princ. Vasq. d. §. 30. *num.* 250. Vbi maximè si causa respiciat, prout hic, ipsius filij vtilitatem.

Nec releuat dicere dictam conclusionem procedere quando pater soluit ex necessitate
3 secus † autem quando soluit ex voluntate, quasi tunc paterna pietate ductus soluisse presumatur, & ideò solutum nō debeat imputari in legitimam iuxta distinctionem quam ponit *Bart. in l. 2. §. Stichus num. 2. ff. de pecul. legat. quem sequuntur Bald. in l. omnimodo, §. imputari n. 5. ff. de inoff. testam. & in l. filiæ cuius num. 19. C. famil. ercisc. Alex. in d. l. in quartam numer. 23. & ibidem Bologn. 335. ff. ad l. facid. Roman. in auth. ex testamento numer. 15. verf. aut soluit ex voluntate, C. de collat. Ang. Aretin. in §. actiones autem num. 16. instit. de action. Ruin. conf. 139. num. 13. in fin. verf. nec etiam videtur lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 36. n. 138 verf. si vero non habebat, Mangil. de imput. qu. 40. num. 26. & seq. Auffrer. in add. in Cappell. Tholos. qu. 121. Surd. dec. 167. num. 11. Gratian. discept. 50. num. 5.* eamque videtur amplexa *Rota decis. 55. num. 27. & 28. & decis. 59. num. 1. post Merlin. de legit. & decis. 506. sub num. 2. par. 3. recent.*

4 Quoniam quidquid sit de dicta distinctione, quam expresse refellunt supradicti Doct. indistinctè tenentes filium teneri imputare in legitimam quidquid pater pro eo siue coactè, siue voluntariè soluit, ea moti ratione, quod in vtroque casu vigeat quidam naturę impulsus resultans ex vi sanguinis, ac paterna pietate ne filius vexetur, & in carceres detrudatur, adhuc admissa dicta distinctione illa non refragatur præsenti casui, in quo Io: Baptista pater Caroli soluit pro eo pecunias, de quibus agitur ex necessitate vigore scilicet præcedentis obligationis per eum factæ de exequendo, quidquid Eminentissimus D. Cardinalis Barberinus declarasset quoad solutionem æris alieni contracti ab eodem Carolo vsque ad summam scut. 25. mil. cum ad hoc vt pater non ex voluntate, sed ex necessitate pro filio soluisse dicatur non requiratur necessitas pre-
5 cisè † coactiua ab initio, sed sufficiat necessitas causatiua, cum scilicet de tempore solutionis cogi posset vigore propriæ obligationis, etiamsi ab initio voluntariè, non autem coactè se obligasset, vt colligitur ex doctrina eiusdem *Bart. in d. l. stichus n. 20.* & sequacium, qui casum solutionis ex necessitate exemplificant in patre, qui soluit vigore statuti, aut cōsuetudinis, vel etiam fideiussionis, seù obligationis factæ pro filio, & sic supponunt patrem voluntariè, non autem ex necessitate ab initio se pro filio obligasse.

Idque faciliùs procedit in præsenti casu, in quo pater Caroli, nec etiam ab initio se omninò spontè videtur obligasse, sed ita suadeñ, & instañ pluribus Magnatibus, & signanter Eminentissimo D. Cardinali Barberino cuius hortationibus, & instantijs contradicere nefas
6 erat, cum preces † & hortationes Principum vim præcepti habere dicantur, iuxta illud: Est rogare Ducum species violenta iubendi, *gloss. in l. 1. in verb. quemadmodum*, ibi, & non prouerbium rogare Domini præceptum est, *ff. quod iussu, Bald. conf. 221. num. 1. vol. 3. Alex. consil. 124. in fin. vol. 1. Crauett. conf. 422. nu. 15. vol. 3. late Tiraquell. de pæn. tempor. aut remit. caf. 35. num. 1. & seq.*

Nec dicatur solutionem debitorum, de quibus agitur fuisse voluntariam prætextu, quod illa essent inualida vti cōtracta à Carolo tunc filio familias contra dispositionem stat. Vrbis lib. 1. cap. 152. prohibeñ. filios familias nonnullis casibus exceptis validè posse obligari. Quoniam pro responsione sat esse dicebant DD. d. solutionem factam fuisse vigore præcedentis obligationis de soluendo scuta 25. m. illius creditoribus quos Eminentissimus D. Cardinalis Barberinus veros, & legitimos iudicaret. Hinc namque apparet Io: Baptistam patrem indebitum voluntariè non soluisse.

Nec subsistere visum fuit Carolum contraxisse debita, de quibus agitur ob causam alimentorum necessariam pro sui, & familiæ condecenti sustentatione, & consequenter il-
7 lorum solutionem † vti factam contemplatione dd. alimentorum quæ pater in vita eidem filio de iure prestare tenebatur non esse imputandam illi in legitimam, *l. pater, ff. famil. ercisc. Berengar. in d. l. in quartam cap. 3. num. 79. ad leg. falcid. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 57. num. 5. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu. 20. num. 16.*

Quoniam tantum abest, quod Carolus probet se contraxisse dd. debita ob causam alimentorum necessariam, quinimò contrarium colligitur tàm ex iuris præsumptione, iuxta
8 quàm alimenta † presumuntur præstita iuxta qualitatem, & conditionem personę ab eo qui illa præstare tenebatur *Alex. in l. cum seruus n. 4. in fin. ff. de verb. oblig. Natt. conf. 547. num. 29. Surd. de aliment. tit. 6. qu. 23. num. 14.* quàm etiam ex articulis pro parte eiusdem Caroli coram A. C. productis, in quibus ipse articulauit se fuisse semper sub cura, & potestate patris, in illiusque domo vna cum vxore, filijs, & familia inhabitasse, & congrua alimenta recepisse idemque attestatur D. Aurelia eius vxor apertè dicens se post accessum ad Vrbem alimenta, aliaque ad victum, & vestitum necessaria condecenter à Ioanne Baptista socero recepisse, nec quidquam à Carolo eius viro habuisse.

Quibus accedit, quod huiusmodi debita in summa scut. 25. mil. fuerunt contracta à Carolo spatio ferè sexdecim mensium, nimirùm à mense Iulij 1623. vsque ad mensem Octobris 1624. quo breui temporis interuallo non est verisimile eum tam grauem summam pro solis alimentis erogasse, sed potius illam prosè consumpsisse, & consequenter teneri im-
9 putare sibi in legitimam, cui imputantur † omnia quę filius viuo, vel defuncto patre pro suis culpis, & excessibus expendit, vt in specie *not. Bald. in d. auth. ex testamento sub num. 37. verf. item de his, C. de collat.* Culpa namque filij profusè erogantis nou debet patri, nec fratribus, sed
10 cohæredibus preiudicare, *Menoch. de arbitr. Iud. caf. 132. num. 55. & seq. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 5. num. 4. & seq. Gratian. discept. 55. num. 2.*

Nec releuat, quod Sanctissimus in Chirographo

grapho emanato de mense Nouembris 1625.
iusserit, vt ex bonis, & redditibus paternis sol-
uerentur eidem Carolo sc. 4000. pro emptio-
ne mobilium domus, & alia scuta annua 3000
pro alimentis. Vnde inferebatur subsequen-
tem obligationem factam à Io: Baptista pro
dissoluendo ære alieno contracto à Carolo fi-
lio fuisse correspectiuam ad liberationem ab
executione d. Chirographi, cuius vigore idem
Io: Baptista tenebatur persoluere summam
pecuniarum in eodem demandatam, & con-
11 sequenter solutionem † d. æris alieni vti fa-
ctam titulo oneroso non esse imputandam in
legitimam *iuxta doctr. Bald. in l. 2. num. 3. C. si in
fraud. patr. et in l. 1. in fin. C. de reuoc. his quæ in fraud.
cred. Gabr. consil. 136. num. 4. 5. 10. & 20. volum. 2.
Curt. iun. cons. 81. num. 1. Mangil. de imput. quæst. 10.
num. 11. & 17.*

Quoniam aduertebant Domini d. Chiro-
graphum emanasse cum supposito, quod ipse
Carolus habitaret in posterum cum vxore, &
familia seorsum à patre, vt elicitur ex verbis
proœmij eiusdem Chirographi, ibi, *Poiche per
giuste cause à noi note, è conueniente che Carlo d'Asti
habiti separatamente dal padre, e se gli proueggа d'vn
assegnamento per mantenere se, sua moglie, e fame-
glia conforme al suo grado &c.* Vnde cum Caro-
lus postea non recesserit è domo paterna, sed
in ea vna cum vxore, & familia continuo ha-
bitauerit, insimulque congrua alimenta rece-
perit, satis apparet subsequentem obligationē
factam de anno 1628. à patre pro dissolutione
æris alieni contracti à dicto Carolo filio non
fuisse correspectiuam ad liberationem ab exe-
cutione Chirographi longè antea emanati.
Quia respectu temporis præteriti ante dictam
obligationem ab anno scilicet 1625. quo ema-
nauit Chirographus vsque ad annum 1628.
quo facta fuit d. obligatio prætensa correspe-
ctiuitas cessat ex eo quod Carolus non recessit
è domo paterna, sed in ea vna cum vxore, &
familia alimenta recepit, & consequenter ces-
sante supposito saparatæ habitationis è domo
patris, sub quo dicta Chirographus ema-
12 nauit, cessauit † quoque eiusdem Chirogra-
phi dispositio *l. 1. §. nihil, ff. de inoff. testam. Ruin.
cons. 85. num. 12. in fin. lib. 5. Surd. cons. 359. num. 4.
Greg. XV. decis. 586. num. 4.* Respectu verò tem-
poris futuri post d. obligationem nō est verisi-
mile patrem vltra alimenta, quæ abinde citra
tàm Carolo, quàm vxori, & familiæ præstitit
summam quoque scutorum 25. mil. eidem
donare voluisse ad euitandam d. Chirographi
executionem, cum illi nihil referret vel con-
tinuare præstationem alimentorum Carolo,
eiusque vxori, & familiæ in domo propria,
vel extra illam eidem persoluere loco alimen-
torum summam pecuniarum in Chirographo
Sanctissimi demandatam.

Præsertim cum pater in d. obligatione facta
pro solutione æris alieni contracti à Carolo
filio nullam fecerit mentionem de dicto Chi-
rographo, cuius nec etiam probatur aliquam
scientiam ipsum habuisse, prout de illo verisi-
13 militer fecisset † si correspectiuè, seu in exe-
cutionem Chirographi longè antea emanati

se obligare voluisset, iuxta notata per *Castr. in
l. emptor prædij num. 7. C. de pact. Rota decis. 262.
num. 1. & 6. par. 2. diuers.*

Neque obstant illa verba, *per gl'interessi che
sono tra me, e Carlo mio figliuolo &c.* quæ vt dice-
batur nonnisi ad interesse huiusmodi alimen-
torum, quæ pater eidem Carolo filio, illiusq;
vxori, ac familiæ præstare tenebatur referri
videntur, cum illud probabile interesse inter
patrem, & filium in potestate existeñ conside-
derari non possit. Siquidem dd. verba decla-
rantur ab alijs immediatè sequeñ, *per li debiti
da lui contratti sino al presente giorno*, quæ apertè
innuunt verba proximè præcedentia, *per gl'in-
teressi che sono tra me, e Carlo mio figliuolo*, intelligi
de interesse, quod inter patrem, & filium su-
per eo solum versabatur, quod Carolus insta-
bat æs alienum à se contractum persolui à Io.
Baptista patre, iste vero asserens se ad illius o-
lutionem non teneri, eam facere recusabat.

Quod clarius suadetur ex alijs verbis in fi-
ne eiusdem apocæ adiectis, ibi, *annullando però
ogn'altra poliza, ò polize ch'io hauessi fatto per detti
interessi di mio figliuolo sino al presente giorno*, ex
quibus apparet verbum, *Interesse*, referri ad in-
teresse ipsius filij dumtaxat, virtute genitiui
14 *di mio figlio*, qui stat restrictiuè *cap. cum cappellæ
vbi Butr. de priuil. Alexan. in rub. 2. ff. de nou. oper.
nunciat. Couar. pract. quæst. cap. 10. vers. 3. in iure cir-
ca fin.* ibi, *qua ratione cum alijs relatis à Surd.
15 cons. 135. num. 6. volum. 1.* Verba † præcedentia
obscura, & generalia determinātur, & restrin-
guntur à sequeñ certis, & determinatis *Bald.
in l. legatorum petitio 34. §. qui plures sub fin. circa
prædicta de leg. 2. Imol. in l. cum in testamento 37. §.
fin. num. 2. ff. de hered. instit. Simon de Prat. de inter-
pret. vlt. vol. lib. 3. interpr. 3. dubit. 4. solut. 3. num. 13.
fol. 337. Surd. cons. 279. num. 61. vol. 2.* Et in dubio
16 interpretantur † contra eum qui se fundat in
illis *ad l. veteribus, ff. de pact. Greg. XV. decis. 128.
Rota decis. 29. num. 3. par. 1. recent.*

Præterea dicebant DD. prędictam regulam
quod data inter viuos à patre non imputen-
tur in legitimam procedere quando pater ex-
pressit titulum donationis, aut alijs verbis vsus
fuit, ex quibus colligitur ipsum donare vo-
luisse; Secus autem si aliquid filio simpliciter
dedit nullo expresso verbo donationis, aut
17 titulo liberationis, quia tunc præsumitur vo-
luisse † illud eidem filio imputare in legiti-
mam iuxta receptissimam conclusionem quā
firmat *Bart. in l. 1. §. sed si parens num. 1. ff. si quis
à parent. fuer. manumiss. Alex. in l. illud num. 5. in fin.
vers. si secus, ibique Dec. num. 8. vers. & hoc limita-
tur, & Corn. num. 18. & 19. C. de collat. Rip. in d. leg.
in quartam numer. 145. & ibidem Ruin. num. 28. &
Alc. num. 38. ff. ad l. falcid. Ias. in d. l. si quando nu. 3.
C. de inoff. testam. Cors. in l. filium qui habentem nu-
mer. 109. C. famil. hercisc. Alex. cons. 142. n. 22. vol. 2.
Corn. consil. 64. num. 8. vol. 2. Vasq. de success. creat.
lib. 3. § 30. par. 2. nu. 254. vers. item limita tum seq.
Peregr. de fideic. d. art. 30. nu. 125. vers. intellige, Cuc-
chus de legit. tit. data inter viuos &c. num. 21. Crass.
in §. legitima quæst. 22. num. 13.* Subdens id pro-
cedere siue datum æquiualeat legitimæ, siue
excedat, aut minoris sit æstimationis *Add. ad*

Greg. XV. decis. 568. num. 13. vers. fecus autem, & probat text. in l. cum quo 56. §. fin. ff. ad l. falcid.

In proposito autem tantum abest, quod probetur Ioannem Baptistam patrem Caroli voluisse eidem donare summam, de qua agitur, quinimo contrarium apertè suadetur tam ex eo quod ipse in actu solutionis reportauit à creditoribus cessionem iurium contra dictũ Carolum eorum debitorem, & sic non obscu-
18 rè declarauit se velle † repetere solutum, non autem donare, vt in terminis aduertit *Ruin. d. cons. 149. num. 4. post med. vers. quia constat quod pater vol. 3.* Nam alias d. cessio fuisset inutilis, si pater summam pro filio solutam ab eo repetere, vel ab eodem pro ea releuari noluisset,
19 quo casu esse locum imputationi, † inquit etiam *Merlin. d. lib. 2. tit. 2. qu. 25. num. 20. vers. quia*
20 *si pater*, sola † enim paterna voluntas, quod filius dati remaneat debitor operatur, vt dati in legitimam imputetur *Rip. in d. l. in quartam num. 175. Castr. cons. 242. num. 2. vers. sed ista præsumptio lib. 2. Mantic. de tac. & ambig. lib. 13. tit. 18. num. 16. & fuit decisum in Romana seu Bonon. pretij Clericatus 19. Aprilis 1627. coram R.P.D. meo Merlino inter recent. decis. 14. par. 5.* Quàm etiam ex eo quod idem pater in suo Testamento apertis verbis declarauit debita soluta, & in posterum soluenda creditoribus Caroli eius filij
21 imputari in legitimam, quæ declaratio † plurimum in proposito attendi debet, *Bald. in leg. maximum vitium, C. de liber. præter. Corn. cons. 200. col. 2. lib. 1. Surd. cons. 122. num. 21. & in tractat. de alim. tit. vlt. qu. 34. num. 14. Merlin. de legit. d. lib. 2. tit. 2. qu. 10. num. 23.*

Nec dicatur d. declarationem tamquam factam non ab initio, sed ex interuallo non suffragari iuxta aliquorum opinionem. Quia vltra quod Io: Baptista pater in ipsomet actu solutionis reportauit à creditoribus Caroli cessionem iurium, & sic ab initio saltem tacitè declarauit se velle solutum repetere, vel imputari in legitimam. Placuit responsio, quod vbi, prout hic, nulla præcessit expressa
22 donandi voluntas, verius est illius declarationem posse etiam ex interuallo, quandocumque fieri, vt in specie declarationis factæ à patre in testamento, aduertit *idem Ruin d. cons. 149 num. 14. circa finem, vers. & quamuis voluntatem*, quem refert, & comprobat *Merlin. d. qu. 25. sub num. 5. vers. sed extensionem istam, & num. 6.* Et in terminis similis declarationis, quando donatio ab initio fuit nulla, aduertunt *Crass. d. q. 22. num. 3.* vbi de communi *Vasq. in d. §. 30. nu. 258. vers. quod si simpliciter*, qui pariter testatur de communi.

Quæ eo magis DD. procedere dixerunt, quia vel non apparet patrem donare voluisse, quod sufficit vt locus sit imputationi vt supra dictum est. Vel si aliqua donatio interuenis-
23 set illa † tamquam inter patrem, & filium non valuisset vti tunc, & ab initio *l. 1. §. si parens, ff. pro donat. l. cum de bonis, C. de donat. l. 2. C. de inoff. donat.* & in nostris terminis ad effectum imputandi donata à patre in legitimam fuit dictum *in Romana Legitimæ 15. Ianuarij 1626. coram bon. mem. Card. Verospio*, sed ad summum morte patris fuisset confirmata, itaut quandocumque ante illam, ac etiam in testamento
24 declarari, † immo & reuocari potuisset, vt benè in istis terminis *Crass. d. quæst. 22. num. 3. & Vasq. d. §. 30. num. 258. vers. intellige tamen, Bart. in l. si maritus la 2. in fin. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. rem legatam num. 9. vers. secus in donatione, ff. de admin. leg. Bald. in l. cum te num. 1. vers. si erat vxor, C. de donat. ante nupt. Corn. consil. 81. num. 11. lib. 1. Mant. de tac. & ambig. lib. 2. tit. 7. n. 15. & 22.* Et quidquid Carolus ex illa accepisset potiùs ex relicto, & in vim vltimæ voluntatis, quàm
25 ex donatione, quod † ideo absque dubio vt in legitimam veniret imputandum, accepisse censeretur, *Bart. in d. l. in quartam num. 10. vers. si vero donatio, & ibi Rip. num. 143. in fine, Roman. cons. 277. num. 2. Alex. cons. 31. nu. 5. & seqq. & n. 9. lib. 4. Crass. d. qu. 22. num. 6. vbi de communi Peregr. dicto cons. 36. num. 124. Add. ad decis. Gregor. 568. num. 13. vers. limitatur 2. & fuit decisum in d. Romana legitima.*

Et ita vtraque &c.

FAVENTINA BONORVM.

Lunæ 25. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Agitur de redditione rationis facieñ per Administratorem, & quid importet liberatio à redditione rationis.

SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis.*

2 *Text. in l. 1. §. ex offic. ff. de tutel. & rat. distrah. licet loquatur in tutore nihilominus procedit in quolibet administratore.*

3 *Regulares qui tanquam executores vltimæ voluntatis alicuius testatoris illius bona administrarunt, tenentur reddere rationem.*

4 *Liberatio à redditione rationis venit intelligenda de scrupulosa, sed non quod si adest dolus quis ad illã reddendam non possit conueniri.*

5 *Liberatio à redditione rationis respectu vnius ratione confidentiæ quam cum eo solo habebat testator, non extenditur ad alios.*

6 *Ratio semel reddita amplius reddi non debet.*

DECISIO DLXXXV.

VT alias dictum fuit in causa ista Bernardus Fuchus in Testamento hæredes instituit Patres Regulares Boni Iesus Rauennateñ cum onere habitandi in Terra Mutiliani Fauentinæ Diœcesis, ibique ædificandi Ecclesiam cum Conuentu sub inuocatione Sancti Bernardi, aliaque onera adimplendi.

Codicillis autem prohibuit ne dd. Patres possent eius hæreditatem adire, fructusque illius percipere, nisi Ecclesia totaliter perfecta, defuncto Testatore de anno 1618. dd. Patres hæreditatem prædictam adiuerunt, illiusque fructus, ac redditus ab inde citra administrarunt.

ſtint. Fuit hodie quæſitum. An dd. Patres
tenerentur reddere rationem adminiſtrationis
bonorum, ac fructuum d. hæreditatis, & af-
firmatiuè reſponſum fuit. Cum quilibet Ad-
1 miniſtrator † regularitèr teneatur reddere ra-
tionem ſuæ adminiſtrationis *cap. qualitèr, & quando el 2. de accuſat.* idemque cauetur *in l. 1. §. ex officio ff. de tutel. & rat. diſtrah.* qui text. licèt
2 loquatur † in Tutore, nihilominus procedit
in quolibet adminiſtratore prout in ſpecie fir-
maant *Dec. conſ. 464. in princ. Ruin. conſ. 29. num. 10. cum ſeqq. lib. 5. Rom. conſ. 414. num. 1. Bero. qu. 15. num. 1. & 2.* cum alijs *per Gratian. diſcept. 760.*
3 *num. 1.* & in ſpecie Regularium, qui † tam-
quam Exequutores vltimæ voluntatis alicu-
ius Teſtatoris, illius bona adminiſtrarunt pro-
bant *text. in clem. vnic. & gloſſ. in verb. debitam de teſtam. Clem. quia contingit §. illi etiam de Relig. domib.*

Nec ſubſiſtere viſum fuit, quod prædictus
Teſtator liberauit Patres ab onere redditionis
rationis. Nam huiuſmodi liberatio non de-
ducitur niſi ex illis verbis adiectis in Teſta-
mento ibi *laſcia, e vuol che ne ſiano Eſſecutori del ſuo Teſtamento il P. D. Horatio Signore della Città di Rauenna Prete del buon Giesù, quale d. Horatio habbia d'hauere, e tenere diligente cura di d. heredità dopo la morte di Maddalena Eliſabetta ſua Moglie &c. e ſenza renderne conto di d. heredità, & entrate a perſona alcuna, confidandoſi d. Teſtatore nella ſua buona coſcienza &c.* Quæ verba omiſ-
ſo quod videntur intelligenda de ſcrupuloſa
quadam inquiſitione, nec propterea impe-
4 diunt quominus Adminiſtrator † poſſit con-
ueniri ad redditionem rationis, ſi probetur
dolus *l. ita autem §. Iulianus ff. de admin. & peric. tut. l. quidem* vbi *gloſſ. & Doct. ff. de admin. Tutor l. ſi ſeruus vetitus* cum ibi notat. *de leg. 1. l. cum tale §. 1. ff. de cond. & demonſtr. cum ſimilibus relat. a Phannc. par. 2. cap. 2. num. 52. verſ. & pnto Oſaſch. in ſuo conſ. poſt deciſ. Pedem 62. num. 28. Farinac. fragm. par. 2. verb. iuramentum num.* 1896. Satis indicant
d. liberationem à redditione reſtrictam eſſe ad
perſonam Patris Horatij, qui triennio poſt
obitum Teſtatoris ſuperuixit ob ſpecialem
confidentiam, quam Teſtator in eo habebat
5 quæ † proinde ad alias perſonas non extendi-
tur *l. ex pluribus ff. de admin. Tut. in fin. l. 1. §. promittitur verſ. quod datur ff. de aq. quotid. & æſtiu.* &
pluribus indiuiduis latè exornat *Valenzuol. conſ. 38. num. 5. & ſeqq.*

Non obſtat quod dd. Patres rationem d.
adminiſtrationis iam reddiderint, & ideò in-
6 tret concluſio, quod ratio † ſemel reddita
iterum reddi non debeat *l. ſemel C. de apoc. public. Lap. in Clem. quia contingit nu. 5. de relig. dom. Socc. Sen. conſ. 92. num. 11. lib. 4. Pariſ. conſ. 89. nu. 1. lib. 1. Rot. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano dec.* 268
num. 7. & in Rom. Computorum 23. Ianuarij 1640.
coram R. P. D. meo Cerro. Quia vltra quod pro
parte Philippi negatur huiuſmodi rationem
fuiſſe redditam, DD. dicebant hoc eſſe extrà
præſens dubium in quo ſolum quæritur: An
Patres teneantur d. rationem reddere.

Et ita vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Luna 25. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Fructus cenſus vt dicatur reducti per Breue Sanctiſs. debet de hoc conſtare in actis, & quando de reali productione non conſtet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Fructuum Cenſus reductionem allegans tenetur probare tanquam fundamentum ſuæ intentionis.*
3 *In actis quod non eſt dicitur eſſe extra mundum.*
4 *Productio ſola verbalis non attenditur.*
5 *Notarij atteſtatio ſuper productione mandati, vel Inſtrumenti alicuius contractus non probat ipſum mandatum, vel contractum.*
6 *Productio ſola dicitur de actis quando quis producit Inſtrumentum, vel aliam ſcripturam in iudicio nec illius tenorem fecit regiſtrari de verbo ad verbum.*
7 *Tenor Inſtrumenti ſeù alterius ſcripturæ productæ, vt dicatur de actis neceſsè eſt quod in actis dimittatur ipſum originale authenticum, aut illius copia exemplata authoritate Iudicis, vel collationata parte citata.*
8 *Negligentia Notarij quod non præiudicet parti ſi ſcriptura in actis producta non reperiatur in quibus terminis procedat.*
9 *Narratiua gratia conceſſa ad petitionem partis in omnibus non iuſtificanda.*

DECISIO DLXXXVI.

QVONDAM Iordanus de Nobilibus im-
poſuit de anno 1597. Cenſum de quo
agitur ſuper quodam ſuo ſtabili ad rationem
ſcut. 9. pro centenario, illumq; vendidit Deo-
datæ Vrſinæ de Alicornis pretio ſcut. 2500.
ſub fideiuſſione Alexandri Petrucij, & Camil-
li Strotij, promiſitque cum Iuramento nullo
vnquam tempore, nec quauis de cauſa, aut
occaſione reductionem d. Cenſus petere, il-
laque obtenta non vti contra d. Deodatam,
vel illius hæredes, qui cum hodie agerent pro
ſolutione fructuum d. Cenſus ad prædictam
rationem 9. pro centenario contra Artemi-
tiam, & Martham de Petruccijs filias, & hæ-
redes d. Alexandri fideiuſſoris, fuit oppoſitum
pro parte dd. Mulierum fructus eiuſdem Cen-
ſus fuiſſe per Breue Sanctiſs. reductos ad ſep-
tem pro centenario ad inſtantiam cuiuſdam
Iacobi Vacchæ poſſeſſoris vnius Tenutæ ſpe-
ctan. ad ſupradictum Camillum confideiuſſo-
rem. Vnde propoſito dubio, ad quam ratio-
nem debeantur fructus d. Cenſus, DD. non
conſtare de d. reductione reſponderunt.

Habent namque hæredes d. Deodatæ inten-
tionem plenè fundatam in publico Inſtru-
mento impoſitionis d. Cenſus ad rationem
1 ſcut. 9. pro centenario, quod facit † proba-
tionem probatam *Bald. in l. intereſt la 2. num. 2. C. de ſolut. Dec. conſ. 36. num. 2. Aym. conſ. 317. nu. 1.*

Rota decis.149.nu.1.apud Zacch. de obligat. Camer. Vnde ei qui excipit fructus eiusdem Census fuisse reductos ad septem pro centenario in-
2 cumbit onus probanđ exceptionem huiusmodi reductionis tamquam fundamentum suæ intentionis *l.in except.ff.de prob.Greg.XV.dec.228 num.2. Rota apud Zacch. de abl. Cam. decis.146. num.4.*

In præsenti autem ass. reductio non probatur, cum de illa in actis non constet. Vnde intrat cõclusio quod quidquid non est in actis
3 dicitur † esse extra Mundum *Rota decis.197. num.15. par.5. rec. Greg.XV. decis.224. in fin.* vbi *Add.litt. C. & decis.91.num.6.par.6.rec.*

Non obstat quædam adnoratio Notarij A. C. facta in broliardo sub die 2. Decemb.1609. in qua legitur Procuratorem d. Alexandri produxisse litteras Apostolicas informa Breuis reductionis Census de quo agitur, ad rationem 7.pro centenario, quia cum in actis non reperiatur originale d. Breuis, neque fuerit dimissa copia collationata cum ipso Originali talis assertio Notarij super productione Breuis reductionis, vel probat solam productio-
4 nem verbalem, quæ † non attenditur *Rota coram Caual.decis.542.num.3.in fin.& decis.445.nu.1 par.1. diuers.* vel si probat productionem realem eiusdem Breuis non probat ipsam redu-
5 ctionem, sicuti attestatio † Notarii super productione mandati, vel Instrumenti alicuius contractus non probat ipsum mandatum, vel contractum *Maran.de Iudic.par.6. de actor. edit. num.3.Alex.cons.6.nu.6.& seqq.vol.4.Rot.dec.535. sub num.1.par.1.recent.* Quando enim quis produxit Instrumentum, vel aliam scripturam in Iudicio, neque illius tenorem fecit registrari
6 in actis de verbo ad verbum; sola † productio dicitur de actis, non autem illius tenor *Maran. vbi supra num.3. Ossasc. decis.1. num.50. Caual. d. decis.542. num.3.* Cum ad hoc vt tenor Instrumenti, vel scripturæ productæ dicatur de actis requiratur quod in actis dimittatur ipsum ori-
7 ginale authenticum, † aut illius copia exemplata auctoritate Iudicis, vel collationata parte citata *Scacc. de iudic.lib.2. cap.11. num.389. & seqq. Rota in Placentina deuolutionis coram Penia apud Marches.de commiss.par.3.fol.157. Add.Greg. XV. decis.59.num.11.*

Non obstant *Seraph.decis.1115.num.4.& seqq. Buratt.decis.780.num.4.* in quibus dicitur negli-
8 gentiam † Notarii non præiudicare parti si scriptura in actis producta non reperiatur, quia in casu *decis. Seraph.* aliunde constabat Commissionem productam continere simplicem subrogationem Iudicis. In casu verò *decis. Buratt.* constabat in actis fuisse insertum tenorem scripturæ productæ, vt liquet ex earum lectura; At in casu nostro tenor ass. Breuis non reperitur in actis registratus, nec de illo aliunde constat prout constare deberet ad elidendam intentionem fundatam in Instrumento Impositionis d. Census ad quem effectum non videtur sufficere simplex probatio reductionis in genere, sed requiritur concludens probatio, quod ass. Breue reductionis suffragetur, cum illud possit habere in ventre plures conditiones adimplendas ab Impetrante; vel potuerit concedi sub narratiua quæ indi-
9 geat iustificatione cũ omnia, quæ † narrantur in gratia concessa ad petitionem partis sint verificanda *cap.3. de rescript. Felin. in cap. ad aures num.4. vers.3. conclusio de Rescript. Aegid. deci.76. num.7.Cresc.decis.9. in fin.de Iurepatr.Verall.decis. 128.num.1.par.1.*

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA DOMVS.

Merc. 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Iudicia quando sunt diuersa inhibitio coram vno Iudice obtenta non impedit executionem alterius: Alimenta ex quibus non sint præstanda in domo aliena, quando etiam filius repræsentet personam Patris.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis non afficit, quin alius Iudex possit in causa diuersa procedere ad vlteriora.*
2 *Clausula, quam, & quas, & similes restringuntur ad negocium in commissione expressum non autem ad aliud diuersum.*
3 *Alimentorum appellatione venit etiam inhabitatio.*
4 *Priuilegium alendi in domo est inductum fauore, & commodo alentis.*
5 *Pater tenetur alere filium in propria domo, & sic pariter qui illius personam representat.*
6 *Pater non tenetur alere filium in propria domo quando inter ipsos adest lis.*
7 *Frater habens vxorem, & familiam separatim viuere volens non est arctandus fratrem in propria domo alere.*

DECISIO DLXXXVII.

EQVES Bernardinus Gallus vigore cessionis sibi factæ à D. Alexandro Patre obtinuit ab A.C. mandatum de associando ad possessionem omnium bonorum suppositorum Primogenituræ erectæ à bo: me: Cardinali Gallo ad fauorem familiæ de Gallis, cuius maudati vigore d. Eques assequutus fuit possessionem dd. bonorum, & in specie Palatij existen in Ciuitate Auximi huic Primogenituræ suppositi, ante tamen captam possessionem d. Palatij D. Augustinus Gallus eius frater habita notitia de huiusmodi mandato obtento ab Equite, obtinuerat ab eodem A. C. supersessoriam quoad quasdam stantias vigore alimentorum à se habitatas, quæ supersessoria fuit postea per eumdem A. C. ad instantiam Equitis reuocata, quod ægrè ferens Augustinus adhuc ad retardaƞ executionem d. decreti procurauit Inhibitionem Rotalem vigore Commissionis alterius causæ in Rota vertentis coram me super alimentis prætensis à d. Augustino. Quare Eques Bernardinus ad remouenđ istud ostaculum institit in Rota dari dubium. An d. Inhibitio Rotalis vt supra obtenta ab Augustino veniat moderanda, vel po-

potiùs declaranda non afficere mandatum de associando obtentum ab A. C. à d. Equite, quo hodie proposito DD. affirmatiuè responderunt. Quia cum Iudicium associationis ad bona d. Primogenituræ supposita intentatum coram A. C. per D. Eq. sit diuersum ab alio Iudicio moto per Augustinum in Rota super præstatione alimentorum, clarè resultat Inhi-
1 bitionem † obtentam ab Augustino vigore Commissionis Rotalis non afficere d. Equitem in d. Iudicio associationis, & propterea A. C. bene potuisse procedere in causa associationis tollendo impedimentum interpositum per supersessoriam obtentam à d. Augustino *l. cum quæritur ff. de except. rei iudic. Soce. conf. 45. sub num. 5. vers. quibus suppositis lib. 1. Mandos. de Inhib. qu. 41. nu. 5. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2. num. 13. & seqq. Rota coram fa: me: Greg. XV. decis. 345. num. 1.*

Non obstat clausula *quam, & quas* apposita in Commissione Rotali, quia cum d. Commissio contineat solum causam appellationis interiectæ à modica taxatione alimentorum,
2 d. clausula, † & similes debent restringi ad negotium in commissione expressum, non autem ad aliud diuersum prout est d. iudicium associationis *Mart. claus. 122. num. 20. par. 1. Greg. XV. d. decis. 345. num. 4. Marchesi. de commiss. par. 1. fol. 201. num. 67.* vbi limitat, & declarat d. clausulam non extendere commissionem nisi ad expressa, & specificata.

Neque obstat quod appellatione alimen-
3 torum † veniat etiam habitatio *l. legatis & l. fin. ff. de alim. & cibar. legat. Seraph. decis. 977. nu. 1.* Quia hoc non impedit quin D. Eques possit vigore d. mandati de associan capere possessionem d. Palatij non obst. ñ d. petitione alimentorum, adquæ tantum abest vt ipse Eques fuerit condemnatus, quinimo Rota sub die 6. Februarij præteriti dixit ipsum ad illa non teneri, sed dato etiam quod ad illa teneretur, tamen DD. dicebant ipsum non posse cogi ad illa præstanda in domo propria, cum priuile-
4 gium † alendi in domo sit inductum ad fauorem, & commodum alentis *Bart. in l. Caio §. Imperator ff. de alim. & Cibar. legat. Alex. conf. 100. num. 1 lib. 1. Anchar. conf. 254. num. 4. vers. præterea aduertens Castren. conf. 167. in princ. lib. 1. Menoch. conf. 62. num. 2. Ruin. conf. 45. num. 4.*

Non obstat quod Eques Bernardinus repræsentet personam Patris, & propterea sicuti Pa-
5 ter tenebatur † alere Augustinum filium in domo propria, ita etiam ipse Eques *ex trad. per Ruin. d. conf. 45. num. 3. & seqq. lib. 2. Ang. in l. quidam cum filii ... nu. 2. & 3. ff. de verb. oblig. Surd. de alim. tit. 4. qu. 14. num. 8. & 25.* Quia hoc non procedit quando inter Patrem, & filium adest lis,
6 quia hoc casu Pater, † non obstante sanguinis coniunctione non potest cogi ad alendum filium in domo propria *Pisell. in l. 1. num. 14. C. de bon. mat. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. n. 74. Surd. de alim d. qu. 14. num. 8. & 27. & qu. 15. nu. 28. vers. & faciunt Afscan. de patr. potest. effect. 17. nu. 32.* Quod tanto magis procedere debet inter istos fratres, inter quos ne dum adsunt litigia, sed etiam D. Eques habet Vxorem, & filios, cum quibus separatim viuere volens non est ar-
7 ctandus † ad alimentandum Augustinum fratrem in domo propria *argum. text. in l. possessionem C. com. vtriusque Iudic. in vers. quis enim ferret Io de Annan. conf. 54. sub num. 1. & ibid. Bologn. in addit. sub num. 4. vers. dum vero dubitatur Roland. conf. 22. nu. 13. vol. 1. cum alijs relat. à Surd. d. dec. 15. num. 36. & seqq.*

Et ita vtraque &c.

TOLETANA AVGMENTI SERVITII.

Mercurij 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Declaratoria quibus concurrentibus detur, & quæ requirantur, vt dicatur paritum etiam quando versamur in mandato de manutenendo.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria relaxatur ob contumaciam.*
2 *Declaratoria datur etiam in terminis mandati de manutenendo.*
3 *Paruisse sufficienter dicitur, qui actum positiuum adimplere non tenetur si præstet patientiam, & non contradicat.*
4 *Paritio verbalis requiritur vt dicatur sufficienter paritum etiam, quando quis actum positiuum implere non tenetur.*
5 *Inobedientia mandati rotalibus resultat ex protestatione illorum contra quos fuerunt decreta.*
6 *Protestationis effectus est actus inobedientiæ.*
7 *Actus positiuus quando debet expleri coipso dicitur constare de contrauentione, quod non docetur de positiua obedientia.*
8 *Exceptiones circa iustitiam, in articulo declaratoriæ non attenduntur.*

DECISIO DLXXXVIII.

ABBAS Ecclesiæ B. Mariæ de Parrazes obtinuit à Rota mandatum de manutenendo in possessione seu quasi Iurium Parochialium loci de Couos contra Incolas, & homines eiusdem loci illudque contra eos legitime intimatum in actis reproduxit, ac successiuè fer: fer: institit pro Declaratoria, quam hodie dixerunt DD. esse dandam. Quia cum d. mandatum Rotale fuerit legitimè intimatum dd. Incolis, eoque in actis reproducto, ac seruatis quatuor terminis ad doceñ de paritione, de illa non doceatur, satis constat de
1 eorum contumacia, ob quam † relaxatur declaratoria, *Felin. in cap. Rodulphus num. 41. de rescript. & in cap. ad probandum. 5. de re iudic. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & propriet. Crescent. decis. 1. de sequestr. poss. & fruct. Mantic. decis. 94. num. 1. Rot. decis. 339. nu. 1. par. 1. & dec. 591 num. 5. par. 2. recent. Buratt. decis. 147. num. 2. & decis. 825. num. 1.* & passim in alijs, & in terminis
2 mandati † de manutenendo, *Caual. decis. 364. num. 1. Add. ad Buratt. decis. 17. num. 5. Rot. dec. 250. num. 5. part. 5. recent. & decis. 193. num. 1. & 256. num.*

num.6. & 262.num.1. post tract. Post de manuten. & fuit dictum in Calciaten. Decimarum 9. Iunij anni prateriti coram me.

Non obstat, quod homines, & Incolæ d. loci quoad possessionem Iurium Parochialiũ non teneantur aliquem actum positiuum ad implere, & ideo dicantur sufficienter paruisse
3 eo ipso † quod præstant patientiam, & non contradicunt *iux.decis.Mobed.9. de re iud.Rot.decis.319. numer. 1. par. 2. recent. & coram Buratt. decis.825. num.2. & fuit dictum in Gerunden. Iurisdictionis 22. Iunij 1633. coram R.P.D. meo Merlino, & in Cæsaraugustana distributionum 28. Ianuarij 1636. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Nam d. mandatum plura continet, quorum aliqua licet non requirant aliquem actum positiuum, sed præstationem patientiæ. Nihilominus vltra d. patientiam requirunt etiã
4 paritionem † verbalem, & fuit dictum in *Theatina Iurisdictionis 10. Aprilis 1618. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in decis.272. nu.3. post tract. Post de manut.* In proposito autem tantum abest, quod Incolæ d. loci facta intimatione d. mandati ostenderint se esse paratos illi obtemperare, quinimo in actu Intimationis appellarunt à censuris in eo comminatis, ac protestati fuerunt de auxilio Regio, per quam appellationem, ac protestationem
5 satis † constat de inobedientia *Rot. in causa Valentina Decimarum 20. Nouembris 1595. coram Lancellotto penes Marchesf.par.1.fol.678. Buratt. decis. 825. num.5.* cum effectus protestationis ni-
6 hil † aliud sit quam actus obedientiæ contrarius, & remotio consensus ab actu qui geritur *Put. decis.370.num.3. lib.1. Seraph. decis.839. num.5.*

Præterea multi sunt etiam actus nimirum, accessus ad processiones, & litanias, Interessentia in benedictione Candelarum in die Purificationis, receptio Cinerum, & palmarum statutis temporibus, solutio Decimarum, & similia, in quibus cum non sufficiat sola præstatio patientiæ, sed requiratur positiuus actus obedientiæ, satis dicitur constare de contrauentione eo ipso, quod de eadem positiua
7 obedientia† non docetur *Seraph.decis.1113.n.3 Rot.decis.478.num.2.par.2.recen. Caual. decis.364. num.3. in fin. Rot. decis.193. num.6. & decis. 263. num. 5. post tractat. Post de manuten. Add. ad Buratt.decis.17.num.7.*

Nec visa fuerunt obstare ea quæ adducebãtur ad probañ Iniustitiam d. mandati de manutenen. Nam fuit responsum in articulo Declaratoriæ non admitti huiusmodi excep-
8 tiones, † sed illas ad merita causæ esse reseruandas, prout, dixit *Rota in Causa Mirandem. Vnionis 27. Iunij 1629. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ità vtraque &c.



TARRACONEN. PRIMITIARUM.

Mercurij 4. Iulij 1640.

Argumentum ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Declaratoria passim relaxatur ob contumaciam in parendo.*

2 *Pro purgatione attentatorum, quando sufficiat depositum vnius iulij cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione.*

DECISIO DLXXXIX.

FVIT conclusum dandam esse Declaratoriam contra Monserratum Polæ nisi infra mensem à die intimationis ipse doceat se paruisse litteris Exequutionibus à Rota relaxatis ad fauorem Abbatis, & Monachorum B. Mariæ Populeti super possessione Ecclesiæ loci Vimbodini, ac super iure percipiẽ medietatem Primitiarum ad eamdem Ecclesiam spectantium. Quia cum dd. Executoriales fuerint illi personaliter intimatæ, & deinde reproductæ, & postea fuerint seruati soliti termini ad docendum de paritione, vtique illa non probata satis dicitur constare de illius cõ-
1 tumacia, ob quam passim relaxatur declaratoria *Abb. in cap.1. num.10. de iudic. & in cap. reprehensibilis num.2. de appell. Socc. in cap. nulli n.5 & 8. de sent. excommun. Felin. in cap. Rodulphus num.41. de rescript. Vestr.lib.3. cap.vlt.num.16. Mobed. decis.1. de sent. excommun. Rot. decis.7. in fine eod.tit. in nou. Bisignett. decis. 5. num. 7. de constit. Cassad.decis.6. num.10. de caus. poss. & propriet. Rot.decis.208. num.17. & decis.404. num.7. & seqq. part.5. recent. & coram Buratto decis. 748. num.2. & 3. & aliàs sæpè.*

Nec visa fuerunt obstare ea quæ opponebantur pro parte d. Monserrati ad probandũ dd. Abbatem, & Monachos B. Mariæ de Populeto adhuc non purgasse sufficienter attentata vigore dd. Executorialium commissa, quia cum ipsi cesserint in actis possessioni acquisitæ vigore dd. Executorialium, ac medietatem Primitiarum de quibus agitur ad fauorem eiusdem Monserrati vti Rectoris, seu Vicarij d. Ecclesiæ dimiserint Quo vero ad Primitias, vel fructus perceptos, & expensas in Iudicio attentatorum factas deposuerint in
2 actis vnum Iulium† cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione, visum fuit constare sufficienter de attentatorum purgatione iuxta praxim, quam tradit, *Mandos. de commiss. com. 15. attentat. exclusiua ante fin. vers. Quo vero ad fructus liquidandos cum alijs allegatum in d. decisione emanata in Causa sub die 1. Iunij prateriti.*

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA MVRORVM.

Mercurij 4. Iulij 1640.

Argumento non indiget.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia ob non prosequutionem causæ appellationis intra biennium transit in iudicatum.*
2 *Sententia valida, & iusta executionem meretur.*
3 *Sententiæ validitas ex quibus conuincatur.*
4 *Sententiæ iustitia liquet ex decisionibus in causa factis.*
5 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

DECISIO DXC.

R. P.D. meus Carrillus vti subrogatus in locum Eminentissimi Cardin. Vbaldi in causa Triumphi contra DD. Carolū, & alios de Cæsarinis, in qua præuia reuocatione alterius sententiæ latæ ab A.C. ad fauorem dd. de Cæsarinis fuit pronunciatum Fabricam per Guidobaldum huc vsque factam in muris cōtrouersis non esse demoliendam, omniaque per illum gesta in pristinum statum esse restituenda sumptibus dd. de Cæsarinis, qui licet à dicta sententia infra legitima tempora appellassent, & causam mihi committi obtinuissent, nihilominus cum elapso triennio, & vltra causam appellationis prosequi, aut fatalia prorogari non curauerint, d. Guidobaldus obtinuit aliam Commissionem executorialem mihi directam, iuxta cuius Rescripti tenorem posito hodie dubio, An constaret de re iudicata, quæ esset exequenda affirmatiuè responsum fuit.

Nam quoad rem iudicatam attinet, illa euitari non potest, quia dicta sententia lata fuit sub die 4. Iulij 1636. Appellatio verò fuit interposita sub die 9ª eiusdem, à quo tempore cum effluxerit biennium, & vltra, infra quod prædicti Cæsarini appellantes causam prosequuti non fuerint, nec fatalia prorogari fecerint, vtique causa eorum appellationis remansit deserta, & † sententia in iudicatum transiit
1 *cap. cum sit Romana de appellat. auth. ei qui, & l. fin. C. de temp. appell. Canal. decis. 281. num. 1. Rota decis. 156. num. 4. par. 2. & decis. 332. numer. 2. par. 6. recent.*

Dictam autem sententiam in iudicatum transactam esse exequendam non dubitarunt
2 DD. cum illa sit valida, & iusta, quæ † propterea executionem promeretur *tot. tit. C. de execut. rei indic. Paris. consil. 105. num. 29. volum. 1. Hond. cons. 61. num. 10. lib. 1. Cappell. Tholos. quæst. 84. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano in Ferrarien. bonorum 7. Iunij 1607. & in Rauennaten. emphyteusis 22. Maij 1628. coram eodem, & in Romana alimentorum 4. Iulii 1636. coram me.*

Validitas controuerti non valet, cum in ea fuerint seruati termini substantiales, & omnia
3 alia † requisita appareat interuenisse quę recensentur in satis *vulg. decis. Caputaq. 260. par. 2.*
4 Iustitia † verò liquet ex decisione coram dicto Eminentissimo Vbaldo sub die 28. Iunij 1632. emanata, contra quam hodie nihil deductum fuit.

Neque obstare visa fuit prætensa restitutio in integrum. Quoniam cum dicta sententia sit valida, & iusta excluditur læsio sine qua
5 restitutio † non datur *Rota decis. 1. de restitut. in integr. in nou. & decis. 532. num. 2. par. 1. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 263. num. 5. & in dicta Romana alimentorum 4. Iulii 1636. coram me.*

Et ita vna tantum &c.

ROMANA SALVIANI.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Exceptio de iure tertij potest opponi validè à Reo, & possessore pro defensione suæ possessionis: Habens causam ab alio, de illius iure potest excipere cum talis non sit tertius, sed repræsentet personam illius à quo causam habet.

S V M M A R I V M.

1 *Reus, & possessor pro defensione suæ possessionis potest dare de iure tertij.*
2 *Exceptio de iure tertij eo magis potest opponi quando est exclusiua iuris agentis.*
3 *Nullitas detecta potest à quocumque allegari.*
4 *Habens causam mediatā ab alio potest de illius iure excipere, & sic se tueri aduersus alios agentes.*
5 *Etiam si sit singularis successor.*
6 *Habens causam ab alio dicitur repræsentare illius personam, & per consequens pro tertio haberi non debet.*

DECISIO DXCI.

RESOLVTVM fuit sub die 27. Ianuarii proximi præteriti ad fauorem Veñ Collegii Societatis Iesu possessoris domus, de qua agitur Censum alias impositum super eadem domo à q. Io: Baptista Raymundo, vti Tutore Io: Petri de Lilijs tunc Pupilli, seù minoris ad fauorem D. Eq. Ludouici Cassini tunc pariter pupilli non sustineri ex defectu solemnitatum requisitarum à statuto Vrbis in cap. 113. & 151. lib. 1. in alienatione rerum pupillorum, & minorum. Hodie suscepta disputatione super reseruatis in eadem decisione Dubitaui an Collegium posset dare de nullitate d. Census; & fuit affirmatiuè responsum. Quia cum Collegium sit reus, &
1 possessor pro defensione suæ possessionis potest dare de iure tertij *Alex. in l. vlt. num. 23. circa fin. vers. addit etiam ... & ibidem Casiccun. n. 15. vers. intellige tamen Zuccard. num. 392. C. de edict. Diu. Adr. toll. Surd. cons. 415. num. 6. lib. 3. Rot. in Romana Saluiani 12. Februarij 1619. coram Card.*
2 *Virili*, maximè cum exceptio † nullitatis d. Census sit exclusiua intentionis d. Eq. Ludouici Agentis, tunc enim illa à quocunque potest opponi, *l. vltima C. de rei vindic. Bart. in l. 2. post med. vers. quandoque ius tertij il secondo ff. de ex-*

de except. rei iudic. Ruin. consf. 46. num. 7. & 8. lib. 5. Bursatt. cons. 82. num. 10. cum seq. lib. 1. Peregr. consil. 19. num. 23. vers. 1. est lib. 3. Scapuc. de salu. interd. lib. 2. q. 16. num. 15. Thesaur. decis. 4. num. 8. vers. in contrarium Greg. XV. decis. 415. num. 6. vers. hac autem Buratt. decis. 257. numer. 13. cum alijs relatis à Gratian. discept. 691. num. 12.

Eoque magis cum d. nullitas fuerit à Rota canonizata in d. decisione. Nam quando nul-
1 litas est detecta, quilibet † eam allegare potest *Gratian. discept. 691. num. 17. Seraph. decis. 356. num. 16. Rot. decis. 175. num. 12. par. 1. diuers.*

Quibus accedit, quod d. Collegium possedit hanc domum ex persona Ciprianæ Vxoris d. q. Raymundi, quæ vti Creditrix anterior d. sui Viri pro restitutione dotis obtinuit ad illius computum sibi adiudicari domū prædictam, quam postea vendidit q. Mauritio Copponio, cui successit Primum Copponins eius filius author d. Collegij, vt liquet ex facti serie relata in d. decisione Vnde d. Collegium vti habens † causam mediatam a d. Cipriana potest de illius iure excipere, & consequenter se tueri contra d. Eq. Ludouicū agentem, prout eadem Ciptiana se tueri posset *iuxta doctr. Bart. in d. l. 2. circa med. vers. opponitur quod de iure tertij ff. de except. rei indic. Bald. in Auth. qui rem num. 8. C. de sacros. Eccles. Dec. cons. 246. circa fin. vers. non obstat quod dominus Rimin. Sen. cons. 14. num. 22. lib. 1. Crauett. cons. 166. in fin. vers. præterea opponi potest Cephal. cons. 133.*
5 *num. 116.* etiamsi sit † successor singularis, *l. si à te §. Iulianus & l. Mater §. item Iulianus ff. de except. rei iudicat. Bart. in l. si tertius §. si quis prius num. 1. & 4. ff. de aqu. pluu. art. Peregr. d. cons. 19. num. 22. lib. 3. Cæs. manent. decis. 23. num. 27. Surd. decis. 163. num. 7.* Quando enim quis habet † causam ab alio non dicitur vere, & propriè tertius, sed habetur pro eodem à quo causam habet *l. dolia §. 1. ff. de contrab. empt. Alciat. consil. 236. num. 4. vers. nec dicatur Surd. cons. 382. n. 37 & cons. 424. num. 23. & decis. 163. num. 9.*

Et ita vtraque &c.

ACERRARVM CANTORATVS.

Lunæ 12. Nouembris 1640.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Iudicis à quo per appellationem suspenditur.*

2 *Attentata redduntur omnia gesta post interiectam appellationem.*

3 *Iudex à quo fuit appellatum eo ipso quod admittit appellationem omnem iurisdictionem transfert ad Iudicem ad quem adeout quidquid deinde gestum fuit remaneat nullum.*

4 *Inhibitio rotalis siue iusta siue iniusta timenda ac seruanda est.*

5 *Attentata quando sunt clara ante omnia sunt reuocanda.*

DECISIO DXCII.

CVM D. Marcus Antonius Vassallus auctoritate Apostolica prouisus de Cantoratu Ecclesiæ Acerrarum illius possessionem de mense Augusti 1603. adeptus fuisset, in eaque continuasset, quidam Donatus Parisius d. Cantoratum vti certo modo vacantem à Sanctissimo impetrauit, dictoque Vassallo nō citato d. eius possessionem occupauit, ac successiuè eumdem Cantoratum ad fauorem Io: Antonij Feulæ, & iste ad fauorem Francisci Bociæ resignauit, qui pariter d. D. Vassallo non citato illius possessionem accepit, & deinde iudicium manutētionis in possessionem eiusdem Cantoratus coram Ordinario Acerrarū introduxit: Verum dictus Vassallus agnoscēs d. Bocciam esse tunc familiarem Ordinarij Acerrarum illum recusauit vti suspectum, appellauitque ab vlteriori processu ad Metropolitanum, qui Inhibitionem tam contra d. Ordinarium, quam etiam contra d. Bocciam relaxauit.

Qua tamen non attenta idem Ordinarius mandatū de manutenendo sub die 19. Octobris 1627. d. Bocciæ concessit.

Appellauit ad Sanctissimum d. Vassallus à die habitæ notitiæ, causamque appellationis & Attentatorum obtinuit committi D. Antonio Francisco de Simone Canonico Ecclesiæ Neapolitanæ, qui omnia gesta & administrata dd. Parisij & Bocciæ tamquam nulla, & attentata reuocauit, mandatumque de manutenendo in possessione d. Cantoratus ad fauorē eiusdem Vassalli sub die 8. Martij 1635. relaxauit.

Ab isto decreto d. Boccia pariter appellauit sub die 13. d. mensis, sed postea sub die 4. Maij eiusdem anni d. appellationi renunciauit. & sub eadem die d. Iudex Delegatus aliud decretum tulit, quo mandauit quod prædictus Vassallus omnino abstineret à Choro, & seruitio d. Cantoratus sub pœna excommunicationis latę sententiæ, mandatumque de manutenenendo eidem prius concessum reuocauit.

Appellauit ab huiusmodi decreto D. Vassallus ad Sanctissimum, ipsamque appellationem idem Iudex Delegatus admisit, sed appellatione adhuc pendente relaxauit censuras contra Capitulum ex eo quod admiserat d. Vassallum in officio, & exercitio d. Cantoratus, necnon mandauit Censuarijs, Inquilinis, Conductoribus, alijsque debitoribus d. Cantoratus ne cognoscerent ipsum Vassallum, in Cantorem, sed prædictum Bocciam; Causaque d. appellationis interim in Rota mihi cōmissa emanauit citatio cum Inhibitione, quæ tam d. Iudici Delegato, quàm d. Bocciæ fuit præsentata, qua pariter non attenta idem Iudex d. Vassallum ob non paritionem prædicti sui decreti excommunicatum declarauit. Quocirca dato dubio. An constaret de attentatis quæ veniant reuocanda eoque hodie posito affirmatiuè responsum fuit.

Cum enim à d. sententia, seu decreto Iudicis delegati, in quo inter alia iniungitur dicto Vas-

Vassallo sub pœna excommunicationis latæ
sententiæ vt omninò abstineret à Choro, &
seruitio Cantoratus idem Vassallus appella-
uerit ad Sanctissimum Iurisdictio d. Iudicis à
1 quo † suspensa remansit, *cap. Pastoralis §. verum*
quia & ibi Franch. num. 1. de appell. in 6. & conse-
2 quenter † omnia gesta post d. appellationem
laborant vitio attentatorum, *cap. non solum de*
de appell. in 6. Lancell. de attent. par. 2. c. 12. in præ-
fat. in fin. Gregor. XV. decis. 252. num. 2. Caual. decis.
211. num. 1. & 3. Buratt. decis. 13. nu. 1. & alibi.

Præsertim cum idem Iudex à quo d. appel-
lationem admiserit, ob quam appellationis
admissionem omnem à se abdicauit Iurisdi-
3 ctionem, illamque transtulit † ad Iudicem ad
quem, adeout quidquid deinde gestum fuerit
remaneat nullum, *cap. cum appellationibus §. si*
vero de appell. in 6. vbi Archid. num. 3. & alij Lan-
cell. de attent. appell. pend. 2. par. cap. 12. limit. 1. num.
67. & seq. & limit. 6. num. 20. Rot. decis. 49. num. 4. de
appell. in nou. Rolan. cons. 77. num. 2. lib. 2. Scacc. de
appellat. q. 13. limit. 47. membr. 1. numer. 41. & seqq.
Buratt. decis. 171. num. 3. & ibi Adden. lit. B.

Eoque magis cum omnia ferè prædicta
emanauerint non solum post dictam appella-
lationem, illiusque admissionem; Verum
etiam post commissam causam eiusdem ap-
pellationis in Rota, ac nonnulli actus fuerint
gesti etiam post Inhibitionem Rotalem Iudi-
ci, & parti præsentatam, quo casu attentata
nullo modo possunt excusari, cum Inhibitio
4 Rotalis † siuè iusta, siue iniusta timenda sit,
ac seruanda, *Mandos. de inhib. q. 20. nu. 2. vers. qua*
dicimus Caputaq. decis. 93. par. 2. Put. decis. 35. lib. 2.
in correct. Cas. de Graff. decis. 6. num. 2. de caus. poss.
& propriet. & decis. 3. num. 10. de appellat. Buratt.
decis. 181. num. 3. Rot. in rec. dec. 75. nu. 4. p. 6.

Ex quibus cum attentata sint clara sequitur
5 illa esse in primis & ante omnia † reuocanda,
cap. Romana § quod si obijciatur de appell. in 6. d. cap.
non solum vbi Gemin. Franch. & alij de appellat. in
6. Lancellot. de attent. 3. part. cap. 30. de priuil. attent.
num. 153. & seqq. Caputaq. decis. 52. num. 2. & 3. p. 3.
Rot. in Subinen. Confinium, vel Attentatorum coram
Sacrato num. 3. post Marches. de Commiss. p. 2. fol. 37.
& alias sæpe.

Et ita dicto Vassallo tantum informante &c.

ROMANA DOMVS seu LAVDI

Luna 12. Nouembris 1640.

ARGVMENTVM.

Fundus dotalis quando dicatur cõstitutus etiam dote in certa summa constituta & re tradita æstimata.

SVMMARIVM.

1 *Fundi dotalis dominium naturale residet penes mulierem licet ciuile transferatur in virum.*

2 *Fundus dotali vt dicatur res data in dotem sufficit voluntas contrahentium tàm verbis expressa quam ex coniecturi desumpta.*

3 *Fundus dotalis est res empta ex pecunia redacta à fundo dotali quando concurrit partium expressa conuentio.*

4 *In verbis in quibus nulla est ambiguitas non debet admitti voluntatis quæstio.*

5 *Contractus in dubia nomen accipit à verborum proprietate.*

6 *Fundi dotalis repetita expressia inter partes eo magis conuincit pro fundo dotali fuisse habitam rem assignatam.*

7 *Fundus dotalis efficitur res empta à viro cum pecunia dotali si vltra consensum mulieris concurrat etiam illius vtilitas.*

8 *Pro decreto Iudicis præsumitur.*

9 *Fundum dotalem quæ coniectura demonstreut recensentur, & num. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Dos quando, est promissa in quantitate tunc res assignata in ipso instrumento dotali non debet censeri fundus dotalis.*

15 *Dos quando fuit promissa in quantitate, sed cum pacto, quod quantitas promissa sine redacta ex pecunia dotali deponi debeat ad effectum inuestiendi in alijs bonis, quæ stare debeant pro fundo dotali, tunc dos non videtur constituta, seu promissa in quantitate, sed in eisdem inuestimentis faciendis pro fundo dotali & quæ tanquam fundus dotalis reputari debent.*

16 *Dos dicitur constituta in quantitate quando res fuit data æstimata, ex quo dicitur fecisse emptionem.*

17 *Aestimatio rei datæ in dotem inducit emptionem in dubio: secus quando constat de contraria mente contrahentium vel expressè, vel tacitè.*

18 *Fundus dotalis acquiritur mulieri & eius hæredibus & successoribus.*

19 *Maritus non est prohibitus conuertere in fundum dotalem consentiente vxore rem ab ipso emptam pro se suisque hæredibus.*

DECISIO DXCIII.

PLACVIT DD. decisio emanata in ista
causa coram me sub die 24. Nouembris
1638. qua firmatum fuit q. Cinthiam del Pra-
to acquisiuisse dominium Domus de qua agi-
tur pro rata scu. mille vigore emptionis eius-
dem Domus factæ à Ioanne Foruia eius viro
cum pecunijs redactis ex censu dotali eiusdẽ
Cinthiæ, quia fundamẽta d. decisionis adhuc
hodie subsistere visa fuerunt, quandoquidem
cum prædicta Domus effecta fuisset fundus
dotalis D. Cinthiæ ipsa acquisiuit dominium
eiusdem Domus pro rata d. pretij soluti iux-
ta naturam fundi dotalis, cuius dominiũ na-
1 turale residet penes ipsam mulierẽ, quamuis
ciuile in ipsum virum transferri dicatur, *l. in*
rebus C. de iur. dot. glos. in §. accidit in verb. quod di-
citur Instit. quibus alienare licet vel non Barbos. in
l. dotale 62. nu. 7. ad fin. vers. vnde ego aliter ff. solut.
matrim. Seraph. decis. 203. nu. 28. cum alijs in eadem
decisione relatis.

Prædictam autem domum fuisse fundum dotalem D. Cinthiæ apertè suadet voluntas contrahentium tàm verbis expressa, quàm ex con-

coniecturis desumpta, quorum alterum sufficit adhoc vt res data in dotem dicatur fun-
2 dus † dotalis, *Aretin.cons.84. incipien. diligenter ponderatis num.1.& seqq. Barbat. cons.19. incipien. Clement.Deum num.15.& seq.lib.4.Socc.Iun.cons. 141.num.11.vol.1.Ioseph.Ludou.conclus.10.nu.15. vers.limitatus 2. Gratian. discept. for. cap.489. sub num.2.*

Expressa namque verbis dicta voluntas detegitur vsque ab initio in ipso Instrumento dotali, in quo legitur Philippum, aliosque Tutores d. Cinthiæ ipsam nuptui tradidisse d. Ioanni Foruiæ eique ad computum dotis, & Fundi dotalis cessisse, & assignasse d. censum scut. mille in sorte, pacto adiecto quod in euentum, redemptionis d. census prædicti coniuges tenerentur deponere dd. sc. mille in aliquo banco tuto ad effectum illa reinuestiendi in bonis stabilibus, seu alio simili censu pro securitate, & cautela d. Cinthiæ. Constat insuper ex alio Instrumento d. Ioannem maritū retrouendidisse postea d. censum cuidam Fabritio Amorino, illiusque pretium pro rata sc.1000. reinuestiuisse in Domo, de qua agitur sub ea pariter lege quod illa esset hipothecata pro fundo dotali eiusdem Cinthiæ, & cum præeminentijs, & prærogatiuis fundo dotali concessis ex quibus apertè sequitur d. censum fuisse ab initio assignatum tamquam fundum dotalem d. Cinthiæ, ipsamq; domum emptā cum pecunia redacta ex eodem censu dotali, fundum dotalē pariter effectam fuisse attenta
3 expressa conuentione partium, quæ † prædictos censum, & domum fundum dotalem nominatim appellarunt, ac pro tali iudicari voluerunt in specie firmant, *Crauett. cons.548. num.2.& seqq.lib.3. Gratian. discept.745. num.89. Caual. decis.37.num.1.* Vbi namque in † verbis
4 nulla est ambiguitas non debet admitti voluntatis quæstio vt inquit *text.in l. ille aut ille ff. de*
5 *legat.3.* cum à verborum † proprietate contractus in dubio nomē accipiat, ne aliter quā sit expressum contrahentes sensisse dicantur, *l.labeo ait in fin.ff.de suppellect. legat.l.si alij fundum in fin.ff.de vsu & vsufruct.legat.Natt.cons.194.n.1. vers.istud idem scribit, Mantic. de tacit. lib.2. tit.2. nu.4.* cum alijs in proposito adductis per *Crauett.d.cons.548.num.2.* Et prædicta tanto magis procedunt in præsenti casu stante altero pacto adiecto in eodem Instrumento emptionis d. domus nimirum quod in euentum retrouenditionis eiusdem domus pretium illius reinuestiretur pariter in alijs bonis stabilibus, quę perpetuo stare deberent pro euictione d. census, ac fundo dotali eiusdem Cinthiæ: Hæc
6 namque repetita fundi dotalis † expressio eo magis explicat enixam voluntatem partium, quod prædicta Domus efficeretur fundus dotalis, *l.si qua mulier la seconda, vers. sin autem post biennium C.ad Velleian.glos.fin.in cap.si quis iratus verb.iterare secunda q.3.Bald,in cap.eam te num.3. de rescript.* & in his terminis *Crauett.d.cons.548. num.3.Rolan.cons.87.num.11.lib.4.*

Quibus accedit quod ipsamet Cinthia adhuc constante matrimonio prædictum Reinuestimentum vti fundum dotalem agnouit illudque tamquam vtilē præuio decreto Iudicis ratum habuit, de iure namque res empta à viro cū pecunia dotali efficitur fundus do-
7 talis si vltra consensum mulieris † concurrat etiam illius vtilitas, *l.res quæ ex dotali §.1. & ibi gloss.ff.de iur.dot.l.si mulier dotis l.cum maritus ff.de pact.dotal.Campeg.de dot.par.4.glos.7.num.1.Hond. cons.4.num.27.lib.1.Caual.d.decis.37. num.2.* quæ vtilitas satis iustificata remanet ex eodem decreto Iudicis super ea pronunciantis, cum pro
8 rali † decreto præsumatur, vt in specie dixit, *Rota decis.287.num.6.& decis.297. num.4. part.3. recent.*

Ex coniecturis etiam quæ in hac facti serie concurrunt huiusmodi voluntas contrahentium manifestè etiam colligitur, inter quas illa potissimum vrget quod dos erat scu.1500 & tamen maritus in Instrumento dotali solū pro scu.500. receptis in pecunia numerata bo-
9 na sua hipothecauit. † Hinc namque colligitur quod pro alijs scu. mille d. census, & successiuè d. domus remansit pro fundo dotali, alioquin mulier solum pro tertia parte suæ dotis assecurata fuisset, *Gabr.cons.60.nu.3.& 4. lib.2.Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.12.tit.28 num.28. Gratian.d.discept.489.num.9.*

Secunda coniectura desumitur ex eo quod idem maritus promisit restituere solum dd. scuta 500. recepta in pecunia numerata, non
10 autem d. censum, qui † proinde præsumitur fundus dotalis, *Gabr. d. cons.60. num.2.Mantic. d.tit.28.num.28. Gratian.d.discept.489.num.8.*

Tertia oritur ex supradicta conuentione, quod in euētum redemptionis d. census pretium deponeretur ad effectum reinuestiendi in alijs bonis stabilibus, seu censibus pro cautela, & securitate d. dotis: Vnde cum maritus solus non posset libere vendere d. censum sequitur illum non transiuisse absolutè in eius dominium, sed remansisse pro fundo dotali
11 qui à lege alienari prohibetur *tot.tit.ff.& C.de fund.dotal.l.vnica §.cumque ex stipulat.& § & cum lex C.de rei vxor.act.Ber. cons.63.num.5.* prout è converso quando soli marito concessa fuit
12 facultas retrouendendi rem datam in † dotem, eam fundum dotalem non esse tradit *Rolan.d. cons.87.n.13.vers.4.accedit lib.4.*

Quarta demum coniectura dicitur ex eo, quod maritus retrouendidit d. censum non vti absolutus Dominus, sed vti maritus, & legitimus Administrator d. suæ Vxoris, subdens quod pretium illius ex forma Instrumēti dotalis erat reinuestiendum in alijs bonis, quæ perpetuo stare deberent pro fundo dotali, illudque cum effectu reinuestiuit pro dicta rata super hac domo, pacto insuper adiecto, quod in casum retrouenditionis d. domus pretium iterum reinuestiri deberet pro d. rata pro eodem fundo dotali: Ex his enim omnibus saltem simul iunctis negari non potest quin sufficiens oriatur probatio quod census in Instrumento dotali fuerit assignatus tamquam fundus dotalis, quodque Domus empta cum
13 pecunia redacta ex eodem censu † dotali fundus pariter dotalis effecta fuerit, vt in fortioribus ex eo solum quod maritus postea confessus

fessus sit se recepisse rem aliquam in dotem,
ac pro fundo dotali ponderant, *Gabr. d. cons. 60. num. 2. Mantic. d. tit. 28, num. 27.*

Neque obstare visum fuit, quod dos d. Cinthiæ fuerit relicta in Testamento Patris in quantitate scut. 1500. eamque Tutores promiserint soluere in eadem quãtitate; Et ideò cum præcesserint Constitutio, ac promissio
14 dotis in quantitate † Census deinde assignatus in ipso Instrumento dotali nõ censeri debeat fundus dotalis, *Honded. cons. 41. num. 5. lib. 1. Cephal. cons. 31 t. num. 3 t. Rot. decis. 476. num. 2. p. 4. recent.*

Quoniam vltra quod de tali præcedenti cõstitutione, ac promissione dotis in quantitate non constat adhuc ea probata, placuit responsio data in decisione, nimirum obiectum procedere posse vbi dos promissa esset in quantitate purè, ac simpliciter; secus autem quando illa esset promissa, prout hic cum pacto, quod quantitas promissa, siue redacta ex pecunia dotali deponi deberet ad effectum inuestien in alijs bonis, quæ stare deberent pro
15 fundo dotali, in isto namque casu dos † non videtur constituta, seù promissa in quantitate; sed in eisdem Inuestimentis faciendis pro fundo dotali, quæ propterea tamquam fundus dotalis iudicari debent, *l. quoties de Iur. dot. cum alijs in eadem decisione relat.*

Prout neque obstat, quod d. census fuerit datus, æstimatus pro scu. mille in Instrumento dotali, & ideò talis æstimatio dicatur fecisse emptionem, & operetur quod dos in quã-
16 titate † constituta dicatur, *Honded. conf. 14. numer. 43. lib. 1. Rolan. cons. 87. num. 5. lib. 4. Seraphin. decis. 1207. num. 1. Rota decis. 52. num. 3. par. 6. rec.*
17 Quia fuit responsum † æstimationem rei datæ in dotem inducere emptionem in dubio; Secus autem quando, prout hic, de contraria voluntate partium vel expressè, vel tacitè apparet, prout in terminis aduertunt, *Aret. d. cons. 84. num. 13. Socc. Iun. d. cons. 141. num. 11. Gratian. d. discept. 489. num. 2.*

Demum non obstat, quod prædicta domus quę successit loco d. census dotalis fuerit prius empta à solo Viro pro se, suisque hæredibus, & successoribus nulla facta expressione mulieris, quod videtur repugnare naturæ fundi
18 dotalis, qui † acquiritur mulieri, & eius hæredibus, & successoribus, *Bec. cons. 42. numer. 7. Honded. d. cons. 41. num. 7. Mantic. de tacit. 23. nu. 12. Rota d. decis. 52. num. 12. par. 6. rec.* quia non ideò
19 maritus † fuit prohibitus de consensu Vxoris d. domum conuertere in fundum dotalem, prout postea fecit, vt in specie respondit, *Rota d. decis. 287. num. 3. & decis. 297. num. 5. par. 3.* cum alijs quæ in proposito cumulat, *Rolan. d. cons. 87. num. 1. & seq. lib. 4.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDECOMMISSI DE FVSCHIS.

Lunæ 19. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

Immissionem fideicommissarijs impediunt detractiones competentes hæredi grauato; Dos data à matre quæ fuit hæres viri, ex quibus bonis constituta censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissariis solet denegari data existentia fideicommissi, illius purificatione, ac identitate bonorum.*
2 *Obitus probatur ex fide formiter extracta ex libro Parochi.*
3 *Obijsse quem sine filijs præsumitur.*
4 *Diuisionis Instrumentum facta de bonis Testatoris inter cohæredes probat bona fuisse in hæreditate Testatoris non solum contra diuidentes, sed etiam causam habentes ab illis, & n. 5.*
6 *Detractiones competentes hæredi grauato suffragantur etiam habentibus causam ab illo.*
7 *Legitima debetur filijs absque vllo onere tàm in bonis Patris, quam matris.*
8 *Legitima est semis si quinque sint filij.*
9 *Fratri decedenti ab intestato succedunt pro æquali sorores, ac mater defuncti.*
10 *Dotare filias est onus, ac debitum patris necessarium.*
11 *Dotandi necessitas quæ erat penès matres transfertur in illius hæredem cum ex persona hæredis non immutetur obligationis conditio.*
12 *Dos cõstituta à matre filia præsumitur de bonis viri si istius hæres ipsa fuerit.*
13 *Inuentariũ probat bona defuncti nedum contra conficientem, sed etiam contra causam habentes ab illo, & n. 14.*
15 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
16 *Excipiens in suis exceptionibus vices actoris sustinet.*
17 *Maritus emens nomine proprio, quamuis cum pecunijs vxoris, sibi non vxori acquirit.*
18 *Melioramenta vt detrahi possint, debent esse liquidata.*
19 *Mater dotãdo cum viro filiam si respectu partis cessionem à viro reportauerit, residuum liberaliter pro subsidio dotali erogasse præsumitur.*
20 *Soluens si asserat de proprijs, & hæreditarijs pecunijs soluisse præsumitur medietatem solum de proprijs persoluisse.*
21 *Melioramenta vtilia, & necessaria facta per virum in bonis vxoris non cedunt solo, sed per ipsum virum repeti possunt.*

DECISIO DXCIV.

EX Vincentio de Fuschis, & Ersilia eius vxore sex filij orti fuerunt, nempè Hieronymus filius masculus, Faustina, Olimpia, Praxedes, Catherina, & Virginia filiæ fœminæ, quarum tres priores prædicti coniuges nuptui tradiderunt, nimirum Faustinam Alexandro Feriæ cum dote scut. 1700. Olimpiam Paulo Peculo cum dote scut. 2300. & Praxe-

dem Mario Mongallo cum dote scut. 2000. asserentes in Instrumentis dd. dotium illas esse constitutas in bonis proprijs ipsorum coniugum.

Posthęc d. Vincentius è vita discessit relictis alijs duabus filiabus, videlicet Catherina, & Virginia adhuc innuptis, instituitque in eius Testamento hæredes vniuersales Ersiliā vxorem, & Hieronymum filium pro æquali portione, post aditam hæreditatem decessit Hieronymus ab intestato sine filiis, deinde Ersilia nuptui tradidit Catharinam alteram filiam Ludouico compagno cum dote scut. 2000. asserens pariter se d. dotem illi constituisse in bonis tàm proprijs, quàm d. Vincentij mariti, & Patris respectiuè. Postea decessit condito Testamento, in quo Virginiæ filiæ superstiti prælegauit annuos Canones scut. 28. & vlterius dotem æqualem illi, quā habuerat Olympia, scutorum scilicet 2300. Praxedi verò, & Catharinæ alijs filiabus, & Vincentio Feriæ nepoti ex Faustina altera filia prædefuncta reliquit supplementum dotis vsque ad prædictam quantitatem scu. 2300. In cæteris autem bonis hæredes vniuersales sibi scripsit æquis portionibus easdem Olympiam, Praxedem, Catharinam, & Virginiam filias, ac d. Vincentium ex Faustina nepotem. Deinde fecit Codicillos, in quibus d. Virginię quandocunque decedenti sine filijs legitimis, & naturalibus substituit prædictas sorores, & nepotem cohæredes tàm in dd. Canonibus, & in dd. scut. 2300. prælegatis, quam etiam in integra portione suæ hæreditatis, excepta tamen legitima iure naturæ, seu alias quomodolibet illi debita super bonis ipsius codicillantis de anno 1629. prædicti de Fuschis cohæredes deuenerunt ad diuisionem bonorum, ac præuia illorum æstimatione portio d. Virginiæ vltra annuos Canones fuit calculata in scut. 3516. b. 31. monetæ, nempe in scut. 2300. pro dote, & in scut. 1216. & 885. pro quinta parte hæreditatis, quę scut. 3516. & b. 85. fuerunt illi assignata super tribus corporibus æstimatis nimirum super domo magna, & domuncula illi contigua in Platea S. Stephani del Cacco, super alia domo ad Transtyberim, & super medietate vnius vineæ extra Portam Maiorem; Verum quia valor dd. bonorum erat scut. 3957. & sic excedebat portionem ipsius Virginiæ in sc. 441. Ideò ipsa Virginia pro æquandis portionibus soluit dd. scuta 441. aliis cohæredibus.

Decessit nuper d. Virginia sine filiis hæredibus in eius Testamento institutis Felice, & sororibus de Compagnis ex d. Catherina neptibus, contra quas prædicti de Fuschis vigore fideicommissi Ersilię petierunt immissionem in dd. 4. corporibus, quocirca fuit coram me dubitatum, an illis d. Immissio esset concedenda.

Pro cuius dubij affirmatiua resolutione Fuschi prætendebant habere intentionem fundatam ex eo, quod probarent existentiam fideicommissi d. Ersilię, illiusque purificationem ad eorum fauorem, ac identitatem bonorum,
1 quibus concurrentibus † immissio non solet denegari Fideicommissario ex remedio, *l. fi. C. de edict. D. Adr. Toll.* cum d. remedium competat etiam fideicommissario, *l. penult. §. cum autem vbi glos. Bart. & alij, C. ad Trebell. Gabr. cons. 44. lib. 2. Peregr. de fideicom. ar. 48. num. 21. Rot. decis. 201. num. 9. par. 2. diuers. & decis. 237. num. 1. par. 1. & dec. 51. num. 5. par. 5. & decis. 301. num. 6. par. 6. recent.*

Existentia siquidem fideicommissi d. Ersiliæ exaduerso non controuertitur illaque clarè resultat ex verbis Codicillorum in prædicta serie facti relatis.

Purificatio verò eiusdem fideicommissi ad
2 fauorem dd. de Fuschis patet, cum † obitus d. Virginiæ hæredis grauatæ probetur ex fide formiter extracta ex libro Parochi, *Rot. decis. 322. num. 3. par. 1. & decis. 605. num. 4. par. 2. recen. Greg. XV. dec. 78. num. 2.* Eam autem decessisse
3 sine filijs † præsumitur, donec contrarium probetur, *Alex. cons. 20. num. 12. lib. 1. Capic. decis. 159. num. 11. & 12. Mantic. dec. 32. num. 1. Rot. decis. 436. num. 3. par. 1. & decis. 408. num. 3. par. 5. recent.*

Identitas denique dd. bonorum super quibus petebatur immissio satis iustificari dicebatur, nam quod illa hodie possideantur à dd. sororibus de Compagnis partes erant in confesso, quodque illa fuerint in bonis Ersiliæ fideicommittentis probatur ex Instrumento diuisionis bonorum hæreditatis eiusdem Ersiliæ facto inter ipsam Virginiam, & cohęredes, in quo hæc ipsa bona enunciantur hæreditaria Ersiliæ, ac vti talia fuerunt eidem
4 Virginiæ assignata. Instrumentum † enim diuisionis bonorum Testatoris factæ inter illius cohęredes probat ea fuisse in bonis eiusdē Testatoris non solum contra ipsos diuidentes, *Socc. sen. cons. 46. num. 6. lib. 3. Decian. cons. 76. nu. 9. lib. 3. Rimin. iun. cons. 23. num. 28. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 44. num. 5. Mascard. de probat. d. conclus. 778. num. 22. Fusar. de substit. q. 618. n. 11.* sed etiam
5 contra illius † successores, *Ruin. cons. 128. nu. 16. lib. 2. cum alijs relatis à Rota coram Reuerendiss. D. meo Coccino dec. 120. num. 2. coram Seraph. dec. 533. num. 3. & in Florentina fideicommissi coram me, decis. 84. num. 9. par. 5. rec.*

His tamen non obstañ resoluerunt DD. nō est dandam immissionem, quia Virginiæ hæredi grauatæ plures cōpetebant detractiones, pro quibus sicuti eidem competeret retentio dd. bonorum, sic pariter illa competit sororibus de Compagnis eius hæredibus, cum de-
6 tractiones † competentes hæredi grauato suffragentur etiam habentibus causam ab illo, *Oldrad. cons. 107. num. 8. in 1. Alex. cons. 178. num. 5. vers. ex quibus lib. 5. Cabr. cons. 46. num. 45. vers. datur etiam lib. 1. Argel. de acq. poss. q. 8. art. 34. n. 835. & dicit Rot. in Romana fideicommissi de Zuccaris 14. Nouembris 1639. coram me.*

Prima autem detractio erat scut. 400. quæ d. Virginia soluit sororibus cohæredibus pro æquandis portionibus in d. diuisione assignatis, circa quam nulla erat inter partes controuersia.

Secunda erat legitimæ debitę eidem Virginię in bonis Ersilię matris fideicommittentis

cum

7 cum illa † debeatur filiis absque vllo onere in bonis tam Patris, quàm Matris, *l. maximum vitium, C. de lib. præter. l. meminimus C. de legit. hæred. §. nulla verò auth. de hæred. ab intest. venien. Gratian. disc. for. cap. 637. num. 19.* Cumque filiæ relictæ ab Ersilia essent quinque legitima cuiuslibet earum, & sic d. Virginiæ fuit semis † seu
8 medietas illius portionis quam ab intestato consequuta fuisset, *auth. nouissima, & ibi DD. C. de inoffic. testam. cum alijs relatis, Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. q. 1. num. 1. vers. hodie autem, & seqq.*

Tertia verò detractio erat portionis debitæ in hæreditate Hieronymi fratris prædefuncti, cum enim d. Hieronymus fuerit hæres Vincentij Patris pro medietate, & deinde decesserit ab intestato † sine filijs, superstitibus Ersilia matre, ac d. Virginia cum alijs 4. sororibus, vtique in d. medietate non poterat succedere sola Ersilia mater, prout successit, sed quęlibet earum, & sic etiam d. Virginia succedere debuit pro sexta parte iuxta *text. in authen. defuncto, C. ad Tertul.*
9

Quarta denique detractio, circa quam ferè tota cōtentio vertebatur erat sc. 2300. pro dote debita d. Virginię super eisdem bonis tamquā paternis, quamuis enim huiusmodi dos fuerit relicta ipsi Virginię ab Ersilia matre in eius Testamento, nihilominus dicebant DD. illam esse referendam ad hæreditatem Vincentij Pa-
10 tris, cum dotare † filias sit onus, & debitum Patris necessarium, *l. filia, ff. de leg. 3. l. quilibet in princ. ff. de rit nupt. l. fin. C. de dot. promiss. Peregr. de fideic. art. 36. num. 146. post med. Afflict. dec. 162. num. 6. Rot. dec. 28. num. 1. & 58. num. 1. par. 5. Recent. diff. Duran. dec. 224. num. 1. & 2.* Illudque incumbat non solum patri, sed etiam eius hę-
11 redi, adeout eadem necessitas † dotandi, quę erat penes Patrem defunctum resideat penes illius hęredem, cum ex persona hęredis non immutetur obligationis conditio, *l. 2. §. ex his igitur ff. de verb. oblig.* prout in specie per hunc text. firmant *Crauett. conf. 131. num. 14. Honded. conf. 50. num. 14. & seqq. lib. 2. Gratian. decis. March. 19. num. 40. vers. quia responsio, & num. 41. Rot. d. decis. 28. num. 3. & 4. par. 5. rec. Duran. d. decis. 224. num. 3.*

Et consequenter cum d. Ersilia esset hæres Vincentij, ad quem spectabat onus dotandi
12 Virginiam filiam, † præsumitur d. dotem eidem Virginię constituisse nō vt liberalitatem exerceret, sed vt persolueret debitum necessarium, quod Vincentius Pater defunctus, seu ipsa tamquam illius hæres præstare tenebatur, *Anchar. cons. 7. incipien. in quæst. agitata sub num. 4. & cons. 26. num. 5. Crauett. d. cons. 131. num. 14. Alex. cons. 12. sub num. 5. vbi Apostilla in verb. compensandi lib. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 109. num. 26. & præsumpt. 110. sub num. 5. Gratian. d. decis. March. 19. num. 42.* cum in proposito adductis per *Rot. d. dec. 28. num. 5. & dec. 58. nu. 2. & seqq. par. 5. rec. & coram Durano d. dec. 224. num. 4.*

Idque facilius procedere visum fuit, quia vltra d. præsumptionem iuris plures concurrunt coniecturę suadentes prędictam dotem Virginię fuisse illi constitutam ex bonis Vincentij Patris, inter quas non leuiter vrget illa desumpta ex inuentario bonorum hęreditatis d. Vincentij confecto ab eadem Ersilia, in quo hæc ipsa bona assignata Virginię pro dote fuerunt descripta vti hęreditaria Vincentii,
13 quod inuentarium † benè probat bona in eo descripta fuisse in bonis Vincentij defuncti nō solum contra ipsam Ersiliam conficientem, *Roman. cons. 102. num. 3. vers. cum itaque, Peregr. de fideic. art. 44. num. 2. & 3. Marzar. in epit. de fideicom. q. 54. Mascard. de probat. concl. 778. num. 20. Fusar. de subst. d. q. 618. num. 1. Rota dec. 407. num. 4. par. 2.*
14 *rec.* Sed etiam contra Fuscos † habentes causam ab illa, *Peregr. d. art. 44. nu. 2. Rot. ad. dec. 407. num. 1. par. 2. & decis. 42. num. 2. par. 5. rec.*

Non obstat, quod bona reperta in hæreditate d. Vincentij licet essent valoris scut. 2838. nihilominus spectarent pro maiori parte ad ipsam Ersiliam hęredem, illaque pro residuo essent grauata summo ære alieno ad fauorem eiusdem Ersilię, adeout detractis detrahendis creditum ipsius Ersilię esset scutorum 18. mil. Vnde interebatur æs alienum d. Vincentii absorbuisse illius hęreditatem, & consequenter nulla bona in d. hęreditate remansisse, in quibus vel Hieronymus filius, & cohęres succedere, vel dos Virginię filię constitui posset,
15 cum bona dicantur † deducto ære alieno, *l. 2. §. illud, ff. de collat. bonor. l. fin. §. vbi autem C. de bon. quæ liber. glos. in l. mulier in verb. alieno, ff. de iur. dot.*

Quia cū ex prędicto Inuentario plenè constet bona in eo descripta fuisse de bonis ipsius Vincentii, prędicti de Fuschis, qui excipiunt ea spectasse ad ipsam Ersiliam vti creditricem d. Vincentij in longè maiori summa, tenentur exceptionem huiusmodi crediti plenè, & con-
16 cludenter probare, cum excipiens † in suis exceptionibus vices Actoris sustineat, *l. in exceptionibus, ff. de probat. Bart. in l. 1. num. 3. ff. eodem Natt. cons. 238. numer. 13. Gregor. XV. decis. 289. num. 2. & 3.*

In proposito autem creditum Ersilię in d. quantitate non iustificatur nisi ex nouem partitis, quę dicebantur esse detrahendę ex hęreditate, seu inuentario bonorum ipsius Vincentij, & ponendę ad creditum ipsius Ersilię, quibus tamen partitis sigillatim examinatis, visum fuit illas non leues pati difficultates.

Primo namque prętendebatur esse detrahendam ex hęreditate d. Vincentij domum sitam ad S. Stephanum del Cacco valoris scutor. 3014. 2. aliam domum illi contiguam cū duabus Apothecis valoris scut. 3243. nam istę domus quamuis descriptę in inuentario bonorum Vincentij dicebantur spectare ad ipsā Ersiliam ex eo, quod idem Vincentius in articulo mortis constitutus hanc inter alias fecerit declarationem, *Che la casa vecchia, doue al presente esso Signor Vincenzo, e d. Cecilia sua moglie habitano, compra per esso Vincenzo dal q. Benedetto Dulcena, e gli miglioramenti, e fabrica fatta nelle case nuoue dietro à d. Casa vecchia sono state per esso Vincenzo compre, restaurate, e fabricate respettiuē de i proprij denari della Signora Ersilia, e però esso Signore Vincenzo non haueria sopra di quelle attione alcuna:* sed istę duę partitę visę fuerunt, vel

Mmm 2 reuo-

reuocandę, vel ad minorem summam reducendę.

Nam vltra quod prędicta declaratio non videtur de prędictis domibus in inuentario bonorum Vincentij enunciatis, nempe domu ad S. Stephanum del Cacco, aliaque illi contigua cum duabus apothecis. Adhuc si loqueretur de istis domibus non releuaret, siquidē respectu prędictę domus antiquę propè Arcum Carmigliani (quę dicebatur esse eadem, quę in dicto Inuentario enunciatur *la Casa di San Stefano del Cacco*) aduertebant Domini illam fuisse emptam vsque de mense Iunij 1581. per d. Vincentium, & Horatium Germanum fratrem à d. Benedicto Dulcena pretio dumtaxat scut. 2350. vt in Instrumento d. emptionis dato in vltimo Summario pro Compagnis: Vnde esto quod prędicta domus fuisset empta ex pecunijs Ersilię, nihilominus non inde sequitur ipsam domum, seu illius integrum valorem scutor. 3243. spectare ad ipsam Ersiliam, sed illi deberi solummodo d. quantitatem scutor. 2350. erogatam in em-
17 ptione d. domus, cum maritus † emens nomine proprio, quamuis cum pecunijs vxoris sibimet acquirat, non autem vxori, *l. 1. & l. multum, C. si quis alteri, vel sibi Rom. cons. 291. n. 6. & cons. 274. num. 1. Gregor. XV. dec. 157. num. 4. Rot. dec. 278. n. 1. par. 2. diuers.*

Respectu alterius domus, seu aliarum domorum melioratarum, & refectarum cum pecunijs eiusdem Ecclesię (quę dicebantur esse illæ, quę in eodem Instrumento enunciantur, *la Casa iui contigua*) visum fuit non deberi Ersilię integrum valorem scut. 2343. Sed pro rata melioramentorum in ea, seu in eis factorum, quę adhuc non fuerunt liquidata, prout
18 requiritur ad hoc, vt illa † detrahi possint, *Rota dec. 618. num. 5. in fin. par. 4. recent. & in Auximana fideicommissi 13. Ianuarij 1640. coram me.*

Neque obstat, quod Vincentius dixerit se nullam habere actionem super domibus, quia dicta assertio videtur intelligenda retento sano intellectu, adeout sensus sit, quod super domo empta ipse non haberet actionem quoad pretium erogatum cum pecunijs Ersilię super viri domo, seu domibus melioratis, ac refectis, quod nullam pariter ipse haberet actionem pro rata melioramentorum factorum cum pecunijs eiusdem Ersilię, ad hoc, vt singula singulis congruè referantur.

Tertiò dicebatur esse detrahendam aliam domum ad S. Siluestrum valoris scutor. 1100. vti spectantem pariter ad ipsam Ersiliam, sed adhuc admissa huiusmodi pertinentia fuit responsum valorem d. Domus non esse detrahendam ex hęreditate Vincentij ad effectum illum ponendi ad creditum Ersilię, siquidem d. Domus fuit postea vendita à d. Ersilia post obitum d. Vincentij pretio scut. 987. dictumque pretium ipsamet exegit.

Quarto dicebatur esse detrahendam ex hæreditate eiusdem Vincentij scuta 2908. 50. pro tot annuis Canonibus spectantibus ad ipsam Ersiliam ad rationem quinque pro centenario, ac traditis pro parte tangente ipsum Vincentium pro dotibus Faustinę, Olimpiæ, Praxedis filiarum, sed huiusmodi partita visa fuit DD. resecanda, & reducenda ad sc. 1650. quia licèt prædictæ dotes debuissent solui à solo Vincentio Patre, nihilominus cum fuerint insimul promissę tàm à Vincentio, quàm ab Ersilia, & in actu solutionis d. Ersilia reportauerit à Vincentio marito cessionem solum pro dd. scut. 1650. illa solum videntur deberi
19 ipsi Ersiliæ, cum residuum præsumatur † ab ea liberaliter erogatum pro subsidio dorali, *Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 6. priuil. 3. num. 7. in fin. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 31. num. 1.*

Quinta partita erat scut. 1500. pro medietate dotis scutor. 2100. quam ipsa post obitum Vincentij soluit Catharinæ alteri filiæ, sed huiusmodi partita eadem responsione eliditur, quia cum Ersilia soluerit d. dotem simpliciter absque vlla protestatione se velle reualere ex bonis Vincentij pro d. dote solutis præsumitur illa liberaliter etiam pro d. dote persoluisse.

Sexta erat scut. 3950. pro residuo pretij domorum venditarum Pueris Litteratis ab ipso Vincentio, cum tamen illæ spectarent pariter ad ipsam Ersiliam, sed istam etiam partitam dicebant DD. esse delendam, quia pretium dd. domorum non videbatur spectare ad d. Ersiliam nisi pro rata sc. 2400. cum residuum spectaret ad ipsum Vincentium occasione pretij cuiusdam situs comprehensi in eadem venditione, quam idem Vincentius emerat de proprijs pecunijs à Magistris Viarum quæ scuta 2400. fuerunt deinde conuersa per d. Vincentium, vt dicebatur, in extinctionem plurium censuum, quos ipse sibi accollauerat in emptione primæ domus emptę à Dulcena, cuius pretium cum fuerit acceptilatū Ersiliæ in prima partita, sequitur illud non esse iterū acceptō ferendum.

Septima erat scut. 300. quæ Ersilia soluerit Vincentio, & Laurentio filijs Alexandri Ferię Mariti d. Faustinæ pro totidem quæ illis debebat Vincentius maritus, sed hæc partita visa fuit quoque reducenda ad medietatem, quia cum Ersilia in actu solutionis d. summæ dixerit se eam soluisse de bonis proprijs, & hæ-
20 reditarijs † præsumitur medietatem solum d. summę de proprijs persoluisse, *Rot. decis. 607. numer. 5. part. 1. & decis. 520. num. 1. part. 3. recentior.*

Octaua erat scut. 515. ex causa, vt dicebatur, aliorum bonorum, & creditorum spectantiū ad Ersiliam, & venditorum, & exactorum respectiuè per ipsum Vincentium, sed hęc partita non visa fuit iustificari.

Octaua denique partita dicebatur esse scut. 1960. pro pretio terreni vineati spectantis ad ipsam Ersiliam, sed ista quoque partita visa fuit resecanda, cum vinea spectaret ad ipsam Ersiliam solum pro fundi æstimatione, pro residuo verò ad ipsum Vincentium, qui plantauit vineam, cum huiusmodi melioramē-
21 ta † vtilia, vel necessaria, quæ facta fuerunt

per

per virum in bonis vxoris non cedant solo, sed per ipsum virum repeti possint iuxta *text. in l. fructus 7. §. impendia, ff. sol. matr. latè Alex. cons.142. per tot.lib.7. Rot. decis.297. num. 2. circa med. par.4. rec.*

Ex his igitur apparet creditum Ersiliæ fuisse in longè minori quantitate, quam scutorum 18. mil. illudque non absorbuisse totam hæreditatem ipsius Vincentij, sed & in ea, tot bona remansisse, in quibus & Hieronymus filius succedere, & dos Virginiæ filiæ constitui potuerit.

Prædictaque comprobantur non solum ex eo, quod Ersilia agnouit d. Hieronymum vti cohęredem d. Vincentij, quem verisimiliter vti talem non agnouisset, si Vincentius vlla bona reliquisset, in quibus Hieronymus succedere potuisset; Verum etiam ex diuisione bonorum facta inter ipsam Ersiliam, & Tarquiniam sororem de anno 1581. in qua clarè legitur portionem bonorum obuentam ipsi Ersiliæ non excedere scut.6900. ac denique ex diuisione bonorum eiusdem Ersiliæ facta inter Virginiam, & cohęredes, in qua bona illius fuerunt æstimata in scutis 9464.

Et ità vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Luna 10. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

De nullitate Census impositi super bonis Pupilli ob non seruatas solemnitates statutarias.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib.1. cap.113. & 151. *annullat contractus initos cum minoribus, & pupillis non adhibitis solemnitatibus ibidem descriptis.*

2 *Nullitas inducta fauore minoris vel Ecclesiæ non potest opponi nisi ab ipso minore, vel Ecclesia secus num.3.*

3 *Limita in Reo, & possessore pro defensione suæ possessionis, & præsertim quando nullitas est inducta ipso iure & num.4.*

5 *Nullitas contractus cum minoribus non adhibitis solemnitatibus statutarijs dicitur inducta ipso iure.*

6 *Illatio non fit ex diuersis.*

DECISIO DXCV.

SVB die 27. Ianuarij præteriti fuit firmatum in causa ista Censum aliàs impositum super domo de qua agitur ad fauorem D. Equitis Ludouici Cassiani, & eius fratris tunc Pupillorum per q. Io: Baptistam Raimundum vti Tutorem Io:Petri de Lilijs tunc
1 pariter Pupilli esse nullum † ob defectum solemnitatum requisitarum in contractibus rerum minorum, & Pupillorum *ex stat. Vrb. cap.113.& 151.lib.1.*

Successiuè sub die 4. Iulij subsequentis resolutum fuit nullitatem d. Census posse opponi à Venerab. Collegio Romano Societatis IESV tamquam Reo, & possessore.

Dubitaui hodie an sit stan, vel recedendum ab hac vltima decisione, & in ea esse persistendum dixerunt DD. moti ex rationibus, & fundamentis in eadem decisione deductis.

2 Quibus non obstat quod nullitas † inducta fauore minoris, vel Ecclesiæ non possit opponi nisi ab ipso minore, vel Ecclesia non autem à 3. qualis est ipsum Collegium ex notat. *per Soc.Sen.cons.78.nu.4.& 8.li.4. Surd.cons.523. num.1.& 2.& decis.179.num.17. & seqq. Rota coram Seraph.decis.278. vers. secunda est, & in Romana deuolutionis domus 15. Ianuarij 1607. coram Lancell.& in Romana Rescissionis Instrumenti coram bo: me: Vbaldo post Cenc. de cens. decis.206. num.7. & in Romana Census de Mutis 24. Maij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & coram eodem *in Bononien.fideic.de Manzolis qua est decis.51. num.4.par.6.recent.*

Quoniam d.conclusio non procedit in reo, & possessore prout est d. Collegium, is enim pro defensione suæ possessionis huiusmodi
3 nullitatem † opponere potest quamuis illa sit de iure tertij *Alex. in l. vlt. num.23. cap.fin.vers. addit.etiam vnum*, & ibidem *Castren. num.12. vers.intellige tantum C.de Ed.D.A.Toll.Surd.cons. 45. num.16. lib.3. cum alijs in d. decisione allegat.*
4 præsertim quando huiusmodi nullitas † inducitur, *prout hic*, ipso iure, tunc enim illam etiam 3. allegare potest *Bart.in l.2. post.med.vers.quandoque ius tertij il 2. ff.de except. rei iudic. Tiraquel. in l.si vnquam vers.reuertatur num.356.& seq.* vbi plures cumulat *C.de reuoc.donat. Natt.cons.273. num.11. Peregr. cons.19. num.23. in tertio.* Vbi quod hæc conclusio per omnes recepta est *Thesau.decis.4.num.1.Surd.decis.108 num.15. fusè Gratian.discept.691.* in hac causa præueniente edita *Scapuccin.de Salu.lib.2.qu.16.num.15. Greg. decis.415.num.3.* & ibi *Add. num.6.vers.hac autem conclusio*, & in specie nullitatis contractus minoris, vel Ecclesiæ *Alex. cons.38. num.6. lib.2. post Bald. in l.1. num.3.vers. vnde tertius C. de reb. Eccl.non alien. Ruin.cons.40.num.124.& seqq. Bursatt.cons.82.num.11.lib.1. Surd.decis.118. num.20. 22. vers. allegabatur Mantic. de tacit. lib.4. tit.7. num.54.*

Nullitatem autem d. Census ob non ser-
5 natas † solemnitates requisitas *à Stat. Vrb. in cap.113.& 151. lib.1.in contract.rer.pupill. & minor.* esse inductam ipso iure patet ex verbis eiusdem Statuti, siquidem *in cap.113.* hæc verba alioquin nulla, & inualida censeantur, *& in cap.151.* post enunciatas solemnitates seruari subiunguntur hæc verba, *nullius sint roboris, & momenti*, quæ nullitatem ipso iure inducunt *l.non dubium in fin.C. de leg.1. Clem.1. de preben.Felin.in cap.Rodulphus num.31. vers.nullius sint momenti Tiraquel. in d. l.si vnquam reuertantur num.97. & seqq. latè prosequitur*, ac comprobat *Gratian.in precis.discept.691.num.2.*

Non obstat quod Raymundus in isto censu sit obligatus non solum vti Tutor, sed etiam vti principalis, principalitèr, & insolidum, & propterea non possit dare de nullitate, quidquid sit de validitate eius obligationis, non idcirco conualidatur obligatio Io:

Petri Minoris, neque exinde excluditur quin Collegium possit huiusmodi nullitatem op-
6 ponere ex supra allegat., cum illatio† non fiat ex diversis *l. Papinian. exul.* & ibi *Doct. de minor. Surd. consf. 150. num. 94. lib. 1. Rota decis. 8. num. 10. & decis. 370. num. 8. par. 5. recent.*

Et ita vtraque &c.

MONOPOLITANA CANONICATVS.

Merc. 16. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Possessio antiquior manutenibilis est, Legitimus contradictor ex quibus non dicatur possessor vigore alterius gratiæ Apostolicæ ad impediẽ executionem litterarum Apostolicarum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio authore Prætore capta est manutenibilis.*
2 *Possessio merè instrumentalis alio tunc temporis existente in possessione non est manutenibilis.*
3 *Possessio præsumitur continuata nisi contrarium doceatur.*
4 *Testes licet examinati absq; citatione partis faciunt saltem adminiculum.*
5 *Declaratio erronea non meretur attendi.*
6 *Error eoipso dicitur probatus quod constat rem aliter se habere.*
7 *Citationis defectus tollitur per comparitionem citati.*
8 *Quod procedit etiam si citatus comparuisset ad effectum excipiendi de nullitate citationis.*
9 *Contradictor legitimus ad impediendam immissionem vigore aliarum litterarum Apostolicarum dicitur qui fuit immissus in possessionem vigore aliarum litterarum Apostolicarum.*
10 *Hac conclusio procedit quando immissus vltra legitimam possessionem exhibet vel consimilem titulum vel alium titulum validum qui procedat ex eodem fonte.*

DECISIO DXCVI.

IOANNES Paulus Marzola impetrauit à Santiss. Canonicatum, de quo agitur, vti vacantem ob non publicationem resignationis eiusdem Canonicatus factæ ad fauorem Ioannis Riccij illum obtinentis, ac litteris desuper expeditis, eisque coram Exequutore productis actualem possessionem d. Canonicatus sub die 18. Martij anni præteriti adeptus fuit. Verum Vitus Antonius Fesula eumdem Canonicatum impetrauit ob liberam illius dimissionem factam in manibus Santiss. ab eodem Riccio sub die 26. eiusdem Mensis, ac deinde obtinuit etiam litteras subrogationis gratiosæ ad partes in Iuribus, & possessione in quibus idem Riccius de tempore dimissionis reperiebatur, quarum litterarum vigore fuit ab illarum Exequutore immissus in possessionem sub die 20. Iulij subsequentis. Orta controuersia inter istos prouisos Apostolicos, causaque ad Rotam delata proposui dubium. Cui esset dandum mandatum de manutenendo, & illud esse dandum Vito Antonio responderunt DD.

Quoniam de illius possessione constat ex publico Instrumento illius adeptionis sub d. die 20. Iulij anni præteriti, quod Instrumen-
1 tum † probat possessionem manutenibilem, tamquam authore Prætore captam vigore litterarum suæ prouisionis *l. iustè possidet ff. de acqu. poss. cap. licet causam,* & ibi *Felin. num. 10. de probat. Angel. in l. qui vniuersas §. Item cum Prætor & in l. clam. possidere §. qui ad Nundinas numer. 2. in fin ff. de acqu. possess. Seraph. decis. 1325. nu. 1. Rot. dec. 62 num. 3. par. 2. diuers. & decis. 515. num. 3. par. 2. rec.*

Non obstat anterior possessio Io: Pauli. Si
2 quidem illa † vti merè Instrumentalis D. Riccio tunc temporis existente in possessione non suffragatur ad effectum manutentionis *l. si Colonus* & ibi *DD. ff. de acqu. possess. Verall. decis. 333. par. 2. Greg. decis. 159. nu. 1. Reuerendissimus Duran. decis. 97. num. 2.*

Quod autem Riccius tunc temporis existeret in possessione Canonicatus, de quo agitur probatur ex publico Instrumento possessionis illius captæ per ipsum vsque de anno 1667.
3 quæ † præsumitur continuata vsque ad diem dimissionis eiusdem Canonicatus, quæ sequuta fuit sub die 26. Maij anni præteriti, nisi contrarium doceatur *l. 3. §. in amittenda ff. de acqu poss. Natt. consf. 400. num. 6. Rota decis. 4. de probat. in nou. Greg. XV. decis. 575. num. 9.*

Præsertim cum illa sit adminiculata ex pluribus Testibus deponeñ de possessione eiusdem Riccij vsque ad prædictum diem quo ipse Canonicatum liberè dimisit, qui Testes
4 licet examinati † absque citatione partis faciunt saltem adminiculum *Verall. decis. 206. num. 6. & decis. 205. num. 8. par. 2. Rota decis. 277. num. 14. par. 6. recent.*

Nec dicatur quod idem Riccius ante dimissionem habuerit se pro spoliato ex eo quod citatus ad instantiam D. Io: Pauli coram Exequutore litterarum eius prouisionis declarauerit se iam à nonnullis mensibus citra assequutum fuisse possessionem cuiusdam Parochialis, proindeque in d. Canonicatu nihil prętendere illumque habere pro vacanti, & gratiam Io. Pauli pro iustificata. Quia vltra quod prædicta declaratio non test informa probanti, illa fuit erronea, † & propterea non mere-
5 tur attendi *l. vnica* vbi post alios *Ias. num. 7. C. de error. calcul. l. non fatetur ff. de confess. Alexandr. consf. 102. num. 8. lib. 1. Surd. consf. 345. nu. 17. Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 21. num. 18. & seqq.*

Error autem satis detegitur ex eo præcipuè Quia Riccius asseruit se habere gratiam d. Io: Pauli pro iustificata, quæ tamen assertio vel est inuerisimilis, vel erronea. Si quidem d. gratia fuit impetrata ob non publicatam resignationem eiusdem Canonicatus ad fauorem d. Riccij. Et nihilominus ex publico Instrumento dato in eodem Summario d. Viti Ant. apparet publicationem infra legitimum tem-
6 pus factam fuisse. Error † enim dicitur probatus eo ipso quod constat rem aliter se habere *l. de ætate §. licet ff. de interrog. act. l. si post diuisionem*

C. de

C. de Iur. & fact. ignor. Cranett. cons. 157. n. 8. Duran. decis. 200. num. 23. Et hinc patet Exequutorem ritè processisse, concedendo Immissionem Vito Antonio.

Non obstant nullitates deductæ contra sententiam d. Exequutoris. Quia illæ visæ fuerunt tolli sufficientèr ex responsionibus datis pro ipso Vito Antonio.

Nam prima deducta ex eo quod Io. Paulus fuit citatus ad videñ concedi Immissionem infra breue tempus non visa fuit releuare. Quia cum d. Io. Paulus comparuerit, ac sua iura deduxerit, d. citatio sustinetur, cum per comparitionem citati tollatur defectus legi-
7 timæ † citationis *Lancell. de attent. lit. pend. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 116. Caputaq. decis. 110. & dec. 112. par. 1. Seraph. decis. 1441. n. 4. Mantic. decis. 352 num. 9. & 10.* Quæ conclusio procedit etiamsi citatus comparuisset, *prout hic*, ad effectum
8 excipiendi † de nullitate citationis *Lancellott. de attent. d. cap. 4. in præfat. num. 117. Seraph. decis. 1441 sub num. 4. vers. nec obstat Add. ad Greg. XV. dec. 27. num. 10.*

Altera verò desumpta ex eo quod Io: Paulus tamquam possessor vigore alterius gratiæ Apostolicæ esset legitimus Contradictor ad impedieñ Immissionem Vito Antonio. Et
9 ideò esset procedendum † via ordinaria non autem exequutiua. Quamuis ipse Io: Paulus veniret ex diuersa vacatione ex deductis in *Ouesen Canonicatus 13. Martij 1607. coram Card. Marcomontio*, quæ est *decis. 197. num. 8. par. 2. rec. & in Celsoneñ Canonicatus 1. Iulij eiusdem anni coram bo; me: Coccino*, quæ est *decis. 347. per tot. inter eius impress. Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 35.* Quoniam prædicta procedere possent, vbi Io; Paulus vltra legitimam possessionem exhibuisset vel consimilem titulum subrogationis gratiosæ, vel alium titulum validum qui procederet ex eodem fonte, prout requiritur ad
10 hoc, vt quis dicatur † legitimus Cotradictor ad impediendam Immissionem habenti subrogationem gratiosam, vt declarant *Garz. d. par. 6. cap. 4. num. 35. vers. istæ decisiones idem bo. me. Coccin. decis. 711. num. 2. post med. par. 1. recent. & in Valentina Decanatus, & Canonicatus 5. Iulij 1637 Buratt. decis. 225. num. 7. Rota decis. 641. nu. 1. par. 4. recent.* cum alijs relatis *per Lotter. de re benef. li. 2. qu. 20. num. 217. & lib. 3. qu. 13. num. 75.*

Et ita vtraque &c.

IANVEN. LEGATI.

Mercurij 23. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Via executiua competit pro consecutione Legati iuxta sententiam Tribunalis A. C. Præscriptio statutaria non intrat in Legato.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua pro legato non datur secundum opinionem Rotæ licet secus sit in Tribunali A. C. vt num. 7.*

2 *Legatario obstat præscriptio seù præsumpta solutio ex Stat. Vrb. lib. 1. cap. 158. Declara vt nu. 8. & 9.*

3 *Statut. Vrb lib. 1. cap. 158. procedit etiam inter forenses quando iudicium fit in Vrbe.*

4 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere cùm Legatarijs.*

5 *Contractus appellatione in statutis saltem largo modo venit quasi contractus & præcipuè quando loquitur cum dictione vniuersali, cuiuscumque: & concurrit eadem ratio.*

6 *Alimentorum repetitio præstitorum per defunctum competit eius hæredi.*

8 *Pro Legato competunt tres actiones scilicet, personalis, hypothecaria & realis.*

9 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. licet comprehendat actiones personalem & hypothecariam attamen actionem realem non comprehendit.*

10 *Præscriptio statutaria non comprehendit actionem realem quæ competit pro Legato.*

11 *De liquido ad illiquidum non datur compensatio.*

12 *Testis deponens de suo Iudicio & credulitate non probat.*

DECISIO DXCVII.

A: C. relaxauit mandatum exequutiuum pro scu. 1000. monetæ contra D. Angelum Lomellinum ad fauorem D. Hieronymę eius germanę sororis ex causa legati sibi à cõmuni matre relicti.

Appellauit Angelus à dicto mandato, & illius executione, causaque d. appellationis mihi commissa. Dubitaui an d. mandatum cùm inde sequutis esset reuocandum.

In cuius dubij positione Informantes pro Augustino prætendebant d. mandatum esse reuocandum ex capite tàm nullitatis, quàm iniustitiæ.

Nullitas deducebatur ex eo, quod pro consecutione d. Legati fuerit actum via executi-
1 ua, quæ † tamen pro legato non datur iuxta opinionem quam seruat, *Rota, vt dicitur in decisione 391. num. 2. vers. quia præter id par. 2. recent.* vbi quod ita fuit pluries resolutum, & in alijs decisionibus relatis, *coram Buratto decis. 208. numer. 3. & in Romana quarti dotalis 15. Decembris 1634. coram R. P. D. meo Verospio*, idemque aduertit *Rub. singul. par. 2. circa stylum, & obseruantiam Rota in verb. legatum §. 2.*

Iniustitia vero ex duplici capite desumebatur.

Primo ex eo, quod ipsi Hieronymæ petenti d. Legatum obstaret præscriptio seu præ-
2 sumpta † solutio ex Stat. Vrb. lib. 1. cap. 158. ob lapsum sexdecim annorum, & vltra ab anno quo d. Maria Testatrix decessit quod statutũ
3 procedere etiam inter forenses, si Iudicium fiat in Vrbe firmauit *Rot. in Ianuen. seu Romana Pecuniaria de Nigronibus 20. Iunij 1588. coram Card. Lancell. in 4. par. diuers. decis. 764. num. 2. & in Sulmonen. Pecuniaria 10. Iunij 1624. coram bo. me. D. meo Seleucien. impress. post compend. Stat. Perus. decis. 124.* vbi quod fuit recessum à decisione *Caputaq. 203. p. 3. & in Narnien. bonorum 21. Aprilis 1622. coram bon. mem. Remboldo*, cum alijs cõ-

cor-

cordantibus cumulat. *d Rub.singul. decis. tom. 1. fol. 252. num. 1. & seqq.* idemque notat *Fenzon. ad Stat. Vrb. in d. Statut. 158. in verb. similiter solutio num. 61. fol. 445.*

Nec obstare dicebatur, quod d. Statutum non loquatur de Legatario, sed simpliciter de creditore ex causa mutui depositi, vel cuiuscunque generis contractus, quia cum hæres
4 in† aditione hæreditatis dicatur quasi contrahere cũ Legatarijs §. *hæres quoque Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu &c.* inferebatur dispositionem dicti Statuti loquentis de Creditore ex causa cuiuscumq; generis cõtractus comprehendere etiam Legatarium vti Creditorem ex quasi contractu, cum in statutis appellatione
5 contractus† veniat saltem largo modo etiam quasi contractus iuxta magis cõmunem opinionem, præsertim quando statutum, prout hic loquitur cum dictione vniuersali cuiuscumq; & eadem ratio concurrit ex pluribus relatis à *Seraph. decis. 730. num. 2.* quam in terminis huius statuti refert, & sequitur, *Fenzon. in annotat. ad idem stat. in verb. cuiuscunque generis contractus num. 10. & seq.* & in specie quod d. statutum habeat locum etiam contra Legatariũ tenet, *Boni. de Statut. Vrb. præscript. glos. 19. nu. 61. & 69.*

Secundo iniustitia deducebatur ex eo quod eidem Hieronymæ obstaret exceptio compẽsationis competentis ipsi Angelo pro credito alimentorum, quę Maria eius Auctrix spatio plurium annorum prę̃stitisse dicebatur eidem Hieronymæ, illiusque Viro, & familiæ, cum
6 repetitio† alimentorum præstitorum per defunctum competat etiam eius hæredi, *Corduba in l. si quis à liberis §. si mater num. 84. ff. de lib. agnosc. Socc. sen. cons. 161. num. 3. vers. ex quibus omnibus vol. 2. Surd. de aliment tit. 6. qu. 22. per tot. & præcipuè num. 7.*

Cæterum DD. omisso capite nullitatis oppositæ contra d. mandatum super qua insistere noluerunt, cum illud fuerit relaxatum in
7 Tribunali A. C.† in quo seruatur opin. *Aug. in auth. de hæred. & falcid. §. illud numer. 13.* tenentis causam legatorum esse exequutiuam, vt *test. post Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 6. numer. 4. vers. in Iudicio legati Rota in decisionibus relatis per Add. ad Buratt. decis. 208. num. 12.* Strictè quoad prætensam iniustitiam, illa cessare visa fuit, sicque dictum mandatum esse iustum respon derunt.

Non obstat, prætensa præscriptio statutaria.
8 Quia pro Legato† tres competunt actiones, scilicet personalis, hipothecaria, & realis, *l. 1. §. rectius igitur vbi Bald. Ias. & alij C. com. de legat. §. nostra Instit. de legat. Couar. in cap. Raynutius §. 10. num. 2. de testam. Gratian. discept. 62. num. 27.* Vnde licet d. statutum comprehendat actiones personalem, & hipothecariã, nihilominus actio-
9 nem† realem non comprehendit, prout declarat, *Gabr. cons. 148. num. 8. & seq. lib. 2. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 67. num. 27. & seqq. & dixit Rot. in Romana Vineæ 28. Octobris 1576. coram Rubeo, & in alia Romana extinctionis Census 22. Octobris 1582. coram Lauretano, & in Romana Census de Caffarellis 9. Decembris 1587. coram Gypsio,* & in ro specie quod præscriptio statutaria† nõ comprehendat actionem realem, quę cõpetit pro legato resolutum fuit in *Romana de Parotijs 20. Nouembris 1592. coram Blanchetto*, quam in his terminis refert, *Fenzon. in annot. ad idem stat. litt. D. verb. in petendo debitum n. 20. fol. 442.*

Minus obstat altera exceptio compensationis cum credito alimentorum, Tũm quia nõ docetur illam fuisse oppositam coram A. C. qui mandatum relaxauit. Tũm etiam quia prætensum creditum alimentorum non apparet liquidum neque in quantitate. Vnde intrat vulgata conclusio, quod de liquido ad
11 illiquidum non datur compensatio, *l. fin. C. de compensat. §. in bonæ fidei vbi glos. in verb. iure aperto Instit. de act. Gregor. XV. decis. 552. numer. 5. Coccin. bon. me. decis. 326. num. 3. & decis. 358. nu. 2. cum alijs relatis in Neapolitana pensionis 30. Aprilis anni præteriti coram R. P. D. meo Bichio.*

Non quidem in substantia quia Testes inducti ad probandum, quod Maria præstiterit alimenta Hieronymæ, eiusque familiæ non videntur concludere, quod illa de proprio præstiterit, cum simpliciter dicant Hieronymam habitasse in domo Mariæ, & habuisse mensam cum ea communem, ex quo non resultat probatio concludens, quod mensa sumptibus proprijs eiusdẽ Mariæ parata fuisset, & quamuis sextus Testis dicat, *tengo che sia vero che la Sig. Maria fosse quella, che facesse tutte le spese*, nihilominus cum deponat de suo Iu-
12 dicio, † & credulitate non probat, *Farinacc. de test ib. quæst. 68. §. 1. num. 27. Alex. cons. 24. nu. 14. lib. 2. Mascard. lib. 1. concl. 458. num. 7. Gregor. XV. decis. 472. num. 6. & decis. 578. num. 12.*

Neque etiam in quantitate, cum præsertim Testes non exprimant ad quam summam ascendant prætensa alimenta.

Et ita D. Lomellino informante resolutum fuit.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 28. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur identitas bonorum fideicommissariorum.

SVMMARIVM.

1 *Locatio quando est antiqua sufficienter probat rem locatam esse locantis & hoc multo magis si sit adminiculata, num. 2.*

3 *Enunciatiua plures & antiquæ & successiuis temporibus emanatæ & conuenientes cum confinibus designatis in Instrumentis locationum benè probãt rem enunciatam fuisse in bonis illius ad cuius fauorem concurrunt dd. enunciatiuæ.*

4 *Identitas bonorum in antiquis probatur leuioribus probationibus.*

5 *Identitas bonorum in antiquis probatur etiam coniecturis & præsumptionibus.*

6 *Locatio adminiculata probat possessionem locantis etiam non docto de illius effectuatione.*

8 Res

8 *Res possessa per haeredem praesumitur quod sit eadem quae fuit possessa à Testatore quando constat in eodem loco istum possedisse.*
9 *Hoc fortius procedit quando praeter successiuam possessionem haeredis in eodem loco in quo testator possidebat concurrunt aliae demonstrationes.*
10 *Diuisione non perimitur fideicommissum, sed portio diuisa successoris succedit loco portionis indiuisae testatoris.*
11 *Testamentum post donationem conditum non comprehendit rem iam donatam.*
12 *Donatio absque insinuatione est nulla.*
13 *Insinuatio prout quaelibet solemnitas praesumitur interuenisse spatio 30. annorum.*
14 *Insinuationis defectum supplet interuentus iuramenti.*
15 *Insinuatio non requiritur in donatione ob causam.*
16 *Communio inter fratres praesumitur nisi diuisio probetur.*
17 *Probatio debet esse certa & concludere per necesse.*
18 *Notarij enunciatiua expressio, quod certi loci ad certos spectent deleto alio multum attendenda.*
19 *Solutio pro melioramentis integraliter facta à certis personis benè arguit rem melioratam ad ipsos & non ad alios spectasse cum alias verisimiliter d. solutionem non fecissent.*
20 *Titulus haereditarius quando est expressus excludit rem alio titulo fuisse acquisitam.*
21 *Scriptura in actis non exhibita cancellata, & extracta non seruata forma cap. fin. de fid. instr. non meretur attendi.*
22 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam non probant.*
23 *Melioramenta non probantur per Testes non deponentes de statu antiquo.*
24 *Melioramenta non computantur inter immobilia, sed eduunt solo.*
25 *Melioramenta facientibus facta liquidatione debetur illorum dumtaxat aestimatio.*
26 *Identitas quando cùm difficultate probari potest propter confusionem confinium, attendi debet cuius culpa fuerit causata dicta confusio, vt illi incumbat onus distinguendi confines antiquos.*
27 *Locationum instrumenta si sint plura, antiqua, & ad inuicem adminiculata sufficienter probant, possessionem locantis, & assignatur ratio, nu. 28.*
29 *Instrumenta probant etiam contra successorem.*
30 Decis. 226. num. 5. par. 5. recent. declaratur, & num. 31.
32 *Locatio facta per plures locantes quando praesumatur facta pro virili, & quando ista praesumptio cesset, & num. 33.*

DECISIO DXCVIII.

PRAESVPPOSITIS duabus decisionibus emanatis sub diebus 22. Martij & 2. Iunij 1638. super existentia fideicommissi q. Federici de Sinibaldis, & illius purificatione ad fauorem DD. Francisci Cini, & Federici Simonettae descendentium respectiuè ex Laura, & Portia filiabus eiusdem Federici fideicommittentis, Dubitaui sub die 13. Ianuarij anni praeteriti. An eisdem fideicommissarijs danda esset Immissio, & illam dandam esse super tribus corporibus responsum fuit, nempè super portione domus, super altera portione Molendini, ac super Praedio Montis freddi, causaque deinde iterum posita super vltimo loco resolutis informantes pro Alexandro Iuniore, contra quem petebatur, Immissio tria praecipuè iterum adducebant.

Primo quod Laura, & Annibal ex Portia sorore Nepos acceptauerant legatum cuiusdam Praedij factum ad eorum fauorem ab Alexandro seniore filio & haerede grauato d. Federici fideicommittentis cum ampla prohibitione nil aliud petendi ex bonis eiusdem Alexandri Testatoris, hinc enim inferebatur Alexandrum voluisse bona fideicommissi cū huiusmodi legato compensare, & sic dd. Lauram, & Annibalem ob acceptationem d. Legati etiam fideicommisso d. q. Federici saltem tacitè renunciasse.

Secundo impugnabant identitatem dd. bonorum.

Tertio opponebant detractiones praetensas ex persona Alexandri senioris sui Authoris.

Verum DD. reiectis iis quae circa compensationem, & renunciationem fideicommissi repetebantur tamquam abundè sublatis in eadem decisione in §. *Nec obstare visa fuerunt &c.* mandarunt vt diuisa disputatione pro faciliori resolutione videretur primo de identitate, ac postea de detractionibus, iuxta cuius rescripti tenorem posito hodie dubio. An constaret de identitate dd. bonorum, affirmatiuè quoad Domum, & Molendinum responderunt. Quo verò ad Praedium DD. nō fuerunt concordes, sed ordinarunt vt de eo particulariter videretur.

Nam quoad domum sitam Auximi in Platea Noua Parochiae Episcopatus iuxta domū olim de Leopardis, & vias publicas, quod illa fuerit in bonis Federici fideicommittentis optimè iustificatur ex Iuribus tàm in dicta decisione, quàm hodie ponderatis. Erat enim in confesso inter partes, idque probatur etiam ex Iuribus datis in Summario; Domum istam de cuius portione agitur fuisse olim à Neapulione antiquo de Sinibaldis titulo emptionis acquisitam, dictumque Neapulionem quatuor filios procreasse, nimirum Io: Baptistam Episcopum deinde Auximanum Alexandrū antiquum, Prosperum, & Federicum Testatorem.

Constat autem d. Io: Baptistam Episcopum de anno 1521. donasse inter viuos d. Alexandro germano fratri omnia bona paterna, vt in Instrumento d. donationis, & consequenter eidem Neapulioni postea defuncto de anno 1525. successisse solummodo caeteros eius filios, nempè Alexandrum antiquum, Prosperum, & Federicum.

Obijt Alexander de anno 1526. relicto Neapulione Iuniore filio tunc minore. Vnde Prosper, & Federicus Patrui hanc domum pro indiuiso insimul possidentes illam de anno 1628. locarunt ad meliorandum, vt constat ex Instrumento locationis.

Suc-

Successiuè de anno 1531. Prosper obijt sine filijs legitimis superstitibus dd. Federico fratre, ac Neapulione Iuniore Nepote, qui possidentes pariter pro indiuiso d. domum persoluerunt certam pecuniarum summam pro nonnullis melioramentis in eadem Domo factis vt colligitur ex Instrumento quietationis factæ de anno 1534.

Decessit postea Federicus Testator de anno 1532. relictis vltra Lauram, & Portiam filias Alexandro seniore filio, & hærede grauato, ac superstite d. Neapulione iuniore Nepote, qui d. domum vti hereditariam respectiuè dd. Federici, & Alexandri antiqui prius pro indiuiso, & deinde pro diuiso posséderunt, vt colligitur ex pluribus Instrumentis in eadem domo celebratis.

Ex hac igitur facti serie authenticis documentis roborata satis apertè liquet d. domum fuisse in bonis Federici Testatoris. Primo scilicet ex Instrumento d. locationis ad me-
1 liorandum, quæ cum sit † antiqua sufficienter probat illam fuisse in bonis eiusdem Federici locantis, *Crauett. cons. 54. num. 10. in fin. Alba cons. 64. num. 17. lib. 1. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 574. Fusar. de fideicom. quæst. 68. num. 5. & 8. Peregr. de fideicom. art. 44. num. 4. & decis. 2. numer. 6. Buratt. decis. 172. num. 6. & decis. 926. n. 4.*

2 Eoque magis cum illa sit † adminiculata ex alijs Instrumentis in eadem domo celebratis, nimirū ex duobus de annis 1532. & 1535. ponderatis in decisione quæ reuidetur in §. *Iunctis præsertim &c.*

Quibus hodie addebantur alia quinque Instrumenta inita de annis 1533. 1536. 1541. & 1547. in quibus domus ista enunciatur hæreditaria Alexandri antiqui, & Federici Testa-
3 toris, quæ enunciatiuæ † cum pariter sint antiquæ, & plures, ac successiuis temporibus emanatæ, & conueniant inter se cum eisdem demonstrationibus, & confinibus, sub quibus d. domus fuit olim empta per Neapulionem antiquum, & deinde locata per Federicum, & Prosperum eius filios, ac successiuè meliorata per eumdem Federicum sufficienter probāt eamdem domum fuisse in bonis eiusdem Federici *Vinc. de Franc. decis. 357. numer. 3. Rot. decis. 176. num. 5. par. 1. decis. 223. num. 3. & 4. par. 2. decis. 105. num. 12. par. 6. recent. Add. ad Greg. decis. 407. num. 6. circa fin.* cum identitas in anti-
4 quis † probetur leuioribus probationibus, *c. cum causam & ibi DD. extra de probat. glos. in c. si Papa in verb. probata de priuil. in 6. Greg. decis. 172. num. 6. & ibi Add. num. 10. Rota decis. 459. num. 3.*
5 *par. 1. recent.* Immo etiam † coniecturis, & præsumptionibus, *Rmin. sen. cons. 254. num. 11. lib. 2. Seraph. decis. 462. num. 8. Surd. decis. 339. num. 7. post quartum volum. cons. Rot. decis. 87. num. 4. & 5. par. 5. decis. 164. num. 38. par. 6. recent. & in Senogallien. fideicommissi 29. Nouembris 1627. coram bo. me. Card. Virili.*

Nec obstat, quod prædicta locatio fuerit facta ad ædificandum, & construendum domum contineatque pacta super nouo ædificio faciendo ibi, *à fare le mura* & ibi, *à fare le volte à lunette*, & ibi *à fare li mattonati arrotati*, & ideo non possit deseruire ad probañ identitatem domus, sed situs dumtaxat, in quo ipsa domus erat ædificanda. Etenim obiectum remouetur ex integra lectura Instrumenti, in quo legitur Federicum Testatorem, & Prosperum fratres fecisse d. locationem ad construendum, & ædificandum domum non simpliciter, sed cū expressione quod domus locata ad meliorandum erat ipsorum locatorum sita in Ciuitate Auximi in Parochia Episcopatus in Platea Noua, nec simpliciter *à fare le mura*, sed *à fare le mura intorno à detto edificio con sua retiratura, profilatura, e trecciatura di porte, e fenestre, cornici, & altri ornamenti*, quæ omnia supponunt domum tunc temporis iam existere in sui substantia.

Præsertim cum Instrumentum d. locationis dicatur actum in eadem domo sub eisdē finibus supra descriptis, & conueniat eisdem pariter confinibus, & demonstrationibus, sub quibus eadem domus fuit empta per Neapulionem antiquum longè ante dictam locationem.

Nec dicatur locationem d. domus ad meliorandum nō habuisse effectum viuente Federico Testatore. Quia vltra quod possessio Federici Testatoris deducitur ex pluribus alijs supra ponderatis, & præsertim ex solutione aliorum melioramentorum facta post d. an-
6 num 1528. cum hæc locatio † sit adminiculata probat possessionem Federici locantis etiā non docto de illius effectuatione, *Add. ad Gregor. XV. decis. 318. num. 5. Rot. decis. 573. num. 5. p. 2. recent. repetita coram Martino Andrea decis. 12. n. 6. Add. ad Buratt. decis. 262. num. 8. vbi cumulat concordantes.*

Quod autem possessio d. domus fuerit cōtinuata vsque ad obitum d. Federici, ac successiuè transierit in Alexandrum eius filium, & hæredem grauatum, & deinde in Alexandrum Iuniorem eiusdem Alexandri grauati successorem, satis deprehenditur ex pluribus Instrumentis Iuribus, & adminiculis ponderatis in eadem decisione in *vers. Quodq; idem Federicus & seqq.*

Non obstat, quod Federicus posséderit d. domum pro indiuiso cum alijs, & ideo portio illius sit incerta, ratione cuius incertitu-
7 dinis venit † deneganda Immissio, *glos. & Doctor. in l. locus ff. de acq. poss. Rot. decis. 58. & 59. per tot. par. 2. diuers. cum alijs per informantes allegatis.*

Quia cum ex prædictis appareat Federicū possedisse domum in eodem loco, in quo hodie possidet Alexander Iunior successor hæ-
8 redis grauati, rata quæ † hodie possidetur ab eodem Alexandro, præsumitur illa, quę fuit possessa à dicto Federico testatore nisi alio titulo acquisita probetur iuxt. doctrinam *Bald. cons. 89. num. 5. & 6. lib. 1.* quam pluribus relatis comprobat *Peregrin. de fideicomm. art. 44. num. 22. Rota decis. 131. num. 5. part. 1. recent.* cūm alijs allegatis in d. decisione, quibus addebatur, *Rota in Bononien. de Desiderijs coram R. P. D. meo Merlino quæ est decis. 279. num. 8. par. 5. recent.* Vbi quod si possessio Testatoris sit certa, prout hic respe-

respectu loci, incertitudo quotæ, si quæ adesset, certificari posset ex quota possessa per hæredem in eodem loco, in quo Testator possi-
9 debat † si concurrunt aliæ demonstrationes,& adminicula iuxta *cons.Fulgos.145.num.2.* quem in his terminis secuta fuit *Rota decis.706.sub num.2.vers.nam licet par.2.& in decis.120.num.18 par.6.recent.& coram Gregor.XV.decis.575.num.9. & ibi Add.num.11. cum alijs in proposito cumulatis per Marescott.var.resol.lib.1.cap.12.n.49.& Surd.d.decis.339.num.5.*

Quæ demonstrationes, & adminicula in præsenti non deficiunt, quandoquidem Alexander Iunior possidet hodie domum nedùm in eisdem loco, & contrada, in quibus possidebat Federicus, nempè in Platea Noua sub Parochia Episcopatus; Verum etiam sub eisdem confinibus, videlicet via publica, & bonis olim de Leopardis, immo possidet pro diuiso cum Sinibaldis hæredibus d.Neapulionis Iunioris, cum quo ipse Federicus Testator pro indiuiso de tempore obitus possidebat
10 & sic portio diuisa † Alexandri successoris succedit loco portionis indiuisæ Federici Testatoris iuxta *text. in l.cum in fundo §.si.fundus, ff. de iur.dot.*& latè prosequitur *Peregr.de fideic.art.52.n.18.vers.secundo quia.*

Nec obstare visa fuerunt ea quæ pro parte Alexandri Iunioris dicebantur ad probandũ ipsum possidere hanc domum ex titulis aliarum acquisitionum.

Et primo non obstat titulus acquisitionis deductus ex persona Alexandri Senioris sui Authoris vigore Testamenti conditi de anno 1547. à q. Io: Baptista Episcopo Auximano, qui instituit sibi hæredem pro medietate dictum Alexandrum Seniorem Nepotem,& cõsequenter, vt dicebatur, etiam in portione huius domus ad ipsum Episcopum debita ex successione tàm Neapulionis Patris, quam Prosperi fratris. Nam respectu portionis prętensæ ex persona d.Episcopi vti filij Neapolionis, cum ipse Episcopus vsq; de anno 1521. donasset Alexandro fratri bona paterna, vt dictum fuit, sequitur Testamentum d. Episcopi
11 postea conditum non comprælhendere † portionem domus tamquam debitam ex paterna hæreditate,cum illa iam Alexandro fratri donata fuisset ad *text. in l.2.& 3. vbi Doct. C. de donat.*

12 Nec dicatur prædictam donationem† fuisse nullam ex defectu insinuationis requisitæ à Constiturione Marchiæ lib.5.cap.2. Quia insinuatio vel præsumitur ex cursu centum, & vltra annorum,cum quælibet solemnitas prę-
13 sumatur † interuenisse ex cursu 30. annorum cum obseruantia subsequuta *Rota coram Durano decis.91. num.6.& in Feretrana Vnionis 4. Februarij 1639. coram me.* Vel non fuit necessaria; Tùm quia d.donatio fuit vallata iura-
14 mento, quod † supplet defectum Insinuationis, *Rolan.cons.70.num.22.lib.2.cum alijs relatis à Gabr.com.opin.tit.de donat.conclus.1.num.66. Seraph.decis.1084.num.14.Rot.decis.653.num.3.p.4.recens.* Tùm etiam quia facta fuit ad hoc vt Alexander Donatarius permaneret in communione cum fratribus, & sic ob causam,
15 quo casu † insinuatio non requiritur *Alex. cons.12.num.5.lib.1.Gabr.de donat.d.concl.1.nu.62. Gratian.discept.82.num.25.Rota decis.292.num.52. par.6.recent.*

Nec dicatur d.conditionem perseuerandi in communione cum fratribus non fuisse ab Alexandro Donatario adimpletam. Quia
16 vltra quod communio † inter fratres præsumitur nisi diuisio probetur, *l.penult. C.com. diuidun.Ferrett.cons.120.num.6.Gratian. discept.155. num.2.* Adimplementum d.conditionis sufficienter probari visum fuit, tum ex possessione in communione istiusmet domus inter d. Alexandrum Donatarium, & Federicum Testatorem, & successiuè, illis defunctis, spatio plurium annorum inter Neapulionem iuniorem,& Alexandrum seniorem illorum filios, & hæredes respectiuè, tùm etiam ex nonnullis exactionibus pensionum, aliisque actibus pro communi inter eosdem factis per informantes ponderatis.

Respectu vero portionis prætensæ ex persona eiusdẽ Episcopi vti fratris Prosperi nullibi constat ex Prosperi hæreditate aliquam partem huius domus prædicto Episcopo ob-
17 uenisse,prout d. Alexander probare † deberet *Cranett.cons.61.num.8.vol.1.Sim.de Pret. de interpret.vlt.num.280.Rolan.cons.28.num.2.vol.1.Surd. d.decis.339.num.9. post 4.vol.cons.* Quinimo contrarium elicitur ex Instrumentis successiuis temporibus celebratis in hac eadem domo ipsomet Episcopo contrahente post obitum Prosperi, quę enunciantur acta in domo hæredum Alexandri antiqui, & Federici Testatoris, non autem Episcopi; Immo cum in quodam Instrumẽto celebrato de anno 1526. Notarius per errorem scripsisset. Actum in domo d. Reuerendissimi Episcopi, hæc postrema verba idem Notarius deleuit, & loco illorum apposuit in domo hæredum Neapolionis, aliàs enim d. expressio, seu correctio
18 inepta fuisset, † si Episcopus aliquam partem in eadem domo habuisset iuxta *not. per Innoc. in c. cum in Iure num.5.de offic. delegata quam probauit Rot.decis.176.num.2.& seqq.par.1.& in simili ponderauit decis.125.nu.7.par.6. recent.*

Idque comprobatur ex Instrumento quietantiæ floren.411. factæ de anno 1534. ad fauorem Neapulionis iunioris,& Alexandri senioris pro melioramentis factis in eadem domo, in qua legitur dd. pecuniarum summam fuisse solutam pro vna parte à Federico Testatore, eoque defuncto ab Alexandro seniore illius hærede, ac pro altera parte à d.Neapulione iuniore, qui verisimiliter integrã summam pro d.domo meliorata nõ persoluissent,
19 si etiam† Episcopus portionem in ea habuisset, vt aliàs ponderauit, *Rot. in Romana domus, seu Appartamenti de Capranica 17.Decembr.1635. coram me.*

Eoque magis quia ex Instrumento condito de anno 1541. longè ante obitum Episcopi in portione domus obuenta Neapulioni Iuniori describitur pro confine portio ista de
20 qua agitur cum expressione† quod esset Alexan-

dem Alexandri Iunioris pro indiuiso cum illis Sinibaldis successoribus illorum, cum quibus Federicus Testator pariter pro indiuiso possidebat.

Non obstat, quod prædicta Instrumenta de annis 1571. & 1573. sint valde remota ab obitu ipsius Federici Testatoris, qui obijt de anno 1532. & ideo cesset præsumptio ex illis desumpta, quod quarta pars eiusdem Molendini fuerit in bonis eiusdem Federici, vt *fuit dictum in Bonon. fideicommissi de Desiderijs*
30 *coram R.P.D. meo Merlino quæ † est decis. 226. nu. 5. par. 5. recen.* Quia obiectum procedere posset, quando nullibi constaret Testatorem possedisse, tunc enim sola possessio successoris in aliquo loco non arguit possessionem Testatoris, eiusque quotam in eodem loco, in quibus terminis loquitur d. decisio cum alijs exaduerso allegatis. At secus est, quando prout hic, apparet Testatorem possedisse rem in aliquo loco, quia tunc possessio successoris in eodem loco in certa quantitate reddit certam possessionem Testatoris in eadem quantitate; quatenus aliunde illa certa non redderetur,
31 vt † bene distinxit *Rot. in eadem causa Bonon. de Desiderijs, quæ est 279. num. 8. eadem par. 5. recen. subdens in his terminis procedere doctrinam Fulgos. d. consil. 145. num. 2.*

Quibus non refragatur d. Molendinum de anno 1522. locatum fuisse nomine Federici Testatoris, & aliorum quatuor de familia, vnde inferebatur quintam non autem quar-
32 tam partem spectare ad Federicum ex *Ronchegal. in l. reos §. cum tabulis de duob. reis*, vbi quod locatio facta per plures locantes præsumitur facta pro Virili. Quia cum ex alijs Instrumentis locationum appareat d. Molendinum fuisse locatum modo à pluribus, modo à paucioribus etiam quatuor, illudque in stirpes, & non in capita ab eisdem locatoribus possessionem fuisse habitã sequitur ex numero locatorum nõ posse in casu isto inferri ad quotã, quæ singulis spectaret: Vnde sat esse dicebant DD. quod constaret de possessio-
33 ne † eiusdem Federici, ad hoc vt quota ipsius præsumatur esse illa quæ hodie possidetur ab Alexandro successore, dempta illa portione, quæ alio titulo quam hæreditatis acquisita probatur *Add. ad Greg. XV. decis. 575. num. 11. Rot. d. decis. 120. num. 16. par. 6. recent. cum alijs supra allegatis.*

Demum non obstant duæ acquisitiones, quarum vigore d. Alexander Iunior prætendit possidere idem Molendinum.

Non prima deducta ex eo, quod Anibal de Sinibaldis vnus ex Condominis de anno 1574 facultatem dedit Alexandro hæredi grauato alienandi partem sibi tangeñ in hoc Molendino pro extinctione debiti sc. 600. contracti sub fideiussione prædicti Alexandri; Vnde inferebatur Alexandrum vigore d. Instrumenti sibi acquisiuisse quartam partem d. Molendini ad Anibalem spectantem.

Quoniam ex iuribus datis in Summario apparet d. Alexandrum in vim d. facultatis de mense Octobris 1582. vendidisse d. quartam partem Carolo, & Iulio Cæsari de Sinibaldis Condominis, ac successiue de mense Nouembris subsequentis solum vnam tertiã d. quartæ partis, id est vnam vnciam ab eisdem Carolo, & Iulio Cæsare redemisse, & sic non totam quartam partem Annibalis, sed dumtaxat vnam vnciã acquisiuisse quam fideicommissarij non controuertunt.

Minus obstat secunda acquisitio facta de anno 1596. per Alexandrum Iuniorem pretio sc. 1250. à Carolo de Sinibaldis. Quoniam illa non comprehendit nisi tertiam partem totius Molendini, & sic alias quatuor vncias, quas fideicommissarij nec pariter controuertebant: Vnde apparet prædictas duas acquisitiones ascendere solum ad quinque vncias ni mirum, vnam ex portione Annibalis, & quatuor ex portione Caroli. Et consequenter d. Alexandrum hodie possidere duas tertias partes totius Molendini, & sic octo vncias, cum reliqua tertia pars, siue quatuor vnciæ pro cõplemento totius assis possideantur ab alijs Sinibaldis, ex quibus octo vncijs demptis quinque, vt supra acquisitis, remanent aliæ tres vnciæ, siue quarta pars quæ censetur possideri titulo hæreditario, cum alio titulo acquisita non doceatur ex superius allegatis.

Et ita re mature discussa, & vtraque parte acerrime informante resolutum fuit &c.

MESSANEN. DECANATVS.

Veneris 1. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio beneficij vigore optionis operatur, quod beneficium non dicatur liberæ collationis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium venit adiudican. optanti si talis consuetudo vigeat.*

2 *Reseruatio generalis beneficiorum contenta in reg. 3. Cancell. non tollit speciale indultum optandi absque illius expressa derogatione.*

3 *Optandi indultum in quibus casibus non impediat reseruationem.*

4 *Regula 3. Cancellariæ priuilegia, & consuetudines optandi non tollit, nec clausula derogatoria adiecta in regula 8. retrotrahuntur ad regulas antecedentes.*

5 *Alternatiua Episcopis conceditur respectu illorum dumtaxat beneficiorum, quæ spectant ad illorum liberam collationem.*

6 *Beneficia, quæ optioni subiacent non sunt liberæ collationis Episcoporum.*

DECISIO DXCIX.

VACANTE Decanatu Ecclesiæ Messaneñ Mauritius Giurba antiquior Canonicus Capituli eiusdem Ecclesiæ d. Decanatum optauit possessione subsequuta: Verum Ioannes Castellus eumdem Decanatum impe-

petrauit à Sanctissimo vti reseruatum per Regulam primam reseruantem primas Dignitates post Pontificalem in Cathedralibus, Causaque ad Rotam delata. Dubitaui cui ex prędictis idem Decanatus esset adiudicandus, & illum esse adiudicandum Mauritio responderunt DD. Quoniam in d. Ecclesia viget antiqua consuetudo optandi d. Decanatum per Summos Pontifices, & signanter Innocentiũ Octauum confirmata, qui vlterius facultatem optandi d. Decanatum de nouo concessit, illumque à quibusuis reseruationibus hactenus editis, & in futurum edendis excepit, Vnde eum D. Mauritius sit antiquior Canonicus ac vigore eiusdem consuetudinis optandi auctoritate Apostolica confirmatæ d. Decanatum optauerit, iure merito idem Decanatùs
1 venit † illi adiudicandus *iuxta text. in cap. fin. de consuetud. in 6. vbi Prob. num. 3. & seq. Rot. decis. 2. & 3. de consuet. in nou. & fuit dictum in Hildermen. optionis 28. Nouembris 1622. coram bo. me. Coccino.*

Non obstat, quod d. Decanatus tanquam prima dignitas post Pontificalem videatur reseruatus vigore prædictæ Regulæ tertiæ Quia cum supradicta Innocentij Constitutio tribuat antiquioribus Canonicis facultatem optandi hunc Decanatum cum expressa exceptione à quibusuis reseruationibus tàm edi-
2 tis, quàm edendis d. Generalis † reseruatio Beneficiorum non tollit speciale Indultum optandi absque illius expressa derogatione *cap quamuis cap. si propter de rescript. in 6. Card. Zabarell. cons. 16. num. 4. Gemin. cons. 30. num. 12. & in terminis nostris firmauit Rota in Vrgellen. optionis 10. Iunij 1611. coram bo. me. Remboldo.*

3 Non obstat, quod Indultum † optandi non impediat reseruationem, *vt fuit dictum in alia Vrgellen. Canonicatus 7. Maij 1583. coram Blanchetto, & in Mediolanen. Canonicatus S. Nazzarij 4. Iunij 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio, & in eadem 3. Februarij, & 28. Maij 1638. coram me.* Quoniam dd. decisiones loquuntur in terminis Regulæ octauæ reseruantis beneficia ratione mensium, in qua Iuri, & consuetudini optandi etiam immemorabili expresse derogatur, & sic non applicantur reseruationi
4 vigore Regulæ tertiæ quæ † huiusmodi priuilegia, & consuetudines optandi non tollit nec clausulæ derogatoriæ adiectæ in d. Regula octaua retrotrahuntur ad regulas antecedentes, vt his potissimis rationibus respondit *Rota decis. 767. num. 4. & seq. par. 2. recent.* quam in his terminis sequuta fuit *Rota in d. Vrgellen. optionis 10. Iunii coram Remboldo, & in alia Vrgellen. Sacristia 3. Iunii 1624. coram Patriarcha Manzanedo.*

Minus obstat si dicatur hunc Decanatum vacasse in mense Martij, qui Episcopo gaudente alternatiua est reseruatus, & ideo etiam cessante reseruatione d. Regulæ tertiæ intraret reseruatio regulæ octauæ ad effectum excludendi optionem, quoniam alternatiua
5 conceditur † respectu illorum dumtaxat Beneficiorum, quæ spectant ad liberam collationem Episcopi, vt liquet ex eius lectura, & notat *Gonzal. super ead. reg. glos. 45. per tot. & ibidem etiam Cocchier. in Comment. per tot.* & cõsequenter non comprehendit huiusmodi De-
6 canatum cum ille † non sit liberæ collationis Archiepiscopi, vt patet ex prædictis.

Et ita Mauritio informante resolutum fuit

ACERRARVM CANTORATVS.

Luna 18. Februarii 1641.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua non datur à decreto prouisionali.*
2 *Attentata cessant cessante appellatione.*
3 *Clausula*, si & in quantum, *operatur vt appellatio eatenus sit admissa quatenus de iure sit admittenda.*
4 *Appellationi censetur quis renunciasse per comparitionem coram Iudice à quo.*
5 *Inhibitio respicit futura & non præterita.*

DECISIO DC.

SVB die 12. Nouembris præteriti resolutum fuit D. Vassallo solum Informañ cõstare de attentatis pro parte Francisci Bocciæ commissis ex duplici capite.

Primò ex eo, quia post appellationem interiectam pro parte d. Vassalli à decreto Iudicis delegati mandantis, vt ipse Vassallus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ abstineret à Choro, & seruitio Cantoratus, de quo agitur, d. Iudex delegatus relaxauit censuras contra Capitulum ex quo admiserat d. Vassallum in officio, & exercitio d. Cantoratus, ac vlterius mandauit Censuariis, Inquilinis, Conductoribus, aliisque debitoribus eiusdem Cantoratus ne ipsum Vassallum agnoscerent in Cantorem.

Secundò, quia post Inhibitionem Rotalem tam ipsi Iudici, quàm parti præsentatam idẽ Iudex declarauit excommunicatum eumdẽ Vassallum, quia non paruerat d. decreto.

Verum hodie repropositâ Causa super iisdem ad instantiam Bocciæ DD. recesserunt à decisis.

Nam quoad primum caput attentatorum ductum ex eo quod Iudex delegatus relaxauit censuras contra Capitulum, aliaque præcepta fecit contra debitores Cantoratus post appellationem interpositam pro parte d. Vassalli à decreto, quo ei iniungebatur, vt abstineret à Choro, & seruitio Cantoratus, fuit animaduersum d. decretum fuisse mere interlocutorium, ac prouisionale, vt colligitur ex verbis eiusdem decreti integre hodie dati, ibi, fuit prouisum, & decretum quod d. Marcus Antonius se abstinere debeat à Choro, & seruitio Cantoratus, donec aliter fuerit prouisum, ac proinde gesta post appellationem à dicto decreto, non esse attentata cum à de-

1 creto prouisionali † non detur appellatio suspensiua *Rebuff. de appell. in præfat. num. 36. to. 3. & de sent. prouisional. tom. 1. art. q. 11. Alex. Stiaticus pract. obseru. cap. 9. num. 44. Scacc. de appell. q. 17 limit. 7. sub num. 3. & limit. 6. membr. 2. num. 14. vers. 2. quia*, & consequenter cessante appella-
2 tione † cessent attentata *cap. non solum de appell. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 8. num. 1. vers. sine qua suspensione Rot. decis. 183. sub num. 3. in fin. par. 2. recent. latè Adden. ad Buratt. decis. 63. num. 12.*

Non obstat, quod Iudex d. appellationem admisserit, quia admissio non fuit facta simpliciter, sed cum clausula, *si & in quantum*,
3 quæ † operatur vt appellatio eatenus dicatur admissa, quatenus de iure sit admittenda ex latè congestis per *Lancellott. d. 2. par. cap. 12. de attent. appell. pend. limit. 1. nu. 83. vers. 3. quando delatio, & Mart. de clauf. par. 3. clauf. 156. nu. 1. Rot. decis. 356. num. 18. par. 6. recent.* prout de appellatione admissa cum clausula, *quatenus de iure, & non alias*, notat pluribus relatis *Add. ad Buratt. decis. 171. num. 9. vers. limitatur tamen*.

Eoque magis, quia Vassallus post d. appellationem comparuit coram eodem Iudice à quo, produxitque iura, ac petiit copiam Iurium pro dicto Boccia productorum, vnde
4 videtur † d. appellationi renunciasse *cap. sollicitudinem de appellat. Innoc. in cap. quæstionem eod. tit. Gabr. com. opin. tit. de appellat. conclus. 2. num. 1. Rot. decis. 22. num. 2. & decis. 420. num. 2. in fin. p. 2. recent. & fuit dictum in Ferrarien. Decimarum 28. Maii 1621. coram b. m. Vbaldo*.

Quo verò ad secundum desumptum ex actibus gestis per Iudicem post Inhibitionem Rotalem ipsi, ac parti præsentatam, illud corruit ex facto, quia post præsentationem Inhibitionis non apparet Iudicem delegatum declarasse excommunicatum d. Vassallum, vel alios actus egisse, cum ex hodie datis in Summario appareat sententiam excommunicationis contra d. Vassallum latam fuisse die 4. Iunij 1635. Inhibitionem vero Rotalem non nisi die 16. eiusdem mensis, & anni tàm Iudici, quàm parti præsentatam fuisse, Vnde cessant prætensa attentata ex hoc capite de-
5 ducta, cum Inhibitio † non respiciat præterita, sed futura *cap. 1. de nou. oper. nunc. Mandos. de Inhib. q. 70. num. 2. Seraph. decis. 1046. num. 1. Buratt. decis. 1092. num. 5.*

Et ita Boccia tantum informante resolutum fuit.

MELEVITANA BENEFICIORVM.

Mercurij 20. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica etiam super dispensatione natalium quando præsumatur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Apostolica executioni demandata præsumitur iustificata.*
2 *Vacatio per obitum in certo mense probatur ex consimili narratiua collitigantis.*
3 *Præcipuè si lis sit inter duos prouisos à Papa.*
4 *Valor per non excessum probatur ex consimili narratiua competitoris.*
5 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*
6 *Idoneitas circa litteraturam probatur ex fide Examinatorum.*
7 *Dispensatio super defectu natalium iustificatur ex litteris Apostolicis desuper obtentis.*
8 *Dispensatus super defectu natalium an teneatur iustificare se natum ex soluto & soluta.*
9 *Illegitimus potius præsumitur natus ex soluto & soluta, & ex coitu non damnato, quàm damnato.*
10 *Ex duobus delictis præsumitur in dubio id quod est minus.*
11 *Gratia super dispensatione natalium executa præsumitur iustificata.*
12 *Dispensatus super defectu natalium sat est quod expresse huiusmodi dispensationem habeat à Papa.*
13 *Gratia Prior data præfertur etiamsi alius præueniat in executione, & possessione.*
14 *Clausula, dummodo, alteri non sit ius quæsitum præferuat ius prouiso anteriori.*
15 *Confessio elicita ex facto praeualet verbis.*
16 *Procuratoris factum censetur Dominus approbasse per productionem in actis ab illo gesti.*

DECISIO DCI.

CVM per obitum Bartholomæi Mesfud vacaret in mense Septembris 1627. Sedi Apostolicæ reseruat. decem Beneficia, de quibus agitur, Sanctissimus quatuor ex illis conferri mandauit in forma dignum sub pridie kalen. Martij Iulio Cæsari Carauaschino, reliqua verò sex contulit in forma gratiosa sub die sequenti Io: Lucæ Hebeier, qui cum prætenderet omnia prædicta Beneficia sibi collata fuisse, orta fuit controuersia inter dd. prouisos, quæ cum prius coram Vicario Meleuirano, & mox in Rota fuisset introducta d. Hebeier opposuit Carauaschinum plura attentata in partibus commisisse. Verum Carauaschinus adiuit Signaturam Sanctissimi, quæ rescripsit, vt in huiusmodi causa procederetur omni appellatione remota reiectis attentatis arbitrio Rotæ. Quocirca proposito à me dubio, An intraret arbitrium, fuit rescriptum sub die 3. Decembris anni præteriti, vt apposito sequestro videatur de bono iure dicti Carauaschini, de quo tam ad effectum excusandi attentata, quam adiudicationis dd. Beneficiorum constare hodie responsum fuit,
1 nedū quia eius gratia† vti executioni demandata præsumitur iustificata, donec contrarium probetur, *Buratt. decis. 842. num. 4. & seqq.* Sed etiam quia positiuè in omnibus benè iustificatur.
2 Nam vacatio dictorum Beneficiosum per obitum Bartholomęi in mense Septembris reseruato probatur ex confessione eiusdem Hebeier, qui venit ex eadem vacatione, *Mantica decis. 132. num. 1. Duran. decis. 234. num. 1. Buratt. decis. 931. num. 1. Rota decis. 232. num. 2. par. 5. rec.* præsertim cum lis non agatur contra prouisum

sum ab Ordinario, sed inter duos prouisos à
3 Papa, † quo casu non requiritur plena iustifi-
catio obitus in mense, *Caualer. dicta decis.33. num.2.*

4 Valor † per non excessum 24. ducatorum
probatur etiam ex confessione eiusdem Ad-
uersarii, qui in sua gratia similem valorem
expressit, *Buratt. decis.121. num.4. Duran. decis. 237. num.7. & fuit dictum in Tirasonen Cappellania 28. Nouembris 1605. coram Cardinali Pamphilio.*

5 Clericatus † Carauaschini de tempore gra-
tiæ probatur ex litteris Ordinarij attestantis
se Clericalem tonsuram ei sub die 17. Octo-
bris 1628. contulisse, *Mantica d.decis.132. nu.5. Duran.decis.38. num.6. Buratt. decis.255. num.16. bo:me:Coccin.decis.87. num.4. Rota decis.385. n.14. par.1. recent.*

6 Idoneitas quoque dicti Carauaschini pro-
batur ex fide Examinatorum Vrbis, *Mantica decis.208. num.4. Caual.decis.299. num.3. Burattus decis.613. num.6.*

Quodque idem Carauaschinus prius obti-
nuisset mandatum de dispensando super defe-
7 ctu natalium † patet ex literis Apostolicis de-
super emanatis *Adden. ad Gregor. XV. decis.471. num.12.*

Quibus non obstat, quod Carauaschinus
non probauerit se natum fuisse ex soluto, &
soluta, prout narrauit obtinendo dispensa-
tionem super defectu natalium, quæ qualitas
8 videbatur iustificanda ab eodem Carauaschi-
no, cum si fuisset filius Sacerdotis, aut Equi-
tis Hierosolymitani, vel gratiam non obti-
nuisset, val saltem difficilius *cap.2. de fil. Presb. cap. postulasti de rescript. cap. super litteris, & ibi Abb. num.7. eodem tit. cum alijs per Manticam decis. 214. num.2.* quia vltra quod illegitimus po-
9 tius † præsumitur natus ex soluto, & soluta, &
ex coitu non damnato, quam damnato, cum
10 ex duobus delictis, † vel prohibitis in dubio
præsumatur, id quod est minus *Rota diuersor. decis.807. num.2. & 3. par.1. & in recent. decis.319. num.5. par.5.* Cum Ordinarius attestetur illum
fuisse dispensatum quoad defectum natalium,
& ad executionem dd. literarum Apostolica-
rum prouisionis horum beneficiorum, in
quibus huiusmodi defectus narrari debue-
11 rit, militat præsumptio † legitimationem
fuisse probatis probañ obtentam, donec con-
trarium probetur, *Buratt. d.decis.842. num.4. & seq.* Et in omnem euentum sufficit quod Pa-
pa super hoc defectu expressè illum dispensa-
12 uerit, vt in specie dixit *Rota decis.214. nu.2. & 3. par.5. diuers.*

Minùs obstat, quod Carauaschinus de anno 1638. obtinuerit à Sanctissimo Breue directũ Vicario Meleuitano, vt non obstante obitu Pauli V. & Gregorij XV. procederet ad executionem mandati alias concessi ad fauorem dicti Carauaschini de dispensando: Vnde inferebatur dicto anno 1638. non fuisse dispensatum, quia fuit animaduersum dictum Carauaschinum fuisse dispensatum vsque de anno 1618. super defectu natalium, & Clericali charactere insignitum, vt constat ex prædictis litteris eius Ordinarij, de anno autem 1638. ipsum obtinuisse dispensari quoad reliquos ordines, quos tunc non habebat, & quoad omnia alia beneficia, ad quæ non fuerat dispensatus, non autem ad Clericalem tonsuram iam antea obtentã, nec quoad defectum natalium, super quo iam dispensatus fuerat, neque ad hæc beneficia, de quibus agitur.

Neque obstat altera gratia ad fauorem ip-
sius Hebeier, quia esto quod illa comprehen-
deret omnia decem beneficia, nihilominus
cum sit posterior in data non præiudicat Ca-
rauaschino habenti datam anteriorem respe-
ctu quatuor beneficiorum, de quibus agitur,
13 cum prior † in data præferatur, etiamsi alius
præuenisset in executione, & possessione *c. capitulum S. Crucis 30. de rescript. c. tibi qui gratiam 12. de rescript. in 6.* ac pluribus exornat *Roman. cons.298. num.1. & ibi Add. litt. B. in Anagnina Iurispatronatus 22. May 1626. coram Remboldo.* Eo-
que minùs cum d. gratia habeat in ventre
14 clausulã, † dũmodo, alteri non sit ius quęsi-
tum quę pręseruat ius quęsitũ d. Carauaschino
vigore d. prouisionis anterioris, *Sarn in reg. de non toll. iur. quæsit. qu.1. nu.5. Canal. decis.171. nu.5.*

Nec dicatur omnia hæc beneficia consue-
uisse conferri sub vnico titulo SS. Annæ, &
Saluatoris, & sub isto titulo ipsi Hebeier col-
lata fuisse, quia hoc suppositum non visum
fuit in facto subsistere, cum immo contrariũ
conuincatur ex Instrumento possessionis ca-
ptæ nomine eiusdem Hebeier, in quo benefi-
cia distinctè, & sub diuersa denominatione
15 referuntur, quæ confessio † elicita ex facto
præualet verbis, *text. in l. Paulus, ff. rem rat. hab. Crauet. cons.130. num.10. vers. paria enim sint lib.1.*

Nec releuat, quod ista confessio non ema-
nauerit ab ipso Hebeier, sed ab eius procura-
toribus, de quorum mandato non apparet,
quia cum ipse Hebeier produxerit in actis In-
strumentum d possessionis eius nomine ca-
16 ptæ censetur ob d. productionem † factum
illorum approbasse, *Dec. in cap. cum venerabilis num.112. de except. Caualer. decis.464. num.6. Gregor. XV. decis.238. nu.5. cum alys cumulatis per Add. ibidem num.15.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Luna 25. Februarii 1641.

ARGVMENTVM.

Simulationis exceptio in donatione ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum ob lapsum fatalium illorumque non prorogationem.*

2 *Paria sunt non appellare, vel appellationem non prosequi.*

3 *Sententia in iudicatum transacta valida, & iusta venit exequenda.*

4 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum, si ex istis appareant interuenisse requisita, de quibus per Caputaq. dec.260. par.2.*

5 *Enen-*

5 *Euentus conditionis facit locum fideicommisso conditionali.*

6 *Fideicommissum etiam in contractu donationis validè fieri potest.*

7 *Primogenitus efficitur secundogenitus si primo natus obierit.*

8 *Simulatio in donatione non præsumitur nisi probata causa simulandi.*

9 *Simulandi causa vt releuet debet esse probabilis sufficiens & verissimilis.*

10 *Simulandi causa non resultat si post donationem donator aliqua debita contraxerit.*

11 *Simulationis omnem suspicionem remouet causa donandi de iure promissa vtpote pro erigenda primogenitura.*

12 *Primogenituræ effectus in eo consistit vt bona illi subiecta perpetuo in familia permaneant.*

13 *Familiæ facilius conseruantur si bona penes vnum existant cum alias per diuisionem etiam amplissima patrimonia corrumpantur.*

14 *Simulationem non inducunt nisi coniecturæ efficaces, & concludentes.*

15 *Simulatam donationem non conuincit, quod donator rei donatæ vsumfructum vita durante sibi reseruauit.*

16 *Simulationem ad inducendam non sufficit sola sanguinis coniunctio.*

17 *Donatio omnium bonorum sustinetur quando fuit collata post mortem donantis, & donator vsumfructum bonorum sua vita durante reseruauit.*

18 *Subrogatum assumit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

DECISIO DCII.

DOMINVS Fabius Columna vti fideicommissarius q. Alphonsi eius patrui obtinuit ab A.C. sententiam super immissione in possessionem octo locorum Montium, de quibus agitur, contra Excellentissimum D. Principem Burghesium illorum tertium possessorem, qui licet infra legitima tempora appellasset, attamen quia causa d. appellationis infra terminum decem dierum committi, ac fatalia iam elapsa prorogari non curauit, D. Fabius prætendens dictam sententiam trāsiuisse in iudicatum obtinuit commissionem executorialem mihi directam cū solita clausula, vt constito de re iudicata illam executioni demandarem, sin minùs causam appellationis cognoscerem, quocirca posito dubio, An constaret de re indicata, quæ sit exequenda responsum fuit affirmatiuè.

Quoniam dicta sententia lata fuit sub die 13. Aprilis 1638. à qua pro parte D. Principis fuit quidem appellatum sub die 15. eiusdem mensis, sed Commissio non fuit impetrata nisi 5. Iulij eiusdem anni, ac citatio ad dicendum contra dictam Commissionem non fuit executa nisi sub die 11. Maij 1639. Vnde ob lapsum temporis decem dierum ad committendum causam, ac primì fatalis ad illam prosequendam, ac alterius fatalis ad terminandū ipsorumque fatalium non prorogationem in-
1 tra biennium dicta sententia † transiuit in iudicatum, *Auth. ei qui & l. final. C. de appellat. cap. cum sit de appell. Dec. cons. 436. num. 1. Seraph. de f. 597. num. 1. Caual. decis. 333. num. 4. Rota post*
2 *Pacif. de Salu. interdict. decis. 10. nu. 2.* paria † enim sunt non appellare, vel appellationem non prosequi, *d. l. final. §. illud, C. de appellat. Ruin. consil. 34. num. 8. lib. 3. Surd. cons. 139. sub num. 11. vers. & præcipuè quia lib. 1. Rota in recent. dec. 206.*
3 *num. 5. par. 2.* & propterea illa † venit exequenda cum sit valida, & iusta *tot. tit. C. de execut. rei iudic. Paris. cons. 105. num. 29. lib. 1. Honded. cons. 51. num. 10. lib. 1. Cappell. Tolos. quæst. 84. & ibi Add. littera I.*

4 Validitas probatur ex reuolutione actorum in quibus apparet omnia requisita interuenisse *iuxta vulg. decis. Caputaq. 260. par. 2.*

Iustitia verò liquet ex Iuribus datis in Summario, in quibus apparet Alphonsum Columnam de mense Martij 1589. donasse suam tertiam partem Castri Rubiani, reseruato sibi vsufructu sua vita durante Mario germano fratri cum fideicommisso ad fauorem eius filij primogeniti si extiterit, sin minus secundogeniti in infinitum, ac deinde d. tertiam partem Castri vendidisse, pretiumque inde redactum dd. locis montium, de quibus agitur, eiusdem fideicommissi subrogasse, vnde cum prædecesserit D. Marius, ac postea successiuè Mutius eius filius primogenitus Episcopus Marsicanus, & in eius locum successerit d. Fabius alter filius secundogenitus, vt deponunt testes formiter examinati, ac postea decesserit idem Alphonsus donator, clarè sequitur euenisse casum purificationis fideicō-
5 missi † ad fauorem eiusdem Fabij in eo vocati, *l. penult. ff. de impub. & alijs subst. Bellon. consil. 19. num. 3. Seraph. decis. 542. num. 1. Rota decis. 436. num. 1. par. 1. decis. 636. num. 2. vers. & cum hic casus par. 4. & decis. 269. num. 1. par. 5. recentior.* & consequenter immissionem eidem Fabio concessam vigore fideicommissi in dicta donatione constituti esse iustam, cum fideicom-
6 missum etiam † in contractu donationis validè fieri possit, *l. quoties C. de donat. quæ sub mod. Castr. cons. 437. num. 1. & cons. 384. sub nu. 1. lib. 1. Menoch. cons. 325. num. 1. & seqq. lib. 4. & consil. 1154. num. 12. lib. 12. Rota in recent. decis. 586. n. 1. in fin. par. 4.*

Nec dicatur dictum Fabium non probasse se esse filium primogenitum d. Marij, quia respectu filiationis illa satis probatur ex dictis testibus de illa deponentibus, respectu verò qualitatis Primogenituræ, cum ex eisdem testibus appareat dictum Marium reliquisse quatuor filios, nempè Mutium primogenitum, Fabium, Franciscum, Pompeium, vtique prædefuncto Mutio primogenito, Fabius qui
7 erat secundogenitus † euasit primogenitus, siue maior natu inter alios fratres, cum nullus alius in gradu ipsum antecedat ex relat. à *Tiraquel. de iure primog. qu. 1. num. 3. Fusar. de substit. qu. 387. num. 48.*

Non obstat exceptio simulationis oppositæ contra dictam donationem. Quoniam prætensa simulatio deducitur nōnisi ex nonnullis
8 coniecturis, quæ non sufficiunt † nisi concludenter probata causa simulandi, *Corn. cons. 189.*

num.12.lib.1. Hond. conf.41.num.28. lib.2. Farin. qui plures cumulat. de falsit. qu.126. num.153. Rota decis.307.num.11. vers. praesertim cum hic par.1.& decis.677. sub num.5.vers.unde applicatur conclusio par.2. recent. & coram Martino Andrea decis.199. num.12. & fuit etiam dictum in Bononien. de Monteventijs 2. Decembris 1613. §. *qua omnia coram bon.*
9 *mem. D.meo Selencien.* quæ quidem causa † debet esse probabilis, sufficiens, & verisimilis alias non releuat *Mandell. Alba conf.9.nu.7.lib.1. Hond. d.conf.41.num.28.lib.2. Rota decis.413.nu.1. pur.2.recent. Add.ad Greg.decis.157. num.27. vers. & talis causa.*

In proposito autem alia causa simulandi non adducitur nisi quia Alphonsus donator aliqua debita contraxit post donationem, quæ causa non sufficit ad probandam simulationem, quia cum de tempore donationis esset incertum, cum quibus Alphonsus donator posset, vel deberet contrahere, nulla datur
10 causa probabilis simulandi pro debitis, † adhuc non contractis, quemadmodum in proposito ponderat *Decian.conf.37. sub num.24. vers.si vero consideramus lib.2. Mantic.de tacit.lib.13.tit.38. num.8. Rota decis.308. sub num.15. vers.nec pro sufficienti causa par.5.recent.*

Prædictaque facilius procedere visa fuerunt Tùm quia d. donatio reuera facta detegitur causa instituen primogenituram ad fauorem
11 primogeniti de familia, quæ causa † tamquã de iure permissa remouet omnem simulationis suspicionem, *l. qui autem, ff.quæ in fraud.credit. Crauet.con.319.num.9.in fin. vers. ideo in actu, Gregor.XV.decis.195.num.10.& seq. & decis.459. num.9. & fuit dictum in Rauennaten. Emphyteusis 6. Martij 1637. §. prout nec aliqua suspicio, coram me.*

De iure namque permittitur vt dignitas familiarum conseruetur, quæ non melius quã per institutionem primogeniturarum conser-
12 uantur cum illarum effectus † in eo consistat vt bona illis subiecta perpetuo in familia permaneant, prout pluribus exornat *Molin.de primog.Hispan.lib.1.cap.4.num.13.Menoch.conf.1172. num.1. lib.12. latè Surd. consil.375.num.15. lib.3.*
13 Faciliùs enim familiæ † conseruantur si bona penès vnum existant, cum aliàs per diuisionẽ etiam amplissima patrimonia corrumpantur *cap.ex litteris, ibi,* propter possessionum minutias *de pignor.* & rectè in proposito alijs relatis admonet *idem Surd. d.conf.375.num.15.cum seqq. lib.3. Rota in recent. decis.566. sub num.4. par.1.*

Tùm etiam quia coniecturæ exaduerso allatæ
14 sunt leuissimæ, cum tamen efficaces, † & concludentes requirantur, *Castr.conf.63.num.3. par.2. Caputaq.decis.163.num.5.& seq.par.3. Rota decis.207. sub num.1. penes Farinac.post 2. lib.conf. & coram Martino Andrea decis.109. num.5. & coram Gregor.decis.195.num.4.& ibi Add.num.17.*

Prima siquidem coniectura desumpta ex eo quod Alphonsus donator remanserit in possessione eiusdem Castri donati spatio plurium annorum est nullius roboris cum sola
15 retentio † possessionis rei donatæ non arguat simulationem, quando donator, prout hic, vsumfructum rei donatæ sibi vita durante reseruauit, *l. quisquis rem, C. de donat. Bart. in l. post contractum num.5.in fin. vers. prædicta vera, ff. de donat.& in l. sicut, §. superuacuum num.6. vers. nisi venditor quib.mod. pign. vel hipot. solu. Castr. conf. 162.in fin.lib.2. Tiraq.de iur.const.3. par. limitat.9. num.10. Mant.de tacit lib.13.tit.36.num.13.*

Secunda elicita ex eo quia donatio facta fuit personis coniunctis, nimirum fratri, eiusque primogenitis est quoque parui momenti
16 cum sola coniunctio † sanguinis non sufficiat ad probandam simulationem *Bartol. in d. l.post contractum sub num.3.vers. aliàs sola proximitas, ff. de donat. Bald.in l.quod autem, §. si tibi mariti n.2. ff.de donat.inter vir.& vxor. Curt.iun.conf.11. n.2. lib.1. Mant.de tac.& ambig. d.lib.3. tit.35. num.1. Buratt.decis.365.num.6.*

Tertia verò deducta ex donatione omnium bonorum cessat ex facto, cum donatio fit restricta ad tertiam partem Castri Rubiani cum reseruatione dotis maternæ, ac mobilium, ac dato etiam quod illa contineret omnia bona donantis, non releuaret, quia sufficit illam
17 fuisse † collatam post mortem donantis, & quod donans vsumfructum bonorum donatorum sibi vita durante reseruauerit; ad hoc vt illa sustineatur, vt in terminis consuluit *Rnia. conf.51. sub num.24. vers. secundo respondetur lib.1.* quem refert & sequitur *Surd. consil. 450. sub num.54. lib.3.* & fuit etiam dictum *in Lauretana donationis 20. Februarij præteriti coram R.P.D.meo Verospio.*

Quarta demùm coniectura data ex eo quod Alphonsus de anno 1625. vendiderit tertiam partem dicti Castri, est pariter irreleuans, cum dicta venditio facta fuerit sub expressa lege, quod pretium inde redactum reinuestiretur, ac reinuestimentum stare deberet pro omnibus, & quibuscumque fideicommissis, & oneribus, quæ vllo tempore detegerentur; Vnde loca Montium ex huiusmodi pretio empta
18 tamquam † subrogata in locum eiusdem Castri reputari debent, ac si ipsamet obligata, ac huiusmodi fideicommisso suppostita fuissent, *l. si cum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* & de subrogatione vnius rei in locum alterius obligatæ, *Gratian.discept. forens.cap.113.nu.81.lib.1. & cap.454. num.6.lib.3. Cenc.de censib. par.1. 23. qu.3.art.2.num.24.& seqq. Greg.decis.60. sub nu.1. & seq. & decis.442.num.1.& seq. ac decis.445.n.1 & sub num.5. & seqq.& ibi Add.num.7.*

SABINEN. PENSIONIS.

Lunæ 25. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Pensio reseruata sub narratiua certi valoris, si si iste non fuerit iustificatus, pensio annullatur.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua datur optimè coarctata quando testis dicit quod si res aliter se habuisset, ipse optimè sciret.*

2 *Testes*

2 *Testes reddentes causam scientiæ bene probant.*
3 *Valor frumenti aliorumque granorum probatur ex partitis extractis è libris annonæ.*
4 *Testes numero plures præferri debent.*
5 *Testes magis informati, & meliorem causam scientiæ reddentes alijs præferendi veniunt.*
6 *Testes magis adminiculati in concursu veniunt attendendi.*
7 *Confessio antecessoris in beneficio qui consensit pensioni non præiudicat successori.*
8 *Enunciatiua non venit attendenda quando quæstio principalis est super re enunciata.*
9 *Solutiones factæ metu mandatorum solenni non præiudicant.*

DECISIO DCIII.

IN alia decisione emanata in hac causa sub die 20. Iunij 1639. firmarunt DD. sententiam A. C. annullatoriam pensionis reseruatæ ad fauorem R. P. D. Fagnani super fructibus Parochialis Homenti sub narratiua duc. 200. de Camera esse reuocandam, eo quia pro parte R. P. D. Fagnani fuerat probatum fructus d. Parochialis excedere quantitatem narratam, illosque ascendere ad scut. 524. cuius probationis personale fundamentum desumebatur ex fide Agrimensoris, & ex duobus Testibus pro parte D. Fagnani examinatis, iunctis pluribus adminiculis desumptis ex confessione Antecessoris, ex Instrumento venditionis fructuum vnius anni, ex enunciatiua in actu Visitationis, ac demum ex diuturna solutione d. pensionis facta tàm ab Antecessore, quàm à D. Mazzante moderno successore prout in d. decisione distinctè dictum fuit.

Cui resolutioni non acquiescente d. Mazzante examinatis pro eius parte tribus Testibus formitèr, & alijs 13. ad perpetuam rei memoriam iterum proposui causam super ijsdem, & DD. recesserunt à decisis, ac firmarunt narratiuam valoris ducatorum 200. non esse iustificatam, & proinde sententiam A. C. annullatoriam Pensionis esse confirmandam.

Ratio resolutionis fuit, quia ex Testibus nouiter pro parte Mazzantis examinatis probatum fuit fructus prædictæ Ecclesiæ Parochialis consistere solummodo in vigesimis, & trigesimis frumenti, & bladarum, quæ singulo quoque anno per Rectorem exiguntur in quantitate Rubrorum 22. frumenti & 11. bladarum, illarumque valorem ascendere ad summam scut. 130. cum dimidio, quibus additis alijs scut. 20. quæ proueniunt ex pensionibus domorum, & alijs incertis, fructus prædictos ascendere solummodò ad annua scut. 150. monetæ, quæ deductis oneribus non remanent in tanta quantitate quæ vix medietatem valoris narrati iustificare valeat.

Quod autem vigesima, & trigesima fructuum ascendat solummodo ad Rubra 22. frumenti, & 11. bladarum visum fuit sufficientèr probari ex dd. Testibus nouitèr examinatis deponeñ Ecclesiam in toto Territorio Homenti, quod in eadem decisione fuit firmatum esse Rubrorum 548. habere ius vigesimandi, & trigesimandi in quantitate Rub. 350. terræ, nempè in quarterio, seù tenuta Tubaldini habere Ius vigesimandi in Rubris 40. in Territorio Conchæ Rub. 60. in Territorio Formellucci habere ius vigesimandi in Rub. 176. & ius trigesimandi in Rub. 74. Et sic terrenum decimatorium ascendere in totum ad Rubra 350. prædictasque quantitates diuidi in quatuor partes, in quarum binis frumentum, & bladæ alternatim singulis annis feruntur, ac Rubrum quodlibet terreni satum quinque Rubra ad summum computato anno sterili cũ fertili reddere cõsueuisse, licèt bladæ in longe minori quantitate ferantur, talitèr quod singulo quoque anno ex terreno sato colligi soleant Rubra 437. cum dimidio frumenti, & Rubra 218. cum dimidio bladarum quarum vigesima remanet solum in Rubris 22. frumenti, & 11. bladarum, qui quidem Testes optimam reddunt causam scientiæ tàm respectu quantitatis terreni decimatorij, quod asseruerunt non excedere quantitatem Rubrorum 350. eo quia reliquum Territorium partim consistit in Vineis, Pratis, & Siluis, partim inseruit ad vsum Prædij, partim est liberum ab omni vigesima, & partim soluit vigesimam Ecclesiæ S. Pauli Ruralis, & Ecclesiæ fratrum S. Saluatoris in Lauro de Vrbe, quàm etiam respectu consuetudinis diuidendi terrenum, & quantitates fructuum, quæ ex illo percipi solent, eo quia tamquam oriundi, Coloni, & Arrendatarij ita obseruarunt, & ab alijs obseruari viderunt, & audierunt coarctando etiam negatiuam, quod alitèr esse non posset quin
1 ipsi scirent, qui quidem Testes † plenam faciunt probationem *Bart. in l. 1. §. hoc interdictum num. 8. ff. de itin. actuque priu. Alex. cons. 24. num. 2. vers. quia lib. 2. Rota decis. 371. num. 1. par. 3. recent. decis. 260. num. 1.*

Quod vero valor prædictorum fructuum ascendat dumtaxat ad prædictam quantitatem sc. 130. cum dimidio paritèr visum fuit probari ex eisdem Testibus concorditèr deponentibus, quod frumentum Territorij Homenti absq; deductione expensarum vendi solet ad rationem sc. 5. bladæ verò ad rationem Iuliorum 15. pro singulo Rubro eo quia pro d. pretio vendiderunt, ac communitèr vendi audierunt, ac proinde cum reddant cau-
2 sam † scientiæ bene probant *Felin. in cap. ad aures. numer. 17. de rescript. Buratt. decis. 565. num. 4. & 5.* cum alijs cumulatis in alia decisione.

Præsertim cum dd. Testes sint adminiculati ex partitis retractis ex libris annotationis Annonæ concordantibus cum pretio relato à
3 prædictis Testibus, quæ quidem partitæ † in proposito admittuntur ad probationem communis valoris, vt alias dixit *Rota coram bo: me: Coccino decis. 439. num. 3. & inter recent. decis. 479. num. 1. & 5. & in Maceratẽ dotis 2. Decemb. 1616. coram Illustriss. D. Decano.*

Hinc propterea non visa fuit releuare probatio

batio desumpta ex Testibus R. P. D. Fagnani ponderatis in prima decisione deponeñ de maiori quantitate tàm respectu terreni decimatorij, quàm respectu valoris fructuum quia in concursu probationis sine dubio visa fuit prævalere probatio facta per Testes nouitèr examinatos.

4 Tùm quia sunt numero † plures *ad text. in cap. licèt causam §. ex præmissis de probat. Gabr. de testib. concl. 4. num. 50. Greg. XV. decis. 100. num. 3. & decis. 449. num. 4.*

5 Tùm quia sunt magis informati, † & reddunt meliorem causam scientiæ, ac magis clarè, ac distinctè deponunt *d. cap. licet causam §. ex præmissis gloss. in cap. fin. in verb. maiores de off. Archid. Gabr. d. concl. 4. n. 64. & 72. Alex. cons. 150. num. 17. lib. 5. Rota decis. 237. num. 5. par. 1. & coram Greg. XV. decis. 449. num. 8.*

Tùm denique quia sunt magis adminiculati tàm ex prædictis, quàm ex pluribus alijs Testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, quam ex antedictis partitis librorum
6 anni taxationis, qui propterea in † concursu veniunt attendendi *Gabr. de testib. d. concl. 4. n. 17. 28. 89. & 90. Greg. XV. d. decis. 100. num. 4.*

Prout nec releuare dixerunt DD. adminicula ponderata in d. decisione, quia sublato personali fundamento probationis desumpto ex Testibus adminicula parum videntur attendeñ. Vltra quod prædictum adminiculum desumptum ex confessione Antecessoris, qui
7 consensit † reseruationi pensionis non præiudicat Mazzanti successori *Lotter. de re benef. p. 1. qu. 43. n. 5. & 6.* & faciunt *trad. per Rotam decis. 30. num. 12. par. 4. recent. & coram bo. me. Coccino decis. 343. num. 2.*

Præsertim quia vnus ex Testibus D. Fagnani, qui deponit de d. Antecessoris confessione se refert ad quasdam partitas descriptas ab ipsomet Teste, ac ab eodem Antecessore in quibusdam folijs, quæ quidem partitæ potius videntur imaginariæ quam veræ. Tùm quia discordant à partitis Annonæ. Tùm etiam quia totalitèr confutantur ab alijs Testibus pro parte Mazzantis explicitè deponentibus impossibile esse quod fructus d. Ecclesiæ valeant ascendere ad quantitatem expressam in dd. folijs.

Minus releuat secundum desumptum ex Instrumento venditionis fructuum, quia ex lectura eiusdem Instrumenti, quod in præsenti positione integrum datum fuit animaduerterunt DD. in venditione fuisse comprehensa legumina, quæ non sunt de fructu beneficij.

Idemque dixerunt de tertiò desumpto ex enunciatiua quantitatis fructuum emanata in actu visitationis, quia enunciatiua non rele-
8 uat, quando quæstio † stat principalitèr super quantitate enunciata *auth. si quis in aliquo vbi Doct. C. de eden. Felin. in cap. illud sub num. 3. de præsumpt. Rimin. Sen. cons. 480. num. 12. vers. nunc vero lib. 3. Gabr. cons. 40. nu. 20. lib. 1. Caual. dec. 558. numer. 2.*

Demum nec aliquod fundamentum desumi posse censuerunt ex diuturna, & continua solutione eiusdem pensionis facta ab Antecessore, & à Mazzante successore. Quia solutiones factæ ab Antecessore, quæ debuerant esse continuatæ per cursum sex annorum continent solutionem duorum terminorum tantum, insuper loquuntur de diuersa pensione reseruata super fructibus Ecclesiæ S. Donati, reliquæ solutiones factæ à Mazzante leguntur factæ metu mandatorum. Vnde ex illis resultare nō potest releuans probatio fructuū beneficij, nec aliqua valida approbatio pensionis,
9 cum de iure solutiones † factæ metu mandatorum soluenti non præiudicent *Rom. cons. 369 num. 14. Put. decis. 273. per tot. lib. 2. Rota decis. 550. num. 6. in fin. par. 4. recent.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA CENSVS, seu DEPOSITI.

Veneris 8. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Depositi leges sunt seruandæ aliàs depositarius illis non impletis soluens tenetur de proprio illud refundere.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius non liberatur si depositum restituat non seruata forma in eo præscripta.*
2 *Depositarius qui recepit depositum sub certa lege, ea non seruata dicitur spoliare.*
3 *Notarij attestatio circa productionem alicuius instrumenti, seu consensus restringitur ad productionem instrumenti, sed non tenoris illius.*
4 *Forma, aut conditio vbi respiciunt aliquem certum finem, sufficit quod finis ille quomodocumque habeatur.*
5 *Regentes Regij Consilij Collateralis Neapolis, quam facultatem habeant super assensibus impetrandis pro hypothecandis bonis.*
6 *Memorialibus obtentis per verbum fiat in forma super assensibus nulla fides adhibetur, nisi doceatur priuilegium, aut litteras in forma Regia Cancellaria desuper expeditas fuisse.*
7 *Rescriptum declaratur à supplicatione.*
8 *Dictio,* totaliter, *integritatem, & plenitudinem rei significat.*
9 *Dictio,* vt supra, *repetit qualitates superius expressas.*
10 *Memorialia expedita super assensu per verbum fiat in forma faciunt gratiam perfectam.*
11 *Actus requirens certam qualitatem, ea non probata seu non impleta pro non facta habetur.*
12 *Error Iuris solet excusare à dolo, & lata culpa.*
13 *Contractus legem accipit à partium conuentione.*
14 *Iusta causa credendi, quando excuset.*
15 *Diligens non dicitur, qui venit contra formam pacti, vel mandati.*
16 *Depositarius non tenetur nisi de dolo, & lata culpa, quando depositum fit gratia solius deponentis.*
17 *Depositarius restituens contra formam depositi tunc indistinctè tenetur perindè ac si non restituisset.*
18 *Dolosus dicitur, qui pacta non seruat.*
19 *Negligens in arte, vel officio suo dicitur esse in lata culpa.*

20 Pro-

20 *Protestatio præseruat ius protestantis.*

21 *Actio non datur sine obligatione.*

22 *Notarius si in productione dicat, facto exhibuit publica instrumenta dd. verba non cõtinent assertionẽ ipsius Notarij per sensum visus, & proprij intellectus circa releuantiam, & qualitatem iurium productorum, sed assertionem tantum procuratoris.*

23 *Notarius non punitur si bona fide scripsit quæ alter illi falso dictauit.*

24 *Dictio,* prout, *limitat, & restringit assertionem ad ea, quæ in eisdem scripturis relatis leguntur.*

25 *Respondẽs positioni si confiteatur prout in tali instrumento continetur d. positio non erit confessata si aliter in eodem Instrumento continetur.*

26 *Notarij verba dicuntur esse verba partium.*

DECISIO DCIV.

CVM bo: me: Iosephus Aquauiua Archiepiscopus Thebarum indigeret summa scut. 15. mil. eamque sibi oblatam à bon. me. D. Io: Antonio Vrsino Duce S. Gemini ad censum accipere deliberasset, neque haberet in Vrbe bona stabilia, super quibus d. censum constituere valeret requisiuit D. Franciscum Aquauiuam Ducem Atriæ suum Nepotem, vt ipse vellet imponere huiusmodi censum super suo Palatio posito in Vrbe in Via Iulia. Verum quia d. Palatium erat subiectum Primogenituræ olim institutæ à Card. Aquauiua cum prohibitione illud non alienandi, vel hipothecandi, nisi in eius locum subrogarentur pro rata alienanda, vel hypothecanda alia bona stabilia, seu feudalia in Regno Neapolis. Ideo sub die 17. Decemb. 1632. D. Antonius Carcarasius his prænarratis vti Procurator d. Archiepisc. supposuit statum Bellantis reseruato assensu Regio impetrañ. ab ipso Archiepisc. promisitq; Instrumentum ratificationis eiusdem Archiepiscopi in actis D. Fonthiæ Notarij intra bimestre exhibère, alioquin census imponeñ resolueretur, ac Dux censuarius pecuniam deponeñ in Monte pietatis liberè recuperare posset.

Successiuè, & incontinenti idem Carcarasius nõ amplius vti Procurator Archiep. sed vti Procurator Ducis Atrię, pro quo pariter promisit de rato cum simili pacto resolutiuo imposuit super dicto Palatio annuum censum scut. 1000. illumque vendidit d. D. Duci S. Gemini precio dd. scut. 10. mil. quæ tunc reperiebantur in Monte Pietatis ad creditum ipsius, eaq; d. Carcarasius recepta, sed à banco Montis non amota reliquit penès eumdem Montem ad creditum Ducis Atriæ, & ad dispositionem ipsius Carcarasij; sub ea tamen conditione, quod à d. Monte exigi non possent nisi prius in actis eiusdem Fonthiæ exhibitis ratificationibus, vt supra per dd. Archiepiscopum, & Ducem Atriæ faciendis, ac etiam exhibito assensu Regio, vt supra reseruato. Et in hæc verba fuit cõcepta partita depositi in libris Montis, *per pagarli d'ordine del detto Sig. Antonio Carcarasio, sempre che dal medesimo Fontia ci sarà fatta fede, che siano state adempite le conditioni contenute nell' Instrumento di d. censo.*

Sub die 22. Martij 1633. d. Carcarasius produxit in actis d. Fonthiæ rogati de d. cẽsu nonnulla iura, eorumque productionem in calce Instrumenti d. census his verbis adnotari curauit, ad docendum de ratificationibus, vt supra per eum promissis, nec non de assensu Regio, vt supra reseruato facto exhibuit publica Instrumenta ratificationum, & assensuum huiusmodi, quæ facto dedit tenoris.

Fonthias requisitus à Carcarasio de fide dictæ productionis illam fecit per hæc verba, fidem facio &c. qualiter D. Antonius Carcarasius ad docendum D. Archiepiscopũ Aquauiuam ratificasse suppositionem status Bellantis, necnon eumdem Archiepiscopum obtinuisse assensum Regium pro dicta suppositione facto exhibuit publica Instrumenta ratificationum, & assensus huiusmodi, & mihi consignauit tenoris &c. prout in eis &c. & latius prout in actis mei &c. ad quæ &c. successiuè d. Carcarasius exhibita huiusmodi fide Ministris Montis mandauit eis, vt soluerent prædicta scut. 10. mil. D. Flaminio Razzanti, prout cum effectu illa soluta fuerunt.

Hac facti serie stante cum Excellentissimus D. Dux Ferdinandus Vrsinus Donatarius D. Ducis S. Gemini agnouisset inter scripturas in actis productas non contineri assensum Regiũ expeditum, ideoque pecunias fuisse per Montem solutas non impletis omnibus conditionibus, appositis in Instrumento d. census, & sic nõ seruata forma, seu lege in deposito pręscripta introduxit iudicium coram A. C. pro illarum restitutione tàm contra Montem, qui soluit, quam etiam contra Fonthiam, quid fidem fecit, & contra hæredes Razzantis, qui recepit; Et proposito hodie à me dubio, An, & quis teneretur ad restitutionem dd. pecuniarum, omnes Domini vno ore responderunt Montem teneri, ea moti ratione, quia Mons recepit depositum pecuniarum de quibus agitur sub hac expressa lege, *per pagarli di ordine del Signor Antonio Carcarasio sempre che dal medesimo Fontia ci sarà fatta fede, che siano state adempite le conditioni apposte nell' Instrumento del Censo.* Vnde cum dd. pecuniæ fuerint solutæ nõ facta fide per Fonthiam, quod essent adimpletæ dd. conditiones, sequitur ipsum Montem non soluisse iuxta formam suæ obligationis in deposito susceptam, & consequenter teneri ad restitutionem dd. pecuniarum, perinde ac si illæ solutæ non fuissent, cum Deposi-
1 tarius non liberetur, si depositum † restituat non seruata forma in eo præscripta, *l. 1. §. eleganter, & §. sed si duo vbi Castren. ff. depos. l. qui hominem, §. si nullo. ff. de solut. & fuit dictum in Romana de Theodolis 25. Octobr. & 10. Decemb. 1593. coram Card. Blanchetto, & in Romana depositi 30. Octobris 1598. coram Card. Lancellotto, quæ est decis. 31 numer. 5. vers. hoc enim videtur par. 3. recent. & in alia Romana depositi coram bon. mem. Cardinale Virili, quæ est decis. 475. num. 11. & 13. relatis post Cenc. de cens. iuxta modern. impress. Seraph. de-*
2 *cis. 1130. per tot.* Depositarius enim † qui recepit depositum sub certa lege ea non seruata dicitur spoliare deponentem, *Din. in cap. qui ad agen-*

agendum de reg. iur. lib.6. Bald.conf.384. n.2.lib.1. & conf.317. sub num.1. vers. non obstat illa regula, lib.3. Mantic.de tacit.lib.10. tit.10.n.7.

Quod autem Mons soluerit pecunias non facta fide per Fonthiam, quod essent adimpleræ conditiones adiectæ in Instrumento census, de quo agitur, patet ex lectura eiusdem fidei supra relatæ, in qua ipse Fonthia nihil aliud attestatur nisi quod Carcarasius ad doceñ Archiepiscopū ratificasse impositionem d. census, exhibuir Instrumenta ratificationum, &
3 assensus huiusmodi, quæ attestatio † probat solum productionem assensus, non autem tenorē ipsius assensus iuxta doctrinam *Innoc. in cap. cum in iure, il 31. num.6. de offic. & potest. Iud. deleg. quem refert, & sequitur Abb. in cap. quoniam contraxi num.3. de probat. Card. Zabarell.conf. 72. col. penult. ante fin. vers. sed Io: Andr. cum alijs in proposito cumulatis per Gabr.conf.40. sub num.1. & 2. vol.1.* Vbi quod Notarius, qui attestatur Tiberium produxisse litteras intimatas Iulio per Cursorem, prout à tergo dd. litterarum, probat productionem litterarum, non autem intimationem Cursoris, prout etiam de Notario, qui scripsit in actis Tiberium produxisse Instrumentum mandati, quod probet productionem mandati, non autem ipsum mandatum tradunt *Alex.conf. 6. numer.6. vol.4. & in auth. si quis in aliquo num.9. vers. tamen d. conclusionem, & ibidem Dec. num.31. & seq. C. de eden. Boer.decis.281. num. 3. vers. unde videtur, & dicit Rot. post Cenc.de cens. decis.278. num.2. & 5. iuxta modernam impressionem.*

Nec dicatur, quod in actis reuera fuerit exhibitus assensus Regius, & ideò sufficiat, quod per æquipollens fuerit seruata forma depositi,
4 cum vbi forma, † aut conditio respicit aliquem certum finem, sufficiat quod finis ille quomodocumque habeatur, *l.3. C.de lib. præter. & l.3. §.cond. ff.de adim.legat. Rebuff. in l.quod iussit in præfat.num.2. ff.de Iudic. Brun. de form. & solem. in Rubr. Ex quibus constet forma solemnitas, Rota coram Reuerendissimo Vrgellen.decis.286.nu.2.* Quia fuit responsum in actis fuisse exhibitam solam supplicationem, seu memoriale porrectum Proregi super huiusmodi assensu impetrando cum rescripto (fiat in forma) quoad illa bona super quibus habet successores, & subscriptione non quidem ipsius Proregis, sed trium Regentium Regij Consilij Collate-
5 ralis, qui † esto quod habeant facultatem faciendi similia rescripta super huiusmodi assensibus impetrandis nonnullis casibus exceptis iuxta praxim, quam tradunt *Scipio Rouit. in Pragmat. Regn. super Pragm.4. de feud. in princip. & num.33. Io: Franc. à Pont.de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §.9. num.13.* Nihilominus huiusmodi memorialibus obtentis per verbum fiat in
6 forma, † hodie nulla fides adhibetur, nisi decreatur priuilegium, aut litteras in forma Regiæ Cancellariç desuper expeditas fuisse iuxta recentes pragmaticas eiusdem Regni, prout disponunt *Pragmat. 1. & 2. de fid. mem. registrat. penes Tap. lib.6. tit.22.* & in specie, quod memorialia signata per verbum fiat super assensu Regio nullius sint roboris nisi appareat fuisse expeditum priuilegium cum appositione sigilli intra biennium attestantur, *Vinc.de Franc. decis.663. num.2. Io. Franc. à Pont. conf.5. num.68.* Vbi quod vanum est dicere gratiam esse perfectam ex memoriali expedito per verbum *fiat*, nisi illud deducatur in forma priuilegij virtute pragmaticarū, *Marin. Frecc. de subfeud. l.2. n.3.* Vbi quod assensus habet certam formam, & solemnitatem cum expeditione priuilegij in forma Cancellariæ, & appositione sigilli, & *q.28. num.4. Io. Vinc. de Ann. in Consil. Diuæ memoriæ 67. in fin. Vrsill. ad Afflict.dec.197. circa fin. & decis.253. num.3. vers. sed hæc omnia hodie cessant, Lanar.conf.33. num.5. vers. neque obstat, Capoblanc.de Baron. pragmat.8. par.1. num.2. & 3. Rouit.pragm.1. de fid.memor.n.1. & super pragm.26. de feud.num.3. Donat. Ant.de Marin.quotid.ref.lib.1. cap.123. num.5.*

Prædictaque eo magis procedere visa fuerunt in præsenti casu. Tum quia in ventre eiusdem memorialis fuit petitum, quod assensus Regius expediretur in forma priuilegii, ibi, *e mandi, se ne spedischi Regio priuilegio in forma Regiæ Cancellarie.* Vnde cum eidem memoriali correspondeat rescriptum, fiat in forma, sequitur assensum petitum non intelligi concessum nisi sequuta expeditione priuilegij, aut litterarum in forma Regiæ Cancellariæ, cum
7 rescriptum † declaretur à supplicatione, vt in terminis ponderat *Marin. Frecc.de subfeud. lib.2. quæst.11. num.9.* Tùm etiam quia non fuit reseruatus simpliciter assensus, sed vlterius fuit reseruata totalis illius expeditio, vt apertè sonant illa verba adiecta in Instrumento suppositionis status Bellantis, reseruato in primis, & ante omnia assensu Regio sumptibus &c. petendo, impetrando, & totaliter expediri faciendo: Vnde sola supplicatio cum rescripto, *fiat in forma*, non potest suffragari pro assensu Regio, nisi docto de totali illius expeditione in forma Regiæ Cancellariæ, virtute dictio-
8 nis, totaliter quæ integritatem, & plenitudinem rei significat, *cap. Abbate, §. allegabatur in fin. de sent. & re iudic. in 6. Menoch.conf.191. n.13. lib.2. Barbos.de dict. dict.351. num.2. & 3.* Iunctis etiā alijs verbis appositis in Instrumento creationis census ibi, necnon etiam exhibito pariter in actis mei assensu Regio, vt supra, reseruato, & impetrando circa suppositionem, & obligationem Status Bellantis, quæ requirunt pariter totalem expeditionem assensus Regij, prout supra conuentum fuerat, ponderando
9 dictionem, vt supra, † quæ tamquam relatiua repetit omnes qualitates superius expressas, *Bart. in l.1. §. hoc edicto in fin. ff.de postul. Bero.quæ. final. quæst.104. num.7. Ruin.conf.18. num.12. lib.2. Dec. conf.181. num.12. lib.1. Honded.conf.46. n.15. lib.2. Surd.conf.200. num.6. volum.2. & conf.362. num.9. lib.3. Rota in Romana, seu Portugallen. assecurationis 25. Iunij 1638. coram me in §. eoque magis.*

10 Hinc non obstat, quod memorialia expedita super assensu per verbum, fiat in forma, faciant gratiam perfectam, adeout ille dicatur esse in statu implicito validitatis, donec desuper expediantur litteræ, seu priuilegia infra bien-

biennium, vel interim stet in suspenso ex tra-
ditis per *Io. Franc. à Pont. de potest. Proreg. tit.7.*
§.9. numer.12. & per tot. Rouit. super pragmat.9. de
feud.num.2.Tapia decis.3.num.35. & dec.8. num.1.
& 2. L.mar.cons.82.num.12.Donat.Ant. de Marin.
quotid res. cap.304. n.3.

Quoniã quidquid sit de opinione dd. Doct.
qui pro maiori parte loquuntur in memoria-
libus subscriptis per verbum, *fiat*, manu ipsius-
met Regis, vel Proregis, adhuc admissa illo-
rum opinione in memorialibus subscriptis
prout in præsenti casu solum à Regentibus
Consilij Collateralis, illa procedere posset, vbi
esset reseruatus simpliciter assensus Regius,
seu illius impetratio, at secus est in casu, de
quo agitur, in quo fuit expresse conuentum,
quod pecuniæ non possent amoueri à Banco
nisi in actis exhibito assensu Regio peteñ, im-
petrañ, ac totaliter expediri facieñ, hæc enim
expressa conuentio operatur, vt sola exhibitio
assertæ impetrationis assensus sine qualitate
totalis expeditionis perinde habeatur, ac si fa-
11 cta non esset, † cum actus requirens certam
qualitatem ea non probata, seu adimpleta pro
non facto habeatur, *Barthol. in l. si qui pro emp.*
num.14. ff.de vsucap.Socc.cons.170.nu.9.lib.2. Rot.
decis.1.num.9. circa fin. par.1. rec. cum alijs in pro-
posito cumulatis à Io. Franc. de Pont. d.cons.5. n.32.
& seqq.

Minus obstar, quod Prouisores, seu Mini-
stri Montis non teneantur scire pragmaticas
Regni, & ideò illorum ignorantia dicatur er-
12 ror Iuris, † qui solet excusare à dolo, & lata
culpa, *Bart. in l.quod Nerua num.19.vers. secundo*
casu, ff. depos. Quoniam talis ignorantia non
visa fuit suffragari in casu isto, quia contra-
hentes apposuerunt in deposito legem aper-
tam, nempe quod pecuniæ non soluerentur
nisi facta fide per Fonthiã, quod essent adim-
pletæ conditiones appositæ in Instrumento
census: Vnde cum Mons haberet legem ex-
pressam tenebatur illam seruare, nec ideo po-
test aliquam ignorantiam allegare, cum con-
13 tractus † ex partium conuentione legem ac-
cipiant, *l.contractus, ff.de reg. iur. l.1. §. sed si con-*
uenit, ff.depos. glos. in l. si vt certo, §. nunc viden-
dum in verb. deponitur, ff. commod.Seraph.decis.84.
num.2.& 3.

Nec dicatur Montem habuisse saltem iustã
causam credendi assensum Regium fuisse le-
gitime expeditum, ex eo, quod Fonthia vir
oculatus, ac probatæ fidei attestatus fuit in
actis fuisse productum assensum Regium, &
14 proinde debere excusari, nec teneri ad aliam
restitutionem, *arg.text.in l.argentum vbi Bart. &*
alij ff.commod. Vbi quod si quis argentum sibi
commodatum tradat seruo, vel famulo suo,
vt illud afferat commodanti, non tenetur ad
restitutionem si talis seruus, vel famulus, qui
alias erat idoneus, & fidelis, illud auferret, vel
amitteret, quem textum in terminis Deposi-
tarij ponderat *Gomes.var.resol.lib.1.cap.7.de com.*
& deposit. num.3. Quoniam d. exemplum, &
similia, quæ informantes pro Monte adduce-
bant non visa fuerunt applicari in præsenti
casu, ex eo præcipuè quia, vt dictum est supra
Fonthias nõ fecit fidẽ, quod in actis esset pro-
ductus assensus Regius, sed quod Carcaralius
ad doceñ de assensu produxit quædam instru-
menta. Vnde Ministri Montis debebant per-
quirere cõditiones requisitas in dicto Instru-
mento, & propter huiusmodi omissionem nõ
15 possunt excusari à negligentia, cum diligens
non dicatur, qui venit contra formam pacti,
vel mandati, *l.eum qui, §. fin. & l. seq. ff.commod.*
& l.diligenter, ff.mand. & in his terminis tradit Go-
mez. d.cap.7. post num.3.vers. & idem si erat actum
inter partes.

16 Minus obstat, quod regulariter † Deposi-
tarius non teneatur nisi de dolo, & lata culpa,
quando depositum sit gratia solius deponen-
tis, *l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commod l.1.*
C.eod. l.contractus, vbi Dec. numer.1. ff.de reg. iur.
§. præterea, vbi latè Oynotom. Instit.quib.mod.re con-
trah.oblig.Hond.cons.43. num.1. & seq.lib.2. Thes.
Iun. q. forens.27.num.4.lib.1. Ciriac. contron.358.
nu.22. & 27. Tùm quia d.conclusio non pro-
cedit, quando Depositarius restituit contra
17 formam depositi, quia tunc indistinctè † tene-
tur, perinde ac si non restituisset ex iuribus ab
18 initio allegatis. Tùm quia in dolo † dicitur
esse, qui pacta non seruat, *l. dolus ff.mand. l. si*
Procuratorem, §. dolo, ff. eod.tit.Surd.cons.12.n.69.
& seq. lib.1. Rota dec.103.num.21.par.5.recent. Et
19 in lata culpa dicitur esse, † qui est negligens
in arte, vel officio suo, *Bart. in l.quod nerua n.17.*
& 18. ff.depos. Menoch. cons.1194. num.18. & 30.
& faciunt tradita in Cusentina beneficij, seu acto-
rum 4.Decembris 1637. coram me in §. præterea.

Demum non obstat, quod bon. mem. Dux
Antonius Vrsinus egerit pro fructibus d. cen-
sus, & aliquam pecuniarum summam pro il-
lis exegerit, & ideo videatur asensum in actis
productum approbasse. Quia ex iuribus da-
tis in summario apparet d. Ducem ignorasse
ab initio defectum asensus, illoque detecto
statim declarasse se velle agere contra DD.
Aquauiua pro fructibus d. census, citra præ-
20 iudicium † omnium, & quorumcumque iu-
rium sibi quomodolibet competeñ tàm con-
tra Montem, quàm contra Fonthiam, & hæ-
redes Razzantis, & non alias aliter, nec alio
modo, quæ protestatio excludit prætensam
approbationẽ asensus, & præseruauit ius eius-
dem Ducis protestantis, *l. si debitor §.1. ff.quib.*
mod. pign.vel hypoth. solu. Dec.cons.42. nu.15. vers.
primo quia, Paris.cõs.23.n.142.lib.1.Menoch.cons.2.
num.18.Gratian.discept.515.num.7.& discept.980.
n.3. & 4. Rota in Vrbeuetana fideicommissi 25.Maij
1612. coram bon.mem.Coccino.

Ex quibus etiam dixerunt DD. Fonthiam
non teneri ad restitutionem dd. pecuniarum.
Quia cum non doceatur ipsum aliquo modo
contraxisse vel deliquisse, deficit omnis eius
21 obligatio, sine qua † non datur actio, quæ di-
citur filia obligationis *Instit. de verb. obligat. in*
punct.§.superest vbi glos.& DD. Instit. de act.Surd.
cons.24. num.10.& seq.

Nec releuat dicere Fonthiam, qui fecit præ-
dictam fidem dedisse causam solutioni pecu-
niarum. Quoniam vt supra dictum fuit,
ipse retulit nudum factum productionis factæ
à Car-

à Carcarasio, fuitque vsus iisdem verbis quibus idem Carcarasius in actu productionis vsus fuit.

Neque etiam videtur esse in culpa ex eo, quod dixerit Carcarasium produxisse in actis assensum Regium, quiareuera non erat assensus, ibi facto exhibuit publica Instrumenta ratificationum, & assensus huiusmodi. Quoniam dd. verba non continent assertionem ipsius Fonthiæ per sensum visus, ac proprij intellectus circa releuantiam, & qualitatem Iurium productorum, sed confessionem, seu assertionem Carcarasij producentis relatam ab ipso Fonthia Notario, qui ex officio scripsit ea quę Carcarasius in actu productionis di-
22 xit,†quasi affirmans nō quod ita sit sed quod Carcarasius dixit iuxta doctr. *Bald. in l.nullum num.3.vers.sed quaero C.de testib.& in Rubr.C.de fid.Instrum.nu.29.& 30.* quem sequitur *Cephal. cons.113.num.16. vers. debuit enim scribere lib. 2.* Exemplo Notarij, qui si dicat in Instrumento talis confessus fuit se habuisse, & recepisse ab aliquo dante,& soluente centum non probat realem solutionem ex eo, quia dd.verba continent nudam, ac simplicem relationem verborum partis id consitentis, vt docet idem *Bald.in l.2.§.fin.num.6.ff.si cert.pet.& in l.si ex cautione numer.17.vers.dicit Iacobus cum seq. C.de non numer.pecun.& in l.vnic.num.19.post med.vers.nam Tabelliones dicunt. C.de confess.* & faciunt notata in fortioribus terminis per *Bart. in l. si quis obrepserit 28.num.28.num.2.ff.ad l.Cornel. de fals.*vbi si pars det Notario schedulam falsam, vt illā ponat in actis ait Notarium non teneri de falso si bona fide eam ponat in actis eumque sequitur,*Bald.in c.quoniam contra num.32.de pro-*
23 *bat.* Vbi inquit Notarium † non puniri si bona fide scripsit, quæ alter illi falso dictauit, idemque tradunt, *Imol.cons.104.num.1.vers.immo potius & Purpuratt. consil.601. numer.5. in fine volum.2.*

Quæ omnia eo magis procedunt, quia idē Notarius retulit factum d.productionis non simpliciter, sed cum triplicata relatione ad easdem scripturas quas Carcarasius produxit ibi tenoris &c.& prout latius in actis mei &c. ad quæ &c. hinc enim magis enixè apparet ipsum noluisse quidquā affirmare circa qualitatem, ac tenorem dd. Instrumentorum sed referre solum verba Carcarasij producentis iuxta regulam *l. Balista ff. ad sen. Cons. Trebell.*
24 Ponderata præsertim dictione, prout, † quæ limitat, ac restringit assertionem ad ea,quæ in eisdem scripturis relatis leguntur iuxta tradita per *Bald.in l.2.num.4.C.de aduoc. diuers. Iudic.* Vbi quod si quis respondeat positioni confitendo prout in tali Instrumento continetur,
25 illa positio non dicitur † confessata si aliter in eodem Instrumento contineatur; eumq; sequuntur, *Roman.cons.294.num.2. vers.& hoc modo intelligo, & ibi Add. lit.B.& Dec.cons.874.n.4. vers.& quia notat.*

Neque etiam suadetur ex propria significatione verborum, quibus idem Fonthia initio fidei vsus fuit ibi. Qualiter Carcarasius ad docendum Archiepiscopum Thebarum ratificasse &c.nec non eundem Archiepiscopum obtinuisse assensum Regium &c. quæ continent solam assertionem producentis relatam
26 ab ipso Notario, cuius † verba dicuntur esse verba partium, *Bald. in l. errore numer. 2. vers. aut in eo quod pertinet C.de testam.& in l.mater n.6. C.de rei vindic.Socc.sen.cons.159. numer.14.vol.2. Dec.cons.450.num.2.& 3.Rot.post 2.vol.cons.Farinacc.decis.324.num.3.*

Ex quibus fuit vnanimiter resolutum mōtem teneri ad restitutionem pecuniarum, & Fonthiam absoluen. An autem idem mons possit dictas pecunias repetere ab hæredibus Razzantis DD. mandarunt vt particulariter videretur.

MELEVITANA BENEFICIORVM.

Veneris 8. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Transactio pro sui validitate quæ requirat, eiusque rescissioni quando sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Transactio valida parit exceptionem litis finitæ.*
2 *Transactio valida habet vim rei iudicatæ.*
3 *Transactioni qui nititur dicitur habere intentionem fundatam.*
4 *Transactionis requisita sunt lis vel probabilis illius timor & quod in transactione aliqud detur, vel retineatur vel remittatur, & num.5.*
6 *In Transactione super re Ecclesiastica requiritur beneplacitum Apostolicum.*
7 *Gratiæ quando sunt distinctæ subreptio vnius non vitiat alteram.*
8 *Instituendus est præsentatus à maiori numero patronorum.*
9 *Pertinentia Iurispatronatus contra Reum& possessorem est concludenter probanda.*
10 *Præsentatio vt sit valida debet fieri coram Ordinario habente instituere.*
11 *Transactio vt sit valida sufficit dubius litis euentus.*
12 *Immo vexationes iniustæ, & de facto illatæ.*
13 *Lucrari dicitur qui à litibus se exemit.*

DECISIO DCV.

VACAVERVNT duo Beneficia,de quibus agitur de Iurepatronatus Laicorum per obitum Petri Vagnoli vsq; de anno 1627. Quocirca D.Io:Baptista Cagliares vti præsentatus à Patronis obtinuit ab Ordinario institutionem possessione subsequuta. Verum Horatius Græcus prætendens se quoque fuisse præsentatum à Compatronis appellauit extraiudicialiter à d. institutione, causamque huiusmodi appellationis obtinuit committi Iudici de partibus, qua pendente fuit deuentum ad concordiam, in qua d.Horatius renūciauit d. appellationi, ac liti, & causæ, cessitque omnia iura super dd. beneficijs sibi quomodo-

modolibet competentia ad fauorem d. Ioan-
nis Baptistæ, qui vice versa cessit eidem Ho-
ratio alia duo beneficia simplicia, quæ ipse
tunc obtinebat reseruato beneplacito Aposto-
lico, & non aliàs, aliter nec alio modo, pa-
cto etiam adiecto, quod omnes expensæ ero-
gandæ tàm pro confirmatione d. Concordiæ,
quàm pro expeditione bullarum super pro-
uisione dd. duorum beneficiorum ad fauorem
Horatij cessorum, fierent proprijs pecunijs
ipsius Io: Baptistæ. Quibus omnibus adim-
pletis Horatius actualem possessionem dd. be-
neficiorum sibi cessorum adeptus fuit, sed de-
inde pœnitentia ductus curauit cōmitti cau-
sam restitutionis in integrum aduersus dictā
concordiam Inquisitori Meleuitano, qui sen-
tentiam protulit, qua declarauit non consta-
re de causis prætensæ restitutionis neque in
d. cōncordia adesse læsionem, idemque in
gradu appellationis censuit Rota sub die 26.
Nouembris 1635. coram bon: me: Motman-
no, qui successiuè moderatus fuit inhibitio-
nem.

Sed Horatius adhuc non acquiescens rursus
appellauit, causaque mihi commissa. Dubi-
taui, an eidem Horatio hodie agenti obstaret
dicta concordia, & affirmatiuè responderunt
DD. cum de iure transactio valida pariat ex-
1 ceptionem † litis finitæ, *l. causas, & ibi glos. in
verb. legitimis C. de transact. c. 1. & ibi glos. in verb.
transacta vt lite contestat. in 6. Bart. in l. eleganter §.
si quis ff. de condit. indebit. Rolan. cons. 28. numer. 14.
lib. 4. Surd. cons. 451. num. 17. Mantic. de tacit. lib. 26
tit. 1. num. 8. Seraph. decis. 230. nu. 2. Canal. dec. 276.
num. 1. Gregor. XV. decis. 354. num. 1. Rota dec. 402.
num. 4. par. 5. & decis. 86. num. 1. par. 6. recent.* Illa-
2 que habeat † vim rei iudicatæ, *l. 2. ff. de iureiur.
l. non minorem C. de transact. Bero. cons. 176. nu. 27.
lib. 1. Soce. Iun. cons. 32. nu. 6. vol. 3. Cephal. cons. 66.
num. 24. Rolan. d. cons. 28. num. 17. Grammat. dec. 66.
num. 20. Rota decis. 125. num. 8. & 9. & decis. 402.
numer. 3. par. 5. recent.* Adeout ille qui nititur
3 trāsactioni † dicatur habere intentionem fun-
datam, *Dec. cons. 216. num. 3. Purpur. cons. 323. n. 3.
Rot. d. dec. 86. num. 3. p. 5. rec.*

Validitas autem d. transactionis controuer-
ti non potest, cum ex relata facti serie appa-
reat illam fuisse factam occasione litis tunc
introductæ inter dd. Horatium, & Io. Bapti-
stam super beneficijs, de quibus agitur, & ex
causa eiusdem transactionis d. Horatium ac-
quisiuisse duo beneficia sibi cessa à d. Ioanne
Baptista, istum verò retinuisse alia duo be-
neficia, de quibus agitur tunc per eum posses-
sa, & sic apparet omnia requisita respectu for-
mæ, seu substantiæ transactionis interuenisse,
cum pro illius validitate duo requirantur.

4 Primum quod adsit lis † vel probabilis ti-
mor illius, *l. 1. ff. de transact. l. 1. & 2. C. eod. tit.
Dec. cons. 351. nu. 2. vers. adhoc enim vt valeat lib. 12
Rolan. d. cons. 28. num. 2. lib. 4. Mantic. de tacit. lib. 26.
tit. 1. num. 11. & 13. bon. mem. Coccin. decis. 194. n. 4.
& decis. 436. nu. 5.* Alterum vero quod ex cau-
5 sa transactionis aliquid † detur, vel retineatur,
vel remittatur, *l. Transactio 38. C. de transaction.
Castren. in l. secus hares sub num. 1. C. de repudian. he-
red. Ruin. cons. 132. num. 5. vol. 1. Bero. d. cons. 176.
num. 29. vol. 1. Rolan. d. cons. 28. num. 3. lib. 4. Mant.
de tacit. d. lib. 26. tit. 1. num. 11.*

Præterea constat in d. transactione fuisse re-
seruatum, ac deinde impetratum beneplaci-
6 tum Apostolicum, quod pro † solemnitate
requiritur in transactione super re Ecclesiasti-
ca, etiamsi agatur quod talis remaneat apud
illum, penes quem reperitur *Abb. in c. contingit
lib. 3. vers. concluderem de transact. Federic. de Sen.
cons. 94. per tot. Aym. cons. 323. num. 1. vers. dico quod
Prælatus bo. me. Coccin. decis. 301. numer. 1. & 362.
num. 3.*

Nec dicatur d. beneplacitum Apostolicum
fuisse nullū vti subreptitium ex eo quod fuit
narratum valorem beneficiorum, de quibus
agitur non excedere duc. 24. auri de Camera,
cū tamen ille ascendat, vt prætēditur, ad scuta
centum, monetæ. Quoniam placuit respon-
sio nimirum d. beneplacitum duas continere
gratias, vnam super confirmatione concordię,
seu transactionis, in qua nulla fuit facta men-
tio valoris dd. beneficiorum. Alteram vero
super noua prouisione ad fauorem ipsius Io:
Baptistæ, in qua fuit narratus valor per non
excessum 24. ducatorum: Vnde esto quod
ista secunda gratia nouæ prouisionis esset su-
breptitia ob non expressionem veri valoris
non tamen subreptitia dici posset altera gratia
confirmationis, quia cum dd. gratiæ sint di-
7 stinctæ ac separatæ subreptio vnius nō influit
in aliam, nec data inualiditate vnius altera
corruit, *cap. si eo tempore vbi glos. magna in fin.
vers. nota finaliter, & in verb. beneficiū de rescript.
in 6. Abb. in cap. cæterum num. 7. eod. tit. Gonzal. ad
regul. 8. glos. 5. §. 9. num. 59. vers. sic etiam defectus
Garz. de benef. par. 8. cap. 3. num. 16. 17. Seraph. decis.
351. num. 15. Reuerendiss. Vergellen. dec. 14. num. 6.*

Non obstat prætensa iniustitia d. sententiæ,
& decreti ex eo deducta quod Horatius fuit
præsentatus à maiori parte Patronorum, &
8 ideò illi, non autem Io: Baptistæ † deberetur
institutio *cap. 3. & ibi glos. in verb. qui maioribus
de Iurepatr. Lambert. eodem tract. lib. 2. p. 3. quæst. 4.
art. 1. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 25. Rot. diuers.
decis. 113. num. 1. par. 2. Buratt. decis. 492. numer. 1*
Quia vltra quod d. Horatius non docuit cō-
cludenter pertinentiam Iurispatronatus ad fa-
uorem illorū, qui ipsum præsentarunt, prout
9 probare tenebatur † contra Ioannem Baptistā
Reum, & possessorem *Rota decis. 66. num. 1. & 2.
post Vivian. de Iurepatron.* Neque apparet suam
10 præsentationem † fuisse factā coram Ordina-
rio habente instituere, prout de iure requiri-
tur pro validitate præsentationis, *glos. in Clem.
dudum in verb. præsentari de sepult. Abb. in cap. ea
noscitur num. 3. de his quæ fiunt à Prælat. sine con-
sens. capit. & in cap. fin. num. 4. de Iurepatr. Crescent.
decis. 6. num. 9. eod. tit. Rot. in nou. decis. 3. pariter eod.*
cum similibus relatis *à Vivian. in prax. Iurispat.
par. 2. lib. 8. cap. 7. num. 1.* Visa fuit cessare diffi-
cultas, quia cum super tali iure Horatij de-
sumpto ex d. præsentatione fuisset lis in parti-
bus introducta, ac terminata per d. concordiā
auctoritate Apostolica confirmatā cessat om-
nis prætensa iniustitia, cum sufficeret dubius

11 litis † euentus pro validitate d. transactionis. *Bald. in l. fin. §. sed si quis C. commun. de legat. Rolan. d. cons. 28. num. 24. lib. 4. Gratian. discept. 861. num. 6. & 7. latè Surd. d. cons. 451. num. 48. & seqq.* Vbi probat sufficere modicam adesse occasionem dubitandi, quamuis prætensio non esset satis iuridica, idemque dixit *Rota d. decis. 281. num. 6. par. 6. recent.* Immò ad hunc effectum sufficere
12 etiam † vexationes iniustas, & de facto dixit *Rota in Romana nullitatis transactionis 26. Nouembris 1616. coram bo. me. Vbaldo seniore*; Vnde di-
13 ci consueuit satis dici lucrari † qui se à litibus eximit, *Surd. d. cons. 451. num. 27. & seq. Canal. decis. 407. num. 5. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 2. num. 4. Gratian. d. discept. 861. num. 2. & 3. vers. maximè quia Rota dicta decis. 86. num. 21. & 22. par. 6. recent.*

Hinc pariter non obstat, prætensa læsio deducta contra d. concordiam ex eo quod Horatius habuit duo beneficia valoris longè minoris quam illa quæ prętendebat. Quia læsio aliqua non potest considerari, cum d. Horatius non haberet nec titulum, nec possessionem beneficiorum controuersorum, sed solum Ius ad illa, quod tamen erat valdè turbidum ex supra deductis: Vndè tantum abest, quod fuerit lęsus, quinimo fuit factus melioris conditionis, dum duo beneficia fuit consequutus, quæ forsan non habuisset si non deuenisset ad concordiam.

Et ita &c.

ACERRARVM CANTORATVS

Luna 15. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Clericatus superueniens non est sufficiens pro sustinenda collatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob lapsum temporis biennij ad prosequendam appellationem absque fatalium prorogatione transit in iudicatum.*
2 *Sententiæ validitas resultat ex concursu requisitorũ de quibus per* Caputaq. dec. 260. n. 2.
3 *Lapsus non est capax beneficij.*
4 *Clericatus superueniens post obtentum beneficium nõ suffragatur sed habilitas requiratur de tempore illius impetrationis.*
5 *Clericatus deficientia probatur si postea quis illo fuerit initiatus cum dictus actus non sit reiterabilis.*
6 *Fatalium tempora currunt etiam pendente iudicio attentatorum quando petens illorum reuocationem succubuit.*

DECISIO DCVI.

ORTA controuersia inter D. Marcum Antonium Vassallum ex vna, & Franciscum Bocciam ex altera partibus super manutentione in possessione Cantoratus Ecclesiæ Acerrarum, eaque prius coram Ordinario agitata, deinde in gradu appellationis delata ad Iudicem in partibus delegatum, emanauit sententia, qua declaratum fuit nullum Ius competere d. Vassallo in Cantoratu prædicto, & proinde d. Bocciam non esse turbandum in possessione eiusdem Cantoratus, sed in ea esse manutenendum, ipsique Vassallo esse imponendum perpetuum silentium, quã sententiam cum Boccia prætenderet transiuisse in iudicatum. Dubitaui hodie an constaret de re iudicata, & affirmatiuè responsum fuit. Quia d. sentẽtia lata fuit de mense Maij à qua licet Vassallus appellauerit causamque appellationis mihi committi obtinuerit, nihilominus cum abinde citra nihil egerit in causa, nec fatalia prorogari curauerit, vtique
1 dicta sententia † ob lapsum temporis biennij, & vltra ad prosequendam appellationem trãsiuit in Iudicatum, *Auth. ei qui & l. fin. §. illud etiam C. de temp. appell. c. cum sit Romana de appell. Dec. cons. 436. n. 1. Seraph. decis. 457. num. 1. Canal. decis. 333. num. 4. Rota decis. 69. num. 2. par. 6. recent. & passim in alijs.*

Nec dicta sententia visa fuit posse impugnari ex capite inualiditatis, & Iniustitiæ.

Nam validitas est euidens, cum Iurisdictio Iudicis delegati sit indubitata ex commissione Papæ, ac sententia lata fuerit præuia citatione personaliter exequuta contra d. Vassallum; Vnde apparet omnia requisita pro va-
2 liditate † sententiæ interuenisse iuxta vulgatã decisionem *Caputaq. 260. p. 2. Rot. dec. 602. num. 1. par. 1. recent.*

Iustitia verò probatur, quia Vassallus nititur collatione sibi facta de anno 1601. vti Clerico, qualis tunc temporis non erat, sed mere
3 laicus, qui † propterea non erat capax beneficii, *cap. cum adeo de præscript. cap. ex litteris de transact. c. 2. de inst. Rebuff. in prax. tit. de Cler. & à quib. & quomod. creant. num. 4. cum alijs relatis à Garz. de benef. p. 1. cap. 1. num. 28.*

Neque Clericatus superueniens conualidare potuit gratiam d. prouisionis, cum habili-
4 tas † requiratur de tempore datæ *cap. cum te de rescript. cap. si eo tempore eodem tit. lib. 6. cap. dudum el 2. de Cleric. cum alijs per Rot. decis. 158. nu. 3. p. 1. & decis. 387. num. 16. par. 5. recent. Canal. decis. 196. num. 1.*

Quod autem Vassallus non esset Clericus de tempore datæ dictæ prouisionis probatur ex prima tonsura de anno sequenti, & sic post datam d. prouisionis per eum suscepta, qui
5 est † verus modus probandi ipsum antea non fuisse Clericum, cum talis actus non sit reiterabilis, *cap. 1. & cap. fin.* atque ibidem etiam Canonistæ *de Sacrament. reit. cap. quod quidam 1. q. 1. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 15. num. 9. vers. idem quoque Rot. decis. 158. n. 4. p. 1. rec.*

Non obstat, quod pendente reuocatione attentatorum non currant fatalia, seu tempora ad prosequendam appellationem, ac Rota *sub die 12. anni præteriti* dixerit constare de attẽtatis commissis à d. Boccia, quia causa deinde repropositа sub die 18. Februarij proximi præteriti fuit recessum à d. decisione, ac resolutum non constare de attentatis. Vnde cum

Vas-

Vassallus succubuerit in Iudicio attentatorū
illorum exceptio nō impedit rem iudicatam,
6 cum tempora † fatalium currant etiam pen-
dente Iudicio attentatorum, quando petens
illorum reuocationem succubuit, *Lancellott. d. de atlent. 3. part. cap. 30. de priuil. attent. num. 49. Rote decis. 15. aliàs 102. de appellat. in nou. & decis. 156. num. 4. ad med. par. 2. recent.*

Et ità Boccia solum informante, resolutum fuit.

RAVENNATEN. EMPHYTEVSIS.

Veneris 19. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Quando dicatur constare de deuolutione ob lineam finitam, alienationem factam irrequisito Domino directo, vel ob deteriorationem.

SVMMARIVM.

1 *Successor, & hares idem sunt.*

2 *Nominationis vim habet institutio haredis vniuersalis, quando non agitur de praiudicio alterius vocati in casum non facta nominationis.*

3 *Primò Acquirenti an quis succedat titulo particularis nominationis sine titulo institutionis nihil refert*

4 *Masculinum non concipit fœmininum in contractibus stricti iuris.*

5 *Masculinum non valet concipere fœmininum in contractu Emphyteusis Ecclesiastica.*

6 *Emphyteusis concessa per verba indifferentia, & communia vtrique sexui comprehendit etiam fœminas.*

7 *Verba concepta sub termino communi puta, homini persona, & simili &c. comprehendunt vtrumque sexum masculinum scilicet, & fœmininum.*

8 *Terminus seu nomen, Successor est commune masculo, & fœmina non solum iuxta grammaticalem declinationem, sed etiam iuxta legalem sensum.*

9 *Qualitas adiecta seu imposita alicui verbo, solet alterare proprietatem verbi ratione compositionis.*

10 *Qualitas adiecta alicui nomini, quod est commune vtrique sexui ex vi nominis communis cui adiicitur fit communis, & complectitur vtrumque sexum.*

11 *Fœmina venit etiam appellatione hominis.*

12 *Adiectiuum, quicumque licet masculini generis cōprehendit etiam fœminam ex vi substantini, homo, cui adiicitur.*

13 *Adiectiuum Quacumque licet fœminini generis si adiicitur verbo persona, comprehendit etiam masculum ex vi nominis persona, cuius appellatione, ex proprietate sermonis etiam masculi continentur.*

14 *Personarum appellatio tam masculi, quam fœmina continentur.*

15 *Verba contrahentium in dubio interpretationem recipiunt à statuto seu consuetudine.*

16 *Bona emphyteutica quamuis Ecclesiastica vigore bonifaciana possunt ad instar allodialium alienari.*

17 *Emphyteuta quoties libere bona emphyteutica potest alienare non incurrit caducitatem ob alienationem factam irrequisito Domino directo si aliter in instrumento concessionis, non fuerit conuentum.*

18 *Concordia inita inter clerum, & Populum Rauennaten. confirmata per Bonifacium Octauum circa alienationem bonorum emphyteuticorum, qua bona comprehendat.*

19 *d. Concordia seu Bonifaciana comprehendit etiam cines ex priuilegio, & cohabitatione longa.*

20 *Deterioratio bonorum nequit dici probata nisi probato statu antecedenti.*

21 *Deuolutio ob deteriorationem; vt pratendi valeat requiruntur tria copulatiue nempe deterioratio magna, quod sit in proprietate, & quod processerit ex dolo.*

DECISIO DCVII.

CVM Abbas Ecclesiæ S. Ioannis Ciuitatis Rauennæ Dominus directus Palatij, de quo agitur, prætenderet illud fuisse deuolutum, Causam superhuiusmodi deuolutione prius in partibus, deinde in Rota in gradu appellationis introduxit. Quocirca Causam mihi commissa posui dubium An constaret de d. deuolutione, & negatiuè resolutum fuit.

Ex triplici enim causa prætendebatur dicta deuolutio, quarum prima erat ob lineam finitam, secunda ob alienationem factam irrequisito ipso Abbate Domino directo, tertia ob deteriorationem eiusdem Palatij, sed nulla ex illis visa fuit subsistere.

Non prima ob lineam finitam, ex quo
Laurentius Rugerius vltimus inuestitus de-
cesserit sine filijs, & nepotibus. Quoniam
emphyteusis fuit concessa dicto Laurentio nō
solum pro se, filijs, & Nepotibus, sed etiam
pro vno successore, vt liquet ex Instrumento
d. concessionis. Cumque idem Laurentius in
Testamento sub quo decessit, instituerit hæ-
redem vniuersalem Angelam eius sororem
nunc viuentem, dicta Emphyteusis non po-
test dici deuoluta ob lineam finitam, cum
appellatione successoris veniat etiam is qui
succedit titulo institutionis vniuersalis cum
1 idem sit dicere successor, † ac hæres *Rebuff. in
l. haredis appellatione 65. col. 1. vers. amplia idem
esse de verb. signifis. Menoch. cons. 1033. num. 6. Fu-
sar. de substit. q. 339. num. 14.* hæredis namque
2 vniuersalis† institutio habet vim nominatio-
nis quando non agitur de præiudicio alterius
vocati in casum nō factę nominationis prout
distinxit, *Rota in Romana officij scriptoria impress.
post Pacific. de salu. decis. 150. num. 1. & 2. iuxta
modern. impress.* præsertim quia in concessione
Emphyteusis, de qua agitur, non fit mentio
de nominatione, sed dicitur simpliciter pro
vno successore cū nihil referat an titulo par-
3 ticularis nominationis, † an vero institutionis
vniuersalis, quis succedat primo acquirenti
*Bald. in l. emptorem num. 2. C. locat. Peregr. de fideic.
art. 32. nu. 89. Caldas. de nominat. emphyt. lib. 2. q. 24.
num. 1. & seq. & in specie huius Emphyteusis fuit
dictum in Rauennaten. Emphyteusis 16. Februarij
1618. coram bo: me. D. meo Seleucien.*

Non obstat, quod illa verba, pro vno successore, intelligantur solum de successore masculo, ex eo quod in cōtractibus stricti Iuris-

4 qualis est Emphyteusis, masculinum † non
concipit fœmininum iuxta magis receptam
sententiam Doctorum quos cumulat *Cantuc.
decis.125. num.1. & seqq. par.2. diuers. Rot. coram
Seraph.decis.604. & decis.1487. vtrobique num.2.
Mantic. de tacit.lib.22.tit.14.num.1. & seq. Mare-
scott.var.resol.lib.1.cap.2. num.1. & 5.* præsertim
5 in Emphyteusi Ecclesiastica, in qua † mascu-
linum non solet concipere fœmininum ne
fiat præiudicium Ecclesiæ *Rot.d.decis.125.n.20.
part.2.diuers. Mant.d.tit.14.num.4. Marest.d.1.par.
num.2.3. & 4. & fuit dictum in Mantuana Emphy-
teusis 7. Iunij 1638. coram me.*

Quoniam d. communis opinio non proce-
dit quoties emphyteusis etiam Ecclesiastica
6 est † concessa per verba indifferentia, & com-
munia vtrique sexui, quia tunc illa compre-
hendit etiam fœminas *Mantic. de tac.tit.14. nu-
mer.22.vers. nam ille terminus Rot.d.decis.125.nu-
mer.36. & 37.par.2.diuers. Marescott. var.d.lib.1.
cap.2. num.11. & seqq.* Verba enim concepta
7 sub termino communi, † puta homini, per-
sonæ, & simili comprehendunt vtrumque
sexum masculum scilicet, & fœminam ex
proprietate sermonis, non autem ex interpre-
tione, vel extensione, *Bart. in l.1. num.2. vers.
dic ergo, & ibidem Alciat. in princ. ff. de verb. si-
gnif. idem Bart. in l. si quis in tantam num. 4. vers.
quandoque habemus C. vnde vi Card. in Clem. 1.
q.5.n.8.vers.dic quod quandoq; de elect.Gabr.de verb
signific.conclus.6.nu.43.Tiraquell. de retract.lignag.
§.1.glos.9.num.227. Rot.d.decis.125.num.36. vers.
vnde intrat par.2.diuers.* Vnde cum Emphyteu-
sis, de qua agitur fuerit concessa etiam pro
vno successore, comprehendit etiam fœmi-
8 nam, cum terminus, † seu nomen, successor
sit commune masculo, & fœminæ, & de
vtroque sexu æqualiter prædicetur non solū
iuxta Grammaticalem declinationem, hic &
hæc successor, vt in specie probat *Menoch. con-
sil.1053.num.5.* Verum etiam iuxta sensum le-
galem, in quo ista vox, successor, promiscuè
vsurpatur ad significandum siue masculum,
siue fœminam alteri succedentem, *vt in §.le-
gatarijs 11.Instit. de testam.ordin.l. vlt.ff. de except.
rei vend. & tradit l. fluminum 24. §. adijcitur ff. de
damn.infect.l.1. §.quod ait Prætor vers. legatorum ff.
quor.legat.l, sed & eius rei 25. in fin.ff famil.hercis.
l. sine interrogatione 9.§.illud quæritur circa med.ff.
de interrog. in iur.facien.l. si pro fure 7. in fin. ff. de
condict.furt.l. annuam pecuniam 6. in princip. ff. de
ann.legat.l. quod ipsis 143.ff. de reg.iur. & alibi.*

Nec resistit, quod huic nomini, successore,
præcedat illud adiectiuum vno, quod vti ma-
sculini generis videtur qualificare nomen,
successore, illudque restringere ad significa-
9 tum masculinum, cum qualitas † adiecta
seu composita alicui verbo, soleat alterare
proprietatem verbi ratione cōpositionis *iuxta
doct. Bart. in l. si qui Posthumos. 9.§. si filium nu.3.
ff. de liber. & posthum.Surd.cons.443.nu.24. & 25.
Gabr.cons.132.quæst.4.num.381. lib.1.* Quia præ-
dicta procedere possent quando qualitas adiū
gitur alicui nomini, quod est merè masculi-
num, secus autem quando, *prout hic*, adiun-
gitur alicui nomini, quod est cōmune vtrique
sexui ex propria significatione, quia tunc qua-
10 litas † adiecta ex vi nominis communis cui
adiicitur, fit communis, & complectitur
vtrumque sexum *iuxta doctrinam, Bart. in d. l. 1.
num.2. vers. aut istud signum ff. de verb. signific. &
in d.l. si quis in tantam num.4. vers. habemus qua-
dam C. vnde vi*, vbi ait quod si adiectiuum,
quisquis aut quicunque proferatur cum no-
mine communi homo, & sic dicatur quis-
quis, vel quicumque homo, illud adie-
ctiuum quisquis, complectitur masculum,
11 & fœminam ex vi nominis, homo, † cuius
appellatione ex propria significatione etiam
fœmina continetur *l. hominis de verb.signif. Idē-
que docet Bald.in l.quicunque n.10.C.de seru.fugitiu*
Vbi ponderans verba, quicunque homo, no-
tat quod illud adiectiuum, quicunque, licet
12 masculini generis † comprehendit etiam fœ-
minam ex vi substantiui homo, cui adijcitur,
prout e conuerso adiectiuum quæcunque li-
cet fœminini generis si adiungatur verbo,
personæ, comprehendit etiam masculum ex
13 vi nominis, persona, cuius † appellatione
ex proprietate sermonis etiam masculi signi-
ficantur *vt notat idem Bald. in d.l. quicunque n.11
C. de seru.fugit.*

Prædictaque facilius procedere videntur in
casu isto. Tum quia illud adiectiuum, vno
adiunctum nomini substantiuo (successore)
non videtur adiectum ad qualificandam per-
nam successoris, vt scilicet iste deberet esse
masculus, & non fœmina, sed potius ad ex-
primendum numerum personarum, quibus
Emphyteusis in defectum filiorum, & Nepo-
rum Laurentij primi acquirentis concedeba-
tur. Tùm etiam quia d. Emphyteusis fuit cō-
cessa simpliciter pro filijs, & Nepotibus, nul-
là adiecta qualitate masculinitatis, quæ de-
clararet, seu restringeret sequentia verba (&
pro vno successore) ad successorem mascu-
lum. Tùm etiam quia in Ciuitate Rauennæ
extat Concordia inita inter Clerum, & Po-
pulum Rauennateñ confirmata per Bonifa-
cium Octauum, vulgo Bonifaciana nuncu-
pata, cuius vigore bona Emphyteutica pos-
sunt concedi etiam extraneis personis, qua-
14 rum appellatione † tàm masculi, quam fœ-
minæ continentur *Bald. in d.l. quicunque n. 11.
vers. persona enim C. de seru.fugit. Dec. cons.495.
num.4.tom.2.Gomes. super reg. de idiom.q.2.num.2.
Gonzal. ad reg 8.glos.4.num.199.*

Quoties autem in aliquo loco extat statu-
tum, aut consuetudo, quod fœminæ pariter
& masculi admittantur ad Emphyteusim ve-
15 niunt etiam fœminæ, cum verba † Contra-
hentium in dubio accipiant interpretationem
à Statuto, vel consuetudine, adeout secun-
dum illorum dispositionem intelligatur facta
concessio *Bart. in l. vt Iusiurando §. si liberi n.5.
ff. de opert.libert.Bero.cons.95.num.12.vers. si vero
verba lib.1.Brun.qui de communi attestatur in tract.
quod stant.mascul.8.art.105. cum seqq.Gabr.d.concl.
num.90.Corbul. de caus.priuat. ob lin. finit.num.30.
Marescott.uar d.lib.1.cap.2.num.9.*

Neque visa fuit subsistere altera causa de-
uolutionis ob alienationem factam irrequisi-
to

te Domino ex eo quia d. Angela mediante transactione cesserit huiusmodi bona Emphyteutica Hieronymo fratri, qui deinde illa vendidit Syluerię Monaldinę irrequisito ipso Abbate, quoniam illa cessat ex dicta Bonifaciana, propter quam bona Emphyteutica
16 etiam † Ecclesiastica possunt liberè alienari ad instar Allodialium, prout etiam in specie aduertunt *Ancharan.conf.393.colum.2. sub n.3. uers. item Indultum Apostolicum & uers. sequen. Hippolit. Riminald.conf.158.num.40.nolum.5. Rota coram Buratt.decis.87. num.1. & in d. Rauennaten. Emphyteusis coram b.m. D. meo Seleucien. in §. fuit etiam allegata Bonifaciana*; Vnde intrat alia conclusio, quod vbi viget statutum, vel consue-
17 tudo in aliquo loco, vt Emphyteuta † liberè alienare possit bona emphyteutica, non inducitur caducitas ob alienationem factam irrequisito Domino, nisi fuerit aliter conuentum in Instrumento concessionis *Bald.conf.90 num.6.uol.1.Curt.Iun.conf.158.num.8.cum alijs allegatis per Corbul.de caus.priuat.ob alienat.limit.32. num.1.*

Nec releuat, quod dicta Concordia tam-
18 quam † inita tercentum ab hinc annis, & vltra, non videatur comprehendere bona de quibus agitur; concessa dicto Laurentio de anno 1633. *iuxta decisionem Rauennaten. concursus 28. Nouembris 1623. coram R.P.D. Merlino, quæ est decis.94. nu.8. post Merlin. de legit.* Quia cum hæc vltima concessio non sit noua, sed renouatio præcedentium Inuestiturarum, militat præsumptio, quod bona de quibus agitur, essent Emphyteutica de tempore Bonifatianæ donec contrarium doceatur.

Minus releuat, quod dicta Bonifaciana suffragetur solum Ciuibus Rauennatensibus, quales dicuntur esse dd. Angela, & Hieronymus. Quia vltra quod contrarium colligitur ex eo quod d. Laurentius communis frater fuit Ciuis Rauennatensis sufficit illos habitasse spatio decem annorum, & vltra in Ciuitate Rauennatensi adhoc, vt Concordia illis suffragetur, cum illa habeat locum
19 non † solum in Ciuibus originarijs, sed etiã ex priuilegio, & habitatione longæua decem annorum, vt in specie tradunt *Paris. conf.108. n.49.lib.1. Menoch.conf.737.n.8. lib,8.& fuit dictũ in d. Rauennaten. Emphyteusis coram bo.me. D.meo Seleucien.*

Altera denique causa deuolutionis ex capite deteriorationis neque pariter visa fuit subsistere, tùm quia Testes ex aduerso examinati non deponunt de statu antecedenti bonorum de quibus agitur prout deponere deberent ad
20 hoc vt dicatur probata illorum† deterioratio *Iosepb Ludon. decis. Perus.22. num.3. Seraph.decis. 1453. num.5. Ciriac. controu. forens. controu.268. num.4.* Tùm etiam quia non concurrunt tria copulatiuè requisita adhunc effectum, vide-
21 licet quod † deterioratio bonorum, de quibus agitur sit magna, quod sit in proprietate, & quod processerit ex dolo, & lata culpa *Corbul. de caus.priuat. ob rei deteriorat. num.24 Rimin.Iun.conf.315.num.22.Conar.d.cap.268.n.10 Seraph.d.decis.1453. num.7.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DONATIONIS.

Ven. 19. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Contractus Mulieris certis non adhibitis solemnitatibus licet corruat secus est si accedat licentia Principis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus mulieris ob non seruatas formas Statuti corruit.*
2 *Licentia Principis supplet omnes solemnitates.*
3 *Industria vnius quando fuit electa, tunc alter supplere nequit.*
4 *Notariorum attestationibus circa stylum plurimum deferri solet & num.5.*
6 *Subrogatus subintrat in iuribus illius in cuius locum subrogatur.*
7 *Mulier iuxtà dispositionem iuris communis potest inire quemcumque contractum etiam donationis absque solemnitatibus.*
8 *Pro decreto Iudicis seù alterius pro eo præsumitur itaquod qui dicit illud non adhibitis requisitis fuisse inter positum probare tenetur.*
9 *In mandato Procuræ mulieris sufficit fuisse adhibitas solemnitates statuti loci in quo mandatum fuit stipulatum.*

DECISIO DCVIII.

SVB die 3. Iulij 1638. fuit resolutum in ista causa donationem scut. 126. annuor. aliàs à D. Lucretia Pia factam ad fauorem Io. Pauli Claraualli, & eius filiorum mediante persona D.Marci Antonij Vrsini eius Procuratoris ad hunc effectum constituti esse inualidam, ex eo quia in stipulatione mandati procuræ ad donandum non fuit adhibitus vnus ex Magistratibus deputatis à Statuto nouo Florentino ad authorizandum obligationes mulierum loco Mundualdi olim requisiti à
1 Statuto antiquo. Vnde contractus † ob non seruatam huiusmodi formam dicebatur corruere ex dispositione eiusdem Statuti Noui irritantis actus alitèr gestos iuxtà doctrinam *gloss. in Clem.1. uers. nullo modo de stat. & qualit. Bald. in l.1. num. 2. uers. in contrarium de liber. & posthum.* cum alijs in d. decisione allegatis.

Sed hodie iterum posita causa super iisdem DD. ex nouitèr deductis recesserunt à decisis.

Nam licet in stipulatione d. mandati non fuerit adhibitus vnus, ex Magistratibus deputatis à d. Statuto nouo. Attamen cum d.Lucretia haberet licentiam à Serenis. Magno Duce Hetruriæ contrahendi adhibito vno ex Cancellarijs loco Magistratus, & ipsa vigore d. facultatis constituerit d. Procuratorem cum interuentu ipsius Officialis deputatio eiusdem Procuratoris benè sustinetur vti facta seruatis
2 seruandis, cum licentia † Principis suppleat omnes solemnitates *l.omnium C.de testam.Oldrad conf.257.nu.13.Dec.conf.341.nu.12. Paris.conf.24. num.4.lib.4. Gabr. conf.161. num.19. lib.1. Pic. ad statut.Vrb.gloss.7.num.196.Rota decis.461. num.13. par.1.recent.*

 Non

Non obstat quod in deputatione d. Procuratoris non interuenerit Cancellarius, sed Vicecancellarius, & ideo non videatur seruata forma d. licentiæ requirentis interuentum
3 Cancellarij, cum electa industria † vnius alter supplere nequeat, vt firmatur in d. decisione, & notatur *in l.inter Artifices ff. de solut.* Quia ex Iuribus nuper productis constat Vicecancellarium, qui interuenit in d. mandato procuræ non fuisse deputatum ab ipso Cancellario, vt supponebatur, sed ab ipso Magno Duce. Vnde idem Vicecancellarius rectè potuit interuenire in constitutione d. Procuratoris, quamuis ipsa D. Lucretia constituens haberet licentiam contrahendi cum interuentu Cancellarij, quia iuxtà inueteratam obseruantiam illarum partium contractus Mulierum indistinctè celebrantur cum interuentu sinè Cancellarij, siuè Vicecancellarij etiam in casibus, in quibus licentiæ Magni Ducis loquuntur de Cancellario nulla facta mentione Vicecancellarij, prout attestantur quamplures Notarij Florentiæ etiam de proprio roglu plurium Instrumentorum cum interuentu solius Vicecancellarij, & in specie Dominici de Laschis, qui vti Vicecancellarius interuenit in d. mandato procuræ, quibus attestationibus quamuis extraiudicialibus visum fuit esse deferendum in probatione huiusmo-
4 di stili † iuxtà notata per *gloss.in l.3.in verb. consuetudini C.de Episc. audien. Butr.in cap.vlt.nu.47. de consuetud.Greg.XV.decis.484.nu.5.& decis.124. num.13.par.5.recent.* cum aliis decisionibus relatis *in Perusina dotis* 17. *Maij* 1632. *in fine coram*
5 *me*, & in specie probationis † obseruantiæ interpretatiuæ *Rota coram Buratto decis.930.nu.10.* Præsertim cum singuli fere Notarij testentur se ita rogatos fuisse *Rota decis.525.num.5. par.2. recent. & in Aquinaten. Prioratus* 10. *Aprilis* 1632. *coram Reuerendiss. D. meo Pirouano Decano, & in Meleuitana pensionis* 18. *Februarij* 1636. *coram R. P. D. meo Ghislerio*.

Nec visum fuit refragari alterum d. decisionis fundamentum nimirum quod prædicta licentia tamquam indefinitè concepta pro faciendis contractibus non comprehendat facultatem donandi, quæ solet esse magni præiudicij. Quia Statutum nouum prohibens Mulieres contrahere sine interuentu vnius ex Magistratibus in eo deputatis loquitur paritèr indefinitè de cōtractibus; vnde vel illam comprehendit vel non comprehendit; Si comprehendit, illos paritèr comprehendere debet, ipsa licentia contrahendi, quæ non alterat dispositionē Statuti nisi solū in eo quod loco vnius ex Magistratibus possit contrahi cū interuentu Cancellarij, seu Vicecancell. qui ideò tamquam subrogatus vni ex Magistratibus potuit interuenire in d. mandato procuræ ad donandum, quemadmodum idem Magistratus in-
6 teruenire potuisset, cum subrogatus † subintret in iuribus illius in cuius locum subrogatur *cap. Ecclesia 3. vt lit. penden. Rip. respos.3. de elect. Paris.consil.42. num.17. lib.1. Surd.consil. 42. num.11. Rota decis.413.num.8.par.3. Rota decis.252.num.4. par.5. recent.* Aut vero Statutum non comprehendit contractus donationis, & tunc versaremur in terminis dispositionis iuris com-
7 munis, iuxtà quam Mulier † potest inire quemcumque contractum etiam donationis absque alia solemnitate prout in terminis donationis firmat *text.in l.velles C. de reuoc. donat.*

Minus obstat quod Statutum vltra interuentum Magistratus disponat quod ille non valeat suam authoritatem interponere nisi per diem ante contractum viderit, vel curauerit videri à Cancellario minutam ipsius cōtractus, ad hoc vt omnia fiant præuia cognitione causæ. Hic autem non probetur talem visionem factam fuisse. Quia cum ex lectura eiusdem mandati procuræ constet Vicecancellarium, qui loco Magistratus interuenit interposuisse suum decretum adhibita causæ cognitione, militat præsumptio illum vidisse
8 minutam d. mandati, aliasque † solemnitates pro validitate illius seruatas fuisse, adeout alleganti contrarium incumbat onus probandi tamquam fundamentum suæ intentionis vt in his terminis dixit *Rot.decis.62.num.1.post Pic. ad Stat. Vrb.*

Denique non obstat quod Procurator constitutus à D. Lucretia ad donandum in Curia non adhibuerit in Instrumento ipsius donationis solemnitates requisitas in contractibus Mulierum à Statuto Vrbis *lib.1.cap.151.* Quia sufficit quod ipsa D. Lucretia in mandato procuræ ad donandum seruauerit solemnitates requisitas à Statuto Florentiæ, & sic loci in quo
9 dictum † mandatum stipulatam fuit, vt dixit *Rota in Romana Cambiorum* 26. *Martij* 1593. *coram Card. Millino, & in Romana hæreditatis* 14. *Martij* 1604. *coram Litta*.

Et ita vtraq; &c.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 26. *Aprilis* 1641.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ex quibus probata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum emptionis proculdubio probat rem emptam fuisse in bonis acquirentis.*
2 *Possessionis continuatio vsque ad obitum de iure præsumitur.*
3 *Possessio successiua hæredis grauati sufficientèr probat Testatoris possessionem continuatam vsque ad obitum.*
4 *Scriptura contra producentem plene probat.*
5 *Identitas quoties alia demonstrationes concurrunt, ac verificantur non inficitur ex sola discrepantia petiarum circa numerum.*
6 *Identitas bonorum in antiquis probatur ex duabus demonstrationibus quamuis vna generali altera particulari.*
7 *Identitas bonorum plenè concluditur quando præter demonstrationes generales verificantur dua ex tribus particularibus.*
8 *Minor quantitas sub maiore inesse dicitur.*
9 *Plus, & minus non faciunt differre speciè.*

10 *Per.*

10 *Per confinium diuisionem discernitur bonorum diuersitas.*

11 *Territoria vnius loci sæpe denominantur à contrada alterius laci cohærentis nec huiusmodi promiscua denominatio inficit identitatem quando alij confines verificantur.*

12 *Finis, seù confinis non est idem cum prædio confinato.*

13 *Catastrum de per se solum non probat.*

14 *Bonis fideicommissarijs alienatis si fuerit adiectum pactum redimendi secuta redemptione reincidunt in primam causam fideicommissi.*

15 *Redimens rem vigore pacti censetur illam habere non ex nouo titulo redemptionis sed ex præcedenti titulo fideicommissi.*

16 *Legatum factum pro alimentis est præstandum ex fructibus bonorum non autem ex eisdem bonis.*

17 *Bona empta à Testatore anticipata solutione sunt subiecta fideicommisso.*

18 *Hæres grauatus existentibus pecunijs hæreditatis non potest pro solutione legati distrahere stabilia.*

DECISIO DCIX.

CVM Alexander Iunior de Sinibaldis ite-
tum controuerteret identitatem trium
corporum fideicommisso q. Federici de Sini-
baldis subiectorum, nimirum portionis vnius
Domus sitæ Auximi, alterius portionis Mo-
lendini in flumine Muscionis, ac Prædij Mon-
tisfreddi., posito desuper particulari dubio
sub die 28. Ianuarij præteriti, DD. firmarunt
identitatem quoad portiones domus, & Mo-
lendini, reseruato de illa videre quoad Præ-
dium, super qua hodie reassumpta disputatio-
ne, de illa etiam constare responderunt.

Nam quod Prædium hodie possessum à d.
Alexandro fuerit in bonis Federici fideicom-
mittentis liquet ex Instrumento emptionis il-
lius factæ per d. Federicum de anno 1530.
1 quod † proculdubio probat illud fuisse in bo-
nis eiusdem Federici acquirentis *Fusar. de sub-
stit. qu. 618. num. 4. Natt. cons. 235. num. 1. Peregr. de
fideic. art. 44. num. 4.* cum alijs cumulat. *in d. deci-
siona die 1. Ianuarij anni preteriti §. Respectu deniq;
Prædij &c.*

Quodque illud fuerit possessum ab eodem
Federico vsque ad eius obitum non solum de
2 iure † præsumitur *l. 3. §. in amittenda ff. de acquir.
poss. l. siue possidetis C. de probat. Rota decis. 279. n. 14.
par. 5. recent.* Verum etiam probatur ex Instru-
mēto locationis eiusdem Prædij factæ de anno
1536. à Tutore Alexandri Senioris eiusdem
Federici filij, & hæredis grauati, hæc enim
3 successiua hæredis grauati possessio † sufficien-
ter etiam probat Testatoris possessionem con-
tinuatam vsque ad obitum *Marescott. var. lib. 1.
cap. 12. num. 12. Peregr. cons. 48. num. 13. lib. 1. Fusar.
d. qu. 618. num. 45. Rota decis. 709. num. 2. par. 2. &
decis. 160. num. 1. & seq. par. 5. recent. & in Bononień
fideicommissi de Glauarinis 23. Ianuarij 1636. coram
R. P. D. meo Ghislerio.*

Quibus accedit Planta exaduerso in actis
producta, in qua d. Prædium describitur cum
finibus designatis in Instrumento emptionis,
4 quæ Planta † contra ipsum Alexandrum pro-
ducentem plene probat *l. Publia §. final. ff. de po-
sit. Surd. cons. 5. num. 37. Alb. cons. 59. num. 11. Pedem;
decis. 39. num. 23. Rota. decis. 352. num. 3. par. 3. rec.*.

Neque obstare visa fuerunt ea, quæ dedu-
cebantur ad excludeñ identitatem ex eo quia
Instrumentum emptionis discrepet à Planta,
quoad numerum petiarum, quoad confinia,
& quoad mensuram.

Nam quoad numerum petiarum non ob-
stat quod Instrumentum contineat tres petias
terræ, Planta verò duas. Quia fuit animad-
uersum primam, & secundam petias descrip-
tas in instrumento concordare cum secunda
Petia descripta in Planta in tribus confinibus,
nempè via trauersa, altera via, seù transitu, à
pede, & bonis eiusdem Federici Testatoris
(hodie possessis etiam per d. Alexandrum Iu-
niorem) tertiam verò petiam descriptam in
eodem Instrumento conuenire cum prima
petia designata in Planta in duobus confinibus
nempè in bonis DD. de Florentijs, & via
communi; Vnde cum Prædium descriptum
in Instrumento conueniat cum illo designato
in Planta non solum in generali demonstra-
tione Territorij Auximi, & Contradæ Mon-
tisfreddi; Verum etiam in duabus, ac tribus
respectiuè demonstrationibus particularibus,
identitas illius satis iustificata remanet, licet
quoad numerum petiarum non concordet
5 cum sola † discrepantia circa numerum petia-
rum non inficiat identitatem quando, *prout hic*
aliæ demōstrationes verificantur *Rim. Sen. cons.
429. num. 5. & seqq. lib. 3. Marescott. var. d. cap. 12.
num. 28. Surd. cons. 168. num. 45. Rota decis. 87. nu. 9.
par. 5. recent.*

Quo verò ad confinia non resistit quod illa
designata in Planta non conueniant cum om-
nibus descriptis in Instrumento. Quoniam
obiectum remouetur ex combinatione dd. cō-
finium per DD. diligentèr examinata. Siqui-
dem Superiori, seù primæ petiæ designatæ in
Planta, quæ habet à capite bona de Florentijs,
à lateribus vias publicas, & à pede bona Sacri-
stæ Episcopatus correspondet tertia petia de-
scripta in Instrumento, quæ concordat in dua-
bus demonstrationibus, nempè, in bonis de
Florentijs, & via publica, cæteræ autem non
videntur discordare, cum in Instrumento non
specificentur, sed generalitèr describantur per
illa verba, & alia latera &c. Inferiori verò, seù
secundæ petiæ designatæ in Planta, quæ habet
à capite viam trauersam, à pede aliam viam,
seù transitum, ab vno latere bona eiusdem
Federici Testatoris (hodie paritèr possessa ab
eodem Alexandro) ab alio latere bona alio-
rum correspondent prima, & secunda descri-
ptæ in Instrumento, & concordant in tribus
demonstrationibus, nempè, via trauersa, al-
tera via, seù transitu, & bonis eiusdem Fede-
rici hodie possessis ab eodem Alexandro eius
mediato successore, ex quibus identitas suf-
6 ficienter probari visa fuit, cum illa † deduca-
tur non solum ex vna demonstratione gene-
rali, & altera particulari, quæ in antiquis suf-
ficiunt, etiamsi aliæ discordent, vt compro-
bat *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 45. Rota*

decis.

*decis. 120. num. 5. & 218. num. 3. coram bo: me: Coc-
cino decis. 710. num. 3. par. 1. diuers. decis. 81. num. 17.
decis. 87. num. 10. par. 5. & decis. 236. num. 3. par. 6.*
7 *recent.* Verum etiam ex † duabus, ac tribus re-
spectiuè demonstrationibus particularibus vl-
tra generales, quo casu identitatem plenè, &
concludentèr probari docet *Bart. in l. demonstra-
tio falsa num. 14. ff. de condit. & demonstrat.* quem
passim sequitur *Rota vt in d. decis. 706. num. 4.
par. 2. recent. decis. 678. num. 4. par. 3. decis. 448. nu. 5.
par. 4. decis. 117. nu. 15. par. 5. decis. 59. nu. 5. decis. 98.
num. 9. & decis. 125. num. 19. par. 6.* cùm alijs alle-
gatis in decisionibus huius causę *sub diebus 13.
Ianuarij anni preteriti, & 28. Ianuarij presentis anni
coram me.*

Quo denique ad mensuram, non refraga-
tur quod Prædium descriptum in Instrumen-
to enuncietur septem Salmarum, & trium
quartarum, Prædium autem designatum in
Planta sit maioris quantitatis, ex eo quia su-
perior, seù prima Petia designata in Planta sit
quatuor Salmarum, & vltra; Inferior verò,
seù secunda petia conflata ex prima, & secun-
da descriptis in Instrumento longè excedat
quantitatem aliarum trium salmarum circi-
tèr, quæ deberent esse pro complemento dd.
septem salmarum, ac trium quartarum; Quia
cum Instrumento emptionis d. Prædij inter
alia confinia designentur etiam bona eiusdem
Federici Testatoris, atque etiam possideantur
hodie à d. Alexandro Iuniore tamquam suc-
cessore Alexandri Senioris hæredis grauati,
maior quantitas secundæ petiæ vltra mensu-
ram dd. septem salmarum, ac trium quarta-
rum, super qua fideicommissarij hodie non
insistebant, visa fuit potius comprobare, quam
inficere identitatem, cum illa deseruiat pro
confine illius quantitatis, quæ hodie petitur;
Immò d. maior quantitas salmarum eo faci-
lius comprehendit istam minorem, de qua
hodie agitur, circumdatam prędictis confini-
8 bus, cum sub maiori quantitate † minor mes-
9 se dicatur, nec plus, † & minus faciant rem
differre specie, vt in terminis aduertit *Decian.
cons. 17. num. 9. in fin. cum seqq. lib. 3.* quem sequi-
tur *Rota d. decis. 87. num. 8. par. 5. recent.* Eoque
magis cum d. maior quantitas non sit incor-
porata, neque commixta cum ista minori po-
sita in eadem secunda petia, sed bene distin-
guatur ab illa, maneatque seiuncta in angu-
lo eiusdem petiæ prope viam trauersam, & al-
teram viam, seù vallatum ex quibus vna
10 quantitas † ab alia bene dignoscitur, & om-
nis tollitur confusio *Rota decis. 236. nu. 10. par. 6.
recent.*

Nec releuat quod ista secunda petia se ex-
tendat etiam ad contradam Sancti Dominici.
Quia ex inspectione eiusdem Plantæ liquet
contradam S. Dominici esse positam in extre-
mitate d. petiæ vti cohęrentem ipsi contradæ
Montisfreddi, & proinde non elidere identi-
11 tatem cum sæpe territoria † vnius loci deno-
minentur etiam à contrada alterius loci cohę-
rentis, nec huiusmodi promiscua denomina-
tio inficit identitatem quando, *prout hic*, alij
confines verificantur *Rimin. Sen. d. cons. 429. n. 4.
& 9. lib. 3. Petr. de fideic. qu. 12. sub num. 1271. Rota
decis. 118. num. 10. par. 5. recent.*

Neque obstare visę fuerunt duę acquisitio-
nes, quæ dicebantur factę per Alexandrum
hæredem grauatum in eadem contrada Mon-
tisfreddi. Nam prima acquisitio salmarum
duarum, & vltra facta de Mense Nou. 1536.
titulo emptionis à Franceschinis non com-
prehendit petias, de quibus agitur, tamquam
omnino diuersas, vt apertè colligitur tàm ex
collatione confinium descriptorum in Instru-
mentis, quam etiam ex eo quod idem Ale-
xander hæres grauatus de mense Aprilis eius-
dem anni 1536. & sic ante d. acquisitionem
factam à Franceschinis locauit petias, de qui-
bus agitur prius acquisitas per Federicum Te-
statorem eius Authorem titulo pariter emp-
tionis à Io: Baptista de Grimaldis cognomi-
nato Piceno, ac denique ex eo quod in Instru-
mento præcedentis acquisitionis factæ per Fe-
dericum Testatorem assignantur pro confine
bona de Franceschinis, in posteriori verò ac-
quisitione facta per Alexandrum grauatum
ab eisdem Franceschinis, assignantur pro con-
fine bona eiusdemmet Alexandri hæredis gra-
uati, qui tunc iam successerat Federico in ter-
ris, de quibus agitur, per ipsum antea acqui-
sitis à Piceno. Certi autem iuris est finem
12 non † esse idem cum Prædio confinato, sed
illud terminare, & esse inter se omnino diuer-
sa iuxtà tradita per *Hieronym. à Mont. de finib.
cap. 15. num. 2. & seq. & cap. 101. num. 4. Rota in Nu-
cerina Prædij 29. Maij 1623. coram Nauarro & in
d. decis. 136. num. 6. par. 6. recent.*

Altera vero prætensa acquisitio vnius Sal-
mæ circitèr facta ab illis de Pestilentia non
fuit habita in consideratione, cum illa dedu-
catur dumtaxat ex Catastro Communitatis
13 Auximi quod † ex se solum non probat *Cra-
uett. de antiquit. tempor. §. 4. limita num. 71. par. 1.
Paris. cons. 104. num. 169. Alex. cons. 10. num. 5. vers.
non probatur lib. 4. & cons. 147. num. 6. vers. licet in-
ter alias lib. 5. Rota post Cenc. de cens. decis. 16. nu. 5.*

Denique non obstat quod Federicus Testa-
tor in codicillis reliquerit annuum victum in
eius domo Tarquinio Sinibaldo, & quatenus
iste nollet in domo hæreditaria permanere
Florenos 400. quodque Alexander hæres gra-
uatus pro solutione huiusmodi legati assigna-
uerit eidem Tarquinio petias, de quibus agi-
tur, illasque deinde pro eodem prætio rede-
merit. Vnde inferebatur dd. petias censeri ac-
quisitas ad fauorem ipsius Alexandri redi-
mentis, & sic fuisse exemptas ab onere fidei-
commissi. Quia fuit animaduersum assigna-
tionem dd. petiarum factam fuisse d. Tarqui-
nio non simplicitèr, aut liberè, sed cum pacto
inter alia illa redimendi quandocumque. Vnde
14 dd. petiæ † sequuta illarum redemptione vi-
gore d. pacti reinciderunt in primæuam cau-
sam fideicommissi *iuxtà l. si vnicus §. Pactus ne
peteret* ibi, sed formæ suæ redditur *ff. de pact. &
l. filio quem Pater ff. de liber. & posthum.* cum alijs
adductis *per Tiraquell. de retract. Lignag. §. 19.
gloss. 2. num. 4. Dec. cons. 88. num. 3. Menoch. cons. 33.
num. 9.* & in terminis tradit *Crauett. cons. 202.
num.*

num.7.& per tot. quem refert, & sequitur *Pere-*
grin.conf.38.num.1?. & seqq. lib.4. & de fideicom.
art.40.num.3.& artic.42.nu.21.& 22.Fusar.q.531
num.93.& qu.629. num.3. qui eam assignant ra-
15 tionem, quia redimens † rem vigore pacti
censetur illam habere non ex nouo titulo re-
demptionis, sed ex præcedenti titulo fidei-
commissi, vt in similibus terminis fuit dictum
in Bononien. fideicom. de Glauarinis 5. Iunij 1637.
§. Nam fuit responsum, vers. quapropter coram R.
P. D. meo Royas.

Prædictaque facilius procedunt in casu isto.
Tùm quia huiusmodi legarum vti factum
16 pro alimentis erat soluendum ex † fructibus
bonorum, non autem ex eisdem bonis *l. eisdem*
bonis l. Ius alimentorũ §.1. vbi Pupill.educ.deb.l.pe-
nult.ff.de alim.& cibar.legat. l. Imperator ff.ad Tre-
bellian. & ibi *Bart.num.4. Castren.num.8. Cuman.*
conf.30.num.4. & latè *Surd. de aliment.tit.4. qu.9.*
num.1.& seqq.

Tùm etiam quia ex iuribus datis in Sum-
mario apparet Federicum Testatorem reli-
quisse in eius hæreditate vltrà animalia, fru-
menta, aliaque iura annuos prouentus qua-
tuor annorum per ipsum emptos de anno
1531. anticipata solutione vna cum Ioanne
Ludouico de Floribus à Communitate Au-
ximi pretio florenorum sex millium, eosque
fuisse deinde exactos per Alexandrum hære-
dem grauatum, qui prouentus tamquam
17 empti † à Testatore anticipata solutione erant
subiecti fideicommisso *Alciat. conf.155. lib.9.*
Mantic.de coniect.lib.7.tit.10.nu.4.Peregrin.art.49.
num.73. Fusar.qu.626. num.10. Et consequentèr
existentibus pecunijs in hæreditate Test toris,
18 hæres † grauatus non poterat pro solutione
d. legati alienare Prœdium, de quo agitur,
in præiudicium fideicommissi *l.1. §. Mulier ff.*
de ventr.in possess.mitten. & ibi *gloss.in verb.consu-*
euerunt Gratian.discept.570.num.12.Rota in Roma-
na fideicommissi 18. Iunij 1618. coram Remboldo
cum alijs per *Add. ad Greg.XV. decis.229. num.6.*

Er ita vtraque parte informante fuit deci-
sum &c.

IANVEN. PECVNIARIA seù ATTENTATORVM.

Lunæ 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Consecutiuorum de Attentatorum materia.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sine lite non dantur.*
2 *Attentata gesta post auocationem causæ.*
3 *Inhibitio rotalis siue iusta siue iniusta est timenda.*
4 *Attentati non dicuntur actus gesti in executionem al-*
terius actus non attentati. Sed hoc limita quando
inter actum non attentatum & alterum consecutiuũ
intercessit inhibitio specialis num. 5.
6 *Inhibitio superueniens post tres conformes & rem iu-*
dicatam reddit attentatam executionem factam
vigore trium confor-mium ac rei iudicatæ si illa
fiat post inhibitionem.
7 *Inhibitio facit illicitum quod alias licuisset.*
8 *Regula quod qui continuat non attentat non procedit*
quoties causa reperitur specialiter commissa super
tali continuatione aut super illo actu particulari,
vel inhibitio specialis desuper emanauit, & n.9.
10 *Decreta prouisionalia possunt fieri citra vitium at-*
tentatorum.
11 *Cognitio accessorij, spectat ad Iudicem causæ prin-*
cipalis.
12 *Attentata quando sunt clara veniunt reuocanda.*

DECISIO DCX.

IN ista causa emanarunt duæ decisiones
prima sub die 25. Ianuarij 1638. qua fir-
matum fuit sequestrum alias obtentum ab
A.C. sub die 13. Iulij 1632. pro scut. 97. mil.
ad instantiam DD. Franchi Spinulæ, ac Daui-
dis Imperialis contra D. Philippum vna cum
actis factis in Regio Consilio Neapolis pro
executione eiusdem sequestri, nec non man-
datum suspicionis fugæ relaxatum à Vicario
Ianueñ sub die 8. Octobris 1635. pro scut.29.
mil. ad instantiam d.Franchi super bonis eius-
dem Philippi esse attentata. Altera vero sub
die 20. Aprilis anni præteriti, in qua fuit re-
cessum à prima decisione, ac dictum non cõ-
stare de attentatis ex rationibus in vtraque de-
cione deductis; Verum hodie tertio posita
causa super ijsdem, ac facto melius iustificato,
DD. steterunt in primo loco decisis.

Nam licet respectu sequestri obtenti ab A.
C. sub die 13. Iulij 1632. attentata reuera non
adsint cum illo tempore inspecto cõstet fuisse
introductã litẽ in Rota quoad ipsos Franchũ,
& Dauidem, & consequenter cessent attenta-
1 ta, quæ † sine lite non dantur ex iuribus, ac
rationibus in vltima decisione ponderatis in
§.non obstat, quod prædicti Francus, & Dauid.

Nihilominus respectu plurium actorum
gestorum in Regio Consilio Neapolis pro
executione prædicti sequestri, illa tamquam
facta post inhibitionem rotalem non possunt
excusari à vitio attentatorum. Quandoqui-
dem Philippus prætendens tàm d.sequestrum
obtentum ab A. C. quam mandatum suspi-
cionis fugæ relaxatum à Vicario Ianueñ esse
attentata vti facta post commissam causam in
Rota vsque de anno 1630. ad eius instantiam,
seque molestari coram diuersis Iudicibus à
dd. Francho, & dauide vti ass. Creditoribus
adiuit Signaturam sub die 24. Ianuarij 1636.
quæ præuia auocatione à quibuscunque Iu-
dicibus commisit mihi causam cum faculta-
te reuocandi attentata. Cuius Commissionis
vigore fuit expedita citatio cum speciali in-
hibitione, ne ipsi Franchus, & Dauid auderẽt
quidquam innouare coram quouis alio Iudi-
ce sub quouis prętextu etiam sequestri, & mã-
dati de assecurando absque auctoritate Rotæ
quæ inhibitio fuit etiam legitimè exequuta
primo in Curia contra Procuratorem dd.Frã-
chi, & Dauidis sub die 11. Februarij, ac suc-
cessiue in partibus contra Francum sub die

10.Mar-

10. Martij, & contra Dauidem sub die 26. Iunij eiusdem anni 1636. qua tamen Inhibitione Rotali non attenta ijdem Francus, & Dauid insteterunt in Regio Consilio Neapolitano pro intimatione decreti. relaxati contra debitores eiusdem Philippi, ne soluerent illi pecunias, sed deponerent in banco, illudq; cũ effectu intimari fecerunt sub die 30. Ianuarij 1637. contra aliquos debitores, & licet pro parte Philippi sub die 20. Aprilis eiusdem anni fuisset præsentata d. Inhibitio Rotalis in eodem consilio, nihilominus sub die 24. eiusdem mensis ipsi Franchus, & Dauid obtinuerunt expedire executoriales contra Philippi debitores, inter quos Marchio Oiræ vigore dd. executorialium fecit depositum pecuniæ penes eum sequestratæ, qui actus negari non potest quin laborent vitio attentatorum, cum
2 emanauerint non solum post † auocationem causæ, *cap. vt nostrum de appellat. Vbi Præposit. in secundo notab. cap. Pastoralis de offic. deleg. Lancell. de attent. post auocat. caus. cap. 10. num. 1. & 4.* Verum
3 etiam Inhibitionem Rotalem, quæ† siue iusta siue iniusta timeri debet, redditque attentatũ quidquid post illius præsentationem gestum fuit *Lancellott. de attent. post Inhibit. cap. 2. ampliat. 1. num. 1. & seqq. & sæpe Rota respondit vt in Sabinen. Attentatorum apud Marchesf. par. 2. nu. 2. fol. 37. coram Gregor. XV. decis. 435. num. 4. Martin. Andr. decis. 34. num. 6. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 104. num. 2.* & in terminis sequestri fuit dictum in *Pampilonen. bonorum 24. Aprilis 1595. coram Litta, & in Romana attentatorum 19. Februarij 1638. coram me.*

Non obstat, quod prædicti actus emanauerint in executionem præcedentis sequestri obtenti vsque de anno 1632. proindeque vti cõsecutiui ad ipsum sequestrum non attentati,
4 nec etiam ipsi † dicantur attentati iuxta *doctr. Abb. in cap. cum venissent num. 7. de restit. spoliat. Paris. consil. 172. num. 12. lib. 4. cum alijs allegatis in eadem decisione in §. quo vero ad acta quibus addebantur, Franc. in cap. bona memoriæ num. 32. in fine, vers. & sicut non suspendit de appell. & Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. limit. 5. nu. 1. & seqq.* Quoniam prædicta iura non procedunt, quando inter actum non attentatum, & alterum consecutiuum intercessit inhibitio specialis, quia tunc inhibitio superueniens operatur, vt actus factus post illam dicatur at-
5 tentatus, quamuis † esset consecutiuus ad alterum non attentatum, vt declarat idem *Lancellott. d. par. 2. cap. 4. limit. 5. num. 10. & cap. 12. limitat. 40. numer. 14.* & fortioribus in terminis,
6 quod inhibitio † superueniens post tres conformes, ac rem iudicatam reddit attentatam executionem factam vigore trium conformiũ ac rei iudicatæ si illa fiat post dictam inhibitionem, tradit idem *Lancellott. de attent. cap. 20. ampl. 3. num. 2. & ampl. 6. num. 1. & 3. & cap. 30. num. 182. & dixit Rota coram Gregor. XV. dec. 435. num. 3. & coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 104. num. 4.* Ex relata autem facti serie apparet, quod post obtentum sequestrum ab A. C. de anno 1632. superuenit commissio auocatoria, cuius vigore fuit relaxata inhibitio specialis, ac legitimè executa contra dd. Francum, & Dauidem, ne ipsi auderent quidquam innouare coram quouis alio Iudice sub quouis prætextu etiam sequestri, & mandati de assecurãdo absque auctoritate Rotæ; Vnde actus postea gesti pro executione eiusdem sequestri sunt proculdubio attentati, quamuis circumscripta inhibitione tales non essent, cum inhi-
7 bitio † faciat illicitum, quod alias licuisset, *Lancellott. dicta limit. 40. nu. 14. & cap. 20. ampl. 1. per tot.*

Non obstat, quod quis possit continuare in sua possessione, vel alios actus consecutiuos facere non obstañ inhibitione ex regula,
8 quod qui † continuat non attentat, quia dicta
9 regula non procedit † quoties causa reperitur specialiter commissa super tali continuatione aut super illo actu particulari, vel inhibitio specialis desuper emanauit, prout ex doctrina *Ripæ in cap. cum M. Ferrarien. sub num. 191. ante fin. vers. ad istud respondeo de constit. dixit Rota in Tarraconeñ attentatorum 17. Decembris 1607. in §. final. coram bo: me: Coccino, in Gerundeñ administrationis 1. Iuly 1619. in §. secundo fuit responsum coram bo: me: D. meo Seleucieñ, Add. ad Gregor. XV. decis. 203. num. 7. in fine.*

Neque subsistere visum fuit, quod executio dicti sequestri facta fuerit sub die 30. Augusti 1635. & sic ante inhibitionem Rotalem relaxatã de anno 1636. Quia fuit animaduersum plures actus fuisse gestos in Regio Consilio Primo namque Francus & Dauid petierunt, sub d. die 30. Augusti 1635. præceptum contra debitores Philippi ne soluerent illi, sed pecunias in banco deponerent, ac successiuè sub die 3. Septembris eiusdem anni obtinuerunt decretum pro huiusmodi præcepto contra dd. creditores, & isti actus sunt illi, qui præcesserunt Inhibitionem Rotalem emanatam de anno 1636. deinde verò de mense Ianuarij 1637. ac successiuis mensibus eiusdem anni ijdem Francus, & Dauid insteterunt pro expeditione eiusdem decreti, illudque intimari curarunt debitoribus dicti Philippi, ac vigore illius eosdem debitores coegerunt ad faciendum depositum, prout vnus ex illis facere coactus fuit, qui actus tanquam gesti pro reali executione eiusdem sequestri post Inhibitionem Rotalem non possunt excusari ab attentatis ex supra allegatis.

Nec placuit DD. replicatio, quod gesta pro executione, seu expeditione eiusdẽ sequestri emanauerint per modum prouisionis ad vtilitatem vtriusque partis, & ideo tanquam
10 prouisionalia potuerint fieri citra vitium attentatorum *ex traditis à Rebuff. in Constit. Regn. tom. 1. de sent. prouis. in præfat. num. 31. Buratt. decis. 644. num. 8. in fine, vers. 3. considerabat,* quia vltra quod non apparet de huiusmodi vtilitate saltem respectu D. Philippi, obiectum procedere posset nisi adesset specialis Inhibitio exprese præcipiens, ne ipsi Francus, & Dauid auderent quidquam innouare coram quouis alio Iudice sub quouis prætextu etiã sequestri absque auctoritate Rotæ, qua stante Inhibitione partes non debebant adire alium

Iudicem

Iudicem pro ass. prouisione, sed erat recurrendum ad Rotam ad quam spectabat cognitio causæ principalis, cum regulariter cogni-
11 tio accessorij † spectet ad iudicem causæ principalis, *l. cum principalis, ff. de reg. iur. Rebuff. eodem tit. de sent. praind. & prouid. d. num. 31.*

Vnde cum respectu istorum attentata sint
12 clara sequitur illa † esse reuocanda iuxta Rescriptum Signaturæ, *cap. non solum de appell. in 6. Caputaq. decis. 52. num. 2. par. 3. Rota decis. 8. num. 3. post Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 37. & alias sæpe.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 26. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Obligationes minorum sine solemnitatibus statutarijs licet respectu ipsorũ non sustineantur tamen valent respectu fideiussorum, qui vt in principales accesserunt.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris, & si sine solemnitatibus non teneat, sustinetur tamen obligatio tutoris proprio, & principali nomine facta.*
2 *Fideiussoris obligatio iurata, & cum obligatione Camerali operatur, vt fideiussor dicatur obligatus tamquam principalis etiamsi principali nomine expresse facta non fuerit.*
3 *Obligatione principali corruente debet, & corruere obligatio tutoris, seu fideiussoris tamquam illi accessoria.*
4 *Obligatione principali corruente, quod corruat obligatio fideiussoris limitatur, quando fideiussor se obligauit vti principalis.*
5 *Obligatio Cameralis fideiussoris æquipollet obligationi principalis.*
6 *Obligatione principali deficiente, quod corruat obligatio accessoria procedit in contractu simpliciter prohibito secus in contractu prohibito fauore certarum personarum puta pupilli, aut minoris, & quare.*
7 *Nullitatem allegare non potest is qui illius fuit auctor.*
8 *Tutor nulliter alienans rem minoris, non potest postea dictam nullitatem deducere si res alienata ad ipsum prouenerit.*
9 *Procurator se falso asserens si alienauerit rem Domini nulliter dictam nullitatem non poterit deducere si Domino successerit.*
10 *Nemo plus iuris quam habeat in alium transfert.*
11 *Ius authoris transit cum suis vitijs etiam in singularem successorem.*

DECISIO DCXI.

IN ista causa emanarunt coram me tres decisiones. Prima sub die 27. Ianuarij anni præteriti qua firmatum fuit censum, de quo agitur, aliàs impositum super domo Io: Petri Lalij tunc pupilli, seu minoris per Io: Baptistam Raymundum eius Tutorem, ac venditũ ad fauorem Fidelis Raymundæ vti matris, & tutricis Eq. Ludouici Cassiani tunc pariter pupilli non sustineri, eo quia in d. census impositione non fuerunt seruatæ solemnitates requisitæ a statut. Vrbis cap. 113. & 151. lib. 1. in alienationibus rerum pupillorum, seu minorum; Aliæ verò duæ sub diebus 4. Iulij, & 10. Decembris eiusdem anni, quibus fuit dictũ huiusmodi nullitatem posse opponi etiam à tertio, & sic à Ven. Collegio Romano Societatis Iesu possessore d. domus, quibus resolutionibus d. Eq. Cassiano non acquiescente, iterumque hodie posita causa super eisdem DD. ex nouiter in facto deductis recesserunt à decisis.

Quidquid enim sit, an impositio d. census fuerit nulla respectu dicti Io: Petri minoris, vt in prædictis decisionibus, quam tamen scribentes pro dicto Eq. Cassiano contendebant esse validam ipso minore volente, & quia dictus Eques agit de damno vitando, & vti infans de tempore dictę impositionis erat magis priuilegiatus, & ex alijs per eos cumulatis. Nihilominus dicebant Domini ipsam sustineri respectu ipsius Raymundi Tutoris, qui censum imposuit, ex quo non solum contraxit tutorio nomine dicti Io: Petri, sed etiam accessit d. impositioni nomine proprio, seque & bona propria vti principalis principaliter, & insolidum obligauit: Vnde esto quod prædicta alienatio, seu census impositio corruat respectu minoris, ob non seruatas solemnita-
1 tes sustinetur † tamen obligatio ipsius Io: Baptistæ Tutoris proprio, ac principali nomine facta, vt in terminis probat *text. in l. & si is quem 9. §. pignora, & ibidem gloss. in verb. sane, vers. quantum autem ad Tutorem, C. de præd. & alijs reb. minor. Dec. cons. 7. num. 6. vol. 1. Paris. cons. 16. num. 113. vers. & tanto magis lib. 2. Castr. cons. 433. num. 3. vers. ad secundum dum dicitur, & vers. praterea par. 1. Alex. cons. 66. sub num. 7. vers. sed fortius lib. 4. Bertaz. de claus. instrum. claus. 7. gloss. 19. num. 4. Neguz. de pignor. 2. membr. 3. parte num. 42. post med. vers. tamen hoc non obstante, Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 171. num. 77. & seq. Maur. de fideiuss. sect. 1. cap. 5. num. 17. Mohed. decis. 2. post vers. quam ex eo, quod isti principales,* & in terminis obligationis factæ à Tutore, qui accessit vti principalis pro minore in contractu celebrato non seruatis solemnitatibus à statuto requisitis, firmant *Gratian. discept. 122. num. 10. & 21. & decis. Marchia 182. num. 10. & 16. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 65. num. 7. vbi plures decisiones Rotales cumulat Seraph. decis. 1324. num. 4. & fuit etiam dictum in Romana Census 5. Iulij 1638. coram R. P. D. meo Verospio.*

Præsertim quando obligatio Tutoris est facta, prout hic, cum iuramento, & obligatione Camerali, tunc enim illa sustinetur, etiam si non fuerit expressè facta principali nomine
2 cum virtus † iuramenti, & obligationis Cameralis operetur, vt fideiussor dicatur obligatus tamquam principalis iuxta veriorem opinionem, quam tenent *Bertaz. de claus. instrum. d. claus. 7. glos. 19. num. 4. vers. 2. quando interuenit iuramentum, Lamberteng. de contract. glos. 16. nu. 18.*

Gabr.

Gabr.com.opin. tit.de fideiuss.concl.1. num.44. & in fin. Seraph.de priuil.iuram.priuil.88.num.5.Mohed. dicta decis.2. circa med. vers. fuit resolutum de fideiuss. & in specie Tutoris, qui se obligauit in contractu minoris, *Gratian. dicta discept.122. num.10. vers. quod etiam habet locum, Seraph. dicta decis.1324.num.5.*

Nec releuat, quod accessorium regulariter sequatur naturam sui principalis, & ideò si corruat obligatio minoris principalis defice-
3 cere † etiam debeat obligatio Tutoris ad illa accessoria, *l.non dubium 5. & ibi DD. C.de legib. l.cum principalis 138. ff.de reg. iur.* cum aliis in proposito relatis *à Bertazzol.de claus. instrum. d. claus.7.gloss.19. num.3.* Quia dicta conclusio limitatur pluribus modis. & signanter quando prout hic, Tutor se obligauit vti principalis,
4 tunc enim etiamsi obligatio minoris sit nulla ob solemnitates non seruatas, non ideo erit inualida obligatio Tutoris, cum in isto casu obligatio tutoris nō vti accessoria,sed vti principalis iudicetur, & in specie huic obiecto respondent *gloss.in reg.accessorium 42. in eodem verbo accessorium, vers. item contra, C.de præd. minor. Paris.dicto cons.16.num.110.& seqq.lib.2. Gratian. d.discept.122.num.21.& seqq. & d.decis.182.n.16. Seraph. d.decis.1324.num.4.* Accedente præsertim iuramento cum obligatione Camerali,
5 quæ † æquipollet obligationi principali, *Natt. consil.262.num.19. Gabr.de fideiuss.d.concl.1.n.44. Grat.d.discept.122. num.1. vers. non obstant contraria, Seraph.d.decis.1524.num.5.*

Præterea d. conclusio, quod deficiente obligatione principali corruat etiam obligatio accessoria procedere possit in contractu sim-
6 pliciter prohibito; Secùs autem in contractu prohibito fauore certarum personarum puta pupilli, aut minoris, quorum obligatio licet corruat ob nō adhibitas solemnitates, nō propterea corruit obligatio maioris obligati,quę non est æque fauorabilis, vt in specie dictam conclusionem limitant *Paris.d.cons.16.num.111 lib.2. Gratian. d.discept.122.num.13. vers. praterea obligatio minoris,& seqq. Seraph.d. decis.1314.nu.6.* vbi assignat rationem, quia prohibitio alienationis concurrit solum commodum pupilli, aut minoris, & non alterius personæ, quam rationem adducit etiam,& pluribus comprobat *Gratian.d.discept.122.num.14. vers.quia prohibitio, & seqq.*

Prædictaque faciliùs procedunt, quia domus controuersa, quam Raymundus Tutor d. Io: Petri obligauit pro d. censu tractu temporis peruenit ad eumdem Raymundum titulo donationis vniuersalis factæ ad sui fauorem ab Hortensia sorore, & hærede testamentaria eiusdem Io: Petri minoris: Vnde cum ipse Tutor euaserit Dominus eiusdem domus sequitur ipsum non posse amplius impositioni d. census contradicere, eiusque nullitatem opponere contra d. Eq. Cassianum illius
7 creditorem, cum auctor † nullitatis non possit illam allegare in præiudicium alterius, *Ferrett.cons.155.num.7. Ciriac. controu.181.nu.57. & seqq. Greg. decis.140. num.10.* & in terminis Tutoris, qui nulliter alienauit rem minoris, quæ postea ad eumdem Tutorem peruenit,
8 quod Tutor non possit † nullitatem huius alienationis opponere, sed contractus in eius præiudicium sustineatur, dixerunt *Menoch.consil.58.num.36. vers.9. monet me argumentum, Caualc.de tutor. & curat. sub num.175. Mastrill. decis. 287. sub num.42.& seqq. lib.3.* vbi ampliat hoc
9 idem procedere in procuratore, qui falsò asserens se procuratorem alienauit rem Domini, & postea illi successit, & in Iudice, qui post latam sententiam iniustam successit parti.

Ex quibus inferebant DD.Veñ Collegium Romanum non posse hodie opponere nullitatem d. census, cum ipsi habeat causam mediatam ab ipso Raymundo Tutore, qui obligauerat omnia bona sua pro restitutione dotis Cyprianæ eius vxoris, quæ illo prædefuncto obtinuit ad computum suæ dotis sibi adiudicari domum prædictam, quam deinde vendidit Mauritio Capponio, cui successit Iosephus eius filius, qui ingrediendo Religionem Societatis Iesu omnia bona sua inter quæ erat prædicta domus,Collegio Romano donauit. Vnde sicuti huiusmodi exceptio nullitatis non posset suffragari ipsi Raymundo, ita nec etiam Collegio ab eo causam ha-
10 benti, cum nemo † plus Iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat, *l.nemo plus iuris 51. ff.de reg.iur. Natt.cons.398.num.3. Rota dec.5.*
11 *num.18.par.6.recent.* & ius † auctoris transeat cum eius vitiis etiam in singularem successore, *l.apud Celsum 4. §. si quis autem, & ibi gloss. in verb. exceptionem, ff. de dol.mal. & met. except. l. Pomponius 13. §. cum quis, & ibi glos. vers. siue reale, siue personale, ff.de acquir. poss.*

Et ita vtraque &c.

CAMERINEN. SPOLII.

Lunæ 29. Aprilis 1631.

ARGVMENTVM.

De Aegidiana,de nullitate,& iniustitia subhastationis, ac de census extinctione etiamsi solutio sortis fuerit facta in manibus illius, qui tempore restitutionis non erat curator.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quamuis instrumentalis si fuerit capta authoritate Iudicis ritè & rectè procedentis priuat anteriorem possessorem.*
2 *Talis possessio suffragatur quoad effectum manutentionis.*
3 *Aegidiana reiicit appellationem suspensiuam, & praseruat Iudici facultatem exequendi appellatione non obstante.*
4 *Sententiæ tot dicuntur quot sunt capita separata.*
5 *Aegidiana habet locum in qualibet instantia.*
6 *Clausula, sine præiudicio, executionis præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, & operatur vt ille suā valeat exequi sententiam absque vitio nullitatis, & attentatorum.*
7 *Reintegratio competit aduersus subhastationem spoliatiuam vtpotè factam nulliter & iniustè.*
8 *Subhastatio absque pecuniarum interuentu est nulla.*

9 Ter-

9 *Terminus ad viden. deliberari remanet circumductus per productionem, & admissionem nouorum iurium.*

10 *Sententia remanet nulla si sit lata sub eadem die qua cadebat citatio ad sententiam.*

11 *Recepta legitime recognita, & adminiculata plenè probat solutionem.*

12 *Census dicitur extinctus per solum actum restitutionis sortis etiam si non interueniat actus retrouenditionis.*

13 *Census vt in totum dicatur extinctus sufficit solutio sortis pro maiori parte, nisi doceatur partes habuisse voluntatem continuandi pro residuo sortis non restituta.*

14 *Subhastatio facta pro maiori summa quam sit debitum corruit in totum.*

15 *Census dicitur legitimè solutus illi cui restituere fuit promissum.*

16 *Actus gesti vnico instante coram eisdem testibus, & Notario dicuntur correspectiui, & pro vnico habentur.*

17 *Tutor, seu Administrator de iure quolibet semestri fructus census exigere tenetur.*

18 *Debiti petitio post obitum illorum qui de solutione potuerunt esse informati, non caret suspicione calumnia.*

19 *Renunciatio corruit si corruat suppositum ob quod fuit renunciatum.*

20 *Renunciatio quamuis verbis generalibus concepta nunquam trahitur ad ignorata.*

DECISIO DCXII.

RESOLVERVNT DD. Horatio, & alijs de Salimbenis dandum esse mandatum de manutenendo in bonis, de quibus agitur, quia de eorum possessione capta vigore sententiæ reintegratoriæ latæ ab A.C. ac mandati in vim illius relaxati constat ex publico Instru-
1 mento, quæ possessio licet instrumentalis † cũ fuerit capta auctoritate Iudicis ritè & rectè procedentis, priuauit Franciscum Brachium omni sua anteriori possessione, *iuxta doctrinam Angel. in l. clam possidere, §. ad nundinas num. 3. in fin. vers. potest etiam Iudex, ff. de acquir. vel amitt. poss. Mohed. decis. 4. num. 5. de restit. spoliat. Canal. decis. 532. num. 5. & ibi Add. num. 8.* & consequenter
2 suffragatur † ad effectum manutentionis *l. iustè possidet, ff. de acq. poss. Greg. d. decis. 582. num. 2. & alias millies.*

Validitas enim d. sententiæ, & mandati iustificatur ex reuolutione actorum;

Nec releuat, quod mandatum, & possessio subsecuta emanauerint pendente appellatione interposita pro parte Brachij à d. sententia reintegratoria; & propterea videantur nulla, & attentata. Quia cum sententia fuerit lata in spolio, & sic in possessorio recuperandæ erat
3 locus Aegidianæ, quæ reijcit † appellationem suspensiuam, & præseruat Iudici facultatem exequendi non obstante appellatione, *Veral. decis. 141. num. 1. & 2. par. 3. Grat. decis. Marcb. 55. num. 1. 5. & 6.*

Nec prædicta Aegidiana euitari potest ex eo, quod iudicium fuerit inchoatum in prima instantia coram Iudice Ecclesiastico, videlicet coram Vicario Episcopi Camerinen. Nam obiectum tollitur ex facto, quia Vicarius Camerin. non fuit Iudex primæ instantię in hoc iudicio spolij, sed merus executor mandati antea ab A.C. relaxati ad instantiam Brachij.

Minùs euitari potest ex eo, quod sententia reintegratoria contineat reuocationem sententiæ adiudicatoriæ latæ à dicto Vicario, & ideo sapiat mixturam, ratione cuius cesset Aegidiana. Quia obiectũ visũ fuit cessare ex lectura sententiæ, quia cũ sit concepta per capitula separata, sequitur vt illa, si recipiat appellationem respectu reuocationis prioris sententiæ contentæ in vno capite, non ideo illam admittat respectu reintegrationis contentæ in alio capitulo separato, cum tot dicantur sen-
4 tentiæ, † quot sunt capita separata, *Paris. cons. 66. num. 3. vers. istis tamen non obstan. & num. seq. lib. 1. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 47. membr. 2. num. 23.*

Pariter visum fuit releuare, quod d. sententia reintegratoria fuerit lata in secunda instan-
5 tia in gradu appellationis. Quoniam Aegidiana habet locum in qualibet instantia, *Contard. in l. vnica, C. si de mom. possess. qu. 4. num. 8. Canal. decis. 42. num. 3. & decis. 69. num. 2. Rota decis. 173. num. 3. par. 1. recent.*

Et videbatur cessare difficultas quoad istas prætensas nullitates ex eo, quia Signatura vtraque parte informante commisit causam appellationis cum clausula, sine præiudicio
6 executionis, quæ † præseruat iurisdictionem Iudicis à quo & operatur vt ille suam valeat exequi sententiam absque vitio nullitatis, & attentatorum, *Lancellott. de attent. 2. par. cap. 12. de attent. appell. pend. limit. 25. num. 31. Gonzal. super reg. 8. gloss. 9. §. 1. in annot. contra nullit. & attent. in causa benef. nu. 224. Mart. de claus. par. 1. claus. 143. num. 9. Cæsar de Graff. decis. 3. num. 4. de sent. & re iudicat. Gregor. XV. decis. 232. num. 1. & Adden. num. 4.*

Iustitia verò antedictæ sententiæ liquet, cum illa det reintegrationem Salimbenis ad possessionem bonorum, de quibus agitur, à qua fuerunt eiecti mediante subhastatione nulliter & iniustè facta, quæ proinde fuit spo-
7 liatiua, & aduersus illam competit † reintegratio, vt in terminis subhastationis nulliter factæ, tradunt *Menoch. de recuper. remed. 8. num. 19 Gratian. discept. for. cap. 739. num. 22. iuncto nu. 26. cum pluribus ibi cumulatis Rota decis. 476. num. 4. par. 2. recent.* ac de subhastatione iniusta *Gregor. XV. decis. 198. num. 1. & ibi Adden. & alias sæpe.*

Nullitas dictæ subhastationis probatur ex tribus præcipuè nullitatibus, quarum prima oritur ex eo, quod illa fuit facta absque inter-
8 uentu pecuniarum, quarum † numeratio requiritur pro validitate subhastationis, *l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iudic. Rota decis. 247. num. 5. par. 4. diuers. decis. 507. num. 3. par. 3. recent. Gregor. XV. decis. 23. per tot. Rota in Asculana prædij penès Marchesi. de commiss. nullit. sanat. par. 3. §. 2. n. 1 fol. 46.*

Altera quia sententia adiudicatoria fuit lata sub

4 qualis est Emphyteusis, masculinum † non
concipit fœmininum iuxta magis receptam
sententiam Doctorum quos cumulat *Cantucc.*
decis.125. num.1. & seqq. par.2. diuers. Rot. coram
Seraph.decis.604. & decis.1487. vtrobique num.2.
Mantic. de tacit.lib.22.tit.14.num.1. & seq. Mare-
scott.var.resol.lib.1.cap.2. num.1. & 5. præsertim
5 in Emphyteusi Ecclesiastica, in qua † mascu-
linum non solet concipere fœmininum ne
fiat præiudicium Ecclesiæ *Rot.d.decis.125.n.20.*
part.2.diuers. Mant.d.tit.14.num.4. Marescot.d.1.par.
num.2.3.& 4. & fuit dictum in Mantuana Emphy-
teusis 7. Iunij 1638. coram me.

Quoniam d. communis opinio non proce-
dit quoties emphyteusis etiam Ecclesiastica
6 est † concessa per verba indifferentia, & com-
munia vtrique sexui, quia tunc illa compre-
hendit etiam fœminas *Mantic. de tac.tit.14. nu-*
mer.22.vers. nam ille terminus Rot.d.decis.125.nu-
mer.36. & 37.par.2.diuers. Marescott. var.d.lib.1.
cap.2. num.11. & seqq. Verba enim concepta
7 sub termino communi, † puta homini, per-
sonæ, & simili comprehendunt vtrumque
sexum masculum scilicet, & fœminam ex
proprietate sermonis, non autem ex interpre-
tione, vel extensione, *Bart. in l.1. num.2. vers.*
dic ergo, & ibidem Alciat. in princ. ff. de verb. si-
gnif. idem Bart. in l. si quis in tantam num. 4. vers.
quandoque habemus C. vnde vi Card. in Clem. 1.
q.5.n.8.vers.dic quod quandoq;de elect.Gabr.de verb
signific.conclus.6.nu.43.Tiraquell. de retract.lignag.
§.1.glos.9.num.227. Rot.d.decis.125.num.36. vers.
vnde intrat par.2.diuers. Vnde cum Emphyteu-
sis, de qua agitur fuerit concessa etiam pro
vno successore, comprehendit etiam fœmi-
8 nam, cum terminus, † seu nomen, successor
sit commune masculo, & fœminæ, & de
vtroque sexu æqualiter prædicetur non solũ
iuxta Grammaticalem declinationem, hic &
hæc successor, vt in specie probat *Menoch. con-*
sil.1053.num.5. Verum etiam iuxta sensum le-
galem, in quo ista vox, successor, promiscuè
vsurpatur ad significandum siue masculum,
siue fœminam alteri succedentem, *vt in §.le-*
gatarijs 11.Instit. de testam.ordin.l. vlt.ff. de except.
rei vend. & tradit l. fluminum 24. §. adijcitur ff. de
damn.infect.l.1. §.quod ait Prætor vers. legatorum ff.
quor.legat.l. sed & eius rei 25. in fin.ff famil.hercis.
l. sine interrogatione 9.§.illud quæritur circa med.ff.
de interrog. in iur.facien.l. si pro fure 7. in fin. ff. de
condict.furt.l. annuam pecuniam 6. in princip. ff. de
ann.legat.l. quod ipsis 143.ff. de reg.iur. & alibi.

Nec resistit, quod huic nomini, successore,
præcedat illud adiectiuum vno, quod vti ma-
sculini generis videtur qualificare nomen,
successore, illudque restringere ad significa-
9 tum masculinum, cum qualitas † adiecta
seu composita alicui verbo, soleat alterare
proprietatem verbi ratione cõpositionis *iuxta*
doct. Bart. in l. si qui Posthumos. 9.§. si filium nu.3.
ff. de liber. & posthum.Surd.cons.443.nu.24. & 25.
Gabr.cons.132.quæst.4.num.381. lib.1. Quia præ-
dicta procedere possent quando qualitas adiũ-
gitur alicui nomini, quod est merè masculi-
num, secus autem quando, *prout hic*, adiun-
gitur alicui nomini, quod est cõmune vtrique
sexui ex propria significatione, quia tunc qua-
10 litas † adiecta ex vi nominis communis cui
adijcitur, fit communis, & complectitur
vtrumque sexum *iuxta doctrinam, Bart. in d. l. 1.*
num.2. vers. aut istud signum ff. de verb. signific. &
in d.l. si quis in tantam num.4. vers. habemus qua-
dam C. vnde vi, vbi ait quod si adiectiuum,
quisquis aut quicunque proferatur cum no-
mine communi homo, & sic dicatur quis-
quis, vel quicumque homo, illud adie-
ctiuum quisquis, complectitur masculum,
11 & fœminam ex vi nominis, homo, † cuius
appellatione ex propria significatione etiam
fœmina continetur *l. hominis de verb.signif. Idq;*
que docet Bald.in l.quicunque n.10.C.de seru.fugitin
Vbi ponderans verba, quicunque homo, no-
tat quod illud adiectiuum, quicunque, licet
12 masculini generis† comprehendit etiam fœ-
minam ex vi substantiui homo, cui adijcitur,
prout e conuerso adiectiuum quæcunque li-
cet fœminini generis si adiungatur verbo,
personæ, comprehendit etiam masculum ex
13 vi nominis, persona, cuius † appellatione
ex proprietate sermonis etiam masculi signi-
ficantur *vt notat idem Bald. in d.l. quicunque n.11*
C. de seru.fugit.

Prædictaque facilius procedere videntur in
casu isto. Tum quia illud adiectiuum, vno
adiunctum nomini substantiuo (successore)
non videtur adiectum ad qualificandam per-
nam successoris, vt scilicet iste deberet esse
masculus, & non fœmina, sed potius ad ex-
primendum numerum personarum, quibus
Emphyteusis in defectum filiorum, & Nepo-
tum Laurentij primi acquirentis concedeba-
tur. Tùm etiam quia d. Emphyteusis fuit cõ-
cessa simpliciter pro filijs, & Nepotibus, nul-
la adiecta qualitate masculinitatis, quæ de-
clararet, seu restringeret sequentia verba (&
pro vno successore) ad successorem mascu-
lum. Tùm etiam quia in Ciuitate Rauennæ
extat Concordia inita inter Clerum, & Po-
pulum Rauennaten confirmata per Bonifa-
cium Octauum, vulgo Bonifaciana nuncu-
pata, cuius vigore bona Emphyteutica pos-
sunt concedi etiam extraneis personis, qua-
14 rum appellatione † tàm masculi, quam fœ-
minæ continentur *Bald. in d.l. quicunque n. 11.*
vers. persona enim C. de seru.fugit. Dec. cons.495.
num.4.tom.2.Gomes. super reg. de idiom.q.2.num.2.
Gonzal. ad reg 8.glos.4.num.199.

Quoties autem in aliquo loco extat statu-
tum, aut consuetudo, quod fœminæ pariter
& masculi admittantur ad Emphyteusim ve-
15 niunt etiam fœminæ, cum verba † Contra-
hentium in dubio accipiant interpretationem
à Statuto, vel consuetudine, adeout secun-
dum illorum dispositionem intelligatur facta
concessio *Bart. in l. vt Iusiurando §. si liberi n.5.*
ff. de opert.libert.Bero.cons.95.num.12.vers. si vero
verba lib.1.Brun.qui de communi attestatur in tract.
quod stant.mascul.8.art.105. cum seqq.Gabr.d.concl.
num.90.Corbul. de caus.priuat. ob lin. finit.num.30.
Marescott.var d.lib.1.cap.2.num.9.

Neque visa fuit subsistere altera causa de-
uolutionis ob alienationem factam irrequisi-
to

ro Domino ex eo quia d. Angela mediante transactione cesserit huiusmodi bona Emphyteutica Hieronymo fratri, qui deinde illa vendidit Syluestiæ Monaldinæ irrequisito ipso Abbate, quoniam illa cessat ex dicta Bonifaciana, propter quam bona Emphyteutica
16 etiam † Ecclesiastica possunt libere alienari ad instar Allodialium, prout etiam in specie aduerterunt *Ancharan.conf.393.colum.2.sub n.3. uers. item Indultum Apostolicum & uers. sequen. Hippolit. Riminald.conf.158.num.40.volum.5. Rota coram Buratt.decis.87. num.1. & in d. Rauennaten. Emphytensis coram b.m. D. meo Seleucien. in §. fuit etiam allegata Bonifaciana*; Vnde intrat alia conclusio, quod vbi viget statutum, vel consue-
17 tudo in aliquo loco, vt Emphyteuta † liberè alienare possit bona emphyteutica, non inducitur caducitas ob alienationem factam irrequisito Domino, nisi fuerit aliter conuentum in Instrumento concessionis *Bald.conf.90 num.6.uol.1.Curt.Iun.conf.158.num.8.cum alijs allegatis per Corbul.de caus.priuat.ob alienat.limit.32. num.1.*

Nec releuat, quod dicta Concordia tam-
18 quam † inita tercentum ab hinc annis, & vltra, non videatur comprehendere bona de quibus agitur; concessa dicto Laurentio de anno 1633. *iuxta decisionem Rauennaten. concursus 28. Nouembris 1623. coram R.P.D. Merlino, quæ est decis.94. nu.8. post Merlin. de legit.* Quia cum hæc vltima concessio non sit noua, sed renouatio præcedentium Inuestiturarum, militat præsumptio, quod bona de quibus agitur, essent Emphyteutica de tempore Bonifatianæ donec contrarium doceatur.

Minus releuat, quod dicta Bonifaciana suffragetur solum Ciuibus Rauennatensibus, quales dicuntur esse dd. Angela, & Hieronymus. Quia vltra quod contrarium colligitur ex eo quod d. Laurentius communis frater fuit Ciuis Rauennatensis sufficit illos habitasse spatio decem annorum, & vltra in Ciuitate Rauennatensi adhoc, vt Concordia illis suffragetur, cum illa habeat locum
19 non † solum in Ciuibus originarijs, sed etiã ex priuilegio, & habitatione longæua decem annorum, vt in specie tradunt *Paris. conf.108. n.49.lib.1. Menoch.conf.737.n.8. lib.8.& fuit dictũ in d. Rauennaten. Emphyteusis coram bo.me. D.meo Seleucien.*

Altera denique causa deuolutionis ex capite deteriorationis neque pariter visa fuit subsistere, tùm quia Testes exaduerso examinati non deponunt de statu antecedenti bonorum de quibus agitur prout deponere deberent ad
20 hoc vt dicatur probata illorum† deterioratio *Ioseph Ludou. decis. Perus.22. num.3. Seraph.decis. 1453. num.5. Ciriac. controu. forens. controu.268. num.4.* Tùm etiam quia non concurrunt tria copulatiuè requisita adhunc effectum, vide-
21 licet quod † deterioratio bonorum, de quibus agitur sit magna, quod sit in proprietate, & quod processerit ex dolo, & lata culpa *Corbul. de caus.priuat. ob rei deteriorat. num.24 Rimin.Iun.conf.315.num.22.Couar.d.cap.268.n.10 Seraph.d.decis.1453. num.7.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DONATIONIS.

Ven. 19. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Contractus Mulieris certis non adhibitis solemnitatibus licet corruat secus est si accedat licentia Principis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus mulieris ob non seruatas formas Statuti corruit.*
2 *Licentia Principis supplet omnes solemnitates.*
3 *Industria vnius quando fuit electa, tunc alter supplere nequit.*
4 *Notariorum attestationibus circa stylum plurimum deferri solet & num.5.*
6 *Subrogatus subintrat in iuribus illius in cuius locum subrogatur.*
7 *Mulier iuxtà dispositionem iuris communis potest inire quemcumque contractum etiam donationis absque solemnitatibus.*
8 *Pro decreto Iudicis seù alterius pro eo præsumitur itaquod qui dicit illud non adhibitis requisitis fuisse inter positum probare tenetur.*
9 *In mandato Procura mulieris sufficit fuisse adhibitas solemnitates statuti loci in quo mandatum fuit stipulatum.*

DECISIO DCVIII.

SVB die 3. Iulij 1638. fuit resolutum in ista causa donationem scut. 126. annuor. aliàs à D. Lucretia Pia factam ad fauorem Io. Pauli Claraualli, & eius filiorum mediante persona D.Marci Antonij Vrsini eius Procuratoris ad hunc effectum constituti esse inualidam, ex eo quia in stipulatione mandati procuræ ad donandum non fuit adhibitus vnus ex Magistratibus deputatis à Statuto nouo Florentino ad authorizandum obligationes mulierum loco Mundualdi olim requisiti à
1 Statuto antiquo. Vnde contractus † ob non seruatam huiusmodi formam dicebatur corruere ex dispositione eiusdem Statuti Noui irritantis actus aliter gestos iuxtà doctrinam *gloss. in Clem.1. uers. nullo modo de stat. & qualit. Bald. in l.1. num. 2. uers. in contrarium de liber. & posthum.* cum alijs in d. decisione allegatis.

Sed hodie iterum posita causa super ijsdem DD. ex nouitèt deductis recesserunt à decisis.

Nam licet in stipulatione d. mandati non fuerit adhibitus vnus, ex Magistratibus deputatis à d. Statuto nouo. Attamen cum d. Lucretia haberet licentiam à Serenis. Magno Duce Hetruriæ contrahendi adhibito vno ex Cancellarijs loco Magistratus, & ipsa vigore d. facultatis constituerit d. Procuratorem cum interuentu ipsius Officialis deputatio eiusdem Procuratoris bene sustinetur vti facta seruatis
2 seruandis, cum licentia † Principis suppleat omnes solemnitates *l.omnium C.de testam.Oldrad conf.257.nu.13.Dec.conf.341.nu.12. Paris.conf.24. num.4.lib.4. Gabr. conf.161. num.19. lib.1. Pic. ad statut.Vrb.gloss.7.num.196.Rota decis.461. num.13. par.1.recent.*

Non

10 *Per confinium diuisionem discernitur bonorum diuersitas.*

11 *Territoria vnius loci sæpe denominantur à contrada alterius loci cohærentis nec huiusmodi promiscua denominatio inficit identitatem quando alij confines verificantur.*

12 *Finis, seù confinis non est idem cum prædio confinato.*

13 *Catastrum de per se solum non probat.*

14 *Bonis fideicommissarijs alienatis si fuerit adiectum pactum redimendi secuta redemptione reincidunt in primam causam fideicommissi.*

15 *Redimens rem vigore pacti censetur illam habere non ex nouo titulo redemptionis sed ex præcedenti titulo fideicommissi.*

16 *Legatum factum pro alimentis est præstandum ex fructibus bonorum non autem ex eisdem bonis.*

17 *Bona empta à Testatore anticipata solutione sunt subiecta fideicommisso.*

18 *Hæres grauatus existentibus pecunijs hæreditatis non potest pro solutione legati distrahere stabilia.*

DECISIO DCIX.

CVM Alexander Iunior de Sinibaldis iterum controuerteret identitatem trium corporum fideicommisso q. Federici de Sinibaldis subiectorum, nimirum portionis vnius Domus sitæ Auximi, alterius portionis Molendini in flumine Muscionis, ac Prædij Montisfreddi., posito desuper particulari dubio sub die 28. Ianuarij præteriti, DD. firmarunt identitatem quoad portiones domus, & Molendini, reseruato de illa videre quoad Prædium, super qua hodie reassumpta disputatione, de illa etiam constare responderunt.

Nam quod Prædium hodie possessum à d. Alexandro fuerit in bonis Federici fideicommittentis liquet ex Instrumento emptionis illius factæ per d. Federicum de anno 1530.
1 quod † proculdubio probat illud fuisse in bonis eiusdem Federici acquirentis *Fusar. de substit. qu. 618. num. 4. Natt. cons. 235. num. 1. Peregr. de fideic. art. 44. num. 4.* cum alijs cumulat. *in d. decisione die 1. Ianuarij anni preteriti §. Respectu deniq; Prædij &c.*

Quodque illud fuerit possessum ab eodem Federico vsque ad eius obitum non solum de
2 iure † præsumitur *l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poss. l. sine possidetis C. de probat. Rota decis. 279. n. 14. par. 5. recent.* Verum etiam probatur ex Instrumẽto locationis eiusdem Prædij factæ de anno 1536. à Tutore Alexandri Senioris eiusdem Federici filij, & hæredis grauati, hæc enim
3 successiua hæredis grauati possessio † sufficienter etiam probat Testatoris possessionem continuatam vsque ad obitum *Marescott. var. lib. 1. cap. 12. num. 12. Peregr. cons. 48. num. 13. lib. 1. Fusar. d. qu. 618. num. 45. Rota decis. 709. num. 2. par. 2. & decis. 160. num. 1. & seq. par. 5. recent. & in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 23. Ianuary 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Quibus accedit Planta exaduerso in actis producta, in qua d. Prædium describitur cum finibus designatis in Instrumento emptionis,
4 quæ Planta † contra ipsum Alexandrum producentem plene probat *l. Publia §. final. ff. de posit. Surd. cons. 5. num. 37. Alb. cons. 59. num. 11. Pedem. decis. 39. num. 27. Rota decis. 352. num. 3. par. 3. rec.*

Neque obstare visa fuerunt ea, quæ deducebantur ad excluden. identitatem ex eo quia Instrumentum emptionis discrepet à Planta quoad numerum petiarum, quoad confinia, & quoad mensuram.

Nam quoad numerum petiarum non obstat quod Instrumentum contineat tres petias terræ, Planta verò duas. Quia fuit animaduersum primam, & secundam petias descriptas in Instrumento concordare cum secunda Petia descripta in Planta in tribus confinibus, nempè via trauersa, altera via, seù transitu à pede, & bonis eiusdem Federici Testatoris (hodie possessis etiam per d. Alexandrum Iuniorem) tertiam verò petiam descriptam in eodem Instrumento conuenire cum prima petia designata in Planta in duobus confinibus nempè in bonis DD. de Florentijs, & via communi; Vnde cum Prædium descriptum in Instrumento conueniat cum illo designato in Planta non solum in generali demonstratione Territorij Auximi, & Contradæ Montisfreddi; Verum etiam in duabus, ac tribus respectiuè demonstrationibus particularibus, identitas illius satis iustificata remanet, licet quoad numerum petiarum non concordet
5 cum sola † discrepantia circa numerum petiarum non inficiat identitatem quando, *prout hic* aliæ demõstrationes verificantur *Rim. Sen. cons. 429. num. 5. & seqq. lib. 3. Marescott. var. d. cap. 12. num. 28. Surd. cons. 168. num. 45. Rota decis. 87. nu. 9. par. 5. recent.*

Quo verò ad confinia non resistit quod illa designata in Planta non conueniant cum omnibus descriptis in Instrumento. Quoniam obiectum remouetur ex combinatione dd. cõfinium per DD. diligentèr examinata. Siquidem Superiori, seù primæ petiæ designatæ in Planta, quæ habet à capite bona de Florentijs, à lateribus vias publicas, & à pede bona Sacristæ Episcopatus correspondet tertia petia descripta in Instrumento, quæ concordat in duabus demonstrationibus, nempè, in bonis de Florentijs, & via publica, cæteræ autem non videntur discordare, cum in Instrumento non specificentur, sed generalitèr describantur per illa verba, & alia latera &c. Inferiori verò, seù secundæ petiæ designatæ in Planta, quæ habet à capite viam trauersam, à pede aliam viam, seù transitum, ab vno latere bona eiusdem Federici Testatoris (hodie paritèr possessa ab eodem Alexandro) ab alio latere bona aliorum correspondent prima, & secunda descriptæ in Instrumento, & concordant in tribus demonstrationibus, nempè, via trauersa, altera via, seù transitu, & bonis eiusdem Federici hodie possessis ab eodem Alexandro eius mediato successore, ex quibus identitas suf-
6 ficienter probari visa fuit, cum illa † deducatur non solum ex vna demonstratione generali, & altera particulari, quæ in antiquis sufficiunt, etiamsi aliæ discordent, vt comprobat *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 45. Rota*

decis.

decis.120.num.5.& 218.num.3.coram bo: me: Cot-
tino decis.710.num.3.par.1.diuers.decis.81.num.17.
decis.87.num.10.par.5.& decis.236. num.3. par.6.
7 *recent.* Verum etiam ex † duabus, ac tribus re-
spectiuè demonstrationibus particularibus vl-
tra generales, quo casu identitatem plenè, &
concludentèr probari docet *Bart.in l.demonstra-*
tio falsa num.14.ff.de condit. & demonstrat. quem
passim sequitur *Rota vt in d. decis.706. num.4.*
par.2.recent.decis.678.num.4.par.3.decis.448. nu.5.
par.4.decis.117.nu.15.par.5.decis.59.nu.5.decis.98.
num.9.& decis.125.num.19.par.6. cum alijs alle-
gatis in decisionibus huius causę *sub diebus 13.*
Ianuarij anni preteriti, & 28.Ianuarij presentis anni
coram me.

Quo denique ad mensuram, non refraga-
tur quod Prædium descriptum in Instrumen-
to enuncietur septem Salmarum, & trium
quartarum, Prædium autem designatum in
Planta sit maioris quantitatis, ex eo quia su-
perior, seù prima Petia designata in Planta sit
quatuor Salmarum, & vltra; Inferior verò,
seù secunda petia conflata ex prima, & secun-
da descriptis in Instrumento longè excedat
quantitatem aliarum trium salmarum circi-
tèr, quæ deberent esse pro complemento dd.
septem salmarum, ac trium quartarum; Quia
cum Instrumento emptionis d. Prædij inter
alia confinia designentur etiam bona eiusdem
Federici Testatoris, atque etiam possideantur
hodie à d. Alexandro Iuniore tamquam suc-
cessore Alexandri Senioris hæredis grauati,
maior quantitas secundæ petiæ vltra mensu-
ram dd. septem salmarum, ac trium quarta-
rum, super qua fideicommissarij hodie non
insistebant, visa fuit potius comprobare, quam
inficere identitatem, cum illa deseruiat pro
confine illius quantitatis, quæ hodie petitur;
Immò d. maior quantitas salmarum eo faci-
lius comprehendit istam minorem, de qua
hodie agitur, circumdatam prędictis confini-
8 bus, cum sub maiori quantitate † minor ines-
9 se dicatur, nec plus, † & minus faciant rem
differre specie, vt in terminis aduertit *Decian.*
cons.17.num.9.in fin.cum seqq. lib.3. quem sequi-
tur *Rota d.decis.87. num.8. par.5. recent.* Eoque
magis cum d. maior quantitas non sit incor-
porata, neque commixta cum ista minori po-
sita in eadem secunda petia, sed bene distin-
guatur ab illa, maneatque seiuncta in angu-
lo eiusdem petiæ prope viam trauersam, & al-
teram viam, seù vallatum ex quibus vna
10 quantitas † ab alia bene dignoscitur, & om-
nis tollitur confusio *Rota decis.236.nu.10.par.6.*
recent.

Nec releuat quod ista secunda petia se ex-
tendat etiam ad contradam Sancti Dominici.
Quia ex inspectione eiusdem Plantæ liquet
contradam S. Dominici esse positam in extre-
mitate d. petiæ vti cohęrentem ipsi contradæ
Montisfreddi, & proinde non elidere identi-
11 tatem cum sæpe territoria † vnius loci deno-
minentur etiam à contrada alterius loci cohę-
rentis, nec huiusmodi promiscua denomina-
tio inficit identitatem quando, *prout hic*, alij
confines verificantur *Rimin.Sen.d.cons.429.n.4.*
& 9.lib.3.Petr.de fideic.qu.12. sub num.1271. Rota
decis.118.num.10.par.5.recent.

Neque obstare visę fuerunt duę acquisitio-
nes, quæ dicebantur factę per Alexandrum
hæredem grauatum in eadem contrada Mon-
tisfreddi. Nam prima acquisitio salmarum
duarum, & vltra facta de Mense Nou. 1536.
titulo emptionis à Franceschinis non com-
prehendit petias, de quibus agitur, tamquam
omnino diuersas, vt apertè colligitur tàm ex
collatione confinium descriptorum in Instru-
mentis, quam etiam ex eo quod idem Ale-
xander hæres grauatus de mense Aprilis eius-
dem anni 1536. & sic ante d. acquisitionem
factam à Franceschinis locauit petias, de qui-
bus agitur prius acquisitas per Federicum Te-
statorem eius Authorem titulo pariter emp-
tionis à Io: Baptista de Grimaldis cognomi-
nato Piceno, ac denique ex eo quod in Instru-
mento præcedentis acquisitionis factæ per Fe-
dericum Testatorem assignantur pro confine
bona de Franceschinis, in posteriori verò ac-
quisitione facta per Alexandrum grauatum
ab eisdem Franceschinis, assignantur pro con-
fine bona eiusdemmet Alexandri hæredis gra-
uati, qui tunc iam successerat Federico in ter-
ris, de quibus agitur, per ipsum antea acqui-
sitis à Piceno. Certi autem iuris est finem
12 non † esse idem cum Prædio confinato, sed
illud terminare, & esse inter se omnino diuer-
sa iuxtà tradita per *Hieronym. à Mont. de finib.*
cap.15.num.2.& seq.& cap.101.num.4.Rota in Nu-
cerina Prædij 29. Maij 1623. coram Nauarro & in
d. decis.136.num.6.par.6.recent.

Altera vero prætensa acquisitio vnius Sal-
mæ circitèr facta ab illis de Pestilentia non
fuit habita in consideratione, cum illa dedu-
catur dumtaxat ex Catastro Communitatis
13 Auximi quod † ex se solum non probat *Cra-*
uett. de antiquit. tempor. §.4. limita num.71. par.1.
Paris.cons.104.num.169.Alex.cons.10.num.5. vers.
non probatur lib.4.& cons.147.num.6.vers. licet in-
ter alias lib.5.Rota post Cenc. de cens.decis.16. nu.5.

Denique non obstat quod Federicus Testa-
tor in codicillis reliquerit annuum victum in
eius domo Tarquinio Sinibaldo, & quatenus
iste nollet in domo hæreditaria permanere
Florenos 400. quodque Alexander hæres gra-
uatus pro solutione huiusmodi legati assigna-
uerit eidem Tarquinio petias, de quibus agi-
tur, illasque deinde pro eodem prætio rede-
merit. Vnde inferebatur dd. petias censeri ac-
quisitas ad fauorem ipsius Alexandri redi-
mentis, & sic fuisse exemptas ab onere fidei-
commissi. Quia fuit animaduersum assigna-
tionem dd. petiarum factam fuisse d. Tarqui-
nio non simplicitèr, aut liberè, sed cum pacto
inter alia illa redimendi quandocunque. Vnde
14 dd. petiæ † sequuta illarum redemptione vi-
gore d. pacti reinciderunt in primæuam cau-
sam fideicommissi *iuxtà l.si vnicus §. Pactus ne*
peteret ibi, sed formæ suæ redditur *ff.de pact.&*
l.filio quem Pater ff.de liber. & posthum. cum alijs
adductis *per Tiraquell. de retract. Lign.g. §.19.*
gloss.2.num.4. Dec.cons.88.num.3. Menoch.cons.38.
num.9. & in terminis tradit *Crauett. cons.202.*
num.

num.7.& per tot. quem refert, & sequitur *Peregrin.cons.38.num.17.& seqq. lib.4.& de fideicom. art.40.num.3.& artic.42.nu.21.& 22.Fusar.q.531 num.93.& qu.629. num.3.* qui eam assignant ra-
15 tionem, quia redimens † rem vigore pacti censetur illam habere non ex nouo titulo redemptionis, sed ex præcedenti titulo fideicommissi, vt in similibus terminis fuit dictum *in Bononien. fideicom. de Glanarinis 5. Iunij 1637. §. Nam fuit responsum, vers. quapropter coram R. P. D. meo Royas.*

Prædictaque facilius procedunt in casu isto. Tùm quia huiusmodi legatum vti factum
16 pro alimentis erat soluendum ex † fructibus bonorum, non autem ex eisdem bonis *l. eisdem bonis l. Ius alimentorũ §.1. vbi Pupill.educ.deb.l.penult.ff.de alim.& cibar.legat. l.Imperator ff.ad Trebellian.* & ibi *Bart.num.4. Castren.num.8. Cuman. cons.30.num.4.* & latè *Surd. de aliment.tit.4. qu.9. num.1.& seqq.*

Tùm etiam quia ex iuribus datis in Summario apparet Federicum Testatorem reliquisse in eius hæreditate vltrà animalia, frumenta, aliaque iura annuos prouentus quatuor annorum per ipsum emptos de anno 1531. anticipata solutione vna cum Ioanne Ludouico de Floribus à Communitate Auximi pretio florenorum sex millium, eosque fuisse deinde exactos per Alexandrum hæredem grauatum, qui prouentus tamquam
17 empti † à Testatore anticipata solutione erant subiecti fideicommisso *Alciat. cons.155. lib.9. Mantic.de coniect.lib.7.tit.10.nu.4.Peregrin.art.49. num.73. Fusar.qu.626. num.10.* Et consequenter existentibus pecunijs in hæreditate Testatoris,
18 hæres † grauatus non poterat pro solutione d. legati alienare Prœdium, de quo agitur, in præiudicium fideicommissi *l.1. §. Mulier ff. de ventr.in possess.mitten.* & ibi *gloss.in verb.consueuerunt Gratian.discept.570.num.12.Rota in Romana fideicommissi 18. Iunij 1618. coram Remboldo* cum alijs per *Add. ad Greg.XV. decis.229. num.6.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum &c.

IANVEN. PECVNIARIA seù ATTENTATORVM.

Lunæ 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Consecutiuorum de Attentatorum materia.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sine lite non dantur.*
2 *Attentata gesta post auocationem causæ.*
3 *Inhibitio rotalis siue iusta siue iniusta est timenda.*
4 *Attentati non dicuntur actus gesti in executionem alterius actus non attentati. Sed hoc limita quando inter actum non attentatum & alterum consecutiuũ intercessit inhibitio specialis num. 5.*
6 *Inhibitio superueniens post tres conformes & rem iudicatam reddit attentatam executionem factam vigore trium confor-mium ac rei iudicatæ si illa fiat post inhibitionem.*
7 *Inhibitio facit illicitum quod alias licuisset.*
8 *Regula quod qui continuat non attentat non procedit quoties causa reperitur specialiter commissa super tali continuatione aut super illo actu particulari, vel inhibitio specialis desuper emanauit, & n.9.*
10 *Decreta prouisionalia possunt fieri citra vitium attentatorum.*
11 *Cognitio accessorij, spectat ad Iudicem causæ principalis.*
12 *Attentata quando sunt clara veniunt reuocanda.*

DECISIO DCX.

IN ista causa emanarunt duæ decisiones prima sub die 25. Ianuarij 1638. qua firmatum fuit sequestrum alias obtentum ab A.C. sub die 13. Iulij 1632. pro scut. 97. mil. ad instantiam DD. Franchi Spinulæ, ac Dauidis Imperialis contra D. Philippum vna cum actis factis in Regio Consilio Neapolis pro executione eiusdem sequestri, nec non mandatum suspicionis fugæ relaxatum à Vicario Ianueñ sub die 8. Octobris 1635. pro scut. 29. mil. ad instantiam d.Franchi super bonis eiusdem Philippi esse attentata. Altera vero sub die 20. Aprilis anni præteriti, in qua fuit recessum à prima decisione, ac dictum non cõstare de attentatis ex rationibus in vtraque decisione deductis: Verum hodie tertio posita causa super ijsdem, ac facto melius iustificato, DD. steterunt in primo loco decisis.

Nam licet respectu sequestri obtenti ab A. C. sub die 13. Iulij 1632. attentata reuera non adsint cum illo tempore inspecto cõstet fuisse introductã litẽ in Rota quoad ipsos Franchũ, & Dauidem, & consequenter cessent attenta-
1 ta, quæ † sine lite non dantur ex iuribus, ac rationibus in vltima decisione ponderatis in *§.non obstat, quod prædicti Francus, & Dauid.*

Nihilominus respectu plurium actorum gestorum in Regio Consilio Neapolis pro executione prædicti sequestri, illa tamquam facta post inhibitionem rotalem non possunt excusari à vitio attentatorum. Quandoquidem Philippus prætendens tàm d.sequestrum obtentum ab A.C. quam mandatum suspicionis fugæ relaxatum à Vicario Ianueñ esse attentata vti facta post commissam causam in Rota vsque de anno 1630. ad eius instantiam, seque molestari coram diuersis Iudicibus à dd. Francho, & dauide vti ass. Creditoribus adiuit Signaturam sub die 24. Ianuarij 1636. quæ præuia auocatione à quibuscunque Iudicibus commisit mihi causam cum facultate reuocandi attentata. Cuius Commissionis vigore fuit expedita citatio cum speciali inhibitione, ne ipsi Franchus, & Dauid auderẽt quidquam innouare coram quouis alio Iudice sub quouis prętextu etiam sequestri, & mãdati de assecurando absque auctoritate Rotæ quæ inhibitio fuit etiam legitimè exequuta primo in Curia contra Procuratorem dd.Frãchi, & Dauidis sub die 11. Februarij, ac successiue in partibus contra Francum sub die

10.Mar-

10. Martij, & contra Dauidem sub die 26. Iunij eiusdem anni 1636. qua tamen Inhibitione Rotali non attenta ijdem Francus, & Dauid institetunt in Regio Consilio Neapolitano pro intimatione decreti. relaxati contra debitores eiusdem Philippi, ne soluerent illi pecunias, sed deponerent in banco, illudq; cũ effectu intimari fecerunt sub die 30. Ianuarij 1637. contra aliquos debitores, & licet pro parte Philippi sub die 20. Aprilis eiusdem anni fuisset præsentata d. Inhibitio Rotalis in eodem consilio, nihilominus sub die 24. eiusdem mensis ipsi Franchus, & Dauid obtinuerunt expedire executoriales contra Philippi debitores, inter quos Marchio Oiræ vigore dd. executorialium fecit depositum pecuniæ penes eum sequestratæ, qui actus negari non potest quin laborent vitio attentatorum, cum
2 emanauerint non solum post † auocationem causæ, *cap. vt nostrum de appellat. Vbi Præposit. in secundo notab. cap. Pastoralis de offic. deleg. Lancell. de attent. post anocat. caus. cap. 10. num. 1. & 4.* Verum
3 etiam Inhibitionem Rotalem, quæ † siue iusta siue iniusta timeri debet, redditque attentatũ quidquid post illius præsentationem gestum fuit *Lancellott. de attent. post Inhibit. cap. 2. ampliat. 1. num. 1. & seqq. & sæpe Rota respondit vt in Sabinen. Attentatorum apud Marchesf. par. 2. nu. 2. fol. 37. coram Gregor. XV. decis. 435. num. 4. Martin. Andr. decis. 34. num. 6. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 104. num. 2.* & in terminis sequestri fuit dictum in *Pampilonen. bonorum 24. Aprilis 1595. coram Litta, & in Romana attentatorum 19. Februarij 1635. coram me.*

Non obstat, quod prædicti actus emanauerint in executionem præcedentis sequestri obtenti vsque de anno 1632. proindeque vti cõsecutiui ad ipsum sequestrum non attentatũ,
4 nec etiam ipsi † dicantur attentati iuxta *doctr. Abb. in cap. cum venissent num. 7. de restit. spoliat. Paris. cons. 172. num. 12. lib. 4. cum alys allegatis in eadem decisione in §. quo vero ad acta qnibus addebantur, Franc. in cap. bonæ memoriæ num. 32. in fine, vers. & sicut non suspendit de appell. & Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. limit. 5. nu. 1. & seqq.* Quoniam prædicta iura non procedunt, quando inter actum non attentatum, & alterum consecutiuum intercessit inhibitio specialis, quia tunc inhibitio superueniens operatur, vt actus factus post illam dicatur at-
5 tentatus, quamuis † esset consecutiuus ad alterum non attentatum, vt declarat idem *Lancellott. d. par. 2. cap. 4. limit. 5. num. 10. & cap. 12. limitat. 40. numer. 14.* & fortiotibus in terminis,
6 quod inhibitio † superueniens post tres conformes, ac rem iudicatam reddit attentatam executionem factam vigore trium conformiũ ac rei iudicatæ si illa fiat post dictam inhibitionem, tradit idem *Lancellott. de attent. cap. 20. ampl. 3. num. 2. & ampl. 6. num. 1. & 3. & cap. 30. num. 182. & dixit Rota coram Gregor. XV. dec. 435. num. 3. & coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 104. num. 4.* Ex relata autem facti serie apparet, quod post obtentum sequestrum ab A. C. de anno 1632. superuenit commissio auocatoria, cuius vigore fuit relaxata inhibitio specialis, ac legitimè executa contra dd. Francum, & Dauidem, ne ipsi auderent quidquam innouare coram quouis alio Iudice sub quouis prætextu etiam sequestri, & mandati de assecurãdo absque auctoritate Rotæ; Vnde actus postea gesti pro executione eiusdem sequestri sunt procul dubio attentati, quamuis circumscripta inhibitione tales non essent, cum inhi-
7 bitio † faciat illicitum, quod alias licuisset, *Lancellott. dicta limit. 40. nu. 14. & cap. 20. ampl. 1. per tot.*

Non obstat, quod quis possit continuare in sua possessione, vel alios actus consecutiuos facere non obstañ inhibitione ex regula,
8 qnod qui † continuat non attentat, quia dicta
9 regula non procedit † quoties causa repetitur specialiter commissa super tali continuatione aut super illo actu particulari, vel inhibitio specialis desuper emanauit, prout ex doctrina *Ripæ in cap. cum M. Ferrarien. sub num. 193. ante fin. vers. ad istud respondeo de constit. dixit Rota in Tarraconeñ attentatorum 17. Decembris 1607. in §. final. coram bo: me: Coccino, in Gernndeñ administrationis 1. July 1619. in §. secundo fuit responsum coram bo: me: D. meo Seleucieñ, Add. ad Gregor. XV. decis. 203. num. 7. in fine.*

Neque subsistere visum fuit, quod executio dicti sequestri facta fuerit sub die 30. Augusti 1635. & sic ante inhibitionem Rotalem relaxatã de anno 1636. Quia fuit animaduersum plures actus fuisse gestos in Regio Consilio Primo namque Francus & Dauid petierunt, sub d. die 30. Augusti 1635. præceptum contra debitores Philippi ne soluerent illi, sed pecunias in banco deponerent, ac successiuè sub die 3. Septembris eiusdem anni obtinuerunt decretum pro huiusmodi præcepto contra dd. creditores, & isti actus sunt illi, qui præcesserunt Inhibitionem Rotalem emanatam de anno 1636. deinde verò de mense Ianuarij 1637. ac successiuis mensibus eiusdem anni ijdem Francus, & Dauid institerunt pro expeditione eiusdem decreti, illudque intimari curarunt debitoribus dicti Philippi, ac vigore illius eosdem debitores coegerunt ad faciendum depositum, prout vnus ex illis facere coactus fuit, qui actus tanquam gesti pro reali executione eiusdem sequestri post Inhibitionem Rotalem non possunt excusari ab attentatis ex supra allegatis.

Nec placuit DD. replicatio, quod gesta pro executione, seu expeditione eiusdẽ sequestri emanauerint per modum prouisionis ad vtilitatem vtriusque partis, & ideo tanquam
10 prouisionalia potuerint fieri citra vitium attentatorum *ex traditis à Rebuff. in Constit. Regn. tom. 1. de sent. prouis. in præfat. num. 31. Buratt. decis. 644. num. 8. in fine, vers. 3. considerabat,* quia vltra quod non apparet de huiusmodi vtilitate saltem respectu D. Philippi, obiectum procedere posset nisi adesset specialis Inhibitio expressè præcipiens, ne ipsi Francus, & Dauid auderent quidquam innouare coram quouis alio Iudice sub quouis prætextu etiã sequestri absque auctoritate Rotæ, qua stantè Inhibitione partes non debebant adire alium Iudicem

Iudicem pro ass. prouisione, sed erat recurrendum ad Rotam ad quam spectabat cognitio causæ principalis, cum regulariter cogni-
11 tio accessorij† spectet ad iudicem causę principalis, *l. cum principalis, ff. de reg. iur. Rebuff. eodem tit. de sent. praiud. & provid. d. num. 31.*

Vnde cum respectu istorum attentata sint
12 clara sequitur illa † esse reuocanda iuxta Rescriptum Signaturæ, *cap. non solum de appell. in 6. Caputaq. decis. 52. num. 2. par. 3. Rota decis. 8. num. 3. post Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 37. & alias sæpe.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 26. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Obligationes minorum sine solemnitatibus statutarijs licet respectu ipsorũ non sustineantur tamen valent respectu fideiussorum, qui vt in principales accesserunt.

SVMMARIVM.

1. *Obligatio minoris, & si sine solemnitatibus non teneat, sustinetur tamen obligatio tutoris proprio, & principali nomine facta.*
2. *Fideiussoris obligatio iurata, & cum obligatione Camerali operatur, vt fideiussor dicatur obligatus tamquam principalis etiamsi principali nomine expresse facta non fuerit.*
3. *Obligatione principali corruente debet, & corruere obligatio tutoris, seu fideiussoris tamquam illi accessoria.*
4. *Obligatione principali corruente, quod corruat obligatio fideiussoris limitatur, quando fideiussor se obligauit vti principalis.*
5. *Obligatio Cameralis fideiussoris æquipollet obligationi principalis.*
6. *Obligatione principali deficiente, quod corruat obligatio accessoria procedit in contractu simpliciter prohibito secus in contractu prohibito fauore certarum personarum puta pupilli, aut minoris, & quare.*
7. *Nullitatem allegare non potest is qui illius fuit auctor.*
8. *Tutor nulliter alienans rem minoris, non potest postea dictam nullitatem deducere si res alienata ad ipsum prouenerit.*
9. *Procurator se falso asserens si alienauerit rem Domini nulliter dictam nullitatem non poterit deducere si Domino successerit.*
10. *Nemo plus iuris quam habeat in alium transfert.*
11. *Ius authoris transit cum suis vitijs etiam in singularem successorem.*

DECISIO DCXI.

IN ista causa emanarunt coram me tres decisiones. Prima sub die 27. Ianuarij anni præteriti qua firmatum fuit censum, de quo agitur, aliàs impositum super domo Io: Petri Lilij tunc pupilli, seù minoris per Io: Baptistam Raymundum eius Tutorem, ac venditũ ad fauorem Fidelis Raymundæ vti matris, & tutricis Eq. Ludouici Cassiani tunc pariter pupilli non sustineri, eo quia in d. census impositione non fuerunt seruatæ solemnitates requisitæ a statut. Vrbis cap. 113. & 151. lib. 1. in alienationibus rerum pupillorum, seù minorum; Aliæ verò duæ sub diebus 4. Iulij, & 10. Decembris eiusdem anni, quibus fuit dictũ huiusmodi nullitatem posse opponi etiam à tertio, & sic à Vẽn Collegio Romano Societatis Iesu possessore d. domus, quibus resolutionibus d. Eq. Cassiano non acquiescente, iterumque hodie posita causa super eisdem DD. ex nouiter in facto deductis recesserunt à decisis.

Quidquid enim sit, an impositio d. census fuerit nulla respectu dicti Io: Petri minoris, vt in prædictis decisionibus, quam tamen scribentes pro dicto Eq. Cassiano contendebant esse validam ipso minore volente, & quia dictus Eques agit de damno vitando, & vti infans de tempore dictę impositionis erat magis priuilegiatus, & ex alijs per eos cumulatis. Nihilominus dicebant Domini ipsam sustineri respectu ipsius Raymundi Tutoris, qui censum imposuit, ex quo non solum contraxit tutorio nomine dicti Io: Petri, sed etiam accessit d. impositioni nomine proprio, seque & bona propria vti principalis principaliter, & insolidum obligauit: Vnde esto quod prædicta alienatio, seù census impositio corruat respectu minoris, ob non seruatas solemnita-
1 tes sustinetur † tamen obligatio ipsius Io: Baptistæ Tutoris proprio, ac principali nomine facta, vt in terminis probat *text. in l. & si is quem 9. §. pignora, & ibidem gloss. in verb. sane, vers. quantum autem ad Tutorem, C. de præd. & alijs reb. minor. Dec. cons. 7. num. 6. vol. 1. Paris. cons. 16. num. 113. vers. & tanto magis lib. 2. Castr. cons. 433. num. 3. vers. ad secundum dum dicitur, & vers. præterea par. 1. Alex. cons. 66. sub num. 7. vers. sed fortius lib. 4. Bertaz. de claus. instrum. claus. 7. gloss. 19. num. 4. Neguś. de pignor. 2. membr. 3. parte num. 42. post med. vers. tamen hoc non obstante, Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 171. num. 77. & seq. Maur. de fideiuss. sect. 1. cap. 5. num. 17. Mohed. decis. 2. post vers. quam ex eo, quod isti principales,* & in terminis obligationis factæ à Tutore, qui accessit vti principalis pro minore in contractu celebrato non seruatis solemnitatibus à statuto requisitis, firmant *Gratian. discept. 122. num. 10. & 21. & decis. Marchia 182. num. 10. & 16. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 65. num. 7. vbi plures decisiones Rotales cumulat Seraph. decis. 1324. num. 4. & fuit etiam dictum in Romana Census 5. Iulij 1638. coram R. P. D. meo Verospio.*

Præsertim quando obligatio Tutoris est facta, prout hic, cum iuramento, & obligatione Camerali, tunc enim illa sustinetur, etiam si non fuerit expressè facta principali nomine
2 cum virtus † iuramenti, & obligationis Cameralis operetur, vt fideiussor dicatur obligatus tamquam principalis iuxta veriorem opinionem, quam tenent *Bertaz. de claus. instrum. d. claus. 7. glos. 19. num. 4. vers. 2. quando interuenit iuramentum, Lamberteng. de contract. glos. 16. nu. 18.*

Gabr.

Gabr. com. opin. tit. de fideiuss. concl. 1. num. 44. & in fin. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 88. num. 5. Mohed. dicta decis. 2. circa med. vers. fuit resolutum de fideiuss. & in specie Tutoris, qui se obligauit in contractu minoris, *Gratian. dicta discept. 122. num. 10. vers. quod etiam habet locum, Seraph. dicta decis. 1324. num. 5.*

Nec releuat, quod accessorium regulariter sequatur naturam sui principalis, & ideo si corruat obligatio minoris principalis deficere
3 cere † etiam debeat obligatio Tutoris ad illā accessoria, *l. non duarum 5. & ibi DD. C. de legib. l. cum principalis 138. ff. de reg. iur.* cum alijs in proposito relatis *à Bertazzol. de claus. instrum. d. claus. 7. gloss. 19. num. 3.* Quia dicta conclusio limitatur pluribus modis, & signanter quando prout hic, Tutor se obligauit vti principalis,
4 tunc enim etiamsi obligatio minoris sit nulla ob solemnitates non seruatas, non ideo erit inualida obligatio Tutoris, cum in isto casu obligatio tutoris nō vti accessoria, sed vti principalis iudicetur, & in specie huic obiecto respondent *gloss. in reg. accessorium 42. in eodem verbo accessorium, vers. item contra, C. de præd. minor. Paris. dicto cons. 16. num. 110. & seqq. lib. 2. Gratian. d. discept. 122. num. 21. & seqq. & d. decis. 182. n. 16. Seraph. d. decis. 1324. num. 4.* Accedente præsertim iuramento cum obligatione Camerali,
5 quæ æquipollet obligationi principali, *Natt. consil. 262. num. 10. Gabr. de fideiuss. d. concl. 1. n. 44. Grat. d. discept. 122. num. 1. vers. non obstant contraria, Seraph. d. decis. 1324. num. 5.*

Præterea d. conclusio, quod deficiente obligatione principali corruat etiam obligatio accessoria procedere posset in contractu sim-
6 pliciter prohibito; Secùs autem in contractu prohibito fauore certarum personarum puta pupilli, aut minoris, quorum obligatio licet corruat ob nō adhibitas solemnitates, nō propterea corruit obligatio maioris obligati, quę non est æque fauorabilis, vt in specie dictam conclusionem limitant *Paris. d. cons. 16. num. 111 lib. 2. Gratian. d. discept. 122. num. 13. vers. præterea obligatio minoris, & seqq. Seraph. d. decis. 1314. nu. 6.* vbi assignat rationem, quia prohibitio alienationis concurrit solum commodum pupilli, aut minoris, & non alterius personæ, quam rationem adducit etiam, & pluribus comprobat *Gratian. d. discept. 122. num. 14. vers. quia prohibitio, & seqq.*

Prædictaque faciliùs procedunt, quia domus controuersa, quam Raymundus Tutor d. Io: Petri obligauit pro d. censu tractu temporis peruenit ad eumdem Raymundum titulo donationis vniuersalis factæ ad sui fauorem ab Hortensia sorore, & hærede testamentaria eiusdem Io: Petri minoris: Vnde cum ipse Tutor euaserit Dominus eiusdem domus sequitur ipsum non posse amplius impositioni d. census contradicere, eiusque nullitatem opponere contra d. Eq. Cassianum illius
7 creditorem, cum auctor † nullitatis non possit illam allegare in præiudicium alterius, *Ferrett. cons. 155. num. 7. Ciriac. controu. 181. nu. 57. & seqq. Greg. decis. 140. num. 10.* & in terminis Tutoris, qui nulliter alienauit rem minoris, quæ postea ad eumdem Tutorem peruenit,
8 quod Tutor non possit † nullitatem huius alienationis opponere, sed contractus in eius præiudicium sustineatur, dixerunt *Menoch. consil. 58. num. 36. vers. 9. mouet me argumentum, Caualc. de tutor. & curat. sub num. 175. Mastrill. decis. 287. sub num. 42. & seqq. lib. 3.* vbi ampliat hoc
9 idem procedere in procuratore, qui falsò asserens se procuratorem alienauit rem Domini, & postea illi successit, & in Iudice, qui post latam sententiam iniustam successit parti.

Ex quibus inferebant DD. Vẽ Collegium Romanum non posse hodie opponere nullitatem d. census, cum ipsū habeat causam mediatam ab ipso Raymundo Tutore, qui obligauerat omnia bona sua pro restitutione dotis Cyprianæ eius vxoris, quæ illo prædefuncto obtinuit ad computum suæ doris sibi adiudicari domum prædictam, quam deinde vendidit Mauritio Capponio, cui successit Iosephus eius filius, qui ingrediendo Religionem Societatis Iesu omnia bona sua inter quæ erat prædicta domus, Collegio Romano donauit. Vnde sicuti huiusmodi exceptio nullitatis non posset suffragari ipsi Raymundo, ita nec etiam Collegio ab eo causam ha-
10 benti, cum nemo † plus Iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat, *l. nemo plus iuris 54. ff. de reg. iur. Natt. cons. 398. num. 3. Rota dec. 5.*
11 *num. 18. par. 6. recent.* & ius † auctoris transeat cum eius vitiis etiam in singularem successore, *l. apud Celsum 4. §. si quis autem, & ibi gloss. in verb. exceptionem, ff. de dol. mal. & met. except. l. Pomponius 13. §. cum quis, & ibi glos. vers. siue reale, siue personale, ff. de acquir. poss.*

Et ita vtraque &c.

CAMERINEN. SPOLII.

Lunæ 29. Aprilis 1631.

ARGVMENTVM.

De Aegidiana, de nullitate, & iniustitia subhastationis, ac de census extinctione etiamsi solutio sortis fuerit facta in manibus illius, qui tempore restitutionis non erat curator.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quamuis instrumentalis si fuerit capta authoritate Iudicis ritè & rectè procedentis priuat anteriorem possessorem.*
2 *Talis possessio suffragatur quoad effectum manutentionis.*
3 *Aegidiana reijcit appellationem suspensiuam, & præseruat Iudici facultatem exequendi appellatione non obstante.*
4 *Sententiæ tot dicuntur quot sunt capita separata.*
5 *Aegidiana habet locum in qualibet instantia.*
6 *Clausula, sine præiudicio, executionis præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, & operatur vt ille suā valeat exequi sententiam absque vitio nullitatis, & attentatorum.*
7 *Reintegrario competit aduersus subhastationem spoliatiuam vtpotè factam nulliter & iniustè.*
8 *Subhastatio absque pecuniarum interuentu est nulla.*

9 Ter-

9 *Terminus ad viden. deliberari remanet circumdu-ctus per productionem, & admissionem nouorum iurium.*
10 *Sententia remanet nulla si sit lata sub eadem die qua cadebat citatio ad sententiam.*
11 *Receputa legitime recognita, & adminiculata plenè probat solutionem.*
12 *Census dicitur extinctus per solum actum restitutio-nis sortis etiam si non interueniat actus retrouendi-tionis.*
13 *Census vt in totum dicatur extinctus sufficit solutio sortis pro maiori parte, nisi doceatur partes habuisse voluntatem continuandi pro residuo sortis non re-stituta.*
14 *Subhastatio facta pro maiori summa quam sit debi-tum corruit in totum.*
15 *Census dicitur legitimè solutus illi cui restituere fuit promissum.*
16 *Actus gesti vnico instante coram eisdem testibus, & Notario dicuntur correspectiui, & pro vnico ha-bentur.*
17 *Tutor, seu Administrator de iure quolibet semestri fructus census exigere tenetur.*
18 *Debiti petitio post obitum illorum qui de solutione potuerunt esse informati, non caret suspicione ca-lumnia.*
19 *Renunciatio corruit si corruat suppositum ob quod fuit renunciatum.*
20 *Renunciatio quamuis verbis generalibus concepta nunquam trahitur ad ignorata.*

DECISIO DCXII.

RESOLVERVNT DD. Horatio, & alijs
de Salimbenis dandum esse mandatum
de manutenendo in bonis, de quibus agitur,
quia de eorum possessione capta vigore sen-
tentiæ reintegratoriæ latæ ab A.C. ac mandati
in vim illius relaxati constat ex publico Instru-
1 mento, quæ possessio licet instrumentalis † cũ
fuerit capta auctoritate Iudicis ritè & rectè
procedentis, priuauit Franciscum Brachium
omni sua anteriori possessione, *iuxta doctrinam
Angel. in l. clam possidere, §. ad nundinas num. 3. in fin.
vers. potest etiam Iudex, ff. de acquir. vel amitt. poss.
Mohed. decis. 4. num. 5. de restit. spoliat. Canal. decis.
582. num. 5. & ibi Add. num. 8.* & consequenter
2 suffragatur † ad effectum manutentionis *l. iu-
ste possidet, ff. de acq. poss. Greg. d. decis. 582. num. 2.
& alias millies.*

Validitas enim d. sententiæ, & mandati iu-
stificatur ex reuolutione actorum.

Nec releuat, quod mandatum, & possessio
subsecuta emanauerint pendente appellatio-
ne interposita pro parte Brachij à d. sententia
reintegratoria; & propterea videantur nulla,
& attentata. Quia cum sententia fuerit lata
in spolio, & sic in possessorio recuperandæ erat
3 locus Aegidianæ, quæ reijcit † appellationem
suspensiuam, & præseruat Iudici facultatem
exequendi non obstante appellatione, *Veral.
decis. 141. num. 1. & 2. par. 3. Grat. decis. March. 55.
num. 1. 5. & 6.*

Nec prædicta Aegidiana euitari potest ex
eo, quod iudicium fuerit inchoatum in pri-
ma instantia coram Iudice Ecclesiastico, vide-
licet coram Vicario Episcopi Camerineñ.
Nam obiectum tollitur ex facto, quia Vica-
rius Camerinñ non fuit Iudex primæ instantię
in hoc iudicio spolij, sed merus executor
mandati antea ab A.C. relaxati ad instantiam
Brachij.

Minùs euitari potest ex eo, quod sententia
reintegratoria contineat reuocationem senten
tiæ adiudicatoriæ latæ à dicto Vicario, & ideo
sapiat mixturam, ratione cuius cesset Aegi-
diana. Quia obiectũ visũ fuit cessare ex lectu-
ra sententiæ, quia cũ sit concepta per capitula
separata, sequitur vt illa, si recipiat appellatio-
nem respectu reuocationis prioris sententiæ
contentæ in vno capite, non ideo illam admit-
tat respectu reintegrationis contentæ in alio
capitulo separato, cum tot dicantur sen-
4 tentiæ, † quot sunt capita separata, *Paris. cons.
66. num. 3. vers. istis tamen non obstan. & num. seq.
lib. 1. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 47. membr. 2.
num. 23.*

Pariter visum fuit releuare, quod d. senten-
tia reintegratoria fuerit lata in secunda instan
5 tia in gradu appellationis. Quoniam Aegi-
diana habet locum in qualibet instantia, *Con-
tard. in l. vnica, C. si de mom. possess. qu. 4. num. 8.
Canal. decis. 42. num. 3. & decis. 69. num. 2. Rota decis.
173. num. 3. par. 1. recent.*

Et videbatur cessare difficultas quoad istas
prætensas nullitates ex eo, quia Signatura
vtraque parte informante commisit causam
appellationis cum clausula, sine præiudicio
6 executionis, quæ † præseruat iurisdictionem
Iudicis à quo & operatur vt ille suam valeat
exequi sententiam absque vitio nullitatis, &
attentatorum, *Lancellott. de attent. 2. par. cap. 12.
de attent. appell. pend. limit. 25. num. 31. Gonzal. super
reg. 8. gloss. 9. §. 1. in annot. contra nullit. & attent. in
causa benef. nu. 224. Mart. de claus. par. 1. claus. 143.
num. 9. Cæsar de Graff. decis. 3. num. 4. de sent. & re
iudicat. Gregor. XV. decis. 232. num. 1. & Adden.
num. 4.*

Iustitia verò antedictæ sententiæ liquet,
cum illa det reintegrationem Salimbenis ad
possessionem bonorum, de quibus agitur, à
qua fuerunt eiecti mediante subhastatione
nulliter & iniustè facta, quæ proinde fuit spo-
7 liatiua, & aduersus illam competit † reinte-
gratio, vt in terminis subhastationis nulliter
factæ, tradunt *Menoch. de recuper. remed. 8. num. 19
Gratian. discept. for. cap. 739. num. 22. iuncto nu. 26.
cum pluribus ibi cumulatis Rota decis. 476. num. 4.
par. 2. recent.* ac de subhastatione iniusta *Gre-
gor. XV. decis. 198. num. 1. & ibi Adden. & alias
sæpe.*

Nullitas dictæ subhastationis probatur ex
tribus præcipuè nullitatibus, quarum prima
oritur ex eo, quod illa fuit facta absque inter-
8 uentu pecuniarum, quarum † numeratio re-
quiritur pro validitate subhastationis, *l. à Diuo
Pio, §. sed si emptor, ff. de re iudic. Rota decis. 247.
num. 5. par. 4. diuers. decis. 507. num. 3. par. 3. recent.
Gregor. XV. decis. 23. per tot. Rota in Asculana prædij
penès Marches. de commiss. nullit. sanat. par. 3. §. 2. n. 1
fol. 46.*

Altera quia sententia adiudicatoria fuit la-

ta sub eodem termino, sub quo pro parte Brachij fuerunt producta noua iura,& per Iudicem admissa,per quam admissionem termi-
9 nus † ad videndum deliberari remansit circumductus, *Gratian. discept. for. cap.438. num.6. & 8.* qui refert, & sequitur opinionem *Rota in Romana pecuniaria, seu restitutionis in integrum 15. Decembris 1620.coram Ortemberga.*

Vltima verò nullitas ducitur ex eo, quia eadem sententia adiudicatoria fuit lata eadem die, qua fuit facta citatio, cum in vtraque legatur apposita dies 24.Maij, vt in Summario Salimbenis *num.6.* vnde remanet nulla, perin-
10 de, ac si lata † esset sine citatione, vt dixit *Rota decis.429. num.2. post mcd. decis.527. num.1. par.3.recent. Gregor.decis.546.num.6. & in Romana Census de Vrsinis Lunæ 27. Martij 1626. coram Eminentissimo Vbaldo confirmata sub die 9.Iunij eiusdem anni, & 16. Martij coram R. P. D. meo Merlino.*

Iniustitia verò eiusdem subhastationis patet, cum illa fuerit facta vigore mandati relaxati pro fructibus decursis spatio 24.annorum vnius census aliàs impositi à Francisco patre Horatij,& aliorum de Salimbenis ad fauorem Bracchij, qui quidem census probatur extinctus paulò post illius impositionem mediante restitutione sortis solutæ q. Seuerino olim Administratori bonorum dicti Brachij, vt ex recepta eiusdem Seuerini, quæ cum sit legi-
11 timè † recognita, & adminiculata ex partitis extractis è libris Mercatorum plenè probat solutionem *l.quinquaginta in fine, ff. de probat.l.is qui ducenta, ff. de reb. dub. Rota decis.425.num.2. par.2. recent.* & consequenter extinctionem
12 census, cum ad hoc vt census † dicatur extinctus sufficiat solus actus restitutionis sortis, etiamsi non interuenerit actus retrouenditionis, ex traditis per *Tiraquell.de retract.conuent.ad finem num.64. vsque ad 85. Boccac.de censib. par.2. num.130. Rota post Cenc.de cens. decis.182. num.3. & 4. decis.272.num.7.& decis.283.num.6.*

Nec obstare visa fuerunt obiecta, quæ contra d. restitutionem opponebantur.

Non primum, quod prædicta recepta de per se sola non contineat integram quantitatem sortis d.census, partitæ verò extractæ è libris Mercatorum non cantent in causam census. Quia quidquid sit, an dd. partitæ cesserint in causam istius census,nec ne, sat esse dicebant Domini, quod sola dicta recepta cōtineat solutionem sortis pro maiori parte, ad
13 hoc vt census † dicatur extinctus in totum, nisi doceatur partes habuisse voluntatem cōtinuandi pro residuo sortis non restitutæ ex pluribus relatis *à Cenc. de cens. par.3.cap.1.qu.3. art.5. num.2. & 4. Rota in Romana Saluiani coram Litta post Cenc. de censib. decis.272. numer. 6. & 7.* Quæ quidem voluntas partium continuandi censum pro residuo sortis non restitutæ in proposito non probatur, & quatenus etiam probaretur, non ideo Bracchius potuisset obtinere mandatum pro fructibus totius census decursis spatio 24.annorum, sed solum pro fructibus ratæ sortis restitutæ, adeout mandatum obtentum pro fructibus integræ sortis, & subhastatio in vim illius subsecuta dicantur excessiua, & iniusta, & in totum corruant,
14 etiam quod excessus † esset in minimo, vt in terminis subhastationis *Bart. in l. si non sortem, §. si centum, ff.de cond.indeb. Affl. decis.218.n.3. & 4. Rota coram Gregor. XV. decis.195. num.1. & ibi latè Adden. littera A. & decis.319.num.3. & in Asculana pradij coram bo:me: Sacrato per Marches. par.3.num.4. fol.46.*

Neque etiam secundum, quod solutio non fuerit legitimè facta in manibus Seuerini, eo quia tunc temporis iste non erat amplius Curator,sed aderat Pisarus secundus Curator,cui propterea solutio fieri debuit. Nam placuit responsio quod Seuerinus de tempore quo erat Curator, vel Administrator bonorum Bracchij, deputauit in subadministratorem Salimbenem cum pacto expresso, quod non posset soluere debitum administrationis alteri personæ, quam eidem Seuerino, cumque postea Salimbenes absente Seuerino solidauerit computa administrationis cum Pisaro altero Curatore, & loco solutionis reliquatus pro eadem quātitate imposuerit censum ad fauorem Bracchij, sequitur solutionem, vel restitutionem d. census factam Seuerino fuisse legitimè factam, quia cum census prouenerit ex reliquatu administrationis, quem Salimbenes in sua prima obligatione promiserat nō alteri soluere quam Seuerino,dicitur legitimè
15 solutus, † & restitutus in manibus Seuerini, etiam quod de tempore solutionis non esset amplius Curator, vel Administrator, vt in terminis facit doct. *Bart.in l cum qui, §.quia fi-bi, ff.de verb.obligat. Borg. Caualc. de tut. & curat. num.272. Affl.decis.147. per tot. Rota decis.660. num.1. vers.generale esse par.3.recent.*

Quod autem census prouenerit ex reliquatu administrationis clarè desumitur ex eo, quia Salimbenes in solidatione computorum administrationis,remansit debitor flor.452.b.5 & pro dicta quantitate reportauit Instrumentum quietantiæ,vnicoque contextu, & coram eisdem Testibus,& Notario imposuit censum eiusdem quantitatis flor.452. b.5. quæ quidē quantitas videtur eadem, quæ prouenit à reliquatu,nedū propter identitatem summæ,quę correspondet etiam in obolis, verum propter
16 vicinitatem actuum, † qui tamquam gesti vnico instanti coram eisdem Testibus, & Notario dicuntur correspectiui, ac pro vnico iudicantur *Gratian.discept. for. cap.924. num.2. Seraph.decis.540.num.4. Rota post Zacch.de obl.Cam. decis.113.num.14.*

Prædictamque solutionem fuisse legitimè factam suadetur etiam ex obseruantia subsecuta desumpta tùm ex eo, quod Pisarus secundus curator,qui successerat Seuerino, ac interuenerat solidationi computorum, & impositioni d. census, nunquam dictam solutionem impugnauit neque durante tempore suæ curę fructus d. census exegit, prout verisimiliter impugnasset, & respectiuè exegisset,quemad-
17 modum de iure fructus quolibet † semestri exigere tenebatur, *l. si tutor constitutus 15. ff. de admin. tut.* Tùm etiam ex acquiescentia eiusdē

Brac-

Bracchij, qui factus maior nunquam per cursum 20. annorum pro fructibus d. census institit, imò addebat vnus ex Dominis, quod cum petitio fructuum fuerit per Bracchium dilata † in tempus, quo decesserant Seuerinus, Pisarus, & Salimbenes, qui erant de solutione sortis d. census informati, non careat suspicione calumniæ, vt in simili animaduertit *Ciriac. controu. forens. 280. num. 8. & 9. Afflict. decis. 13. num. 22. Paris. consil. 137. num. 12. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. num. 21.*

18 dilata † in tempus

Minus obstare visa fuerunt alia duo motiua per Bracchium deducta pro iniustitia sententiæ reintegratoriæ. Nam primum, quod Salimbenes ceciderint à possessione facto proprio mediante cessione Iurium tollitur ex facto. Quia ex datis in Summario liquet Salimbenes cecidisse à possessione facto Iudicis mediante sententia adiudicatoria, & mandato de immittendo in vim illius ad fauorem licitatoris relaxato, & executo expulsis Salimbenis possessoribus, non autem vigore cessionis Iurium, quæ legitur facta per executionem mandati, & per mensem post expulsionem.

Alterum verò desumptum ex eo, quod ijdem Salimbenes renunciauerint iudicio spolij, tollitur duplici responsione.

Primo quia renunciatio fuit facta cum supposito, quod subhastatio esset facta ser. ser. & sic cum supposito validitatis, & iustitiæ, quod suppositum est erroneum, quia, vt supra dictum est, subhastatio fuit nulla, & iniusta, &

19 proinde cessante supposito, renunciatio † quoque corruit, *Surd. consil. 150. num. 78. Rota decis. 137. num. 7. & decis. 590. num. 2. par. 4. recent.*

Secundo quia renunciatio non loquitur expressè de spolio, nec probatur Salimbenes tunc temporis habuisse scientiam illius: Vnde dicta renunciatio non potuit comprehen-

20 dere spolium ignoratum, etiam quod † illa fuerit verbis generalibus concepta, *Paris. consil. 12. num. 78. lib. 2. Maresc. var. lib. 1. cap. 41. num. 86. Canaler. decis. 430. num. 4.* & in terminis spolij ignorati, dixit *Rota inter recent. par. 5. decis. 39. num. 8. & seqq. & decis. 172. num. 3. & 4.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA BENEFICIORVM.

Luna 29. Aprilis 1641.

Argumento non eget.

SVMMARIVM.

1 *Legitimus contradictor, vt quis dicatur ad impediendam adiudicationem Beneficij prouiso Apostolico, quæ requirantur.*

2 *Remissoria passim denegatur ex causa calumniæ.*

DECISIO DCXIII.

RESOLVTVM fuit Io: Lucæ Hebeier non esse dandam Remissoriam ex articulorum irreleuantia. Nam primi quinque articuli continent, quod Iulius Cæsar Carauaschinus prouisus de quatuor beneficijs, de quibus agitur, ortus sit ex matre infideli, ac patre adultero, quodque Beneficia Ecclesiastica Insulæ Melitæ ex Indulto Leonis Decimi, nonnisi Clericis illius originarijs conferri possint, qui quidem articuli visi fuerunt irreleuantes, quoniam adhuc facta tali probatione illa suffragari non posset ipsi Hebeier, quia cum ipse non exhibear titulum nouæ impetrationis certo modo, scilicet ob incapacitatem ipsius Carauaschini habentis gratiam Apostolicam anteriorem, & iustificatam,

1 nec potest dici legitimus † contradictor ad impediendam eidem Carauaschino adiudicationem dd. Beneficiorum, iuxta doctrinam *Bart. in l. final. num. 21. ad med. vers. quandoque quis venit, C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 581. Argel. de legit. contr. qu. 15. art. 6. num. 203. Verall. decis. 329. num. 2. par. 1. Seraphin. decis. 257. num. 1. Buratt. decis. 225. num. 8. Rota decis. 641. num. 4. par. 4. recent.*

Sextus verò articulus continens, quod ista Beneficia sint decem solita conferri sub vnico titulo SS. Saluatoris & Annæ vltra quod repugnat propriæ confessioni eiusdem Hebeier, qui beneficia sub distincta, ac diuersa denominatione impetrauit, est pariter irreleuans, quia cum Sanctissimus iam contulerit ipsi Carauaschino 4. ex prædictis decem beneficijs cum data anteriori, si illa essent solita conferri, seu vnita cum alijs sex, dicendum esset omnia decem beneficia, & sic etiam alia sex possessa per ipsum Hebeier esse adiudicanda Carauaschino habenti gratiam anteriorem.

Eoque faciliùs pro denegatione Remissoriæ responderūt DD. Tùm quia ista causa fuit diù in partibus agitata ab anno 1628. vsque ad annū 1636. & deinde ad Curiam delata, quo temporis spatio d. Hebeier non curauit facere aliquas probationes, vnde non leuis oritur

2 suspicio calumniæ, ob quam † Remissoria passim denegatur, vt in his terminis tradit *Seuerol. de remiss. cap. 7. Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 3. vers. idem si causa, Buratt. decis. 23. num. 2.* Tùm etiam quia ista Remissoria petitur ad impediendam executionem *Felin. in cap. cæterum num. 12. de re iudic. Rota decis. 571. nu. 2. par. 2. recent. & coram Durano decis. 587. num. 4.*

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA ALIMENTORVM.

Luna 13. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Alimentorum præstatio, quando prætendi non possit nisi officio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Pater sicuti non tenetur præstare alimenta filijs nisi officio Iudicis ita pariter seruari debet cum subrogato in locum illius, & num. 2.*

3 *Gerundij natura est non principaliter disponendi,*

sed praecedentem dispositionem declarandi, vel qualificandi.

4 *Obligatio alendi fratres stipulata cum Patre est longe diuersa à stipulata cum ipsis fratribus ad effectum consequendi alimenta iure actionis.*

5 *Alimenta, quando nequeant praetendi per fratres ex bonis primogenituræ erectæ per extraneum nisi prius discussis bonis paternis.*

DECISIO DCXIV.

PLACVERVNT DD. fundamenta decisionis in hac Causa factæ sub die 6. Ianuarij anni proximi præteriti; in qua recedendo ab alia decisione emanata sub die 7. Iunij 1638. ad fauorem Augustini, & fratrum de Gallis fuit dictum Equitem Bernardinum Gallum non teneri ad præstationem alimentorum per dd. fratres petitorum nisi officio Iudicis, & in subsidium, non autem iure actionis Quandoquidem ex Instrumento cessionis Primogenituræ ei factæ ab Alexandro Patre apparet illum non simpliciter dd. alimenta promisisse, prout præsupponebat d. decisio reuocata, sed per viam accollationis assumpsisse in se onera, ad quæ Alexander pater tenebatur, ibi, accollando in seipsum onus, alendo, & subministrando &c. Vnde

1 cum Alexander† Cedens nō tenetur ad præstanda alimenta filijs nisi officio Iudicis, *l. si quis à liberis §. sed & si filius de liber. agnosc. Surd. de aliment. tit. 7. q. 6. num.* 1. Ita pariter dicendum venit Eq. Bernardinum in eius locum subro-

2 gatum non alia actione ad dd. alimenta teneri *Ginrb. decis.* 5 1. *num.* 2. *in fin. Greg. XV decis.* 115 *num.* 3. *cum alijs in decisione alleg.*

Non obstat, quod Gerundium illud, alendo, sit appositum in dicto Instrumento sine copula, & stet disiretiuè, & separatiuè ab antecedenti verbo accollando, & propterea importare debeat separatam obligationem alimentorum ex stipulatu ad fauorem dd. fratrum, quia contrarium DD. visum fuit verius videlicet d. gerundium, & alia subsequentia stare declaratiuè, & ad declarandum onera, quæ Eques Bernardinus voluit comprehendere sub accollatiua obligatione, nam

3 natura gerundij † non est principaliter disponendi, sed præcedentem dispositionem declarandi, vel qualificandi, vt bene aduertit *Gabr. cons.* 57. *num.* 1. *pro text. in l. vim facit ff. de vi et vi arm. & cons.* 108. *num.* 42. *lib.* 2. *Corn. cons.* 224. *sub num.* 19. Vbi quod natura gerundij est determinare, & qualificare verba quibus adijcitur declarando actum Verbi.

Non obstat quod intellectu retento d. obligatio esset superflua, & ad fauorem fratrum nihil destruisset, cum eo ipso quod Eques Bernardinus Primogenituram adeptus fuisset: teneretur absque alia obligatione, actione reali, & personali ad præstanda alimenta fratribus, & propterea ad hoc vt dicta stipulatio aliquid operetur debeat intelligi de alimentis debitis vigore actionis. Quoniam forsan procederet obiectum si obligatio, seu stipulatio fuisset facta cum ipsis fratribus, sed cum contractus fuerit factus inter Alexandrum, & Equitem Bernardinum sine interuentu fra-

4 trum sufficit. quod stipulatio † suum operetur effectum cum eodem Alexandro in cuius locum ipse Eques se posuit *Surd. decis.* 322. *num.* 63. Vltra quod etiam DD. aduertebant non subsistere in facto, quod Eques Bernardinus per adeptionem possessionis primogenituræ teneretur ad præstationem dd. alimentorum, ex quo Cardinalis, qui primogenituram instituit erat transuersalis. & prohibuit vt eius bona non subiacerent alicui oneri, nec dotis, redemptionis captiuorum, nec alterius cuiuscunque vrgentissimæ causæ, & ideo prius dd. fratres debebant excutere bona

5 patris, quam venire contra Primogenituram *vt fuit seruatum in Romana de Bonellis Veneris* 30. *Ianuarij* 1637. *coram me.*

Alia quæ iterum inculcabantur visa fuerunt sufficienter sublata ex responsionibus datis in decisione, quæ adhuc DD. placuerunt. Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE CAVALCA.

Lunæ 13. *Maij* 1641.

ARGVMENTVM.

Detractiones ex quibus non sint aptæ impedire fideicommissarijs immissionem.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius per simplicem legati acceptationem censitur onus illi iniunctum agnouisse.*

2 *Bona mariti sunt tacitè obligata pro restitutione dotis vxoris.*

3 *Actio repetitionis dotis transit in hæredem vxoris.*

4 *Legitima est triens si filius sit vnicus.*

5 *Vxor si instituat hæredem secundum virum filius ex primo matrimonio vltra legitimam consequitur medietatem hæreditatis vt est opinio magis communis, & num.* 6.

7 *Vir seu eius hæres tenetur reficere deteriorationem, quæ sui culpa euenit in fundo dotali: secus si culpa non concurrit, & num.* 8. *&* 9.

10 *Dispositio auth. res quæ C. comm. de legat. non suffragatur mulieri, quæ iam virum inuenit, eoque minus quando matrimonium est iam solutum per eius obitum num.* 11.

12 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non sunt attendendæ in iudicio possessorio.*

13 *Mulier, quæ administrauit bona sui viri præsumitur de omni suo credito sibi satisfecisse.*

14 *Credita turbida non sunt apta impedire immissionem fideicommissario.*

DECISIO DCXV.

CVM hodie resideretur secunda decisio facta in ista causa sub die 7. Maij anni præteriti, in qua resolutum fuit Alexandro Caualchæ dandam esse Immissionem super bonis de quibus agitur subiectis fideicōmisso q. Ludouici de Rusticellis eius Aui materni

terni contra Carolum Emanuelem Ferabofeum fecundum Maritum, & hæredem Teftamentarium Catharinæ Matris ipfius Alexandri ex primo matrimonio, ac filiæ, & hæredis grauatæ d. Ludouici fideicommittentis, Informantes pro dicto Ferabofco impugnabant d. decifionem in ea folum parte, in qua firmatum fuit eidem Alexandro petenti Immiffionem fuper dd. bonis non obftare detractiones exaduerfo prætenfas ex perfona d. Catharinæ, fed illas neque etiam hodie obftare dixerunt DD. & fic fteterunt in decifis.

Etenim quoad tres priores detractiones æris alieni eiufdem Ludouici Teftatoris, quarum prima concernebat liberationem Prædij Bertaleæ affignati per Ludouicum Teftatorem ad computum dotis d. Catharinæ debitæ lib. 2175. fecunda folutionem refidui d. dotis in fumma lib. 1255. ac tertia augmentum ciufdem dotis afcendens, vt dicebatur, ad lib. 13558. fuper quibus omiffis aliis hodie infiftebatur Placuit DD. refponfio data in eadem decifione in §. minus obftant prætenfæ detractiones, nimirum Ludouicum Teftatorem prælegaffe eidem Catharinæ iam nuptæ Iacobo Caualchæ primo Viro cum dote lib. 14. mil. nonnulla bona, de quibus agitur, non fimpliciter, fed cum onere vt ipfa ex illorum fructibus folueret Achilli de Canonicis refiduum pretij d. Prædij Bertaleæ fibi venditi. Item d. Iacobo Viro refiduum dotis illi promiffæ in d. fumma lib. 24. mil. reliquos autem fructuus deponeret penes Montem Pietatis eofque quolibet biennio reinueftiret in aliqua re ftabili, vt ipfa Catharina quatenus fieret Vidua, poffet cum vberiori dote ad fecunda vota pertranfire: Vnde cum ipfa fimpliciter acceptauerit huiufmodi legatum cenfetur
1 onus † illi adiunctum agnouiffe, feque ad illius implementum obligare voluiffe, prout vltra allegata *in d. decifione probat text. in l. plane fi filium 94. §. fi cui fliches ff. de legat. 1. l. Imperator Antonius 70. verf. fi centum ff. de leg. 2. l. fed fe non feruus 36. in princ. ff. ad leg. falcid. Caftr. conf. 193. num. 3. verf. fed certe fpeciale eft par. 2. Alciat. refp. 545. num. 5. Crauett. conf. 174. num. 9. lib. 9.* Et confequenter fi illud non adimpleuit potius remanfit debitrix, quam creditrix dd. detractionum, quas Ferabofcus ex illius perfona deducere prætendit.

Neque huic refponfioni vifæ fuerunt obftare duæ exceptiones, quæ hodie repetebantur ad retardandam d. Immiffionem.

Nam primò non obftat exceptio crediti pro reftitutione integræ dotis Catharinæ fo-
2 lutæ Iacobo primo Viro, cum bona † mariti fint tacitè obligata pro reftitutione dotis Vxoris *l. 1. §. & vt plenius C. de rei Vxor. act. §. fuerat verf. fed & tacitam Inftit. de act. plenè Giurb. ad confuet. Meffan. cap. 13. glof. 3. num. 31.* & actio re-
3 petitionis † dotis tranfeat etiam inhæredem Vxoris, & confequenter in Ferabofcum hæredem d. Catharinæ *l. 1. C. vt actiones & ab hæred. & contr. hæred. Surd. decif. 240. num. 8. in fin. verf. Addebant.* Quia cum fit in confeffo dotem d. Catarinæ fuiffe conftitutam à Ludouico patre in fumma lib. 24. mil. dicebant DD. non effe locū illius reftitutioni, quandoquidē pro lib. 18. mil. Iacobus maritus recepit in folutum prædium Bartaleæ, quod hodie detinetur ab eodem Ferabofco, cui proinde petenti illius reftitutionem obftat exceptio petis, quod intus habes, refpectu vero aliarum lib. 6. mil. pro complemento d. fummæ, quas idem Iacobus recepit in pecunia numerata, fuit animaduerfum, quod ipfa Catharina, quæ inftituit hæredem Ferabofcum fecundū Virum reliquit in eodem Teftamento legitimam dicto Alexandro vnico filio ex primo
4 matrimonio, quæ cum † fit tertia pars d. dotis lib. 24. mil. & fic lib. 8000. *auth. nouiffima C. de inoffic. teftam.* fequitur ipfum Ferabofcum non poffe petere dd. lib. 6. mil. à dicto Alexandro, fed potius teneri eidem foluere alias lib. 200. pro fupplemento d. legitimæ, Imo quia Catharina inftituit hæredem vniuerfalem Fe-
5 rabofcum fecundum Virum Alexander filius ex primo matrimonio debet confequi dimidiam reliquæ hereditatis vltra legitimam *iuxta l. hac edictali 6. C. de fec. nupt.* itaut ex bonis d. Catharinæ prædefunctæ prius fit deducenda tertia pars pro legitima debita dicto Alexan-
6 dro filio ex primo matrimonio, ac † deinde refiduum inter eumdem Alexandrum, ac Ferabofcum Vitricum fit æqualiter diuidendū iuxta veriorem, ac magis receptam fententiā quam tenet, *glof. in §. optime verb. quippe Auth. de nupt. Bald. in d. l. hac edictali num. 2. & in l. 1. num. 9. & 10. verf. præterea C. de inoffic. dotib. & conf. 22. num. 3. poft med. verf. item dicendum lib. 5. Rip. in l. in quartam num. 219. ff. ad l. falcid. Cephal. conf. 412. num. 6. & n. 20. cum feqq. Surd. conf. 237. num. 11. Crefcent. decif. 4. ad fin. de teftam. & decif. 756. num. ? par. ?. lib. 5. diuerf. cum alys cumulatis in Fauentina dotis, feu fucceffionis 21. Februarij 1640. coram me in §. Iuftitia vero, & in Vrbeuetana reftitutionis dotis 6. Februarij 1640. coram R. P. D. Merlino.*

Neque videtur fubfiftere, quod refpectu prædii affignati pro lib. 18. mil. illud fuerit pro maiori parte deterioratum, aut peremptum culpa eiufdem Iacobi ob non conftructos aggeres ad reparandas fluminis inundationes, ac
7 propterea Alexander illius † hæres teneatur ad huiufmodi intereffe vfque ad illum valorem, quo d. Prædium æftimaretur fi peremptum non fuiffet *Bald. in l. ex conuentione num. 1. C. de pact. Salic. in l. fi inter Virum in fin. C. de Iur. dot. Hond. conf. 77. num. 15. verf. & in tantum vol. 2. Gratian. difcept. for. cap. 826. num. 72. Giurb. qui plures cumulat ad Confuetud. Meffanen. cap. 15. glof. 4. num. 5. & 14.* Quoniam vltra refponfionem datam in d. decifione §. quo vero ad aliā, vifa fuit hodie ceffare difficultas ex confeffione eiufdem Catharinæ, quæ poft obitum Iacobi, fcilicet de menfe Augufti 1624. impofuit fuper eodem prædio vnum Cenfum, & in Inftrumēto impofitionis illius afferuit medio Iuramento d. prædium effe tornaturarum 60. & fic eiufdem quantitatis, in qua Ludouicus Teftator illud affignauit Catharinæ ad computum fuæ dotis: Vnde apparet damnū

si quod in substantia adesset in prædio non prouenisse culpa Iacobi Viri, qui propterea,
8 siue † Alexander eius heres non teneretur ad refectionem eiusdem damni *Castr. in l. si æstimatis num. 5. in fin. ff. sol. matr. cum alijs per Hond, d. conf. 77. num. 13. lib. 2.*

Et hinc cessat pariter obiectum quod Alexander heres fideicommissarius Ludouici Patris Catharinę non teneatur ex bonis fideicō-
9 missi ex eo, quod d. prædium sit peremptum sine eius culpa iuxta distinctionem quā post *Bart. Alex. & alios tradit Surd. de alim. tit. 7. q. 5. n. 5 discept. forens. cap. 65. num. 16. & cap. 362. num. 15.* quia vltra quod reuera non constat d. prędiū fuisse peremptum aut deterioratum culpa Iacobi, nec minus probatur valor partis eiusdem prędij superexistentis, prout opus esset ad hoc vt asserta peremptio, seu deterioratio, possit dici liquida, in omnem euentum sibi imputari deberet Ferabofcus secundus Vir si cum minori dote Catharinam in Vxorem duxit, cum hodie non possit iuuari remedio *auth. res quæ C. com. de leg.* quę permittit bona subiecta restitutioni posse in subsidiū alienari
10 pro dote, cum dispositio d. auth. † non suffragetur Mulieri, quę iam Virum inuenit, *vt latè per Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauf. 5. glos. 1*
11 *par. 2. num. 84.* Eoque minus quando † matrimonium est iam solutum per eius obitum *Menoch. conclus. 33. num. 9. Peregr. de fideic. art. 42. num. 20. & 43. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 84. vbi alios adducit.*

Neque visa fuit obstare secunda exceptio alterius crediti ex eo desumpta, quod Catharina vsque de anno 1611. demandauerit omnimodam administrationem bonorum sibi prelegatorum d. Iacobo Viro, qui ea suscepta promisit adimplere prędicta onera iniuncta Catharinę à Ludouico Testatore, atque de his tenere verum, ac reale computum; Vnde inferebatur Alexandro filio, & heredi d. Iacobi petenti Immissionem super eisdem bonis obstare exceptionem redditionis rationis d. administrationis, occasione cuius idem Iacobus dicebatur remansisse debitor in d. summa 13558.

Quoniam huiusmodi exceptio redditionis rationis tamquam turbida, ac requirens al-
12 tiorem indaginem † non visa fuit posse impedire Immissionem in hoc Iudicio possessorio, vt in his terminis dixit *Rota decis. 140. num. 12. par. 6. recent.*

Turbiditas autem resultat ex eo pręcipuè, quod ipsa quoque Catharina tamquam Tutrix, & Curatrix dicti Alexandri omnia bona ad ipsum spectantia vti hereditaria tam Ludouici Aui fideic. quàm Iacobi Patris administrauit, vt liquet ex confessione eiusdem Catharinę, quę licet exhibuerit separatā reddere rationem d. administrationis, nihilominus illam reuera nunquam reddidit ac Inuentarium tutelare exhibere recusauit: Vnde non reddita ratione d. administrationis, militat præsumptio, quod ipsa ex fructibus bonorum, quæ administrauit, de omni præten-
13 so † credito sibi satisfecerit, *Crauett. conf. 129. num. 5. Affl. decis. 12 num. 16. Gratian. discept. 129 num. 21. & seqq. Caual. decis. 171. num. 7.* maximè cum ex confessione eiusdem Ferabofchi facta ad positiones exaduerso datas, ac relatione periti pro eius parte electi, colligatur hæreditatem d. Iacobi fuisse valde opulentam, valoris scilicet lib. 249031.

Sed videtur cessare omnis hæc disceptatio, quandoquidē adhuc admissis omnibus assertis creditis d. Ferabofchi nihilominus attentis alijs creditis ipsius Alexādri dicebant DD. ipsum Ferabofeum remanere potius debitorem quā Creditorem, Credita namq; quæ Ferabofeus prætendit tamquam hæres Catharinæ consistebant in sequentibus partitis quarum,

Prima est lib. 2175. pro liberatione d. Prædij Bertaleæ assignati Catharinæ ad computum suæ dotis non solutæ	2175.
Secunda lib. 1255. pro residuo d. dotis non solutæ	1255.
Tertia verò lib. 13558. ad quas dicebatur ascendere augmentum eiusdem dotis	13558.
Quæ partitæ insimul coaceruatæ constituunt libras	16988.

Credita autem quæ habet Alexander contra hæreditatem eiusdem Catharinæ matris sunt sequentia.

Primum est lib. 8000. pro tertia parte dotis maternæ, quæ fuit librarum 24. mil. sibi debitarum pro legitima	8000.
Secundum est lib. 4519. pro tertia parte augmenti eiusdem dotis ascendentis iuxta Calculum eiusdem Ferabofchi ad prædictas lib. 13558. sibi debitas in eamdem causam legitimæ	4519.
Tertium est lib. 11760. quas idem Ferabofchus percepit ex fructibus bonorum de quibus agitur ab an. 1628. quo fuit mota ista lis, cum bona controuersa iuxta Calculum eiusdem Ferabofchi fuerint annui redditus lib. 920 qui cursu 17. annorum constituunt d. summam lib. 11760.	11760.
Quæ partitæ simul conflatæ constituunt summ. lib. 24 279.	34279.

Quibus si addantur alia bona, quæ debebentur Alexandro vltra legitimam *iuxta l. hac edictali C. de sec. nupt.* manifestè apparet omnia prætensa credita Ferabofchi vel absorberi ab alijs creditis ipsius Alexandri, vel saltem red-
14 di adeo turbida, vt illa † non valeant impedire Immissionem eidem Alexandro fideicōmissario, *vt in terminis dixit Rot. in Auximana, Census 10. Maij 1636. coram R.P.D. meo Ghislerio, & in Signina Saluiani 16. Aprilis & 13. Iunij 1638. coram R.P.D. meo Carillo, & nouissimè in Auenion. bonorum 18. Iunij 1640. coram R. P. D. Royas.*

Et ita vtraque &c.



MES-

MESSANEN. DECANATVS.

Luna 27. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

In quibus beneficijs non habeat locum optio, & quando ius optandi dicatur sublatum.

SVMMARIVM.

1 *Regola 4. Cancellariæ reseruat dispositioni Sedis Apostolicæ primas dignitates post Pontificalem in Cathedralibus.*

2 *Optio non habet locum in beneficijs reseruatis quacunque reseruatione siue generali, siue speciali.*

3 *Consuetudo optandi non minori spatio 40. annorum inducitur in Ecclesia, in qua præbendæ sunt perpetuò distinctæ, & annexæ canonicatibus, & sic per optionem acquiritur nouus titulus beneficij.*

4 *Consuetudo vti stricti iuris non extenditur vltra casum, in quo seruata fuit.*

5 *Optandi facultas sicuti spatio 40. annorum acquiritur ita eodem temporis spatio per actus contrarios abrogatur.*

6 *Collatio, seu prouisio est fructus prouisionis, quod procedit in collatione cuiuslibet beneficij, & n.7.*

8 *Sixtus V. primus omnium addidit regula 8. illa verba, ac consuetudines etiam immemorabiles optandi maiores, ac pinguiores præbendas, necnon priuilegia Apostolica, & indulta circa ea.*

9 *Clausula,* dudum, *operatur, vt dignoscatur, in qua reseruatione sit fundata prouisio Apostolica.*

10 *Indulta Apostolica non tolluntur per non vsum, vel contrarium vsum, nisi cum scientia positiua Papæ, & illius consensu.*

11 *Cancellaria Apostolica est organum Papæ, & sic quidquid ab eius Officialibus geritur ab ipso Papa gestum dicitur.*

12 *Indulta Apostolica, quod non tollantur per non vsum &c. procedit in indultis emanatis per viam legis vniuersalis, uel statuti, secus in simplici indulto concesso priuatæ personæ, seu uniuersitati cum hoc casu per contrarium usum spatio 40. annor. amittatur.*

13 *Indultum censetur ab ipso Papa abrogatum si contrarios actus faciat.*

14 *Dispositione principali sublata cessant omnes clausulæ accessoriæ.*

15 *Optandi ius tanquam facultatiuum non tollitur per non usum.*

16 *Optandi ius tollitur per contrarium usum.*

17 *Vnus contradictio sufficit in iure singulari.*

DECISIO DCXVI.

PROPOSITO dubio sub die 1. Februarij 1641. cui esset adiudicãdus Decanatus Ecclesiæ Messaneñ Mauritio Giurbæ, qui tamquam antiquior Canonicus illum optauit, vel Ioanni Castello Prouiso Apostolico tanquam de reseruato DD. responderunt pro Mauritio tunc informante moti ex antiqua consuetudine optandi huiusmodi Decanatum, quæ dicebatur adesse in d. Ecclesia per summos Pontifices, & signanter Innocentium VIII. confirmata: Verùm hodie informante etiam d. Castello recesserunt à decisis, quia cum sit in confesso d. Decanatum esse in Ecclesia Messaneñ primam dignitatem post Pontificalem sequitur illum esse reseruatum vigore regulæ tertiæ hodie quartę, in qua huiusmodi digni-
1 tates post Pontificalem in Cathedralibus dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur, vt dixit *Rota in Tudertina Decanatus coram bon. memor. Coccino decis. 352. num. 2. par. 6. recen. in Placentina Archiepiscopatus 17. Martij 1627. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Arianen. Archidiaconatus 26. Iunij 1637. coram R. P. D. meo Verospio.*

In beneficijs autem reseruatis quacunq; siue generali, siue speciali reseruatione nõ habet lo-
2 cum optio, *Auchar. in c. fin. n. 1. Prob. ad Monach. ibid. nu. 28. uers. hinc Rota, Franc. ibidem, §. in præbendis num. 6. de consuet. in 6. Lap. alleg. 84. sub n. 4. & ibi Add. in uerb. optio, Gonz. ad regul. 8. glos. 34. num. 2. Garz. de benef. part. 5. cap. 1. §. 10. num. 452. Monet. de option. par. 3. q. 3. num. 41. & seq. Germor. de Indult. Cardin. §. etiam ex eo num. 12. Rota dec. 1. num. 4. & ibi Add. num. 4. de rer. permut. in nou. decis. 142. num. 3. par. 2. recent. coram Greg. XV. decis. 478. num. 2. & ibi Add. num. 5. Buratt. decis. 390. num. 7. & fuit dictum in Ferrarien. Præbendæ 11. Maij 1537. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Neque obstare visa fuit asserta consuetudo optandi auctoritate Innocentij VIII. confirmata quoniam respectu temporis ante prætensum Indultum d. Pontificis concessum de anno 1487. nullæ dantur optiones d. Decanatus ex quibus dici possit inducta legitima consuetudo illũ optandi; Respectu verò temporis decursi post d. assertum indultum non exhibentur nisi duæ optiones factæ intra terminum 10. annorũ vna scilicet de anno 1497. & altera de anno 1503. quæ non sufficiunt ad
3 probañ consuetudinem optandi, cum † illa non minori spatio 40. annorum inducatur in Ecclesia, in qua præbendæ sunt perpetuo distinctæ, & annexæ Canonicatibus, & sic per optionem nouus titulus beneficij, seu iuris spiritualis acquiritur iuxta distinctionem, quã tradit *Rota decis. 6. sub num. 1. uers. ut hic faciam distinctionem de consuetud. in nou. Prob. in addit. ad Monach. in cap. fin. num. 28. uers. debet pariter de consuetud. in 6. Gemin. ibid. num. 9. Milis. in suo Repert. uerb. consuetudo optandi non potest introduci, & seqq. Gig. in tract. de pens. q. 63. num. 6. uers. secus quando agitur, Gonz. super reg. 8. glos. 34. num. 144. Put. dec. 201. lib. 2. in princ. Bellam. decis. 1. per tot. & decis. 63. num. 2. & seq. Franc. Marc. decis. 1270. num. 4. cum alijs relatis per Monet. de option. cap. 2. q. 2. n. 18. & cap. 8. q. 2. n. 27.*

Nec releuant optiones Cantoriæ, & Archidiaconatus eiusdem Ecclesiæ factæ de annis 1503. & 1548. vigore istius assertæ consuetudinis. Quoniam consuetudo, si quæ adesset, non suffragaretur respectu Decanatus, de quo hodie agitur, quia cum consuetudo sit stricti
4 iuris non extenditur vltra casum, in quo seruata fuit, *l. quod uerò contra, & l. quod non ratione, ff. de leg. Natt. cons. 46. numer. 2. Socc. iun. cons. 101. num. 13. lib. 2. Mantic. decis. 56. num. 7. Seraph. decis. 326. num. 2. Rota dec. 422. num. 13. par. 1. recent.* &

ideo

ideò in specie quoad istū Decanatum probari deberet, *Castr.cons.*340. *ad fin. uers. si periret uidere lib.2.Purpurat.cons.*518.*num.*9.*&* 10. *Crauett.cons.* 241.*num.*20. *uers. ad tertium de consuetud. Mantic. d. decis.*56. *num.*7. *uers. & ideo consuetudo, Seraph. d. dec.*326.*n.*2. *uers. sed debet probari*.

Minus obstare visum fuit assertū Indultum optandi concessum ab Innocentio VIII. Quia vltra quod non est in forma probanti; fuit animaduersum illud non fuisse in vsu; Immò contrarium illi extitisse vsum spatio 100. annorum, & vltra, quo iste Decanatus sequuta sæpius illius vacatione fuit collatus, vti Sedi Apostolicæ reseruatus. Siquidem de anno 1526. Clemens VII. illum tunc vacantem per obitum in Curia contulit Ziottæ di Pollione, vt colligitur ex Instrumento possessionis per eum captæ vigore Breuis Apostolici.

Anno 1557. Cardinalis Mercurius tunc Ordinarius Ecclesiæ Messaneñ habens Indultum conferendi beneficia reseruata, eumdem Decanatum tunc vacantem per obitum extra Curiam contulit vigore d. Indulti Andreæ Pilotto possessione subsequuta cum admissione Capituli ad osculum pacis.

Anno 1577. fuit de illo prouisus à Sede Apostolica Franciscus Marullus possessione pariter subsequuta.

Anno 1588. defuncto d. Marcello extra Curiam Sedes Apostolica contulit illum Iosepho Cirino possessione quoque capitulariter subsequuta.

Anno 1616. idem Decanatus tunc vacans per obitum d. Cirini fuit collatus per Sedem Apostolicam Hieronymo Bisagno, qui pariter fuit admissus à Capitulo ad illius possessionem.

Anno 1617. ob decessum d. Bisignani Sedes Apostolica contulit illū Antonio Imberto, qui pariter fuit receptus à Capitulo præsente d. Mauritio tūc etiam Canonico, dictusque Antonius eumdem Decanatum postea resignauit de anno 1633. ad fauorem Petri Citri per cuius obitum contigit hæc postrema vacatio.

Quæ adeò longeua series prouisionum factarum de isto Decanatu vti reseruato satis probat non vsum, immo contrarium vsum d. Indulti, quod propterea non suffragatur, quia sicuti optandi facultas Indulto, vel spatio 40. annorum acquiritur, ita eodem tem-

5 poris curſu † per actus contrarios abrogatur, *Gonz. super reg.*8. *glos.*7.*num.*26. *Monet. de option. d.q.*3.*num.*27. *&* 28. *Rot.decis.*6.*num.*5. *de consuet. in nou.* & in terminis indulti circa collationem beneficiorum, *Crescent.dec.*4. *de priuil.*

Præsertim cum hodie agatur ad effectum sustinendi prouisionem Apostolicam d. Castelli, pro qua videtur sufficere vltimus Status, & quasi possessio Sedis Apostolicæ conferendi d. Decanatum vti reseruatum, cum col-

6 latio, † seu prouisio sit fructus possessionis iuxta dispositionem, *cap.consultationibus de iurepatr.*

7 quæ procedit † etiam in collatione cuiuslibet beneficij, vt dixit *Rota in recen.dec.*737.*n.*4.*pag.*2. *& in Vicen. beneficij* 16.*Februarij* 1637. *coram Reuerendissimo D.meo Decano*, & in specie quando agitur de sustinenda collatione dignitatis reseruatæ ex d. regula quarta firmauit *Rota in d. Placentina Archipresbyteratus* 17. *Martij* 1623. *coram eodem Reuerendissimo D.meo Decano, cum qua concordat decis. Canal.* 234. *n.*1.

Nec dicatur plures ex dd. prouisionibus fūdari in reseruatione regulæ octauæ, quæ derogat iuri, & consuetudini optandi, & ideò non suffragari in vacatione, de qua agitur fūdata in reseruatione regulæ tertiæ, seu quartę, quæ d. Iuri, & consuetudini non derogat. Quoniam vltra quod Motiuum non applicatur respectu illarum prouisionum, quæ præcesserunt Pontificatum Sixti V. qui primus om-

8 nium addidit † regulæ octauæ illa verba (ac consuetudines etiam immemorabiles optandi maiores, ac pinguiores præbendas, necnon priuilegia Apostolica, & Indulta circa ea) prout adnotauit *Garz. de benef. p.*5.*cap.*1. §.10. *num.*449.*Gonz.ad reg.*8.*glos.*33.*num.*7. Aduertebant DD. omnes supradictas prouisiones emanasse præuia narratiua dispositiuè facta, quod omnes Dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus essent Sedi Apostolicæ reseruatæ ibi. Dudum siquidem omnes dignitates in Cathedralibus Ecclesijs post Pontificalem maiores collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus &c. Vnde patet eas niti reseruationi regulę tertiæ, seu quartę ob qualitatem d. Decanatus tamquam dignitatis maioris post Pontificalem, non autem reseruatione regulæ octauæ, etiamsi inferius fuerit expressa vacatio in vno, vel altero mense, cum ad effectum dignoscendi, in qua reseruatione fundata sit prouisio Apostolica inspiciatur

9 clausula, *dudum*, † in qua reseruatio primario, ac dispositiuè narratur, vt dixit *Rota in Romana Cappellania* 9.*Decembris* 1637. *coram bon.me. Coccino*, §.3.*vbi allegatur Hier. Paul. in prax.Cancell. in not. super vacantibus reseruatis post præd. Rebuff. nouiter impress. fol.*454. *vers. nota quod quando dignitas principalis*.

10 Non obstat, quod Indulta, † & Constitutiones Apostolicæ non tollantur per non vsū, vel contrarium vsum, nisi concurrat etiam positiua scientia Papæ, & illius consensus iuxta doctrinam *Abb. in cap.*1.*num.*4. *vers. Vnde ibi solum de tregua, & pace, Felin. ibid. nu.*6. *cum alijs adductis in Maioricen. Indultorum* 11.*Aprilis, &* 7. *Iunij* 1639. *coram R.P.D.meo Merlino, & in eadem* 16.*Nouembris anni præteriti coram R.P.D. Penitingerio*.

Quoniam vltra quod scientia, & consensus Papæ cum tali contrario vsu in casu isto satis resultare videtur ex dd. prouisionibus Apostolicis expeditis in Cancellaria Apostolica,

11 quæ cum † sit organum Papæ quidquid ab eius officialibus geritur ab ipsomet Papa gestum videtur, vt in simili respondit *Rota decis.* 356.*num.*8. *par.*1.*recen.* Vbi fuit ponderatum Constitutionem Clementis Septimi de extendendis consensibus in libris Cameræ sufficienter abrogatam fuisse contrario vsu cum scientia, & consensu Papæ desumpto ex pluribus expeditionibus factis in Cancellaria, fuit re-

spon-

sponsum d. conclusionem procedere in In-
dultis, & Constitutionibus Papalibus emana-
tis per viam legis vniuersalis. vel statuti super
reformatione,vel gubernio alicuius Ecclesiæ;
Secus autem in simplici priuilegio,seu indul-
to concesso fauore alicuius personæ priuatæ,
aut vniuersitatis. Quia tunc huiusmodi pri-
12 uilegium per contrarium † vsum spatio 40.
annorum amittitur iuxta distinctionem, quã
tradunt *glos. in cap. accedentibus verb. per 40. an-
nos de priuil. Gemin. in cap. cum in sua num. 3. ante
med. vers. aut desistunt, quia ei contradicitur de con-
suet. vbi etiam Franc num. 5. ante fin. vers. si tamen
talis vsus, Ioan. de Silu. tract. de benef. par. 3. qu. 36.
num. 3. post med. Monet. tract. de option. canonic. c. 8.
q. 3. n. 25. & 26.*

Prædictaque facilius procedunt in casu isto,
quia non vsus, & contrarius vsus concurrit
non solum respectu Capituli, & Canonicorũ,
qui spatio tanti temporis eueniente pluries ca-
su vacationis d. Decanatus illum non opta-
runt, immò receperunt Decanos à Sede Apo-
stolica prouisos, & signanter Antonium Sbert
prouisum de anno 1617. cum interuentu, &
consensu eiusdem Mauritij tunc etiam Cano-
nici. Verùm etiam quoad ipsos summos Pon-
tifices, qui d. Decanatum contulerunt vti re-
13 seruatum: Vnde ipsemet Papa † videtur In-
dultum abrogasse, *Aret. cons. 11. num. 5. ante med.
Sot. de Iust. q. 7. art. 2. vers. Ergo sicuti, Rot. d. decis.
356. num. 8. vers. Verum etiam ad consensum part. 1.
rec. cum alijs relatis in decis. Maioricen. Indultorum
1639. coram R.P.D. meo Merlino.*

Nec refragatur clausula, *non obstantibus* &c.
posita in d. Indulto, nam sublata principali di-
14 spositione † cessant omnes clausulæ accesso-
riæ, quæ pendent ab illa, *l. cum principalis, ff. de
reg. iur. Paris. cons. 55. num. 22. cum seq. vol. 1. decis.
91. num. 1. lib. 2. in correct. qua loquitur in terminis
d. clausulæ derogatoriæ, Rot. decis. 68. numero quarto
post. Post. de manutent. cum alijs relatis in Romana
Concordiæ 15. Decembris 1636. coram R.P.D. meo
Panzirolo.*

15 Minus obstat, quod ius optandi † tamquam
facultatiuum non tollatur per non vsum ex
notatis per *Felin. in cap. 1. cum accessissent sub n. 26.
vers. limita secundo, cum hanc regulam de constit. cum
alijs relatis per Monet. de opt. d. cap. 8. qu. 7. num. 18.*
Quia non versamur in simplici non vsu, sed
in contrario vsu resultañ ex prouisionibus A-
postolicis intra longissimi temporis spatium
effectum sortitis cum acquiescentia Canoni-
16 corum, quo casu tollitur † ius optandi, *Franc.
in cap. fin. col. 2. num. 5. in fin. de consuet. in 6. Gig.
de pens. d. q. 63. nu. 8. vers. vbi dicit, Monet. de option.
d. cap. 8. q. 2. num. 24.*

Quæ omnia comprobantur tàm ex libris
Ecclesiæ Messaneñ, in quibus iste Decanatus
reperitur descriptus cum enunciatiuis, seu re-
uelationibus factis de annis 1557. & 1578. à
Decanis tunc prouisis Apostolicis, quod il-
illius collatio spectaret solum ad Sedem Apo-
stolicam, quam descriptionem alij Canonici
non admisissent si reuera Indulto optandi lo-
cus fuisset, quàm etiam ex eo, quod nonnulli
ex dd. Canonicis in hac postrema vacatione
expressè impugnarsit assertũ Ius optandi, quo
vti noluit d. Mauritius, cumque agatur de iu-
re competenti ex causa antianitatis, & sic iu-
17 re singulari † videtur sufficere contradictio
vnius, prout in his terminis aduertit *Monet. de
opt. cap. 8. q. 2. num. 25. vers. accedente maximè con-
tradictione, & dixit Rota decis. 134. numer. 5. coram
Caual.*

Et ità vtraque &c.

VICEN. PORTIONVM.

Lunæ 27. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Quando dicatur paritum vt sit locus absolutio
ni.

SVMMARIVM.

1 *Absolutioni est locus cessante contumacia illius, qui
parere tenetur.*
2 *Declaratoria vt euitetur ratione incertitudinis fru-
ctuum, quæ peragi debeant.*
3 *Implementum debitum potest sequi etiam pendente
iudicio, & præcipuè ad effectum detegendi iniusti-
tiam executionis, & obtinendi absolutionem &
num. 4.*
5 *Probatio quando agitur ad effectum incurrendi pœ-
nam censurarum debet esse concludens, & liquida.*
6 *Argumentum de præterito ad præsens in prædica-
mento quantitatis non sibi vendicat locu quando
obligatio fuit diminuta vel immutata.*
7 *Præsumptio iuris est quod nemo velit iactare suum.*
8 *Negligentia in petendo quod sibi debetur non præsu-
mitur.*

DECISIO DCXVII.

AD instantiam Capituli, & Canonico-
rum S. Ioannis de Abbatissis fuerat ab
A. C. lata sententia declaratoria contra quin-
que Dignitates à felic. rec. Clemente VIII. ex
fructibus eiusdem Ecclesiæ erectas. Ab ista
sententia fuit per dd. Dignitates appellatum,
& causa appellationis in Rota commissa, fuit
sub die 18. Martij 1639. propositum dubium.
An dd. Dignitates essent absoluendæ, quod
fuit negatiuè resolutum, hodie iterum posita
causa super ijsdem DD. recesserunt à decisis.

Nam licet S. Congregatio Conc. Trid. de-
clarauerit portionem canonicalem deberi dd.
Capitulo, & Canonicis in pane, ac vino, &
vigore Breuis desuper expediti A. C. eis dede-
rit mandatum de immittendo in quasi posse-
ssione exigendi d. portionem, ac postea ab eo-
dem A.C. contra dd. Dignitates ob non pari-
tionem fuerint relaxatæ censuræ, quas Rota
in decisione, quæ reuidetur, pro iustificatis
habuit, & propterea tunc denegauit absolu-
tionem Dignitatibus. Attamen ex deductis
hodie non visum fuit illam posse denegari,
cum non iustificetur contumacia Dignita-
1 tum, qua † cessante est locus absolutioni *Rota
decis. 253. num. 7. par. 6. recent. Aechill. decis. 1. num. 3.
de sent. excomm.*

Non

Non obstat quod dd. Dignitates essent iam condemnatæ ad præstandum d. portionem in pane, & vino, & propterea Censuræ relaxatæ ab A. C. bene sustineantur contra dd. Dignitates obedire recusantes, quæ non possunt se tueri exceptione non liquidationis, cum illæ ad euitandum contumaciam ex hoc capite debuissent comparere coram eodem A. C. & offerre aliquam panis, & vini portionem
2 quantumuis modicam † cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione *iuxtà doctr. Ang. in l. 4. §. ait Prætor ff. de re iudic.* quam in his terminis amplexa fuit *Rota in Dertusen. Decimarum coram Lugdunen. impress. post Marches. de comiss. par. 1. fol. 675. num. 2.* Quia cum post vltimam resolutionem dd. Dignitates fecerint positiuè huiusmodi oblationem, videntur satisfecisse eorum obligationi, donec Capitulum liquidauerit quantitatem prætensam, attentatorum
3 quod implementum † debitum potest sequi etiam pendente iudicio *Alex. cons. 27. num. 2. vers. consulo tantum lib. 1.* cuius dictum singulare reputat *Petr. Enriq. cons. 19. col. fin. vers. nam hoc sufficit*, & plura adducit *Nicol. Bellon. cons. 25. num. 2. & seqq.* & præcipuè ad effectum detegendi
4 iniustitiam † executionis, & obtinendi absolutionem *Marches. quot. ref. cap. 71. num. 20. & 27. lib. 2. Rota decis. 268. num. 4. & 5. coram bo. me. Coccino.*

Non obstat quod ex Testibus, & iuribus pro parte Capituli exhibitis dicatur constare de liquidatione d. portionis panis, & vini, quæ hodie prætenditur per Canonicos in duabus libris panis cum dimidia, & in vna Iusta vini, quia ex huiusmodi Iuribus non visum fuit DD. resultare sufficientem probationem,
5 quæ † cum agatur ad effectum incurrendi pœnam Censurarum deberet esse concludens, & liquida *Alex. cons. 23. num. 3. lib. 3. Dec. cons. 109. num. 3. Decian. cons. 22. num. 32. lib. 4.* Nam dd. Testes non dicunt se vidisse certam mensuram vini, sed deponunt de simplici auditu, nec dicunt quod huiusmodi mensura esset in vsu; quo vero ad scripturas, & alia iura exhibita, non releuant, quia licet in illis fiat mentio de mensura nuncupata Iusta, non inde sequitur hanc mensuram inseruire ad subministrandam portionem prætensam hodie per Canonicos, sed debet intelligi de iusta, quæ antiquitus præstabatur cum dd. scripturæ sint supra annũ 1540. de quo tempore nondum erat facta d. subrogatio vini in panem, & propterea cum ista probatio non sit concludens non meretur attendi, sed dato quod probatio ista concluderet, & quod valeat argumentum de præterito ad præsens in prædicamento quantitatis, non tamen sibi vendicat locum, quando obli-
6 gatio † fuit diminuta, vel immutata *l. Iurisgentium 7. §. adeo de pact. l. si quis ita 3. ff. de adim. leg. Euerard. loc. à tempore ad tempus num. 7.*

In proposito autem sufficienter probatur hanc portionem vini, quæ olim consistebat in vna iusta fuisse immutatam, & redactam in solam maiorem quantitatem panis, videlicet in libras duas cum dimidia ratione vnciar. 24. pro qualibet libra, & in modicam vini quantitatem in solis quadragesimalibus, exceptis Dominicis diebus vsq; in feriam quintam in Cœna Domini præstandam, & hoc apparet ex pluribus. Primò ex confessione ipsiusmet partis emanata in relatione ab ea facta Regi Catholico, in qua recensentur omnia onera, ad quæ Abbas erga Canonicos tenebatur, inter quæ non annotauit vinum pro quotidiana portione, sed pro solo Statuto tempore vt supra, quod verisimiliter
7 non † omisisset, si illud fuisset debitum pro quotidiana portione *Natt. cons. 684. num. 6. vers.*
8 *succedit etiam*, & indistinctè negligentia † non præsumitur, nisi probetur *Socc. cons. 149. num. 2. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 50. num. 84. lib. 1.* Secundò ex Instrumentis locationum, in quibus Conductores leguntur obligati ad præstandam portionem panis, & non vini. Tertiò ex informatione facta ab Ordinario Viceñ circa non existentiam possessæ Iustæ. Quartò ex Instrumento dato in Summario Dignitatum *num. 7.* in quo expressè fit mentio de hac commutatione, & subrogatione facta cum augmento vnius libræ panis. Quintò denique ex tribus Inuentarijs mobilium Abbatiæ confectis diuersis temporibus, in quibus describuntur pondera pro liberando pane, & nulla mentio fit de mensura pro vino. His accedit quod aliqui ex Testibus pro Capitulo adductis apertè dicunt se nunquam vidisse d. mensuram vini, & signantèr secundus, qui vlteriùs iuxtà 19. deponit quod per spatium 25. annorum nunquam vidit præstari hanc vini portionem ex quibus omnibus oritur maxima præsumptio, quod vinum non amplius præstatur nisi quodam Statuto tempore, prout supra dictum est, vel saltem negari non potest quin probatio Dignitatum præualeat probationibus in contrarium per Capitulum factis, quæ visæ fuerunt satis leues.

Neque obstat quod d. Instrumentum per Dignitates *in Summ. num. 7.* exhibitum ad probandam d. subrogationem panis loco vini, sit referendum ad Anniuersaria, & pietantias extraordinarias, prout loquitur Rubrica, non autem ad istam portionem ordinariam, quia imò ex illius lectura constat in eo actum fuisse de istis portionibus, videlicet de antiqua consistente in vna libra panis cum dimidia, & in vna Iusta vini, quæ portio vini fuit sublata præterquam in diebus quadragesimæ, vt supra dixi, & immutata in maiorem quantitatem panis. Vnde non curandum est de d. Rubrica cum appareat Instrumentum verbis expressis comprehendere portionem, de qua agitur.

Non obstat quod S. Congregatio declarauit vtramque speciem panis, & vini deberi, quia cum illa non declarauerit quantitatem præstandam, censendum est illam intellexisse de portione præstanda iuxtà vltimum statum, nempè in duabus libris panis cum dimidia, & in vna portione vini quadragesimali tempore præstanda, cum ex supradictis non iustificetur intentio Capituli circa prætensam Iustam vini quotidianam.

Et ita vtraque &c. MELE.

MELEVITANA ATTENTATORVM.

Mercurij 29. Maij 1641.

A R G V M E N T V M.

Attentatis dicitur renunciatum si fuerit permissum discuti negocium principale.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata excusantur etiam si non appareat de intimatione executorialium quando pars neglexit opponere de attentatis, & constat de illius non iure.*
2 *Res indicata conuincit non ius collitigantis, & facit quod non sit locus reuocationi attentatorum.*
3 *Attentatis censetur quis renunciasse si permisit discuti merita causa absque illorum oppositione.*
4 Decis. 43. Greg. XV. *& similes in quibus terminis procedant.*
5 *Renunciatio non trahitur ad ignorata.*
6 *Confessio in precibus emanata plenè contra confitentem probat.*
7 *Ignorantia probabilis non datur respectu iurium productorum.*
8 *Scientia etiam coniecturis probatur quamuis de materia praeiudiciali agatur & num. 9.*
10 *Procurator praesumitur certiorasse Dominum stante notabilitate facti, & cursu temporis.*

D E C I S I O D C X V I I I.

FVERAT in ista causa resolutum sub
die 20. Iunij 1639. possessionem Io: Mariae
Attardi quoad bona, de quibus agitur esse at-
tentatam vti captam vigore executorialium
Rotalium non facta illarum intimatione, nec
ser. ser. sed postea sub die 14. Martij 1640. po-
sita causa super iisdem DD. recesserunt à de-
cisis, & fuit resolutum mandatum de manu-
teneñ esse dandum eidem Io: Mariae. Hodie
proposito dubio cuinam ex istis resolutioni-
bus esset standum, Domini resoluerunt stan-
dum esse in vltima ex rationibus in decisione
deductis; sed praecipuè quia post relaxatas
executoriales à R. P. D. meo Ghislerio, Vas-
sallus qui curauerat committi etiam causam
super attentatis, non opposuit de dd. attenta-
tis, sed passus est discuti merita causae coram
R. P. D. meo Panzirolo, cui commissa fuerat
causa restitutionis in integrum, coram quo
disputato dubio super negocio principali, fuit
compertum d. Vassallum, & litis consort. non
fouere bonum Ius, vt patet ex decisionibus
desuper extensis. Vnde cessant dd. attentata
iuxtà tradita *per Put. decis. 22. vt lit. pend.* Vbi
1 quod † attentata excusantur etiamsi non ap-
pareat de Intimatione executorialium, quan-
do pars neglexit opponere de attentatis, &
constat de illius non iure, quae decisio licèt lo-
quatur in casu, quo post captam possessionem
effluxerant 20. anni, propter quod temporis
spatium petens videbatur consensisse; Nihilo-
minus benè applicatur ad praesentem casum,
ex quo Vassallus, vt supra dictum est, passus
est non solum sententias latas aduersus ipsum,
& litis consort. transitum facere in Iudicatum
ex qua quidem re iudicata rectè comproba-
2 tur huiusmodi non ius, † ne sit locus reuoca-
tioni attentatorum, quidquid dicendum es-
set, quatenus non concurreret talis res iudi-
cata, vt distinguendo bis per Rotam fuisse de-
cisum refert *Lancell. de attent. par. 3. cap. 24. de res
& except. contr. attent. compet. qu. 1. sub num. 65. vers.
quoniam vt dixerunt*, & idem fuit tenrum *apud
Seraph. decis. 1306. num. 6. vers. quia ad effectum*, ac
in alijs causis relatis à *bo: me: Buratto decis. 177.
num. 4.* & ibi *Add. litt. B.* Verum etiam discuti
merita causae, nec opposuit de dd. attentatis,
3 quo casu † censetur ipsis renunciasse *Lancell. de
attent. 2. p. cap. 12. de attent. appell. pend. limit. 42.
num. 4. & seqq. Paris. cons. 41. num. 37. lib. 1. Rota co-
ram Reuerendiss. D. Vrgellen. decis. 313. num. 3. &
seqq. & coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo inter
recent. decis. 102. num. 1. par. 6.*
4 Nec obstat *decis. 43. Greg.* † *XV.* & aliae si-
miles, in quibus firmatur possessionem cap-
tam in vim executorialium rei iudicatae esse
attentatam, nisi dd. executoriales fuerint inti-
matę. Quia procedunt quando aliunde non
constat de non iure partis per rem iudicatam
in gradu restitutionis in integrum etiam dis-
cussam, & confirmatam, vel de eius tacito
consensu resultañ ex eo quod permisit discuti
negotium principale, & in illo non obtinuit,
sed succubuit antequam de attentatis oppo-
suerit, quo casu longe minus super eis auditi
debet, quemadmodum conclusum fuit per
multas rationes per Rotam *coram Reuerendiss.
D. Vrgellen. in d. decis. 313. à num. 5. vsque ad
num. 11.*
Nec dici potest Andream Vassallum igno-
rasse dd. attentata, & propterea non potuisse
5 illis † nec tacitè, nec expresśè renunciare
*Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. de attent. lit. pend. li-
mit. 15. num. 15. & seqq.* Quia cum ipse illorum
reuocationem expresśè committi curauerit
R. P. D. meo Panzirolo, ex hoc oritur pro-
6 pria confessio, quae † vti in pręcibus emanata
plene probat *ad l. cum pracum C. de liber. caus.
Caputaq. decis. 208. num. 3. par. 2.* Multo faciliùs
cum fuerit etiam in actis producta mediante
citatione ad dicendum contra, nam quoad ea
7 quae sunt apud acta non datur † probabilis
ignorantia *Castr. in l. vnic. sub. num. 2. vers. bene
tantum puto C. de satisd. Rota coram Greg. XV. decis.
127. num. 3. & ibidem Add. num. 9. & in Romana, seù
Lateranea. Pensionis 24. Maij 1621. coram bo: me:
Vbaldo.* Maximè cum paritèr consistant in
facto notabili actualis bonorum stabilium
priùs ab ipsomet Vassallo possessorum appre-
hensionis in vim diuturnae litis pręcedentis, &
rei iudicatae. Atque ideo ex his omnibus ad-
modum verisimilis est illius scientia, quae etiã
8 coniecturis † probatur *Bald. cons. 392, num. 1. li. 1.
Alex. cons. 187. nu. 8. lib. 2. Socc. Iun. cons. 116. nu. 42.
lib. 1. Natt. cons. 231. num. 2. Ceph. cons. 314. num. 15.
9 lib. 3.* Eaque inducitur quamuis de † materia
praeiudiciali, & ratificatione actus agatur *Rota
decis. 46. num. 8. par. 6. recent. & in Romana Dimissio-
nis 20. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Bicho.* Prae-
sertim quia in Partibus vbi possessio apprehẽ-
sa fuit ab Attardo, aderant Procuratores Vas-

falli,

10 falli, qui ab illis præsumitur† certioratus stante notabilitate facti, & longo tempore quod intercessit inter possessionem, & discussionem meritorum coram R.P.D. meo Panzirolo *iux. vulg. cons. Rom. 483. num. 7. Put. decis. 258. nu. 1. li. 1. & decis. 100. in fin. lib. 2. in correct. Rota decis. 396. num. 3. par. 1. diu. & decis. 93. num. 2. par. 2. recent. Greg. XV. d. decis. 127. num. 4.* & ibi *Add. num. 10.* & in puncto renunciationis attentatorum *Rot. d. decis. 102. num. 5. par. 6. recent.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE GLAVARINIS.

Mercurij 29. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Melioramenta quando dicantur per Testes probata, & quando sint reficienda à fideicommissarijs non obstante illorum denunciatione de non meliorando facta possessoribus meliorantibus.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta non possunt firmari nisi probato statu antiquo ante meliorationem.*

2 *Melioramenta necessaria dicuntur illa quibus non factis res, aut peritura, aut deterior est futura.*

3 *In melioramentorum refectione non attenditur id quod fuit impensum, aut melioratum, sed ex his duobus reficitur id quod minus est.*

4 *Melioramenta mala fide facta non veniunt reficienda.*

5 *Dicta conclusio procedit in melioramentis vtilibus, aut voluntarijs secus in melioramentis necessarijs cum ista etiam à mala fidei possessore repetantur.*

6 *Minor summa in concursu attenditur.*

7 *Periti relationi ab ipso electi vnusquisq; omnino stare tenetur.*

DECISIO DCXIX.

DEFVNCTO Eq. Gherardo Glauarino vltimo ex primo vocatis ad fideicommissa de quibus agitur Io: Baptista, & Vincentius de Glauarinis fideicommissarij substituti mouerunt Iudicium immissionis ex remedio *l. fin. C. de Ed. D. A. T.* contra Petrum, & Demetrium de Peritijs vti tertios possessores bonorum eisdem fideicommissis subiect. & signantèr Prædij Cadriani, contra quos Rota concessit Immissionem ex rationibus luculentèr deductis in pluribus decisionibus coram RR. PP. DD. meo Ghislerio, & Royas emanatis.

Verum quia dd. Peritij prætendebant se plura fecisse melioramenta in d. Prædio, eiusque pertinentijs, illaque sibi esse reficien. fuit hodie coram me dubitatum. An constaret de dd. melioramentis, quæ deberentur, & pro qua summa.

Et quoad primam partem dubij concernentem probationem melioramentorum Domini non dubitarunt de illorum existentia, cum ex Testibus, ac relationibus Peritorum datis in Summario appareat Peritios in Palatio d. Prædij, & Domibus ad vsum Colonorum destinatis plures, & quidem vtiles, & necessarias fecisse reparationes, & præcipuè refecisse scalas d. Palatij, & vlteriùs renouasse stabula, tegetes, fenile, & remissam pro curribus incendio consumpta item refecisse murum in Domo ad vsum Colonorum, & fecisse diuersa fossa pro expurgandis aquis terrarum, nec non ampliasse Maceratorium pro macerandis cannabis, & vlteriùs construxisse Viuarium, siuè vt aiunt, *conserua di pesce*, aliaque peregisse, prout latiùs patet ex lectura depositionis dd. Testium.

Nec subsistit quod prædicti Testes non probent statum antiquum rerum melioratarum, prout probare deberent, ad hoc vt dignosci possit quid, & quantum fuerit melioratum,
1 cum aliàs melioramenta† firmari non valeant secundum *Alex. in l. pretia rerum 63. num. 6. vers. item poterit probari ff. ad l. Falc. Curt. Iun. cons. 165. num. 20. in fin. & num. 22. vers. sed si difficultas Card. Seraph. decis. 952. num. 3. & decis. 1453. num. 5. Rota in recent. decis. 206. num. 1. par. 4. & coram Buratt. decis. 834. num. 11.* & fuit dictum *in Romana domus, seù appartamenti 17. Decembris 1635. coram me, & in hac eadem causa Bonon. fideicommissi 27. Ianuarij 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio in §. nec probatur.*

Nam huiusmodi probatio status antiqui satis colligitur ex eisdem Testibus, & quidem quoad scalas Palatij 4. Testis iuxtà 142. inquit, *l'han fatte perche vi era di necessità di rifarle perche erano guaste, & in particolare quelle di sotto,* & rursus super 6. articulo, *io hò detto, che le scale haueuano necessità d'esser rifatte, e stauano male* sextus verò Testis iuxtà 111. inquit, *hanno anco edificate le scale di Pietra al Palazzo di spesa di scudi 300. in circa, cioè rifatte, essendo le scale vecchie tutte rouinate dalla pioggia, e dal tempo, quali rendeuano molto pregiuditio à non si rifare al d. Palazzo,* & iuxtà 127. *le scale del Palazzo erano sù l'istesso dissegno, come stanno le nuoue, ma erano tanto rouinate dal tempo, e dell'acqua, che si rendeuano impraticabili, e la pioggia penetraua nelli sotterranei &c. e danneggiaua anco la muraglia del Palazzo.*

Quo verò ad stabula, tegetes, fenile, & remissam pro curribus primus Testis super 5. ait *la qual stalla, e teggia si abbrugiorno al tempo, che li godeua i Peritij, & essi la fecero rifare nel medesimo disegno, e forma, che era prima,* & quartus Testis iuxtà 125. ait, *s'abbruggiò la Stalla, teggia, e fù questo, che venne vn vento, che voltò il fuoco di sotto, perche non potena risiatare di sopra,* sextus verò Testis iuxtà 101. ait, *la Stalla de Caualli era per otto poste piccole, quella delle Vacche bergamine per due, e poco più, quella di Contadini era per 3. para di bestie, & hora il tutto è ampliato.*

Rursus quoad parietes in domibus Colonorum ruinam minantes 4. Testis iuxtà 150. ait *fecero vna muraglia là alla Casa de Contadini, ne faceua ben di bisogno, perche veniua giù quella muraglia, era crepata tutta, e cascaua à pian fondo.*

Et quoad fossa, & Maceratorium pro maceran-

cerandis cannabis, cum antiquum non esset
sufficiens, primus Testis super decimo articu-
lo deponit *hanno fatto rifare vn Maceratore, con*
hauerlo allargato, & io son stato quello, che l'hò im-
palato à tutto suo legname, e spese, n vi sono non sò
che chianiche subdens iuxtà 168. *ve ne sono trè da*
Casa mia, e due dal Palazzo, e sono state fatte le det-
te chianiche cinque in sei anni fa, & sextus Testis
super 111. ait, *hanno ampliato vn Maceratore so-*
pra il luogo della strada.
Vnde cum ex prædictis appareat scalas ve-
teres Palatij fuisse ruinosas, stabula cum tege-
te, fenile, & remissam pro curribus fortuito
incendio absumpta, & parietesdomus ad vsum
Colonorum cadentes, ac Maceratorium ne-
cessarium pro macerandis cannabis nimis ar-
ctum extitisse, satis apparet status antiquus d.
Palatij ad effectum dignoscendi prædicta me-
lioramenta in eo fabricata, & quidem neces-
saria, exceptis tamen niuario, ac viuario, seù
piscina, cum neque Palatium sine scalis sta-
bilibus, & consuetis stabulis, fenili, & remis-
sa, neque domus ad vsum Colonorum sine
parietibus, neque cannaba sine Maceratorio
capaci macerari potuissent, aut saltem hæc
omnia deteriora futura fuissent; Expensæ si-
quidem, aut melioramenta necessaria dicun-
2 tur illa, † quibus non factis res aut peritura;
aut deterior esse futura, vt inquit *text.in l. ex-*
pensæ necessariæ 79. ff.de verb signif. Peregr. de fi-
deic.art.5.num.1. & in specie de refectione mu-
rorum, qui minabantur ruinam probat *text.*
in l.1.§.inter necessarias, & in l.expensæ necessariæ
14. ibi, ædificia vetera fulcire, itemque refi-
cere *ff.de impens.in res dot.fact.l.vtiles 39. ff.de pet.*
hæred.Menoch.de recuper.poss.rem.15.num.500.vers
vt sunt vetera ædificia reficere, & de muro in do-
mo Coloni quod dicatur expensa necessaria
est *text. in l. fructus 7. §. impendi ff. sol. matr. Ruin.*
cons.158.num.21.vers.sine quibus Coloni li.1. Rolan.
cons.28.nu.12.& seqq.lib.1.Ciriac.contron.83.nu.1.
2.& 3. Rota quæ loquitur de domo ad vsum Colono-
rum decis.270.num.3. par.6. recent. & in specie de
ædificatione stabuli extat *decis. Greg. XV.299.*
sub num.3. vers. quod fuit impensum in ædificatione
stabuli.
Nec dicatur quod prædicti Testes non di-
cant quantum fuerit impensum, & quantum
melioratum, prout requiritur ad hoc vt me-
lioramenta repeti possint, cum in illorum re-
fectione non attendatur id quod fuit impen-
sum, aut melioratum, sed ex his duobus re-
3 ficiatur id†quod minus est *iuxtà text.in l.in fun-*
do 38.vers.& si plus ff.de rei vendic.Castr.cons.270.
sub num.3.col.3.causa med.vers.Item quod dixi lib.2
Curt.Iun.cons.144.num.7.Rossental.de feud.cap.10.
concl.45.num.87.& seqq. Giurb.ad consuet. Messan.
cap.15.gloss.12.num.5.& seq.Rota coram.Card. Se-
raph.decis.547.num.6.& decis.1051.num.1.& in re-
cent.decis.116.num.1.& seqq.par.6. & in Tiburtina
spolij 21. Maij 1623. & 18. Februarij 1636. coram
bo: me: Coccino.
Siquidem ex lectura dd. Testium, & Peri-
torum huiusmodi etiam probatio non obscu-
rè colligitur. Nam quoad scalas sextus Testis
super 6. & 7. articulis ait, *circa le scale di quel*
Palazzo erano dissipate, e furono rifatte con spesa di
lire 1400. in circa, & è vera, che per tanta somma
era migliorato detto Palazzo.
Quo vero ad stabula, & tegetes, fenile, &
remissam idem sextus Testis super 5. articulo
ait, *quanto alla Stalla, Rimessa, Teggia, Fenile,*
spesero intorno lire 7000. e tanto viene ad esser mi-
gliorato il valore di quel Palazzo, e Terreni, & si-
mili modo deponit de pariete facto in domo
Colonorum de fossis, Maceratorio, & alijs
in 8. 9. & sequen. articulis, cum quo Teste
concordat etiam 9. Testis faber murarius, qui
describit omnia melioramenta facta, & nar-
rans statum antiquum ab Interrogatorio 83.
vsque ad 101. inclusiuè distinctè deponit, quid
in singulis rebus fuit impensum, & meliora-
tum.
Quo verò ad secundam partem dubij, an
scilicèt dd. meliotamenta deberentur, maior
erat difficultas, quandoquidem Glauarini præ-
tendebant illa quamuis probata non deberi,
ex eo quia denunciarunt Peritijs fideicom-
missa, quibus erat subiectum d. Prædium
cum expressa protestatione inter alia contra
dd. Peritios, ne facerent aliqua melioramen-
ta super d. Prædio, alioquin eueniente casu fi-
deicommissi declarabant se nolle teneri ad il-
lorum refectionem. Vnde inferebatur Peri-
tios ob d. protestationem fuisse constitutos in
4 mala fide, quæ † operatur, vt melioramenta
postea facta non reficiantur *l.fin.§.emptor & ibi*
gloss.in verb. melioratione C. com. de leg. Bald. cons.
257.num.3.lib.1.Bellon.Iun.cons.76.nu.57.& seqq.
Marzar. in Epit.de fideic. qu.66. num.20. vbi dicit
hanc esse vtilem cautelam *Peregr.de fideic.art.50*
num.63.Conar.var.res.par.3.cap.6.num 30.
Verum dicebant DD. huiusmodi protesta-
tionē posse suffragari fideicommissarijs quoad
melioramenta vtilia, aut voluntaria, qualia
sunt Niuarium, & Viuarium, seù piscina,
vti pertinentia ad meram voluptatem, secus
autem in alijs melioramentis necessarijs, cum
5 ipsa † repetantur etiam à malæ fidei possesso-
re *l.domum.5.in fin.ff.de rei vindic.l.plane 38.vers.*
sed benignius est.ff.de pet.hæred.Bart.in l.in fundo 38.
num.6.vers.quod apparet, & num.11. vbi reddit
rationem, quia sibi imputaret possessor si illa
non faceret *ff.de rei vendic. Boer.decis.44. num.5.*
in fin.Ioseph.Ludon.decis.Perus.24.num.13.Menoch.
de recup.possess. rem.15. num.514. Ciriac. contr.42.
nu.17. siuè melioramenta consistant in facien-
do, siuè in reficiendo, cum semper illa dedu-
cantur *Boer.d.decis.44.nu.7. Ioseph. Ludon.dec.34.*
num.18. cum alijs relatis à *Menoch. de recup. d.*
rem. 15.num.514.vers.nec est distinguendum.
Denique ad tertiam partem dubij, scilicèt
pro qua summa debeantur dd. melioramenta,
licèt Periti hinc inde electi non concordent
ad quam summam illa ascendant, cum Peri-
tus electus à Peritijs referat illa ascendere ad
lib.8700. Alter verò electus à Glauarinis fidei-
cōmissarijs illa æstimauerit solum in lib.7886.
nihilominus visum fuit esse standum relatio-
ni istius Periti electi à fideicommissarijs, qui
dd. meliotamenta æstimauit in minori sum-
ma, tùm quia regularitèr duobus in summa

discordantibus attenditur sententia illius, qui
6 profert † minorem summam *l. diem proferre 27 §. si plures in fin. ff. de recept. arbit. l. inter pares 38. in fin. ff. de rei vendic. cap. 1. de arbit. in 6.* tùm quia iste fuit electus ab eisdem fideicommissarijs,
7 qui † propterea tenetur stare eius relationi, cui etiam Peritij acquiescebant. Ex qua summa lib. 7886. demptis lib. 355. expensis pro Niuario, & Viuario, seu piscina iuxtà æstimationem eiusdem Periti remanent lib. 7531. pro qua summa dixerunt DD. constare de meliloramentis, quæ sunt à fideicommissarijs reficienda.

Et ita vtraque &c.

SENOGALLIEN. COMPROMISSI.

Lunæ 3. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Solutio in dubio priùs in causam vsurarum quam in extinctionem sortis præsumitur facta etiamsi ordo scripturæ contrarium innuere videretur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio præsumitur facta prius in causam vsurarum, & postea in extinctionem sortis.*
2 *Ista conclusio procedit in quibuscumque fructibus debitis post moram cum isti succedant loco vsurarum.*
3 *Scriptura ordo non attenditur sed potius qui ex iure sumitur.*
4 *Solutio cedit in causam vsurarum prius quam sortis etiamsi fuerit dictum prius pro sorte.*
5 *Ordo iuris, & non scriptura in contractibus venit attendendus.*
6 *Promissio seu obligatio quæcumque nunquam censetur emanata animo nouandi legalem prouisionem.*
7 *Interpretatio non est facienda ad fauorem illius qui potuit, & debuit se declarare, & non fecit.*
8 Laderch. *cons. 162. declaratur.*
9 *Vsura de vsuris non debentur.*
10 *Talia sunt subiecta qualia sunt prædicata.*

DECISIO DCXX.

FVIT inita concordia inter D. Guidobaldum Triumphum ex vna, & D. Augustinum Simonetum ex altera, in qua d. Augustinus fatendo se debitorem D. Guidobaldi in summa scut. 5275. pro sorte, & scut. 1500. pro fructibus eiusdem summę loco damnorum ex interesse, & in scut. 337. pro expensis taxatis, dedit eidem Guidobaldo in solutum quoddam Prædium nuncupat. Brugnetto valoris 5375. tàm pro sorte principali, quam ad computum dd. fructuum. Orta differentia inter istas partes super ista datione in solutum An illa scilicet cedere deberet prius in extinctionem sortis, quam fructuum, R. P. D. Lomellinus, in quem partes compromiserant declarauit d. Prædium prius extinxisse sortem, quam fructus. Causa deinde per appellationē ad Rotam delata, & posito dubio. An d. Laudum sit confirmandum, DD. negatiuè responderunt, quia in eo declaratur solutionem vt supra factam per Augustinum D. Guidobaldo esse accepto ferendam prius in extinctionem integræ sortis, & postea residuum in satisfactionem fructuum, quod tamen est de directo contra regulam Iuris, qua expressè cauetur, quod solutio † in dubio præsumatur
1 facta prius in causam vsurarum, & postea in extinctionem sortis, vt est *text. in l. 1. vers. si neuter C. de solut. l. in bis 5. §. Imperator ff. eod. tit. Bart. in l. 1. num. 9. vers. tu tene primam ff. eod. tit. l. si vsuras 21. C. de vsur. Ruin. cons. 136. num. 14. lib. 4.* vbi
2 quod eadem conclusio procedit † in quibuscunque fructibus debitis post moram, quia succedunt loco vsurarum, in quibus militat eadem ratio *Surd. cons. 290. nu. 61. lib. 3. Io. Franc. à Pont. cons. 15. num. 10. Gratian. discept. cap. 224. sub num. 30. Rota decis. 172. num. 8. post. Cenc. tract. de cens. par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 1. num. 8.*

Non obstat quod ab hac regula recedatur, quando adest in contrarium expressa partium conuentio, quia in proposito non constat de hac contraria partium conuentione ex eo quod in concordia fuerit dictum tàm pro sorte, quàm ad computum fructuum, quasi sicut partes expresserunt prius sortem quam fructus, ita solutio prius in sortem sit imputanda, maximè cum in fructibus adiecerint illa verba ad computum, quæ videntur importare, vt soluta integra sorte residuum recipiatur ad computum fructuum. Si
3 quidem non ordo † scripturæ attenditur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videtur vt ait *Iurisconsultin l. nec enim 6. ff. de solut.* nempe
4 quod licet prius fuerit dictum pro † sorte, quam pro fructibus, debet tamen cedere prius solutio in causam vsurarum, quam sortis, *vt est text. express. in d. l. in bis 5. §. vltimo eod. tit.* &
5 quod regulariter in contractibus † non ordo literæ, sed Iuris ordo veniat attendendus probat *Rota decis. 708. sub num. 1. vers. non obstante p. 1. recent.* & facit regula quod promissio, & obli-
6 gatio † quæcunque nunquam censetur emanata animo nouandi legalem prouisionem *l. 4 §. si ex conuentione ff. de re iudic. Bald. cons. 329. nu. 1. vers. ex aduerso respondetur li. 1. Rota decis. 392. nu. 3. & sub num. 4. par. 1. rec.* Vnde imputare sibi de-
7 bet pars si clariùs se non declarauit argumento *text. in l. veteribus 39. ff. de pact. Surd. cons. 376. num. 21. lib. 3. Seraph. decis. 11. num. 1. Gregor. XV. decis. 228. num. 8.*
8 Quibus non aduersatur doctrina *Laderch. † in cons. 162.* vbi facit distinctionem inter fructus accessorios, & fructus personaliter debitos, quia quidquid sit in casu *Laderch.* in præsenti visa fuit remoueri omnis dubietas ex reseruatione apposita in concordia per D. Guidobaldum occasione residui sui crediti pro fructibus recōpensatiuis ibi (reseruauit sibi Iura &c. etiam pro consecutione residui summæ sibi debitæ vt supra enunciatæ cum suis fructibus recompensatiuis, & non alias &c.) quæ reseruatio demonstrat per necesse mentem contrahentium fuisse, vt solutio prius cederet in causam fructuum, quam sortis, quia si resi-

duum

duum crediti consistere debebat in fructibus, non poterat reseruatio fieri de fructibus com-
9 pensatiuis, cum vsuræ † de vsuris non dentur, *l. cum quidam* 17. §. *Diuus Pius vers. in tacui ff. de vsur. l. cum qui tract.* 18. *in fin. ff. de his qua vt indign.* Vnde ad euitandum istud absurdum dicta reseruatio debet intelligi de sorte, quæ habet annexos fructus recompensatiuos ex regu
10 la quod talia † sunt subiecta qualia prædicata demonstrant, *Surd. cons.* 303. *num.* 1. *lib.* 3. vbi quod reseruatio, siue exceptio bene declarat quid in regula contineatur.

Neque obstant ea, quæ dicebantur in liquidatione dd. fructuum ad coadiuuandū probationem. quod solutio cedere deberet prius in causam sortis liquidæ quia illa non subsistit in facto, cum ex lectura Instrumenti solutionis pateat summam fructuum decursorū esse liquidam ad rationem sc. quatuor cum dimidio pro quolibet Centenario, illamque tunc ascendisse ad summam sc. 1500.

Et ita vtraque &c.

AMERINA BENEFICII S. SILVESTRI.

Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus in personis potentibus, vt probetur quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus præsumitur vsurpatum à personis potentibus.*
2 *Iuspatronatus, quando concurrit persona potens, vt probatus dicatur requiritur, vel instrumentum dotationis, ac fundationis vel immemorabilis vna cum præsentationibus continuatis spatio 50. annorum.*
3 *Iuspatronatus non transit in emptorem Castri nisi concludentissime doceatur esse de pertinentijs eiusdem Castri.*
4 *Enunciatiua antiqua habent vim famæ.*
5 *Iuspatronatus in antiquis non probatur ex sola fama.*
6 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam absque citatione partis regulariter non probant.*
7 *Dicta conclusio procedit fortius si agatur de probanda pertinentia Iurispatronatus præsumpti vsurpati*
8 *Testes subditi pro Domino non sunt legitimi testes.*
9 *Testes de simplici auditu non probant.*
10 *Beneficij qualitas ex vltimo statu desumitur.*

DECISIO DCXXI.

BENEFICIVM de quo agitur situm in Territorio Castri Aluiani sub Inuocatione Sancti Siluestri fuit inter alia vnitum ab Ordinario Amerino Mensę Capitulari Ecclesiæ Cathedralis, quæ vnio fuit etiam auctoritate Apostolica confirmata. Verum DD. Paulus, & Alexander Monaldensis successores in eodem Castro vti prætensi Patroni se opposuerunt d. Vnioni corā Ordinario Hortano confirmationis eiusdem Vnionis Executore, qui sententiam pro d. confirmatione ad fauorem Capituli protulit, Causa in gradu appellationis b:me:N. commissa, in eius locum subrogatus dubitaui an constaret de Iurepatronatus, & Capitulo solum informante negatiuè fuit responsum, quia cum dd. Monaldenses prætendant Iuspatronatus d. Beneficij tamquam Domini habentes Iurisdictionem temporalem in Territorio d. Castri, in quo idem Beneficium est situm, connumerantur
1 inter † personas, in quibus militat præsumptio vsupartionis d. Iurisprtronatus ex dispositione S.Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform. vers. in his vero personis, prout in specie Dominorum Castri aduertunt, *Paris. in tract. de confident. q. 28. nu. 243. Gonz. ad reg. 8. glos. 18. n. 60. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 98. & seq. Rot. diuers. decis. 409. par. 1. & decis. 99. par. 2. vtrobique num. 1. & 2. Greg. XV. decis. 222. num. 1. & 2. &*
2 *ibi Add. num.* 10. & 11. Et propterea † duriori probationi sunt adstricti, adeo vt teneantur docere de titulo ass. Iurispatronatus per Instrumentum fundationis, aut dotationis aut per Immemorabilem vna cum pręsentationibus continuatis. non minori spatio 50. annorum effectum sortitis iuxta formam pręscriptam ab eodem S.Concilio Tridentino d. sess. 25. cap. 9. de reform. prout expressè notant, *Paris. d. tract. de confid. q. 28. num. 241. vers. nunc autem deuenio Gonz. ad reg. 8. d. glos. 18. num. 63. & seq. Garz. de benef. d. par. 5. cap. 9. num. 98. & seq. Rot. d. decis. 409. num. 1. & decis. 199. num. 1. par. 2. diuers. & decis. 191. num. 20. par. 5. recen. Greg. XV. d. decis. 122. num. 2.* & sæpè in alijs, quæ tamen probatio in præsenti deficit.

Nec releuant enunciatiuæ ass. Iurispatronatus emanatæ in duabus prouisionibus factis ab Ordinario Amerino de annis 1504. & 1521 vna cum Testibus exaduerso ad perpetuam rei memoriam examinatis, nam quoad enunciatiuas vltra quod vti emanatæ ad fauorem Dominorum de Alniano, qui fuerunt Domini Castri, non possunt ad effectum, de quo agitur suffragari DD. de Monaldensibus Emptoribus d. Castri, nisi doceatur Patronatum esse annexum, vel de pertinentijs eiusdē Castri, & quidem clarè, & concludenter cum
3 alias Iuspatronatus non transeat in emptorem Castri *Rot. coram Mantic. decis.* 164. *num.* 2. *& Rot. decis.* 13. *num.* 4. *par.* 1. *rec.* fuit responsum
4 quod prædictę Enunciatiuę † esto quod haberent vim famę *iuxta doctr. Bald. in l. cum aliquis num. 4. vers. item quod dicit glos. & ibidem Salic. num. 3. vers. si tamen plura C. de Iur. delib.* Ni-
5 hilominus sola famā in antiquis † non probat Iuspatronatus iuxta opinionem Rotę, nisi vlterius concurrat longissima possessio pręsentandi effectum sortita, *Garz. de benef. d. par. 5. cap. 9. num. 83. Put. decis. 60. num. 4. vers. item Rota tenet lib. 1. in antiqu. Acchill. decis. 6. de Iurepatr. Seraph. decis. 1141. num. 6. Canal. decis. 159. num. 6. & fuit nouissime dictum in Cotronen. Beneficii 19. Aprilis proximi præteriti coram R. P. D. Carillo,* De qua quidem possessione hic non docetur.

Quo verò ad Testes, illi non merentur attendi, quia vltra quod fuerunt examinati ad

perpetuam rei memoriam absque citatione
6 partis, quo casu † regulariter non probant *c. quoniam frequenter in princ. vt lit. non contest. in 6. cum aliis cumulatis per Farinac. in tract. de testib. q. 76. num.* 2. & in terminis probationis Iuris-
7 patronatus præsertim † quando, *prout hic*, intrat vsurpationis præsumptio *Rot. decis. 95. nu. 2. vers. item Iuspatronatus par. 4. recent.* Patiuntur exceptiones tàm in personis, cum sint Vassalli, & subditi dd. Monaldesium, & ideo non
8 sunt legitimi † Testes ad probañ Iuspatronatus ipsorum DD. Aduersariorum *Paris. d. tract. de consid. q. 28. nu. 25. Verall. decis. 134. par. 2. Gonz. ad reg. 8. d. glos. 18. num. 70. Garz. de benef. d. par. 5. cap. 9. num. 102. circa med.* quam etiam in dicto
9 cum deponant de simplici auditu, † & ideò non probant prout etiam in terminis Iurispatus dixit *Rot. in Hieracen. Iurispatronatus 24. Ianuarii 1914. coram b. m. Card. Verospio, & in Regien. Beneficiorum 20. Februarii 1619. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Prædictaque probatio eo minus visa fuit suffragari, cum in contrarium concurrat vltimus status pro libertate d. Beneficij continuatus spatio 50. annorum, & vltra, quibus illud fuit collatum absque mentione aff. Iurispatronatus, vt liquet ex prouisionibus datis in Summario Capituli num. 6. qui vltimus
10 status† attendi solet ad iudicandam beneficij qualitatem *c. cum de beneficio de preb. in 6. Innoc. in cap. postulasti 40. num. 1. circa med. vers. si autem non apparet de Iurepatr. Abb. in cap. nobis num. 8. vers. idem vero constat eod. tit. cum aliis relatis à Rota decis. 737. nu. 7. par. 2. rec. & coram Creg. XV. decis. 482. num. 7.*

Et ita &c.

ROMANA CENSVS, seù DEPOSITI.

Lunæ 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Depositarius tenetur seruare leges depositi alias tenetur de proprio.

SVMMARIVM.

1 *Pacta omnia conuenta in eodem instrumento inter easdem partes celebrato dicuntur correspectiua, & indiuidua.*
2 *In eodem instrumento non datur neque prius neque posterius.*
3 *Obligatio Cameralis refertur ad omnia in eodem instrumento etiam enunciatiuè contenta.*
4 *Census impositio super re expresse alienari prohibita non sustinetur.*
5 *Census fructus citra labem vsurarum non possunt percipi ab eo qui sciuit censum nulliter fuisse impositum super re expresse alienari prohibita.*
6 *Dictio,* Et altro, *indefinitè prolata omnia comprehendit.*
7 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
8 *Feuda Regia nequeunt sine consensu Regio alienari, & num. 9.*
10 *Contractus legem accipit à conuentione partium.*
11 *Notarius in productione, quando dicatur tantum referre verba procuratoris producentis.*
12 *Ad Notarium non spectat de releuantia iurium iudicare.*
13 *Notarij attestationi circa probationem styli quoad notationem scripturarum deferri solet.*
14 *Illatio non fit ex diuersis.*
15 *Productio facta ad vnum finem non præiudicat quoad alium diuersum.*
16 *Notarij verba dicuntur esse verba partium.*

DECISIO DCXXII.

ITERVM hodie posita causa super decisione emanata sub die 8. Martij præteriti qua vnanimiter firmatum fuit Montem Pietatis non autem D. Fonthiam teneri ad restitutionem pecuniarum, de quibus agitur, DD. vnanimi pariter consensu steterunt in decisis ex eisdem fundamentis in d. decisione deductis.

Quibus non visa fuerunt obstare ea quæ pro parte d. Montis tàm respectu Excellentissimi D. Ducis S. Gemini, quam respectu d. Fonthiæ deducebantur.

Nam respectu D. Ducis non obstat primo, quod reseruatio assensus Regij fuerit apposita fauore solius D. Ducis Atriæ, non autem bon: mem: Ducis S. Gemini, & ideo ille dumtaxat allegare possit defectum d. assensus. Quoniam interesse D. Ducis S. Gemini est euidēs Tùm quia in Instrumento Census, de quo agitur inito inter ipsum Ducem S. Gemini, & Ducem Atriæ fuit expresse conuentum quod sc. 15. mil. deposita in Monte pro pretio d. Cēsus ad creditum Ducis Atriæ inde amoueri non possent nisi prius sequutis, & in actis mei &c. exhibitis ratificationibus &c. nec non etiam exhibito pariter in actis mei assensu Regio vt supra reseruato, & impetrando &c. Vnde clarè patet reseruationem dicti assensus fuisse appositam fauore vtriusque
1 contrahentis cum omnia pacta † conuenta in eodem Instrumēto inter easdem partes celebrato dicantur correspectiua, & indiuidua *l. fundi partem ff. de contrah. empt. Rot. decis. 592. n. 2. par. 3. rec.* Vbi quod contractus est approbatio-
2 ne indiuiduus, & non datur prius, † & posterius in eodem Instrumento *Surd. decis. 157. num. 6. Gratian. discept. 175. num. 6. & seq. Cancer. var. cap. 7. nu. 302. par. 3.* Præsertim cum in fine Instrumenti d. Census sit adiecta fauore D. Ducis S. Gemini obligatio Cameralis pro om-
3 nibus, & singulis, quæ † refertur ad omnia in eodem Instrumento etiam enunciatiuè contenta *Alex. cons. 17. num. 2. lib. 3. Ruin. cons. 337 num. 6. lib. 1. Rot. decis. 308. num. 1. post Pacific. de salu. iuxta modern. impress. & decis. 70. num. 9. par. 1 recent.* Tùm etiam quia Palatium, super quo fuit impositus iste census est subiectum fideicommisso, ac primogenituræ olim institutæ à bo: me: Card. Aquauiua cum prohibitione cuiuscunq; alienationis etiam latissimè sumpto vocabulo nisi in eius locum subrogarentur pro rata alienanda, aut hipothecanda alia bona.

na stabilia, seu feudalia in Regno, prout fa-
tentur ijdem D. Dux Atriæ, & D. Archiepi-
scopus Patruus in Instrumentis ratificationũ
suppositionis status Bellantis, & impositionis
Census: Vnde liquet expeditionem assensus
Regij quoad suppositionem status in locum
d. Palatij respicere interesse etiã Ducis S. Ge-
mini, Emptoris d. Census cum alioquin im-
4 positio illius † vti facta super Palatio expressè
alienari prohibito fuisset nulla. *Boccac. de cens. tom. 2. cap. 2. num. 4. Gratian. discept. 43. num. 23. vers idem est in rebus Rot. d. 43. num. 5. post Cenc. de cens. cum alijs alleg. per eumdem Cenc. in eod. tract. 1. c. 2. quæst. 1. art. 6. n. 5. & seqq.* Ipseque Dux S. Gemi-
5 ni sciens Censum fuisse † impositum super re
expressè alienari prohibita non potuisset per-
cipere fructus eiusdem Census citra labem
vsurarum *Nauar. de vsur. q. 29, num. 119. Gratian. decis. March. 33. nu. 11. & seqq. Rot. coram Andrea decis. 33. num. 6. & 7. Cenc. de cens. qu. 14. num. 13. iuxta modern. impress. Duard. eod. tract. §. 1. quæst. 26. num. 3. & 14.*

Prædictaque comprobantur ex præcedenti
ordine ipsius Ducis S. Gemini, ibi, *quali scudi 16. mil. esso Signor Antonio Carcarasio douerà pur lasciare nel medesimo loro Monte per non leuarli di li se prima non sarà venuta la ratificatione del detto Censo, & altro in conformità dell' Instrumento che si rogarà dal sudetto Fontia &c.* illa namque ver-
ba, *& altro contennto nell' Instrumento che si rogarà*, arguunt necessitatem adimplementi fauo-
re ipsius D. Ducis, qui ordinem dedit non so-
lum circa ratificationem Census, verum etiã
circa impetrationem, & expeditionem assen-
sus Regij postea conuentam in Instrumento
Census, tùm inspecta natura dictionis, & al-
6 tro, quæ † indefinitè prolata omnia compre-
hendit *Gemin. cons. 3. num. 2. Caputaq. decis. 296. n. 6 par. 2. Barbos. de dict. decis. 26. nu. 15. & 20.* Tùm
etiam ponderata expressione eiusdem dictio-
nis, & altro, cum relatione ad Instrumentum
7 Census, quæ † relatio operatur, vt omnia
contenta in dicto Instrumento dicantur ex-
pressa in ordine referente cum omnibus suis
qualitatibus *Paris. cons. 122. num. 2. in fin. & n. 5. lib. 1. Rot. decis. 1152. num. 2. par. 3. lib. 2. diuers. Caual. decis. 94. num. 7.*

Secundo non obstat; quod huiusmodi as-
sensus non fuerit reseruatus simpliciter, sed
cum clausula, *quatenus opus sit, & non alias &c.*
& proinde nisi doceatur eo opus fuisse perin-
de habeatur ac si reseruatus non fuisset. Quia
cum sit in confesso inter partes, & constet ex
prædictis Instrumentis statum Bellantis esse
feudum Regium, sequitur assensum Regium
fuisse omnino necessarium pro valida subro-
gatione d. Status tàm secundum vltimam Iu-
8 ris feudorum prouidentiã, quæ † prohibet feu-
dorum alienationem; obligationem, & hy-
pothecam sine assensu Regio, *l. 1. in princ. de probib. alien. per Lothar. & in l. 1. de probib. alien. per Feder. Vinc. de Franc. decis. 663. num. 1.* Quam
etiam attenta Constitutione Regni incipiẽ
Constitutionem dictæ memoriæ registrata
per *Tapiam in tract. iur. Regn. Neapol. lib. 6. tit. 22.*
9 *de probib. feud. alien.* quæ † prohibet alienatio-
nem, & quoscumque contractus super feu-
dis, & rebus feudalibus minuendis, aut com-
mutandis sine assensu Regio *Marin. frecc. de sub feud. lib. 2. fol. 150. num. 1. & seq. Capic. de Inuest. feud. §. feudorum alienationes.* Vbi in supra dicta
ampliatione includit permutationẽ, donatio-
nem, dationem in solutum, locationes ad lon-
gum tempus, pignorationem hipothecatio-
nem, seruitutum impositionem, & similia
latè *Franc. à ponte cons. 5. sub nu. 7. & seqq. Rouit. super pragmat. de feud. pragm. 4. num. 102.*

Nec releuat, quod Dux Atriæ ante impo-
sitionem istius Census obtinuerit à Regio
Consilio Neapolitano facultatem, seu licen-
tiam obligandi d. eius Palatium: vnde infe-
rebatur d. Palatium potuisse obligari pro di-
cto Censu absque suppositione status Bellan-
tis, & consequenter non fuisse opus assensu
Regio pro d. suppositione, Quia vltra quod
de ass. licentia hodie non constat, illaque vti
concessa de anno 1624. non videtur compre-
hendere impositionem Census, de quo agitur
longe post, de anno scilicet 1532. subsequu-
tam, adhuc si illam comprehenderet non vi-
sa fuit releuare. Tùm quia vt legitur in In-
strumento Census fuit concessa sub expressa
conditione dummodo pecunia inde proue-
niens solueretur Creditoribus, vel conuerte-
retur in emptionem bonorum feudalium,
quæ remanerent specialiter obligata fauore
ipsius Ducis, & aliorum vocatorum in Pri-
mogenitura, quorum neutrum docetur fa-
ctum in casu isto cum pretium Census impo-
siti super dicto Palatio non fuerit solutum
Creditoribus eiusdem Cardinalis Aquauiuæ
fideicommittentis de quibus Regium consi-
lium intellexit, nec minus fuit conuersum in
emptionem aliorum bonorum feudalium.
Tùm etiam quia Contrahentes in impositio-
ne d. Census vel non fuerunt vsi d. ass. licen-
tia, vel illam non habuerunt pro sufficienti,
dum expressè conuenerunt de subrogatione
Status Bellantis in locum Palatij cum reserua-
tione assensus Regij.

Nec placuit replicatio, quod in statu Bel-
lantis adsint bona allodialia, super quibus iste
Census, vel subrogatio in locum Palatij su-
stineri posset: Quoniam vltra quod existentia
huiusmodi bonorum, quæ sufficerent pro
impositione, & subrogatione non iustificatur
visa fuit cessare difficultas ex eo quia fuit con-
uentum inter partes non de subrogatione bo-
norum particularium existentium in Statu
Bellantis, sed de subrogatione ipsiusmet Sta-
tus Bellantis, & consequẽter subrogatio eius-
dem status fuit necessaria ex cõuentione par-
10 tium ex qua contractus † legem accipiunt,
l. 1. §. si conuenit ff. deposit. glos. in l. sicut certo §. 2. verb. deponitur ff. commod. Iuncta præsertim sup-
plicatione porrecta D. Proregi Neapolitano
pro impetrãdo assensu in subrogatione eiusdẽ
status, licet illius expeditio non fuerit sequu-
ta, quæ partium obseruantia plurimum in
proposito attendi debet.

Demum non obstat, quod pecuniæ de qui-
bus agitur non sint restituendæ liberè ipsi

D. Duci S. Gemini; sed reponendæ apud eumdem montem cum prioribus vinculis appositis fauore hæredum clar. me. Card. Ludouisij pro euictione Viridarij olim empti à DD. Vrsinis, Quia huiusmodi exceptio non visa fuit aduersari decisioni, cum illa tàm in principio, quàm in finalibus verbis firmet simpliciter montem teneri ad rationem pecuniarum, sed non dicit eas liberè restituendas ipsi D. Duci, qui vlterius ad remouendum omnem difficultatem acquiescit quod pecuniæ restituendæ per ipsum montem reponantur ad creditum ipsius D. Ducis apud eumdem montem cum eisdem vinculis expressis in Instrumento venditionis d. Viridarij rogato sub die 5. Februarij 1622. seu &c. per acta D. Fonthiæ ad fauorem d. præclar. me. Card. Ludouisij.

Respectu vero D. Fonthiæ non obstat quod ipse vir oculatus, ac versatissimus reuera fecit fidem qualiter Carcarasius facto exhibuit Instrumentum assensus. Siquidem siue spectemus verba partitæ depositi descriptæ in libro montis ibi, *per pagarli sempre, che dal medesimo Fontia si farà fatta fede, che siano state adempite le conditioni apposte nell'Instromento del Censo*. Siue attẽdamus verba eiusdem depositi adiecta in Instrumento census rogato ab ipsomet Fonthia ibi, sub ea tamen conditione, quod ex dicto monte leuari non possint nisi prius sequutis, & in actis mei &c. exhibitis ratificationibus vt supra &c. nec non etiam exhibito pariter in actis mei assensu Regio vt supra reseruato. Vtique apparet ipsum Fonthiam summa prudentia fecisse d. fidem, quãdoquidem in ea non dixit quod essent adimpletæ conditiones appositæ in Instrumento census, nec minus quod in eius actis productus esset assensus Regius, sed solum attestatur qualiter Carcarasius exhibuit in actis assẽsum Regium referens nuda, ac sola verba, quæ Carcarasius in actu productionis dictauit, non affirmans quod ita esset, sed quod

11 Carcarasius † ita dixit, *iux. doctr. Bald. in l. nullum 12. num. 3. vers. responde. C. de testib. cum alys in d. decisione in §. neque etiam videtur*, Ponderata præsertim sæpius iterata relatione ad ipsa iura producta cum clausulis tenoris prout in eis &c. ad quæ &c. quæ enixè demonstrant eius voluntatem non fuisse quidquam affirmare circa releuantiam, & qualitatem Iurium productorum, sed referre verba Carcarasij producentis, & quidem optimo consilio cum ad

12 Notarium non spectet † de releuantia Iuriũ iudicare prout in specie tradit *Ang. consil. 275. num. 1. col. 3. vers. quoniam postquam rogatus est*.

Neque resistit quod Fonthia fecerit d. fidẽ non tanquam Notarius actorum, sed vti Notarius rogatus de Instrumento d. Census, & quod in calce illius, non autem in broliardo adnotauit productionem factam à Carcarasio, Quia cum huiusmodi adnotationes productionum Iurium promissorum in Instrumentis rogatis fiant in calce ipsorum Instrumentorũ rogatorum, non ad alium effectum quam ad hoc vt Iura producta insimul asseruentur cum eisdem Instrumentis rogatis quemadmodum de huiusmodi stylo passim vsitato attestantur quamplures Notarij A. C. quo-

13 rum † attestationi esse standum in probatione styli quoad adnotationem scripturarum, *dixit Rot. coram Gregor. XV decis. 484. num. 4. vers. & concurrit fides*. Adnotatio productionis, de qua agitur vti facta ad alium finem, & effectũ non poterat deseruire pro argumento, quod Fonthia affirmaret fuisse in actis reuera pro-

14 ductum assensum, quia ex diuersis † non fit illatio, *l. Papinianus exulis. ff. de minor.* &

15 productio facta † ad alium finem non præiudicat quoad alium diuersum *Grat. cons. 14. numer. 17. lib. 1. Gratian. discept. 279. num. 32. & seqq. Rota decis. 285. num. 4. vers. ex quibus par. 2. & decis. 231. num. 3. par. 3. & decis. 335. num. 8. par. 5. recent. Gregor. XV decis. 467. num. 8. cum similibus*.

Prout nec releuat, quod ipse Fonthia in d. fide expresserit causam ob quam Iura fuerunt exhibita, nempè vt Carcarasius doceret de assensu. Quoniam illam non expressit ex proprio iudicio, sed solum vti dictatam à Carcarasio per sensum simplicis auditus ab illo, adeout dd. verba nihil aliud contineant quam nudam assertionem Carcarasij producentis scriptam, ac relatam ab ipso Fonthia Nota-

16 rio, cuius verba dicuntur † esse verba partiũ vt docet *Bald. in l. errore num. 2. vers. aut in eo quod pertinet C. de testam. cum alijs allegatis in fine eiusdem decisionis*.

Et ita vtraque parte acerrimè informante resolutum fuit.

MELEVITANA BENEFICIORVM.

Veneris 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Transactio super beneficijs quando non possit rescindi prætextu subreptitionis obtenti desuper beneplaciti Apostolici, vel ex defectu non narrati veri valoris.

SVMMARIVM.

1 *Regula de exprimendo vero valore reddit gratiam nullam vsque ab initio.*

2 *Gratiæ duæ quando sunt inter se distinctæ subreptio vnius non vitiat alteram.*

3 *Gratia quando sunt inter se connexa vna vitiata altera quoque vitiatur.*

4 *Gratiæ plures siue coniunctim siue ex internallo concessæ & inter se diuersæ ac separata possunt contineri in eisdem litteris.*

5 *Litterarum Apostolicarum sola identitas non arguit gratias in eis contentas esse correspectiuas.*

6 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

7 *Dataria non solet confirmare concordias initas super beneficijs absque noua illorum prouisione.*

8 *Noua prouisio non debet immutare seu alterare præcedentem gratiam confirmationis.*

9 Gemin. cons. 21. num. 8. & seq. & Rot. decis. 10. de probat. *in antiquis in quibus terminis procedant declaratur, & num. 10*

11 *Ro-*

11 *Renunciare quis potest absque authoritate Superioris beneficio si super isto habeat ius ad rem.*
12 *Praesentatus ad aliquod beneficium antequam instituatur habet solum ius ad rem & sic potest renunciare d. iuri absque authoritate Superioris.*
13 *Papa quando vult sufficere solam Signaturam supplicationis non requiritur expeditio litterarum.*

DECISIO DCXXIII.

NON acquiescẽ Horatio Graeco resolutioni factę in ista causa sub die 8. Martij praeteriti qua dictum fuit ei agenti contra D. Io. Baptistam Cogliare possessorem beneficiorum, de quibus agitur, obstare concordiam cum eo initam super eisdem beneficijs vsque de anno 1628. & auctoritate Apostolica confirmatam. Iterumque hodie posita causa super eisdem Domini steterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in eadem decisione deductis.

Quibus non obstat obiectum repetitum, nempè quod beneplacitum Apostolicum cõcessum super d. Concordia fuerit subreptitiũ, ex eo quod d. Io. Baptista in literis Apostolicis non expressit verum valorem dd. beneficiorum, & sic intret regula de exprimendo
1 vero valore, quae † reddit gratiam ab initio nullam, adeout Ius non dicatur acquisitum Resignatario, neque illud à Resignante abdicatum, *Accbill. de Grass. decis. 3. alias 20. numer. 1. super regula de vero valore Veral. decis. 84. numer. 1. & per tot. & decis. 91. num. 1. vers. quamuis secunda resignatio par. 3. Rot. decis. 717. num. 1. & dec. 418 in princip. & decis. 419. num. 1. par. 1. diuers.*

Quoniam placuit responsio data in decisione §. *Nec dicatur dictum beneplacitum*, nimirum dictas litteras duas continere gratias distinctas ac separatas; Alteram super confirmatione d. concordiae, in qua nulla facta fuit mentio valoris dd. beneficiorum; Alteram vero super noua prouisione ad fauorẽ ipsius Io: Baptistae, in qua fuit narratus d. valor per non excessum 24. ducatorum auri de Camera Vnde admisso gratiam nouae prouisionis esse subreptitiam ob expressionẽ non veri valoris, nõ inde sequitur esse subreptitiã etiam gratiã
2 confirmationis, quia cum ista † sit distincta, ac separata ab illa, subreptio vnius non vitiat aliam nec vna deficiente altera corruit prout est *text. expressus in c. si eo tempore, & ibi glos. magna in fin. vers. nota finaliter, & in verb. beneficium de rescript. in 6. Abb. in cap. caeterum 3. num. 7.* vbi ait id esse benè notandum *extr. de rescript. cum alijs alleg. in d. decis. quibus addi possunt idem Abb. in cap. ad dissoluendum 13. num. 6. vers. idem est in rescripto Apostolico, de dispensat. Impuber. & in cap. ex litteris 3. in fin. vers. allego etiam bonum textum de fid. Instrumentorum Ant. de Butr. in c. exhibita 19. n. 21. vers. si vero sunt separata extr. de rescript. Felin. in cap. Sede Apostolica 15. num. 2. eod. tit. Bellam. decis. 115. Incip. falsa expressio sub num. 3. circa fin. vers. nec inefficacia vnius.*

Non obstat, quod gratiae d. confirmationis, ac nouae prouisionis sint contentae in eisdem litteris, & propterea videantur inter se conne-
3 xae, & correspectiuae, adeout vna † vitiata, altera quoque vitietur, *Put. decis. 511. nu. 2. lib. 2. Rot. decis. 7. de renunciat. in antiqu.* Quia cum non
4 repugnet in eisdem literis † plures contineri gratias diuersas, ac separatas siue coniunctim siue ex interuallo concessas, *Cassad. decis. 4. n. 3. de rescrip. & decis. 3. num. 31. de praeben. Put. dec. 214. num. 3. lib. 3. in antiq.* cum alijs in proposito cumulat. per *Gonzal. ad regu. 8. glos. 5. §. 9. num. 61.*
5 Sola identitas † literarum non arguit gratias in eis contentas esse correspectiuas, vt benè per *Put. d. decis. 214. num. 1. & seqq. lib. 5. in antiq.* Vbi conclusionem pluribus exemplis exornat.

Minus obstat, quod gratia d. confirmationis saltem sit consecutiua, & accessoria ad gratiam nouae prouisionis; Ideoque sublata gratia principali nouae prouisionis corruat quoque gratia accessoria confirmationis ex
6 vulgari axiomate, quod accessorium † sequitur naturam sui principalis, *l. cum principalis ff. de reg. iur. in 6. c. accessorium eod. tit. in 6. cap. si super gratia 9. de offic. & potest. Iudic. deleg. Rot. decis. 32. num. 10. par. 6. recent.* & in specie de gratia nulla ob non expressionem veri valoris, *Ancar. consil. 297. num. 2. vers. vnde si gratia est nulla.* Quoniã gratia confirmationis est prorsus distincta, ac separata à gratia nouae prouisionis, & sic vti aeque principalis, non autem accessoria iudicari debet, illa namque emanauit fauore partium, quae transegerunt reseruato beneplacito Apostolico. Ista verò respicit dumtaxat commodum Bursale Datariae, quae non
7 solet † confirmare concordias initas super beneficijs absque noua illorũ prouisione, prout etiam aduertit, *Rebuff. in in prax. benef. tit. de non. prouis. & simpl. num. 24.* Vnde gratia dictae nouę
8 prouisionis † non debet immutare, aut alterare praecedentẽ gratiam confirmationis prout in his ferè terminis resoluit, *Rot. decis. 233. n. 3. vers. neque obstat, quae est decis. 335. num. 5. & 6. par. 5. recent.*

Et hinc non applicantur ea, quae inculcabantur ad probandam gratiam d. confirmationis fundari in gratia nouae prouisionis, &
9 ideo ista † deficiente alteram etiam corruere debere ex *Gemin. cons. 21. num. 8. & seqq. & Rot. decis. 10. de praebend. in antiqu.* cum alijs similibus
10 exaduerso alleg. Quoniam † *Gemin. & Rot.* loquuntur in gratia descendenti, consecutiua, vel accessoria, quando scilicet fit mutatio vigore optionis de vna praebenda in aliam, & prima collatio est nulla, in quibus terminis concludunt non posse virtute illius fieri transitum ad secundam, cum vbi consequens fundatur in aliquo antecedente cõsequens etiam tollatur, & vbi quis non habet Ius in primo, nõ possit quaerere Ius in secundo loco primi. At nos versamur in terminis longè diuersis, quandoquidem gratia confirmationis concordiae non fuit dependens, aut consecutiua, vel accessoria ad gratiam nouae prouisionis, sed est principalis, ac diuersa ab illa, fuitque validè, ac legitimè obtenta, cum respectu illius

10 illius non appareat † aliquid fuisse omissum, quod Pontificem ab illius concessione, retraxisset, aut difficiliorem reddidisset iuxta *text. in c. super litteris vbi Felin. num. 8. de rescript.* cum alijs in eadem decisione allegatis.

Prædictaque faciliùs procedere visa fuerũt. Tùm quia de tempore d. Transactionis Io. Baptista iam habebat titulum, & possessionẽ beneficiorum, de quibus agitur vigore institutionis factæ ad sui fauorem ab Ordinario ad præsentationem Patronorum; Horatius autem nullum habebat titulum, nec possessionem, sed prætendebat solummodò habere Ius ad illa vigore cuiusdam præsentationis factæ ad sui fauorem ab alijs ass. Compatronis, quod quidem Ius erat valdè turbidũ, & anceps ex rationibus ponderatis in alia decisione. Vndè cum dictus Horatius non resignauerit titulum, aut possessionem dd. beneficiorum ad fauorem ipsius Io: Baptistæ, sed solum cesserit liti, & causæ, ac Iuri sibi quomodolibet competeñ super eisdem beneficijs vtique respectu talis cessionis non videbatur necessaria alia confirmatio Apostolica, cum
11 habens Ius † solum ad rem in beneficio possit illud renunciare absque auctoritate Superioris *Innoc. in c. quod in dubijs 8. sub num. 1. de renunc. in antiqu. decis. 14. sub num. 3. vers. secus tamen fuisset eod. tit. cum alijs relat. à Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 1. num. 76. & seqq.* & in terminis quod
12 præsentatus† ad aliquod beneficium antequã instituatur habeatur solum Ius ad rem, proindeque possit renunciare d. Iuri absque auctoritate Superioris tradit, *Rot. decis. 7. num. 2. & 3. de Iurepatr. in antiq. & decis. 8. numer. 1. & 2. eod. tit. in nou. cum alijs relat. à Paris. de resignat. lib. 7. d. q. 1. num. 94. & 95.*

Tùm etiam quia prætensa expressio non veri valoris non legitur facta in supplicatione porrecta Papæ pro confirmatione d. concordiæ, respectu cuius Sanctissimus voluit, quod sufficeret sola Signatura eiusdem supplicatio-
13 nis, quo † casu non requiritur expeditio litterarum, *Mandos. de Signat. Grat. §. derogationes regularum, vers. regula de non iudicando, Gigas. de pension. q. 34. num. 5. cum alijs relatis per Rotter. de re benef. lib. 1. q. 57. num. 2.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA EMPHYTEVSIS.

Veneris 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum est concludenter probanda ab Ecclesia etiam quando agitur ad effectum recognitionis in Dominam quando ipsa tamquam Domina directa per exactionem canonum aut aliter non est in possessione recognitionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona præsumuntur libera, & allodialia non autem alterius dominio subiecta.*

2 *Identitas bonorum non concluditur per demonstrationes generales, & æquiuocas.*

3 *Identitas bonorum saltem probanda est per duas demonstrationes, quæ non possint conuenire alijs bonis.*

4 *Identitas bonorum probatur per duas demonstrationes etiam quod in alijs sit diuersitas, & discrepantia.*

5 *Dicta Regula non procedit quando demonstrationes quibus res ipsa designatur, possunt etiam in alia re verificari.*

6 *Erronea enunciatiua non præiudicat.*

7 *Bona emphyteutica non est verisimile, quod quis vendiderit vti libera.*

8 *Dominus directus non est verisimile, quod ex liuellarijs diu distulerit percipere canones.*

9 *Verba, iure proprio, & per verum allodium vendidit &c. indicant venditionem fuisse factam à vero Domino non ab emphyteuta.*

10 *Confessio erronea etiam ex interuallo a confitente potest reuocari.*

DECISIO DCXXIV.

SVB die 13. Februarij anni præteriti Rota censuit non constare de bono iure Patrũ Eremitarum Camaldulen Montis Coronæ ad effectum deuolutionis Tenimenti, de quo agitur, positi in pertinentijs Castri Frattæ in loco Buotani, neque respectu partis superioris possessæ à Marco Antonio, & Thoma Bentiuenghi, neque respectu partis inferioris possessæ ab Hippolyta, & Dianira de Buttellis, eo præcipuè fundamento, quia dd. Patres non probarunt identitatem dicti Tenimenti, illud scilicet quod hodie respectiuè possidetur à dd. Bettiuenghis, & Buttellis iure directi dominij spectare ad eorum Monasterium, prout probare debent ex iuribus, & rationibus ponderatis in decisione desuper extensa, quæ cum hodie reuideretur Informantes pro eisdem Patribus magis distinctè procedẽtes se restringebant ad partem superiorem possessam à Bettiuenghis, respectu cuius nitebantur ostendere bonum ius dd. Patrum saltem ad effectum recognitionis, sed neque etiam ad hunc; effectum dixerunt Domini constare de bono iure & sic steterunt in decisis.

Nam esto quod dd. Patres possint hodie, omisso iudicio deuolutionis, agere contra dd. Bettiuengas vti possessores partis Tenimenti, de quo agitur, ad effectum recognitionis, adhuc tenentur probare identitatẽ partis cõtrouersæ, quæ scilicet, & quanta sit illa pars Tenimenti, ratione cuius prætendunt recognosci in Dominos directos, cum identitas rei emphyteuticæ debeat probari concludenter etiã ad effectum recognitionis quando, prout hic, Dominus directus per exactionem canonis, aut aliter non est constitutus in possessione recognitionis, cum regulariter bona præsuman-
1 tur libera, † & allodialia, non autem alterius dominio subiecta, vt in specie tradunt *Mantica de tac. lib. 22. tit. 20. nu. 7. & seq. latè Surd. cons. 311. num. 1. & seqq. consil. 410. à num. 28. vsque ad 34. Grat. cap. 912. num. 36. vers. & ideo benè, Rota decis. 150. num. 5. & decis. 295. num. 5. par. 1. recent. Burat. decis.*

decis.426.num.1.& ibi Add. num.12.& post Cenc. de cens. decis.72. num.11.

Quæ tamen probatio identitatis in præsenti visa fuit deficere; siquidem illa non desumitur nisi ex eo, quia demonstrationes, & confinia enunciata in Instrumentis concessionum Tenimenti factarum de anno 1445. 1514. & 1510. ab Ecclesia, concordant cum demonstrationibus, & cõfinibus enunciatis in Instrumento venditionis Tenimenti factæ de anno 1598. à Catharina filia, & hærede Felicis de Musciarellis, à quo Bettiuenghæ causam habent, in tribus demonstrationibus in d. decisione ponderatis, nempe in situatione Castri Frattæ, in vocabulo Buotani, & in duabus vijs, quibus demonstrationibus addebantur hodie aliæ duæ, nimirùm qualitas terræ laboratiuæ, & specificatio domorum, quæ tamen
2 demonstrationes † tamquam nimis generales & æquiuocæ non concludunt identitatem, *Bart.in l.demonstratio falsa 17.nnm.15.in fine,vers. vel quod altius est,& ibidem Castr.num.6. versic.nisi esset alia res, ff.de cond.& demonstr. Ruin. cons.111. num.3. lib.5. Surd.cons.207.num.14.lib.2. cum alijs relat. à Buratt.decis.332.num.8.*

Maximè cum ex Testibus pro parte dictorũ Patrum examinatis appareat in eisdem pertinẽtijs Castri Fractæ, & vocabulo Buotani alia Tenimenta, seù Prædia sub eisdem demonstrationibus existere, quæ propterea vti conuenientes alijs corporibus non possunt con-
3 cludere identitatem rei controuersæ, cum illa sit probanda saltem per duas demonstrationes quæ non possint alijs bonis conuenire, vt in terminis firmant *Gratian.discept.190.nu.4. & 7. Surd.d.cons.311.num.44. vers.potest etiam esse, Rota decis.530. num.4. & 5. & decis.295. num.4.& 8. cum seqq.par.1.& decis.181.num.2.in fine par.4.rec. Buratt.d.decis.132.num.5. vers.& sic ex diuersitate, cum alijs in d.decis.relatis.*

Non obstat, quod regulariter duæ demonstrationes sufficiant ad probandam identita-
4 tem etiam quod in alijs esset diuersitas, † & discrepantia iuxta opinionem quam seruat *Rota vt in causa Ariminen fideicommissi 14. Martij anni præteriti coram R.P.D.meo Cerro.* Quia dicta regula non procedit,quando demonstrationes quibus res ipsa designatur, possunt etiam in
5 alia re verificari,quia tunc illa † res præsumitur diuersa, nec sufficit generica demonstratio, sed requiritur probatio particularium confinium, vel demonstrationum, quæ rei, de qua agitur solum adaptentur, *Alex.consil.73. num.7. vers.plus dixit lib.3. Ruin. cons.115.num.3. & 5. lib.5. Roland. cons.67.num.19. lib.2. cum alijs relatis per Marescott.var.resol.lib.1.cap.12.num.24. 52.& seq.* vbi etiam refert decisiones Rotales.

Nec releuare visum fuit aliud Instrumentum initum de anno 1515. hodie ponderatũ, in quo d. Felix Mucciarellus inter alia bona vendidit Petrucio, & Ioanni Flotauantibus, & eorum hæredibus vnum petium terræ hodie possessum à Bettiuenghis cum enunciatiuã, quod illud esset liuellarium d. Ecclesiæ,
6 quia cum talis enunciatiua † fuerit erronea non præiudicat, *l.error, & ibi post alios Ias. nu.1. versic.nota ergo, C.de iur.& fact. ignor. Bart. in l. si aliquam rem 28. num.9. vers.quidam nobilis,& ibidem Rip.num.29. ff.de acquir.poss. Menoch.cons.337 num.28. Afflict.decis.83.num.10. Grat.discept.501. num.28. Caual. decis.226. num.6.* etiam si fuerit iurata, *Ias.in l.error nu.10. C. de iur.& fact.ignor. Roman. cons.391.num.4. vers. hæc autem conclusio, cum alijs cumulatis per Gratian.d.discept.501.n.28. vers. quamuis etiam,* præsertim cum sit vnica ex relatis ab eodem *Grat.discep.188.num.1.*

Prædictam autem enunciatiuam fuisse erroneam patet ex iuribus datis in Summ.dd.de Bettiuenghis, ex quibus apparet d. Felicem, & Orlandinum eius fratrem vsque de mense Iunij 1513.& sic ante Inuestituram factam ad eorum fauorem de anno 1614. possedisse pro indiuiso quoddam Tenimentum, dictumque Orlandinum, de mense Septembris eiusdem anni 1513. cessisse iure proprio, & per directũ allodium partem superiorem Tenimenti cõtrouersi d.Felici fratri,qui de dicto anno 1515 illam vendidit cum pacto redimeñ dd. Floranantibus, & postea fuit redempta, seù recuperata vigore dicti pacti redimendi,& successiuè fuit iterum vendita de anno 1598. per Catharinam filiam, & hæredem d. Felicis ad fauorem Hieronymi,& Ludouici de Bettiuenghis nulla tamen in his venditionibus facta mentione prætensi dominij dictę Ecclesiæ,ac nunquam petito, aut reseruato illius assensu Vnde patet dictam enũciatiuam fuisse erroneam, & consequenter excludi ius emphyteuticum Ecclesię quoad partem controuersam non solum ad effectum deuolutionis, cum alias illa
7 non fuisset vendita vti libera, vt in proposito tradunt *Rolan.cons.8 .num.19.& seq. uers.8.accedit lib.4. Paris.cons.16.num.19.lib.4. Menoch.cons. 191.num.17. latè Surd.cons.311.num.1. & seqq.*

Verùm etiam ad effectum recognitionis, cum Patres non doceant se respectu partis controuersæ vllo vnquam tempore exegisse canones à dd. Bettiuenghis, siue ab eorum authoribus, prout exigere verisimiliter non
8 omisissent spatio tanti temporis si † illi debiti fuissent, *Castr.cons.213.num.1.uers.3.ueniendi lib.2 Ber. cons.114. num.27. uers. secus si rem remisisset lib.1. Menoch.tract.de præsumpt.lib.3. præsumpt.91. num.38. Thomat.decis.60.num.47.& 49. Gratian. discept.912.num.47.*

Eoque magis cum dictæ enunciatiuæ error comprobetur, tàm ex verbis initio eiusdem Instrumenti adiectis, ibi, *Felix de Mucciarellis iure proprio, & per uerum allodium uendidit &c.
9 unum petium terræ &c.* quæ verba † indicant vẽditionem fuisse factam à vero Domino, non autem ab emphyteuta, *l. si quos 16. §. hic postremo num.7 C. de rescind. vend. Specul. in tit. de empt. & uendit. §. 1. Paris. cons.33. num. 19. num.3. cum alijs relatis à Bertazz. de clausi.instrum. clausi.13 gloss.1.nu.3.& seqq.* Quam etiam ex eo, quia Felix in eodem Instrumento vendidit aliud corpus nuncupatum Campoleuere, quod reuera est liuellarium Ecclesiæ, & nihilominus tale non enunciatur, sed illud petiũ, de quo agitur; Vnde non leuis oritur præsumptio, quod illa verba (quia linellarius) fuerint appo-

apposita per errorem in venditione petij con-
trouersi, cum tamen illa in venditione alte-
rius corporis nuncupat. Campoteuere appo-
ni debuissent, ac denique ex eo quia idem
Felix venditor reuocauit postea dictam con-
fessionem vti erroneam, prout illam etiam ex
10 interuallo reuocare potuit, *Ber.cons.194.nu.1. & cons.106.num.33.lib.3. Dec.cons.403. per totum, Paris.cons.131. num.33.& 50. lib.1. Afflict. decis. 233. num.3.*

Et ita vtraque &c.

BARCHINONEN. PORTIONVM.

Mercurij 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Reintegratio est concedenda docto de vtroque extremo.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio probatis duobus extremis in iudicio reintegrationis requisitis venit concedenda.*
2 *Hoc procedit etiamsi agatur de quasi possessione percipiendi annuam præstationem.*
3 *Possessio etiam per testes probari potest.*
4 *Possessio probatur per testes deponentes vidisse perceptas annuas præstationes.*
5 *Testibus deponentibus de facto proprio plurimum defertur.*
6 *Priuatio præsupponit habitum.*
7 *Possessio rei conuenti probatur per litis sustentationem.*

DECISIO DCXXV.

RESOLVTVM fuit Presbyteris, & Bene-
ficiatis residentibus in Ecclesia Monaste-
rij Monialium B. Mariæ de Petris Albis dan-
dam esse reintegrationem ad possessionem, seu
quasi percipiendi à RR. Abbatissa, & Mo-
nialibus dicti Monasterij portiones ordinarias,
& extraordinarias, de quibus agitur. Quo-
niam probatis duobus extremis in hoc iudi-
1 cio reintegrationis requisitis illa venit † con-
cedenda, *cap. conquerens, & cap. cum ad Sedem, & vtrobique DD. de restit. spoliat. Rota decis.119.nu.1. par.1. recent. & coram Gregor. XV. decis.485.num.2 & coram Buratto decis.736. num.4.* illamque
2 competere † etiamsi agatur de quasi possessio-
ne percipiendi annuam præstationem, firma-
uit *Innoc in c. peruenit in princ. Abb. ibidem num.3. de cens. Roman.cons.311.in 3.dubio num.6. vers. his tamen non refragantibus, Abb.cons.23.in 1.dubio n.1 vers. sed his non obstantibus lib.2. cum alijs relatis à Menoch.de recup.rem.num.87.& seq.*

Primum extremum, scilicet possessio, seu
quasi dictorum Presbyterorum, & Beneficia-
torum percipiendi dictas portiones benè iusti-
ficatur ex pluribus Testibus, qui deponunt
nedum in genere de præstatione portionum,
& aliorum emolumentorum tàm in pecunia,
quàm pane, vino, obnoxijs, & alijs rebus; Ve-
rùm etiam in specie recensent ea quæ singuli
Presbyteri, & Beneficiati recipiunt; quibus
Testibus Rota in hac materia passim deferre
3 consueuit, cum possessio † etiam per Testes
probari possit, *Rebuff. in praxi benef. tit. de miss.& poss. num.41. vers. poterit etiam bo: me: Coccin. decis.239. & decis.425. vtrobique num.1. & dec.412. num.4.*

Præsertim quia dd. Testes optimam reddūt
rationem eorum dicti, quia scilicet vidererūt
Presbyteros, & Beneficiatos percipere dictas
4 portiones, quod sufficit † ad probandam pos-
sessionem, *glos.in l. stipulatio ista la 38. §.hac quoque, verb. stipulatur de verb. oblig. Bart.in tract. de testibus, vers. testis dixit aliquem possedisse n.9. & 10. Hond.cons.17.num.14.lib.1. Rota decis.307. num.6. par.1. cum alijs cumulatis in decis.220.num.2.par.5. recent.* ac nonnulli eorum dicunt illas perce-
pisse, dum inseruirent Monasterio, vel essent
5 Beneficiati, quibus † propterea tanquam de-
ponentibus de facto proprio plurimum est de-
ferendum, *Cranett.cons.99.num.6.lib.1. Paris.consil.104.num.80.vol.1. Gabr.de testib.concl.4.nu.71. Cæsar de Grass.decis.2.num.11.de empt.& ven. Gregor.XV.decis.351.num.11. & decis.449.num.7.*

Prædictaque possessio comprobatur ex cō-
fessione eiusdem Abbatissæ, quæ respondens
positionibus exaduerso datis continentibus,
quod ipsa ad æmulationem huius litis priua-
ret Presbyteros, & Beneficiatos hisce portio-
nibus, declarauit se nō suspendisse earum præ-
stationem ad æmulationem, sed ex eo quia illi
non paruissent cuidam præcepto per ipsam
relaxato, quę suspensio portionum arguit per-
necesse præcedentem illarum præstationem,
6 cum priuatio † præsupponat habitum, *l. manumissiones, ff. de iust. & iur. l. decem stipulatus 116. ff. verb. oblig. l. Titio vsufructus 96. ff. de cond. & demonstr. Surd.consil.52. num.57. Greg.XV. dec.402. num.1.*

Alterum verò extremum, quod scilicet
Abbatissa, & Moniales recusent præstare hu-
iusmdi portiones consuetas non controuerti-
7 tur, illudque probatur † ex litis sustentatione,
iuxta decis. Verall.369.par.2. Rota decis.119.nu.5. par.1. recent.

Et ita vna tantùm &c.

FAVENTINA BONORVM, SEV HAEREDITATIS.

Mercurij 26. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Ratio de administratis, vt dicatur sufficienter reddita quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio etiam sine libris reddi potest.*
2 *Testis deponens de credulitate, & non de propria scientia non probat.*
3 *Testis egrediēs terminos testis, & gerens se pro iudice, vel pro æstimatore non probat.*
4 *Operarius, seu administrator non consequitur alimenta pro operibus quæ propria contemplatione, vel ex aliquo officio necessario impendit.*

5 Qie-

5 *Quietantiæ priuatæ non recognitæ non probant.*
6 *Ratio de frumento vt sit sufficienter reddita requiritur vt appareat, quid & quantum singulis annis ex quo prædio, & à quo colono recollectum fuerit.*

DECISIO DCXXVI.

SVB die 25. Iunij anni præteriti resolutum fuit Patres Regulares Boni Iesu teneri reddere rationem administrationis bonorum, ac fructuum hæreditatis q. Bernardi Fecchij ex rationibus deductis in decisione desuper exponsa; Verùm quia dd. Patres prætendebant se rationem sufficientem dictæ administrationis reddidisse, dato desuper particulari dubio, eoque hodie posito dixerunt Domini rationem non esse sufficienter redditam.

Prò cuius resolutionis fundamento distinguebant duo tempora. Primum ab anno 1618. quo defuncto Testatore dd. Patres susceperunt administrationem vsque ad annum 1628. quo ista lis mota fuit. Alterumà dicto anno 1628. vsque ad totum annum 1639. quo Rota deputauit Oeconomum particularem.

Quoad primum tempus attinet Patres admittebant se non confecisse libros particulares continentes rationem dictæ administrationis, sed cōtendebant dictam rationem probari aliunde redditam, quam ex libris, nimirùm tàm ex Testibus pro illorum parte examinatis, quam ex nonnullis iuribus, seù partitis in actis exhibitis ex quibus, vt dicebatur, colligitur introitus, seù fructus integros dictæ hæreditatis ascendere consueuisse ad annua scuta 300. quæ spatio decennij decursi ab anno 1618. vsque ad annum 1628. constituunt summam scut. 3000. Exitum verò eiusdem hæreditatis pro dicto tempore ascendere ad scut. 4079.30. & sit longè excedere dictum introitum, & cōsequenter rationem dictæ administrationis pro eodem tempore fuisse redditam plusquā
1 sufficienter, cum ratio † reddi possit etiam sine libris, *iuxt. Calcan. consf. 93. per tot.* quem alias sequuta fuit *Rota in decisionibus relatis per Gregor. XV. decis. 199. num. 5. & per Adden. ibidem num. 5.*

Cæterùm quoad partitas positas ad exitum illæ non visæ fuerunt DD. iustificari. Siquidem prima sc. 2000. quæ dicuntur erogata pro expensis factis in fabrica Ecclesiæ S. Bernardi, illa non iustificatur nisi ex duobus Testibus, quorum vnus nempè 18. inquit, *Credere, e tenere che D. Horatio Signori habbia speso più di due mila scudi nelle fabriche fatte in Modigliana, e specificate nell'interrogatorio, compreso però la fabrica di S. Bernardo in detto luogo.* qui Testis vltra quod deponit de pluribus fabricis in genere, nec distinguit, aut specificat sumptus vniuscuiusq; fabricæ, & præcipuè S. Bernardi, de qua nonnisi incidenter facit mentionem, cum depo-
2 nat † de credulitate, & non de propria scientia, non probat, *glos. in l. 2. §. penult. in verb. meminerit, ff. de aqu. plu. arcen., & in c. quotiens in verb. credere eodem tit. Gregor. XV. decis. 517. num. 17. & decis. 578. num. 12. in fine, latè Farinac. tract. de test. qu. 68. §. 2. & seqq.* Alter verò qui est 19. licet dicat, *esser vero, che D. Horatio Signori hà speso nella detta fabrica di S. Bernardo più di duemila scudi de suoi proprij denari*, nihilominus reddens rationem sui dicti subdit, *per uedersi da detta fabrica, che quando si misurerà, ancora sarà giudica-*
3 *ta di maggior prezzo*, vnde cum egrediatur † terminos Testis, ac gerat se pro Iudice, vel pro æstimatore non probat *Alexan. consf. 74. num. 6. lib. 1. Paris. consf. 56. num. 14. lib. 2. Purpur. consf. 369. sub num. 4. & 5. Caual. decis. 375. num. 3. Rota decis. 259. num. 12. par. 6. recent.*

Præsertim cum d. Testis supponat d. D. Horatium totam fecisse fabricam cum tamen ex alijs Testibus, nempe 5. & 8. super 16. datis in Summario pro Philippo appareat fabricā Ecclesiæ S. Bernardi fuisse inceptam viuente adhuc Testatore, ac dictam Ecclesiam fuisse vsque tunc redactam ferè ad terminos, in quibus hodie reperitur.

Altera verò partita scut. 1000. pro congrua sustentatione duorum Patrum ad rationem saltem sc. 100. pro quolibet anno, quæ spatio decem annorum constituunt dictam summā scutorum 1000. ex eo prætensa, quod illi occasione d. administrationis, & constructionis Ecclesiæ commorati fuerunt in Oppido Mutilianæ, ibique eorum operas præstiterunt non visa fuit subsistere, quia vltra quod non apparet dd. Patres occasione d. administrationis, & fabricæ fuisse coactos inhabitare Oppidum Mutilianæ, cum ipsi tam de tempore conditi Testamenti, quā etiam de tēpore obitus Testatoris haberent in eodē loco eorū antiquum Conuentum S. Antonij, ibique inhabitarent, adhuc si ex tali causa ibidem inhabitassent, non ideo possent prætendere aliquam alimentorum assignationem, quia Testator instituit hæredes dd. Patres in testamēto non simpliciter, sed cum onere habitandi Mutilianæ, ibique Ecclesiam, & Conuentum ædificandi, codicillis autem prohibuit, ne possent hæreditatem adire, illiusque fructus percipere, nisi Ecclesia totaliter perfecta. Vnde cum ipsi dictā hæreditatem huiusmodi onere grauatam acceptauerint, non potuerunt ante perfectionem Ecclesiæ aliquos fructus hæreditatis pro eorum alimentis percipere contra Testatoris voluntatem, etiamsi ex causa dictæ administrationis, & ædificij Mutilianæ inhabitassent, eorumque operas præstitissent, quia cum id egissent contemplatione, seu commodo dictæ hæreditatis sibi relictæ, & oneris sibi à Testatore demandati, intrat conclusio,
4 quod Operarius, † seu Administrator non consequitur alimenta pro operibus, quæ propria contemplatione, vel ex aliquo officio necessario impendit, vt docet *Bald. in l. 1. nu. 5. in fin. C. de neg. gest. cum alijs relatis à Surd. de aliment. tit. 1. qu. 66. num. 8. vers. licet aliud sit.*

Tertia denique partita, quæ continet solutionem plurium legatorum, & æris alieni dicti Testatoris non iustificatur nisi ex quibus-
5 dam quietantijs priuatis, quæ † cum non sint recognitæ non probant *Innoc. in cap. 2. num. 1. de fid. instr. Bart. in l. scripturas num. 1. C. qui pot. in pign.*

pign. hab. Rota decis. 515. *num.* 21. *par.* 1. *recent.*

Quo verò ad secundum tempus eiusdem administrationis, scilicet ab anno 1628. vsque ad annum 1639. licet dd. Patres exhibuerint partitas extractas è libris Conuentus Rauennæ continentes redditus, & prouentus ex dicta hæreditate perceptos, eorumque exitum, nihilominus neque ex dd. partitis visa fuit reddita ratio sufficienter.

Nam quoad partitas introitus, cum illæ contineant solum in genere, & sub inuolucro pecunias receptas ex venditione frumenti absque vlla specificatione quantitatis eiusdem frumenti, ac prædij, ex quo illud recollectum fuit, & à quo Colono receptum, & pro quo anno, non probant sufficiētèr redditionem ra-
6 tionis, cum ad hunc effectū requiratur, vt appareat quid, & quātū singulis annis, & ex quo Colono recollectum fuit *Bart. conf.* 150. *num.* 9. *lib.* 1. *Mont. de iur. tutel. cap.* 22. *reg.* 8. *num.* 1. & 2. *Gutier. de tutel. par.* 3 *cap.* 1. *num.* 63. *Munoz de ratiom. quæst.* 10. *num.* 10. & dixit *Rota in Ariminen. Administrationis tutelæ* 24. *Nouembris* 1625. *coram R.P.D. meo Merlino.*

Partitæ autem exitus laborant eodem defectu, confusionis, cum contineant solutiones expensarum, ac debitorum absque vlla distinctione temporum, ac specificatione personarum, quibus illa persoluta fuerunt, nec omnes expensæ videntur admittendæ in redditione huiusmodi rationis, cum nonnullæ dicantur factæ pro colendis prædijs, & vineis, quæ tamen in Prouincia Romandiolæ coluntur, vt asserebant Informantes à Colonis Partiarijs proprijs expensis, retenta solum ab eis tempore messium parte colonica. Aliæ verò dicuntur factæ pro huiusmodi lite, quæ cum non sit super ipsa hæreditate, sed super adimplemento voluntatis Testatoris, ac redditione rationis administrationis, expensæ factæ pro huiusmodi lite non videntur etiam acceptò ferendæ in redditione d. rationis.

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis visum fuit DD. rationem huius administrationis non esse sufficienter redditam, præsertim cum Testator reliquerit etiam plura mobilia, de quibus dd. Patres neque etiam reddiderunt rationem.

Et ita vtraque &c.

VITERBIEN. DOTIS.

Mercurij 26. *Iunij* 1641.

ARGVMENTVM.

Fructus legati quia debentur à die obitus Testatoris quando versamur in Legato pecuniarum pro certa specie emenda, in alimenta imputari non debent quia tunc ex præcepto Testatoris fructus Legati semper præstari debent.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pecuniarum respectu certæ speciei emendæ iudicatur, ac de ipsa specie.*
2 *Fructus debentur ex Legato respectu certæ speciei emendæ, ac si ipsa species fuisset legata.*
3 *Tutor negligens inuestire pecunias pupilli tenetur ad vsuras non directè vti vsuras, sed vti fructus quos pupillus exegisset ex reinuestimento.*
4 *Hac conclusio sibi vendicat locum in alio quocumq; qui tenetur rem pro alio emere.*
5 *Mora irregularis sufficit vt fructus debeant ur fauore dotis, pupilli & minoris.*
6 *Dies quando interpellat pro homine; mora contrahitur etiam sine aliqua interpellatione.*
7 *Interesse vt sit debitum debet esse certum.*
8 *Fructuum liquidatio datur certa eo ipso quod appatet tot fuisse perceptos ex reinuestimento faciendo.*
9 *Fructus legitimæ debentur à die obitus Testatoris.*
10 *Confessio non potest impugnari ab hæredibus confitentis.*
11 *Verba Testatoris quando sunt clara non debet admitti voluntatis quæstio.*

DECISIO DCXXVII.

LVDOVICVS Ghisius in suo, sub quo decessit Testamento, instituit ventrem prægnantem Pacificæ Vxoris, quatenus masculus ex ea nasceretur, cui morienti in ætate pupillari, seù aliàs quandocunque sine filijs legitimis, & naturalibus substituit vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommissum Poggium & Laurentium eius fratres pro æquali portione eorumque filios in stirpes. Quatenus verò fœmina ex d. ventre ederetur reliquit illi iure institutionis sc. 4000. inuestienda in tot censibus, vel in Locis Montium, vel stabilibus arbitrio Lucretiæ Matris ipsius Testatoris, ita vt fructus accrescerent, donec ipsa Posthuma perueniret ad nubilem ætatem, & vlterius voluit quod dd. scut. 4000. essent pro omni, & quacunque legitima, seù portione iuræ naturæ debita eidem Posthumæ, itaquod in bonis ipsius Testatoris nil aliud illa prætendere posset.

Defuncto Testatore prodijt ex d. ventre prægnante D. Hieronyma, quæ iam nupta D. Carolo Mariæ Lanciæ, egit contra hæredes pro consecutione sortis dd. sc. 4000. eisque iam exactis sine præiudicio fructuum prætensorum ex causa reinuestimenti, fuit hodie coram me dubitatum, an ipsi Hieronymæ deberentur d. fructus, & pro qua summa. In cuius dubij positione informantes pro dd. hæredibus non impugnabant creditum Hieronymæ pro fructibus reinuestimenti à Testatore demandati, sed controuertebant tempus, à quo dd. fructus petebantur, ac rationem ad quam illi essent calculandi, & vlterius contendebant in illis esse imputanda alimenta, quæ Hieronyma recepit ab eisdem hæredibus vsque ad diem matrimonij. Quocirca firmarunt DD. fructus deberi à die natiuitatis, vsq; ad matrimonium ad rationem locorum Montium, & alimenta interim præstita non esse in illis imputanda.

Nam quoad primam partem resolutionis attinet, nimirum fructus deberi d. Hieronymæ à die natiuitatis vsque ad matrimonium, ratio

tio visa fuit patens ex clara dispositione Ludouici Testatoris, qui iussit quod statim edita fœmina ex ventre prægnante sc. 4000. illi relicta inuestirentur in censibus, vel Montibus, aut stabilibus, quorum fructus multiplicarentur, quousque illa peruenisset ad nubilem ætatem. Vnde cum non versemur in simpli-
1 ci legato pecuniarum, sed in legato † pecuniarum respectu certæ speciei emendæ, de illo iudicatur tamquam de legato speciei *l. talis scriptura 30. in fin. leg. plane 34. §. 2. l. sed si certos 51. ff. de leg. 1. Socc. Sen. conf. 247. num. 9. vers. 3. quia licet pecuniaria vol. 2. Gratian. discept. 579. num. 3.* Et consequentèr debentur fructus ex d. legato,
2 perinde † ac si Testator tot Census, Montes, seù stabilia reliquisset, vt in specie firmat *Soc. Sen. d. conf. 247. in fin. vers. 8. & vlt. lib. 2. Gratian. d. disc. 579. num. 3. & seqq. Rota in Romana Saluiani Interdicti 20. Nouemb. 1591. coram Orano impress. post conf. Farinac. lib. 1. decis. 85. num. 3.*

Quod comprobatur exemplo Tutoris, qui
3 si † neglexit emere Prædia, regularitèr tenetur Pupillo ad vsuras non directo vti vsuras, sed vti fructus, quos Pupillus ex Prædiis, si empta fuissent, percepisset, vt docet *Bart. in l. qui repertorium 8. §. post depositionem num. 2. vers. item quod propter negligentiam ff. de admin. & peric. Tutor* quem sequuntur *Socc. Iun. d. conf. 247. num. 9. vers. 5. probatur lib. 2. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 1. num. 9. Menoch. conf. 7. num. 16. Honded.* qui
4 loquitur tàm in Tutore, quàm in alio † quocunque, qui tenetur rem pro alio emere *conf. 39. num. 3. & pluribus seqq. Gratian. d. discept. 579. num. 8. & discept. 240. num. 34. Rota d. decis. 85. num. 6. vers. prout videmus post conf. Farinac. lib. 1.*

Neque obstat quod in isto casu desit mora, seù interpellatio, sine qua interesse regularitèr non debetur. Quia cum huiusmodi Inuestimentum esset faciendum ex præcepto Testatoris statim sequuta Natiuitate Posthumæ, dies Natiuitatis illius interpellauit pro homine, &
5 induxit moram irregularem, † quæ sufficit ad istum effectum tàm fauore dotis, & pupillæ, seù minoris ex pluribus traditis à *Gratian. d. discept. 579. num. 9. cum duobus seqq. Rota in d. Rom. Saluiani Interdicti 10. Aprilis 1592. coram Orano,*
6 quam etiam ex eo quia per lapsum † diei contrahitur mora absque vlla interpellatione *l. magnam 12. C. de contrah. & committ. stipul. Ias. in l. si ita stipulatus essem num. 7. ff. de verb. oblig. Rim. Iun. conf. 89. num. 18. lib. 1. Ceph. conf. 136. num. 15. & seqq. lib. 2. Honded. d. conf. 39. num. 8. tom. 2. Rota in eadem Romana Saluiani Interdicti coram Orano,* & bene ad propositum *Gratian. d. discept. 579. nu. 13*
7 Nec releuat quod interesse † regularitèr debeat esse certum iuxtà requisita per *Castr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* Quia interesse in isto casu non debetur simplicitèr pro pecunia ratione moræ, sed pro fructibus, quos d. Hieronyma ex Locis Montium emendis per-
8 cepisset, quorum † liquidatio satis dicitur probata eo ipso quod apparet tot fructus ex Locis Montium emendis percipi potuisse, ad hoc vt ad illam rationem interesse debeatur etiam illi, qui negotiari non consueuit *Hond. d. conf. 39. sub num. 13. vers. nam in casu isto & num. seqq. lib. 2.*

Gratian. d. discept. 240. num. 36. & discept. 579. nu. 11 & 19. & facit etiam *Rota d. decis. 85. num. 6. post conf. Farinac. lib. 1.*

Prædictaque facilius procedunt in legato, de quo agitur, cum illud fuerit expresse relictum pro legitima eidem Hieronymæ in bo-
9 nis paternis de iure debita, cuius † fructus regularitèr debentur à die obitus Patris *l. Papinianus §. si conditioni ff. de inoff. test. gloss. in l. in fideicommissariam in fin. ff. ad Trebell. Socc. Sen. conf. 57. num. 39. & plurib. seqq. lib. 4.* & fuit dictum *in Fauentina dotis, seù Successionis 21. Februarij 1639. coram me,* & in his terminis *in d. decis. 85. num. 4. post conf. Farinac. lib. 1.*

Quod autem dd. fructus debeantur ipsi Hieronymæ ad rationem Locorum Montium moti fuerunt DD. ne dum ex præcepto Testatoris, qui mandauit fieri Inuestimentum in censibus, vel Locis Montium, vel stabilibus, sed etiam ex confessione eiusdem Poggij vnius ex hæredibus d. Ludouici emanata in Inuentario bonorum hæreditatis eiusdem Ludouici, in quo ipse fatetur Inuestimentum dotis ipsius Hieronymæ factum fuisse in tot Locis Montium ibi. *Li luoghi de Monti di Roma consegnati per moltiplico della dote della Signora Hieroni-*
10 *ma &c.* quæ † confessio non visa fuit posse hodie impugnari ab hæredibus d. Poggij confitentis *iuxtà l. cum à Matre C. de rei vindic. cum concordan.*

Non obstat prætensio exaduerso deducta, nempe quod Inuestimentum pecuniæ legatæ fuerit factum vsque de anno 1623. in quodam Censu empto à Dominis Monaldensibus, quia contrarium colligitur ex d. confessione Poggij expresse asserentis Inuestimentum pro dote ipsius Hieronymæ fuisse factum in Locis Mõtium, non in d. Censu.

Denique quod alimenta, quæ recepit Hieronima ab eisdem hæredibus vsque ad matrimonium non sint imputanda in fructibus eidem debitis liquet ex voluntate eiusdem Ludouici Patris, quia cum ipse mandauerit, quod quatenus ex ventre prægnante ederetur fœmina ei darentur sc. 4000. inuestienda in Locis Montium, censibus, seù stabilibus, ita vt fructus illorum semper accrescerent, donec ipsa perueniret ad ætatem nubilẽ, vtiq; fructus huiusmodi Inuestimenti non accreuissent, si pro alimentis eiusdem filiæ Legatariæ erogari debuissent, & cum ver-
11 ba d. Testatoris † sint clara, non debet admitti voluntatis quæstio *l. ille aut ille 2. l. non alitèr 69. ff. de legat. 3.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Possessio capta ab vno ex tribus Procuratoribus constitutis ad d. effectum etiam sine clausula in solidum sustinetur si in mandato procuræ fuerint adiectæ clausulæ, absentes &c. promittens &c. ac omni meliori modo.

SUMMARIUM.

1 *Possessio Instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*

2 *Possessio tanquam quid facti non præsumitur sed probanda est.*

3 *Duo in solidum eamdem rem vno eodemque tempore possidere non possunt.*

4 *Possessio anterior præfertur posteriori etiam cum perceptione fructuum.*

5 *Possessio capta ab vno ex tribus procuratoribus ad d. effectum constitutis sine clausula* in solidum, *non est manutenibilis.*

6 *Possessio acquiritur ex actu nullo quando fuit deuentum ad executionem facti.*

7 *Clausula* Absentes &c. *æquipollet clausulæ* in solidum.

8 *Clausula* Promittens &c. *æquipollet clausulæ* in solidum.

9 *Clausula* absentes &c. Promittens &c. *declarant mentem constituentis fuisse vt Procuratores sint insolidum constituti.*

10 *Clausula* omni meliori modo &c. *apposita in mandato procuræ operatur vt actus valeat eo efficaciori modo, via, & iure quibus magis expedit mandanti etiam vltra expressa.*

DECISIO DCXXVIII.

RESOLUTUM fuit D. Comitissæ Corneliæ Theodolæ de Marcianis dandam esse manutentionem in domo Parionis, de qua agitur, reperta in hæreditate Balthassarris de Comitibus ab Intestato defuncti. Quia de illius possessione capta præuio mandato Iudicis sub die 24. Iunij anni 1638. constat ex publi-
1 co Instrumento, quod † alio non possidente suffragatur ad effectum manutentionis *Hond. cons.86.num.30.lib.2. Cas.de Grass. decis.5. num.1. de caus.poss.& propriet.Rota decis.62.num.2. par.2. diuers.decis.652.num.1. par.1. & decis.761. num.1. par.1 & decis.761.num.1. par.2.rec. Caual.decis.2. num.2.Buratt.decis.67.num.1. Reuerendiss. Vrgellen. decis.4.num.4. Greg.XV.decis.268. num.1.* & sæpe in aliis.

Quodque alius tunc temporis non possideret probatur eo ipso quod non apparet alium tunc possedisse, cum possessio sit quid facti,
2 quæ † non præsumitur nisi probetur adeout, qui dicit alium tunc extitisse in possessione, id plenè, & concludentèr probare debeat *Rot. decis.235.num.2.vers.1.est par.3.rec.*

Nec visa fuit attendenda anterior possessio Ven. Monasterij Monialium S. Catharinæ de Senis ex eo prætensa, quod illud exegerit nonnullas pensiones huius domus quas Euander de Comitibus aliàs possessor eiusdem domus assignauit illi pro fructibus cuiusdam Census, vt colligitur ex quietantiis factis à d. Monasterio tàm viuente d. Euandro, quam post obitum Balthassarris. Nam quoad quietãtias factas viuente d. Euandro, obiectum cessat ex illarum tenore, ex quibus apparet Monasterium exegisse dd. pensiones non vti possessorem d. domus, sed vti Creditorem delegatum ab ipso Euandro, qui mandauit Inquilino, vt illas persolueret Ven. Monasterio pro satisfactione fructuum d. Census, quæ quidem delegatio stantibus solutionibus illius vigore subsequutis probat solum possessionem Euandri delegantis, non autem ipsius Monasterij, imo
3 istam excludit, cum duo † eamdem rem insolidum possidere vno eodemque tempore non valeant *l.3. §. ex contrario ff. de acquir. vel amitt. possess. l. si vt certo 5. §. si duobus vehiculum, ubi gloss. in verb. dominium ff. commodat. Rota decis.531.nu.3. par.2. recent.* Quo verò ad quietantiam nuper factam post obitum Balthassarris à Monialibus etiam vti hæredibus ab Intestato eiusdem Balthassarris, illa emanauit sub die 12. Decembris 1638. & sic per tres menses post ca-
4 ptam possessionem à D. Comitissa, quæ † proinde tamquam anterior esset præferenda possessioni posteriori dd. Monialium, si quæ illis acquisita fuisset, cum possessio Instrumentalis anterior præferatur posteriori etiam cum perceptione fructuum *Rot. in Cusentina Cappellæ 26. Ottobris 1601. coram Card. Millino, & in Cremonen. Præbendæ 20. Maij 1607. coram Card. Lancell.* quas refert *Add. ad Greg. XV. decis.171. num.3.* & fuit dictum *in Perusina Parochialis 10. Iunij præteriti §. dictaque possessio coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec releuat quod possessio D. Comitissæ fuerit capta ab vno ex tribus Procuratoribus per eam ad hunc effectum simplicitèr constitutis, absque clausula *insolidum*, ideoque fuerit
5 nulla, & non manutenibilis, cum vnus † sine altero hunc actum explere non posset *iux. text. in cap. si duo Procuratores 6. de procur. in 6. Alex. cons.124. num.4. vers. sic vidimus lib.7. Aret. cons.66. num.3. & 4. Gratian. discept. for. cap.194. num.42. Mantic. de tacit. & ambig. lib.7. tit.17. nu.1. vers. primus est Greg. XV. decis.280. num.3.* Quia vltra quod in Summarijssimo manutentionis non solet attendi nullitas, an scilicet quis bene, vel
6 male fuerit immissus, cum etiam ex actu † nullo acquiratur possessio quando, *prout hic*, deuentum fuit ad executionem facti *Rot. dec.92. num.5. par.1. recent.* fuit responsum quod licet mandatum procuræ D. Comitissæ in personam trium Procuratorum ad capien. d. possessionem non habeat expresse d. clausulam *insolidum*, nihilominus in eo adest clausula *Absen-*
7 *tes &c.* quæ † iuxtà formularium Curiæ sic extenditur. Absentes tamquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum. Item in eo le-
8 gitur clausula *Promittens &c.* quæ † iuxtà idem formularium sic paritèr extenditur, promittens habere ratum, & gratum quidquid ab eis, seu altero eorum gestum, factumque fuerit,
9 quæ clausulæ † declarant mentem Constituentis fuisse, vt Procuratores essent insolidum constituti, vt in specie respondit *Rota coram Greg. XV. d. decis.280. num.4.* & ibi *Add. num.10. Idemque tradunt Paris. de resignat. tom.2. lib.9. q.3. num.22. & seqq. Put. decis.98. per tot. lib.3. in correct.* & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus 4. Decembris 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Eoque magis cum idem mandatum habeat etiam clausulam, & in omni meliori modo,
10 quæ operatur, vt actus valeat eo efficaciori modo, via, & iure, quibus magis expedit man-

mandanti etiam vltrà expressa *ex cumulat. à Mart.de claus. claus.51.num.3.& 9.*

De Palatio autem, & alijs bonis repertis in hæreditate eiusdem Balthassarris DD. mandarunt videri in alia disputatione.

Et ità vtraque &c.

ROMANA, SEV IANVEN. LOCORVM MONTIVM.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Iudicis decretum, seù mandatum quando comprehendat bona sita extrà Territorium.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia sententiæ Rotalis resultat ex decisionibus in causa editis quando nihil quod releuet contra illas opponitur.*

2 *Iudicis simplex præceptum, seù mandatum non extenditur ad bona sita extrà territorium nisi idem Iudex id expressè decreuerit.*

3 *Iudices non possunt executiones facere in bonis extrà Territorium sitis.*

4 *Iudices Romanæ Curiæ absque licentia, seù exequatur D. Thesaurarij non possunt executionem facere super Locis Montium.*

DECISIO DCXXIX.

SENTENTIAS Rotales, quibus declaratum fuit D. Simonem ab Auria teneri restituere D. Angelo Lomellino filio, & hæredi pro dimidia q. Mariæ Lomellinæ medietatem Locorum Montium, de quibus agitur, dixerunt DD. esse confirmañ cum validitas non controuertatur, & Iustitia liqueat ex decisionibus emanatis in ista causa sub diebus 31. Maij 1638. coram bo: me: Buceabella, & 15. Iunij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano in eius locum suffecto, ac 1. Martij anni preteriti coram R. P. D. meo Royas. Iustitia namque sententiæ Rotalis bene desu-
1 mitur † ex decisionibus in eadem causa factis quando, *prout hic*, nihil contra eas opponitur vt sepius dicit *Rota & signanter in decisione 350. num.1.par.1.& decis.678.num.1.par.2.& dec.229. num.2.& decis.325.num.4.par.5.rec.*

Neque visum fuit obstare vnicum motiuum hodie excitatum pro parte d. D. Simonis, nempe quod ipse obtinuit à Iudicibus Rotæ Ianuensis duo mandata contra bona d. D. Angeli, vnum pro ass. credito scut. 1469. solidor. 3. ac denariorum 6. auri Marcar. & alterum pro alio ass. credito scut. 1625. solidorũ 2.ac denariorum 5.auri in auro, quodq; illorum vigore fuerunt data in solutum pro medietate Loca Montium de quibus agitur ab æstimatoribus iuxtà formam Statutorum illius Ciuitatis. Quoniam huiusmodi datio in solutum non visa fuit suffragari d. D. Simoni ad retardandam dd. Locorum Montium restitutionem. Tùm quia Iudices Rotæ Ianuensis non præceperunt æstimari, ac dari in solutum d.D.Simoni bona D. Angeli prætensi debitoris vbique existentia, sed mandarunt simpliciter æstimari, ac dari in solutum bona d.D. Angeli. Vnde illorum præceptum, seù mandatum non potuit comprehendere Loca Montium de quibus agitur existentia
2 in Vrbe, cum simplex Iudicis † præceptum, seù mandatum non extendatur ad bona sita extra Territorium nisi idem Iudex id expressè decernat *Bart. in l. cum vnus 13. §.penult. quod incipit 15. qui possidere num.1. vers.primo quod Iudex ff.de bon.auctor. Iudic.possiden. Angel.in eodem §. is qui possidere num.1.& 2. Bald. in l.fin. col.penult. num.55.C.de edict. Diu. Add.toll.Castr.in l.properandum §.sin autem Reus num.4.C.de Iudic.Rebuff.de litter.requisit.seù rogat. in præfat. num.24. Menoch. de acqu.poss. rem 4. num.404. cum seq.* idemque expressè *Franc.in cap.Romana § contrahentes nu.3. vers.requiritur tamen quod Iudex de for.compet.in 6. Io: Monach. ibidem num.16. vers.solutio generalitèr Anchar.ibidem in secunda opposit.num.5.Hostien.in c. postulasti sub num.1. vers. hodie vero est declaratum eod.tit.de for.compet. in 6.* cum alijs cumulat. in proposito *per Gratian. discept. for. cap.389.n.24. & seqq.* Tùm etiam quia Iudices Rotæ Ianuensis esto quod potuissent expressè decernere mandatum contra bona d. Angeli existentia extrà illorum Territorium, nihilominus ass. datio in solutum facta vigore d. mandati non suffragatur, cum illam præcedere debuisset exe-
3 cutio, quam Iudices † non possunt facere super bonis existeñ extrà illorum Territorium *Bart.in d.l.cum vnus §.is qui possidet sub nu.1. vers. nec obstat*, vbi respondens *ad text. in l. magis puto §.illud.ff.de reb.eor.* ait quod licet Iudex pos-
4 sit † interponere decretum super rebus existeñ extrà eius Territorium ratione personæ sibi subiectæ, executionem tameñ facti facere non potest, eumque refert, & sequitur *Anchar.in d. cap. Romana §.contrahentes num.5.vers.Bart.in d.§. penult. tenet opinionem prædictorum de for. compet. in 6. & Gratian. d. discept.389.num.39.*

Quæ facilius procedunt in casu isto, quia versamur in Locis Montium existeñ in Vrbe
5 super quibus nec etiam per Iudices † Romanæ Curiæ possunt fieri executiones absque speciali licentia, seù Exequatur D.Thesaurarij prout expressè cauetur in Reformatione Mõtium fœl. rec. Pauli V. §.27. & dicit *Rota in Romana de Cincijs 1.Iulij 1624. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Idque etiam agnouit idem D. Simon, qui non attenta prætensa datione in solutum impetrauit à dd. Iudicibus Rotæ Ianueñ requisitorias pro executione dd. mandatorum, eamque præsentauit d. D. Thesaurario pro obtinenda illorum executione super istis Locis Montium, quam tamen ab anno 1633. obtinere non valuit. Vnde eo minus visum fuit DD. posse fieri aliquod fundamentum super ista datione in solutum ad impediendam confirmationem sententiarum, de quibus agitur.

Et ita vtraq; parte &c.

ROMANA SALVIANI,

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Disponere quando quis valeat de re sibi in pignus data ex quo eadem subijciatur fideicommisso ad disponentis fauorem purificato.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet est suæ rei moderator, & arbiter.*
2 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus etiam fœmina continentur.*
3 *Testatoris mens talis videtur esse in sequentibus, qualis in præcedentibus substitutionibus.*
4 *Masculinitatis qualitas non censetur repetita in secunda substitutione, quando mutatur persona illius de cuius filijs actum fuit in prima, quod amplia stante discretiuo modo loquendi testatoris, & n.5.*
6 *Statuti Vrbis lib.1. cap.145. dispositio non impedit quin appellatione filiorum facta in fideicommisso etiam filiæ contineantur.*
7 *Filij quoad conseruandam agnationem Patris non Matris familiam sequuntur.*
8 *Substitutio reciproca non censetur inducta de linea vnius ad lineam alterius etiã si ista adesset in qualibet linea filiarum discretiuè substitutarum.*
9 *Actio hypothecaria competit etiam pro recuperatione rei fideicommisso subiectæ, etiam fideicommissario vniuersali antequam illi sit facta restitutio realis.*
10 *Ius adeundi hæreditatem non transmittitur ad hæredes nisi fuerit agnitum à testatore defuncto.*
11 *Preseruatio iurium conseruat ius, quod quis habet.*
12 *Principio sublato tolluntur omnia principiata.*
13 *Verbum, remanere, significat durare, & perseuerare.*
14 *In testamentis fideicommissis, & similibus tanquam consistentibus in facto identitas non pluralitas præsumitur.*
15 *Agnitio fideicommissi resultat ex dispositione facta in in vltima voluntate de re in illo comprehensa.*
16 *Dispositio quid contineat dignoscitur ex qualitate adiecta.*
17 *Fideicommissarius possidet reuocabiliter, & non irreuocabiliter portionem confideicommissarij.*
18 *Fideicommissarijs bona sunt tacitè hypothecata pro mala administratione, quam gessit super portione confideicommissarij.*
19 *Bona præsumuntur haberi pro derelictis, quando sunt obligata pro debitis excedentibus valorem illorum, & iudicatur de eis prout de rebus quæ pleno iure spectant ad creditorem.*
20 *Creditor præsumitur de suis creditis sibi satisfecisse ex bonis debitoris ad ipsum peruentis.*

DECISIO DCXXX.

LAVINIA à Porta obtinuerat ab A. C. duo mandata executiua contra Clementem germanum fratrem, vnum pro constitutione dotis scut.500. illiusque assecuratione, alterum pro scut.128. idest scut.56. pro fructibus cuiusdam census sibi cessi à Carolo altero fratre prædefuncto, & scut.72. ex alia causa in mandato contenta. In quorum mandatorum executionem Clemens ei assignauit domum de qua agitur, retinẽdi per eam donec fuisset satisfacta. Huius assignationis vigore Lauinia accepit possessionem d.domus mediante Procuratore ad id constituto. Postea decessit adhuc innupta condito Testamento, in quo d. Clementi legauit vsumfructum d.domus, eoque obeunte reliquit simili iure legati tam vsumfructum, quàm proprietatem eiusdem Domus Cæciliæ, Annæ, & Catharinæ sororibus de Marchelen. Clemens adeptus fuit possessionem d.domus, deinde obijt instituto sibi hærede Francisco Lampugnano, qui possessionem pariter d. domus accepit. Verum prædictæ sorores de Michelen prætendentes per obitum d. Clementis fuisse ad earum fauorem apertum, seu purificatum legatum d. domus vigore Testamenti Lauiniæ petierunt immissionem ex saluiano interdicto coram A.C. qui absoluit d. Lampugnanum ab impetitis, facto tamen per ipsũ deposito prædictorum scut.128. pro fructibus census debitis à Clemente. Appellarunt dd. sorores ab huiusmodi decreto, causaque appellationis mihi commissa. Dubitaui sub die 31. Ianuarij 1638. An d.decretum esset confirmandum, vel infirmandum, & Rota stante prædicta serie facti pro confirmatione respondit, cum validitas illius non cõtrouerteretur, & Iustitia desumeretur ex verbis Instrumenti d. assignationis, ex quibus colligebatur Clementem assignasse Lauiniæ sorori d. domum loco pignoris, non autem in solutum: Vnde inferebatur non potuisse ipsam Lauiniam absque consensu eiusdem Clementis vti veri Domini aliquod fideicommissum validè imponere iuribus, & rationibus in decisione ponderatis.

Verum hodie reproposita causa super eisdem, DD. recesserunt à decisis. Nam esto, quod domus controuersa fuerit assignata Lauiniæ per Clementem fratrem loco pignoris, non autem in solutum ex rationibus ponderatis in d. decisione. Nihilominus ex iuribus hodie deductis apparet prædictam domum fuisse subiectã antiquo fideicommisso Ioannis Prætenso purificato ad fauorem d.Lauiniç eius ex Vincentia filia neptis, quæ proinde potuit disponere de d. domo vti propria, illiusque vsumfructum d. Clementi, proprietatem verò dd. sororibus de Michelen relin-
1 quere cum rei † suæ quilibet sit moderator, & arbiter, *l. in re mandata 21.C. mandat. c. de his 4. in fin. de sepult. Rom.consf.448.num.4. Surd. consf. 215.num.18. in fin. & seq.*

Existentia verò fideicommissi d.Ioannis fauore d. Lauiniæ eius neptis, liquet ex verbis Testamenti eiusdem Ioannis, qui decedentibus Andrea, & Bartholomæo eius filijs substituit pro tertia parte d. Vincentiam, & eius filios legitimos, & naturales, quales erant dd. Clemens Carolus, & ipsa Lauinia, & pro alia tertia substituit Isabellam alteram eius filiam, eorumque filios, ac pro reliqua tertia parte Ven. Societatem Sanctissimæ Trinitatis. Vnde

de apertè colligitur Lauiniam fuisse compre-
hensam in d.fideicommisso sub nomine filio-
2 rum Vincentiæ, cum appellatione † filiorum
in vltimis voluntatibus etiam fęminæ conti-
neantur, l. si quis ita dederit 16. ff.de testam. tutel.
l. si ita sit scriptum 45. ff.de leg. & fid. 2. l. quisquis
mihi, ff.de verb. signif. Castr.cons.355.num.2. par.2.
Alex.cons.55.nu.9.lib.3. cum alijs cumulatis à Man-
tic.de coniect.lib.11.tit.14.num.1.& 2. Pereg. de fi-
deic.art.25.num.1.Crass.de success. in §. fideicommis-
sum q.12.num.1.Fusar.de subst.q.311.num.1. & in-
fra, qui sub nu.9.vers.ampliatur secundo, dicit hoc
procedere, quamuis sint vocati filij legitimi,
& naturales, quibus accedit, Rota dec.316. n.2.
& 7. par.1. & dec.354.n.1. par.2.rec.

Non obstat, quod Testator substituens pro
tertia parte Vincentiam, eiusque filios legiti-
mos, & naturales intellexerit solum de filijs
masculis ex præsumpta illius mente ex eo de-
sumpta, quod sicuti in prima parte dispositio-
nis discretiuè loquendo de filijs suis mascu-
lis, & fęminis, hæredes instituit, & recipro-
cè substituit Bartholomæum, & Andream
filios masculos; ita etiam in secunda parte
substitutionis loquendo de Vincentia, & eius
filijs intellexerit de solis filijs masculis eius-
3 dem Vincentiæ, cum mens Testatoris † talis
videatur esse in sequentibus, qualis in præce-
dentibus fuit expressa ex notatis à Peregr.de fi-
deic.art.25.num.48. Quoniam obiectum remo-
uetur ex diuersitate rationis vigentis inter
vtramque dispositionem. Nam in prima ade-
rant filij masculi, & fęminę ipsius Testatoris,
qui proinde illos tantum instituit, & recipro-
cè substituit; Istis verò dotem reliquit. At in
secunda parte substitutionis supponitur tota-
lis extinctio eorumdem masculorum cum
sua prole, ac sola superexistentia fœminarum,
4 ideoque in istis non censetur † repetita quali-
tas masculinitatis adiecta in prima substitutio-
ne, quia mutatur persona illius, de cuius filiis
actum fuit in prima, vt declarant quamplures
congesti per Fusar.de substit.q.403.num.19.& di-
xit Rota decis.354.num.2. in fin. par.2. recen. Imo
obiectum retorqueri videtur; nam sicuti Te-
stator, qui in prima parte dispositionis de ma-
sculis intellexit, discretiuè illos expressit, idem
5 pariter † fecisset in secunda parte substitutio-
nis, si de eis solum intellexisset, vt in proposito
arguit Gionagn.cons.11.n.19. vers. non obstat tertia
coniectura lib.2.

Nec refragatur Statutum Vrbis lib.1.c.145.
exclusiuum fœminarum à successione aui
6 ob existentiam fratrum masculorum, † quo-
niam dispositio d. Statuti non impedit quin
appellatione filiorum facta in fideicommisso
etiam filię contineantur, prout in fortioribus
terminis, scilicet in fideicōmisso præsumpto,
in quo filij fuerunt positi in conditione, & sic
vocati ex alio Statuto Vrb.cap.142. eod.lib.1.
quod appellatione dd. filiorum positorum in
conditione veniant etiam fœminæ dixit Rota
decis.316.num.2. par.1.recen. & coram Buratt. de-
cis.334.num.1. quod etiam notat Fenzon. in annot.ad
Stat. Vrb. in eodem cap.142. num. 9.

Pręsertim cum ratio conseruandę agnatio-
nis considerata per d. Statutum cap.145. in
successione ab intestato non adaptetur in sub-
stitutione, de qua agitur, facta ad fauorem fi-
liorum descendentium ex filiabus Testatoris,
7 cum filij † quoad conseruādam agnationem
patris, non matris familiam sequantur, l. fami-
lia 196. §.1. & ibi glos. ff.de verb. signif.

Denique non obstat, quod Lauinia adhuc
si esset comprehensa in dicto fideicommisso
sub nomine filiorum Vincentię, nihilominus
non potuisset de ista domo eidem fideicom-
misso subiecta disponere ad fauorem dd. soro-
rum de Michelen, sed ea defuncta successis-
sent alij vocati superstites vigore reciprocæ
substitutionis factæ à Testatore, non solum
inter primos filios institutos, eorumque filios,
& descendentes, sed etiam inter eius filias sub-
stitutas. Quoniam esto quod substitutio re-
ciproca fuisset inducta in qualibet linea filiarū
discretiuè substitutarum in sua tertia portio-
8 ne, nō ideo † diceretur inducta de linea vnius
ad lineam alterius iuxta magis receptam sen-
tentiam, quam tenent relati per Fusar.de subst.
q.475.n.1. & sequuta fuit etiam Rot.coram Seraph.
decis.1023. per tot. & in rec.decis.491.num.4. vers.
propterea par. 4. diuers. & nouissime in Florentina
fideicommissi de Soderinis 23. Iunij 1638. coram R.
P.D. meo Carrillo.

Purificatio autem eiusdem fideicommissi
ad fauorem d. Lauiniæ per obitum tam Bar-
tholomæi, & Andreæ filiorum Testatoris sine
liberis, quam Vincentiæ filiæ eiusdem Testa-
toris, quæ prædecessit ante purificationem fi-
deicommissi, ac identitas huius domus, quod
scilicet illa, quæ hodie possidetur à d. Lampu-
gnano fuerit in bonis Ioannis Testatoris, non
controuertebatur, ac bene iustificabatur ex de-
ductis per Informantes, quibus stantibus di-
cebant Domini non posse dd. sororibus dene-
gari immissionem vtili saluiano super d. do-
mo vti subiecta fideicommisso debito Laui-
9 niæ earum Auctrici, cum actio † hypotheca-
ria etiam competat pro recuperatione rei fi-
deicommisso subiectæ etiam fideicommissa-
rio vniuersali, antequam facta sit illi restitutio
realis, vt notat Bald. in l.1.num.2. C.com.de legat.
quem sequitur Ias. in eadem l.1.num.6. vers. septimo
intellige sub vers. aut quaritur, & in rubr. ad Senat.
consul.Treb. Alciat.in l.1.col. penult. circa med. vers.
sed an fideicommissario vniuersali ff.de leg.1. Negus.
de pignor.3.membr.8.par.num.4. Gabr.cons.46.n.34.
vers. tamen Bald.lib.1. Peregr.de fideic.art.45.n.49.
vers. hanc tamen, vbi subdit actionem hypothe-
cariam competere fideicommissario vniuer-
sali etiam contra tertios possessores, quod etiā
tradit Surd.decis.36.numer.3.vers. aliud tamen, &
num. seqq. Ideoque ratione hypothecæ fidei-
commissario vniuersali competere immissio-
nem in bonis Testatoris remedio vtilis saluia-
ni sæpe Rota respondit, & signanter coram
Seraph.decis.828.num.1. Burat. decis.115.num.3. &
ibidem Add.num.17. Reuerendiss. Vrgellen. dec.258.
sub num.8. & dec. 432. sub num.1. & in rec. decis.
180. num.3. & dec.184.n.2. par.5.rec.

Nec subsistere visa fuit vnica responsio, ni-
mirum quod Lauinia non agnouerit d. fidei-

commissum, ac proinde non potuerit illud
transmittere ad prædictas sorores eius hære-
des, prout dicimus de iure adeundi hæredita-
10 tem, quod non transmittitur ad hæredes, nisi
fuerit agnitum à Testatore defuncto ex latè
congestis à *Rot. in Firmana Fideicommissi de For-
monibus 9. Iunij 1634. coram R.P.D. meo Panzi-
rolo.* Quia quidquid sit de hac quæstione, an
in fideicommisso vniuersali ad effectum trās-
missionis requiratur agnitio, necne, obiectum
remouetur ex facto, cum de agnitione huius-
modi fideicommissi facta per ipsam Lauiniā
dupliciter constet. Primo ex eo, quod ipsa
in ratificatione possessionis d. domus captæ à
suo Procuratore vigore assignationis sibi factę
à Clemente fratre, declarauit se acceptare d.
possessionem sine præiudicio quorumcunque
Iuriū sibi competeñ etiam ratione fideicom-
missi, dicta namque præseruatio necesse sup-
ponit præcedentem agnitionem Iurium fidei-
11 commissi reseruati, cum illa de sui natura
conseruet Ius, quod quis habet ex cumulatis
per *Surd. consf. 142. num. 29. vol. 2. & Menoch. consf.
319. num. 22. vol. 4.* Non enim est conseruabile
id, quod nunquam acquisitum fuit, imo sub-
12 lato principio tolluntur omnia principiata, vt
inquit *Bald. in l. vnic. num. 3. C. de latin. libert. toll.*
Attentis maximè verbis subsequeñ, itaut iura
quæcunque priora, & potiora semper salua,
illæsa remaneant cum verbum, remanere, si-
13 gnet durare, & perseuerare, *Rebuff. in l. ver-
bum reddenti sub fin. vers. remanere, ff. de verb. si-
gnif.* Nec dubitari potest, quin Lauinia intel-
lexerit de prædicto fideicommisso Ioannis,
cum exaduerso non doceatur aliud fideicom-
missum super eadem domo extitisse, vt in
specie arguit *Osasc. decis. 112. nu. 18. vers. & cum
14 in actis.* In testamentis † siquidem, fideicom-
missis, & similibus tanquam consisteñ in fa-
cto identitas, non pluralitas præsumitur, *l. om-
nium, & ibi DD. C. de testam. Paris. consf. 33. nu. 42.
vol. 2. Ruin. consf. 10. num. 8. vol. 3. Afflict. decis. 23.
num. 2. cum alijs relatis per Farinac. fragm. par. 2.
verb. Identitas num. 27.*

Secundo ex eo, quod eadem Lauinia reli-
quit in Testamento vsumfructum d. domus
Clementi fratri, proprietatem verò dd. soro-
ribus, & sic de illa disposuit pleno iure domi-
nij, talis enim dispositio cum nequeat referri,
ad assignationem sibi factam à Clemente fra-
tre iure pignoris, referri debet ad ius d. fidei-
commissi, quod in acceptatione d. assignatio-
nis sibi illæsum, & integrum manere voluit.
15 Vnde resultat altera illius agnitio, quæ pro-
batur ex dispositione facta in vltima volunta-
te de re in eo comprehensa, *l. si aula, vbi Bart.*
ait hoc sæpius practicasse tempore mortalita-
tis, *& Ias. n. 1. C. de iur. delib. Menoch. consf. 1. n. 489.
vers. Imo etiam vol. 1. Surd. consf. 128. num. 23. vers.
& in specie quod disponendo, vol. 1.*

Nec proinde obstat, quod Lauinia dum di-
sposuit de d. domo, asseruit illam sibi fuisse
assignatam pro scut. 600. Quoniam ex modo
disponendi tàm de vsufructu, quam de pro-
prietate liquet eam intellexisse de assignatio-
ne qualificata ad limites suæ acceptationis, in
qua sibi præseruauit ius fideicommissi, vo-
luitque illud manere semper saluum, & illæ-
16 sum, cum ex qualitate † adiecta dignoscatur,
quid veniat in dispositione, vt dicit *Bart. in l. 4.
§. quoties ff. de dam. infect. cum alijs relatis à Surd.
consf. 45. num. 26. vol. 1.*

Denique non obstat, quod huiusmodi im-
missio sit restringeñ ad quartam partem do-
mus, de qua agitur, ex eo, quod Vincentia
hæres substituta pro tertia parte Ioannis fidei-
committentis decesserit relictis 4. filijs, quo-
rum duo subinde obierunt ab intestato super-
stitibus dd. Clemente, & Lauinia, quæ proin-
de non poterat succedere nisi solum in quar-
ta parte d. domus, cum in alijs tribus quartis
successisset, vt dicebatur solus Clemens super-
stes. Quoniam fuit animaduersum d. domum
fuisse æstimatam in scut. 650. in Instrumento
diuisionis initæ inter ipsum Clementem, &
alios substituros, vsque de anno 1592. Summ.
dd. sororum *num. 5.* & sic quartam partem
spectañ ad Lauiniam titulo d. fideicommissi
esse valoris sc. 162. & ba. 50. quibus addi de-
bent alia credita sibi competeñ contra d. Cle-
mentem.

Primo fructus, seu pensiones eiusdem do-
mus pro quarta parte spectantes ad ipsam
Lauiniam spatio annorum 17. decursorum à
die purificati fideicommissi ad annuam ratio-
nem scut. 32. pro quibus d. domus locari con-
sueuit, & sic scut. octo pro quarta parte, quæ
spatio d. temporis constituunt summam scut.
136. Cum enim fideicommissum iam puri-
ficatum pro tertia parte ad fauorem omnium
filiorum Vincentiæ peruenerit ad solum Cle-
mentem ipse tenebatur ex eadem tertia parte
integrè sibi restituta præstare Lauiniæ sorori
confideiussori superstiti suam quartam par-
tem vna cum fructibus ab initio perceptis,
cum d. ratam eidem Lauiniæ debitam possi-
17 deret † reuocabiliter, non autem irreuocabi-
liter iuxta declarationem, quam tradit *Imol.
in l. si Domino 102. num. 2. in fin. vers. & sic totum
cum seq. ff. de leg. 1. quem refert, & sequitur Bellon.
inn. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 47. num. 73. vers. hinc
etiam cum seq.*

Secundo alia scut. 128. debita eidem Laui-
niæ pro fructibus census decursis vsque ad as-
signationem d. domus, alijsque de causis con-
tentis in prædictis mandatis.

Tertia scut. 100. pro sorte eiusdem census.

Demum scut. 60. pro quarta parte duorum
locorum montium fidei eidem fideicommis-
so subiectorum, quæ alienauit idem Clemens
vna cum fructibus decursis, quæ summæ insi-
mul coaceruatę cum excedant valorem d. do-
mus, dicebant DD. posse dd. sororibus ex iure
Lauiniæ earum Auctricis concedi immissio-
nem etiam in reliquis partibus eiusdem do-
mus. Tum quia illæ erant ipsi Lauiniæ taci-
18 tè hypothecatę pro mala, & dolosa admini-
stratione gesta per Clementem de sua portio-
ne fideicommissaria, vt in specie probant *Thes.
inn. q. forens. lib. 2. qu. 84. num. 4. vers. quibus tamen
non obstan. cum seq. & Ciriac. controu. 282. à nu. 17.
vers. videtur vsque in fin.* Tum etiam quia cum
cre-

credita ipsius Lauiniæ excederent valorem aliarum portionum d. domus, inuerisimilis
19 erat spes reluitionis, & consequenter dicuntur exiuisse è dominio, & potestate Clementis debitoris, ac pleno iure spectasse ad Lauiniam creditricem iuxta *doct. Bald. in cap. 1. §. ant si libellario num. 4. & 5. quib. mod. feud. amitt. Imol. in l. 1. §. per seruum corporaliter, il secundo in fin. ibique latè Alex. num. 7. vers. vna tamen, & Aret. ad fin. ff. eod. & cons. 169. in fin. vol. 6. Castr. in l. 2. num. 40. C. de reb. Eccles. non alien. Ias. in l. manumissiones num. 10. ff. de iust. & iur. cum alijs relatis à Gratian. discept. 422. num. 13. & seq. quam canonizauit Rota decis. 46. sub num. 6. & 7. par. 6. recent.*

Vltra quod ipsa Lauinia censetur sibi de
20 huiusmodi creditis satisfecisse† super reliquis partibus eo ipso, quod ad illam peruenerunt ex assignatione fraterna ex cumulatis per *Rot. decis. 2. num. 11. & seqq. par. 6. rec.*

Et ita vtraque &c.

SEGVNTINA DECIMARVM.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Remissoria datur in materia decimarum ob releuantiam articulorum, ex quo d. materia habetur pro prophana ad dictum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Causa decimarum ad effectum remissoria censetur causa prophana.*
2 *Causa qualibet pro prophana habetur quæ non vertitur super titulo beneficij.*
3 *Remissoria in prophanis datur in quacumque instantia etiam absque fumo data releuantia articulorum.*
4 *Releuantia vnius articuli sufficit, ut remissoria in prophanis indistinctè detur super omnibus.*
5 *Congrua debetur curatis ne alias intenti ad quærendum sibi victum deserant curam animarum, aut alias ob nimiam egestatem committant non committenda, quod procedit etiam si tenue beneficium acceptauerint.*
6 *Congrua potest augeri ultra scu. 100. Curata quando consuetudo loci numerus animarum, quantitas fructuum, & onerum, qualitas Vicarij, & Ecclesia, vel similia requirunt maiorem quantitatem.*
7 *Congrua assignationem facere Curatis spectat ad Ordinarios, & circa hanc materiam plurimum defertur obseruantia, & n. 8.*
9 *Approbatio præsupponit præexistentiam rei approbatæ.*
10 *Remissoria ob suspicionem calumniæ denegatur.*
11. *Remissoria eo magis denegatur ob præsumptam calumniam si dicta aliorum testium prius examinatorum fuerint publicata, & dedicita.*
12 *Regula, non deducta deducam etiam probata probabo, quando intret.*
13 *Publicatio testium examinatorum in possessorio non impedit remissoriam in petitorio.*

DECISIO DCXXXI.

LITE alias introducta inter Rectorem, seu Vicarium Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Arcos, & Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ Medinę Celi ex altera primo in partibus, & postea in Rota coram R. P. D. meo Merlino, ac suscepta disputatione super quantitate congruæ dari solitæ d. Vicario, Rota resoluit ius vniuersale percipiendi decimas spectare ad Capitulum deducta sexta parte pro Vicario, ac successiuè lata fuit sententia, à qua d. Vicarius appellauit, & causa mihi commissa institit pro Remissoria, quam hodie dixerunt DD. esse illi concedendam, quia cum versemur in causa prophana,
1 qualis censetur causa † decimarum ad effectum Remissoriæ, *Put. decis. 324. in fin. lib. 2. in correct. Rot. in recent. decis. 677. num. 1. par. 1. Gregor. XV. decis. 174. num. 1. & ibi Adden. numer. 7. & decis. 403. num. 1.* prout etiam quælibet causa,
2 quæ non vertitur † super titulo beneficij, *Verall. decis. 99. par. 1. Add. ad Greg. XV. d. decis. 174. num. 7. vers. & generaliter omnes causæ, idem Gregor. XV. d. dec. 403. num. 1.* Intrat passim recepta conclusio quod in prophanis datur Remisso-
3 ria etiam in quacunque instantia † absque fumo, data prout hic, articulorum releuantia, *Put. decis. 2. num. 3. lib. 1. Verall. decis. 68. par. 3. Rot. coram Gregor. XV. d. decis. 403. numer. 3. & coram Canal. decis. 170. numer. 1. & in recent. decis. 125.*
4 *num. 18. par. 5.* & sufficit † releuantia vnius articuli ad hoc, vt Remissoria indistinctè concedatur, *Canal. decis. 232. num. 1. Greg. d. decis. 403. num. 6. vers. cum autem habeamus, Buratt. dec. 656. num. 4.*

Releuantia autem articulorum liquet ex eorum lectura; Nam articulatur inter alia quod d. Ecclesia Parochialis Oppidi de Arcos habet populum numerosum, pro cuius cura requiritur ministerium saltem trium personarum, nempe Rectoris, alterius Presbyteri Coadiutoris, & vnius Clerici, qui omnes inseruiant d. Ecclesiæ tàm pro celebratione diuinorum, quàm pro administratione Sacramentorum expensis ipsius Rectoris sciente, & consentiẽte Capitulo d. Ecclesiæ Medinæ Celi. & quod Rector d. Ecclesiæ Parochialis pro congrua sustentatione suæ personæ, ac dd. Coadiutoris, & Clerici indiget, attenta consuetudine illius Regionis decem realibus pro singulo die, quæ in totum constituunt summam annuam ducatorum 200. & vltra illarum partium, quodque sexta pars fructuum decimalium, quæ colligitur intra fines d. Ecclesiæ Parochialis non ascendat ad annuum valorem ducatorum 100. monetæ illarum partium, illaque deductis oneribus sit adeo tenuis, vt non possit sufficere pro congrua dd. Rectoris, ac Ministrorum sustentatione.

Quæ quidem probatio si fieret negari non potest, quin illa releuaret, quia etsi d. Vicarius non videatur habere intentionem fundatam nisi in sexta parte decimarum pro sua congrua eo quod ipse acceptauit Vicariam cum assignatione huius sextæ partis, quam etiam

sui

sui Antecessores spatio longissimi temporis receperunt, prout fuit ponderatum in decisione R.P.D. mei Merlini, nihilominus reuera d. sexta pars hodie non sufficit pro congrua d. Vicarij, ac aliorum duorum Ministrorum sustentatione, vnde portio d. congruæ esset augēda, quia tunc cessaret fatio, quod sibi præiudicauit d. Vicarius dum acceptauit Vicariam cum d. sexta parte á suis quoque Antecessoribus acceptatam, cum agatur non de præiudicio personæ, sed Ecclesiæ, ac Populi intra fines illius existentis, ne alias ipse intentus ad quærendum sibi victum deserat curam animarum, aut ob nimiam egestatem commit-
5 tat non committenda, vel sit ludibrio † Parochianis, vt in proposito dixit *Rota decis. 420. num. 4. & 5. par. 1. & decis. 230. nu. 7. & 8. par. 6. recent.*

Nec releuat quod Bulla fan. mem. Pij V. super congrua assignāda Vicarijs in Bull. nou. 47. §. 1. & 2. tom. 3. declaret quantitatem congruæ pro Vicatio non posse excedere annua scuta centum, quia vltra quod articuli tendunt etiam ad probandū quod sexta pars non ascendit ad scuta centum, dispositio dictæ
6 Bullæ non impedit quin congrua † possit augeri quando, prout hic, consuetudo loci, numerus animarum, quantitas fructuū, & onerum, qualitas Vicarij, & Ecclesiæ, vel similia requirunt maiorē quantitatem, vt tenuit *Rota decis. 420. num. 9. par. 1. & decis. 220. num. 11. par. 6. recent.*

Præterea articulatur quod Ordinarius Seguntinus alias assignauit pro congrua Vicarij quintam partem decimarum, ac decimas minores, cui assignationi factæ per Ordinarium
7 non leuiter esset deferendum, cum ad ipsum spectet facere huiusmodi assignationem, *Rebuff. in tract. de congrua num.* 55. præsertim cum articuletur etiam obseruantia, quod scilicet Rectores iam perceperint d. quintam partem,
8 quæ in hac materia † plurimum attenditur, *Rebuff. in d. tract. num. 76.* & vlterius articulatur quod Capitulum approbauit repartitiones decimarum, in qua assignatur quinta pars illarum Vicario, quæ approbatio præsupponit
9 præexistentiam d. assignationis † quæ alias approbari non potuisset, *l. nam etsi ff. de iniust. rupt. & irrit. test. cap. 1. & 2. de confirm. util. uel inutil. & in cap. ex parte de Constit. Rot. decis. 302. num. 1. par. 5. rec.*

Eoque facilius pro Remissoria inclinarunt Domini, quia materia articulata recipit adminiculum non solum ex partitis extractis è libris Ecclesię Cathedralis, in quibus legitur assignata quinta pars decimarū pro congrua Vicarij: Verum etiam ex dispositione aliorum Testium dicentium Vicarium consueuisse recipere d. quintam partem pro congrua.

Nec dicatur quod isti tres articuli videantur continere eamdem materiam articulatam in partibus, super qua Vicarius plures Testes examinauit, proindeque intret suspicio calum-
10 niæ, ob quam † solet denegari Remissoria *ad not. per Angel. in l. de die 8. §. iubetur num. 2. ff. qui satisd. cogan. Afflict. decis. 137. num. 4. Verall. dec. 63 num. 1. par. 3.* & fuit dictum *in Corduben. Decimarum de Lucena 5. Iuly 1638. coram R. P. D. meo Carrillo*, & sæpè in alijs, præsertim cum eo-
11 rum dicta fuerint † publicata, ac didicita, & in Rota discussa *Rota in Albanen. Confinium 22. Aprilis 1622. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Nepesina tutelæ 7. Iuny 1627. coram R. P. D. meo Merlino, & in recent. decis. 266. nu. 11. par. 6.* Quia vltra quod sufficit releuantia aliorum articulorum, ad hoc vt Remissoria indistinctè concedatur ex supra allegatis. Visum fuit DD. articulos, qui hodie dantur, esse magis distinctos, & specificatos, ac fere nouos, cum contineant numerum Parochianorum, ac personarum, seù Ministrorum, quibus eget Vicarius pro exercitio curæ animarum, congruam præstari solitam à tempore immemorabili, ac tenuitatem 6. partis decimarum, & alia quæ non fuerunt specificata in articulis de partibus simplicitèr continen quod Rectores perceperunt sextam partem decimarum cumulos, & decimas minores. Vnde examen factum in partibus non visum fuit obstare in hac in-
12 stantia, cum iutret regula † non deducta deductam, ac non probata probabo *cap. fraternitatis & ibi DD. de test.* & probatio non excludat probationem *Mantic. decis. 374. num. 3. Rota coram Buratto decis. 392. num. 2.* Præsertim cum dd. Testes fuerint examinati in Partibus in Iudicio possessorio, & hodie causa pendeat in gradu appellationis à sententia Rotali lata in
13 petitorio, publicatio † autem Testium examinatorum in possessorio non impedit Remissoriam in petitorio *Rota decis. 23. alias 437. incip. fuit indubitatum de test. in nou. Gabr. com. opin. lib. 1. de test. conclus. 21. num. 6. Buratt. decis. 392 num. 4.*

Et ita vtraq; &c.

RAVENNATEN. CANONICATVS.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Beneficia Prothonotarij Apostolici, & subcollectoris sunt reseruata Sedi Apostolicæ: Indulta conferendi reseruata non comprehendunt beneficia duplici reseruatione affecta.

SVMMARIVM.

1 *Indulta conferendi beneficia reseruata non comprehendunt beneficia duplici reseruatione reseruata.*

2 *Beneficia Prothonotarij sunt reseruata per extrauag. ad regimen de præbend.* innouat. per reg. 1. Canc. *Et habet locum siue Prothonotarij fuerint creati immediatè ab ipso Papa, vel ab alio ad id potestatem habente num. 3. Immo huiusmodi beneficia sunt reseruata etiamsi non constet de præstatione iuramenti, ac de insignium traditione num. 4.*

5 *Beneficia subcollectoris sunt reseruata* per reg. 5. Cancell.

6 *Beneficia subcollectoris sunt reseruata etiam absque subcollectoria exercitio cum sufficiat illam fuisse paratum exercere.*

7 *Indul-*

7 *Indultum conferendi stante duplici reseruatione cessat, & in quibus terminis loquatur* Aegid. dec. 425. *& num.8.*

9 *Indultum conferendi in quo fuit facta mentio de pluribus reseruationibus non potest dici restrictum ad vnam reseruationem sed omnes comprehendit, & quando hac conclusio procedat num.10. & 11. vbi de vsu Pontificis concedentis & num.12.*

13 *Adulterij crimen præscribitur per quinquennium.*

14 *Adulterij crimen non præscribitur per quinquennium si habeat coniunctum incestus crimen.*

15 *Prohibitum alienari duplici prohibitione non præscribitur ex cursu longissimi temporis licet alias præscriberetur cum vna prohibitione.*

16 *Duplex impedimentum difficillius tollitur.*

17 *Filia non potest agere ad supplementum legitimæ si concurrat duplex prohibitio Testatoris scilicet, & Statuti.*

18 *Indulta conferendi concessa ordinarijs collatoribus aperiunt viam conferendi reseruata, & tollunt obstacula reseruationum, quod intellige de vno obstaculo.*

19 *Reseruationes plures vbi concurrunt, de omnibus est facienda mentio.*

20 *Indultum conferendi venit strictè interpretandum.*

21 *Dataria est Organum vocis, & mentis Papæ.*

DECISIO DCXXXII.

VACANTE Canonicatu Ecclesiæ Rauennaten. per obitum Gasparis Zambelletti fuit de eo ab Eminentiss. Card. Capponio prouisus Donatus Capra, & à Sede Apostolica de eodem vti dupliciter reseruato fuit prouisus Andreas Succius, qui per sententiam A. C. fuit immissus in possessionem. Hodie in gradu appellationis commissa mihi causa, proposui dubium. An d. Canonicatus sit adiudicandus D. Donato, & nemine discrepante fuit negatiuè resolutum. Quia cum d. Gaspar esset Prothonotarius Apostolicus, & vnicus subcollector Iurium Cameræ Apostolicæ in Ciuitate, & Diocesi Rauennaten., iste Canonicatus duplici reseruationis vinculo subiacebat, & propterea eius collatio spectabat ad Papam, non autem ad d. Eminentissimum Archiepiscopum, qui non potuit in collatione illius se intromittere, neque etiam vigore Indulti ei concessi à san: mem. Gregorio XV. de conferendo beneficia reser-
1 uata, cum Indultum † conferendi beneficia reseruata non comprehendat beneficia duplici reseruatione reseruata *Mandos. de signat. Grat. tit. Indultum conferendi beneficia reseruata vers. an autem vigore indulti sub vers. quidquid autem Gonz. super reg. 8. glos. 13. num. 101. in reg. de impetr. benef. vac. per ob. fam. Card. qu. 15. num. 7. vers. sed quando concurrerent Moderu. Leodien. in comment. ad gloss. Regul. Cancell. reg. 8. glos. 11. in fin.* & latius comprobatur in voto *bo: me: Car. Verospij, & Vbaldi in Cesenaten. reseruationis impress. per Gratian. discept. forens. cap. 982. num. 13.* in quo iste articulus fuit maturè discussus, & tenuit postea *Rota in Neocastren. Parochialis 25. Maij 1625. coram bo. me. Remboldo, & deinde coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 68. in fin. Add. ad Greg. XV. decis. 291. num. 10.*

Et pro indubitato idem suppositum fuit *in Ferrarien. Præbenda 11. Maij 1637. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Canonicatum autem istum ex duplici capite fuisse reseruatum Sedi Apostolicæ, altero resultante ex Prothonotariatu, altero ex subcollectoria patet, nam respectu Prothonotariatus adest *extrauag. ad regimen de præben. innoua-*
2 *ta per reg. 1. † Cancell.* quæ in verbis reseruat beneficia Prothonotariorum, & illam habere locum siue Prothonotarij sint de numero participantium, siue non dixit *Rota coram Put. decis. 313. in princ. lib. 1. & decis. 51. in fin. lib. 3. in antiq. Verall. decis. 404. num. 1. par. 1. & coram Card. Seraph. decis. 1251. nu. 17. cum seq. & coram Andrea decis. 100. nu. 2. & decis. 27. num. 1. par. 3. & dec. 407. num. 1. par. 1. recent. cum alijs relat. per Lotter de re*
3 *benef. lib. 2. qu. 28. num. 44.* Et siue illi † fuerint creati immediatè ab ipso Papa, vel ab alio ad id potestatem habente *Mandos. in reg. 1. Cancell. qu. 7. num. 3. circa med. vers. opinionem affirmatiuam*, vbi quod Rota semper hanc opinionem fuit amplexa *Simonett. de reseru. qu. 100. num. 3. bo: me. Coccin. decis. 349. num. 5.* cum alijs cumulat. *per Lotter. de re benef. decis. qu. 28. num. 45. & qu. 29. nu. 6 & seqq.* Immò etiam quod beneficia Protho-
4 notariorum sint † reseruata, etiamsi non constaret de præstatione Iuramenti, nec de Insignium traditione fuit resolutum *coram bo. me. Coccino d. decis. 349. nu. 3. & 4. & decis. 1033. par. 3. lib. 3. diuers. & Put. decis. 329. num. 1. lib. 2. in correct.*

Respectu verò subcollectoriæ habemus
5 *reg. † 5. Cancell.* quæ in specie reseruat beneficia subcollectorum Iurium Cameræ, & tradit *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 51. num. 71.* vbi firmat intrare reseruationem, quamuis subcollector aliter non exercuerit, cum sufficiat illum fuis-
6 se paratum † exercere *Simonett. de reseru. qu. 33. num. 3. Mandos. super reg. 4. qu. 4. num. 7. Paris. de resign. benef. lib. 2. qu. 16. num. 26. Reuerendiss. D. Vrgellen. decis. 233. num. 14. Rota decis. 335. num. 18. par. 5. recent. atque in Valentina Decanatus 5. Iunij 1637. coram bo: me: Coccino.* Stante igitur ista duplici reseruatione cessat Indultum Eminentiss. Ordinarij, maximè cum non versemur in duabus reseruationibus disparibus, videlicet in vna reali, & alia personali, vel in duabus personalibus, quarum vna sit alteri infe-
7 rior, quibus casibus loquitur *Rot. coram † Aegid. decis. 425.* cum alijs relat. *per Gonzal. ad reg. 8. in d. gloss. 13. num. 101. in fin.* sed in duabus reseruationibus personalibus coæqualibus, & æque
8 personalibus, quo casu non intrat † Indultum *Sarnen. d. qu. 15. num. 7. vers. sed quando concurrerent in vna persona*, prout ita quoque distinxit d. votum *registr. per Gratian. d. cap. 982. num. 24. & Add. ad Greg. d. decis. 291. num. 10. vers. sed in fine.*

Non obstat quod in d. Indulto fiat mentio de pluribus reseruationibus, & ideò non possit dici restrictum ad vnam tantum reseruationem, sed omnes comprehendere *ex decis.*
9 *Caual. † 627. num. 7.* quia vltra quod d. decisio non examinat ex professo hunc articulum, & in illius casu non constabat de duplici reseruatione, vt patet ex lectura eiusdem decisio-

nis

nis *num.6.* illa non applicatur præsenti casui.
Quia Papa in Indulto de quo agitur, non vsus
est copulatiua, prout supponitur in casu *d.
decis.Caual.* sed disiunctiua seu, quæ operatur
mentionem cuiuscunque reseruationis vti se-
10 paratim acceptæ, non autem simul † iunctæ,
vt bene in his terminis distinguit d. votum
Card.Verospij, & Vbaldi num.18. vers.idem facit,
quando enim Papa vult comprehendere in
Indulto beneficia duplici reseruationi obno-
xia vtitur verbis id expressè denotantibus, vt
in Indulto ab eodem Greg. XV. concesso bo:
me: Cardinali Ludouisio, cuius copia data
fuit in Summario Prouisi Apostolici *num.6.*
in quo claris verbis hoc exprimitur, ex hoc
enim discretiuo modo loquendi clarè patet
Papam nolle id concedere si non expressit ar-
11 guendo † ab vsu Pontificis concedentis vt in
puncto *Caputaq. decis.85. sub num.1. par.2. Put.
decis.357.sub num.2.vers. sed arguendo ab vsu Patr.
famil. lib.1. in antiq.* & fuit dictum *in Spoletana
Iurispatronatus 19. Iunij 1581. coram Rubeo, &
25. Iunij 1625. coram bo. me. Coccino* & faciunt
notata *per Alex.cons.70.num.12.lib.1. & Menoch.
cons.85. num.110.* Et ratio est quia vbi concur-
12 rit duplex reseruatio tamquam casus † mixtus
non comprehenditur sub simplici arg. *text.
in l. vim passam 39. §. præscript. ff. ad l. Iul. de
13 adult.* Vbi dicitur quod licet Adulterij † cri-
men præscribatur per quinquennium *vt in l.
Miles 11.§.Socer.in fin.ff.eod.*non tamen præscri-
14 bitur, si crimen † incestus coniunctum habeat,
quia difficilius hoc fuisset Indultum à Princi-
pe, quod argumentum in his terminis addu-
cit d. Votum *num.12.* Cui etiamsi per plures
annos ante emanasset nihil responsum fuit *in
d. decis. Card. Caual.* Sicuti etiam si quid est
15 prohibitum alienari † duplici prohibitione,
non præscribitur ex cursu longissimi tempo-
ris, licet aliàs præscriberetur, si vna tantum
prohibitio concurreret, vt consuluit *Ruin.
cons.41.num.27.lib.1.* cum alijs *per Surd.cons.137
num.12.& seqq. Sanchez. de matrim.lib.6. disp.13.
num.3.* vbi reddit rationem, quia duplex im-
16 pedimentum † difficilius tollitur *Rosental. de
feud.cap.3.concl.58.num.32.* & sic requiritur ex-
pressio latè *Gonzal.in his terminis d.gloss.13.nu.93
& seqq.* Vbi id comprobat varijs exemplis, &
signantèr quod si concurrat duplex prohibi-
17 tio Statuti, & Testatoris filia † non potest
agere ad supplementum legitimæ *iuxta doctr.
Bald.in auth.res quæ num.16. vers.vel dic contra C.
com.de leg.*
18 Non obstat quod huiusmodi Indulta † con-
cessa Ordinarijs collatoribus aperiant viam
conferendi reseruata, & tollant obstacula re-
seruationum, prout subiungitur *in præalleg.
decis.Card.Caual.num.7.* & dixit etiam *Germon.de
Indult.Card.§.commendare num.33. in fin.eum duo-
bus seqq.* Quia hoc non impugnatur, sed dici-
tur quod non tollunt nisi vnum obstaculum,
scilicet vnius reseruationis non autem dupli-
cis, nisi fuerit dictum, & vna sublata rema-
net alia in Indultis non comprehensa, quæ ef-
ficit vt Indultarius non possit conferre, quia
19 vbi concurrunt plures † reseruationes de om-
nibus est facienda mentio *Galder.cons.7.num.2.
vers.& si circa vnum, & idem beneficium tit. de re-
script.Verall.d.decis.85.num.4.par.2.Cassad.decis.9
num.5. de praben.* Et in terminis Indultorum
Ordinarijs Collatoribus concessorum non au-
tem in extraordinarijs emanarunt votum præ-
dictum Card. Verospij, & Vbaldi, ac decisio-
nes *Neocastren. coram Remboldo, & Reuerendissimo
Vrgellen.*
Non obstat quod huiusmodi Indulta tam-
quam fauorabilia sint fauorabilitèr interpræ-
tanda contra Papam concedentem; Quia vl-
tra quod in casu isto Indultum debet potius
restringi, cum non agatur de solo Interesse
Papæ, sed de Interesse Prouisi Apostolici, qui
expediuit Bullas, & fecit alias expensas occa-
sione huius prouisionis, & sic illius respectu
20 Indultum † venit strictè interpretandum *Add.
ad Greg.d.decis.291.num.7.*& comprobatur in d.
voto *num.25.* non inde sequitur quod si sunt
restricta ad vnam speciem reseruationis sint
extendenda ad duas. Quia hoc non esset latè
interpretari, sed extra suos terminos trahere
& gratiam non concessam concedere, quod
fieri non potest per viam interpretationis, sed
requiritur noua concessio.
Et cessare visa fuit difficultas ex eo quia vo-
tum prædictum in eadem causa fuit verbis, &
factis à fel: rec: Paulo Papa V. approbatum,
& post illud semper Dataria ita obseruauit, &
obseruat prouidendo de beneficijs duplici re-
seruatione reseruatis non obstan similibus In-
dultis, vt fuit ponderatum *in d. Ferrarien.Præ-
bendæ 11. Maij 1637. coram Reuerendissimo D.meo
Decano.* Quæ Datariæ obseruantia est magni
21 facien, cum illa † sit organum vocis, & men-
tis Papæ *Paris. de resign. lib.11. qu.13. num.117.
Gonz. ad reg.8.glos.63.num.56. Rota coram Buratto
decis.883.ad fin.& in rec.decis.68.num.8.par.5.*
Et ita vtraq; &c.

PERVSINA PAROCHIALIS, SEV PENSIONVM.

Lunæ 11. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Pensionarius agens in petitorio tenetur verifi-
care clausulam *Dummodo &c.* appositam in re-
seruatione pensionis.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio conditionalis nisi iustificetur nihil ponit in esse.*

2 *Clausula* Dummodò &c. *apposita in reseruatione pensionis debet concludentissimè iustificari.*

3 *Pensionarius agens pro solutione pensionis contra eum qui illius reseruationi consensit licet non teneatur iustificare valorem fructuum in gratia pura secus tamen est in gratia conditionali & num.4.*

5 *Obligatio in forma Cameræ arctius ligat sed non extendit obligationem vltrà formam reseruationis pensionis.*

6 *Valor beneficij iustificari solet ex confessione illud impe-*

impetrantis, & quando hoc procedat, seu limitetur.
7 *Singula singulis congruè referri debent.*
8 *Expressio valoris per non excessum iustificatur etiam in minima quantitate.*
9 *Narratiua valoris affirmatiuè expressi debet plenè, & concludentèr probari itaut non sufficiat confessio titularis facta in eadem supplicatione per non excessum.*
10 *Dictio, vero, est aduersatiua praecedentium.*
11 *Expeditiones litterarum reseruationis pensionis factæ à titulari cum sola expressione valoris per non excessum, & à pensionarijs cum sola expressione, per ascensum quid operentur.*
12 *Valor fructuum beneficij probatur leuioribus quando agitur ad effectum annullandi, seu reducendi pensionem.*

DECISIO DCXXXIII.

CVM vacaret Ecclesia Parochialis, de qua agitur per obitum extrà Curiam de mense Aprilis 1637. Sanctissimus illam contulit Christophoro de Alexandris cum reseruatione duarum annuarum pensionum, vnius scilicet 40. scut. monetæ ad fauorem Serenis. Horatij Monaldi Episcopi Eugubini, & alterius 20. scut. similium ad fauorem Iosephi de Ameritijs cum clausula *Dummodo* ex fructibus d. Parochialis centum ducati liberè annuatim remaneant Rectori pro tempore illam obtinenti.

Quibus reseruationibus pensionum licet idem Christophorus consensisset, easque sub obligatione Camerali statutis temporibus præstare promisisset, nihilominus agnoscens deinde quod fructus d. Parochialis essent adeo tenues, vt non sufficerent pro solutione dd. pensionum, recusauit illas soluere vti nullitèr reseruatas, quocirca Pensionarij egerunt contra ipsum coram A. C. pro consecutione dd. pensionum, ac non iustificato alitèr valore fructuum d. Parochialis obtinuerunt relaxari mandatum pro terminis decursis. Postea causa ad Rotam delata, dubitaui an dd. pensiones sustineantur. Cuius dubij resolutio cum penderet ex eo, nempe, cui incumberet onus probaǹ valorem fructuum d. Parochialis, Titulari, an potius Pensionarijs, DD. dixerunt Pensionarios teneri probare d. valorem, & sic vltimum mandatum A. C. esse infirmandum ea moti ratione. Quia cum Pensionarij non egerint iudicio possessorio, & gratia reseruationis dd. pensionum non sit pura, sed conditionalis propter clausulam illam, *Dummodò* ducati 100. annuatim liberi remaneant Rectori, onus probaǹ valorem fructuum Parochialis, & ex illis remanere annuos ducatos 100. pro Rectore demptis dd. pensionibus incumbit eisdem Pensionarijs agentibus, cum eorum gratia sit fundata
1 in dispositione conditionali, quæ † nisi iustificetur nihil ponit inesse *Cassad.decis.*10. *num.*8. *vers. secus si à principio de rescript. Rota in Aretina pensionis* 24. *Maij* 1599. *coram Litta post Marchesi. d. par.*1. *fol.*515. *& in Paduana Pensionis* 28. *Iunij* 1581. *coram Rubeo post eumdem Marchesi. d.par.*1. *fol.*516. *in Salamantina pensionis* 26. *Martij* 1593. *coram Gypsio post eumdem Marchesi.d.par.*1. *fol.*537 *& in Vercellen. Pensionis* 26. *Iunij* 1592. *coram Mantic. qua est decis.* 196. *num.*3. *inter eius impress. & in Meleuitana pensionum* 26. *Iunij* 1610. *coram Litta post eumdem Marchesi.d.par.*1. *num.*1. *fol* 525. *Rota decis.*547. *num.*2. *par.*1. *rec. Seraph. decis.*1017 *num.*3. *vers. nihilominus hoc procedit & decis.*122. *num.*2. *Greg.XV. decis.*57. *num.*2. & ibi *Add. nu.*12 *Caual. decis.*183. *num.*1. *& seqq. Add. ad Buratt. decis.*261. *num.*17. *cum alijs relat. per Garz. de benef. par.*1. *cap.*5. *num.*424. Adeout non sufficiat semiplena probatio pro iustificatione d. clausu-
2 læ *Dummodò*, † sed plena, & concludens requiratur *Paris. de resign. lib.*6. *qu.*2. *num.*25. *Mart. de claus. par.*1. *claus.*41. *nu.*1. *Garz. de benef. d. par.*1. *cap.*5. *nu.*473. *Rot. dec.*380. *in fine par.*1. *Rec. Seraph d. decis.*1122. *num.*2. *vers. & hoc casu Add. ad Greg. decis.*245. *nu.*11. *cum alijs relat. per Add. ad Buratt. d. decis.*261. *num.*17. *vers. nec sufficit.*

Nec refragatur quod Titularis consenserit reseruationibus dd. pensionum, quia licet
3 Pensionarius, † qui agit pro solutione pensionis contra eum qui illius reseruationi consensit regularitèr non teneatur iustificare valorem fructuum Beneficij d. pensione grauati *Seraph. d. decis.*1017. *num.*3. *Rota in Abulen. Pensionis* 27. *Ianuarij* 1600. *coram Litta num.*1. *post Marchesi. par.*1. *fol.*514. *& in d. Salamantana Pensionis coram Gypsio nu.*1. *cum alijs relat. per Add. ad Greg. d. decis.*57. *num.*11. Nihilominus d. conclusio
4 procedit, quando gratia † reseruationis est pura, & in istis terminis loquuntur dd. decisiones, & aliæ quæ exaduerso allegari possent. Secus autem quando illa, *prout hic*, habet conditionem, dummodò remaneant centum ducati liberi pro Rectore, quia tunc onus probaǹ valorem fructuum beneficij, & sic quod reuera centum ducati liberè remaneant pro Rectore, incumbit Pensionarijs, qui se fundant in tali reseruatione conditionali, etiamsi agant contra titularem, qui reseruationi consensit, ea ratione quia consensus censetur præstitus sub eadem conditione, sub qua d. pensio fuit reseruata, nempe, dummodò centum ducati sibi liberè remaneant, vt in specie distinxit *Rota in Salamantina pensionis* 26. *Martij* 1593. *coram Gypsio vers. tertius est casus*, quam refert *Garz. d. par.*1. *cap.*5. *num.*424. *& in Aretina pensionis* 23. *Iunij* 1600. *num.*1. *coram Litta post Marchesi. par.*1. *fol.*538. *& in d. decis.*547. *num.*3. *par.*1. *& decis.*287. *num.*3. *par.*5. *rec. Seraph. d. decis.*1018. *num.*3. *vers. nihilominus hoc procedit Caual. d. decis.*181. *num.*1. *in fin. Add. ad Greg. d. decis.*57. *num.*12. *Add. ad Buratt. d. decis.*261. *num.*17. *vers. & talis iustificatio Garz. de benef. d. par.*1. *cap.*464. *cum alijs relatis in Rom. pensionis* 17. *Martij* 1638. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Nec releuat quod Titularis se obligauerit in forma Cameræ pro solutione dd. pensionum. Quia forma d. obligationis non remittit necessitatem iustificationis d. valoris,
5 cum illa † arctius quidem liget, sed non extendat obligationem vltra formam reseruationis *Sarmient. select. interpret. lib.*1. *cap.*11. *num.*2 *Rot.*

Rot.dec.255.num.3.par.2.rec.& in Firmana pensionis 14. Decembris 1592.coram Mellino impress.post Marches.par.1.fol.572. cum alijs adductis in proposito per Lotter.de re benef.q.38. nu.48.

Nec placuit DD.replicatio quod valor fructuum d.Parochialis dicatur sufficienter iustificatus ex eo quod in eadem supplicatione, in qua leguntur oratores tam Titularis, quàm Pensionarij fuerit narratum, quod valor Parocchialis non excederet, sed ascenderet ad duc.145. auri de Camera, & ideò Pensionarij releuentur ab onere alicuius probationis eius-
6 dem valoris, cum valor beneficij † iustificari soleat ex confessione illud impetrantis *Bellam. decis.268.& decis.595.nu.1.Coccin.decis.145.nu.1.* Quoniam fuit animaduersum d. supplicationem duas habere partes, quarum prima continet prouisionem Rectoriæ, in qua valor illius fuit expressus per non excessum ibi, cuius & illi forsan annexorum fructus 145. duc.auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt Christophoro conferre, ac de illa etiam prouidere Secunda vero quæ incipit in illis verbis sequeñ (Horatio vero, & Iosepho prædictis) continet reseruationes pensionum ad eorum fauorem, & in hac valor fructuũ eiusdem Parochialis fuit narratus per ascensum ad eamdem summam scut. 145. ibi, super dictæ Ecclesiæ fructibus ad 145. duc. annuatim ascendeñ Horatio, & Iosepho prædictis &c. reseruare &c. Vnde inferebant DD. quod licet omnes fuerint oratores in d. supplicatione, nihilominus cum valor fuerit in ea diuersimode narratus, expressio illius per non excessum facta in prima parte sit referenda ad Titularem ex notorio stylo Datariæ ita requirentis ob interesse officialium, expressio vero valoris per ascensum facta in secunda parte sit refereñ ad Pensionarios, qui tenebantur exprimere certum valorem d. Parochialis per ascensum, ad hoc vt Papa intellecta certa quãtitate fructuũ posset pensiones super illis proportionabiliter reseruare, & sic singula singu-
7 lis congruè † referantur, *iuxt.vulg.l.si negotium, C.de neg.gest.Rota diuer. decis.747.num.1. par.2.* Et consequenter quamuis expressio valoris per non excessum sit iustificata quoad Titularem,
8 cum illa † iustificetur etiam in minima quantitate, *Seraph.d.decis.1017.num.5.Mantic.dec.138. num.2.& fuit dictum in d.Aretin. pensionis 28.Iunij 1600. coram Mellino impress. penes Marches.par.1. fol.538.num.4.* Nihilominus illa non suffragatur Pensionarijs, qui expresserunt d. valorem per ascensum, quia cum eorum gratia reseruationis fundetur super narratiua d. valoris
9 affirmatiuè † expressi, talis valor debet plenè, & concludenter probari, adeò vt non sufficiat confessio Titularis facta in eadẽ supplicatione per non excessũ, vt in specie dixit *Rot.coram Seraph.d.decis.1017.num.4.vers.non obstat,* quam refert *Garz.de benef.p.1.cap.5.n.465.& in Asculana Pensionis 27.Iunij 1593.coram Orano, & in Rauennaten.Pensionis 20.Iunij 1597.coram Litta,* quas refert idem *Garz.d.p.1.c.5.n.476.& seq.& n.527.*

Prædictaq; distinctio narratiuę visa fuit cõprobari tam ex ordine eiusdẽ supplicationis, in qua post narratiuam valoris factã nomine omniũ negatiuè per non excessum, sequitur alia affirmatiua facta nomine Pensionariorũ affirmatiuè per assensum ibi Horatio vero, &
10 Iosepho prædictis, quæ dictio, † verò, tamquam aduersatiua videtur distinguere hãc expressionem ab alia antecedenti, *l. hoc amplius §.de his autem vbi Bart.num.1.ff.de dam.infect. l. si vero ff. qui satisd.cog. Rebuff.in concord. tit.de collat. §.præfati in vers.vero cum alijs relatis per Barbos. dict.420. num.1.* quam etiam ex litteris, quas eorum quilibet super ista supplicatione expediuit, cum litterę prouisionis Parochialis fuerint expeditæ per Titularem sub narratiua valoris per non excessum, litteræ vero reseruationum pensionum fuerint expeditæ à Pensionarijs sub narratiua valoris per ascensum,
11 quæ litterarum expeditiones † factæ à Titulari cum sola expressione valoris per non excessum, & à Pensionarijs cum sola expressione valoris per ascensum non solum arguunt mentem cuiuslibet impetrantis quoad narratiuam valoris distributiuè factam in supplicatione, sed etiam operantur vt ipsæ litteræ attendi debeãt ad effectum iustificationis valoris non autem supplicatio, vt tenuit *Rot coram Cas.de Grass.decis.1.num.7.de prob. & in Meleuitana Pensionum 28. Nouembris 1597. coram Litta impress.penes Marches.par.1.fol.528.n.2.*

In quam sententiam facilius iuerunt Domini, quia tantum abest quod Pensionarij probauerint concludenter valorem fructuum d. pensionis, prout probare debuerunt ex superius deductis, & sic remanere centum pro Rectore, quinimo contrarium colligitur ex Testibus pro parte eiusdem Rectoris examinatis deponeñ fructus d.Parochialis non consueuisse excedere annua scu.100. monetæ, ex quibus detrahi debent annua scu.45. circiter pro oneribus necessarijs. Vnde si essent detraheñ alia annua scu.60. pro dd. duabus pensionibus: nihil, aut parum pro d.Rectore super esset, qui Testes licet omnes non deponant de valore per decem annos computato fertili cum sterili, prout requiri solet, nihilominus cum reddant optimas rationes eorum dicti, eo quia fuerunt Cultores, & informati omnium reddituum d. Parochialis plurimum deseruiunt ad effectum, de quo agitur, cum agatur ad effectum annullandi, seu reducendi pensiones super ista Parochiali reseruatas,
12 quo † casu sufficiũt leuiores probationes *iux. decis.Put.6.circa med. vers.secus est lib.1.in correct. & fuit dictum in Aquen. Pensionis 19. Decembris 1605. coram Card. Lancellotto,* quam etiam refert *Rot.decis.550.num.1.par.1.recent.*

Et itá vtraque &c.

RO-

ROMANA CENSUS SEU DEPOSITI.

Veneris 11. Octobris 1641.

ARGUMENTO.

Non eget.

SUMMARIUM.

1 *Depositarius contra legem depositi soluens perinde est ac si non soluisset.*

DECISIO DCXXXIV.

CUM hodie in relatione Memorialium Excellentissimus D. Dux S. Gemini instaret pro traditione voti in causa ista iuxta decisiones in ea factas coram me sub diebus 8. Martij, & 21. Iunij præteriti, quibus fuit resolutum Montem Pietatis; non autem D. Fonthiam teneri ad restitutionem depositi pecuniarum, de quibus agitur, & sic illas esse reponendas apud eumdem Montem ad creditum ipsius D. Ducis S. Gemini sub eisdem vinculis appositis in Instrumento venditionis Viridarij olim factæ à DD. Vrsinis ad fauorem clar. me. Card. Ludouisij rogato sub die 5. Februarij 1622. per acta eiusdem Fonthiæ. Prouisores Montis se opposuerunt huic petitioni quoad modum, seu legem exponendi dd. pecunias in ipso Monte, asserentes illas esse reponendas ad creditum D. Ducis Atriæ ad effectum persoluen. Flaminio Razzanti, & respectiuè Acciaiolis, & Martellis iuxta partitam descriptam in libro eiusdem Montis. Quocirca DD. ad remouendam huiusmodi cõtrouersiã dixerũt pecunias restituendas per Montem esse apud ipsum reponendas, prout illæ erant prius depositæ immediatè ante illarum solutionem factam Razzanti, & sic in ista parte dd. decisiones esse reformandas, Rota namque solum resoluit Montem teneri restituere dd. pecunias apud eum depositas, eo quia illas malè soluit non seruata forma, seu lege in eodem deposito præscripta. Vnde res agenda est perinde ac si dd. pecuniæ solutæ nõ
1 fuissent, *l. Iulianus 131. §. qui fundum ff. de verb. oblig. l. etiam 27. ff. de solut. Crauett. cons. 102. nu. 28. p. 2. Menoch. cons. 212. n. 33. lib. 3.*

Et ita &c.

BARCHINONEN. PORTIONUM.

Mercurij 20. Nouembris 1641.

ARGUMENTUM.

Manutentio datur possessori de tempore motæ litis, etiamque Ecclesiæ si beneficiati se habuerint pro spoliatis attenta possessione ciuili residente penes ipsam Ecclesiam.

SUMMARIUM.

1 *Possessio etiam per testes probari potest.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*
3 *Possessio de tempore motæ litis requiritur vt quis manuteneri debeat.*
4 *Possessio Ciuilis animo retinetur & suffragatur ad effectum manutentionis.*
5 *Ecclesia non potest priuari sua possessione ciuili ex facto beneficiatorum qui propterea illius nomine possunt manuteneri.*

DECISIO DCXXXV.

POSITO dubio sub die 26. Iunij præteriti. An Presbyteris, & Beneficiatis Ecclesiæ B. Mariæ de Petris Albis danda esset manutentio, seu potius reintegratio ad possessionẽ seu quasi percipiendi portiones ordinarias, & extraordinarias, de quibus agitur à RR. Abbatissa, & Monialib. Monasterij illius Ecclesię, DD. illis tantum informantibus responderũt dandam esse Reintegratoriam ex eo quia cõstaret de extremis ad effectum illam obtinendi requisitis, prout in decisione desuper extensa firmatum fuit. Post quam resolutionem Beneficiati iterum institerunt pro manutentione, super qua hodie posito particulari dubio prætendebant illam esse ipsis concedendã, ex eo quia docerent de possessione, seu quasi percipiendi has portiones ex pluribus Testibus datis in Summario, ac ponderatis in *dicta decis. in §. Primum autem extremum*, qui deponunt de huiusmodi prẽstatione portionum nedum in genere tàm in pane, vino, obsonijs, alijsq; rebus, quàm in pecunia, verum etiam in specie, inquiunt enim singulos Beneficiatos consueuisse percipere qualibet die 20. vncias panis cocti, & 20. quartarum vini, & vlterius in certis festiuitatibus, ac functionibus habere prandia, obsonia, & cœnas, item in alijs diebus quatuor vncias cruftorum vulgò Turroni, vnam ampullam nectaris vulgo, Boccale di Clarea, ligna, placentas, cœpas, lectucas, fructus, olera, & pecunias, prout distinctè, ac latius deponunt dd. Testes, qui cum reddant optimam rationem eorum dicti, quia scilicet viderunt, & nonnulli etiam de facto proprio deponunt, eo quia dd. portiones perceperunt dum inseruirent Monasterio; vel essent Beneficiati, benè probare dicebantur, cum pos-
1 sessio † etiam per Testes probari possit, *Rebuff. in prax. benef. tit. de miss. & possess. num. 4. vers. poterit etiam, bon. me. Coccin. decis. 239. num. 1. cum alijs alleg. in dicta decis.* iuncta præsertim confessione ipsius Abbatissæ, quæ in responsione facta positionibus datis pro parte Beneficiatorum asserentium denegari sibi huiusmodi portiones ad æmulationem litis iam introductæ, declarauit se eas suspendisse non quidẽ ad æmulatur, sed eo quia illi recusassent parere cuidam præcepto per eam relaxato, quæ portionum suspensio arguit illarum præcedentem
2 præstationem, cum omnis † priuatio præsupponat habitum, *l. manumissiones 4. ff. de iust. & iur. l. decem 116. ff. de verb. oblig. Gregor. XV. decis. 402. num. 1.*

num.1.& decis.450. num.2. Verum hæc probatio non visa fuit DD.posse suffragari ipsis Beneficiatis ad effectum obtinen petitam manutentionem. Quoniam aduertebant DD.ipsos in Iudicio in Partibus intentato fassos fuisse se possessionem dd. portionum amisisse petendo ad illas reintegrari, vt patet ex libello per eos porrecto, vnde cum non probetur eorū
3 possessio de tempore motæ litis, † manutentio eis concedi non potest *Couar.pract.quæst.capit.17. nu.2.cum alijs relat. à bon.me. Buratt. decis. 269.num.1.& ibi Add.litt.A.*

Nec placuit responsio, quod Beneficiati in eodem libello, in quo narrarunt se fuisse spoliatos, ac petierunt reintegrari, dixerunt etiā se velle manuteneri, & sic videantur habuisse pro spoliatis solum respectu possessionis naturalis, secus autem respectu ciuilis, quæ ani-
4 mo † retinetur,& suffragatur ad effectum manutentionis ex *not. per Add.ad Gregor.decis.555. num.11.& Add.ad Buratt.decis.269. numer.5.* Si quidem fuit animaduersum quod Beneficiati non intentarunt in d. libello manutentionem vti tunc, sed petierunt simpliciter reintegrari, ac postea manuteneri in possessione recuperan, vt colligitur ex verbis eiusdem libelli ibi, condemnari ad restituendum dd.pēsiones, in quibus fuit spolium commissum vsque ad præsentem diem decursas, & solui cessatas,& ad eos manutenendum de cętero in possessione supradicta recipiendi, quæ verba sunt contraria interdicto retinendi, in quo fructus non veniunt nisi à die petiti mandati de manutenendo.

Quo circa dixerunt DD.esse concedendam petitam manutētionem ex alio motiuo, quia nimirū portiones, de quibus agitur, spectant, vt dicebatur ad Beneficiatos ratione beneficiorum, quæ ipsi possident: Vnde possessio illas percipien non dicitur simpliciter residere penes ipsos Beneficiatos, sed penes Benefi-
5 cia, seu Ecclesiam, quæ † cum animo perpetuo possidere, ac nunquam mori dicatur, nō potuit priuari eadem possessione quocumque facto ipsorum Beneficiatorum, etiam quod illi se pro spoliatis habuissent, adeout saltem nomine ipsius Ecclesiæ retinentis animo possessionem Ciuilem non possit denegari manutētio ex rationibus deductis in quatuor decisionibus emanatis *in causa Colimbrien. Præstimoniorum sub diebus 10. Decembris 1631.& 18. Iunij 1632. coram me, ac rursus sub diebus 27.Iunij 1633.& 28.Aprilis 1634. coram bo. me. Coccino*, quarum duę priores sunt decisiones 78. & 139. & aliæ duę sunt 226. & 275. *par.6. recent.* cum quibus DD. hodie transierunt.

Et ita eisdem Beneficiatis solum informantibus resolutum fuit.

MAIORICEN. BENEFICII.

Mercurij 27. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Manutentio competit possessori qui non habuit se pro spoliato ex possessione attentatoriè subsequuta.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt omnia gesta lite pendente in Rota.*
2 *Attentata sunt omnia gesta post inhibitionem exequutam.*
3 *Inhibitio rotalis siue iusta siue iniusta seruari debet & causat attentata.*
4 *Inhibitio decreta & executa causat attentata etiam respectu illius qui illam obtinuit & exequi fecit quamuis in actis non reproduxerit.*
5 *Inhibitio sola decreta & non executa sufficit adhoc vt lis dicatur introducta quoad impetrantem sitque attentatum quidquid postea emanauerit.*
6 *Iudex à quo non potest pronunciare fatalibus elapsis causam desertam quando causa appellationis fuit introducta coram Iudice ad quem & pars illum adiuit.*
7 *Appellatio datur à sententia lata super desertione appellationis.*
8 *Possessio probatur ex sententia in qua mandatur quem amoueri a sua possessione.*
9 *Possessio posterior attentata non priuat priorem possessorem sed iste manuteneri debet.*
10 *In materia attentatorum suffragatur transportatio illorum actorum ex quibus attentata iustificantur.*

DECISIO DCXXXVI.

DD. resoluerunt constare de attentatis cō missis per Berengarium, & propterea Iacobo dandum esse mandatum de manutenendo. Nam quod adsint attentata patet, quia cum ipse Berengarius post commissam causam in Rota obtinuerit ab ea citationē cū inhibitione, quam in Partibus tàm Iudici, quàm parti præsentauit, ac vigore compulsoriæ ad actorum extractionem processerit, nō potuit deinde quidquam innouare coram alio Iudice, & sic adire Ordinarium, ab eoq; petere, vt pronunciaret causam appellationis desertam, ac sententiam latam ad sui fauorē executioni demandaret, prout fecit, sed hæc omnia laborant vitio attentatorum vti gesta
1 non † solum lite in Rota pendente *tot. tit. C.& in decretal.in 6. vt lit. pend. nil innou. Lancell.de attent.lit.pend.in præfat.num. 296.Mandos.de Inhibit. q. 104.num.1.& 2. Gregor.XV.decis.465.numer.4. Caual.decis.568. num.2.* Verum etiam post Inhibitionem exequutam, quæ etiam operatur
2 vt † omnia gesta post illam sint attentata, *cap.non solum 7.in fin.de appell.in 6. Dec.cons.103. num.1.Lancell de attent.2.par.cap.20. de attent. post Inhib.in præfat.num.226.& seqq.Rot.decis.20. alias 130.de appell.in nou.Greg.decis.435.num.1.* Præsertim cum versemur in Inhibitione Rotali,
3 quæ † ex inueterato stylo siue iusta, siue iniusta

sta seruari debet, & causat attentata *Lancell. de attent. post Inhib. ampl. 11. num. 1. & seqq. Mandos. de Inhib. q. 20. num. 1. & 2. & q. 29. num. 7. Verall. decis. 93. par. 2. Put. dec. 395. per tot. lib. 2. in antiq. Rot. decis. 464. num. 1. & 2. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 435. num. 4. Buratt. decis. 181. num. 3.*

Non obstat, quod Berengarius licet post
commissam causam in Rota obtinuerit cita-
tionem cum Inhibitione, nihilominus illam
in actis nunquam reproduxit, & ideò non vi-
deatur attentasse, sed per non vsum commis-
sionis censeatur illi renunciasse. Quia cum
ipse non solum obtinuerit citationem cum
Inhibitione, sed etiam illam exequi curauerit
contra Iudicem & partem, quidquid postea
gessit ante moderationem eiusdem Inhibitio-
nis laborat vitio attentatorum, cum Inhibi-
4 tio † decreta, & exequuta faciat attentata etiã
respectu illius qui illam obtinuit, & exequi
fecit, quamuis in actis nõ reproduxerit, adeo-
ut si quid postea innouauerit debeat vti atten-
tatum reuocari, vt in specie tradit *Lancell. de
attent. post Inhib. limit. 29. num. 3. vers. ego tamen*,
vbi conclusionem probat, & contrarijs respõ-
5 det, imò sola citatio, vel inhibitio † decreta,
& non exequuta sufficit ad hoc vt lis dicatur
introducta quoad impetrantem, sitque atten-
tatum quidquid postea emanauit ex relat. ab
eodem *Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. de attent. lit.
pend. in præfat. num. 35. & 36. Mandos. de inhib. q. 76.
num. 4. Rot. decis. 4. num. 2. vt lit. pend. in antiqu. &
decis. 1. num. 4. par. 4. diuers. Cassad. decis. 6. num. 2. &
3. ad reg. Cancell. Buratt. decis. 262. num. 2. & 3. Ca-
ual. d. decis. 658. num. 2.*

Minus obstat, quod Iudex à quo possit fa-
talibus elapsis pronunciare causam desertam,
suamque sententiam executioni demandare.
Quia contrariũ est verius, quando causa appel
lationis fuit, prout hic, iam introducta coram
6 Iudice ad quem, & † pars illum adiuit, quia
tunc ad eum spectat pronunciare causam de-
sertam, nec Iudex à quo potest in illius co-
gnitione se intromittere iuxta distinctionem,
quam tradunt *Franc. in c. ex ratione 8. numer. 67.
vers. si vero causa fuit introducta de appell. in 6. Felin
in c. ex parte el 2. num. 8. & seqq. de rescript. Marant.
in suo specul. par. 6. in verb. & quandoque appellatur
n. 200. vers. si vero fuit aditus Iudex ad quem Vestr.
in prax. lib. 8. cap. vlt. sub num. 9. vers. sed hodie Gra-
tian. discept. 40. num. 26. Scacc. de appell. q. 11. n. 167.
& dixit Rot. in Toletana fructuum coram bon. mem.
Pamphilio impress. apud Marches. p. 2. fol. 80.*

Prædictaque facilius procedunt respectu
executionis factæ post d. sententiam latam
super desertione appellationis. Quia cum Ia-
cobus à tali sententia appellauerit, non potuit
Ordinarius procedere ad executionem prioris
sententiæ, sed talis executio vti facta appella-
tione pendente remansit attentata, cum à sẽ-
7 tentia † lata super desertione appellationis de-
tur appellatio *Franc. in d. cap. ex ratione 8. nu. 80.
de appell. in 6. Cephal. cons. 209. num. 11. lib. 2. Ma-
rant. d. par. 6. in verb. & quandoq; appelletur n. 201.
Roginell. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 265. in verb. deser-
tio Scacc. de appell. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 187.
vers. & quod possit appellari Rot. decis. 685. num. 5.
par. 3. recent.*

Quo verò ad secundam partem resolutio-
nis, qua fuit dictum Iacobo dandum esse mã-
datum de manutenendo, moti fuerunt DD.
quia de possessione anteriori Iacobi quoad be-
neficium cõtrouersum constat nedum ex In-
strumento actualis adeptionis illius in vim
collationis sibi factæ ex causa permutationis.
Verum etiam ex dicta sententia lata ab Ordi-
8 nario, qui in ea † pronunciauit Iacobum esse
amouendum à sua possessione, *Rot. decis. 225.
num. 1. vers demumque ex sententia par. 1. recen. Bu-
ratt. decis. 160. num. 5. & decis. 991. num. 2.* Vnde
sequitur eumdem Iacobum esse manutenen-
dum in sua possessione, non obstañ posteriori
possessione capta à Berengario in vim d. sen-
tentiæ, quia cum ista possessio fuerit attenta-
9 ta † non priuauit Iacobum sua anteriori pos-
sessione, sed eidem, qui non habuit se pro spo-
liato competit manutentio pro reuocatione
attentatorum, vt sæpè Rota respondit, & si-
gnanter *coram Seraph. decis. 1176. num. 6. & in re-
cent. par. 1. d. decis. 225. num. 4. & coram Buratt. decis.
59. num. 6. & decis. 306. numer. 2. & fuit dictum in
Bonon. fideicommissi de Bologninis 17. Maij prateri-
ti coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat non integra transportatio acto-
rum, quoniam Commissiones, quæ sunt in
hac causa continent etiam causam nullitatis,
& attentatorum, quo casu sufficit transporta-
10 tio tot actorum, ex quibus † attentata iusti-
ficentur, vt dixit *Rota in Calaguritana Beneficij
de Hochon. 28. Maij 1603. coram Litta, & in Lu-
cerina Parocchialis 10. Aprilis 1630. coram bo. me.
Motmanno.*

Et ita Iacobo solum informante resolutum
fuit.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE FVSCHIS.

Lunæ 2. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Immissionem quæ detractiones fideicommissa-
rijs non impediant, & quando mater de bo-
nis proprijs & non patris dotem filiabus con-
stituisse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario non retardatur si hæredi datur retentio alicuius corporis hæreditarij pro sua detractione.*
2 *Immissio pro indiuiso non retardatur fideicommissario ex causa detractionis legitimæ certæ ratione quota.*
3 *Non entium nullæ sunt partes.*
4 *Dos in ea quantitate, quæ excedit legitimam potest grauari onere fideicommissi.*
5 *Fundamentum propriæ intentionis vnusquisque probare tenetur.*

6 *Præsumptio vna per aliam tollitur & multo magis per duas vel plures, & num.7.*

8 *Dos per matrem relicta iure prælegati & sic iure cuiusdam donationis efficit vt ex bonis matris etiā constituta dicatur.*

9 *Bona sua non dicuntur ea quorum quis non habet liberam dispositionem.*

10 *Dos constituta ex bonis patris saltem pro rata succedit loco legitimæ.*

11 *Dos non potest indirectè grauari onere restitutionis quando pro rata succedit loco legitimæ.*

12 *Hæres cū benef.l.& inuent. potest in solutum recipere prout recepisse censetur bona defuncti sui debitoris pro satisfactione suorum creditorum.*

13 *Inuentarium licet non probet contra tertium extraneum probat tamen contra tertium habentem causam à conficiente, & num.26.*

14 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

15 *Emens rem propriam proprio nomine xùm pecunia alterius regulariter sibimet acquirit. Limita quando declarauit se nullum ius habere in re empta numer.16. talis enim declaratio non est donatio, sed bonæ fidei agnitio, num.17.*

18 *Relatio non potest fieri ad ea quibus ratio recti sermonis non conuenit.*

19 *Verba* non hauer sopra di quelle attione alcuna *tanquam indefinitè & indistinctè prolata omnia comprehendunt.*

20 *Valor bonorum ex varietate temporum varietatem recipit.*

21 *Hæres creditor à defuncto vt dicatur iustè vel iniustè recepisse in solutum bona hæreditaria pro suis creditis attenditur tempus aditionis non quod postea aduenit.*

22 *Dotandi filias onus est solius patris.*

23 *Dotem repetendi à Patre lex ipsa dat facultatem matri quæ illam simpliciter soluit etiamsi illam soluere promisisset.*

24 *Solutio in dubio præsumitur facta iuxta modum obligationis præcedentis.*

25 *Bona data creditoribus defuncti minuunt illius hæreditatem.*

27 *Melioramentorum exceptio non impedit fideicōmissarys immissionem si illa non sint liquida.*

DECISIO DCXXXVII.

CVM Olimpia, & sorores de Fuschis peterent Immissionem super 4. Corporibus, de quibus agitur vti subiectis fideicommisso q. Ersiliæ earum matris contra Fœlicē, & sorores de Compagnis hæredes Virginiæ alterius filiæ, & hæredis grauatæ eiusdem Ersiliæ fideicommittentis Rota sub die 19. Nouembris anni præteriti respōdit d. Immissionem non esse dandam, ex eo quia d. Virginiæ competerent super eisdem bonis quatuor detractiones, pro quibus erat cōcedenda retentio ipsis sororibus de Compagnis causā ab ea habeñ: Verum hodie facto melius dilucidato, dictisque detractionibus maturiùs examinatis, visum fuit Dominis eas non obstare omninò petitæ Immissioni.

Prima si quidem detractio scut.400. quæ ipsa Virginia soluit Sororibus Cohæredibus pro æquandis portionibus assignatis in diuisione inter eas inita, non cotrouertebatur, sed dicebatur dd. Sorores de Compagnis posse retinere aliquod corpus hæreditariū pro eadem detractione scut. 400. & signanter domum transtyberinam æstimatam in eadem diuisione in scu. 477. cuius domus retentioni ipsæmet sorores de Fuschis acquiescebant, quo casu non solet fideicommissarijs retardari im-
1 missio † in reliquis bonis, prout alias dixit *Rota coram Canal. decis.572. in fin. & coram Reuerendissimo D. meo Decano decis.77. numer.6. & 16. par.5. recent.*

Altera verò detractio pro legitima debita Virginiæ in bonis eiusdem Ersiliæ matris fideicommittentis neque illa indistinctè obstare visa fuit, quia cum attento numero filiorum vltra 4. quos reliquit Ersilia, legitima debita ipsi Virginiæ fuerit semis, seu medietas bonorum, & sic certa ratione quotæ, detractio
2 illius † non impedit fideicommissarijs Immissionem pro indiuiso iuxta opinionem quam sæpius *Rot. fuit amplexa vt in dec.51. num.20. p.5. recent. & coram Canal. decis.573. num. 2. & coram Buratt. decis.63. num.10. & ibi Add. litt.C.* vbi plures cumulat, *& post Merlin. de legit. decis.97. nu.1. in fin. & num. seq. & fuit etiam dictum in Bononien. fideicommissi 5. May 1636. coram bo. me. Buccabella, & passim in alijs.*

Tertia verò, quæ dicebatur consistere in portione debita eidem Virginiæ in hæreditate Hieronymi prædefuncti, visa fuit corruere ex facto, quia licet d. Hieronymus fuerit institutus hæres pro medietate à Vincentio Patre, & postea decesserit ab Intestato sine filijs superstitibus Ersilia matre, ac d. Virginia, & alijs 4. Sororibus. Nihilominus non apparet ipsū Hieronymum reliquisse alia bona propria post eius obitum, ac multo minus Ersiliam matrem vti solam hæredem eidem successisse prout exaduerso supponebatur. Vnde non videtur ageñ de hæreditate ipsius Hieronymi
3 cum † non entium nullæ sint partes, *l. quidam referunt 14. vers. nullius enim momenti est iunctio §.1. in fin. ff. de iur. Codicil, l. mulier 22. sed enim ff. ad S.C. Treb. l.1. §. vsque adeo ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. non videtur 127. ff. de reg. iur. c. bonæ memoria il primo & ibi glos. in verb. per rerum naturam de elect. ac pluribus exornat. Mandos. super reg. Canc. reg.3. qu.7. num.2. & seqq.*

Quarta demum detractio scu.2300. pro dote eiusdem Virginiæ non visa fuit integrè de-
4 beri, quia cum huiusmodi dos † in d. quantitate fuerit prælegata ipsi Virginiæ ab eadem Ersilia matre in eius Testamento, potuit grauari onere fideicommissi in ea quantitate, quę excedit legitimam eidem Virginiæ debitam, vt in specie declarant, *Castr. cons.468. numer.1. vers. in residui vera lib.1. Guidop. cons.98. nu.2. Gabr. cons.116. num.11. vers. puto igitur & seqq. lib.1.* qui loquitur in terminis statuti Vrbis, ac de magis communi, & veriori testatur, *Merlin. de legit. lib.3. tit.1. q.9. num.9. Maresc. var. resol. lib.1. cap.28. num.2. Rot. decis.381. num.4. par.2. recent. & in Romana restitutionis dotis post Merlin. d. tract. de legit. q.40.*

q.40.num.3.& 5.& in Tiburtina hæreditatis coram R.P.D. meo Verospio post Fenzon. ad statut.Vrb.decis.113.ante fin.vers.& ita licet.

Nec subsistit, quod huiusmodi dos quamuis prælegata ipsi Virginiæ ab Ersilia matre sit referen͂ ad hæreditatem Vincentij Patris ex eo quia d.Vincentius, qui tenebatur dotareVirginiam filiam reliquit heredem pro medietate ipsam Ersiliam eius Vxorem,quæ propterea dum prælegauit Virginiæ d. dotē scut. 2300. videbatur eam non ex bonis proprijs, & animo dotandi, sed ex bonis hæreditariis Vincentij,& animo persoluen͂ huiusmodi debitum dotis necessarium constituisse iuxta conclusiones, in *d. decisione firmat. in §.4. denique detractio*. Quia cum dd.Sorores de Fuschis habeant intentionem fundatam tam in Testamento Ersiliæ, quæ dixit prælegasse d. dotem ex bonis suæ hæreditatis, quam in diuisione bonorum eiusdem Ersiliæ facta inter ipsam Virginiam, & cohœredes mediante arbitro ser. ser. electo, in qua bona, de quibus agitur fuerunt assignata ipsi Virginiæ pro sua dote vti hæreditaria Ersiliæ matris,sorores de Compagnis, quæ prætendunt prædictam dotem fuisse relictam ex bonis Vincentij Patris non autem Ersiliæ matris tenentur id proba-
5 re concludēter tamquam † fundamentum suę intentionis,vt in specie dixit *Rot.diuer.dec.520. num.5.vers.& tanto magis par.1.& in recent. decis. 258. num. 8.& seqq.p.5.& decis.67.num.25.par.6.* quæ tamen probatio visa fuit deficere.

Non obstat præsūptio resultans ex eo quod Ersilia tamquam hæres Vincentij viri, qui tenebatur dotare Virginiam filiam censeatur d. dotem prælegasse ex bonis Vincentij Patris. Siquidem illa procedere possēt in dubio,secus autem dum ex alijs coniecturis, & præsumptionibus liquet dotem prædictam ex bonis eiusdem Ersiliæ relictam fuisse, cum vna prę-
6 sumptio† per aliam tollatur, *l. Diuus Antonin. 7. & ibi glos.in verb.existimari ff.de in integr.restit. Alex.cons.73.num.8.lib.3. Corn.cons.330.numer.4. lib.1.Surd.cons.80.num.21.lib.1. Seraph.decis.619. num.3.Rota decis.203.num.10.par.5.recent.*Eoque
7 magis per duas, † aut plures, *Alex.cons.88.nu.9. lib.7. Bero.cons.170.numer.7.vol.1. Neuiz.cons.47. num.40.vers & plures præsumptiones, Surd. d.cons. 80.num.21.vers.& multo magis lib.3.Rota dec.409. num.17.par.5.recent.*

In præsenti autem plures concurrunt coniecturæ suaden͂ prędictam dotem fuisse relictā ex bonis eiusdem Ersiliæ matris, inter quas tres potissimum vrgere visę fuerunt.

Prima scilicet desumpta ex eo quod Ersilia reliquit d.dotem nō simpliciter, sed iure prę-
8 legati & sic iure cuiusdam donationis, † quæ talis propriè dici non posset, si d. dos ex bonis Vincentij Patris, non autem ipsius Ersiliæ relicta fuisset, vt in proposito arguit, *Corn.consil. 292.sub num.3.vers.item persuadetur lib.1.* quem referunt *Hond.cons.50.num.9.lib.2. Menoch.lib.4. præs.110.num.11.& Rot.decis.28. numer.12.par.5. recent.*

Altera ducitur ex verbis, quibus vsa fuit Ersilia in prælegato eiusdem dotis, dum iussit illam persolui ex sua hæreditate ibi, *dandoli libera, & ampla facoltà, & autorità in euento della retardatione della consegna d'essa dote, di potersela pigliare nella sua heredità di propria autorità doue à lei parerà,* quæ dictio (sua) apertè indicat Ersiliam intellexisse de sua, ac propria hęreditate, de qua liberè disponere poterat, non autē
9 alterius, cum sua † nō dicantur ea bona, quorum quis non habet liberam dispositionem, *Soc.Iun.cons.72.sub num.45.lib.1. Rolan. cons.71. num.28.lib.2.Surd.decis.93.num.20.*

Tertia denique oritur ex ipsomet onere restitutionis, quod Ersilia apposuit eidem prælegato dotis in casu quo Virginia quādocunq; decederet sine filiis legitimis, & naturalibus, quod onus verisimiliter non apposuisset, si dotem nō ex propriis bonis,sed ex bonis Vincentii Patris reliquisset, quia cum talis dos constituta, scilicet ex bonis paternis saltem
10 pro rata † successisset loco legitimæ ex relat. à *Grass.de success.§.legitima q.23. num.1.* non po-
11 tuisset † indistinctè grauari d. onere restitutionis, *l.omni modo 30. l.quoniam 32.& vtrobique Doct.C.de inoff. testam.Crass.d.§.legitima q.38.n.2. & quæst.19. num.1.cum alijs fusè relat. à Merlin.de legit.lib.3 tit.2.q.1.n.2.& 4.*

Minus obstare visum fuit Inuentarium bonorum hæreditatis d.Vincentii confectum ab eadem Ersilia, quia licet ibi sint descripta plura bona vti hęreditaria ipsius Vincentii, & signanter hæc ipsa, quæ fuerunt assignata Virginiæ pro dote. Nihilominus fuit animaduersum in eo fuisse quoque descripta debita maioris quantitatis fauore eiusdem Ersiliæ,
12 quæ proinde tamquam hæres † cum beneficio, *l. & Inuentarij,* potuit in solutum recipere prout recepisse censetur eadem bona reperta in hæreditate Vincentij eius authoris pro satisfactione suorum creditorum, vt in specie tradunt *Peregr.de fideicom.art.35.num.12.& n.15. Menoch.conf.183.num.3.Surd.decis.224. num.8. & 20. Gregor.XV.decis.67.nu.10.Rot.decis.127.n.10. & seqq.p.7.rec.* & fuit etiam dictum in *Spoletana fideicommissi 17.Decembris 1632.coram R.P.D. meo Verospio*.

Veritas autem dd. Creditorum in Inuentario descriptorum non visa fuit posse controuerti à dd. Sororibus de Compagnis. Quia cum ipsæ sint hæredes Ersiliæ, quæ confecit dictum Inuentarium nō possunt impugnare debita Vincentii in eo descripta, cum Inuen-
13 tarium † licet non probet contra tertium extraneum, tamen probet contra tertium habentem causam à conficiente, *Capic.decis.107. n.13.Rot.d.decis.127.n.6.p.7.rec.*

Præterea ponderabant DD.Calculum alias exhibitum pro parte ipsarum sororum de Compagnis, ac suppositum pro parte Sororum de Fuschis sine pręiudicio veritatis, in quo licet legatur bona descripta in d.Inuentario bonorum Vincentii esse valoris sc.13838. Nihilominus apparet illa spectasse pro maiori parte ad ipsam Ersiliam, ac pro residuo fuisse grauata sūmo ære alieno præcipuè ad fauorē eiusdem Ersilię, adeout detractis detrahendis liqueat æs alienum d. Vincentij absorbuisse

ill ius hæreditatem, nullaque bona in ea remansisse, in quibus dos Virginiæ filiæ consti-
14 tui posset, cum bona † dicantur deducto ære alieno, *l.2.§.illud ff.de collat.bonor.l.mulier.72.& ibi glos.in verb.alieno ff.de Iur.dot. l. si vniuersa 16. C.de legat.*

Quod autem bona descripta in Inuentario bonorum d. Vincentij spectarent pro maiori parte ad ipsam Ersiliam, & pro residuo essent grauata ære alieno, præcipuè ad fauorem eiusdem probatur ex eisdem nouem partitis in alia decisione ponderatis, quas hodie dicebant Domini esse detrahēdas de hæreditate, seu Inuentario bonorum ipsius Vincentij, & ponendas ad creditum ipsius Ersiliæ non obstañ ijs, quæ contra illas tunc deducta fuerunt.

Primo siquidem & secundo (retento ordine eiusdem decisionis) sunt detrahendæ duæ domus, vna scilicet sita ad S. Stephanum del Cacco valoris, vt dicitur, scut. 3012. & altera illi contigua cum duabus Apothecis valoris scu.3243. quarum identitas hodie nō controuertebatur. Cum enim Vincentius in articulo mortis cōstitutus expresse declarauerit dd. domos emisse, fabricasse, ac refecisse respectiuè ex proprijs pecunijs ipsius Ersiliæ, proindeque nullā super eis, vt ipsemet subdit, habere actionem non est ambigendum, quin illæ spectarent ad ipsam Ersiliam, & consequenter detrahendę sint ex calculo hęreditatis Vincen-
15 tij, quia licet regulariter emens† rem propriā proprio nomine cum pecunia alterius sibimet acquirat, *l.1.& ibi Bald.& alij C.si quis alteri, vel sibi cum aliis in d.decis.alleg.in §. nam vltra quod in*
16 *fine.* Nihilominus d. conclusio†non procedit, quando emptor, pront hic, declarauit se nullum Ius habere in ipsa re empta, vt dixit *Rota in Romana Census corā Orano impress.per Cenc. post tract.de cens.decis. 164.nu.1.& 2.& decis.806. n.3.*
17 *p.1.diuers.* Talis enim declaratio † non est donatio, sed bonæ fidei agnitio vt inquit *Bald in l.multum 6.num.3. vers.à posteriori & ibidem Salic. num.3. Castr.pariter num.3.C.si quis alter.vel sibi.*

Nec hodie visa fuit subsistere ponderatio alias facta, nimirum quod prædicta declaratio Vincentij asserentis se nullam habere actionem super dd.domibus sit intelligenda retento sano intellectu, vt scilicet respectu domus emptæ ipse non haberet actionem, quoad pretiū erogatum cum pecunijs Ersiliæ respectu vero aliarum domorum ipse pariter nullam haberet actionem quoad meliorationes facta super eis eū pecunijs eiusdem Ersiliæ, ad hoc, vt singula singulis congruè referantur. Quoniā huiusmodi intellectus videtur repugnare structuræ, ac rationi recti sermonis eiusdem Vincentij indistinctè simpliciter asserentis se nullā habere actionem super ipsis domibus ibi. *Che la Casa vecchia, doue al presente esso Sig.Vincenzo, e detta Ersilia sua moglie habitano, compra per esso Vincenzo dal q.Benedetto Dulcena, e li miglioramenti, e fabrica fatta nelle Case nuoue dietro à detta Casa vecchia, sono state per esso Sig. Vincenzo compre, restaurate, e fabricate respectiue de propriȩ denari della Sig.Ersilia, e però esso Sig. Vincenzo non hauer sopra di quelle attione alcuna*, quæ verba cum apertè suadeant Vincētium declarasse se nullam habere actionem super ipsis domibus, nō possunt salua ratione recti sermonis referri, seu restringi ad pretium erogatum in prima domo, & ad meliora menta facta in alijs domi-
18 bus, cum relatio † non possit fieri ad ea, quibus ratio recti sermonis non conuenit, *Oldrad. cons.152.num.2.ad fin.Menoch.cons.220.num.79.& 80.* dictaq; verba, *non hauer sopra di quelle attione*
19 *alcuna*, tamquam † indefinitè, & indistinctè prolata omnia comprehendunt, *Gem. cons.29. sub nu.2.vers.& est ponderandum Crauett.cons.563. num.3.tom 4.Surd.cons.33.num.20.& seqq.& decis. 283.num.7.& seqq.*

Nec releuat quod prædictę domus olim reperirētur maioris valoris, & ideo Ersilię non deberet integer valor illarum, sed quantitas dumtaxat erogata cum suis pecunijs in emptione primę domus, & in melioramentis factis in alijs: Nam vltra quod iste assertus maior valor non probatur nisi ex calculo exhibito pro parte ipsarum de Compagnis, quem Sorores de Fuschis absolutè non admittebant sed supponebant sine præiudicio veritatis &c. adhuc huiusmodi valore inspecto dicebant DD. illum potuisse augeri tractu temporis, postquam Ersilia eadem stabilia recepit in solutum pro suis creditis, cum valor bonorum
20 ex † varietate temporum varietatem recipiat *l.pretia rerum 63.§.fin.ff.ad l. falcid.Rot.decis.241. num.2.& num.4.uers. tum quia de qualitate p.4. & decis.46. num.10, par.6. recent.* Et consequenter huiusmodi augmentum cessisse ad vtilitatem eiusdem Ersilię, nisi probetur illud de tempore aditę hęreditatis Vincentij iam extitisse, cū
21 adhoc vt hæres † dicatur iustè, vel iniustè recepisse in solutum bona hęreditaria pro suis creditis attendatur tempus aditionis hęreditatis, non autem quod postea aduenit *Peregr. de fideicom.d.art.35.num.12.& seqq.Fusar.q.671.n.2. Menoch.cons.183.num.35.Grat.discept.214. nu.26. & seqq.*

Tertio detrahi debet domus ad S. Siluestrū valoris, vt supponitur scu.1100. vti pariter spectans ad ipsam Ersiliam ex declaratione eiusdem Vincentij.

Nec releuat quod Ersilia vendiderit postea domum prædictam, ac pretium exegerit, proindeque d.domus, seu valor illius non debeat poni ad creditum Ersilię, quia non ideo sequitur eamdem domum, seu valorem illius esse hodie ponendum in calculo hæreditatis Vincentij, prout illum prędictę Sorores de Compagnis posuerunt.

Quarto sunt detrahen̄ scu.2903. bai.50. pro tot annuis Canonibus ad rationem 4.pro centenario. Siquidem dd. Canones licet spectarēt ad ipsam Ersiliam, vt constat ex propria declaratione eiusdem Vincentij, nihilominus fuerunt traditi ab ipso Vincentio pro dotibus Faustinę, Olimpię, & Praxedis ipsius filiarum prout expressè legitur in d.Inuentario. Vnde Ersilia remansit creditrix eiusdem Vincentij
22 pro hac summa, cum onus† dotandi dd.filias spectaret solum ad Vincentium patrem, *l. fin. uers.neque enim leges & ibi glos.in uerb.paternū esse* offi-

officium C. de dot. promiss. l. neque mater 14. C. de iur. dot. Rim. sen. cons. 253. nu. 5. lib. 2. Menoch. d. cons. 183 num. 2. Peregr. de fideic. art. 42. nu. 68. Rota d. dec. 28. num. 1. par. 5. recent.

Nec d. partita sc. 2903. b. 50. est reduceñ ad scu. 1650. ex eo quod Ersilia, quæ promiserat soluere huiusmodi dotes insimul cū ipso Vincentio in actu solutionis reportauerit contra ipsum cessionem solum pro dd. sc. 1650. b. 50. vnde inferebatur residuum, pro quo non fuit habita cessio pręsumi liberaliter erogatum, siquidem cessio pro dicto residuo non fuit necessaria ad effectum illud repetendi à Vin-
23 centio, cum lex † ipsa det facultatem matri repetendi à Patre dotem, quam pro filia simpliciter soluit, etiam si illam soluere promisisset prout in specie tradunt, *Rol. cons. 64. n. 6. lib. 1 Crauet. cons. 7 L. n. 1. & seq. Surd. cōs. 488. n. 21. Amot. Panorm. resol. 23. n. 12. Cenedo controu. q. cap. 13. n. 6. ad med. & seqq. Mastril. dec. 186. num. 8. & 9. Castil. decis. 203. num. 3. & 4.*

Quinto debent similiter detrahi sc. 1050. pro medietate dotis, quam Ersilia tradidit Catherinæ alteri filię ex bonis paternis; siquidem ipsa defuncto Vincentio viro nuprui tradidit d. Catharinam Ludouico Compagno cum promissione dotis sc. 2000. & aliorum sc. 100. pro acconcio, asserens se d. dotem illi constituisse ex bonis tam paternis, quam maternis. Vnde dum postea integrè soluit d. summam, non pręsumitur eam donasse, sed persoluisse ex eisdem bonis, scilicet paternis, & maternis, iuxta pręcedentem promissionem, cum solu-
24 tio † in dubio pręsumatur facta iuxta modū obligationis pręcedentis, *Bart. in l. si ex pluribus 89. §. Lucius el primo vers. cum enim præcessisset, ff. de solut. Crauett. cons. 158. num. 13. Ruin. cons. 61. nu. 9. lib. 1. Rot. Ian. dec. 6. n. 9. in fin. Gratian. discept. 224. num. 77.*

Idque clarius elucescit ex lectura eiusdem Instrumenti dotalis, in quo Ersilia pręuia promissione dotis, & acconcij in d. sūma sc. 2100. assignauit eidē Ludouico pro rata sc. 800. domū è cōspectu DD. de Mutis, quę fuit descripta in Inuentario bonorū ipsius Vincētij, vnde saltem respectu istius domus paternę, quę fuit iam tradita Catharinę filię pro sua dote, illa non potest hodie poni in calculo hęreditatis eiusdem Vincentij, sed illa venit detraheñ, cū
25 bona † data Creditoribus defuncti minuant hęreditatem illius, *L. in imponenda 6. C. ad L. falc. l. ab omnibus 104. §. fin. ff. de leg. 1. Rot. dec. 680. n. 1. par. 1. diuers.*

Sexto sunt detraheñ scut. 3950. pro residuo pretij aliatum duarum domorum quæ licet spectarent ad Ersiliam, prout declarauit ipse Vincentius. Nihilominus idem Vincentius eas vendidit Pueris Litterariis, vt liquet ex Instrumento venditionis.

Neque d. partita est declaranda ex eo quod pretium dd. domorum non spectaret ad Ersiliam nisi pro rata sc. 2400. pretextu quod residuum spectaret ad ipsum Vincentiū occasione pretij cuiusdam situs compręhensi in eadē venditione. Quia in eodem Instrumento vēditionis dd. domorum apparet Vincentium emisse d. situm pretio dumtaxat scu. 250. de quibus vti iam excomputatis non agitur, cū Ersilia fuerit descripta creditrix in Inuentario non pro toto integro pretio dd. domorūquod fuit sc. 4150. sed solum pro d. residuo sc. 3950. & sic facta excomputatione dd. scu. 250.

Neq; subsistit quod prædicta sc. 250. fuerint conuersa per ipsum Vincentiū in extinctionē plurium censuum, quos ipse accollauit in emptione primæ domus factæ à Dulcena, cuius pretium vti iam acceptilatum Ersiliæ in prima partita dicebatur non esse iterum accepto ferendum. Quia talis extinctio non probatur, & contrarium colligitur ex aperta declaratione eiusdem Vincentij asserentis tam d. domū emptam à Dulcena, quam pretium domorū venditarum Pueris Litteratis spectasse ad ipsam Ersiliam.

Septimo sunt detraheñ scu. 300. quæ Ersilia soluit Vincentio & Laurentio filijs Alexandri Ferię Mariti Faustinę vti Creditoribus ipsius Vincentij mariti, quę partita hodie non visa fuit reduceñ ad scu. 150. prętextu quod Ersilia in actu solutionis dixerit se persoluisse sc. 300. de bonis proprijs, & hęreditarijs, ideoque pręsumatur medietatem solum d. summæ de proprijs persoluisse prout in alia decisione deducebatur, quia talis assertio, quod scilicet Ersilia soluerit d. summam de bonis proprijs, & hæreditatis in Instrumento d. solutionis hodie dato non legitur, neq; illa aliunde probatur.

Octauo sunt detraheñ scu. 515. pro alijs bonis, & creditis spectañ ad ipsam Ersiliam, quę idem Vincentius vendidit, ac respectiue exegit. Hęc namque partita licet in die decisionis non videretur sufficienter iustificari, hodie tamen visa fuit Dominis comprobari ex ipso Inuentario bonorum ipsius Vincentij, in quo claris verbis legitur ipsum exegisse, ac respectiue alienasse pecunias, & bona Ersiliæ,
26 quod † Inuentarium benè probat contra ipsas Sorores de Compagnis vti habentes causam ab eadem Ersilia conficiente ex supra allegatis.

Nono tandem sunt detraheñ ex calculo hęreditatis Vincentij scu. 1960. pro pretio terreni vineati spectañ ad ipsam Ersiliam, neque illa videntur resecanda pretextu quod vinea spectaret ad Ersil-ām solum pro æstimatione fundi, seu terreni, pro residuo vero ad ipsum Vincentium, qui vineam in eo plantauit, quia cum sit in confesso, quod terrenum in quo Vincentius plantauit vineam esset petiarum decem, illudque spectaret ad Ersiliam, debet detrahi ex calculo hereditatis ipsius Vincentij pro eadem summa scu. 1960. donec exaduerso probetur ad quam summam ascendāt prętensa melioramenta per ipsum Vincentium in eodem terreno, cum alias liquidatione huiusmodi melioramentorum non facta illo-
27 rum † exceptio non suffragetur, *Paris. cons. 33. num. 12. lib. 1. Rot. decis. 312. num. 4. par. 2. diuers. & decis. 610. num. 3. par. 1. recent.*

Quæ omnes partitę insimul coacematę cū longè excedant valorem bonorum Vincentij exaduerso calculatum in summa scut. 12835. satis

satis apparet æs alienum Vincentii absorbuisse totam illius hereditatem, nullaque bona in ea remansisse, ex quibus dos Virginię constitui posset.

Ex quibus, concessa sororibus de Compagnis retentione domus Transtyberinę ex causa propriæ detractionis scu.400.dixerunt DD. Sororibus de Fuschis dandam esse Immissionem pro indiuiso in reliquis bonis.

Et ita vtraque &c.

VICEN. PORTIONVM.

Mercurij 4. Decembris 1641.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ex pluribus æque principalibus causis non debet absolui, nisi doceatur de paritione quoad omnes dd. causas.*

2 *Censuras vt quis euitet quando debitum est certum, debet comparere coram Iudice, & offerre aliquam quantitatem quamuis modicam cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione.*

3 *Contumacia in non parendo operatur vt censuræ sustineantur donec fuerit paritum.*

4 *Res quæ præstari debet quando est certa in aliqua quantitate ex confessione partis exceptio liquidationis non excusat à contumacia.*

5 *Paritio realis et non verbalis requiritur vbi facto opus est.*

6 *Locatio quando non dicatur à sequestratario sed potius ab ijs, qui sequestro dederunt causam facta ita quod propterea non sit attendenda.*

7 *Impedimentum qui remouere potest ab impedimento non excusatur.*

DECISIO DCXXXVIII.

EMANARVNT in hac causa duæ decisiones, prima sub die 28. Martij 1639. qua fuit resolutum Dignitates erectas in Ecclesijs Vicen, Barchinonen, & Gerunden ex fructibus Ecclesiæ Regularis S. Ioannis de Abbatissis non esse absoluen. à censuris contra eas latis ab A. C. ex eo quia dd. censuræ latæ fuerint in Curia ob non paritionem Decretis S. Congr. Conc. Trid.

Altera sub die 27. Maij præteriti, in qua Rota recessit à decisis, censuitque dd. Dignitates esse absoluen. ex eo quia eorum contumacia videbatur sufficienter purgata per oblationem postea factam in actis de soluen. quidquid fuisset liquidatum, cum deposito vnius iulij cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione.

Sed hodie tertio posita causa DD. steterunt in primo loco decisis, sicque dd. Dignitates non esse absoluendas responderunt.

Pro cuius resolutionis fundamento premittebant tria esse Decreta Sac. Congregationis Conc. Trid. emanata super hisce portionibus, ob quorum non paritionem A. C. relaxauit Declaratoriam.

Primum quo fuit declaratum Canonicis, & Beneficiatis d. Ecclesiæ S. Ioannis deberi portiones integras panis & vini.

Secundum quo mand. ne Dignitates possint percipere duas portiones panis, & vini, ac victualium.

Tertium quo cauetur portiones Canonicorum, & Beneficiatorum absentium esse applican. fabricæ Ecclesiæ iuxta præscriptum eiusdem Conc. Vnde Dignitates quæ petunt absolutionem à dicta Declaratoria, tenentur docere de paritione, quoad omnia prædicta tria capita, adeout paritio solum respectu vnius non suffragetur ad effectum obtinen. indistinctè absolutionem, quia cum versemur in vnica excommunicatione relaxata ab eodem Iudice ex tribus causis non debet concedi absolu-

1 tio, nisi doceatur de paritione quoad omnes causas, ob quas eadem excommunicatio emanauit, *glos. in cap. cum pro causa 27. in verb. tamquā excommunicatum circa finem, vers. ego credo de sent. excomm. & ibidem Abb. num. 5. vers. aut vnica fuit excommunicatio, iuncto vers. 2. membro principali, Henric. Bich. num. 1. in fin. vers. si propter plures causas, Innoc. num. 2. vers. non autem latè Couarrun. in cap. alma mater §. 11. distinct. 3. versic. prima conclusio eodem tit. de sent. excomm.* de qua tamen paritione dd. Dignitatis adhuc non docuerunt.

Non quidem quoad primum, quo cauetur Canonicis, & Beneficiatis Ecclesiæ S. Ioannis deberi integras portiones panis, & vini, quia vt fuit dictum in prima decisione in §. *non obstat vnicum obiectum*, licet non præcesserit liquidatio quantitatis, in qua huiusmodi portiones panis, & vini essent præstandæ, nihilominus cum Dignitates fuerint iam condemnatæ ad illarum integram præstationem, & sic debitū ipsarum sit certum in genere, tenebantur ad euitandam contumaciam comparere coram

2 A. C. & offerre aliquam panis, & vini quantitatem quamuis modicam, cum obligatione soluen. residuum facta liquidatione certę quātitatis, *iuxta doctr. Ang. in l. 4. §. ait prætor, ff. de re iudic. quam Rota sequuta fuit in Dertusen. Decimarum coram Lugdunen. impress. post Marches. de comm. par. 1. fol. 675. num. 2.*

Neque hodie dicta contumacia visa fuit purgari ex obligatione facta in actis nomine dd. Dignitatum à D. Frigola vti earum Procuratore de soluen. totum id, quod esset liquidatum cum deposito vnius iulij sub obligatione soluen. residuum facta liquidatione. Quia huiusmodi portiones panis, & vini præstari debent non solum Canonicis, sed etiam Beneficiatis, vt liquet ex lectura dicti decreti, & nihilominus d. oblatio facta fuit solum fauore Archipresbyteri, & Canonicorum nulla facta mentione Beneficiatorum, quorum dictus D. Frigola, nec etiam mentionem facere potuit ex defectu mandati, cum illud factum in eius personam à Dignitatibus sit restrictū ad approbandum, & ratificandum prædictum depositum vnius iulij cum obligatione soluen. panis, & vini Archipresbytero, & Canonicis, Vnde quoad ipsos Beneficiatos Dignitates

tates non possunt excusari à contumacia, quæ
3 operatur † vt cẽsuræ contra eas relaxatæ sustineãtur donec quoad dd. Beneficiatos doceatur etiam de paritione, *Marian. Socc. in c. nulli 8. n. 7. de sent. excommun. Abb. in cap. 1. num. 10. de iudic. Cassad. decis. 5. num. 7. de constit. Rota decis. 254. n. 5. par. 6. recent. & sæpè in alijs*.

Præterea d. oblatio prætextu non factæ liquidationis nõ visa fuit releuare nã quidquid fit. An portio antiqua, quæ (vt admittebant etiam Informantes pro Dignitatibus) consistebat in vna libra cum dimidia panis, & in vna iusta vini, fuerit immutata, nec ne, in maiorem panis quantitatem librarum, videlicet duarum cum dimidia panis ad rationem vnciarum 24. pro qualibet libra, & in minorem quantitatem vini in solis diebus Quadragesimalibus, exceptis diebus Dominicis vsque ad Feriam quintam in Cœna Domini (circa quam immutationem DD. non fuerunt concordes) nihilominus cum ex propria confessione dd. Dignitatum appareat dd. portiones panis, & vini iuxta modernum statum esse liquidas in dicta quantitate duarum librarum cum dimidia panis, & certæ mensuræ vini in diebus Quadragesimalibus deberet constare de paritione, saltem quoad hanc quantitatem, nec potest excusari earum contumacia, prætextu non factæ liquidationis, ac verbalis ob-
4 lationis. Nam vbi res, quæ † præstari debet, est certa in aliqua quantitate ex confessione eiusdem partis, exceptio liquidationis non excusat à contumacia, vt in terminis Declaratoriæ dixit *Rota coram bo: me: Coccino in Cæsaraugustana Distributionis 21. Ianuarij 1630. in §. quantum tamen ad distributiones, vers. secunda fuit limitatio*.

Quo verò ad secundum Decretum, quo cauetur Dignitates non posse percipere duas portiones panis & vini, ac victualium, adhuc non constat de sufficienti paritione, quia cum illud consistat in negatiua percipien. duplicatas portiones panis, & vini, ac victualium, Dignitates non dicuntur paruisse dicto decreto nisi doceant post huiusmodi Decretum se abstinuisse à perceptione dd. portionum duplicatarum, & nisi prius restituant huiusmodi portiones, saltem post idem Decretum perceptas.

Quo denique ad tertium decretum, quo fuit dictum portiones Canonicorum, & Beneficiatorum absentium esse applican. fabricæ Ecclesiæ, nulla quoque ostenditur paritio, cumque illud consistat in facto affirmatiuo applicandi, scilicet portiones absentium fabricæ ipsius Ecclesiæ Dignitates debent docere de vera, ac reali illarum applicatione, saltem pro ea quantitate quæ est liquida ex earum confessione, nec quoad portiones præteritas possunt se tueri sola oblatione verbali illas applican. quia vbi facto opus est, verba
5 non † sufficiunt, sed requiritur vera, & positiua paritio, vt in similibus terminis ad effectum obtinen. absolutionem, dixit *Rota in Calaguritana de Brantawilla 9. Iunij 1603. coram bo: me: Card. Sacrato, & in Regien. Cappellania 1. Iulij 1610. coram bo: me: Pirouano, & in Arboren. Canonicatus 24. Iunij 1633. coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ est decis. 173. num. 11. & 12. par. 6. recent. & in Cæsaraugustana de Caspe 5. Decembris 1639. coram R. P. D. meo Ghisilerio in §. nõ obstat, quod Beneficiati, & in Pampilonen. electionis Canonicorum 11. Maij anni præteriti coram me in §. non obstat quod Michael*.

Nec prædictis obstat, quod A.C. post dictã declarationem decreuerit sequestrum, cuius vigore sequestratarius de mense Aprilis 1639 locauit bona, & redditus dictæ Ecclesiæ; Vnde inferebatur Dignitates non percipere portiones absentium, nec proinde illas fabricæ applicare potuisse, quia vltra quod respectu portionũ, quæ non fuerunt applicatæ ante d. sequestrum, decretũ obtentum nõ applicatur fuit animaduersum quod Instrumentum dictæ locationis non comprehendit omnia bona, & redditus Ecclesiæ, quodque illud continet plura pacta, & conditiones appositas ad instantiam, & fauorem Dignitatum, adeout locatio nomine quidem à sequestratario, sed reipsa ab eisdem Dignitatibus cum pactis beneuisis facta videatur. Vnde perinde habetur ac si illa non facta fuissent, vt in simili ad ef-
6 fectum detegen. inobedientiam, ponderauit *Rota in d. Cæsaraugustana de Caspe 16. Martij 1640 cor. D. meo Ghisilerio in §. quia cum quæstuarius*. Et in omnem euentum cum dictum sequestrũ fuerit appositum propter contumaciam ipsarum Dignitatum recusantium obedire dictis Decretis, illud non debet eisdem suffragari pro iusto impedimento ad effectum eas excusandi, sed tenentur curare, vt idem sequestrũ præuia debita obedientia remoueatur, cum
7 non excusetur † ab impedimento, qui illud amouere potest *Rota d. decis. 172. num. 14. par. 6. recent. & in dicta Pampelonen. electionis Canonicorum corã me in §. non obstat, quod reassumptio, & post Post. de manut. decis. 263. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

TIBVRTINA ADMINISTRATIONIS, SEV REDDITIONIS RATIONIS.

Luna 9. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Administrator tenetur reddere rationem de administratis, & ex quibus iustificetur effectus ad ipsius manus deuenisse.

SVMMARIVM.

1 *Liber à priuato confectus probat, & contra ipsum scribentem, & illius hæredem.*
2 *Recepta probat contra illum, qui eam confecit, & eius hæredem.*
3 *Partita extracta parte citata ex libro Depositarij officij Caualeratus Lauretani sufficienter probant.*
4 *Liber publicus mercatorum concurrentibus adminiculis probat etiam pro tertio contra tertium.*
5 *Valor monetæ tamquam notorius probatione non eget.*
6 *Fides simplex si sit verisimilis, & pluribus adminiculis*

culis roborata sufficienter probat.
7 *Persona sanguine coniuncta præsumitur de facto coniuncti informata.*
8 *Relationi peritorum iudicialiter electorum standum est, & num. 11.*
9 *Ab æstimatione peritorum quando quis non appellat censetur illi acquieuisse.*
10 *Administrator tenetur reddere rationem redditnum, & fructuum quos ex bonis administratis percepit, aut percipere neglexit.*
12 *Liquidatio fructuum tamquam difficilis probationis etiam à solito fieri debet.*

DECISIO CCXXXI.

QVONDAM Io: Baptista Britius administrauit ab anno 1625. vsque ad annum 1632. bona, & introitus q. Antonij Lentuli, quo defuncto D. Lentulus eius frater, & hæres egit coram A. C. contra D. Felicem Britiam filiam, & hæredem d. q. Io:Baptistæ pro redditione rationis d. administrationis, ad quē effectum fuit de consensu partium iudicialiter electus in peritum, & calculatorem D. Hieronymus Ginus, qui partibus auditis tàm super partitis descriptis in libro rationum d. administrationis pro parte d. Felicis in actis productō, quam super alijs omissis retulit creditum Lentuli iuxta partitas in dicto libro descriptas ascendere ad sc. 3077. 30. debitum verò ad sc. 2964. 70. Et successiuè calculando ad creditū eiusdem Lentuli partitas omissas, ac detrahendo ex debito nonnullas partitas vti indebitè descriptas, declarauit eumdem Lentulum remanere creditorem in sc.1057.65. qua tamen relatione non attenta A. C. protulit sententiam, per quam condemnauit d. Felicem solum in sc.256. A qua sententia vtraque pars appellauit, & causa mihi commissa, dubitaui pro nunc. An constaret de credito Lentuli, & pro qua summa, & Domini de illo constare dixerunt pro infrascripta summa.

Primo scilicet in sc.3067. b.30. conflatis ex pluribus partitis descriptis ad creditum ipsius Lentuli ab eodem Britio Administratore in dicto suo libro, † qui licet confectus à priuato, probat non solum contra ipsum scribentem, sed etiam contra Felicem illius hæredem *l. Publia* 16. *§. fin. depos. Specul. in 2. par. tit. de instrum. edit. §. 7. nunc dicendum num. 5. vers. nisi contra eum, Ias. in l. admonendi 31. num. 110. in fine, vers. primo casu, ff. de iur. iur. Crauet. de antiq. temp. par. 17. viso de verb. enunciat. num. 2. vers. pnto quod sit, Gemin. cons. 9. num. 2. Alex. cons. 84. num. 1. lib. 7. Rota Ian. decis. 16. num. 2. & decis. 195. num. 1. vers. & quia ex libro, Abb. cons. 286. num. 4. Surd. consil. 439. num. 20. lib. 4. Rota decis. 195. num. 6. & 7. par. 6. recent.*

Secundo in sc.423. 40. conflat. ex alijs partitis non descriptis in eodem libro, quas dixerunt Domini esse ponendas pariter ad creditum eiusdem Lentuli, quarum

Prima est scut. 35. quæ Io:Baptista Administrator exegit in duabus vicibus de anno 1630. & 1631. ab Eusebio Tarascono debitore M. Antonij ex causa pensionis, seu affictus vtrius horti Collis nuncupati, vt constat ex recepta eiusdem Io: Baptistæ in actis productæ
2 quæ contra ipsum, & illius hæredem sufficienter probat *l. scripturas* 11. *C. qui pot. in pign. hab. Boer. decis. 333. num. 9. vers. & in hac causa, Durant decis. 852. num. 2. & decis. 368. num. 4. Gregor. XV. decis. 328. num. 2. Buratt. decis. 750. num. 2.*

Altera est scut. 44. auri stamparum, & sc.4. monetæ ascenden. ad sc.63. b.40. monetæ, quæ idem Io: Baptista pariter exegit de annis 1625. & 1626. ex causa fructuum 14. mensiū vnius Officij Caualeratus Lauretani expectaū ad ipsum M. Antonium, vt constat ex partitis extractis parte citata ex libro Depositarij
3 dd. officiorum, quæ † sufficienter probant *Bart. in l. quadam* 9. *§. numnlarios num. 4. ff. de eden. Seraph. decis. 1088. num. 4. Buratt. decis. 133. num. 6. Rota decis. 10. num. 3. par. 7. recent.*

Tertia est sc.106. monetæ pro residuo pretij eiusdem officij Lauretani. Siquidem Io: Baptista de anno 1627. vendidit dictum officium pretio sc.560. auri stamparum, vt constat ex partita formiter extracta è publico li-
4 bro † mercatorum, qui liber probat etiam pro tertio contra tertium concurrentibus adminiculis, *Rota diuersor. decis. 375. num. 2. par. 1. Mant. decis. 144. num. 2. vers. sed agitur solum, Gregor. decis. 302. num. 6. Add. ad Buratt. decis. 119. num. 10. & 11.*

Quæ scuta 560. auri stamparum calculata ad rationem iuliorum 13. cum dimidio iuxta valorem scuti aurei tunc temporis currētem constituunt summam scut. 756. monetæ, vt patet calculanti, & nihilominus d. Io:Baptista fecit creditorem M. Antonium in d. suo libro ex causa d. pretij solum in sc.650. monetæ, sicque omisit alia scuta 806. pro complemento d. summæ scut. 756. eiusdem monetæ.

Quod autem scutum aureum tunc esset valoris iuliorum 13. cum dimidio probatur ex fide mercatorum, quæ in proposito
5 satis probat, cum prædictus valor † tamquam notorius non egeat probatione, *glos. in Clem. appellanti, in verb. alias causas de appell. Surd. consil. 311. num. 37. & seqq. lib. 3. Gratian. discept. 525. num. 9.*

Quarta est scut. 83. monetæ, quæ D. Lucillus Petruccius Canonicus Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata soluit de mense Decembris anni 1628. eidem Io: Baptistæ vti debita ipsi M. Antonio, quæ partita licet non iustificetur cū recepta, aut quietantia eiusdem Io: Baptistæ tunc, vt dicitur, morbo detenti, nihilominus visa fuit iustificari ex fide q. Cap. Lucæ de Paulis super huiusmodi solutione facta d. Io.
6 Baptistæ expressè deponentis, quæ fides† licet extraiudicialis cum sit verisimilis, & pluribus adminiculis roborata sufficienter probat *Farinac. de testibus qu. 64. num. 45. Rota decis. 122. nu. 7. par. 1. recent. & decis. 323. num. 2. post 2. lib. Farin. Add. ad Greg. XV. decis. 204. litt. B. vers. si tamen fides, & fuit dictum in Aprutina Beneficiorum 1. Iunij præteriti coram R.P.D. meo Panzirolo.*

Adminicula autem desumuntur, primo ex qualitate personæ eiusdem Capitanei Lucæ, qui fuit vir optimæ conditionis, & famæ, omnique

niique exceptione maior, & consanguineus
eiusdem Io: Baptistæ, secundo ex obitu eius-
dem Cap. Lucæ, cui propterea maior videtur
adhibenda fides, tertio ex attestatione iurata
eiusdem D. Lucilli debitoris asseren. se dictam
summam sc. 83. soluisse ad computum pen-
sionis alias reseruatæ super fructibus sui Ca-
nonicatus ad fauorem ipsius M. Antonii, qui
D. Lucillus licet agat de se exonerando, nihi-
lominus tamquam Sacerdos, & Canonicus
Insignis Ecclesiæ Vrbis, ac vir probatæ fidei,
non leue facit adminiculum. Præsertim cum
dictus M. Antonius constituerit Procurato-
rem d. Io: Baptistam specialiter ad exigendam
hanc pensionem à d. D. Lucillo, & iste post
d. solutionem scutor. 83. non fuerit amplius
molestatus pro eadem summa debita ad com-
putum pensionis tunc decursæ, ac vterq; scili-
cet tam Cap. Lucas, quàm ipse D. Lucillus
expresserit etiam causam, in quam dd. sc. 83.
fuerint postea erogata, scilicet in extinctionē
cuiusdam debiti, quo idem M. Antonius erat
grauatus pro rata ad fauorem DD. de Ginet-
tis, prout reuera idem debitum apparet extin-
ctum.

Quibus accedit relatio cum Instrumento
in actis dato eiusdem Periti à partibus com-
muniter electi, qui retulit hanc partitam sc. 83.
esse ponendam ad creditum Lentuli, ex eo
quod D. Lucillus illam soluit ipsi Io: Baptistæ
ex causa d. pensionis subdens eamdem parti-
tam fuisse quoque admissam ab eadem Felice
ibi., *e questa partita è anco menata buona dalla Sig. Felice Britia, e non è notata nel libro del d. q. Britij*,
quæ admissio, & probatio habet vim confes-
sionis, eaque maximum præbet adminiculū,
7 cum sit emanata à persona, quæ † propter
sanguinis coniunctionem præsumitur de ve-
ritate huius facti informata, *l. de tutela 7. C. de integr. restit. l. octaui 9. in fin. ff. vnd. cognat. Corn. cons. 85. num. 12. lib. 3. Ancharan. cons. 170. num. 5. cum alijs relatis à Mascard. de probat. concl. 1293. num. 9.*

Quinta est sc. 127. pro fructibus trium rubro-
rum terræ aratiuæ, & octo arborum oliuarū
in eis existen. iuxta æstimationem factam à
Peritis publicis Ciuitatis Tiburtinæ iudiciali-
ter etiam electis, qui æstimarunt fructus dd.
terrarum ad rationem scut. 5. 30. pro quolibet
rubro, & anno, quæ calculata spatio octo an-
norum, quibus Io: Baptista administrationē
exercuit constitū d. summam sc. 127. quorū
8 Peritorum † iudicialiter electorum relationi
standum est, *Gratian. discept. 600. num. 22. & 26. Rota decis. 623. num. 7. par. 1. & decis. 272. num. 24. par. 5. recent. Seraph. decis. 665. num. 7.*

Nec dicatur, quod prædicti Periti, seù Ad-
ministratores fuerint recusati vti suspecti ab
ipsa Felice. Quia vltra quod illi tamquam
æstimatores publici, & deputati ad æstiman-
dam à Communitate eiusdem Ciuitatis, vbi
alij non inueniuntur, non videbantur posse
sine causa allegari suspecti. Cumque Felix
9 non appellauerit ab illorum æstimatione † cen-
setur illi acquieuisse, *l. non distinguemus 33. §. cum quidam, ff. de recept. arbit. cap. Iudex, §. post recusationem de off. & potest. Iud. deleg. in 6. Innoc. in cap. cum speciali 61. sub num. 5. vers. & si non appellauerit de appellat. Speculat. par. 1. in tit. de recusat. §. qualiter num. 9. vers. quod si non appellauerit.*

Minùs obstat, quod non probetur Ioannem
Baptistam locasse dd. terras, fructusque illarū
exegisse, quia cum ipse fuerit constitutus Pro-
curator, & Administrator generalis ab ipso
M. Antonio ad locandum quæcumqoe bona
stabilia, & fructus illorum exigen. dictumque
mandatum acceptauerit, & illius vigore alia
bona locauerit, illorumque fructus exegerit,
censetur illud acceptasse etiam respectu istarū
terrarum, & solitos fructus illarum exegisse,
nisi exaduerso probetur ipsum Io: Baptistam
illas absque sui culpa, & negligentia non lo-
casse, nec fructus illarum exigere potuisse,
10 cum Administrator † teneatur reddere ratio-
nem redditauum, & fructuum, quos ex bonis
administratis percepit, aut percipere neglexit,
l. 1. §. ex officio, ff. de tutel. & ration. distrah. Ang. de Perus. cons. 175. in fine, Anchar. cons. 316. num. 3. vers. 2. contra ipsam, Alex. cons. 74. num. 3. vers. igitur de omnibus prædictis lib. 7. Soccin. sen. cons. 46. num. 1. vol. 1. & cons. 159. nu. 3. vol. 2. Grat. cons. 27. num. 7. lib. 1. cum aliis cumulatis per Verall. decis. 157. num. 4. par. 2.

In præsenti autem tantum abest, quod ex-
aduerso probetur dictū Io: Baptistam non per-
cepisse, neque absque sui culpa omisisse perci-
pere fructus dd. terrarum spatio dd. octo an-
rum, quinimmò contrarium elicitur ex fide
laboratorum illarum asseren. dd. terras fuisse
d. tempore satas, fructusq; illarum consisten.
in frumentis, & hordeo fuisse ab eodem Io:
Baptista perceptos.

Pro quarum omnium partitarum compro-
batione, accedit, quod illæ fuerunt descriptæ
ad creditum d. Lentuli ab eodem Perito per
vtramque partē iudicialiter electo, a cuius re-
11 latione cum Felix non appellauerit † intra
decem dies, prout appellare potuit, censetur
illi acquieuisse, adeout illam amplius impu-
gnare non valeat, vt in terminis fuit dictum
in Romana Viridarij 1. Iulij 1622. coram bon. mem. Vbaldo, & in Foroliuien. bonorum 10. Iunij 1611. coram Reuerendiss. D. nco Merlino.

Sexta denique dicebatur esse sc. 60. & b. 80.
pro fructibus sex annorum vineæ, quos idem
Io: Baptista omisit describere in dicto libro.
Nam licet ipse administrauerit dictam vineā,
prout alia bona, spatio octo annorum, nihi-
lominus posuit ad creditum M. Antonij fru-
ctus illius solum pro primis duobus annis
1625. & 1626. in quantitate sc. 22. & b. 50. ad
rationem sc. 11. & b. 25. pro quolibet anno,
nulla tamen facta mentione, aut reddita ratio-
ne fructuū pro reliquis sex annis subsequen.
Vnde inferebatur dd. fructùs esse liquidandos
in prædicta quantitate sc. 11. & b. 25. pro quo-
libet anno, arguendo à solito fructuum, qui
iuxta consuetudinem illarum partium perci-
12 pi consueuerunt eum liquidatio † fructuum
tamquam difficilis probationis etiam à so-
lito fieri dicatur, *iux. doctr. Bald. in l. si fundum 7. num. 7. C. de rei vind. & in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit.*

& lit.expens. & cons.323.num.5.lib.2. Natt.consil. 510. num.4. & seqq.lib.4. Surd.cons.298.num.31. Cavaler.decis.17.num.1.& decis.536.num.2.& fuit dictum in Vicen.portionum sub die 18.Martij 1639. coram me.

Verùm quia pro parte Felicis dicebatur, quod ex attestatione Perlti de consensu partium electi constabat, quod ex dicta vinea in dd. sex annis paulò plus fuerit recollectum, quã impensum, a deout nonnisi scuta decem pro toto dicto tempore esseut ponẽda ad creditum ipsius Lentuli; Ideo Domini quoad hanc partitam non fuerũt concordes, nisi pro dicta summa sc. decem exaduersò non controuersorum, donec Lentulus melius iustificet suam intentionem.

Nec prædictis visæ fuerunt obstare partitæ, quæ pro parte Felicis dicebantur esse ponen. ad debitum d. Lentuli, quia illarum discussio non est præsentis inspectionis, quæ pro faciliori causę discussione fuit restricta ad partitas ponendas ad creditum d. Lentuli. Quapropter dixerunt Domini illas esse discutiendas in alia disputatione.

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA VNIONIS.

Luna 13. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Beneficia curata veniunt quorumcumque beneficiorum appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Vnio probatur ex litteris in authentica forma productis.*
2 *Vnio dicitur auctoritate Apostolica facta, quando fuit facta cum facultate alteri concessa per ipsum Papam.*
3 *Beneficiorum appellatione in materia stricta non ueniunt beneficia curata.*
4 *Beneficia curata veniunt beneficiorum appellatione, quando adsunt illa uerba, quæcumque alia beneficia.*
5 *Beneficij appellatione largè sumpto uocabulo, seu in generali significatione veniunt omnia beneficia etiã curata, & dignitates.*
6 *Beneficium est genus,& sic omnes species illius comprehendit.*
7 *Dictio*, quæcumque, *est uniuersalis, & prolata post enumerationem specierum omnia comprehendit.*
8 *Verba*, Beneficia quæcumque, *comprehendunt etiam beneficia curata, & dignitates.*
9 *Dictio*, alia, *est repetitiua similium si tamen sit iuncta dictioni*, quæcumque, *detegit uniuersalitatem.*
10 *Beneficia curata, & dignitates ueniunt in facultate dispensandi ad beneficia, & prestimonia, & quæcumque alia beneficia.*
11 *Verba quando sunt geminata,ac uniuersalissima nullam recipiunt restrictionem, aut limitationem.*
12 *Gratia Principis uti fauorabilis amplam recipit interpretationem.*
13 *Beneficiorum appellatione ueniunt curata, & dignitates, quando sumus in gratia Principis.*
14 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
15 *Concilium Trident. sess.7. cap.6. qua requirat pro ualida unione, & de qua unione loquatur,n.18.*
16 *Constitutiones Pontificia limitata ad alicuius facultates non comprehendunt alia non expressa.*
17 *Posteriora derogant prioribus.*
19 *Vnio æque principaliter facta nil aliud operatur,nisi quod unus sit Rector utriusque beneficij, utrumque autem beneficium stet de per se.*
20 *Vnio in dubio præsumitur facta æqueprincipaliter.*
21 *Proœmium causam finalem ostendit.*
22 *Citationis defectum supplet præsentia partis, uel procuratoris.*
23 *In eadem Ecclesia non repugnat, & adesse regulares, & seculares.*
24 *Contrarietas ut euitetur qualibet interpretatio sumi debet.*
25 *Obtenta ad cautelam non præiudicant.*
26 *Gesta ad maiorem firmitatem actus non debent immutare naturam præcedentis dispositionis.*
27 *Subreptio non causatur ex taciturnitate eorum qua non retraxissent Papam à gratia.*
28 *Clausula*, sine præiudicio, *intelligitur de alijs quam expressis.*

DECISIO DCXL.

SECVTA vacatione Priotatus S. Ioannis in Insula de Corbel de mense Aug. 1639. per obitum Eq. d'Alincourt,Magnus Mag.& Prior Franciæ eum contulerunt, ille Eq. Iacobo Verano,iste Eq. Ioanni de Hac. Verum quia Capitulum generale Religionis Hierosolymitanæ ad preces linguæ Franciæ vsque de anno 1631. vniuerat eumdem Prioratum cum dignitate Thesaurariæ generalis Francię, quamprimum per cessum,vel decessum d.Eq. d'Alincourt Vacaret. Ideò lingua Franciæ, ac Thesaurarius Generalis causam in Rota super validitate dictę vnionis mihi committi obtinuit, datoque dubio. An constaret de vnione valida, responsum fuit affirmatiuè.

1 Existentia siquidem † d. vnionis probatur ex litteris Capituli generalis in authentica forma productis *Aym. cons. 258. numer.11. p.2. Cas.de Grass.decis.127.num.8.Garz. de benef. p.12. cap.2.§.1.num.226.Add. ad Gregor.XV. decis.196. sub num.3. uers. quando igitur, Buratt.decis.134.& decis.734.& decis.870. utrobique num.1.*

Validitas autem eiusdem vnionis non valet controuerti, cum facultas vniendi concessa Capitulo generali probetur ex Constitutionibus Pij IV.Gregorij XIV. & Clem.VIII. super huiusmodi facultate vniendi emanatis,
2 quæ † operantur vt d. vnio auctoritate ipsa Apostolica facta dicatur, *cap. si eum 9. ibi, sed nostra intelligitur auctoritate receptus de preben.in 6. cap. si Apostolica 22. uers. certum est eod. tit. Felin. in cap. cum accessissent 8. num.4. & 9. & ibid.Doc. nu. 13. de Constit.* & in terminis Constitutionis, seu confirmationis emanatę super stabilimentis Religionis Hierosolymitanæ, *Rota dec.219. num.7. & decis.293.num.3. & 9. par.7.recen.*

Non

Non obstant Testes ex aduerso examinati
ad probandum, quod iste Prioratus sit Con-
uentualis, habeatque annexam curam anima-
rum, & vsum baculi, & mitræ, aliasque quali-
tates, & prærogatiuas. Vnde inferebatur vnio-
nem eiusdem Prioratus fuisse nullam ex defe-
ctu potestatis Capituli generalis, quæ non vi-
detur comprehendere Prioratus habentes an-
nexam curam animarum, & alias speciales
3 qualitates. Quia licet appellatione † Benefi-
ciorum in materia stricta, seu ambitiosa non
veniant Beneficia curata, aut dignitates, *c. fin.
de præben. cap. cum in illis 16. de præben. in 6. Bo-
nifac. de Vitalin. super Clem. 1. num. 39. de sequestr.
possess. & fruct. Abb. in cap. postulasti 27. numer. 2.
uers. tamen ubi materia est stricta de rescript. Staphil.
de litt. grat. tit. de mod. & form. impetr. nu. 1. Gonz.
ad reg. 8. glos. 6. num. 22. & seqq. Garz. de benef. p. 1.
cap. 6. n. 99. & seqq.* Nihilominus fuit animad-
uersum facultatem vniendi concessam Capi-
tulo generali vigore dd. Constitutionũ ema-
nasse per viam legis Vniuersalis, eamq; com-
prehendere Prioratus, Baiuliuatus, Commen-
das, & quæcumque alia Beneficia eiusdem
Religionis cuiuscumque qualitatis existentia,
prout expresse legitur in Cõstitutione Pij IV.
declarata, & confirmata per Gregorium XIV.
ac etiam per Clementem Octauum, quæ
4 verba (quæcumque alia † eiusdem Hospita-
lis Beneficia) visa fuerunt comprehendere
etiam Beneficia habentia curam animarum,
aut alias qualitates, quia nedum appellatione
5 beneficij † largè sũpto vocabulo, seu in gene-
rali significatione veniunt omnia Beneficia
etiam curata, & dignitates, *glos. in cap. 3. in verb.
beneficium, verb. sumitur autem de regul. iur. in 6.
Innoc. in cap. fin. num. 1. de præb. Dec. in rubr. de
rescript. num. 13. Abb. in d. cap. postulasti 27. num. 2.
vers. sed dic melius de rescript. cum alijs cumulatis à
Garz. de benef. d. par. 1. cap. 6. num. 37.* Et quidem
non impropriè, sed ex propria significatione
6 verbi, cum Beneficium † sit genus, & sic om-
nes species illius comprehendat, prout aduer-
tunt *Dec. in d. Rubr. de rescript. num. 12. vers. sed
aduertendum est, Staphil. de litt. grat. d. tit. de mod. &
form. impetr. num. 2. vers. Tum etiam quia de propria
significatione, Garz. de benef. d. par. 1. cap. 6. num. 38.
Attento maximè statuto eiusdem Religionis 16. de
verb. signif.* Vbi cauetur appellatione Beneficij
venire Beneficium curatum, vel sine cura.
7 Verum etiam virtute illius dictionis † (qua-
cunque) quæ vti vniuersalis, ac prolata post
enumerationem specierum omnia compre-
hendit, *glos. in Clem. 1. in verb. quibuscunque de Iu-
dic. Felin. in cap. sedes 17. sub numer. 5. vers. secunda
declaratio, & vers. quarta declaratio de rescript. Bar-
bat. cons. 18. num. 23. in fine, vers. præterea aduerten-
dum est, & seqq. lib. 4. Alex. cons. 30. num. 15. vers. ta-
men secus si fuerit adiectum lib. 5. Decian. cons. 41.
num. 48. Rolan. cons. 27. num. 15. lib. 4. Tiraquel. qui
plures congerit de retract. §. 1. glos. 7. num. 2. & seqq.
Mandos. super reg. Cancell. reg. 17. q. 8. num. 2. Gomes.
super regul. regul. de trien. q. 2. num. 3. vers. tamen
istis non obstan. Gratian. discept. 82. num. 32. Seraph.
8 decis. 980. num. 8.* & in terminis, † quod verba
(Beneficia quæcunque) comprehendant etiã
beneficia curata, & dignitates, *Rota decis. 2. ante
fin. vers. si verò dispensat, de fil. presb. in nou. & ibid.
in addit. num. 11. & seqq. Gomes. in d. reg. de trienn.
q. 2. num. 4. Crescen. decis. 1. num. 5. de priuil.* Quæ
conclusio procedit etiamsi cum dictione (quę-
9 cunque) sit iuncta dictio, *alia*, quæ solet † esse
repetitiua similium, quia nihilominus adhuc
designat vniuersalitatem, & includit maiora
expressis, *Rolan. d. cons. 27. num. 18. lib. 4. Gomes. in
d. reg. de trien. q. 2. num. 5. vers. tandem istis non ob-
stan. Mandos. super reg. Cancell. reg. 12. q. 6. numer. 8.*
& in similibus terminis, quod concessa facul-
10 tate dispensandi ad beneficia, & præstimonia,
& quæcunque alia Beneficia veniant etiam
beneficia curata, & dignitates, *Gomes. in d. reg.
de trien. q. 2. nu. 4. vers. & ista decisio procedit, Gonz.
ad reg. 8. glos. 3. num. 45. & seqq. Garz. de benef. p. 1.
cap. 5. num. 101. Cresc. d. decis. 1. num. 3. vers. in con-
trariam tamen partem de priuil.* Attentis præser-
tim alijs verbis subsequentibus (cuiuscunque
11 qualitatis existentia) quæ vti † geminata, &
vniuersalissima nullã recipiunt restrictionem,
aut limitationem, sed comprehendunt ea, quę
alias sub simplici dispositione non venirent.
*Glos. in Clem. 1. in verb. quodcunque beneficium de
vit. & honest. Cleric. Mandel. Alb. cons. 322. num. 31.
Rolan. d. cons. 27. num. 14. lib. 4. Gomez. in d. reg. de
trien. q. 2. numer. 3. vers. quod verbum de sui natura,
Mandos. in d. reg. 17. q. 8. num. 2. vers. & tantæ est po-
tentiæ, Seraph. dec. 329. num 7. Cresc. d. decis. 1. nu. 5.
vers. & quia secundum vnum ex Dominis de priuil.*
quæ in specie loquitur de beneficijs cum ver-
bis cuiuscunque qualitatis.

Quæ facilius procedunt, tùm quia versa-
mur in facultate vniendi à Summis Pontifici-
bus concessa, & sic in gratia Principis, quæ
12 cum sit fauorabilis, amplam recipit interprę-
tationem, quo casu appellatione beneficiorũ
13 veniunt etiam curata, & dignitates, *Franc. in
d. cap. cum in illis 16. sub num. 5. vers. secundo vero
casu sub vers. imo dicebat de præben. in 6. Bonifac.
Vitalin. in d. Clem. 1. num. 39. vers. fallit si proferatur
de sequestr. possess. & Staphil. de lit. grat. d. tit. de
mod. & form. impetr. nu. 2. vers. quod fundatur, Gonz.
ad reg. 8. d. glos. 6. num. 22. vers. secus tamen, Garz.
de benef. d. par. 1. cap. 6. nu. 42. Crescen. d. decis. 1. n. 5.
vers. aliqui vero moti fuerunt.* Tum etiam quia
in prædictis Constitutionibus emanatis per
viam legis vniuersalis super concessione, seu
confirmatione d. facultatis vniendi plures alij
casus fuerunt excepti, non tamen exceptis
Prioratibus habentibus annexam curam ani-
marum, aut alias prædictas qualitates. Vnde
clarius apparet eos fuisse comprehensos, cum
14 exceptio † firmet regulam in casibus expres-
sè non exceptuatis, *l. nam quod liquido 4. §. fin.
ff. de pœn. leg. cum alijs per Surd. cons. 430. num. 7. &
decis. 185. num. 8. bon. mem. Coccin. decis. 157. n. 4.*

Non obstat, quod Priuilegia, & Indulta
concessa Religioni Hierosolymitanæ fuerint
redacta ad terminos Conc. Trid. per Consti-
tutionem Greg. XIII. registratam à Quarant.
in verb. Priuilegia Regularium fol. 541. Con-
15 cilium † autem Tridentinum sess. 7. c. 6. vers.
Illæ verò de reform. disponat quod vnio prę-
sumatur subreptitia, nisi probetur eam ex le-

Ttt giti-

gitimis, aut rationabilibus caussis, & vocatis
quorum interest, factam fuisse.

16 Quia vltra quod d. Constitutio Greg. XIII.
non reduxit ad formam Concilij omnia pri-
uilegia Religionis Hierosolymitanæ, sed ali-
qua dumtaxat concernentia Iurisdictionem
Ordinariorum quoad curam animarum, ad-
ministrationem Sacramentorum, Ius visitan-
di, & similia, vt liquet ex eius lectura, ac pro-
inde vti limitata ad certas facultates, & priui-
legia non debeat comprehendere facultatem
vniendi in eadem Constitutione non expres-
sam, *l. in agris 16. ff. de acqu. rer. dom. Dec. cons. 373.
num. 12. vers. sic ergo cum prohibitio, Franc. Becc.
cons. 181. num. 20. lib. 2. Ioseph. Ramon. cons 56. n. 12.
post med. vers. nam limitata, Rota decis. 93. num. 4.
& 5. par. 6. rec.* Præsertim quia post d. Consti-
tutionē emanarunt aliæ Constitutiones Sum-
morum Pontificum, scilicet Gregorij XIV.
& Clementis VIII. qui facultatem vniendi
sub amplissimis verbis, & clausulis concesse-
runt, seu confirmarunt, quæ Constitutiones
17 tamquam posteriores † derogarent præce-
denti Constitutioni Gregorij XIII. si quid in
ea quoad facultatem vniendi dispositum fuis-
set, *Rota decis. 205. num. 13. par. 6. recent.* Adhuc
si versaremur in terminis Conc. Triden. illius
dispositio non applicaretur vnioni, de qua
agitur. Primo, quia nos hodie non versamur
in vnione subiectiua, seu extinctiua tituli, in
18 quibus terminis videtur loqui † Concilium
d. sess. 7. cap. 6. de reform. sed in vnione æquè
principaliter facta, scilicet in vnione duarum
dignitatum Prioratus, & Thesaurariæ, qua-
rum neutra fuit extincta, seu alteri subie-
cta per dictam vnionem, sed ambæ remanse-
runt in suo esse sub regimine vnius capitis,
seu Titularis, adeout earum quælibet retinue-
rit sua Priuilegia, qualitates, & prærogatiuas
iuxta naturam, seu speciem talis vnionis æquè
19 principalis, quæ † nihil aliud operatur nisi
quod vnus sit Rector vtriusq; beneficij, vtrū-
que autem Beneficium conseruet sua iura,
priuilegia, & statuta, *glos. in cap. & temporis 48.
in verb. Vnire, vers. tertio modo possunt vniri ne sed.
vac. Rebuff. in prax. tit. de Vnion. num. 15. Azor. inst.
moral. lib. 6. cap. 28. 2. q. vers. tertius modus est, Gon-
zal. ad reg. 8. glos. 5. §. 7. numer. 29. Garz. de be-
nef. par. 12. cap. 2. numer. 37. Gratian. discept. 802.
num. 1. Caual. decis. 330. num. 1. vers. uisum fuit, &
fuit dictum in Abulen. Præstimony 12. Nouembris
1638. coram bon. mem. Buccabella in §. & probatio
huiusmodi, & in eadem 20. Iunij 1639. coram bon.
me. Coccino §. secundo quia hic non agitur.* Et vnio
20 in dubio præsumitur facta æquè principaliter
nisi contrarium probetur, *Rebuff. d. tit. de union.
benef. num. 20. Gonz. ad reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 134.
Caual. decis. 330. num. 1. & fuit dictum in d. Abulen.
Præstimony coram bo. me. Coccino.* Secundo quia
requisita in vnione ex dispositione Concil. d.
sess. 7. cap. 6. in proposito non deficiunt, quan-
doquidem respectu causæ apparet d. vnionem
fuisse factam pro conseruatione Prioratuum,
& Dignitatum, ac pro vtilitate publica, &
communi beneficio, vt expressè legitur in
procemio litterarum eiusdem vnionis, quod
21 causam finalem ostendit, *l. fin. & ibi Bart. n. 2.
& 3. ff. de hered. instit. Dec. cons. 10. num. 2. vers. &
ista late, Tiraquel. tract. cessante causa limit. 1. n. 64.
& seqq. Gomes. in reg. de annal. q. 1. & seqq.* Respe-
ctu vocationis, quorum interest, scilicet Prio-
ris Franciæ, ad quem dicebatur spectare colla
tio huius Prioratus, illius defectus pariter ces-
sat, quia ex Iuribus datis in Summario liquet
d. Priorem constituisse specialem Procurato-
rem ad interessendum in d. Capitulo generali,
ac præstandum consensum omnibus actibus
in eo faciendis, dictumque Procuratorem in
eodem Capitulo interuenisse. Vnde non re-
quirebatur alia citatio cum regulariter præ-
22 sentia partis, † vel eius Procuratoris suppleat
defectum citationis, *Abb. & Vantius quos refert,
& sequitur Eugen. cons. 26. nu. 81. & cons. 36. n. 15.
& seqq. lib. 2.*

Minus obstat, quod hæc vnio non potuerit
fieri in præiudicium Iurispatronatus de anno
1224. à Regina Indeburgis erecti, quia ex lit-
teris patentibus eiusdem Reginæ, & ex alijs
documentis pro parte D. Hac exhibitis non
apparet hunc Prioratum fuisse fundatum à d.
Regina, sed solum illam de consensu Magni
Magistri Ordinis Hierosolymitani assignasse
nonnulla bona ad statuendos 13. Presbyteros
in d. Prioratu ad effectum celebrandi Missas
pro salute animæ Regis Philippi eius mariti.
Vnde ex fundatione aliquarum Missarum nō
potest inferri ad fundationem totius Priora-
tus, qui, vt apparet ex ijsdem litteris patenti-
bus longè ante d. fundationem spectabat ad
Religionem Hierosolymitanam, quæ quidem
fundatio Missarum in nihilo per d. vnionem,
fuit læsa, seu immutata, cum non repugnet
23 quin in eadem † Ecclesia vltra Priorem Mi-
litem sæcularem adesse possint quoque Pres-
byteri Regulares mensam, & fructus separa-
tos habentes, ac diuina officia celebrantes, vt
in Ecclesia Montis Regalis Iurisdictionem,
ponderauit *Rota coram bon. mem. Coccino dec. 157.
per tot. & signanter num. 10.* Et licet tresdecim
Presbyteri, qui antiquitus erant in ista Eccle-
sia iuxta legem fundationis fuerint reducti ad
tres, aut quatuor, qui hodie dicuntur extare,
hoc non contigit propter vnionem, sed forsan
propter tam longam annorum seriem, quæ
effluxit à tempore fundationis citra, per quod
tempus est satis verisimile, quod bona donata
à Regina passa fuerunt talem diminutionem,
vt his temporibus tresdecim Presbyteri ex illis
sustentari non possint.

Non obstant Testes examinati vigore Re-
missoriæ deponētes de d. Iurepatronatus, quia
eorum depositio debet intelligi de iure acqui-
sito à Regina propter donationem, quod est
restrictum ad fundationem Missarum, aliàs
conuincerentur de mendacio per dd. litteras
patentes, quæ nihil aliud continent, quam
vt statuantur 13. Presbyteri ad effectum cele-
brandi dd. Missas, & de iure omnis interpre-
24 tatio † sumi debet, vt euiterur contrarietas,
*cap. inter dilectos, §. cæterum de fid. Instr. Bart. in
l. fin. §. idem quæsitum, numer. 4. ff. de condit. indeb.
Crauet. cons. 70. num. 5. Menoch. cons. 2. num. 61. Surd.*

cons.

cons.230.num.28.Rota decis.15.num.10.& dec.250. num.15. par.6.recent.

Nec releuare visa fuit exceptio pretensę obreptionis opposita contra confirmationē eiusdem vnionis obtentam à Sanctiss. D.N. pręcipuè ex eo, quia non fuerunt narratę prędictę qualitates Prioratus. Tùm quia lingua Franciç, & Thesaurarius Generalis fundant suam intentionem principaliter in facultate vniendi, quę competit ipsi Capitulo Generali vigore dd. Constitutionum Apostolicarum, non
25 autem in d. confirmatione, † quæ cum potuerit obtineri ad cautelam non pręiudicat, *l.Testamentum 17. C. de testamen. Ruin. in l.Gallus, §. & quid in tantum in addit. sub num. 60. ff. de lib. & posth. Rota Bonon. apud Gypsium decis.150. n.34. & seq. Rota decis.212. num.12. par.6.* Ponderatis pręsertim verbis eiusdem confirmationis ibi. (Cupiant autem dicti Exponentes &c. quo maiorem vim obtineant &c.) quæ satis indicant intentionem impetrantium fuisse non recedere à primæua, ac valida facultate con-
26 cessa Capitulo Generali, nam quod † fit ad maiorem firmitatem actus, non debet immutare naturam pręcedentis dispositionis, vt in proposito dixit *Rota decis.320. sub num.47.par.6. rec.* Tum etiam quia versamur, vt supra dictum fuit, in vnione facta æquè principaliter, quæ cum non immutauerit naturam d. Prioratus vniti, neque extinxerit eius iura, qualitates, & priuilegia, illorum expressio verisimiliter non retraxisset Papam à confirmatione, neque illum difficiliorem reddidisset, & con-
27 sequenter eorum taciturnitas † non causauit subreptionem, *Dec. in cap. super litteris 20. n.4. de rescript. Ferret. cons.229.num.4. lib.2. Lancell. de attent. 2.p.cap.4.de attent.lit.pend.in prefat.nu.659. Lotter.de re benef.lib.2.q.54.num.9.Rota decis.270. num.30. post 2.vol.cons.Farinac. & decis.11.nu.16. par.6.recent.*

Demum non obstat, quod Capitulum generale in d.vnione reseruauerit Magno Priori Franciæ Iura ei competentia super isto Prioratu vnito per hæc verba: *Reseruando in questo caso, & in tutti l'altri tutti li dritti, che potrebbono appartenere al Gran Priore di Francia sopra d. Priorato di S. Gie: in Insola.* Vnde infertur Magno Priori fuisse reseruatam collationem Prioratus. Quia cum vnio eiusdem Prioratus cum Thesauraria debuisset effectum sortiri statim atque per cessum, vel decessum Equitis d'Alincourt tunc Prioris vacaret, reseruatio dictorum Iurium intelligitur de alijs non expressis, nō autem de collatione, quæ per vnio-
28 nem cessare debebat cum clausula † sine præiudicio, intelligatur de alijs, quam expressis, *Oldr.cons.330.in fin.Paris.cons.16.nu.30.lib.1.Monoch.cons.2. sub num.57.vers. responderi etiam, Gomes. in reg. de iur.quasit. non toll.q.1.sub numer.41. vers. secunda verò clausula, Gratian. discept. 795. num.8.Ciriac.contron.283. num.57. Mart. de claus. par.1.claus.158.num.3.Seraph.decis.756.n.2.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SVCCESSIONIS DE COMITIBVS.

Mercurij 15. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Ex dispositione *l.fœmina C.de secundis nuptijs*, in renunciatione facta ex causa ingressus, an requirantur solemnitates statutariæ, & quando stante generalitate renunciationis comprehendantur extranei.

SVMMARIVM.

1 *Ascendentes proximi vocantur ad defuncti ab intestato successionem pro virili vna cum fratre, aut sorore vtrinque coniunctis si talis defunctus obierit sine liberis.*

2 *Mater transeundo ad secunda vota non succedit filio seu Nepoti nisi quoad vsumfructum extantibus filijs ex primo matrimonio.*

3 *Mater succedit filio, seu nepoti prædefuncto ab intestato etiam quoad proprietatem si filij ex primo matrimonio non extent.*

4 *Ius prosequendi iniuriam æqualiter extinguitur per mortem ciuilem quæ fit per emissionem professionis sicuti per naturalem.*

5 *Dispositio* l. fœminæ C. de secundis nuptijs *procedit quoad successionem in bonis quæ à viro prædefuncto immediatè peruenerunt in filium, seu nepotem defunctum secus quoad successionem in bonis in quibus idem defunctus mediante persona patris, vel alterius acquisiuit.*

6 *Frater aut Soror defuncti ab intestato æqualiter vocatur ad illius successionem vna cum ascendentibus eiusdem defuncti.*

7 *Renunciatio ex causa ingressus quando sustineatur etiam sine solemnitatibus ex quo renuncians iam sit nouitius, & alia in hac materia num.8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

15 *Statutum Vrbis non comprehendit personas Ecclesiasticas quando in illo de huiusmodi personis non fit mentio.*

16 *Renunciatio quamuis amplissima ex quibus dicatur non comprehendere extraneos fusissimè tractatur cū pluribus adminiculis tàm pro illorum comprehensione, quàm exclusione respectiuè vsque ad nu.29.*

30 *Renunciatio realis perpetuo excludit renunciantem à bonis renunciatis omnibus modis quibus succedere posset.*

31 *Renunciatio in dubio præsumitur personalis non realis.*

32 *Renunciatio mixta reputatur quæ fit per abdicationem bonorum contemplatione certarum personarum.*

33 *Renunciatio realis quod non efficiatur ex causa ingressus etiamsi adsit stipulatio aquiliana cum pacto de non succedendo & num.34. 35.*

36 *Renunciatio ex causa ingressus etiamsi esset realis attamen talis desineret esse eo ipso quod nō extarent personæ ad quarum fauorem renunciatio fuit facta.*

37 *Renunciationis materia siue realis, siuè personalis plurimum pendet ex præsumpta mente contrahentium.*

DECISIO DCXLI.

DECESSIT Balthassar de Comitibus ab Intestato sine liberis, superstitibus D. Comitissa Cornelia Auia materna, ac D. Cleria Sorore germana Moniali professa in Monasterio S. Catherinæ de Senis. Quocirca orta controuersia inter d. Comitissam ex vna, ac RR. Moniales d. Monasterij Venientes ex persona d. Cleriæ ex alia super manutentione, vel immissione in bonis repertis in Vrbe in hæreditate d. Balthassaris Rota censuit sub die 28. Iunij anni preteriti D. Comitissæ dandam esse manutentionem in Domo Parionis, reseruato dubio super alijs bonis, super quibus reassumpta disputatione sub die 20. Nouemb. subsequentis demandatum fuit, vt videretur de bono iure, super quo posito hodie dubio, resolutum fuit constare de bono iure Comitissæ pro medietate, & pro alia medietate de bono iure Monialium.

Et quoad primam partem resolutionis moti fuerunt Domini ex dispositione *text. in §. si igitur defunctus vers. si vero cum Ascendētibus Auth. de hered. ab Intest. Venien. vnde sumpta est auth. defuncto C. ad Sen. Cons. Tertull.* Vbi cauetur quod si quis decedit ab Intestato sine liberis, Ascen-
1 dentes † proximi vocantur ad illius successionem pro virili vna cum fratre, aut Sorore vtrinque coniunctis, & sic deficientibus patre, & matre, Auus, vel Auia superstites tamquam ascendentes proximi non excluduntur à successione defuncti ob existentiam fratris, aut sororis, sed æqualitèr ad illam vocantur juxtà veram, ac magis receptam sententiam, quam tenent *glos. in d. §. si igitur defunctus verb. proximis in fin. vers. sed secundum primam auth. de hared. ab Intest. ven. & in d. auth. defuncto in eodem verb. proximis vers. vel dic secundum Ioannem C. ad Sen. Cons. Tertull. & ibidem Bart. num. 1. vers. alij dicunt contra,* vbi quod hæc opinio communitèr tenetur *Bald. num. 9. vers. dicas ergo,* vbi contrarijs respondet *Castr. num. 3. fin. vers. glos. tamen Salic. sub num. 3. vers. sed pone patrem non esse.* Vbi quod hæc est veritas *Bald. cons. 268. per tot. vol. 4.* Vbi quod hæc opinio communiter approbatur referens *Anton. de Butr.* dicentem quod ita audactèr est tenendum *Couar. in Epit. de success. ab Intest. num. 8. vers. primum enim Crass. de success. §. successio ab Intest. qu. 23. num. 2. vers. sed neglecta hac opinione,* vbi & alios refert *Oynot. sup. Instit. lib. 3. tit. de hered. quæ ab Intest. defer. de 2. grad. seu ord. succed. num. 24. vers. secundo ampliatur procedere Mart. in Summ. success. legal. par. 2. qu. 1. art. 2. cas. 3. & qu. 6. art. 2. num. 1.*

Nec releuat quod D. Comitissa transiuerit ad secunda vota, ideoque non possit succedere pro medietate d. Baltassarri Nepoti ex primo matrimonio nisi quoad Vsumfructum
2 sua vita durante, proprietatem verò teneatur reseruare alijs liberis ex eodem matrimonio procreatis iuxtà dispositionem *text. in l. feminæ 3. §. illud etiam C. de sec. nupt.* Tùm quia dispositio *d. l. procedit,* quando extant alij liberi ex primo matrimonio suscepti, qui valent prosequi iniuriam, quam mater videtur eis intulisse ob transitum ad secunda vota, secus autem illis non extantibus quia tunc Mater suc-
3 cedit † filio, seù Nepoti prædefuncto ab Intestato etiam quoad proprietatem, vt apertè colligitur ex eodem *text. in d. §. illud etiam in fin. & in §. prospeximus, vers. quapropter, & §. hoc autem vers. si vero præmoriantur Auth. de non elig. secund. nuben. Bald. cons. 136. sub num. 3. vers. sane pœnæ secundarum nuptiarum lib. 3. Alex. cons. 66. numer. 7. vers. & si dicti filij decederent lib. 3. & cons. 63. nu. 2. & seqq. lib. 5. Ruin. cons. 21. num. 2. vers. non obstat igitur lib. 3. Gabr. com. conclus. tit. de secund. nupt. conclus. 1. num. 22. & seqq. Rota decis. 619. num. 1. par. 1. recent.* At hodie non extat alter descendens ex Balthassarre Seniore primo Viro d. Comitissæ, nisi eadem D. Cleria, quæ tamquam Religiosa habetur pro mortua mundo quoad ius prosequendi iniuriam, quam D. Comitissa dicitur ei intulisse ob transitum ad secunda vota, adeout d. Ius, non transierit nec etiam
4 ad Monasterium, cum illud † æqualiter extinguatur per mortem ciuilem, quæ fit per emissionem professionis, sicuti per naturalem, prout articulo maturè discusso firmauit *Rota in Nouarien legitimæ coram bo. me. Piron. in dec. 116 num. 11. & decis. 181. num. 19. & infra par. 5. recent.* & in eadem *coram R.P.D. meo Ghislerio in decis. 223. num. 6. & seqq. ac decis. 267. num. 16. in fin. vers. nec Domini eadem par. 5. recent.*

5 Tum etiam quia dispositio † *d. l.* fœminæ procedit quoad successionem in bonis, quæ à Viro prædefuncto immediatè peruenerunt in filium, seù Nepotem defunctum, de cuius successione agitur, secus autem quoad successionem in bonis, in quibus idem defunctus mediante persona patris, vel alterius prout in casu isto acquisiuit *Angel. in §. præferuntur num. 9. post med. vers. ex prædictis Instit. ad Sen. Consult. Tertull. Corn. cons. 286. num. 3. sub fine vers. ex gloss. lib. 1. cum alijs relat. à Gabr. de sec. nupt. concl. 3. num. 17.* Idemque articulo plenè discusso resolutum fuit *in Romana Domorum* 10. *Iunij* 1616 *& 31. May* 1617. *coram Martino Andrea, quarum prima est decis. 74. inter eius impress. seu decis. 771. par. 3. recent. & in Camerinen. bonorum* 10. *Februarij* 1620. *coram bo. me. Card. Verospio Seniore, & in eadem* 22. *Aprilis* 1624. *coram bo. me. Vbaldo.*

Quouero ad alteram partem resolutionis attinet, qua fuit dictum constare de bono Iure Monialium pro altera medietate, illud apertè desumitur ex eadem Iuris dispositione in *d. §. si igitur defunctus, vers. si vero cum ascendentibus Auth. de hæred. ab Intest. ven. & in d. auth. defuncto C. ad Sen. Consult. Tertull.* vbi decernitur fra-
6 trem, † aut Sororem defuncti ab Intestato æqualiter vocari ad illius successionem vna cum ascendentibus eiusdem defuncti, & inter alios expresse notat *Salic. in eadem auth. defuncto num. 3. idemque tradunt Doct.* pro d. Comitissa superius allegati.

Neque obstare visa fuit amplissima renunciatio, quam D. Cleria sub die 24. Febr. 1620. Hippolita Maria tunc nuncupata ætatis annorum 18. circiter fecit Euandro Patri per hæc præcisa verba. Omnia, & singula tàm materna, & fraterna, & alia quæcunque bona

ad

ad ipsam etiam ratione supplementi legitimæ
vel Trebiellianicæ, & aliàs quomodolibet,
seù alio quouis titulo, causa, & occasione
tàm ascendentium, quàm transuersalium
nunc, & pro tempore spectañ, & pertineñ,
etiamsi speciali nota digna essent, & in generalitate minimè comprehenderentur, ac omnia, & singula Iura, & actiones super dd. bonis quomodolibet, & qualitercunque competentia, & competentes, ac competitura,
& competituras cessit, & renunciauit, ac irrenocabiliter, & inter viuos donauit, & titulo purę, ac perfectę donationis cessit, & tradidit D. Euandro de Comitibus eius Patri, &
successiue D. Baltassarti d. Euandri filio, eiusdem q. D. Hippolitæ Mariæ germano fratri.
Nec non omnibus, & quibuscunque illorum,
& singulorum hæredibus, & tàm ab Intestato, quàm ex Testamento, & aliàs quomodocunque successoribus; Itaut dd. DD. Euander,
& Balthassar, ac eorum & cuiuslibet ipsorum
hæredes, & successores de omnibus bonis, ac
Iuribus liberè disponere possint, & ab Intestato dispositum censeatur, perinde ac si d. D.
Hippolita Maria nunquam fuisset in rerum
natura ad fauorem quarumcunque personarum d. D. Euandro præsente pro se, & alijs
nominatis acceptañ. Quoniam d. renunciatio (ad quam fere tota concertatio redigebatur) duas visa fuit habere inspectiones. Primam an illa esset valida, nec ne secundam, an
data illius validitate suffragaretur Comitissæ.

Quoad primam Informantes pro Monialibus prætendebant d. renunciationem fuisse in-
7 ualidam † vti factam absque solemnitatibus
requisitis à Statuto Vrbis *in cap. 113. & ca. 151.
lib. 1.* quarum defectus dicebatur inficere contractum eiusdem renunciationis, prout in
terminis Statuti *in cap. 113. Buratt. decis. 410. n. 1.
in Romana redditionis rationis* 20. *May* 1626. *§. neque suffragatur, & in Romana dotis* 10. *Iunij eiusd.
anni §. & circa primam* vbi aliæ decisiones allegantur *coram bo. me. Coccino*, & in terminis Statuti *cap. 151. Pic. ad idem Stat. glos. 11. num. 1. Fenzon. super eodem Statuto nu. 12. Rot. apud Pic. dec. 59
num. 19. & decis. 190. num. 3. par. 6. recent.*

Nec obstare dicebant quod huiusmodi Renunciatio facta fuerit expresè ex causa ingressus in Religionem, prout apertè demonstrant
verba proemialia eiusdem Renunciationis.
Quia talis causa ingressus in Religionem non
8 tollit Statuti † Solemnitates, quando Renunciatio fit à minore, vel à muliere, & sic à persona inhabili ad renunciandum, prout articulo examinato sensit *Gratian. discept. 975. per tot.*
& dixit *Rota decis. 121. num. 41. coram Durano.*

Verum Domini in contrariam inclinabant
sententiam, scilicet huiusmodi defectum solemnitatum, esto quod ille in facto subsisteret,
non vitiasse d. renunciationem cum huiusmo-
9 di renunciationes factæ † ob ingressum in Religionem non requirant Statuti solemnitates.
Vel ex eo quia illæ sapiunt potius donationem
causa mortis, vel ex eo quia dicuntur ob causam, vel ex eo quia ingressurus in Religionem
habet liberam facultatem disponendi de rebus
suis, & sic absque solemnitatibus, prout in
specie his, & alijs rationibus firmant *Bero in c.
in præsentia 8. num. 155. de probat. Dec. cons. 31. n. 3.
vers. & ista præsertim Sim. de Pret. cons. 72. num. 8.
Manent. cons. 52. n. 47. & per tot. Amat. dec. March. 46
n. 22. vers. preterquam quod Cutell. de donat. contempl.
matr. par. 1. discurs. 2. particul. 3. num. 3. & 4. fol. 103.*
& in terminis Stat. Vrbis dixit *Rota coram bo:
me. Buratto decis. 461. d. num. 7. vsque ad fin.* quam
decisionem, quidquid dixerit *Gratian d. disc. 975
num. 44.* Rota sequuta fuit nuper *in Romana donationis 3. Iunij anni preteriti in §. fuit enim multipliciter responsum coram R. P. D. meo Royas*, vbi
expresè dicitur quod Domini cum d. decisione Buratti transiuerunt.

Nec releuat quod in ista renũciatione enuncientur etiam aliæ causæ, nempe dotis receptæ, & cuiusdam annuæ præstationis. Siquidem inde eo magis elicitur renunciationem
non fuisse puram, sed ob causam, nec exclu-
10 ditur quin causa finalis fuerit † ingressus in
Religionem, cuius occasione dos, & annua
præstatio promissa fuit, vt dixit *Rota in Romana domorum, seu spolij* 16. *Decembris* 1605. *coram Lancell. & decis. 587. n. 4. & 5. par. 1. & dec. 714.
num. 2. par. 2. recent.* & faciunt notata *per Rossel. in
Sum. verb. Religio num. 11. Roderic. qu. Regul. tom. 2.
qu. 80. art. 2.*

Et videbatur cessare difficultas ex eo quia
ista Renunciatio facta fuit à D. Cleria non
quidem ante ingressum in Monasterium, dum
illa esset Puella in sæculo, in quibus terminis
11 loquitur † *Gratian. d. discept. 975. & Rota coram
Durano d. decis. 121.* Sed post ingressum in Monasterium de tempore scilicet Nouitiatus, intra duos menses ante emissam professionem,
vt colligebatur tàm ex clausula, *Actum*, apposita in Instrumento d. renunciationis ibi, *Actum
Romæ ad Crates ferreos eiusdem Monasterij S. Catherinæ de Senis &c.* quam ex Iuribus datis in Summario D. Comitissæ, quo casu huiusmodi
12 renunciationes non requirunt Statuti solemnitates, sed sufficit in eis seruari formam à S.
Conc. Trid. præscriptam *sess. 25. de Regul. cap. 16*
prout illa in casu isto seruata fuit. Nouitius
13 namque † reputatur persona Ecclesiastica
iuxtà magis receptam sententiam, de qua pluribus relatis testatur *Rot. coram Durano d. dec. 121
14 num. 38.* Ideoque Renunciationes † factæ ab
illo de tempore Nouitiatus non subiacent Statutis Laicorum, proindeque sustinentur etiam
eorum forma non reseruata, prout S. Congregatio censuit anno 1606. in declaratione relata
*per Aldan. in Compend. Canonic. resol. lib. 4. tit. 9. n. 11
& Sperell. decis. 16. nu. 47. Tambur. de Iur. Abbatiss.
disp. 4. qu. 10. num. 7.* Idemque admittunt *Gratian.
d. disc. 975. nu. 31. & Rota coram Durano d. dec. 121.
num. 37.*

Neque releuare dicebant, quod Statuta
Vrbis sint confirmata à Papa. Quia cum
15 Statuta † de quibus agitur, non faciant
mentionem de personis Ecclesiasticis, quales
reputantur Nouitij professionem emissuri ex
supra allegatis, illas non comprehendunt prout Rota resoluit *in Romana liberationis decis. 5.
post Fenzon. vers. nec suffragatur cum seq. coram Reu.*

D. meo Decano, & in Romana donationis de Castellanis decis. 58. num. 27. cum seqq. par. 6. rec.

Quouero ad secundam inspectionem, An scilicet d. Renunciatio suffragetur d. Comitissæ maior inerat difficultas, siquidem D. Cleria expresse renunciauit bonis fraternis, omnibusque Iuribus sibi competentibus, & competituris super eisdem bonis, dictamque renunciationem fecit Euandro Patri, ac successiuè Balthassarri fratri non simplicitèr, sed cum clausula. Nec non omnibus, & quibuscunque illorum, & singulorum hæredibus tàm ab Intestato, quam ex Testamento, & aliàs quomodocunque successoribus, quæ verba ex lata eorum significatione videban-
16 tur comprehendere † quoscunque hæredes, & successores Balthassarris etiam extraneos siuè ex Testamento, siuè ab Intestato, & consequenter d. Comitissam de Iure ab Intestato illi succedentem *Alex. cons. 29. sub num. 5. vers. & quod ita sit lib. 3. Paris. cons. 26. num. 4. & seqq. & cons. 69. num. 64. lib. 3. Minad. cons. 22. num. 5. & seq. Menoch. cons. 6. num. 16. lib. 1. Bursatt. cons. 264. nu. 6. lib. 3. Rouit. cons. 44. num. 8. vers. & mortuus lib. 1.*

Attentis præsertim alijs verbis subsequentibus. Itaut dd. Euander, & Balthassar, ac eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredes, & successores de omnibus bonis, ac iuribus liberè disponere possint, & ab Intestato dispositum censeatur perinde ac si d. Maria nunquam fuisset in rerum natura. Ex quibus infereba-
17 tur D. Cleriam censeri † exclusam quouis tempore à successione eiusdem Balthassarris ab Intestato defuncti, perinde ac si ipsa nunquam in lucem edita fuisset *Minad. d. cons. 22. num. 3. & in fin. Menoch. cons. 401. num. 102. & seqq. Merlin. Pignatell. controu. forens. cap. 5. num. 10. vers. & quidem ratio est & num. seqq.* vbi & alios congerit.

His tamen non obstañ contrariam Domini amplexi fuere sententiam, scilicet d. renunciationem non suffragari D. Comitissæ. Quamuis enim illa quoad bona renunciata, seu donata comprehendat explicitè bona Balthassarris fratris, illiusque hæreditatem etiam ab Intestato deferendam. Nihilominus quoad personas, quarum fauore, seu contemplatione emanauit, non visa fuit comprehendere D. Comitissam, quæ in ea non fuit expresse nominata, aut contemplata, cum huiusmodi re-
18 nunciationes † sint odiosæ, strictamque recipiant interpretationem *Bald. cons. 437. sub nu. 2. vers. Item ista Renunciatio lib. 1. Castr. cons. 86. nu. 6. par. 1. Franc. de Aret. cons. 161. sub num. 5. vers. & hoc maximè videtur dicendum Crauett. cons. 42. nu. 2. lib. 1. Dec. cons. 379. num. 3. Menoch. cons. 335. num. 1.* Adeout comprehendant solum personas in ea expressas, nec vltra illas extendi debeant *Hond. cons. 29. num. 107. lib. 1. Menoch. d. cons. 6. num. 3. lib. 1 Decian. cons. 19. num. 46. lib. 3. Surd. cons. 431. nu. 32. & seqq.* cum alijs in proposito relatis a Rota *in Bononien. de Armis coram Reuerendiss. D. meo Decano post Merlin. de legit. decis. 47. num. 7. & in Romana Renunciationis de Perottis coram me post Tamburin. de Iur. Abbatiss. decis. 6. num. 8.*

Non obstat quod d. Renunciatio facta fuerit non solum Euandro Patri, ac Balthassarri fratri expresse nominatis. Verum etiam omnibus, & quibuscunque illorum, & singulorum hæredibus, & tàm ab Intestato, quàm ex Testamento, & aliàs quomodocunque successoribus. Quoniam dd. verba quamuis amplissima visa fuerunt comprehendere illos dumtaxat hæredes, & successores, qui ex præsumpta mente tàm Euandri patris recipientis renunciationem, quam d. Cleriæ filiæ renunciantis contemplati fuerunt, non autem omnes hæredes, & successores indefinitè, & sic
19 etiam extraneos, cum renunciatio, † prout quælibet alia dispositio restringatur iuxtà mentem contrahentium, quamuis verbis generalibus concepta fuerit, *Crauett. cons. 42. num. 3. Surd. cons. 431. num. 16.* cum alijs in proposito relatis à Rota *in d. Bononien. de Armis decis. 48. num. 5. post Merlin. de legit. & in d. Romana renunciationis de Perottis coram me d. decis. 6. num. 8. post Tambur. de Iur. Abbatiss.* Et in terminis renunciationis factæ patri recipienti pro se, & hæredibus venientibus tàm ex Testamento; quàm ab Intestato, quod illa sit restringenda ad personas contemplatas ex præsumpta mente eiusdem patris, tradit *Bald. d. cons. 347. sub nu. 2. lib. 1.* & in similibus terminis renunciationis emphiteusis factæ pro hæredibus, & successoribus quibuscunque dixit *Rota decis. 186. num. 6 & num. 10. vers. nec minus obstat clausula par. 3. recent.*

In proposito autem tantum abest quod D. Comitissa videatur comprehensa in d. renunciatione ex præsumpta mente contrahentium quinimo plures concurrunt præsumptiones suadentes dd. contrahentes nonnisi de hæredibus, & successoribus ab eis descendentibus intellexisse, dictamque Comitissam excludere voluisse.

Respectu siquidem Euandri Patris talis voluntas colligitur ex pluribus.

Primò ex præsumptione Iuris, iuxtà quam
20 pater † censetur huiusmodi renunciationem recipere à filia fauore descendentium, & agnationis conseruandæ, adeout illis non extantibus, seu decedentibus ab Intestato non præsumatur voluisse excludere propriam filiam à bonis renunciatis *Couarr. in cap. quamuis pactum par. 3. §. 3. num. 4. vers. 5. si tempore Corn. cons. 291. num. 4. lib. 4. Nicol. Bellon. cons. 15. num. 12. Crauett. d. cons. 42. sub num. 1. vers. sed quid si tempore quietationum post med. Menoch. d. cons. 6. num. 10. vers. tertia ratio.*

Secundò ex alijs duabus renunciationibus, quas idem Euander recepit ab eius germanis Sororibus eiusdem Monasterij Monialibus, in quibus fuit expressa causa conseruationis familiæ, & agnationis. Nam sicuti procurauit renunciationem à dd. Sororibus pro conseruanda agnatione, sic pariter præsumitur recepisse renunciationem sibi factam à filia, ex illis enim renunciationibus non ineptè colligitur qualis fuerit eius voluntas etiam in
21 ista, cum vna † ab altera interpretationem recipiat, prout in terminis aduertit *Rota in d. decis. 6. nu. 11. post Tamburin. de Iur. Abbatiss.* & contractus

tractus ex consuetudine etiam vnius tantum
ex contrahentibus interdum declaretur *Mant.
de tacit.& ambig.lib.3.tit.9.num.68.*

Tertiò ex charitate, ac dilectione erga pro-
22 priam filiam, quam Pater† præsumitur sum-
mopere diligere *l. cum acutissimi* 30. *C. de fideic.
Corn.d conf.291.num.4.vers.non enim credendum est
lib.4.Paris.conf.26.num.22.lib.23.* Eamque prop-
terea voluisse præferre vti magis dilectam
cuicunque hæredi extraneo vti minus dile-
cto. Cum verba renunciationis etiam gene-
23 ralia † ita sint intelligenda, vt Pater illam re-
cipiens præsumatur nolle alienam posterita-
tem suæ anteponere, *Alex.d.conf.29.num.4.li.3.*
& votum Patris esse soleat, vt bona sua
potius in descendentes, quam in extraneos
deuoluantur *l.scripto 6.ff.vnd.lib.l.nam etsi paren-
tibus 15.ff.de inoff. testam.* cum alijs in proposito
relat.*à Corn.d.conf.391.nu.4.vers.& votum patris.*

Præsertim cum d. Cleria amplissimam re-
nunciationem fecerit eidem Euandro, qui
24 nota † ingratitudinis redargui posset, si pro-
priam filiam erga seipsum liberalissimam ex-
clusisset, ac D. Comitissam, quæ nihil ei do-
nauerat admisisset, vt in terminis animaduer-
tit *Cancer.var.res.cap.15.num.50.& seq.lib.3. Rot.
in d.Romana Renunciationis num.12.*

Quibus accedit quod D. Comitissa de tem-
pore d. renunciationis iam transiuerat ad se-
cundas nuptias, ob quas videtur intulisse iniu-
riam eidem Euandro filio ex primo matri-
monio, cum quo etiam plures lites, vt sup-
ponitur diu sustinuit. Vnde non leuis oritur
præsumptio, quod illa esset odiosa ipsi Euan-
dro, & consequenter exclusa in d. renuncia-
tione, quamuis verbis generalibus concepta,
25 cum in fauorabilibus verba † generalia odio-
sos non comprehendant ex pluribus relatis *à
Surd.decis.41.nu.1.& seqq.Fusar.de substit.qu.317.
num.1.& seqq.*

Respectu verò d. Cleriæ Renunciantis ea-
dem voluntas elicitur.

Primò ex simili præsumptione, iuxtà quam
filia censetur facere huiusmodi renunciatio-
nes Patri, aut fratri contemplatione mascu-
lorum ex eis descendentium ad hoc vt bona
in familia, & agnatione conseruentur. Adeout
illis non extañ renunciatio dicatur euanesce-
re, nec impediat, quominus renuncians in
26 bonis † renunciatis succedere possit *Bald.d.
conf.437. num.2. vers.in contrarium videtur veritas
vol.1. Socc.Sen.conf.34.num.4. lib.4. Paris.conf.26.
num.19.lib.3.Dec.conf.552.num.9. Alex.d.conf.29.
num.7.vers.non obstat etiam prædictis lib.3.Crauett.
d.conf.42. post princ.vers. sed contrarium in casu no-
stro Menoch. conf.335. num.14. Io. Franc.de Ponte
conf.39.num.1.& seqq.*

Secundo ex maxima inuerisimilitudine de-
sumpta ex eo quod si Cleria in casu obitus Pa-
tris, & fratris ab Intestato sine descendentibus
voluisset renunciare ad fauorem cuiuscunque
hæredis indefinitè, vtique comprehendisset
27 etiam Fiscum, qui† de iure non existeñ agna-
tis, vel cognatis vsque ad decimum gradum
tamquam hæres ab Intestato succedere po-
tuisset, prout aduertunt *Doct. cumulati in tract.
diuers.de success.ab Intest.fo.54.num.23.& fol.26.
num.122.* At non est verisimile d. Cleriam hu-
iusmodi renunciatione facta Patri, ac Fratri
voluisse vt bona renunciatà peruenirent in
28 tali casu potius ad Fiscum, † quam ad seip-
sam, siuè eius Monasterium, vt in proposito
tradit *Bald.d.conf.437.num.2.vers.pone enim lib.1.
Molphes. ad consuet Neapol. tit.de renunc. quæst.17.
num.16.*

Nec visa fuerunt releuare alia verba sequẽ-
tia, itaut ab Intestato dispositum censeatur,
perinde ac si renuncians nunquam fuisset in
rerum natura. Quia cum sint consecutiua ad
personas supra vocatas sunt intelligenda re-
tenta eadem præsumpta mente contrahen-
tium, vt scilicet censeatur dispositum ab In-
testato ad fauorem illarum personarum, quæ
ex præsumpta mente contemplatæ fuerunt,
talitèr quod illis deficieñ renunciatio perinde
haberi debeat ac si facta non esset, cum in
hac materia ea sit capienda Interpretatio, qua
29 renunciatio † minus præiudicet *Corn. d. conf.
291.sub num.12.vers.& maximè vt resultet Ciriac.
contr.292.nu.19. cum alijs relat. à Gratian.disc.292
num.6.*

Et hinc cessant ea, quæ inculcabantur ad
probañ huiusmodi renunciationem fuisse rea-
30 lem, quæ † perpetuo excludit renunciantem
à bonis renunciatis omnibus modis, quibus
illa succedere debuisset *ex notat. à Napodan. in
consuet.Neapol.tit.16.de success.ab Intest.consuet.in-
cip.si quis, vel si qua num.195. Franc. decis.552.
num.7.& 16.Rouit.d.conf.44.num.7. vol.1. Pascal.
de iurib. patr. potest. par.3. cap.7. num.48. Merlin.
Pignatel.contr.for.d.cap.5.num.4.cum alijs alleg.*

Quia responsum fuit illam non videri sim-
pliciter, & absolutè realem, sed vel esse per-
31 sonalem, qualis † in dubio præsumitur *Ruin.
conf.11.num.10.lib.1. Bero. conf.170. num.9.lib.2.
Surd.conf.544.num.5. vers.& in dubio Molphes. ad
consuet.Neapol.tit.de renunc.qu.3. num 3. Rota in d.
Bononien.de Armis decis.48.num.11. post Merlin. de
legit.* etiam quando facta fuit alicui recipienti
pro se, & hæredibus *Surd.d. conf.544. num.4.
& 5.Molphes.d.tit.de renunc.d.qu.3.nu.8. Molphes.
d.tit.de renunc.d.qu.3.num.8. Rota d.decis.48.nu.12.
post Merlin.de legit.* Vel saltem esse mixtam,
32 qualis dicitur illa, † quæ fit per abdicationem
bonorum contemplatione certarum persona-
rum, prout declarauit *Rota in eadem decis.48.&
seqq. & in Maceraten. Pecuniaria coram Reueredis.
D. meo Decano in §. Nec realitatis fundamentum
& in d. decis.186.par.3.recent.*

Neque realitas d. renunciationis videtur in-
ducta ex eo quod illa facta fuerit ex causa in-
33 gressus † in Religionem, ibique d. Cleria per-
petuo Deo inseruiret, per Aquilianam stipu-
lationem cum pacto de non succedeñ ex no-
tatis *per Couar. in cap. quamuis. pactum par.3. §.2.
nu.5.de pact.in 6.Vasqu.de success.resol.lib.2.nu.116
& 130. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.83.
num.18.cum alijs allegat.*

Nam quoad causam ingressus in Religio-
34 nem illa † non sufficit pro realitate ad effe-
ctum de quo agitur, cum illa operetur, vt
renuncians dicatur renunciasse omnibus bo-
nis

nis temporalibus solum quoad seipsam, non autem quoad eius Monasterium, cui potius acquirere velle præsumitur quam extraneo tàm ex coniectura pietatis erga illud, quod loco parentis habetur, quam etiam vt commodius sibi necessaria suppetat, prout huic obiecto Rota respondit *in d. decis. 48. n. 16. in fin. post Merlin. de legit. & in d. Romana Renunciationis num. 23. post Tambur. de Iur. Abbatiss. & in d. Maceraten. Pecuniaria in §. nec realitatis coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

35 Quo vero ad † Aquilianam stipulationem cum pacto de non petendo, talis stipulatio restringitur ad fauorem earundem personarum, quæ contemplatæ fuerunt, nec efficit renunciationem absolutè realem, prout idem *Molohes. d. qu. 3. num. 21.*

Et in omnem euentum, quatenus d. Renunciatio dici posset absolutè realis, talis diceretur vbi superessent personæ in ea contemplatæ. Secus autem illis, *prout hic*, non extan-

36 tibus, quia † tunc non dicitur amplius realis, sed personalis, quæ non impedit, quominus Monasterium ex persona renunciantis succedere possit, vt notant communiter *Doct. in d. cap. quamuis pactum & inter alios Natt. in repet. d. d. cap. col. 11. vers. vltimo limita Molphes. d. tit. de renunc. qu. 3. num. 20. & 21.* vbi & alios refert. Ma-

37 teria † namque renunciationis, siuè realis, siuè personalis plurimum pendet ex præsumpta mente contrahentium *Fran. in d. cap. quamuis pactum col. 4. 6. limit. Surd. cons. 244. num. 12. Romit. cons. 43. num. 7. & seqq. Paris. d. cons. 26. num. 23. lib. 3.*

Et ita vtraque &c.

IANVEN. PECVNIARIA, SEV ATTENTATORVM.

Mercurij 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Iudex nulliter procedens non priuat possessorem sua anteriori possessione, istique se non habenti pro spoliato competit manutentio.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt omnia gesta post appellationem interpositam.*

2 *Clausula, alteri qui ad legitimam executionem procedat priuat Iudicem à quo facultate exequendi, illamque transfert ad Iudicem ad quem.*

3 *Clausula, si quid exequuti, suspendit executionem eamque transfert in Iudicem ad quem, & operatur vt omnia postea gesta sint attentata.*

4 *Clausula, sine præiudicio legitimæ executionis præseruat iurisdictionem Iudicis à quo à legitima executione.*

5 *Pendente recursu ad superiorem Iudicium suspenditur, & manus primi Iudicis sunt ligata vt aliquid interim innouari non possit.*

6 *Verba, iuxta primam commissionem, operantur vt in posteriori commissione referente dicatur expressè, omnes clausulæ adiectæ in prima relata.*

7 *Attentata sunt gesta medio tempore post appellationem interpositam dum fuit habitus recursus ad Signaturam, & discutiebatur an appellatio esset admittenda necne.*

8 *Signatura iubendo primam commissionem perinde haberi, ac si non emanasset, operatur vt res dicatur redacta ad statum in quo erat ante dictam commissionem.*

9 *Decis. 395. num. 13. par. 6. recent. declaratur.*

10 *Princeps potest tollere iurisdictionem alteri commissam.*

11 *Manutentio competit pro reuocatione attentatorum illi, qui non habuit se pro spoliato.*

12 *Possessio posterior attentata non impedit manutentionem possessori anteriori.*

13 *Loca montium non recipiunt hypotecam, & in quibus terminis procedant, & num. 14.*

15 *Factum Iudicis eatenus dicitur factum partis, quatenus ille ritè, & rectè processerit.*

16 *Fides publica non patitur, vt suum cuiquam auferatur sine facto suo.*

DECISIO DCXLII.

MARCHIO Marcellus Galianus ab Auria obtinuit à R.P.D. Cecchino ass. Iudice ab A. C. deputato mandatum executiuum pro summa sc. 13000. auri contra D. Isabellam de Franchis vti hæredem q. Io: Stephani Bursotti, illudque exequi fecit super 50. locis Montis fidei. Appellauit Isabella à dicto mādato, eiusque executione, & Signatura sub die 2. Maii anni præteriti, rescripsit alteri, qui ad legitimam executionem procederet, & successiuè causa fuit commissa Eminentissimo D. Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditori; Postea sub die 8. Augusti rescripsit ad instantiam dicti D. Marcelli cum clausula, (sine præiudicio legitimæ executionis.) Tandem sub die 14. Nouembris subsequentis, tertio auditis partibus rescripsit eidem Eminentissimo Verospio, vt procederet iuxta primam commissionem, perinde ac si secunda non emanasset. Verùm quia hoc medio tempore, scilicet, post secundam commissionem, & ante tertiam d. D. Marcellus curauit procedi ad subhastationem, & liberationem dd. locorum ad fauorem D. Io: Baptistæ eius filii in causam prætensi crediti cum ipso patre, fuit hodie dubitatum coram me subrogato in locum dicti Eminentissimi Verospii. An constet de attentatis, itaut D. Isabellæ dandum esset mandatum de manutenendo, & Domini responderunt affirmatiuè.

Nam quod adsint attentata patet, quia subhastatio, ac deliberatio dictorum locorum emanarunt ad instantiam d. D. Marcelli non

1 solùm post † appellationem interpositam pro parte dictæ Isabellæ à prædicto mandato executiuo contra eam relaxato, *cap. non solum 7. de appell. in 6. Lancellot. de attent. 2. par. 12. de attent. appell. pend. in præfat. in fin. Mandos. de inhib. qu. 58. num. 2. Rota decis. 27. alias 185. num. 1. de appellat. in non. Greg. XV. decis. 251. num. 2. Canal. dec. 598. num. 1. Burratt. decis. 490. num. 9.*

Verùm etiam post commissam causam à Signa-

Signatura cum clausula, Alteri, qui ad legiti-
2 mam executionem procederet, quæ † priuat
Iudicem à quo facultate exequendi, illamque
transfert Iudici ad quem, vt in specie d. clau-
sulæ tradit *Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 86.*
num. 7. & seqq. Exemplo clausulæ, si quid exe-
3 quendum, quæ † pariter suspendit executio-
nem, eamque transfert in Iudicem ad quem,
& operatur vt omnia postea gesta subiaceant
vitio attentatorum *idem Marescot. var. res. lib. 2.*
cap. 121. num. 17. Rota decis. 487. num. 3. par. 3. lib. 3
diuers. & in Toletana Parochialis 24. Ianuarij 1604
coram Sacrato impress. apud Marchesan. par. 1. fol.
391. num. 3. Buratt. decis. 231. num. 2. & ibi Add.
num. 7.

Non obstat, quod D. Marcellus processerit
ad subhastationem, ac deliberationem dicto-
rum locorum, postquam Signatura secundo
loco rescripserat sine præiudicio legitimæ exe-
4 cutionis, quæ † clausula præseruat iurisdictio-
nem Iudicis à quo à legitima executione.
Lancell. de attent. 2. par. cap. 20. de attent. post inhib.
num. 2. Gonzal. ad reg. 8. gl. 4. in annot. contr. nullit.
& attent. num. 224. Marches. de commiss. par. 1. de
commiss. appell. ab exec. oblig. Cam. §. 1. num. 155.
fol. 707. Rota in Anconitana Dotis coram Millino
post eumdem Marches. par. 2. fol. 57. Greg. XV. de-
cis. 232. num. 1. & ibi Add. num. 4. Buratt. decis. 641.
num. 8: Tùm quia D. Isabella post d. secundum
rescriptum recursum habuit ad Signaturam
pro reformatione eiusdem secundi rescripti
iuxta terminos primi emanati cum clausula,
Alteri, qui ad legitimam, quo recursu pen-
den. d. D. Marcellus non potuit procedere,
prout processit ad deliberationem dictorum
locorum citra vitium attentatorum cum pen
5 dente recursu ad superiorem iudicium † su-
spendatur, & manus primi Iudicis sint adeò
ligatæ, vt aliquid interim innouari non pos-
sit, vt inquit *Alex. in addit. ad Bart. in l. societa-*
tem 77. §. arbitrorum enim num. 17. litt. L. vers. vel
per talem recursum, ff. pro soc. quem refert, & se-
quitur *Nenizan. cons. 44. num. 10. prope fin. vers. &*
sic per talem recursum, & cons. 97. num. 24. Magon.
decis. Lucen. 23. num. 3. & seqq. Tùm etiam quia
superuenit tertium rescriptum eiusdē Signa-
turæ mandantis procedi iuxta primam com-
missionē, perinde ac si secunda nō emanasset.
Vnde duo resultant. Primum quod causa
censetur commissa cum eadem clausula, Al-
teri, qui ad legitimam, suspensiua vlterioris
executionis, prout initio commissa fuit, vir-
tute dictorum verborum (iuxta primam cō-
6 missionem) quæ † operantur, vt in hac tertia
commissione referente dicantur expressę om-
nes clausulæ adiectæ in prima commissione
relata, *Dec. cons. 497. num. 3. Soccin. iun. cons. 144.*
num. 33. lib. 3. Menoch. cons. 452. num. 15. Surd. con-
sil. 313. num. 49. Gregor. XV. decis. 522. num. 9. Rota
decis. 361. sub num. 4. par. 1. recent. Et consequen-
7 ter omnia gesta medio tempore, † scilicet, à
die quo fuit habitus recursus ad Signaturam
ad effectum discutien. an appellatio interposi-
ta pro parte D. Isabellæ esset admittenda, nec-
ne, ad effectum suspensiuum, & sic etiam post
secundam commissionem, subiacent vitio at-
tentatorum, perinde ac si talis appellatio su-
spensiua vsque ab initio admissa fuisset, ex
notatis per *gloss. in l. appellatione 30. in verb. de-*
liberationis, & Bald. ibidem, C. de appell. Io. Andr.
in cap. si à Iudice num. 11. de appell. in 6. Lancellott.
de attent. appell. pend. amol. 19. num. 1. & in terminis
fuit dictum coram Durano decis. 96. num. 4. & decis.
191. num. 5. & 6. ac decis. 240. num. 3. Add. ad Bu-
ratt. decis. 902. num. 6. vers. & hoc casu, & in Mele-
uitana Commendæ 28. Ianuarij anni præteriti coram
Eminentiss. Card. Verospio in fin. Vbi aliæ decisio-
nes recensentur. Alterum quod secunda
Commissio emanata cum clausula, sine præ-
iudicio legitimæ executionis, nullius est effi-
caciæ, cum Signatura iusserit illam haberi,
perinde, ac si non emanasset, vnde fit, vt res
8 dicatur † redacta ad statum, in quo erat ante
secundam Commissionem, *Rota decis. 333. n. 4.*
par. 1. diuers. & facit vulgatum axioma, quod
non entis nullę sint qualitates, *l. eius qui in Pro-*
uincia 41. ff. si cert. pet.

Et hinc non visa fuit applicari decisio in
9 causa *Bonon. bonorum de Barcellinis, quæ est † decis.*
305. num. 13. vers. minus releuat cum seqq. par. 6. re-
cent. vbi Rota dixit executionem factam post
primam commissionem cum clausula, sine
præiudicio mandati de immittendo, & ante
secundam cum facultate manutenen. quem
de iure, non fuisse attentatam ex eo, quia di-
cta clausula, cum facultate manutenendi quē
de iure, esto, quod potuisset suspendere iuris-
dictionem Iudicis à quo quoad vlteriorem
executionem faciendam, non tamen esset apta
circumscribere, aut reuocare executionem iā
factam, nisi quatenus apparuisset eam minùs
ritè, & rectè factam fuisse. Quoniam d. de-
cisio loquitur in terminis longè diuersis ab
isto, de quo agitur. Siquidem in casu d. de-
cisionis Signatura, quæ commiserat causam
appellationis cum clausula, sine præiudicio
mandati de immittendo, voluit præseruare
iurisdictionem, seù facultatem exequendi in
Iudice à quo. Sed quia postea dubitauit de
validitate, ac iustitia executionis factæ post
d. commissionem. Ideò hac commissione
non reuocata, rescripsit Iudici ad quem cum
facultate manutenendi quem de iure, sicque
dedit illi facultatem manutenendi antiquum
possessorem, si cognosceret non ritè, ac rectè
ad executionem processum fuisse. At in præ-
senti causa Signatura vsque ab initio rescripsit
cum clausula, Alteri, qui ad legitimam exe-
cutionem procederet, quæ priuauit Iudicem
à quo omni facultate proceden. ad vlteriorem
executionem, eamque transtulit ad Iudicem
ad quem. Et licet secundo loco rescripserit
cùm clausula sine præiudicio legitimę execu-
cutionis. Nihilominus Isabella ante vlterio-
rem executionem recursum habuit ad eam-
dem Signaturam, quæ mādauit procedi iuxta
primam commissionem secunda ità è medio
sublata, ac si nunquam emanasset; Vnde exe-
cutio medio tempore facta, scilicet, inter se-
cundam, & tertiam commissionem non po-
test excusari à vitio attentatorum vti facta
non solum pendente recursu ad Signaturam,
sed

ſed etiam à Iudice, quem Signatura iuxta te-
norem primæ commiſſionis voluit eſſe pri-
uatum omni facultate exequendi, cum Prin-
10 ceps poſſit tollere iuriſdictionem alteri com-
miſſam, *l. iudicium 58. ff. de Iudic. Bald. in l. 1.
num. 16. in fin. ff. de conſtit. Princip. Gabr. com. concl.
tit. de iure quaſ. non toll. num. 7. Grammat. decis. 46.
num. 3. Rota decis. 11. num. 5. par. 6. recent.* Vnde
cum caſus d. deciſionis ſit longè diuerſus non
eſt ab illo arguendum, *iuxta vulg. l. Papinianus
exuli, ff. de minor. cum alijs.*

Firmatis igitur attentatis dixerunt DD. ei-
dem Iſabellæ dandum eſſe mandatum de im-
mittendo, nam cum ipſa doceat ſe fuiſſe in
poſſeſſione dictorum locorum tàm ex literis
patentibus, quàm ex ipſa deliberatione con-
tra ipſam facta, ſequitur ei, quæ non habuit
11 ſe pro ſpoliata dandam eſſe manutentionem
in eiſdem locis pro reuocatione attẽtatorum,
*Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 14. num. 74. Fontanell.
de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 10. Seraphin.
decis. 1176. num. 6. Coccin. decis. 380. num. 3. cum
alijs cumulatis in Maioricen. Beneficij 27. Nouembris
anni præteriti coram me.*

Nec releuare viſa fuit moderna poſſeſſio
D. Io: Baptiſtæ filij d. D. Marcelli tamquam
deliberatarij dictorum bonorum, quia cum
12 illa † fuerit attentata vti prouenies à Iudice,
qui nulliter, & attentatè proceſſit, non impe-
dit manutentionem D. Iſabellæ prius poſſi-
dentis, *l. improba, C. de acquir. poſſ. Rota decis. 225.
num. 4. par. 1. recent. & decis. 109. num. 5. poſt Vi-
nian. in prax. Iurispatr. Buratt. decis. 491. num. 3. &
fuit dictum in Bononien. fideicommiſſi de Bologninis
22. Nouembris anni præteriti coram R. P. D. meo
Carrillo.*

13 Nec dicatur loca Montium † non recipere
hypothecam, ſed liberè tranſire in emptorem
abſque vllo onere ob ſpeciales Conſtitutiones
in illorum erectione emanatas, ne publicum,
ac liberum commercium impediatur, prout
aduertit *Gratian. diſcept. 730. num. 48. & dixit Ro-
ta decis. 77. num. 19. & 20. par. 6. recent.* Iuncta
præſertim Conſtitutione Sanctiſſimi D. N. nu-
per edita, in qua declaratur emptores loco-
rum Montium eſſe tutos à quibuſuis obliga-
tionibus, hypothecis, & pactionibus priua-
tim contractis. Siquidem fuit reſponſum
14 prædicta procedere in locis Montium, † quæ
ſponte reſignantur ab eorum Dominis, ſecus
autem in illis quæ transferuntur à Iudice. In
iſto enim caſu ſi Iudex minus ritè, aut rectè
proceſſerit ad illorum translationem, in eo-
rum poſſeſſione debet manuteneri poſſeſſor
anterior, qui non habuit ſe pro ſpoliato, vt in
terminis locorum Montium deciſum fuit *co-
ram Card. Virili decis. 284. num. 13. verſ. tandem vbi
fuit, & n. 14. par. 5. & corã bo: me: Buccabella de-
cis. 70. num. 3. verſ. neque cum ſeq. & decis. 305. per
tot. par. 7. recent.*

Et ratio eſt, quia tali caſu reſignationes lo-
corum non dicuntur factæ per eorum Domi-
nos, ſed per eoſdem Iudices nulliter, & iniu-
15 ſtè procedentes, cum factum Iudicis † cate-
nus dicatur factum partis, quatenus ille ritè,
& rectè procedat, ſin minùs dicatur procedere
tamquam priuatus, *l. ſi ob cauſam 13. & ibi ſcri-
ben. C. de euict. Anthar. conſ. 159. num. 3. Corn. con-
ſil. 193. num. 4. lib. 3. Rota decis. 561. num. 3. parte 1.
recent. & alias ſæpe, & facit decis. 650. num. 5. verſ.
nec viſum fuit cum ſeqq. coram Caual.* vbi Rota di-
xit Conſtitutiones Summorum Pontificum,
in quibus cauetur Montiſtas eſſe tutos, & ſe-
curos, perinde ac ſi cum Camera cõtraxiſſent
procedere quando quis emiſſet loca Mõtium
à vero Domino, vt in iſto caſu defendatur à
Camera, non autem quando emit à non Do-
mino, cum alias aperiretur via fraudibus, &
in caſu contrario, quo emens à non Domino
tutus eſſet, potius violaretur fides publica,
16 quæ † non patitur, vt ſuum cuiquam aufe-
ratur ſine facto ſuo, *l. id quod noſtrum, ff. de reg.
iur.* quodque non Dominus valeat vendere
res alterius, *§. ſi quis à non Domino inſtit. de rer.
diuiſ.* Imò retorqueretur in odium Montiſta-
rum, id quod in eorum fauorem dd. Conſti-
tutiones induxerunt contra regulam, *l. quod
fauore, C. de legib.* Paria verò ſunt quod loca
Montium reſignentur à non Domino, vel à
Iudice nulliter, aut iniuſtè procedente, quia
tunc priuati, ſeù extranei, & non Domini per-
ſonam gerit ex alleg.

Et ita &c.

MELEVITANA MARESCIALLATVS.

Veneris 14. Ianuarij 1642.

Argumento non eget.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt geſta infra decendium datum ad appellandum.*

2 *Attentata veniunt reuocãda etiam quoad poſſeſſionem per appoſitionem ſequeſtri.*

3 *Poſſeſſio poſt appellationem extraiudicialem non eſt attentata.*

4 *Appellatio extraiudicialis, vt cauſet attentata requiritur quod ſit intimata Iudici, aut parti.*

5 *Signatura Sanctiſſimi committendo cauſam appellationis ſimpliciter operatur, vt appellatio dicatur admiſſa etiam ſi de iure non eſſet admittenda, & ſic omnia geſta poſt d. appellationem veniunt reuocanda, num. 6.*

7 *Statutum Correctorium iuris communis non extenditur vltra caſus in illo expreſſos.*

8 *Statutum non poteſt tollere appellationem quæ interponitur ad Papam.*

9 *Appellationi dicitur tacitè renunciatum ſi appellans rediuit ad Iudicem ad quem.*

10 *Appellationi ſi fuerit renunciatum non inde cenſentur ſublata attentata.*

11 *Appellationis renunciatio, aut alterius iuris non præſumitur quoties alia coniectura ſumi poteſt.*

DECISIO DCXLIII.

VACANTE Dignitate Mareſciallatus Ordinis Hieroſolymitani per liberam dimiſſionem Eq. Iacobi de Cordon, petierunt illam D. Commendator Ioannes de Fay, alias
de

de la Tour, & D. Commendator Philippus de Guttes à lingua Aluerniæ. Iste vltimus fuit admissus, approbantibus etiam Concist. & Magno Magistro. Ab ista admissione, seu approbatione d. D. de la Tour appellauit, & causam appellationis obtinuit committi in Rota. Verùm quia D. de Guttes non attenta d. appellatione adeptus fuit possessionem dictę Dignitatis, & vlterius curauit se admitti ad antianitatem Iustitiæ pro dignitatibus eiusdem linguæ propositi dubium, An constaret de attentatis quæ venirent reuocan. & Domini responderunt affirmatiuè.

Existentia siquidem attentatorum patet, quia ex Iuribus datis in Summario apparet smutitionem, & collationem d. dignitatis factam fuisse sub die 5. Martij anni præteriti, & appellationem fuisse interpositam pro parte D. de la Tour sub die 8. eiusdem, possessionē verò D. de Guttes cum admissione ad antianitatem Iustitiæ fuisse captam sub die 14. eiusdem mensis Martij. Vnde isti vltimi actus
1 vti gesti post † appellationem infra decem dies interpositam remanent attentati, *cap. non solum 7. de appell. in 6. Lancellott. de attent. 2. parte cap. 12. de attent. appell. pend. in præfat. in fin. Mandos. de inhib. q. 58. num. 2. Rota decis. 27. num. 1. de appel. in nou. Greg. XV. decis. 251. num. 2. Buratt. dec. 942.*
2 *num. 9.* & consequenter, † veniunt reuocan. possessio nempe per appositionem sequestri iuxta stylum Rotæ, *Cassad. decis. 3. in fin. de rest. spol. Caputaq. decis. 57. num. 3. par. 1. Duran. decis. 414. num. 4. Gregor. decis. 10. num. 1. & dec. 91. nu. 1. & d. decis. 251. pariter num. 1.*

Non obstat, quod in smutitione, seu collatione huius dignitatis fuerit processum extraiudicialiter, quodque appellatio interposita pro parte D. de la Tour, fuerit pariter extra-
3 iudicialis; Ideoque possessio capta post † d. appellationem extraiudicialem non fuerit attentata vti consecutiua ad collationem præcedentem, *iuxta doctrinam Innoc. in c. constitutis el 2. 46. num. 2. & ibidem Franc. num. 3. & nu. 10. vers. nec obstat quod esset hic appellatum, Io: ab Imol. n. 12. vers. si autem quæritur, & num. 13. de appellat. idem Franc. in cap. bon. mem. 51. num. 32. vers. sed appellatio extraiudicialis, de appell. in 6. Abb. in cap. cum nobis 19. num. 7. vers. ad idem facit, de elect. Lancell. de attent. 2. parte cap. 12. de eod. appell. pend. limit. 40. num. 1. & seqq. Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. in annot. eo ntr. nullit. & attent. num. 14. & seqq. Greg. XV. decis. 251. num. 14. Buratt. decis. 869. num. 1. & seqq.* Præsertim cum d. appellatio non fuerit parti, aut Iudici intimata, prout inter alia require-
4 batur, ad hoc vt appellatio † extraiudicialis induceret attentata, *Lancell. de attent. appel. pend. limit. 3. num. 23. Cassad. decis. 3. nu. 6. de appell. Rota dec. 58. in princ. eodem tit. de appel. in nou. & dec. 486 num. 3. par. 1. diuers.*

Quoniam quicquid sit in puncto Iuris, in quo dd. conclusiones suas habent limitationes sat esse dicebant Domini, quod Signatura Sanctissimi partibus auditis causam d. appellationis simpliciter in Rota commiserit, nam
5 talis † commissio operatur, vt appellatio dicatur admissa, etiam si de iure non esset admittenda, vt in specie tradit *Io: ab Imol. in cap. sua nobis 66. num. 4. vers. secus videretur de appell.* quem refert, & sequitur *Alex. cons. 77. num. 4. lib. 2.* cum alijs in proposito relatis *à Lancellott. de attent. 2. parte cap. 12. de attent. appell. pend. lim. 6. num. 36. & seqq.* & consequenter efficit, vt om-
6 nia gesta post † d. appellationem sint attentata & veniant reuocan. perinde ac si appellatio suspensiua vsque ab initio admissa fuisset, vt sæpe Rota respondit, & signanter *in Vrbeuetana bonorum coram bo: me: Vbaldo impress. post Post. de manut. decis. 82. num. 15. in Romana domus 27. Octobris 1625. coram bo: me: Coccino, & in Mantuana iuris pascendi 26. Iunij coram bo: me: Card. Vrili, & coram Buratto decis. 92. num. 2. vbi Add. num. 6. dec. 240. num. 3. & in recent. dec. 134. num. 1. & 2. part. 6. & in Volaterana Transactionis 22. Martij 1634. coram Eminentiss. Card. Verospio, & in Melenitana Commendæ 28. Ianuarij anni præteriti coram eodem.* Prædictaque facilius procedunt, quia ab huiusmodi smutitionibus, seu collationibus Signatura Sanctissimi passim admittit appellationem, *vt in causa Campanien. Prioratus 18. Maij 1618. coram bo: me: D. meo Selencien., & in Aquitanien. Prioratus 22. Maij 1625. coram Eminentissimo Card. Vbaldo, in Melenitana Commendæ 10. Aprilis 1636. coram bo: me: Pirouano, & in alia Melitcn. Bauliuatus inter recent. decis. 584. in princ. par. 4. & in d. Meliten. Commenda coram Eminentissimo Cardinali Verospio, & in alia Meleuitana Commenda 20. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Rojas.*

Nec visa fuit obstare replicatio, quod stabilimentum Religionis 20. de Concil. prohibeat appellationem suspensiuam. Quia vltra quod d. stabilimentum est restrictum ad certos casus ibi expressos, & propterea vti cor-
7 rectorium † Iuris communis vltra eos extendi non debet, *Bart. in auth. quas actiones num. 8. & ibidem Ias. num. 21. C. de sacros. Eccles. in l. si constante 24. num. 29. ff. solut. matrim. Alex. cons. 167. num. 13. vers. quinimo posito lib. 7. Ruginell. de appellat. §. 12. glos. 12. cap. 3. num. 9. & 10.* Adhuc si comprehenderet casum, de quo agitur, illius dispositio procedere posset in appellatione interposita ad Consilium completum, vel ad Capitulum Generale, secus autem in appellatione interposita, prout hic, ad Papam, aut Se-
8 dem Apostolicam, quia tunc † nihil operari valeret ex defectu Iurisdictionis statuentium, *Bald. in cap. veniens 19. num. 2. vers. & si fieret statutum, & num. seqq. de iureiuran. Duran. decis. 191. num. 2. vers. quicquid sit latè, Scacc. de appellat. q. 7. num. 4. 51. & 52. & q. 8. num. 112. vers. ad secundū,* & in terminis stabilimentorum d. Religionis *Rota dec. 196. nu. 2. vers. quod etiam narratur par. 2. diuers. & decis. 661. num. 4. par. 1. recent. Seraphin. decis. 615. num. 6. & in d. Meliten. Commenda coram Eminentissimo Verospio.*

Non obstat, quod D. de la Tour redierit ad Iudicem grauantem, & propterea videatur
9 d. appellationi tacitè renunciasse, *cap. gratum 20. de offic. & potest. Iudic. deleg. Gabr. de appellat. conclus. 2. num. 1. Scacc. eod. tract. q. 17. limit. 2. n. 14. Rota decis. 22. num. 2. par. 2. recent.* Quia talis Renunciatio dato quod adesset respectu appellationis

tionis, tamen non impediret, quin ille possit agere ad reuocationem attentatorum, cum
10 per renunciationem † factam appellationi nõ censeantur sublata attentata, *Lancell.de attent.2. par cap.12.de attent.appell.pend.ampl.2.nu.1. Boer. decis.256.num.2. Rot.decis.20.de appell.in nou. Buratt.decis.258.& decis.406.vtrobique n.1.*

Nec demum obstat, quod dictus de la Tour petierit locumtenentiam Marescialatus quia cum ista petitio nõ fuerit facta animo renunciandi Marescialatui, sed solum ad effectum exercen. Locumtenentiam donec esset determinatum ad quem spectaret d. dignitas Marescialatus, non inde potest elici, quod fuerit renunciatum d. appellationi, seu dignitati,
11 nam renunciatio † appellationis, aut alterius Iuris non præsumitur, quoties alia coniectura sumi potest *Decan d. cap.gratum 20. num.29. de offic.& potest.Iud. deleg. Ruginell..de appell.§.9. glos.1.cap.1.num.42.Lancell.de attent.2.par.cap.12. de attent.appell.pend.ampl.2.num.11.Acchill. decis. 21.num.2. & 3. de appellat.* & latè comprobat, *Surd.cons.35.num.2.& seqq.*

Et ita vtraque &c.

MESSANEN. DECANATVS.

Luna 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Indultum optandi quid operetur, & quando sublatũ dicatur per illius non vsum vel abusum.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio generalis beneficiorum non tollit consuetudinem aut speciale indultum optandi reseruata absque illius derogatione.*
2 *Optandi consuetudo probatur ex instrumentis in quibus illa enunciatur.*
3 *Enunciatiua vltra 100. annos sufficienter probant.*
4 *Enunciata per modum causæ inducunt dispositionem & plenè probant, eoque facilius si cum verbis enũciatiuis aliæ concurrant probationes, num.5.*
6 *Ordinarij quoad potestatem conferendi beneficia suæ diœcesis plurimum inuigilare solent.*
7 *Cedens liti & causæ tacitè fatetur se nullum ius habere.*
8 *Papæ assertio etiam de facto alieno facit saltem præsumptionem.*
9 *Papa in beneficialibus plenissimam habet potestatem.*
10 *Optandi ius indulto aut priuilegio Apostolico inducitur.*
11 *Sumptum extractus ex regestro Bullarum Apostolicarum plenam fidem facit.*
12 *Priuilegium antiquum Papæ iustificatione non eget.*
13 *Priuilegium Papæ præsumitur iustificatum ex cursu temporis cum obseruantia.*
14 *Consuetudinem antiquam optandi comprobant optiones quamuis intra spatium sex annorum & quomodo procedat.*
15 *Consuetudinis optandi obseruantiam demonstrant optiones subsequentes nec d.casu requiritur præscriptio, sed quoties casus euenit sufficit ita fuisse obseruatum.*
16 *Priuilegiũ vt per nõ vsum dicatur amissum requiritur quod casus infra d. tempus euenerit in quibus priuilegiatus eo vti potuerit.*
17 *Indultum optandi non amittitur per non vsum quando relinquitur arbitrio Canonicorum optare vel nõ optare valentium.*
18 *Indultum optandi vt per non vsum dicatur amissũ necesse est quod casus optandi non solum euenerit, sed quod vlterius concurrant actus contrarij.*
19 *Optioni non est locus quando beneficia resignantur, vel adsunt reseruationes illam impedientes.*
20 *Optio dicitur præseruata ex collatione Pontificis cum derogatione pro illa vice optioni.*
21 *Qualibet contrauentio non inducit contrarium vsum indulti Apostolici, sed actus eidem directo contrarius.*
22 *Priuilegium non amittitur per aliquam contrauentionem particularem, sed vniuersalis requiritur.*
23 *Cancellaria Apostolica in concursu plurium reseruationum vnam exprimere solet, & dum vnam exprimit aliam non excludit, & num.24.*
25 *Vltimus status in conferendis beneficijs attenditur, sed limitatur quando possessoriũ absorbetur à petitorio ex quo constet ad quem collatio non pertinet, & num.26.*
27 *Dataria dicitur organum Papæ.*
28 *Indultum optandi quando ex prouisionibus Papæ potius dicatur præseruatum.*
29 *Optionis seu indulti de optando non vsus non inducit simplex abstinentia optionis.*
30 *Tolerantia non inducit consensum soluentis qui scit suum ius saluum esse.*
31 *Assertio minus vera præsertim personæ interessatæ rei veritatem non immutat.*
32 *Consensus quando requiritur in aliquo actu sufficit quod interueniat nec refert an ille præcedat, uel subsequatur.*

DECISIO DCXLIV.

RESOLVTVM fuerat sub die prima Februarij anni præteriti Decanatum Ecclesiæ Messaneñ esse adiudicandum D. Mauritio Giurbæ, qui tamquam antiquior Canonicus eiusdem Ecclesiæ illum optauit, non autem D. Ioanni Castello, qui eumdem Decanatum vti reseruatum per regulam tertiam, hodie quartam Cancellariæ a Sede Apostolica impetrauit. Causa deinde reproprosita sub die 27. Maij subsequentis fuit à d. decisione recessum eo præcipuè fundamento quod antiqua consuetudo optandi huiusmodi Decanatum, quæ dicebatur existere in d. Ecclesia, non erat probata concludenter. Verum hodie tertio posita causa Domini ex nouiter deductis steterunt in primo loco decisis.

Quamuis enim iste Decanatus sit maior dignitas post Põtificalem in Ecclesia Messaneñ, non ideo cadit sub d. regula reseruante huiusmodi dignitates, quia cum antiquiores Canonici d. Ecclesiæ habeant facultatem illam optandi vigore antiquæ consuetudinis ac speciaiis

cialis indulti Apostolici, sequitur d. regulam quæ consuetudini, aut iuri optandi huiusmodi dignitates non derogat, non habere locum
1 in eodem Decanatu, cum reseruatio † generalis beneficiorum non tollat cõsuetudinem, aut speciale Indultum optandi reseruata absq; illius derogatione, *Zabarell.consi.16.num.4.vers. intelligendo tamen Gemin.cons.30. numer.3. Caldor. cons.3.num.2.vers.quo posset dici tit.de consuet. Staphil.de lit.grat.de vi & effect.claus.cap. quomod. derog.statut.& consuet.num.4. vers. intelligendo tamen Garz.ad reg.8.glos.34.num.6.Garz.de benefic.par.5. cap.1.§.10.num.414.in fin.* Et in specie quod d. Regula non comprehendat primas dignitates quæ vigore antiquæ consuetudinis,aut specialis Indulti optari possunt dixit, *Rota in Vrgelleñ optionis 10.Iunij 1611.coram bo.me.Remboldo,& in Vrgelleñ Sacristiæ 3.Iunij 1624. coram bon.me.Patriarca Manzanedo.*

Quod autem antiquiores Canonici d. Ecclesiæ habeant facultatem optandi hanc dignitatem liquet ex Iuribus hodie productis, siue attendatur tempus elapsum ante Indultum Innocentij VIII. emanatum de anno 1487. siue inspiciatur tempus ab inde citra decursum.

Respectu siquidem temporis elapsi ante d. Indultum, quamuis non dentur Instrumenta, aut alia Iura cõtinentia positiuos actus optionis huius Decanatus ex pluribus tamen resultat consuetudo illam optandi.

Primo namque concurrit Instrumentum Concordiæ initæ vsque de anno 1168. inter Archiepiscopũ tunc temporis Ecclesiæ Messaneñ ex vna, & Canonicos eiusdem Ecclesiæ ex altera coram Archiepiscopo Panormitano qui Iuribus vtriusque partis diligẽter examinatis huiusmodi consuetudinem optandi per hæc verba, declarauit (Decanatum vero,Cantoriam, & Archidiaconatum personatũ videlicet dignitatem quandocunque illam vacare contigerit iuxta consuetudinem eius Ecclesię Messaneñ concedendam confirmauimus) quæ Concordia præuia narratiua, quod fuerat recepta, & hactenus obseruata fuit,postea cõfirmata à Clemente III. de anno 1188. & deinde à Cœlestino III. de anno 1192. de quo tempore adhuc non emanauerat d. Regula tertia, quam primus omnium edidit Innocentius III. qui fuit creatus anno 1198. prout refert Glosator antiquus super eadem Regula tertia.

Secundo adest alia concordia, seu transactio inita de anno 1484. inter Ioannem Rampullam ex vna, qui tamquam antiquior Canonicus eiusdem Ecclesiæ optauerat hunc Decanatum vti vacantem per obitum Henrici de Auellino vltimi Decani pariter optantis, & Petrum Isuaglies Prouisum Apostolicum ex altera in qua pariter narratis per eos antiqua consuetudine optandi Decanatum eumdem, & concordia supra relata, illiusque Apostolica confirmatione, ac sententia cum re iudicata emanata ad fauorem d. q. Henrici & lite inter eosdem Transigentes orta idem Isuaglies Prouisus Apostolicus cessit liti, & causæ ad fauorem ipsius Rampullæ optantis, cum subsequuta Archiepiscopi tunc temporis approbatione.

His accedit idem Indultũ Innocentij VIII. in quo eadem consuetudo optandi enunciatur, & successiuè confirmatur.

Ex quibus videtur sufficienter probata cõsuetudo optandi hunc Decanatum etiam an-
2 te Indultum,cum optandi † consuetudo probetur ex Instrumentis,in quibus illa enunciatur, vt in specie tradit,*Abb.cons.159.nu.5. lib.1.* quem refert *Monet.de option.c.2.quast.2. num.28.* Et generaliter quod consuetudo probari possit etiam per Instrumentum, aut scripturas dixerunt *Angel.in l. Vetustissimam tertio num.1. C. de Iur.domin.impetr. Abb.in c.cum vobis 14.sub n.5 vers.ego duo de prascript.Socc.sen.cons.94. numer.7. lib.1.Cranett.de antiq.temp.par.4.sect incip. Materia ista num.41.Maresc.var.resol.lib.2. c.100. nu.3. Buratt.decis.435.num.8.* præsertim cum versemur in Instrumentis, ac Iuribus antiquis diuerso tempore confectis metam 100. annorũ
3 longè excedeñ, quorũ verba † enunciatiua in eis contenta sufficienter probant, *glos.in c. cum olim 19.uerb. Instrumentis uers.& per libros antiquos de cens. Ias.in Lex his uerbis 7. num.2. uers.& quod in antiquis lib.4.Socc.Iun.cons.65.num.7.uers.secundo etiam dici uol.1. Dec.cons.36.nu.7.Put.decis.204. num.1.lib.2.in corect.Verall.decis.378.num.3.par.2.* Et in specie quod Instrumenta antiqua magis probent consuetudinem optandi in eis enunciatam, *Abb. dicto cons.159. nu.5. vers.tanto magis lib.1.*

Quæ faciliùs procedunt, quia d. consuetudo non fuit simpliciter enunciata ad alium effectum, sed fuit prolata per modum causę, super qua dictæ concordię, & Indultum fun-
4 data fuerunt, quo casu verba † enunciatiua dicuntur inducere dispositionem, & plenam faciunt probationem, *glos. in cap. si Papa 10. in uerb.asserat de priuil.in 6. Ias.in d.Lex his uerbis 7. num.2.uers.limita C.de test.milit.Paris.cons.26. numer.125.& seq.lib.2.Oldr.cons.258.nu.2. uers.idem uidetur esse dicendum Rot.in Spoletana bonorum 13. Iunij 1602.coram bo.me.Marcomontio.*

Eoque facilius quando cum verbis enun-
5 ciatiuis aliæ † concurrunt præsumptiones, seu coniecturę suadentes veritatem eius,quod enunciatur, *Gambar.in tract. de claus. tit. quand. uerb.enunciat.in priuil.num.5.Afflict.decis.32.nu.1. Rot.in d.Spoletana bonorum §. Idque facilius procedit coram bo.me.Marcomontio.*

In proposito autem non deficiunt coniecturæ suadentes consuetudinem optandi in dd. Iuribus enunciatam. Prima enim enunciatiua contenta in Instrumento prioris concordię emanauit non à Canonicis dumtaxat, sed ab ipsomet, Archiepiscopo Messaneñ,qui passus non fuisset se priuari Iure conferendi maiorem hanc Decanatus dignitatem, quæ tunc temporis adhuc non erat reseruata per regulam tertiam, si reuera talis consuetudo, optandi non extitisset, cum Ordinarij quoad
6 potestatem † conferen̄ beneficia existentia in

 suis

suis Diœcesibus plurimum inuigilare soleant
Gonz. ad reg. 8. §. 5. proœm. num. 72. Lotter. de re be-
nef. lib. 2. q. 13. num. 142. Rota dec. 478. nu. 3. par. 4.
recent. Altera verò quæ legitur in Instrumento
secundę transactionis facta fuit non à solo Ca-
nonico Optante auctoritate Apostolica con-
firmata, ac per sentētiam in iudicatum transa-
ctam ad fauorem Henrici antecessoris optan-
tis, sed vlterius cessit liti, & causæ ad fauorem
Canonici sui aduersarij pariter optantis, ob
quam cessionem censetur agnouisse dictam
consuetudinem optandi, seque prouisum de
eodem Decanatu vti simplici reseruato malū
7 ius fouisse in causa, cum cedens † liti, & causæ
tacitè fateatur se nullum ius habere, *Bald. in*
l. postquam liti 4. num. 11. vers. ego dico, C. de pact.
Cagnol. in l. 2. num. 122. vers. respondetur, C. de eden.
Tiraqnell. in repet. l. si vnquam in verb. donatione
largitus num. 201. C. de reuoc. donat. Rota dec. 778.
num. 7. in fin. par. 2. recent. Tertia denique ema-
8 nauit in priuilegio, seù Indulto Papæ † cuius
assertio, etiam de facto alieno faceret saltem
præsumptionem *Ang. cons. 368. num. 2. Rom. con-*
sil. 369. num. 38. Castr. cons. 414. nu. 1. vers. in quan-
tum dicit, Paris. de resignat. lib. 2. q. 11. num. 15. cum
alys relatis per Mascard. de probation. conclus. 621.
num. 11.

Respectu verò temporis decursi post d. In-
dultum Innocentij VIII. concurrit idem In-
dultum, in quo Summus ille Pontifex post
enarratam d. consuetudinem optandi aucto-
ritate Apostolica confirmatam, illam iterùm
confirmauit, & vlterius pro potiori cautela
facultatem optandi Canonicis antiquioribus
eiusdem Ecclesiæ de nouo concessit. Cui In-
9 dulto † standum est cum Papa in Beneficiali-
bus plenissimam habeat potestatem, *cap. 2. de*
prœbend. in 6. d. cap. si Papa, §. si autem Ecclesia de
priuil. in 6. Clem. 1. in fin. vt lit. pend. Rom. d. consil.
369. num. 2. Alex. cons. 12. lit. pend. vers. non obstat
dum dicitur lib. 1. late Gonzal. ad reg. 8. §. 8. proœm.
à num. 32. Et in specie Indulti optandi *Gemin.*
d. cons. 30. num. 3. & consequenter D. Giurba fa-
tis fundat suam intentionem in eodem Indul-
to, siue illud consideremus, vt in vim simpli-
cis confirmationis antiquæ consuetudinis op-
randi in eo enunciatæ, vt patet ex prædictis,
siue in vim nouæ concessionis cum huiusmo-
10 di ius † etiam Indulto, aut priuilegio Apo-
stolico induci possit, vt colligitur ex notatis
per *Doct. in cap. cum tua, & signanter per Franc.*
sub num. 5. circa fin. vers. ex quo dicto regulariter
infertur de consuet. in 6. Felin. in cap. cum accessissent
8. ante num. 37. vers. sed tamen D. Abbas. de const.
Gonz. ad reg. 8. glos. 34. num. 6. & 8. & glos. 35. nu. 1
& apertè sentit Moneta de option. cap. 2. quæstion. 3.
num. 64.

Neque hodie dubitarunt Domini de forma
probandi eiusdem Indulti cum fuerit in actis
productum supradictum illius extractum ex
Regestro Bullarum Apostolicarum, quod
11 propterea plenam facit fidem *Crescent. decis. 2.*
de fid. instrum. Put. decis. 231. circa med. vers. & ideo
fuit conclusum lib. 3. Paris. de resign. lib. 2. q. 2. nu. 20.
& 23. Marescot. var. res. lib. 2. cap. 9. n. 1. Rota decis.
407. nu. 2. & 3. par. 2. recent.

Non obstat, quod d. Indultum vti conces-
sum ad supplicationem partis non suffragetur
neque in vim confirmationis, neque in vim
nouæ concessionis, nisi aliunde probetur con-
suetudo optandi in eo enunciata, siue disposi-
tiuè narrata, quia vltra quod talis consuetudo
satis probatur ex præcedentibus Instrumentis
antiquis, etiam auctoritate Apostolica confir-
matis, ac pluribus adminiculis roboratis ces-
sat difficultas. Tùm quia versamur in priui-
12 legio Papæ antiquo, quod † non eget iustifi-
catione, *Alex. cons. 6. lib. 1. Verall. d. decis. 378. n. 2.*
13 *par. 2.* Tùm etiam quia illud † præsumitur iu-
stificatum ex cursu tanti temporis cum ob-
seruantia subsecuta, *Seraph. dec. 642. num. 3. Rota*
dec. 344. num. 1. & 2. par. 1. diuers. Garz. de benefic.
par. 1. cap. 1. §. 4. num. 478. cum alijs relatis per Add.
ad Burat. dec. 296. litera B.

Obseruantia autem eiusdem Indulti proba-
tur ex duabus optionibus immediatè post il-
lud effectum sortitis, quarum prima fuit de
anno 1497. quo secuta vacatione huius De-
canatus per obitum supradicti Ioannis Ram-
pullæ Andreas Strizzia vti antiquior Canoni-
cus illum optauit tàm vigore antiquæ con-
suetudinis, quàm Indultorum Apostolicorum
Altera vero de anno 1503. quo eodem De-
canatu rursus vacante per obitum d. Strizziæ
Antonius de lignamine illum pariter optauit
vigore eiusdem antiquæ consuetudinis, ac
priuilegiorum Apostolicorum, & successiuè
possedit vsque ad annum 1514. quo fuit pro-
motus ad Archiepiscopatum eiusdem Eccle-
sica Messanensis, quæ optiones licet fuerint
secutæ infra spatium sex annorum, quod re-
gularitèr non sufficit ad inducendum ius op-
tandi, nihilominus in proposito non solum
14 comprobant † antiquam consuetudinem op-
tandi hunc Decanatum continuatam etiam
post dictum Indultum *Abb. d. cons. 159. n. 2. & 3.*
Verùm etiam ostendunt obseruantiam eius-
dem, statim atque casus optandi euenerunt,
cum ad hunc effectum non requiratur præ-
scriptio, aut spatiū longi temporis, sed suffi-
15 ciat † vbi casus euenit, ita obseruatum fuisse
Aym. cons. 118. num. 2. Alex. cons. 8. nu. 7. lib. 6. Castr.
cons. 348. num. 4. vers. nec erit hæc præscriptio lib. 1.
Aretin. cons. 11. num. 5. vers. sed tantum, Canal. de-
cis. 80. num. 5.

Et hinc cessat, quod dictum Indultum fue-
rit sublatum per non vsum, & contrariū vsum
spatio centum annorum, quibus iste Decana-
tus fuit vti reseruatus à Sede Apostolica col-
latus. Siquidem ab anno 1487. quo emana-
uit dictum Indultum vsque ad annum 1514.
quo Antonius de lignamine vlterius optans
fuit promotus ad Archiepiscopatum, huius-
modi exceptio non vsus, aut contrarij vsus
cessauit ex facto, quia toto dicto temporis in-
teruallo tantum abest, quod probetur dictum
Indultum non fuisse in vsu, quinimo euiden-
ter constat illud semel, atque iterum eueniente
casu optionis fuisse vsu receptum. Ab an-
no verò 1514. citra quamuis idem Decana-
tus (secuta pluries illius vacatione) fuerit col-
latus tamquam reseruatus, non ideo sequitur

Indul-

Indultum fuisse amissum per non vsum, aut
contrarium vsum, non quidem per nō vsum
quia ad hoc vt Indultum, seu priuilegium
aliquid faciendi dicatur amissum, per non
vsum aliquo temporis spatio requiritur quod
16 casus † infra d. tempus euenerit, in quo
priuilegiatus eo vti potuit *glos. in cap. Abbate 5.
Siluani 27. in verb. donec ibidem circa finem, vers.
sed pone quod electus de verb. signif. Io. Andr. in cap.
Ioannes 7. sub num. 14. vers. vbi vero non vsus de
Cleric. coniug. Felin. in cap. cum accessissent 8. n. 25.
vers. hanc regulam limita 1. & ibidem Dec. nu. 74.
de constit. Decian. cons. 66. nu. 65. lib. 3. Balb. de præ-
script. 4. par. 5. par. princip. memb. 3. num. 4. Canal.
dec. 80. num. 6.* Et in specie quod Indultum, aut
consuetudo optandi non amittitur per non
vsum etiam longissimo temporis spatio, nisi
probetur casus interim euenisse, in quibus
optioni locus fuerit, tradunt *Io. Andr. in d. cap.
in tua ante num. 1. vers. fortius autem hoc procederet
& ibidem Ant. de Butr. num. 4. vers. quod dicit. Io.
Andr. Anchar. col. vlt. ante fin. vers. item subdit, Ge-
min. num. 2. vers. & fortius istud procederet de con-
suet. in 6. Selu. in tractat. de benef. par. 3. q. 36. vers.
& fortius istud procederet.* In proposito autem
non probatur casus talis vacationis euenisse, in
quibus Canonici antiquiores optare potuerint
Imò cum huiusmodi Indultum non conce-
17 dat simpliciter ius optandi, sed illud † relin-
quere videatur expressæ, ac liberæ voluntati
Canonicorum optare, aut non optare volen-
tium, illud non esset amissum per non vsum
simpliciter, etiamsi casus optandi euenissent,
prout in specie dixerunt *Io. Andr. in eodem cap.
cum tua in princ. in verb. possunt, & ibidem Ant. de
Butr. num. 4. Anchar. col. vlt. ante finem, vers. quod si
isti Canonici, Gemin. num. 3. vers. solutio dicit, Io.
Andr. Franc. sub num. 5. vers. quod si Canonici de
consuet. in 6. idem Ant. de Butr. in cap. vti priuilegia
20. num. 16. vers. & ponit ibi quæstionem de Canoni-
co de priuil. Add. ad Abb. ad cap. cum priuilegia ante
num. 5. litt. F. Felin. in d. cap. cum accessissent 8. n. 26.
vers. limita 2. de const. Rocc. de Curt. in cap. fin. n. 77.
vers. idem vult, Calderin. de consuet. cons. 3. num. 3.
de consuet. Zasius cons. 15. num. 6. vol. Io. de Selu.
in tract. de benef. par. 3. q. 36. sub num. 1. vers. & po-
test hoc modo, Balb. de præscript. d. par. 4. 5. par. princ.
q. 4. num. 4. Gigas de pension. q. 63. num. 8. Zerol. in
prax. Episc. in verb. canonia, vers. ad duodecimum,
Monet. de option. cap. 8. num. 18. in princ. quæst. 2. Ca-
pic. decis. 138. num. 4. Franc. decis. 1238. num. 6. par. 1
& fuit dictum in Meleuitana optionis 5. Martij 1640
coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nec etiam per contrarium non vsum idem
Indultum dici valet amissum, quia ad hunc
18 effectum opus fuisset non solum quod † ca-
sus optandi euenissent, sed vlterius, quod ades-
sent actus eidē Indulto cōtrarij prout adnota-
runt *Gemin. in d. cap. cum in tua num. 3. in fine, &
Franc. ibidem sub num. 5. vers. si tamen talis vsus,
Calder. d. cons. 3. num. 3. vers. opus ergo, Sel. in tract.
de benef. d. par. 3. q. 36. circa med. vers. aut desistunt,
quia in eis contradicitur. Monet. de option. cap. 8.
quæst. 2. num. 25.* quorum neutrum in proposi-
to concurrit.

Neque huiusmodi contrarius vsus desumi
valet ex prouisionibus in alia decisione pon-
deratis. Quoniam Domini percurrentes sin-
gulas prouisiones successiuè factas à dicto an-
no 1514. citra aduerterunt illas non fundari
in sola, ac simplici reseruatione regulæ tertię,
seu quartæ, quam d. Indultum optandi com-
prehendit, sed in alijs reseruationibus impe-
dientibus optionem, nam illæ fuerunt factæ,
vel ex extrauag. ad regimen de præben. vel ex vaca-
tione in Curia, vel ex resignatione, & ex alijs
etiam reseruationibus, quibus concurrentibus
19 non erat † locus optioni. *Anchar. in d. cap. fin.
num. 1. & col. fin. vers. quæro de consuet. in 6. & ibi-
dem Gemin. in §. in præben. num. 3. Franc. nu. 6. idem
Gemin. cons. 30. vol. 2. vers. ad secundum, Paris. de re-
signat. q. 20. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. glos. 34. num. 2.
Mandos. in addit. ad Lap. alleg. 84. in verb optio, Mi-
lis. in suo repertorio in verbo consuetudo optandi non
habet locum el 1.* cum alijs quos recenset *Rota in
Bononien. optionis 9. Ianuarij 1579. coram Rubeo re-
gistrata per Garz. in tract. de benef. par. 5. cap. 1. §. 10
num. 452. Monet. de option. cap. 3. qu. 3. num. 41.* &
vlterius omnes fere dd. prouisiones conti-
nent derogationem consuetudinibus, statu-
tis, & priuilegijs Ecclesiæ Messanen̄, ac non-
nullæ derogant etiam expressè iuri optandi,
quæ derogationes esto quod præiudicauerint
Capitulo in dictis prouisionibus quoad ius
20 optandi, attamen illud † pro subsequentibus
vacationibus illæsum præseruarunt, *Acchill.
dec. 3. num. 3. de iurepatr. Rota diuers. dec. 545. nu. 3.
par. 1. Rota in Ferrarien. Parochialis coram Corduba
penes Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 198. Buratt.
dec. 172. num. 14. & 15.* Et in specie quod dero-
gatio iuris optandi apposita prouisionibus A-
postolicis illud solum differat pro illis vici-
bus, non autem omninò tollat, tradit *Calder.
cons. 3. num. 2. vers. & procedit hoc etiam de consuet.*
cum quælibet contrauentio non inducat con-
trarium vsum alicui Indulto, seu priuilegio,
21 sed actus † eidem directo contrarius requira-
tur, *Dec. in d. cap. cum accessissent num. 83. Abb. ibi-
dem num. 7. de const. Gail. lib. 2. obseruat. 60. num. 10.*
Eoque magis quando, prout hic, versamur in
priuilegio, quod non habet effectum momē-
taneum, sed reiterabilem, & successiuum, quo
casu illud non amittitur per aliquam contra-
22 uentionem particularem, sed † vniuersalis re-
quiritur *Bart. in l. fin. num. 5. vers. si vero quæra-
tur de const. Princip. Bald. in cap. plerumque num. 19.
de rescript. Dec. in d. cap. accessissent num. 83. vers.
& consideratis his, & ibidem Felin. nu. 29. de const.
Alex. cons. 33. num. 2. vers. sed ea mihi, & num. seqq.
lib. 5. Surd. cons. 262. num. 78. Decian. cons. 83. n. 30.
lib. 3.*

Nec releuat, quod aliquæ ex dictis proui-
sionibus enūciauerint prætia narratiua, quod
Dignitates maiores post Pontificalem vigore
d. clausulæ dudum quæ arguit in qua reser-
tione sit fundata prouisio Apostolica, quia
clausula dudum, licet ostendere soleat benefi-
cium in ea narratum esse reseruatum, non ta-
men impedit quin alia reseruatio in eodem
23 beneficio concurrat cum Cancellaria † Apo-

ſtolica pluribus concurrentibus reſeruationi-
bus reſpectu alicuius beneficij vnam expri-
24 mere ſoleat iuxta praxim, quam aduertit *Rota
coram Seraph. decis. 1251. num. 3.* Et dum vnam
recenſet aliam non excludit, *Garz. de benef. p. 5.
cap. 1. §. 11. num. 540. Rota decis. 141. num. 4. par. 1.
recent. & in Virdunen. Monaſterij 27. Nouembris
1637. coram bon. mem. Coccino, & in Vicen. Came-
raria 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Royas, & in
eadem 27. Iulij eiuſdem anni coram bon. mem. Coc-
cino.*

Et hinc non releuat, quod hodie
agitur ad effectum ſuſtinendi prouiſionem
Apoſtolicam Domini Caſtelli, pro qua
videtur ſufficere vltimus ſtatus, ſeu quaſi
25 poſſeſſio Sedis † Apoſtolicæ conferendi hunc
Decanatum vti reſeruatum iuxta *cap. querelam
de elect. & cap. Conſultationibus de iurepatr.* Nam
iſte vltimus ſtatus vel deſumitur ex prouiſio-
nibus, quæ præceſſerunt hanc vltimam pro-
uiſionem factam ad fauorem d. Caſtelli, & il-
lę ſuffragantur vti emanatæ ob alias etiam re-
ſeruationes in d. Indulto non compręhenſas.
Aut idem vltimus ſtatus deducitur ex ipſa-
met prouiſione D. Caſtelli facta ob reſerua-
tionem d. regulæ 4. & illa non releuat, quia
cum dicta prouiſio emanauerit poſtquam D.
Giurba eueniente caſu vacationis per obitum
ſupradicti Crini Reſignantis hunc Decanatũ
optauit, illiuſque poſſeſſionem adeptus fuit,
non debet attendi vltimus ſtatus, ſeu quaſi
poſſeſſio Sedis Apoſtolicæ conferendi hunc
Decanatum vti reſeruatum, cum proprietas in
26 iſto caſu abſorbeat cauſam poſſeſſionis iuxta
doctrinam *Abb. in d. cap. Conſultationibus ſub n. 9.
verſ. quod ego intelligerem de Iurepatr. Lambertin.
in tract. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 3. art. 6. ſub nu. 4.
verſ. tertius eſt caſus, Paul. de Cittadin. eod. tract.
par. 6. art. 3. q. 7. nu. 16. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 34.
num. 28. & ſeqq. Rota poſt Viuian. de Iurepatr. de-
ciſ. 42. num. 5. & 6.*

Minus releuat concluſio, quod Indulta, &
Priuilegia Apoſtolica conceſſa fauore alicuius
perſonæ priuatæ, aut Vniuerſitatis amittan-
tur per non vſum, aut contrarium vſum ſpa-
tio 40. annorum, quando præſertim concur-
rit ſcientia Papæ, illiuſque conſenſus, qui in
propoſito reſultare dicebantur ex prouiſioni-
27 bus expeditis in Dataria, † quæ cum ſit orga-
num Papæ, quidquid ab eius Officialibus ge-
ritur, ab ipſomet Papa geſtum videatur, prout
in alia deciſione deductum fuit, quoniam
omiſſis alijs reſponſionibus prędicta procede-
re poſſent vbi caſus optandi eueniſſent, in
quibus Pontifices ſcientes dictum Indultum
contuliſſent hunc Decanatum ob ſimplicem
reſeruationem regulæ quartæ; Secus autem
dum ex prædictis apparet caſus optandi non
eueniſſe, ac Pontifices ob alias reſeruationes
etiam contuliſſe, dictoque Indulto vel gene-
raliter, vel ſpecialiter pro illis vicibus dero-
gaſſe; Hinc enim apertè colligitur eos noluiſ-
ſe in totum abrogare d. Indultum per dictas
28 prouiſiones † particulares, ſed potius illud in
alijs futuris temporibus illæſum conſeruare
voluiſſe, vt in propoſito notat *Dec. in d. c. cum
acceſſiſſent num. 83. verſ. conſideratis his de Conſtit.*
Et quidem iure optimo, cum Papæ priuile-
gium deceat eſſe manſurum, vt inquit *text. in
cap. decet 16. de reg. iur. in 6. cap. ſi cui nulla 36. de
præbend. in 6. Rota deciſ. 33. num. 3. de præbend. in
antiq. latè Gonz. ad reg. 8. gloſ. 9. §. 2. num. 9. Decian.
conſ. 66. num. 64. lib. 3.* & in ſpecie Indulti optan-
di aduertit *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 38. n. 2.*

Hinc pariter ceſſat, quod aſſertus non vſus,
aut contrarius vſus proceſſerit non ſolum re-
ſpectu Canonicorum, qui eueniente caſu va-
cationis huiuſmodi Indultum non optarunt;
Imò receperunt Decanos à Sede Apoſtolica
prouiſos. Verum etiam reſpectu Summorũ
Pontificum, qui eumdem Decanatum vti re-
ſeruatum contulerunt, adeout videantur ipſi-
met Indultum abrogaſſe, quoniam reſpectu
Canonicorum, quod ipſi eueniente caſu va-
cationis nõ optarunt huiuſmodi ſimplex ab-
29 ſtinentia † optandi non arguit per neceſſe
non vſum, aut contrarium vſum eiuſdem
Indulti, prout adnotarunt *Gemin. in d. cap. cum
in tua num. 3. in fin. verſ. aut deſiſtunt ſimpliciter de
conſtit. Selu. in tract. de benef. d. par. 3. q. 36. verſ. &
poteſt hoc modo.*

Quod verò ipſi receperint Decanos à Sede
Apoſtolica prouiſos huiuſmodi ſimplex re-
ceptio tamquam facta animo obediendi man-
datis Summorum Pontificum conferentium
ob reſeruationes in ipſo Indulto non com-
pręhenſas, atque eidem Indulto derogantium
non pręiudicauit eiſdem Canonicis ſcientibus
idem Indultum perdurare in alijs futuris va-
cationibus, cum tolerantia, ſeu acquieſcentia
30 non inducat † conſenſum illius, qui ſcit ius
ſuum perdurare, *l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus
mod. pign. vel hypot. ſolu. Ruin. conſ. 261. numer. 38.
vol. 1. Socein. iun. conſ. 106. nu. 4. vol. 3. Surd. conſ. 45.
num. 46.*

Reſpectu verò Summorum Pontificum,
qui eumdem Decanatum vti reſeruatum cõ-
tulerunt, eorum prouiſiones vti fundatæ in
alijs reſeruationibus, & habentes derogationes
d. Indulto non præiudicarunt, vt patet ex prę-
dictis.

Minus refragatur, quod iſte Decanatus re-
periatur deſcriptus in libris eiuſdem Eccleſiæ
Meſſanen cum enunciatiuis, ſeu reuelationi-
bus factis de anno 1557. & 1578. à Decanis
tunc Prouiſis Apoſtolicis, quod illius colla-
tio ſpectaret ſolum ad Sedem Apoſtolicam;
Quia vltra quod illæ emanarunt à dictis Pro-
uiſis Apoſtolicis ad effectum ſuſtinendi col-
lationes tunc factas ad eorum fauorem, in
omnem euentum nõ præiudicauerunt eidem
Indulto optandi per authentica documenta
31 comprobato, cum aſſertio † minus vera prę-
ſertim facta à perſonis intereſſe habetibus rei
veritatem non immutet, *l. aſſumptio ff. ad muni-
cip. Crauett. conſ. 516. nu. 16. Franc. Marc. dec. 1167.
par. 1.*

Denique non obſtat, quod nonnulli ex Ca-
nonicis d. Eccleſiæ impugnauerint ius optan-
di, quo D. Giurba in hac poſtrema vacatione
vſus

vſus fuit, quoniam illi agnoſcentes poſtea hanc veram optandi facultatem ſe retractarunt, omneſq; Canonici capitulariter congregati d. optionem iam factam ratā habuerunt, eamque cœteri Canonici abſentes approbarunt, vt apparet ex Inſtrumento nuper celebrato ſub die 2. Auguſti anni præteriti, qui
32 cōſēſus vbi requiritur in aliquo actu† ſufficit, quod interueniat, nec refert ſiue ille præcedat, vel ſubſequatur, *Bart. in l. ſi quis mihi bona 25. §. iuſſum num. 5. verſ. quandocumque lex diſponit, quod interueniat conſenſus, ff. de acq. vel amitt. hæred. Iaſ. in eodem §. Iuſſum nu. 41. & ſub num. 43. verſ. tu bene concl. Abb. in cap. Cura, Paſtoralis 11. n. 2. de Iurepatron. Vin. deciſ. 130. num. 3. Gama deciſ. 345. numer. 5.*

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 31. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Alienationes factæ ab hærede grauato imputantur in detractiones, & iſtas æquare præſumuntur ſi vlterius non fuerit confectum inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes factæ ab hærede grauato qui non confecit inuentarium præſumuntur æquare detractiones ſibi competentes, ita quod hæredi grauato ſiue habenti cauſam ab ipſo contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, num. 2.*

3 *Hæres grauatus aſſerens hæc, vel illa bona, & non plura in hæreditate Teſtatoris extitiſſe, ex quibus detractiones ſuas facere valeat in tali aſſertione dicitur habere intentionem fundatam, itaut fideicommiſſario contrarium alleganti incumbat onus probandi.*

4 *Hæc concluſio procedit, quando hæres confecit inuentarium, vel alias probationes adducit, ex quibus eius aſſertio verificatur, ſeu quando nullas fecit alienationes.*

5 *Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt facere detractiones ſibi competentes contra fideicommiſſarium etiam non confecto inuentario.*

6 *Hæres grauatus, ſeu eius ſucceſſor non conficiens inuentariū tenetur concludenter probare detractiones non fuiſſe conſumptas; Et hoc procedit ſiue grauatus ſit actor, ſiue reus, & poſſeſſor, & n. 7. 8. & 9. Quæ concluſio ampliatur, quando præter ommiſſionem inuentary, & alienationem bonorum concurrunt aliquæ probationes, ſeu præſumptiones; ex quibus apparet Teſtatorem alia bona præter alienata reliquiſſe, & n. 10.*

11 *Valorem hæreditatis ad effectum dignoſcendi plurimum attenditur præſumptio deſumpta ex teſtamento fideicommittentis.*

12 *Præſumptio cedit veritati.*

13 *Bona alienata de quorum valore non conſtat, præſumuntur ſufficientia pro detractionibus debitis hæredi grauato, itaut contrarium hæredi grauato dicenti incumbat onus probandi.*

14 *Detractiones fuiſſe conſumptas ob non confectionem inuentarij, & bonorum alienationem præſumptio intrat etiam ſi inuentarij confectio in teſtamento non fuerit demandata.*

15 *Hæres grauatus qui non confecit inuentarium præſumitur de iure, quod ſubtraxerit bona hæreditaria.*

16 *Inuentarij omiſſio non imputatur pupillo, ſed illius tutori.*

17 *Pupilli, & minores lege inuentarij innodantur.*

18 *Pupillis, & minoribus ſuccurritur per reſtitutionem in integrum aduerſus omiſſionem inuentarij.*

19 *Reſtitutio in integrum aduerſus omiſſionem inuentarij quæ conceditur pupillis, & minoribus non incipit currere niſi intra quadriennium à die ſcientiæ talis ommiſſionis: Et huiuſmodi reſtitutio competit nedum pupillis, & minoribus, ſed etiam illorum hæredibus, num. 20.*

21 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non valent impedire fideicommiſſarijs immiſſionem in iudicio poſſeſſorio, & n. 26.*

22 *Scientia præſumitur ex diuturnitate temporis.*

23 *Ex ſcientia rei in ſubſtantia præſumitur ſcientia etiam qualitatum illius.*

24 *Scire, & ſcire debere paria ſunt.*

25 *Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione.*

DECISIO DCXLV.

FIRMATVM fuerat ſub die 13. Ianuarij 1640. DD. Franciſco Cino, & Federico de Simonettis dandam eſſe immiſſionem in tribus corporibus enumeratis in d. deciſione vti ſubiectis fideicommiſſo q. Federici de Sinibaldis purificato ad eorum fauorem: Verum quia repropoſita cauſa ſuper ijſdem, informantes pro D. Alexandro iuniore ad impediendam d. immiſſionem plura repetebant tàm quoad identitatem, quàm etiam quoad detractiones prætenſas ex perſona Alexandri ſenioris hæredis grauati eius authoris: Ideo pro faciliori reſolutione ſub die 13. Iunij eiuſdem anni demandatum fuit, vt videretur primo de identitate, & poſtea de detractionibus. Quocirca iterum firmata identitate bonorum per alias duas deciſiones emanatas ſub diebus 28. Ianuarij, & 22. Aprilis anni præteriti. Fuit hodie reaſſumpta diſputatio ſuper detractionibus, quas iterum Domini non obſtare reſponderunt, & ſic in deciſis ſub d. die 13. Ianuarij perſtiterunt.

Nam omiſſis exceptionibus, quas informantes pro fideicommiſſarijs contra ſingulas detractiones opponebant, quarum diſcuſſio non viſa fuit neceſſaria; Moti fuerunt Domini ex eo præcipuè fundamento, quod Alexander ſenior hæres grauatus adiuit hæreditatem Federici fideicommittentis non confecto inuentario, & vlterius plura bona alienauit eidem fideicommiſſo ſubiecta, quibus inſimul concurrentibus intrat concluſio paſſim à Rota recepta, quod alienationes factæ ab hærede grauato, qui non confecit inuentarium, præſumuntur æquare detractiones ſibi cōpeten-
1 tes, † *Peregr. de fideicomm. art. 39. nu. 14. Natt. conſ. 199. num. 12. Rota deciſ. 298. num. 3. par. 6. recent. in Romana fideicomm. de Cataneis 10. Martij 1617.*

& in Rom. domus ad Peregrinum 11. Martij 1619. coram bon. mem. Coccino, & in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 5. Iulij 1637. §. Quo verò ad detractiones &c. & 10. Decembris 1638. §. Non obstat conclusio &c. coram R.P.D. meo Roias cum alijs allegatis in decisione huius causae sub die 13. Ianuarij 1640. §. Eoque magis cum idem Alexander &c.

2 Adeout hæredi grauato, siue habenti causam ab illo contrarium asserenti incumbat onus probandi, *Natt. conf. 238. numer. 8. 9. & 10. lib. 1. Crass. in §. legitima q. 18. num. 2. in fin. vbi de communi Surd. decis. 316. nu. 14. & 15. Seraph. dec. 321. num. 18. Rota decis. 47. num. 5. & 11. par. 5. recent. & in d. Bononien. fideicommissi de Glauarinis loco supra allegato*: Vbi quod hæc conclusio est vera, & à Rota recepta, *& in Interamnen. fideicommissi de Simonettis 3. Iulij 1634. coram R.P.D. meo Ghisllerio, quæ est decis. 301. num. 8. par. 6. rec.*

Quamuis enim hæres grauatus vbi asserit hæc, vel illa bona, & non plura in hæreditate Testatoris extitisse, ex quibus detractiones sibi competentes facere possit, videatur habere

3 intentionem fundatam † in huiusmodi assertione, & fideicommissario contrarium alleganti incumbat onus probandi iuxta *glos. in l. eum de lege 17. in verb. hæredis ff. de probat. & text. in l. fin. §. licentia C. de iur. delib. Gratian. discept. 570. num. 19. Ciriac. controuers. 5. n. 5. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 37. num. 5. & 9.* Nihilominus prædicta procedunt vbi hæres confe-

4 cit inuentarium, † vel alias probationes adducit, ex quibus apparet alia bona præter illa, quæ ipse profitetur, non extitisse, vel nullas fecit alienationes, & in istis terminis loquuntur *Gratian. Ciriac. Maresc. & alij per informantes pro Alexandro allegati*. Secus autem est quando, prout hic, hæres non solum omisit inuentarium; Verum etiam plura corpora subiecta fideicommisso alienauit, quia tali casu cum lex præsumat hæredem subtraxisse bona hæreditaria, *Giouagn. conf. 20. n. 15. & seq. lib. 2. Alex. in Rubr. ff. de acquir. hæred. num. 3. quem refert, & sequitur Rota decis. 301. num. 23. par. 1. rec. cum alijs relatis in decisione, quæ reuidetur, §. Et quatenus*; talis præsumptio subtractionis transfert in hæredem, siue habentem causam ab illo onus probandi negatiuam, scilicet alia bona in hæreditate non extitisse, ex quibus ac bonis alienatis detractiones fieri potuissent, *Conar. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 4. Gratian. discept. 570. nu. 20. Rota decis. 279. num. 17. & 18. par. 5. cum alijs supra alleg.*

5 Nec obstat, quod hæres † grauatus fideicommisso vniuersali possit facere detractiones sibi competentes contra fideicommissarium etiam non confecto inuentario, *Castr. in l. ab omnibus 166. §. fin. sub n. 2. ff. de legat. 1. Socc. sen. conf. 44. num. 1. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 39. num. 1.* Quoniam aliud esse dicebant Domini, quod hæres grauatus, qui non confecit inuentarium, non amittat detractiones sibi competentes, in quibus terminis loquuntur prædicti *Doct. & alij ex aduerso alleg.* Aliud verò quod ille ob non confectionem inuentarij iunctis alienationibus præsumatur consumpsisse dd. detractiones, isto enim casu talis hæres, siue illius successor ob malam præsumptionem subtractionis bonorum resultan. de iure ex omissione

6 inuentarij, tenetur † concludenter probare detractiones non fuisse cõsumptas, vt in proposito declarauit *Rota in d. Bononien. fideicommissi de Glauarinis corã R.P.D. meo Roias 5. Iulij 1637. §. Quo verò ad detractiones &c. & fusius 10. Decembris 1638. §. Non obstat conclusio.*

Nec visa fuit subsistere distinctio per Informantes pro Alexandro deducta, quod scilicet prædicta procedunt, vbi hæres grauatus, siue

7 habens causam ab illo est † Actor, secus autem quando, prout hic, est reus, & possessor, *Peregr. de fideicom. art. 35. num. 24. Ciriac. controu. 5. num. 3. Gratian. discept. 215. num. 9. & 23.* Quia

8 prædictam conclusionem † indistinctè procedere siue hæres sit Actor, siue reus, & possessor sæpè Rota firmauit, & signanter *in Bononien. fideicommissi de Desiderijs coram Reuerendissimo D. meo Merlino Decano, quæ est decis. 47. num. 8. & decis. 226. num. 16. par. 5. recent. & in d. Bononien. fideicommissi de Glauarinis 10. Decemb. 1638. d. §. Non obstat conclusio*, in quibus casibus fideicommissarij erant Actores, hæredes verò, imo etiam tertij erant rei, & possessores, & excipiebant de detractionibus, & fuit etiam dictũ *in Romana fideicommissi de Episcopis 4. Maij 1631. coram Eminentissimo D. meo Card. Verospio, quæ est decis. 33. num. 5. & 6. par. 6. recent.* Vbi quod hæc conclusio in iudicio possessorio adipiscendæ habita fuit pro verissima, quidquid sit in summariissimo iudicio manutentionis.

Et ratio est, quia possessori non sufficit allegare non existentiam aliorum bonorum, nam ex sola negatiua, & possessione ille non releuatur ab onere probandi, nisi pro eo concur-

9 rat inuentarium, † aut alia probatio, siue agatur de valore, siue de quantitate bonorum, quæ Testator in hæreditate reliquit iuxta magis receptam sententiam, quam post *Peregr. de fideic. art. 39. num. 14. Curt. iun. conf. 210. numer. 11.* amplexa fuit Rota *in decisionibus proximè alleg.*

Prædictaque fortius procedunt, quando vltra omissionem inuentarij, & alienationes bonorum concurrunt aliquæ probationes, vel præsumptiones, ex quibus constet Testatorem reliquisse alia bona præter alienata ab hærede grauato, quæ bona vbi sint, & quid de illis actum fuerit non apparet, quia tunc præsumptio consumptionis detractionum

10 adeo incalescit, vt fideicommissarius † habeat intentionem fundatam super illarum consumptione, & hæres, qui contrarium asserit, teneatur huiusmodi negatiuam plenè, & concludenter probare tamquam fundamentum suæ exceptionis, *Argel. de acqu. possess. q. 8. ar. 35. num. 1004. & seq.*

In proposito autem vtrumque concurrere visum fuit. Nam ex iuribus per fideicommissarios datis in Summario probatur Federicũ Testatorem in sua hæreditate reliquisse plura alia bona præter ista, super quibus petitur immissio, & illa quæ per Alexandrum grauatum fuerunt alienata, & alia, de quibus hodie non agebatur. Et vlterius etiam plures concurrunt coniecturæ suadentes valorem hæreditatis longè

gè excedere valorèm detractionum exaduer-
so prætensarum, ac bonorum, de qnibus agi-
tur, inter quas illa potissimnm conictura vr-
gete visa fuit desumpta ex Testamento eius-
dem Federici fideicomnuittentis, qui in eo in-
stituit sibi hæredes vniuersales d. Alexandrum
seniorem, ac posthumum nasciturum ex ven-
tre Corneliæ vxoris tunc prægnantis, si ma-
sculus nasceretur, nec non ipsam Corneliam
æquis portionibus, & sic pro tertia parte, casu
quo ipsa vitam vidualem seruaret, & si tran-
siret ad secunda vota haberet de sua hæredita-
te solum florenos mille; hinc enim elicitur,
quod valor tertiæ partis hæreditatis, in qua
Cornelia fuit hæres instituta, excederet flore-
nos mille eidem liberè relictos in casu quo
ad secunda vota transiuisset, & consequenter
quod valor totius hæreditatis de tempore
obitus Testatoris, nempe de anno 1572. exce-
deret deductis oneribus florenos 3.mill. cum-
que valor bonorum, super quibus petitur im-
missio non ascenderet de dicto tempore ad
floren. 5. mill. vt apparet ex iuribus datis
in Summario pro fideicommissarijs, sequitur
ipsos non petere omnia bona subiecta fidei-
commisso, quę deductis oneribus sunt eisdem
11 restituenda, quæ præsumptio † desumpta ex
Testamento ipsius fideicommittentis, vel di-
spositis in eo plurimum attenditur ad effectū
dignoscenū valorem hæreditatis, *Canal. dec. 246.
num. 6. vers. in præsenti casu, Buratt. decis. 115. n. 9.
& 10. Rot. d. decis. 164. num. 4. & 5. par. 7. recent.
& in d. Bononien. fideicommissi de Glanarinis, §. quæ
magis procedunt coram R.P.D. meo Roias.*

Et hinc non releuat, quod alienatio-
nes factæ per Alexandrum seniorem ascen-
dant ad certam summam, qnæ non æquat va-
lorem detractionum exaduerso prętensarum;
Ideoq; cesset præsumptio consumptionis de-
12 tractionum, cum † præsumptio cedat veri-
tati, *l. fin. in princ. ff. quod met. caus. l. scriptura in
fin. ff. de iur. dot. Gail. obseru. 144. num. 6. lib. 2. Gre-
gor. XV. decis. 416. num. 6.* Nam vltra quod fidei-
commissarij negant prætensas exaduerso de-
tractiones deberi, vel saltem prætendunt re-
stringi ad modicam summam, fuit respon-
sum, quod ex bonis, quæ ex hæreditate fidei-
committentis probantur peruenisse ad Ale-
xandrum grauatum aliqua fuerunt alienata,
& istorum valor est certus, sed plura alia fue-
runt per eumdem hæredem grauatum, vel
permutata, vel consumpta, itaut hodie igno-
retur, quid de eis actum fuerit, & istorum va-
lor nullibi constat, ideoq; bene subsistit præ-
sumptio, quod fuerint sufficientia pro qui-
13 buscumque detractionibus; † itaut Alexan-
dro contrarium dicenti incumbat onus pro-
bandi, *Ciriac. contrmasu. 5. num. 38. & sequen. Peregr.
d. art. 38. num. 14. & seq. Couar. var. resol. lib. 2. c. 6.
num. 4. Gabr. cons. 118. numer. 7. lib. 1. Argel. de legit.
contradict. quæst. 13. art. 5. num. 64. Merlin. de legit.
lib. 2. tit. 2. quæst. 4. num. 3. 4. & 12.* Vbi ampliat
eamdem præsumptionem procedere etiam in
casū, quo per hæredem fuisset confectum in-
uentarium, ex quo tamen non appareret ve-
rus valor bonorum alienatorum, *Rota dec. 32.
num. 8. par. 4. decis. 279. num. 17. par. 5. d. decis. 88.
num. 25. decis. 126. n. 29. & decis. 164. num. 7. par. 7.
recent. & in Romana fideicommissi de Zollis 5. Maij
1638. §. Demum non visum fuit &c. coram Emi-
nentissimo D. meo Card. Verospio,* vbi etiam plenè
firmatur quod primę consumptiones censen-
tur æquare valorem detractionum. Et insu-
per militat etiam præsumptio supra pondera-
ta, quod scilicet in hæreditate Testatoris exti-
terint alia bona, ex quibus detractiones fieri
potuerunt ex supra alleg.

Prout neque obstat, quod Federicus Testa-
tor non iniunxerit hoc onus faciendi inuenta-
rium. Quia licet stante præcepto Testatoris
fortius procedat ista præsumptio, non tamen
14 desinit illa cessante † huiusmodi præcepto,
*Rot. decis. 309. num. 15. & 16. par. 5. & dicta decis.
164. num. 12. vers. & prædicta ferè omnia &c. p. 7.*
15 *recen.* Siquidem hæres † grauatus, qui non
confecit inuentarium præsumitur de iure,
quod subtraxerit bona hæreditaria, *text. est ex-
pressus in l. sancimus igitur, & ibi glos. in verb. fortè,
Auth. de hæred. & falcid. Natt. cons. 199. num. 2. Rot.
dec. 301. num. 23. & decis. 4. n. 18. par. 5. rec.*

Nec releuat, quod Alexander senior hæres
grauatus de tempore obitus Federici Testato-
ris esset in pupillari ætate sub tutela Episcopi
Io: Baptistæ Patrui relictus; Ideoque omissio
16 inuentarij non illi † sit imputanda, sed Tu-
tori; qui illud conficere tenebatur, *Rota decis.
67. num. 4. & decis. 163. num. 8. par. 5. rec.* Quia
omisso quod dd. decisiones loquuntur in ca-
su, quo Tutor, seu administrator, qui erat co-
hæres pupilli non confecerat inuentarium, &
nihilominus agebat contra eumdem pupillū,
siue illius hęredem ex eo, quod pupillus omi-
serat pariter innentarium: Vnde Rota meritò
sensit talem omissionem inuentarij non posse
suffragari eidem Tutori, qui ad illius confe-
ctionem tenebatur, ne propria culpa sibi pa-
trocinaretur; Ideoque non applicantur præ-
senti casui, in quo fideicōmissarij agunt con-
tra hęredem grauatum, siue habentem cau-
sam ab illo.

Responsum fuit, quod pupillaris ætas non
tollit pręsumptionem subtractionis bonorū
de iure resultañ ex omissione innentarii, iun-
ctis pręsertim alienationibus, ac probatione
maioris opulentię hęreditatis, cum etiam pu-
17 pilli, † & minores lege inuentarij inuoden-
tur, vt firmat *Phanuc. de inuent. quæst. 139. nu. 24.
fol. 330. inter tract. var. de inuent. benef. Rot. decis. 4.*
18 *num. 21. par. 5. recen.* Quamuis aduersus illius
omissionem succurratur eis auxilio restitu-
tionis in integrum, *§. illud quoque, vers. Pupillis
autem, & minoribus, auth. de hæred. & falcid. & ibi
glos. in verb. nihil, Angel. in l. hac stipulatio, nu. 1.
circa med. vers. idem firmat, ff. si cui plusquam per
l. Falcid. Ias. in l. sumus iam num. 2. vers. quid au-
tem sit in minore C. de iur. delib. Alex. cons. 124. n. 7.
circa fin. vers. & attento quod sint minores lib. 4. Odd.
de restit. in integr. q. 20. n. 10.*

Minus releuat replicatio, quod restitutio in
19 integrum, quę conceditur pupillo, & minori
aduersus omissionem inuentarij non incipiat
currere nisi intra quadriennium à die scien-
tię

tię talis omissionis, *Cancer. var. res. par. 3. cap. 2.*
20 *de inuent. n. 85. & seq.* Illaque † competat non
solum pupillo, aut minori, sed etiam illorum
hæredibus, *Aym. cons. 17. numer. 2. in fin. Phanuc.*
de inuent. vbi supra numer. 36. vers. Item quod
ius &c.

Quia vltra quod huiusmodi inspectio. An
Alexander senior habuerit scientiã, aut igno-
rantiam talis omissionis inuentarij requirit
21 altiorem indaginem, ideoque † non valet im-
pedire immissionem, vt in specie dixit *Rota in*
Viterbien. Castrorum 11. Martij 1622. in §. Quia
fuit responsum coram bon. mem. Coccino. Visa fuit
cessare difficultas, quia in proposito tantum
abest, quod probetur Alexandrum habuisse
ignorantiam d. omissionis, quinimo illa ex-
cluditur. Tàm ex eo, quia ab anno 1532. quo
ipse adiuit hęreditatem Federici vsque ad an-
num 1589. quo obijt, longa temporis series
effluxerit, quę arguit illum habuisse scientiam
22 talis omissionis, cum scientia † alicuius rei
præsumatur ex temporis diuturnitate, *Aym. de*
antiq. temp. in 4. par. §. materia ista num. 62. Odd.
de restit. in integr. par. 1. q. 8. num. 66. Quam etiam
ex eo, quia idem Alexander in omnibus ferè
actibus tàm extraiudicialibus, quàm iudicia-
libus hæreditario nomine Federici toto dicto
tempore gestis se vocauit hęredem; Vnde
pręsumitur sciuisse se talem fuisse cum bene-
ficio Inuentarij, vel sine, cum data scientia rei
23 in substantia pręsumatur † sciẽtia etiam qua-
litatum illius, *Crauett. cons. 866. num. 7. lib. 5. Me-*
noch. lib. 6. præs. 23. num. 73. vers. ita etiam respondit.
Et in omnem euentum cum Alexander hę-
res grauatus saltem maior factus deberet sci-
re, an d. Inuentarium esset confectum, nec
ne, & quod ex illius omissione subiret hanc
pœnam, quod pręsumeretur subtraxisse bona
hęreditaria, ignorantia illius omissionis non
24 suffragaretur, cum paria † sint scire, & scire
debere, vt in proposito alijs relatis arguit *Rota*
decis. 4. num. 19. & 20. par. 5. rec. Nam alias esset
ignorantia supina, quę non dicitur iusta causa
ad effectum obtinendi restitutionem in inte-
grum, *l. nec supina 6. & ibi glos. ff. de iur. & fact.*
ignor. l. regula, §. facti ignorantia, ff. eod. Odd. de re-
stit. in integr. par. 1. q. 8. art. 10. n. 57. Natt. cons. 225.
num. 5. circa fin. vers. Quia prædicta verba lib. 1.

Quibus accedit, quod adhuc admissa tali
ignorantia omissionis inuentarij, nõ ideo pos-
set retardari immissio prętextu restitutionis
in integrũ aduersus huiusmodi omissionem.
25 Quia cum restitutio † non detur absque lę-
sione, *l. nam postea 9. §. si minor, ff de inreiur. Rot.*
decis. 1. de restit. in nou. & in Florentina, seu Bono-
nien. de Barbadoris 28. Iunij anni præteriti, §. E con-
uerso autem coram R. P. D. meo Carrillo; dictaque
lęsio probari non possit nisi prius discussis iu-
ribus hęreditatis, huiusmodi exceptio requirit
pariter altiorem indaginem, quę propterea
26 non valet † impedire immissionem in hoc
iudicio possessorio, *Rip. in Rubr. ff. de pign. n. 19.*
vers. defendendo hanc differentiam, Menoch. de adi-
pisc. remed. 3. num. 180. vers. & in hoc iudicio, Rota
d. decis. 301. num. 18. par. 6. recent. & decis. 164. n. 9.
vers. & interim donec par. 7. recent. & in d. Viter-
bien. Castrorum in §. minus obstat coram bon. mem.
Coccino.

Et ita secunda vice fuit pro immissione re-
solutum vtraque parte informante.

NEAPOLITANA BONORVM.

Veneris 7. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

possessio manutenibilis nõ transfertur per clau-
sulã, *constituti*, quando is, qui d. clausulam ap-
posuit nullam habebat possessionem, seu do-
minium super re translata: Testamentum ex
quibus non dicatur caducatum per pędeces-
sum instituti.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, constituti, *non transfert possessionem manutenibilem si qui illam apposuit neque respectu possessionis, neque proprietatis aliquod ius habebat.*
2 *Confessione propria nulla maior probatio.*
3 *Actus potius iure familiaritatis quam possessionis, quando dicantur facti.*
4 *Causa testati facit cessare causam intestati.*
5 *Donans non potest in donatarium maius ius transferre, quam ipse habeat.*
6 *Filia præterita secundũ consuetudinem Regni Neapolitani non potest impugnare testamentum parentum, quæ consuetudo habet locum etiam in testamento matris, vt n. 7.*
8 *Testamentum remanet caducum si hæres institutus prædecesserit, & quando limitetur.*
9 *Substitutio pupillaris continet vulgarem tacitam.*
10 *Substitutio vulgaris in sua formula habet conditionem impotentiæ quæ comprehendit casum mortis viuente Testatore.*
11 *Testamentum potest incipere à tacita vulgari, etiam quod Testator vixerit post obitum instituti, itaquod aliud testamentum conficere potuerit, & num. 12. & ampliatur si concurrat substitutio piæ causæ, num. 13.*
14 *Substitutio pupillaris cum illa conditione, si in pupillari ætate decesserit, importat vulgarem non omnino tacitam; & eo casu absque controuersia sustinetur testamentum mortuo pupillo viuo patre.*
15 *Substitutio pupillaris non continet tacitam vulgarem, quando adest expressa vulgaris.*
16 *Testamentum potest incipere à tacita vulgari.*
17 *Possessio turbatiua non est manutenibilis.*
18 *Possessio anterior manuteneri debet quando quis nulliter fuit expulsus.*

DECISIO DCXLVI.

FRANCISCVS Antonius Pontecorbus de anno 1635. condidit Testamentum, in quo instituit hęredes posthumos nascituros ex Dianora vxore tunc pręgnante per hęc verba: *Instituisco, ordino, e fò miei heredi vniuersali li figlioli, ò figliole nascieure del corpo della Signora Dianora Stella mia carissima, e legitima Moglie sopra tutti, e qualsiuoglia beni mobili, e stabili &c. Item che detti figlioli, ò figliole nascieure del corpo di detta*

Dia-

Dianora stella, ò non venissero in luce, ò che dopò nati morissero in pupillari etate, faccio herede il Ven. Monastero di S. Maria del Carmine sopra tutti miei beni &c. Post conditum huiusmodi Testamentum Dianora peperit filium masculum, qui paucos post dies decessit, adhuc viuente Francisco Antonio Patre. Deinde obijt idem Franciscus Antonius post cuius obitum Fratres Carmelitę die 20. Settembris 1635. cęperunt possessionem cuiusdam Massarię hereditarię eiusdem Francisci Antonij sit. in loco nuncupato *à Capo di Monte*, seu *la Conocchia*, eamque possederunt vsque ad diem 7. Iunij 1638. de quo tempore Olympia vti prętensa hęres ab intestato eiusdem Francisci Antonij eius fratris, & Aldonę Imbertę communis matris eamdem Massariam Hebdomadarijs maioris Ecclesię Neapolis donauit, qui 9. eiusdem mensis Iunij de facto illius possessionem acceperunt, quę possessio deinde fuit per decretum prouisionale Domini Nuntij reuocata; sed quia decretum D. Nuncij fuit postea per sententiam Vicarij Generalis Iudicis appellationis à d. decreto Nuncij per Breue Apostolicũ ad instantiam dd. Hebdomadariorum deputati reuocatum, quæ sententia fuit per aliam R.P.D. Vannini confirmata, hodie in gradu restitutionis in integrũ contigit dubitari, An constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrũ. Pro parte Fratrum Carmelitarũ impugnabatur d. sententia ex capite nullitatis, & iniustitiæ, sed Domini omissis nullitatibus resoluerunt ex capite iniustitiæ non constare de re iudicata, ac per consequens constare de causis restitutionis in integrum.

Iniustitia siquidem dd. sententiarum est euidens, quia conceditur manutentio in possessione d. Massariæ Hebdomadarijs donatarijs d. Olympiæ, & tamen nullibi iustificatur. quod ipsa Olympia tempore donationis ius aliquod haberet super d. Massaria, neque respectu proprietatis, neque respectu possessionis, prout re-
1 quiritur † ad effectum, vt per constitutum transferri potuerit in Donatarios, *Alex. conf. 10. post princ. lib. 4. Menoch. conf. 701. num. 12. Fuln. Pacian. conf. 20. num. 88. Rot. diuers. decis. 766. nu. 1. p. 1. & in recen. decis. 768. num. 4. par. 2. & coram Buratt. decis. 136. numer. 11.* Imo contrarium probatur.

Nam respectu possessionis hoc clarè apparet, quia post obitum Francisci Antonii constat Fratres Carmelitas cępisse possessionem d. Massariæ, eamque pacificè per totum triennium possedisse, & hanc possessionem Fratrum fassa est Olympia in iudicio moto cõtra ipsos Fratres Carmelitas post obitum dicti Francisci
2 Antonij, † qua quidem confessione nulla potest dari melior probatio, *l. cum te S.C. de transact. Gregor. XV. decis. 143. num. 3. cum similibus.*

Non obstant actus gesti per ipsam Olympiam, ex quibus prætenditur probari illius possessio, quia cum ipsa non potuerit succedere Aldonsæ matri, in cuius bonis fuit Massaria, de qua agitur, stante Testamento ab ipsa facto ad fauorem Iosephi, & Francisci Anto-
3 nij, filiorum, supradicti actus † censentur facti iure familiaritatis, non autem iure possessionis, *Bart. in l. qui iure 41. numer. 1. & 2. & ibidem Castr. in princ. & alii, ff. de acq. possess. Ruin. conf. 34. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 67. numer. 12.* & in terminis sororis exclusæ per Testamentum parentum censuit *Rota coram bon. mem. Buratto decis. 169. num. 4. & seqq. & decis. 216. nu. 3. & seq.*

Quo verò ad proprietatem est etiam euidens ipsam nullum ius habuisse, quia ipsa donauit d. Massariam Hebdomadarijs vti hęres ab intestato Francisci Antonii fratris, & Aldonsæ eius matris, & tamen stantibus vtriusq; Testamentis non potuit esse hęres, cum causa
4 testati faciat cessare causam intestati, *l. quandiu potest 39. ff. de acquir. hæred. l. quandiu 90. ff. de reg. iur. l. antequam 8. C. com. de success. Surd. conf. 208. num. 46. lib. 2.* Vnde cum ipsa non possideret d. massariam, nec aliquod ius haberet circa eius proprietatem, sequitur in Hebdomadarios aliquod ius considerabile non fuisse translatum,
5 cum donãs † plus iuris in Donatarium transferre non valeat, quam ipsemet habeat, *l. si domus 71. in fin. ff. de leg. 1. Bart. in l. Prædia 5. nu. 3. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 10. Surd. decis. 172. n. 7. Rota decis. 192. n. 16. par. 6. recen.*

Nec obstat, quod in Testamento Aldonsæ Olympia fuerit præterita, & sic illa possit dare de nullitate ipsius: Quia vltra quod non subsistit in facto, quod illa fuerit præterita, cum in Testamento fuerint ei relicta scut. 50. respondetur filiam præteritam secũdum con-
6 suetudinem † Regni Neapolis non posse impugnare Testamentum parentum, in quo, prout in hoc casu, filij masculi sunt vocati, *Neapod. in consuetud. si moriatur in verb. succedunt vers. in contrarium. numer. 86. fol. 102. Minad. in Constit. in aliquibus not. 2. num. 63. Franc. decis. 149. num. 7. Molphes. in consuet. Neap. par. 4. de success. ab intest. q. 18. num. 3.* & illam habere
7 locum † etiam in Testamento matris tradunt *Afflict. decis. 179. nu. 1. & 2. Franc. decis. 171. n. 1. Molphes. in consuet. Neap. d. par. 4. de success. ab intest. q. 18. n. 7.*

Non obstat, quod cum Dominicus hęres institutus prędecesserit ante obitum Francisci
8 Antonij Patris testamentum † remanserit caducum, *l. totis 81. in fin. ff. de acq. hæred.* quia per prædecessum d. Dominici instituti irrita quidem fuit institutio, sed non substitutio facta ad fauorem Fratrum Carmelitarũ, cum fit concepta verbis directis tàm in casu non natiuitatis filiorum, quàm in casu natiuitatis, & mortis in pupillari ætate, quę pupillaris con-
9 tinet † vulgatem tacitam, *l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. & pupill.* Et ideò siue filij non sint nati, siue decesserint in vita Patris, succedit substitutus, quia vulgaris in sua formula habet con-
10 ditionem impotentiæ, † quæ compręhendit casum mortis viuente Testatore, vt est *text. in l. vnic. §. pro secundo vbi glos. in verb. substitutus, C. de caduc. toll. l. Thais 41. §. Splendeptorus, ff. de fideic. lib. Bart. in l. 1. nu. 28. vers. secundo casu ibi siue primus sit exclusus ff. de vulg. Castr. conf. 218. sub num. 1.*

num.1.vers. secundo probatur, l.1.Menoch.cons.106.
num.364.Surd.decis.37.num.10.& seq. Rota in Fir-
mana hæreditatis 11.*Decembris* 1619.*&* 6. *Nouem-*
bris 1620.*coram bon.mem.D.meo Archiepiscopo Se-*
leucien. & in terminis vulgaris tacitę in pupil-
lari substitutione contentæ, quod operetur, vt
testamentum ab ea incipiat moriente hærede
viuo Testatore post alios tenuerunt de magis
communi, & veriori testando *Couar. in c.Ray-*
nutius §.5.col. pen.vers.3. est sententia de testamen.
Crass. §. substitutio q.10. num.9. post med. Mantic.
de coniect.lib.5.tit.6.n.11. post med. & seq. Facchin.
contron.lib.4.cap.67. per tot. Fusar. de substit. q.23.
num.4. Et prædicta procedunt etiam si mor-
tuo filio Pater superuixisset tanto tempore;
vt aliud Testamentum commodè condere
potuisset, quia præsumitur non condendo
11 aliud † permansisse in ea volantate, ex qua
substitutus per tacitam vulgarem admittebatur,
& ab ea Testamentum potest incipere, vt
reiecta contraria opinione *Bart.in d.l.1.num.3 a.*
*vers.Vlterius quæro, ff.de vulg.*tenent *Alciat.in ead.*
l.1.num.122.vers. subijcit Bart. dicens, quod om-
nes illam reprobant *Couar.vbi supra vers. 2. hac*
dubitatione. Vbi ait illam ab omnibus repro-
bari, & esse manifestè contrariam menti Te-
12 statoris, qui † censetur non mutasse volun-
tatem, & velle substitutum admitti, & omni-
bus præferri, *Crass. vbi supra vers. tertia opinio,*
Mant. sub d.nu.11.vers.Imo hodie, Facchin.d.lib.4.
controu. cap.67. vers. Cæterum alys relatis, Trenta-
cinq. de substit. cap.10.n.20.Intrigl.eod.tract.cent.1.
q.37. num.21. in fine, qui de communi Sim. de Pret.
de interpret.vlt.vol.lib.3. fol.241.num.54.vers. siue
Testator. Fusar. d. q.23. num.7. & prędicta tanto
magis procedunt stante substitutione pię cau-
13 sæ, cuius fauore † extenditur substitutio, *Vasq.*
de success. tom.2.lib.2.§.11.num.38. in fin.Fusar. d.
q.23.num.5.Tiraquell.de priuil. pia causa priuil.76.
Franc.decis.156.n.4.

Et cessat hæc controuersia, quando substi-
tutio pupillaris est concepta sine illis verbis,
si hęres erit, sed cum sola alia conditione si in
pupillari ætate decesserit, quia tunc vulgaris
14 non est † omnino tacita, sed continetur sub
istis verbis generalibus, & ideo absq; contro-
uersia sustinetur Testamentum mortuo pu-
pillo viuo Testatore, vt bene explicat *Couar.in*
d.§.5. sub num.5. ante fin. vers. Verum etiam si ad-
mittamus, quem sequuntur congesti per *Fusar.*
d.q. 23.num.13.

15 Non obstat, quod pupillaris † non conti-
neat tacitam vulgarem, quando adest expressa
vulgaris, *l. cum ex filio 39. §. filio, ff. de vulg. &*
seqq. Quia hic non visa fuit adesse expressa
vulgaris, cum duo tantum casus fuerint à Te-
statore considerati, primus scilicet si filij non
nascerentur, qui casus non euenit, quia filius
natus est, secundus casus si in pupillari ætate
decederet, qui nec etiam contigit, quia filius
nunquam fuit pupillus dum Patri prędecessit,
& sic remanet tertius casus omissus, cum vi-
uente Patre obierit, & consequenter intrat
16 vulgaris tacita, † à qua potest incipere Testa-
mentum, *l. idem est 13.§.vlt. ff.de testamen. milit.*
Couar. in d. §.5. vers. tertia est sententia sub vers.
nam quod à tacita, cum alijs fusè cumulatis à
Fusar. d.q.23.num.1. & seqq. & bene etiam ad pro-
positũ Goffred. à Salignat. in d.l.cum ex filio ad med.
vers. & hæc vera sunt, Cassad.decis.1.num.6. tit. de
testam.

Prę terea ex alio etiam capite constat de in-
iustitia dd. sententiarum, ex quo concedunt
manutentionem Hebdomadarijs, qui posses-
sionem de facto apprehenderant d. Massarię
non citatis Patribus Carmelitanis, qui à trien-
nio erant in pacifica possessione. Vnde eui-
denter apparet d. possessionem fuisse turbati-
17 uam, † & nullo modo manutenibilem, *c. licet*
causam vbi Doct. de prob. Menoch. rem.3. de retin.
num.725.& 726.Rot.decis.19.num.1. par.1. diuers.
& decis.193.num.8.& decis.555. n.1.par.1. recent.
Et in fortioribus etiam quando non citatur
intrusus iniustus detentor est, *text. in cap. licet*
Episcopus 28. de præben. in 6.Calderin.cons.4. tit.de
dilat.Ruin.cons.17.num.3.lib.5.Rimin.iun.cons.494
num.34. & seq.Honded.cons.20.n.47.lib.1. Et ideo
dandam esse manutentionem existeñ in ante-
18 riori possessione † non attenta huiusmodi ex-
pulsione nulliter facta firmat *Gratian. discept.*
431.num.1. & seqq.Card. Caual. decis.501. num.1.
& seqq.Rot.decis.284.num.14. & seqq. par.5.

Et ita vtraque parte informante fuit resolu-
tum.

SABINEN. PENSIONIS.

Ven. 7. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Pensionis reseruatio sustinetur quando valor narratus iustificatur, & ex quibus d. probatio resultet.

SVMMARIVM.

1 *Testes contra illos inducentem plenè probant.*

2 *Etiam si esset vnicus, & de credulitate, vel de auditu deponeret.*

3 *Confessio propria superat quamcumque aliam probationem.*

4 *Inuentarijs redditũum Ecclesiæ plurimum defertur quoad illorum quantitatem.*

5 *Rota in materia liquidationis fructuum indiscordia solet amplecti mediam summam.*

6 *Libri Computistariæ alicuius Principis fideliter custoditi sufficienter probant.*

7 *Testes reddentes optimas rationes, & de facto proprio deponentes sunt in concursu præferendi.*

8 *Libri Annonæ optimè pretium frumenti, ac blada probant.*

9 *Calculus redditũum Ecclesiæ factus cum titulari tẽpore non suspecto, & fundatus in libris, & alijs documentis authenticis maximum præbet argumentum veritatis, & maximam vim habet etiam contra successorem & num.10.*

11 *Calculus confectus inter duos Sacerdotes obseruatus & verisimilis, ac desumptus ex libris Archipræsbiteri bene probat & num.12.*

13 *Valor rei probatur etiam per Instrumenta venditionum quando de proximo sunt facta.*

14 *Scien-*

14 *Scientia facti alieni præsumitur quando illud est sæpè tractatum, ac discussum.*
15 *Decima est soluenda ex omnibus fructibus terræ.*
16 *Testes super affirmatiua, & habentes iuris assistentiam sunt præferendi.*
17 *Titularis non est verisimile quod soluisset pensiones si fructus non sufficerent.*
18 *Allegans tenetur probare quæ sunt facti.*
19 *Demonstratio falsa non vitiat dum veritas aliunde habetur.*
20 *Testis Sacerdos reputatur omni exceptione maior, & plus probat quam laycus.*
21 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam lite pendente, & sine citatione partis nullum faciunt adminiculum.*
22 *Adminicula nihil operantur sine aliquo gradu præexistentis probationis.*
23 *Testes varij, mendaces & sibi contrarij fidem non merentur.*
24 *Testes magis qualificati sunt præferendi.*
25 *Testes adminiculati magis probant.*

DECISIO DCXLVII.

RESOLUTUM fuit sub die 20. Iun. 1639. sententiam A. C. annullatoriam annuæ pensionis duc. 35. auri de Camera reseruatæ ad fauorem R. P. D. Fagnani super fructibus Ecclesiæ Parochialis Nomenti sub narratiua valoris similium duecat. 200. auri de Camera esse reuocandam, eo quia pro parte d. D. Fagnani fuerat probatum fructus d. Ecclesiæ Parochialis ascendere ad prædictam quantitatem ab eo narratam, imò illam excedere. Verum sub die 25. Februarij anni præteriti Domini recesserunt à d. resolutione moti ex nonnullis Testibus pro parte Archipresbyteri Titularis nouiter examinatis deponeñ fructus prædictæ Ecclesiæ ascendere solummodò ad annua scut. 150. monetæ, quæ deductis oneribus medietatem valoris narrati constituunt. Hodie autem tertio posita causa super eisdem & probationibus hinc inde deductis maturius examinatis, Domini steterunt in primo loco decisis, quia fundamenta d. secundæ decisionis visa fuerunt ex facto corruere.

Tria namque firmantur in d. secunda decisione.

Primum Terrenū Decimatorium Nomenti, in quo d. Ecclesia Parochialis habet Ius vigesimañ, ac trigesimañ esse Rubr. 350. dumtaxat; Alterum vigesimas, ac trigesimas, quas inde quotannis exigit Archipresbyter, seù Rector eiusdem Ecclesiæ non excedere quantitatem Rub. frumenti 22. & bladarum 11. tertium pretium frumenti esse calculañ ad rationem sc. 5. bladarum verò ad rationem Iul. 15. pro quolibet Rub. quo pretio inspecto inferebatur frumentum, & bladam non excedere annua scut. 130. quibus si addantur alia scut. 20. prouenieñ ex pẽsionibus domorum valor fructuum d. Parochialis ascendit solum ad prædictam summam scut. 150. prout in eadem decisione deducitur.

Quoad primum fundamentum respiciens quantitatem terreni decimatorij, illud eo nititur supposito, quod Ecclesia Parochialis Nomenti haberet Ius vigesimañ, ac trigesimañ solum ex Rubr. 350. terreni in his corporibus, nempè in quarterio Tubaldi haberet ius vigesimandi ex Rub. 40. in quarterio Conchæ, ex Rub. 60. & in quarterio Formellucci haberet Ius vigesimañ ex Rub. 176. & Ius trigesimandi ex Rub. 74. Ideoque Territorium decimatoriū esse dumtaxat Rub. 150. Verum animaduersum fuit prædictis Rub. terreni decimatorij 350. in vltima decisione firmatis esse addenda alia Rub. 73. nempè.

Primò Rub. 30. ex Tenuta Cerqueti, quæ temporis reseruationis d. pensionis seri consueuerant, & postea redacta fuerunt ad vineas, sicuti disponit primus Testis Archipresbyteri iuxtà 19. ibi *Il Cerqueto 20. ò 25. anni fà era 40. Rubbia incirca, che si seminauano, & hoggi sono ridotti à 10. ò 20. Rubbia di semenza, perche l'altra quantità sino alli 40. è stata data à far Vigne, e prima che fusse data à far Vigne rispondeua della vigesima.*

Secundò alia Rub. 10. ex Tenuta Montis veteris, de qua deponit primus Testis Archipresbyteri iuxtà 22. dicens *Tubaldino, è Monte vecchio saranno da 50. Rubbia, e tutti rispondono all'Arciprete.* Cum enim Tenuta Tubaldini sit Rub. 40. vt firmatur in eadem secunda decisione sequitur Tenutam Montis veteris esse Rub. 10. pro complemento dd. Rub. 50. Et ferè concordat tertius Testis iuxtà 18. ibi. *Tubaldini tutto risponde la vigesima.* Item *vna parte di Monte vecchio, che sarà da 7. ò 8. Rubbia risponde la vigesima all'Arciprete.*

Tertiò denique alia Rub. 33. ex Tenuta Greppinæ, ex qua pariter soluitur vigesima sicuti apparet ex responsione Archipresbyteri facta ad articulos specificatos in actis pro parte D. Fagnani cum Iuramento ibi. *Qualmente le Terre lauoratiue, che hanno pagato, e rispoſto per il passato, e pagano, e rispondono al presente la vigesima sono l'infrascritte poste, e situate nel detto Territorio della Mentana cioè Formelluccio, vna poca parte di Greppine &c.* Et concordant etiam Inuentaria redditunm huius Eccl. anni 1598. & 1619. in quibus inter terrena vigesimatoria reperitur descripta ista Tenuta Greppinæ separatim ab alijs ibi. *Quarti che rispondono la vigesima &c. Item il quarto di Greppines* nec non relatio formiter recognita Agrimensoris qui magnam partem eiusdem Tenutæ posuit inter terrena laboratiua Nomenti. Ex quibus apparet Terrenum decimatoriū esse Rub. 423. non autem 360. attenta dd. aliorum Rub. 73. additione, quæ respectu Tenutarum Cerqueti, & Montis veteris probatur ex dd. Testibus pro parte eiusdem Archipresbyteri examina-
1 tis, qui † contra ipsum producentem plenè probant *Bursatt. cons. 311. num. 21. lib. 3. Cephal. cons. 65. num. 55. Tob. Non. cons. 99. num. 10. & num. 18. Surd. cons. 217 num. 21. vol. 2. & decis. 284. num. 18. Rota decis. 594. num. 2. par. 3. lib. 3. diuers. decis. 747. la 2. num. 6. par. 2. & decis. 762. num. 3. & in fin. par. 3. recent. & in Leodieñ Deanatus 15. Decembris 1627. coram bo. me. Pirouano*; etiamsi esset
2 set vnicus, † & de credulitate, vel auditu deponе-

poneret *Socc. Iun. cons.69. num.12. lib.1. Crauett. cons.203.nu.7. vers.& adeo produceus Bertazz.cons. crim.71.num.15.lib.1. Paris. cons.83. num.3. lib.1. Gabr.tit.de testib.concl.1.num.13.vers.contrarium,& num.15. Surd.d.decis.284. num.18. & 19. Gratian. discept.950.n.38.* Respectu verò Tenutæ Greppinæ iustificatur non solum ex eisdem Testibus; verum etiam ex confessione ipsiusmet Archipresbyteri emanata in responsione ad articulos cum Iuramento specificatos, quæ
3 propterea † superat omnem aliam probationem, & præfertur etiam Testibus, qui contrarium assererent *Gabr.de Testib.concl.4.num.75 Greg.decis.347.num.3.& ibi Add. Buratt.decis.367 num.5.* vbi etiam *Add. num.13.* maximè cum illi in hac parte concordent vltrà relationem Agrimensoris prædicta duo Inuentaria reddi-
4 tuum huius Ecclesiæ, quibus † in hac materia plurimum deferri consueuit *ex alleg.in d.prima decisione huius causæ vers. præterea concurrunt, & per Verall.decis.153.par.2. & Rota decis.573. nu.4. par.2.recent.*

Neque subsistere visum fuit quod prædicta Rub. 30. Cerqueti sint comprehensa in quarto Formellucci, quia obiectum tollitur ex distinctione Corporum, & qualitate terreni, dum aliud est vineatum, aliud verò est seminatiuum, Testes enim Archipresbyteri iuxtà 27.concorditèr deponunt quartum Formellucci esse in totum Rub. Terreni 350. sed partem seminatiuam non esse nisi Rub. 250. & in istis Rub. seminatiuis 250. prædicti Testes ex 40.Rub. Tenutæ Cerqueti computant solummodo Rub.10. quæ hodie seruntur, non autem reliqua 30. quæ hodie non sunt seminatiua, sed vineata. Nam primus iuxtà 29. sic ait. *Quando si semina il quarto di Formelluccio sempre si seminano le terre lauoratiue del Cerqueto, perche sono comprese nell'istesso quarto, e la parte de Terreni del Cerqueto, che è stata ridotta à Vigne, parimente si seminaua, quando si seminaua il quarto di Formelluccio, & si semina con il quarto di Formelluccio.* Et tertius iuxtà sextum *La tenuta del Cerqueto è compresa nel quarto di Formelluccio, eccettuato però la parte, doue sono Vigne, che è la maggior parte*, & super sexto *Le Terre, che rispondono all'Arciprete sono diuerse, cioè Formelluccio compreso il Cerqueto, che non è vignato.* Pars autem Cerqueti non vineata est Rub. circitèr 10. & vineata est Rub.30. vt deponit primus Testis Archipresbyteri iuxtà 19. Ex quibus apparet Rub.30 vineata à prædictis Testibus comprehendi in illis Rub. 100 Formellucci, quæ non sunt seminatiua. Vnde istis Rub.250. addenda sunt prædicta Rub.30. quæ de tempore reseruationis pensionis erant seminatiua.

Rursus non obstat quod dicatur Rub. 10. Tenutæ Montis veteris comprehendi in Rub. 40. Tenutæ Tubaldini. Quia contrarium conuincitur ex eisdem Testibus pro Archipresbytero examinatis, qui dum loquuntur seorsim de Tenuta Tubaldini dicunt illam esse Rub. 40. terreni laboratiui, sicut etiam dicitur in d. secunda decisione, quando autem loquuntur coniunctim de Tenuta Montis veteris, & Tubaldini dicunt illas esse Rub. 50. Primus enim Testis iuxtà 22. inquit. *Io sò, che li terreni dell'interrogati vocaboli saranno 50. Rubbia.* Patet ergo Tenutam Tubaldi separatim sumptam esse Rub.40. prout firmatur in eadem decisione, sed illis addenda esse Rub.10. Montis veteris, quæ in d. summa non continentur.

Similitèr non obstat quod Rub.33. Greppine sint cõprehensa in eodem prædicto quarterio Formelluccij ex fide Agrimensoris pro parte eiusdem D. Fagnani exhibita. Quia fuit animaduersum quod idem Agrimensor descripsit distinctè, & separatim quantitatem Formelluccii in Rub.263. & deinde adiecit portionem Greppinæ in Rub.33. Vnde apparet dd. Rub.33. Greppinæ non esse comprehensa in quarto Formelluccij, sed illi adiecta, adeout nihil referat, an ista Rub.33. tenutæ Greppinæ considerentur de per se veluti assignata Formelluccio vltra dd. Rub.263. Quia quomodocunque considerata apparet per ea augeri terrenum decimatorium.

Quoad secundum fundamentum eiusdem decisionis concernens quantitatem frumenti, & bladarum, quæ annuatim percipiuntur, illud eo paritèr nititur supposito quod Rubrũ quodlibet terreni sati quinque Rub. ad summum computato anno sterili cum fertili, reddere consueuisset, licet bladæ in longe minori quantitate ferantur adeo quod singulo quoq; que anno ex Terreno sato colligi soleãt Rub. 437. cum dimidio frumenti, & Rub.218. cum dimidio bladorum, quorum vigesima remanet solum in Rub.22 frumenti, & 11. bladorum prout in eadem decisione deducitur verum huiusmodi suppositum nequaquam subsistere visum fuit. Nam quoad frumentum duo ex tribus Testibus pro parte Archipresbyteri examinatis non concludunt computationem dd. fructuum esse faciendam precisè ad rationem 5. pro quolibet Rub. cum primus iuxtà 31.dicat. *Io sò che nel Territorio della Mentana è solito fruttare vn'anno per l'altro à ragione di 4. il Rubbio per il manco, & à ragione di 7. al più* & tertius iuxtà 31. *Io sò che li Terreni del Cannale sono li migliori della Mentana, e sogliono fruttare à ragione di sei 7. ò 8. e gli altri che sono più leggieri sogliono fruttare da 5. in 6.* tertius verò Testis iuxtà 27. deponit Terrenum seminatiuum quarti Formellucci esse Rub.70. Quæ quidem quantitas Rub.70. conflari non potest ex calculatione ad rationem 5. Rub. frumenti pro quolibet Rub. Terreni sati, sed rectè quidem, si illa fiat ad rationem 7. prout liquet ex calculo facto per Computistam Communitatum Status Ecclesiastici.

Præterea concurrunt Testes pro parte D. Fagnani examinati, quorum primus super quarto ait. *E la verità che li Terreni della Mentana situati nelli detti quarti quando si seminauano a grano soleuano rendere 5. 6. 7. & 8. secondo il tempo, & le stagioni.* Tertius vero itidem super quarto inquit. *E pur la verita, che li Terreni della Mentana situati nelli quarti detti di sopra quando si seminano a grano sogliono rendere 9. 8. 7. & almeno 6. per Rubbio, e così rendeuano l'anno 1618. e prima,*

e dop-

e doppo. Quo verò ad blada Testes eiusdem D. Fagnani deponunt Rubr. 1. Terreni reddidisse 8. 10. 12. Rub. bladorum ab anno 1618. vsque ad annum 1630. Ex quibus apparet calculationem frumenti esse faciendam ad rationem 7. bladorum verò ad rationem 10. pro quolibet Rubbio terreni sati, attenta media
5 summa, quam † in discordia Testium Rota in hac materia liquidationis fructuum amplecti consueuit *Verall. decis. 299. num. 2. par. 3. cas.*
5 *de Grass. decis. 10. nu. 6. in fin. de Testib. Rot. dec. 259. num. 4. par. 5. recent.*

Quibus accedunt partitæ formitèr extractæ ex libris Computistariæ clar. me. Principis Perretti Domini temporalis eiusdem Oppidi Nomenti, in quibus legitur frumentum ab eo recollectum in d. Territorio pro quarta sibi debita ab anno 1618. vsque ad annum 1621. inclusiuè, & sic ante, & post reseruationem huius pensionis fuisse Rub. 63 22. & amplius ad mensuram Aræ pinguem, & redundantem, blada verò in eodem Territorio recollecta pro quarta paritèr debita prædicto quadriennio ascendisse ad Rub. 5984. ad mensuram similitèr Aræ redundantem, & consequ. quodlibet Rubrum Terreni sati facta calculatione reddidisse ad minus Rub. 7. frumenti & 10. bladorum, alioquin d. Princeps pro quarta sibi debita prædicto quadriennio longe minorem quantitatem tàm frumenti, quàm bladorum
6 recepisset, qui quidem libri † cum appareant fidelitèr custoditi, & habeantur apud cæteros tanquam publici, sufficientèr probant *Bald. in l. exemplo num. 2. C. de probat. Aym. cons. 158. num. 4. lib. 1. Rota decis. 465. num. 4. par. 4. rec.*

Nec releuat quod idem Princeps habuit quartam totius frumenti recollecti nedum ex Tenutis Rub. 848. sed etiam in alijs, hoc est *Santa Lucia, Carnale, Monte Mancini, e Monte Gentile*. Quia cum totum Territorium seminatiuum Nomenti sit solummodò prædictæ quantitatis Rub. 848. iuxtà relationem Agrimensoris huc vsque admissam, pernecessè sequitur dd. loca, quæ sunt in Territorio Nomentano esse comprehensa intrà dd. Rub. 848. Vnde liquet terrenum vigesimatorium spectans ad Ecclesiam reddere singulis annis Rub. frumenti 610. cum dimidio, quorum vigesima est Rub. 30. cum dimidio, & terrenum trigesimatorium reddere Rub. 129. cum dimidio, quorum trigesima est Rub. 4. & sic vtrumque simul Rub. 34. cum dimidio, non autem 22. vt inquit vltima decisio. Sicuti etiam vigesimam, & trigesimam bladorum insimul coaceruatas non esse Rub. 11. tantum quolibet anno, prout in eadem decisione dicitur, sed 24. cum dimidio.

Quibus si addatur quarta pars crescens ratione mensuræ non quassatæ, & exhuberantis, quæ tempore reseruationis pensionis fieri solebat in Area iuxtà publicam attestationem mensuratorum Cameræ, integra portio frumenti erit Rubr. 43. bladorum autem 30. cum dimidio, prout informantes pro D. Fagnano diligentèr supputabant in facto.

Quoad tertium denique fundamentum, quo continetur pretium, seù valorem frumenti esse calculandum ad rationem scu. 5. bladorum verò ad rationem Iul. 15. pro quolibet Rubro, illud pariter cessat ex facto; Siquidem quoad frumentum Testes Archipresbyteri non concludunt valorem illius ad rationem scut. 5. pro Rubro, sed inquiunt simplicitèr frumentum quod colligitur ex Territorio Nomenti esse inferioris qualitatis frumenti quod colligitur ex alijs locis, illudque viliori pretio vendi consueuisse. Vnde cum non deponant de certa quantitate videtur stan. positiuæ probationi factæ per Testes D. Pensionarij asserentes frumētum Territorij Nomenti vendi consueuisse ad rationem scut. 6. ad minus pro quolibet Rubro anno fertili cum infertili computato, cum illi deponant per bonas rationes, quia nimirum non solum illud tanti emi viderunt, & à venditoribus au-
7 dierunt, sed ipsi quoque emerunt, † & sic de facto proprio *Felin. in cap. ad aures 8. num. 17. vers. An autem tales Testes de Rescript. Rot. coram Burat. decis. 865. num. 3. & in Cremonen. Pensionis 15. Maij 1626. coram bo: me: Coccino*.

Quibus etiam fauent Testes eiusdem Archipresbyteri asserē homines Nomenti consueuisse vendere frumentum eiusdem Territorij eodem pretio, quod Camera imponit ibi. *Gli huomini della Mentana sogliono obligare li grani, e poi darle alla Camera al prezzo, che mette l'istessa Camera*. Ex libris verò Commissariorum Annonæ apparet ab anno 1516. vsque ad annum 1626. inclusiuè, & sic per vndecim annos ante & post tempus reseruationis pensionis, frumentum computato anno fertili cum infertili fuisse ex decreto Camerali appretiatum in sc. 6. b. 22. & bladum in sc. 2. & b. 40. qui
8 libri † tanquam scripti à publicè deputatis sufficienter probant iustum, & communem valorem *Seraph. decis. 1245. num 8. Rota decis. 479. nu. 3. par. 2. rec. cum alijs relat. à Buratt. d. decis. 865. num. 5*. Calculando autem frumentum ad prædictam rationem sc. 6. & b. 22. & bladum in sc. 2. b. 40. Valor Rubr. 43. frumenti, in quibus, vt supra dictum fuit, consistit vigesima, & trigesima spectans ad Ecclesiam Parochialem erit sc. 277. b. 46. Rubr. autem 30. cum dimidio bladorum erit sc. 73. b. 20. quæ simul iuncta constituunt summam scut. 340. b. 66. ex quibus addendo sc. 20. quæ percipiuntur ex pensionibus domorum conflatur summa sc. 360. b. 66. non autem scut. 150. prout in eadem decisione deducebatur.

Prædictaque optimè comprobantur ex pluribus.

Primò quidem ex computo, seù liquidatione introitus, & exitus sex annorum facta inter Cagnaccium Archipresbyterum Antecessorem, & Pallam occasione resignationis, quæ tunc inter eos tractabatur ab anno 1615. vsq; ad annum 1620. Quandoquidem illi dispunctis, & subductis rationibus diligentèr calcularunt reditus d. sexennij in sc. 335. quolibet anno computato fertili cum sterili, in quo calculo comprehēditur etiam ipse annus 1619 quo huiusmodi pensio reseruata fuit. Qui

9 quidem † calculus cum emanauerit tempore
non suspecto,& fundetur in libris, & alijs do-
cumentis authenticis, prout idem Palla fate-
tur, maximum prebet argumentum veritatis
*ex notat. per Abb. in cap. super eos nu. 5. vers. secundo
casu de eo qui cogn. consang. vxor. sua Greg. XV. dec.
247. num. 16.*

Neque dicatur quod prædictus calculus fa-
ctus cum Cagnaccio non præiudicet Mazzan-
ti Moderno Archipresbytero illius successo-
ri. Quia non deducitur vti simplex confessio
valoris incidenter facta ad alium finem, quæ
regularitèr non præiudicat successori juxtà do-
ctrinas alleg. in eadem decisione, sed vti cal-
culus maturè factus cum diligenti inspectio-
10 ne, & examine † partium vna cum Presbyte-
ro Palla, qui agebat de magno suo præiudi-
cio propter resignationem, quam sibi fieri cu-
rabat, vnde maximam vim habet etiam con-
tra successorem *ex tradit. à Rota decis. 263. num. 4
& 5. par. 7. recent.* Accedente præsertim quod
veritas d. calculi fulcitur Iuramento d. Pallæ
Presbyteri formiter examinati, quodque ille
peractus fuit inter duos Sacerdotes bonæ fa-
mæ curam animarum exercentes, prout de-
ponunt Testes moderni Archipresbyteri, &
concurrit magna verisimilitudo desumpta ex
11 diuturna obseruantia, † & alijs superius de-
ductis, quæ in hac materia considerari solent
*Gozad. cons. 19. num. 18. cum alijs congest. per Genu.
descript. priu. lib. 1. cap. 4. a num. 79. vsque ad 84.*
Neq; dictus Palla se retulit simpliciter ad cal-
culum, & partitas Imaginarias prout suppo-
nebatur in vltima decisione, sed deponit ratio-
nes fuisse extractas ex libris Archipresbyteri,
12 & aliunde iustificatas; † Ideoque bene pro-
bat allegando rationem concludentem, à qua
eius dictum regulatur *Bursatt. cons. 197. num. 35.
vol. 2. cum alijs per Farinac. de testib. qu. 70. num. 12.
Mantica decis. 217. num. 13.*

Secundò ex Instrumento venditionis vige-
simę facto à Rectore d. anno pretio sc. 600.
nam inde resultat non leue argumentū quod
valor d. Parochialis multum excederet sc. 150.
13 cum † valor rei probetur etiam per Instru-
menta venditionum, quando de proximo fa-
cta fuerunt *Bald. in l. vnic. num. 64. C. de sent. quæ
pro eo quod interest Ias. con. 54. num. 21. & 22. vol. 1.
Lup. de vsur. comment. 2. §. 5. num. 119.* Attentata
præsertim qualitate Emptoris, qui cum esset
factor Generalis Principis Perretti præsumi-
tur de quātitate, & valore vigesimæ, ac de vti-
litate huius negotiationis optimè instructus,
14 cum scientia † etiam facti alieni præsumatur,
quando illud est sæpe tractatum, seù discus-
sum *Bald. in l. cum aliena sub nu. 12. C. de leg. Hond.
cons. 80. num. 50. & 51. vol. 2. Ciriac. contr. 533. n. 8.
& seqq.*

Neque dicatur prædictum Instrumentum
venditionis vigesimæ pretio sc. 600. nihil re-
leuare sub prætextu quod illud implicet ven-
ditionem etiam leguminum, quia responsum
fuit ex istis etiam deberi decimam, seù d. vi-
15 gesimam, cum illa † soluenđ sit ex omnibus
fructibus terræ *cap. Nuncios 6. cap. non est 22. cap.
parte il secondo de Decim* cum similibus conge-
stis *per Monet. de decim. cap. 4. qu. 1. num. 1. & 4.*
quod pariter asserunt Testes D. Fagnani, qui
16 tanquam deponeñ † super affirmatiua, & ha-
bentes Iuris assistentiam præferendi sunt Testi-
bus Archipresbyteri id negañ *gloss. in l. diem pro-
ferre 27. §. si plures in verb. consenserunt vers. Item
an idem in Testibus ff. de recept. qui arbitr. recep. cum
alijs relat. à Gabr. de test. concl. 4. num. 1. & Farin. de
test. qu. 65. num. 200. Buratt. decis. 367. num. 9. Rota
decis. 156. num. 9. & 191. num. 25. & 307. num. 11.
par. 6. decis. 107. num. 30. & 182. num. 29. par. 7. rec.*

Tertiò denique ex diuturna solutione istius
pensionis pacificè, & absque vlla contradi-
ctione per d. Cagnaccium facta à die reserua-
tionis hoc est anno 1619. vsq; ad annum 1626.
quo idem Cagnaccius obijt, & deinceps per
modernum Archipresbyterum eius successo-
rem vsque ad annum 1633. quo mota est ista
lis spatio annorum 14. à die reseruationis vsq;
ad annū 1633. & deinceps à Moderno Archi-
presbytero eius successore, quæ longa obser-
uantia satis demonstrat redditus d. Parochia-
lis reuera sufficere pro illius solutione. Nam
17 prædicti Titulares † alioquin per tam diutur-
num temporis spatium reclamassent, neque
pacificè soluissent arg. *l. cum de indebito 25. ff. de
prob.* quam in terminis ponderauit *Rota coram
Greg. XV. decis. 245. num. 6. & decis. 273. num. 3. vers.
probatio prædicta Buratt. decis. 261. num. 6. & in pri-
ma decisione huius causa.*

Neque huiusmodi probatio desumpta ex
diuturna obseruantia pacificæ solutionis elidi-
tur ex eo quod solutiones fuerint factæ metu
mandatorum, nec loquantur de huiusmodi
pensione, sed de alia super beneficio S. Dona-
ti. Quoniam de ass. mandatis non constat,
18 quæ † tamen cum sint quid facti deberent
probari ab allegante *l. 2. ff. de probat. l. adseuer. 10.
C. de non num. pecun. Gonz. super reg. 8. gloss. 43. n. 95.
& gloss. 62. num. 28. Rota decis. 274. num. 5. par. 7.
recent.* Ex quietantijs verò nouitèr exhibitis li-
quet dd. solutiones cantare de pensione reser-
uata super ista Parochiali licet in aliquibus
per errorem sit facta mentio de Inuocatione
19 S. Donati, quæ † falsa demonstratio non vi-
tiat, dum certitudo veritatis aliunde habetur
*l. si quis in fundi vocabulo 4. ff. de leg. & fideicom. 1.
Paris. cons. 58. num. 15. vol. 3. Rota decis. 23. sub n. 4.
par. 2. & decis. 474. num. 4. par. 3. rec.*

Et hinc non subsistit quod Testes moderni
Archipresbyteri sint præfereñ Testibus D. Fa-
gnani tanquam numero plures, magis admi-
niculati, melius informati, ac magis distin-
ctè deponeñ. Nam quoad numerum sunt
pares, tres nimirum vtrinq; impares verò di-
gnitate, quia ex tribus D. Fagnani vnus est
20 Sacerdos, † qui reputatur omni exceptione
maior, & magis probat quam Laicus *Paris.
cons. 88. num. 30. lib. 3. Rota decis. 147. num. 6. par. 1.
recent.* Quo vero ad ass. adminicula, depositio-
21 nes aliorum † Testium receptorum ad per-
petuam rei memoriam lite pendente, ac sine
citatione partis nullum faciunt adminiculum
Rota decis. 306. num. 20. & 21. par. 7. recent. Partitæ
verò librorum Annonæ non possunt admini-
culari dicto dd. Testium circa valorem fru-
menti

menti ad rationem sc. 5. pro quolibet Rubro,
dum iidem Testes hoc minimè dicunt, cum
22 adminicula † nihil operentur sine aliquo gra-
du præexisten̄ probationis *Bur. decis. 136. nu. 15. & 156. num. 9. & 199. num. 7.* Quod denique
Testes eiusdem Archipresbyteri sint melius
informati, & magis distinctè deponant, ces-
sat ex lectura depositionum, quia in pluribus
fatentur se non esse informatos, & constat esse
varios, sibi contrarios, & mendaces, prout
Informantes pro D. Fagnano distinctè ponde-
23 rabant in facto, qui † propterea non meren-
tur fidem *Buratt. decis. 367. num. 8. & 616. num. 8. Rota decis. 58. num. 17. par. 7. recent.* Præsertim in
concursu Testium D. Fagnani contrarium
deponen̄ *Rota decis. 17. num. 32. par. 5. & decis. 143 num. 20. par. 7. recent.* Sed vice versa isti sunt illis
24 præferendi tùm quia sunt † magis qualificati
Rota decis. 277. num. 23. par. 6. recent. Tum quia
25 sunt roborati † ex scripturis, nempè Inuen-
tarijs Ecclesiæ, relatione Agrimensoris, par-
titis librorum Computistariæ Principis Per-
retti, & Annonæ, Instrumento venditionis,
& calculo superius ponderatis *Rota decis. 159. num. 22. & 23. par. 5. & decis. 184. num. 24. & 322. num. 13. par. 6. rec.*

Et ita vaque &c.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 10. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione non continentur nepotes in fideicommissis, & quando non dicatur habitus respectus ad conseruationem agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas vbi est rationabilis pro lege haberi debet.*

2 *Testatoris voluntas precipuè in fideicommissis spectanda venit.*

3 *Filiorum appellatione veniunt nepotes quando fuerunt exclusa filia tam nata, quam nascitura.*

4 *Testor si exclusit proprias filias proximiores eo fortius censeri debet voluisse excludere neptes.*

5 *Dictio,* Ex. *vbi respicit personam ortum immediatum ex illa indicare solet, & quando dicatur extendi ad nepotes ex quo isti nasci dicantur ex auo num. 7.*

6 *Dictiones, supradictis, & suis, sunt personalissimæ, & quando ista dicantur stare non restrictiuè, sed demonstratiuè num. 8.*

9 *Fideicommissum conditionale conditione non purificata non est attendendum.*

10 *Substitutio plurium descendentium in dubio intelligitur facta discretiuè itaut singulis institutis substituti succedant non autem vt omnium institutorum mors expectari debeat.*

11 *Testatoris voluntas sic interpratari debet, vt euitetur absurdum.*

12 *Dictio,* Videlicet, *declarat, & restringit superius dicta ad particulariter expressa.*

13 *Proximiorum appellatione etiam fœminæ continentur.*

14 *Fæminæ veniunt sub nomine Cippi.*

15 *Dispositio discretiua separat, & operatur vt vnum sub alio non comprehendatur.*

16 *Grauatus restituere filijs non dicitur grauatus restituere nepotibus.*

17 *Filiorum appellatione in fideicommissis non veniunt nepotes.*

18 *Filios primi gradus fuisse vocatos præsumitur quando fuerunt vocati filij superuiuentis.*

19 *Filiorum appellatione non contineri nepotes desumitur si in vna parte Testamenti fuerint comprehensi filij hæredes, & successores, & in alia parte tantum filij.*

20 *Prætendens se in substitutione comprehensum, plene id probare tenetur.*

21 *Filiorum appellatione etiam in fideicommisso ascendentis non veniunt nepotes si alia coniectura non concurrunt.*

22 *Agnationis conseruatio non inducitur ex vnica masculorum vocatione.*

23 *Agnationis conseruatio censetur exclusa ex fæminarum vocatione.*

24 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum etiam si filij sint vocati in futurum euentum.*

25 *Interpratatio in dubio fit pro exclusione substitutionis.*

DECISIO DCXLVIII.

PETRVS Benedictus Spada Testamentum condidit, in quo approbans diuisionem medietatis fere bonorum suorum factā eo viuente inter Bartholomeum, Iosephum, & Ioannem eius filios legitimos, & naturales, hæredes vniuersales instituit in reliquis bonis non diuisis eosdem filios, eorumque hæredes, & Successores, & casu quo aliquis ipsorum decederet sine filijs legitimis, & naturalibus alterum alteri, eorumque hæredes, & Successores ad inuicem substituit, & rursus casu quo aliquis ex dictis suis filijs decederet sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, voluit quod succederent filij masculi superuiuentes in eius domibus tantum. Item voluit quod filiæ fœminæ ex supradictis suis filijs, & hæredibus tàm natæ, quàm nascituræ non existen̄ masculis non essent hæredes, neque succederent nisi pro medietate; Altera verò medietas caderet ad proximiores Cippi, videlicet de bonis sui Patris.

Defuncto Testatore successerunt illi prædicti tres filij hæredes Instituti, ex quibus Bartholomeus decessit relicto Angelo filio, qui deinde obijt superstite Prospero filio. Iosephus verò decessit relicto paritèr Petro Benedicto Iuniore filio demum obijt Ioannes, qui ex Sebastiano filio prædefuncto reliquit duas Neptes nempe Arpalicem, & Antoninam, contra quas cum dicti Prosper Nepos, & Petrus Benedictus Iunior Pronepos d. Testatoris peterent Immissionem in possessionem portionis obuentæ d. Ioanni ex bonis subiectis fideicommisso eiusdem Testatoris A. C. protulit sententiam, in qua respectu fideicom-

missi vniuersalis constituti super altera medietate bonorum Ipsius Testatoris concessit immissionem dd. Prospero, & Petro Benedicto Actoribus, respectu vero fideicommissi particularis super domibus, dictas Arpalicem, & Antoninam Reas conuentas absoluit. A qua sententia cum vtraque pars appellasset, & causa appellationis fuisset commissa bo: mem: Coccino, fuit hodie dubitatum coram me in eius locum subrogato. An constet de aliquo fideicommisso ad fauorem dd. Prosperi, & Petri Benedicti Iunioris. Et Domini procedentes cum eadem distinctione dixerunt constare de fideicommisso vniuersali, non autem particulari.

Respectu siquidem fideicommissi vniuersalis existentia illius super medietate portionis obuentæ Ioanni ad fauorem dd. Prosperi, & Petri Benedicti desumitur ex verbis Testamēti in prædicta facti seriè relatis, cum enim Testator voluerit, quod filiæ fœminæ tàm natæ, quàm nasciturę ex suis filijs, & hæredibus Institutis, non existentibus masculis non possent esse hæredes, neque succederent nisi pro medietate. Altera vero medietas spectaret ad proximiores Cippi, sequitur Arpalicem, & Antoninam natas ex Sebastiano filio Ioannis vnius ex filijs, & hæredibus Testatoris non posse succedere in portione obuenta d. Ioanni nisi pro medietate. Pro altera vero medietate factum esse locum fideicommisso ad fauorem dd. Prosperi, & Petri Benedicti tamquam proximiorum Cippi iuxtà voluntatem expressam
1 eiusdem Testatoris, quæ † vbi est rationabilis pro lege haberi debet *l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstr. l. qua sub conditione 8. §. quoties in fin. ff. de cond. Instit. §. disponat auth. de nupt. c. a. vltima voluntas 13. qu. 2. Dec. cons. 15. num. 2. vers. ad cuius rei demonstrationem latè Mantic. de coniect. vlt. vol. tit. 3. num. 1. & seqq.* vbi conclusionem exornat.
2 Eaque præcipue in † fideicommissis spectanda, ac seruanda est *l. fideicommissa 11. §. Item si quis ff. de leg. 3. Dec. d. cons. 15. num. 2. vers. & præcipue in fideicommissis 3. Socc. Iun. cons. 149. num. 1. vol. 2.*

Nec subsistere visum fuit quod Testator excluserit ab vniuersali successione solum filias filiorum suorum, non autem eorum Neptes, quales sunt Arpalices, & Antonina Neptes Ioannis ex Sebastiano filio prædefuncto, quia contrarium colligitur ex eo quod ipse exclusit filias tam natas, quam nascituras,
3 quo casu appellatione † filiorum etiam Nepotes continentur ex relatis *à Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 94. num. 28. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. num. 16. & Fusar. de substit. qu. 320. num. 23. Rota in Hortana Spolij 15. Decemb. 1632. coram bo. me. Pirouano.* Attentata præsertim generali præsumptione quod Testator, qui
4 exclusit † proprias filias proximiores ob qualitatem Sexus, præsumitur eo magis excludere voluisse Neptes vti remotiores *Curt. Iun. cons. 12. num. 5. cum alijs cumulat. a Fusar. de subst. qu. 713. num. 18.*

Nec releuat replicatio, quod Testator excluserit filias tàm natas, quàm nascituras non simplicitèr, sed cum verbis, (ex supradictis suis filijs, & hæredibus) Ideoque videatur exclusisse solum filias primi gradus, ponderatis
5 tàm dictione, ex, quæ † vbi respicit personam ortum immediatum ex illa indicare solet, *Bart. in l. Gallus 20. §. Instituens sub num. 2. & ibid. Castr. nu. 4. ff. de liber. & posthum. Rebuff. in l. cognoscere §. liberorum vers. vbi non sunt prætermittenda ff. de verb. signif. Barz. decis. Bonon. 4. num. 17. & seq. Fusar. de substit. qu. 327. nu. 3. & 4.* quam dictio-
6 nibus (supradictis, & suis) quæ † vti personalissimæ videntur restringere exclusionem ad filias filiorum, prout de dictione, supradictis dicit *Rota in Bononien. fideic. de Pancaldis 16. Febr. 1640. §. Nec visum fuit coram Reuerendiss. D. Patriarcha Constantinopolitano, & in Romana fideicommissi de Incoronatis 13. Ianuarij 1637. coram bo: me: Pirouano*, ac de dictione (suis) tradunt relati *a Fusar. de substit. q. 321. nu. 27. Rota dec. 667 num. 6. vers. Idque tanto magis par. 2. recent.* Quia respectu dictionis, *Ex*, responsum fuit illam quamuis iunctam cum verbo filijs, adhuc verificari in Nepotibus cum etiam Nepos dica-
7 tur † nasci ex corpore Aui, ac participare de substantia illius, vt in terminis aduertit *Castr. cons. 164. num. 4. vers. constat autem lib. 2. Barbos. de dict. dict. 115. num. 2. iuxta impress. Lugduni* Respectu verò dictionum (supradictis, & suis) istę
8 non videntur stare restrictiuè † ad excludendas nimirum filias dumtaxat primi gradus, sed demonstratiuè ad indicandas, scilicet personas Parentum, ex quibus filiæ descenderent *Sim. de Pret. cons. 56. num. 12. Fusar. de substit. d. qu. 321. num. 28. Rota in Auximana fideicommissi 22. Martij 1638. coram me in §. Nec pro exclusione.*

Minus obstat quod proximiores de Cippo fuerint solum vocati non existentibus masculis, quæ conditio non videtur euenisse, cum hodie adhuc extent masculi descendentes ex filijs Institutis, nempè, ipsimet Prosper, & Petrus Benedictus, & sic non videtur purifi-
9 catum † fideicommissum ad fauorem Proximiorum Cippi *Peregr. cons. 47. num. 20. vol. 1. Ciriac. controu. 365. num. 55. & 56. tom. 2. Rota dec. 151. sub num. 1. & 2. par. 3. rec. Buratt. decis. 781. num. 1. & seq.* Quia fuit responsum illa verba (non existentibus masculis) quamuis pluraliter concepta resolui in singularitarem, proindeque esse intelligen̄ discretiuè, seù distributiuè, scilicet, vt mortuo aliquo ex supradictis suis filijs, non existen̄ masculis ex eodem Colonello, filiæ fœminæ non possent succedere nisi pro medietate; Altera verò medietas spectaret ad proximiores Cippi, non autem collectiuè, adeout esset expectāda mors omnium masculorum descendentium ex filijs Institutis ad hoc vt fieret locus vocationi proximio-
10 rum Cippi, cum substitutio regularitèr † sic facta intelligatur, vt pluralitas resoluatur in singularitates *l. Lucius 18. §. Caio ff. ad Trebell. cum alijs cumulat. a Ciriac. contr. num. 503. Rota decis. 316. num. 4. par. 1. recent.* Aliàs enim sequeretur absurdum, quod si non extarent masculi descendentes à Testatore, fœminæ excluderentur à remotissimo Agnato Transuersali, & nihilominus hodie non excluderen-

derentur à descendentibus ab eodem Testatore. Vnde ad euitandum huiusmodi absurdum dicendum est Testatorem sub illis verbis (non existeñ masculis) intellexisse de masculis descendentibus ex quolibet Colo-
11 nello, cum voluntas † Testatoris eam recipere debeat interprætationem, ob quam euitetur absurdum *Crauett.cons.72.num.3. lib.1. Dec. cons.433.num.17. circa fin. vers. Vnde interpretatio Surd.cons.160.num.75. Alb.cons.585.nu.13. Hond. cons.69.nu.43. lib.2.* Et in specie ad euitandum absurdum pro exclusione fœminarum *Rota decis.215.num.5.par.6.rec.*

Prædictaque comprobantur ex illis verbis. quæ Testator pro maiori declaratione subdidit in fine d.substitutionis (videlicet de bonis sui Patris) quæ arguunt Testatorem sensisse de masculis cuiuslibet filij instituti, pondera-
12 ta dictione (videlicet) † quæ declarat, ac restringit superius dicta ad particularitèr expressa *l.videlicet 26.ff.de pact. Dec.cons.47.num.2.vers. ponderandum est lib.1. Soce. Iun. cons.31. num.13. vol.4.Bellon.Iun.consil.17.num.16. Franc.decis.116. num.12.*

Nec dicatur sub vocatione proximiorum Cippi venire etiam dd. Arpalicem, & Antoninam descendentes à Testatore tàm virtute
13 verbi, proximiorum, quorum † appellatione etiam fœminæ continentur ex pluribus relatis *à Fusar.de subst.qu.366.num.2.& seqq.* quàm
14 etiam vigore verbi (Cippi) quod † etiam fœminas comprehendit, quando non fuit habita ratio conseruandæ agnationis *Mant.dec.351. num.3. Rot.decis.118. num.3. par.3. & decis.518. num.6. & 7. par.4. recent.* quia omissis alijs responsionibus cum Testator, non existeñ masculis, discretiuè loquutus fuerit de fœminis; ac proximioribus Cippi; illis prouidendo in vna medietate, istos verò vocando pro alia medietate sequitur dd. fœminas non posse contineri appellatione proximiorum Cippi,
15 cum generaliter discretiua dispositio † separet & operetur, vt vnum sub alio non comprehendatur *Surd.cons.426.num.1.& 2.& cons.154. num.7. & 8. Add.ad Greg.XV. decis.301. num.18. Rota in Fauentina Dotis 3. Aprilis 1634. coram bo. me. Motmanno, & in Bononien. de Glauarinis 5.Iunij 1637. coram R. P. D. meo Royas*, & in specie quod fœminæ non comprehendantur sub verbo communi, vbi Testator discretiuè de illis disposuit, vel illis particulariter prouidit tradunt *Peregr. de fideic.art.25. num.45. Fusar.de substit.qu.311.num.37.Rota decis.203.num.2.par.2. recent. Buratt.decis.721.nu.4.& in d. Hortana Spolij 3. Iunij 1633. coram bo. me. Pirouano, & in Bononien.fideicommissi de Glauarinis 5. Maij 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Quo vero ad secundam partem resolutionis, qua fuit dictum non constare de fideicommisso particulari constituto super domibus moti fuerunt Domini ex verbis eiusdem Testatoris, qui institutis hæredibus Bartholomeo, Iosepho, & Ioanne filiis, voluit quod in casu, quo aliquis ex dictis suis filijs decederet sine filijs masculis legitimis,& naturalibus succederent filij masculi superuiuentes in eius domibus existeñ in Ciuitate Interamnæ; Vnde cum Bartholomeus, & Iosephus, quibus d. Ioannes fuerat grauatus restituere prædecesserint ante ipsum Ioannem. Vtique d. fideicommissum euanuit, cum regularitèr
16 grauatus † restituere filijs, non dicatur grauatus restituere Nepotibus *ex relat.a Rota decis. 607. sub num.17. par.2. recent. & in Romana fideicommissi de Incoronatis 27. Maij anni præteriti coram R. P. D. meo Ghislerio in vers. Quia ponderatis.*

Non obstat quod sub nomine filiorum Testatoris veniant etiam eius Nepotes, & Pronepotes, quales sunt dd. Prosper, & Benedictus, quia regula Iuris est in contrarium, nimirum in fideicommissis appellatione filio-
17 rum † non venire Nepotes *l.quod si Nepotes 6. ff.de testam tutel.§.vltimo Instit.qui testam. Tut.dar. poss. Alex.cons.1.num.12.& seqq.lib.1. Dec.cons.95. num.6.lib.1. Crot.cons.104.num.16.lib.1. Rim.Iun. cons.75.num.43.& seq.li.1. Cephal.cons.607.nu.54. & seq.lib.4.Bellon.Iun.cons.72.nu.18. Rot.dec.507. num.2.& decis.667 num.1.par.2.recent.& in d. Romana fideicommissi de Incoronatis 27. Maij anni præteriti coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Quæ regula facilius procedit in casu isto. Tùm quia Testator vocauit filios non in genere, sed filios superuiuentes. Vnde videtur
18 se restrixisse † ad filios primi gradus, quos nominatim instituit *Ruin. cons.181.num.2.lib.2. Socc.Iun.cons.14.num.7.lib.4.Gabr.cons.121.nu.22 & seqq.lib.1.-Decian.cons.47.num.19.lib.3.Menoch. præsumpt.94.num.5.in fin. lib.4. Mantic.de coniect. lib.3.tit.8.num.8.*

Tùm etiam quia idem Testator in alia parte Testamenti nedum vocauit filios, sed etiam eorum hæredes, & successores. In hac verò substitutione fecit mentionem solum de filijs, ex qua discretiua vocatione non leuis oritur coniectura quod sub appellatione filiorum
19 Testator † noluit venire Nepotes *Socc. Sen. cons.152. num.4.lib.1. Menoch. d. præs.94. num.6. lib.4.Peregr.cons.65.num.20. circa fin.vers.Illud autem constans est lib.1. Surd.cons.554.num.8.& seqq. Hond.cons.60. num.64. lib.1. Rota in dd.decis.507. num.7.& 667.num.5.par.2.recent. Fusar.de substit. d. qu.321.num.59.*

Nec releuant coniecturæ exaduerso ponderatæ ad probañ sub d. appellatione filiorum etiam Nepotes, ac Pronepotes contineri. Quoniam illæ visæ fuerunt satis leues,& inef-
20 ficaces, cum tamen is, † qui vult coniecturis probare se esse comprehensum in substitutione teneatur, id plenè, & concludenter probare *ex relat.a Fusar.de substit.qu.291. num.1. in fin. & qu.615.num.4.*

Prima namque desumpta ex eo quod versemur in fideicommisso Ascendentis non sufficit, cum etiam in tali fideicommisso appel-
21 latione filiorum † ex propria significatione non veniant Nepotes, nisi aliæ coniecturæ concurrant iuxta opinionem, quam tuentur *Menoch.cons.61.num.67.in fin.& num.98. cum alijs relat. a Rot. in Romana fideicommissi de Incoronatis coram R. P. D. meo Ghislerio in §. Non obstat quod Beatrix.*

Minus secunda quod Testator substituerit filios masculos; Ideoq;censeatur voluisse conseruare Agnationem, & sic includere Nepotes. Quia vltra quod talis coniectura plures habet contradictores relat. *à Fusar.de subst.q.3 20 num.32.*
22 Vnica masculorum † vocatio non sufficit ad effectum, vt dicatur Testator respexisse ad conseruationem Agnationis, sed vlterius requiritur, vt ille processerit ad plures gradus substitutionum, vt in specie declarant *Fusar.consf.174.num.9. Honded.consf.56.nu.18. lib.2. Gabr. consf.97. num.7. & 24. post med. libr.1. Mant.de conect.lib6.tit.15. num.7. Peregr.de fideic. art.25.* vbi alios cumulat. Præsertim cum
23 Testator in casu isto fœminas † sæpius instituerit, ac substituerit,quia tunc eo magis censetur exclusa conseruatio Agnationis *Gabr. consf.116.num.12.lib.1.Hond.consf.56.num.12.& seq vol.2.Mant.de conect.lib.8.tit.18.sub num.20. Rota decis.486.num.4.par.1.recent. & d.decis.667.nu.10. vers. maximè cum vocauerit par.2. recent. Caual. decis.125.num.10.*

Tertia vero quod vocatio filiorum fuerit collata in futurum, & incertum euentum ex relatis *à Fusar.de subst.qu.320.num.15.& 16.* minus afficit. Quia vltra quod Doctores exaduerso allegati loqui videntur in substitutione collata in tempus remotissimum, qualis non apparet vnica substitutio, de qua agitur, cõtraria opinio videtur verior, & magis communis, nimirum quod nec etiam in casu isto
24 Nepotes veniant † appellatione filiorum, prout in specie dixit *Rota d. decis.507. num.14. par.2. recent. Marca Brun.consf.61.num.97. Menoch. d.consf.215.n.40.& 101.cum seqq.Laderch.consf.136. num.6.& 7.*

Quarta demum, omissis aliis, quibus abundè respondebant Informantes, ducta ex eo quod versamur in domibus antiquis, & insignibus, quas proinde Testator præsumitur voluisse in familia perpetuo conseruari,sat esse dicebant Domini, illam in facto non iustificari. Et in omnem euentum huiusmodi coniecturæ, vel conquassantur ex alijs in contrarium ponderatis pro exclusione, vel saltem redduntur dubiæ, quæ proinde non suffragantur ad effectum proban huiusmodi compre-
25 hensionem, cum in dubio fiat † interpretatio pro exclusione substitutionis *Fusar. de subst. qu.291. num.1. vers.ratio est cum alijs relatis ab eodem d.qu.615.num.5.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA LEGITIMAE.

Lunæ 10. Februarij 1642.

Argumentum ex Summario.

1 *Debita filij accollata per patrem ex causa onerosa non imputantur in legitimam.*
2 *Expressum dicitur id in quo sola dispositio verificari potest.*
3 *Testes singulares sufficiunt ad probandam alicuius voluntatem.*
4 *Correspectiuitas de iure non præsumitur.*
5 *Verba subsequentia clarè declarant præcedentia obscura.*
6 *Testis deponens de tractatu longe ante actum non est attendendus quoad probandam actuum correspectiuitatem.*
7 *Testis singularis non est attendendus.*
8 *Testis non est integræ fidei si non careat aliqua suspicione.*
9 *Inuerisimilitudo maximam facit præsumptionem pro exclusione correspectiuitatis.*

DECISIO DCXLIX.

IN alia decisione emanata sub die 22. Iunij 1640. Domini resoluerunt debita contracta per D. Carolum in vita Io: Baptistæ patris ac per eumdem Io: Baptistam vigore apocæ accollata, & postmodum creditoribus persoluta esse imputanda in legitimam eiusdem Caroli. Eo præcipuè fundamento, quia solutio dictorum debitorum non fuit facta per patrem ex mera voluntate,nec animo donandi, sed ex necessitate proueniente ex dicta accollatione: & quidem cum animo imputan. in legitimam filij, vt latè firmatur in decisione.

Cui resolutioni non acquiescente Carolo, iterùm proposui dubium super eisdem, in cuius disputatione Informantes pro eo ad hoc vnum se restringabant,quod solutio dictorum debitorum fuerit facta à patre in vim accollationis, seu obligationis de soluen debita filij vsque ad summam scut. 25. mil. quæ quidem obligatio prætendebatur correspectiua, & in recompensam quantitatis debitæ Carolo vigore Chirographi signati à Papa contra patrē de soluen eidem Carolo scut.4000.pro emendis mobilibus, & scut.3000. annua pro alimentis. Et proinde inferebatur,quod quemadmodum quantitas debita in vim Chirographi non erat imputanda in legitimam, ita nec quantitas accollata in recompensam d. Chirographi, cum illa dicatur accollata ex causa
1 onerosa, quo casu non † imputatur in legitimam, iuxta doctrinam *Bald.in l.3.num.3. C.si in fraud. patron.& in l.1.in fine, C.de reuoc. bis quæ in fraud. credit. Bart.in l.puto 71. sub num.6. ff. de legat.2. Ripa in l.in quart.in num.149. ff.ad leg.falcid. Ferdinand. Gomez ad l.27. Tauri nu.83. vers. propter benemerita fol. 172. Ciriac. contr. for.270. num.1.& 2. Gabr.consf.136.num.10.lib.2. Mangill. de imput.q.10.num.11.*

Quod autem prædicta accollatio, seu obligatio fuerit correspectiua,& in recompensam quantitatis debitæ in vim Chirographi dicebatur probari tùm ex verbis eiusdem obligationis, tùm etiam ex testibus formiter examinatis, tùm denique ex obseruantia subsequuta.

Ex verbis obligationis, quia Io:Baptista pater in apoca expressè declarauit se facere obligationem propter interesse, quod vertebatur inter ipsum, & Carolum;eius filium, ibi, *Prometto, e m'obligo esseguire quanto dall' Eminentissimo, e Reuerendissimo Signor Cardinal Barberino Padrone sarà*

ne sarà dichiarato per gl'interessi, che sono trà me, e Carolo mio figliuolo, ponderatis verbis, ibi, *Per gl'interessi, che sono trà me, e Carlo*, quæ verba cum non possint intelligi de interesse cum creditoribus, eo quia pater adhuc ad eorum fauorem non se obligauerat, necessario videntur referenda ad interesse originatum à dicto
2 Chirographo cum expressum dicatur † id, in quo sola dispositio verificari potest, *Bero. consil. 159. num. 29. lib. 5. Surd. consl. 143. num. 3. Tiraq. de leg. connub. glos. 7. num. 182. Greg. XV. dec. 90. n. 3 Buratt. dec. 504. num. 7.*

Ex testibus verò dum dicunt inter patrem, & filium fuisse conuentum, vt pater se obligaret soluere debita in dicta quantitate 25. mil. filius verò se abstineret ab vsu d. Chirographi, vt liquet ex depositione primi Testis, ibi, *E ben vero, che il Sig. Gio: Battista diceua se faria lasciato maneggiare, e condescendere di pagare li debiti, ma desideraua ancora, che detto Signor Carlo non se fusse valso d'vn Chirografo, che la Santità di N. S. haueua signato à fauore di detto Sig. Carlo*, idemque deponit tertius, ibi, *Sò bene che conuenne con il Sig. Gio: Battista suo padre, che quando detto Sig. Carlo non si fosse valso del detto Chirografo, il Sig. Giouan Battista gli haueria e conuerso pagato tutti gli debiti, e questo lo sò, poiche il Siggnor Giouan Battista lo disse più volte à diuerse persone, & à me, acciò gli ne trattassi, e le diedi parola, che hauerei fatto condescendere il Sig. Carlo.* Concordatque quartus testis, ibi, *Io sapeuo benissimo che il Sig. Gio: Battista padre del Sig. Carlo gli hauerebbe pagato li debiti, tuttauolta che detto Sig. Carlo non si fusse seruito d'vn Chirografo ottenuto dal Papa, e questo lo sapeuo, perche il detto Sig. Gio: Battista queste stesse parole m'haueua dette piu volte, & anche fece il detto Sig. Gio: Battista, che io gli ne douesti parlare &c. quale imbasciada io feci al Sig. Carlo, e gli dissi, il Sig. Gio: Battista fà intendere à V. S. che se non si vuol seruire del Chirografo gli vuol pagare tutti li debiti &c. e così facendo hà detto, che la vuol trattare da figliuolo al pari di Francesco suo, il Sig. Carlo mi rispose, io farò l'obbedienza, purche io habbia sodisfattione, e mi siano pagati li miei debiti.* Qui quidem Testes videntur cōcludere voluntatem vtriusque compensandi accollationem debitorum cum quantitate comprehensa in Chirographo, ad quam vo-
3 luntatem probañ † etiam testes singulares sufficerent, *Aym. cons. 73. num. 33. Farinac. tractat. de testib. de opposit. contr. dict. test. q. 64. num. 290. Seraph. dec. 559. num. 13. Buratt. dec. 205. num. 3. Rota dec. 765. num. 7. par. 2. recent.*

Denique ex obseruantia subsecuta, cū post d. tractatum Ioan. Baptista fecerit obligationem de soluen debita vsque ad summam scutor. 25. mil. Carolus verò semper abstinuerit ab vsu d. Chirographi.

Quibus tamen non obstantibus Domini contrarium censuerunt, & in decisis steterunt
4 ea moti ratione, quia correspectiuitas † de iure non præsumitur, *iuxta text. in l. cum eiusdem 34. ff. de edil. edict. Gratian. discept. foren. cap. 548. n. 22.* Nec illa visa fuit probari ex verbis supradictis, ex testibus, & ex obseruantia subsecuta.

Non ex verbis, quia licèt Io: Baptista in apoca dixerit se facere obligationem *per l'interessi, che sono trà me, e Carlo mio figliuolo*: Non ideo sequitur, quod verba prædicta necessario valeant referri ad interesse comprehēsum in Chirographo, sed veniunt referēā ad debita contracta per filium, vt clarè colligitur ex verbis declarationis immediatè subsequen. ibi *per l'interessi, che sono trà me, e Carlo mio figliuolo per li debiti da lui contratti fino al presente giorno*,
5 quæ verba subsequentia † cum sint certa, & determinata, vtique declarant præcedentia turbida, & obscura, adeout veniant intelligenda, & restringenda iuxta sensum, & tenorem verborum subsequentium *Bald. in l. legatorum petitio 34. §. qui plures sub fine, vers. circa prædicta, ff. de leg. 2. Imol. in l. cum in testamento 37. §. fin. n. 6. ff. de hæred. instit. cum alijs relatis in decisione §. quod clarius.*

Minùs aliqua probatio concludens desumi potest ex testibus, quia primus nullatenus venit attendendus, cum deponat de tractatu inito de anno 1632. & sic longè ante apocam, quæ legitur facta de anno 1638. & sic non po-
6 test probare † correspectiuitatem prædictam, nullamque meretur fidem, *Bald. in l. petens 127. num. 49. de pact. Corn. cons. 36. num. 14. & seq. lib. 2 Mant. de tac. lib. 3. tit. 15. in fine, vers. si pactum, & dec. 238. num. 4.*

Tertius verò licet in sua depositione vtatur verbis, *Sò bene che il Signor Carlo conuenne con il Sig. Gio: Battista*, attamen non probat conclusionem contractus, eo quia iuxta 30. interrogatorium se declarat, & absolutè negat conuentionem, ibi, *In mia presenza trà detto Signor Carlo, e Sig. Gio. Battista non vi è stata mai fatta conuentione alcuna &c. E se il detto trattato fatto da me, e da altri hauesse il suo effetto, e fosse stabilito, e concluso. Io non sò dire altro.*

Remanet quartus, qui magis specificè de-
7 ponit de conclusione, sed tamquam † vnicus & singularis non sufficit, *cap. licet il 1. cap. veniens il 1. cap. in omni negocio de testib. Ruin. consil. 147. num. 1. lib. 1. Farinac. de testib. q. 63. num. 1.*

Eoque minùs, quia nullum habet contestem, nec recordatur de tempore, ibi, *E quando mi disse le sudette cose non ci era presente nessuno, ma di che tempo io non lo sò*, & sic cum non
8 careat † suspicione, non dicitur integer testis, *Farinac. de testib. q. 64. num. 94. Caputaq. decis. 278. num. 3. par. 3.*

Nec releuat prætensa obseruantia ex eo, quod Carolus post d. tractatum abstinuerit ab vsu Chirographi. Pater verò obligationem fecerit iuxta tractatum præcedentem. Nam quoad vsum Chirographi id euenit non quia filius habuerit recompensam à patre mediante obligatione de soluen debita, sed quia pater habito recursu ad Sanctissimum obtinuit supersederi in executione Chirographi, & causam remitti ad Congregationem trium Cardinalium.

Quo verò ad obligationem factam à patre, non potest ex illa necessario inferri ad correspectiuitatem Chirographi, cum illa potius præsumi debeat facta contemplatione, iussus Principis, cui idem Io: Baptista in apoca obliga-

obligatoria expressè declarauit se obtemperare velle, quam contemplatione, vel in recompensam Chirographi, de quo in apoca nulla fuit facta mentio, quæ quidem inuerisimili-
9 tudo maximam facit † præsumptionem pro exclusione correspectiuitatis, *Corn. consil. 350. num. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 12. num. 38.*

Vltra quod cessare visa fuit difficultas ex eo quod Io. Baptista post accollationem, & solutionem debitorum retinuit filium, & eius familiam in sua domo, eisque continuo alimenta subministrauit, ex quo clarè deprehenditur, obseruantiam subsecutam potius excludere, quam probare correspectiuitatem, quia si Io: Baptista voluisset accollare, & soluere debita filij in recompensam alimentorum comprehensorum in Chirographo, vtique post accollationem prædicta alimenta tamquam compensata amplius non præstitisset, nisi dicatur, quod reiterato præstare voluisset, quod est omninò inuerisimile, imò est credibile quod potius voluerit soluere debita ad computum legitimæ iuxta declarationem per eum factam, quæ in proposito attendi debet iuxa auctoritates allegatas in decisione, quod etiam clarè conuincitur ex cessione iurium reportata à creditoribus Caroli in actu solutionis factæ per ipsum Io. Baptistam, quæ quidem iurium cessio fuisset frustratoria, si Ioan. Baptista non habuisset animum imputandi soluta in legitimam, vt fuit etiam ponderatum in alia decisione.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 14. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Dotis receptio ex confessione de recepto quando probetur: Dotis præstatio, ac illius restitutio quando promissa dicatur ex bonis fideicommisso subiectis etiam si de isto constet in contractu donationis, & quando hypotheca possit exer-ceri super bonis sub:ogatis.

SVMMARIVM.

1 *Pro recuperatione dotis competit via executiua etiã contra tertios possessores bonorũ tacitè, vel expresse obligatorum vigore statuti Vrbis cap. 85. lib. 1.*

2 *Quod procedit non solum ad fauorem mulieris repetentis dotem, sed etiam illius hæredis.*

3 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. est decisorium, & est obseruandum in omnibus Curijs.*

4 *Confessio dotis receptæ factà constante matrimonio regulariter non probat veram solutionem dotis.*

5 *Confessio dotis receptæ probat solutionem, quãdo præcessit promissio, et concurrunt coniecturæ solutionem suadentes.*

6 *Partitæ libri mercatorum formiter extractæ probant solutionem etiam contra tertium si concurrant adminicula.*

7 *Solutio in dubio prius cedit in fructus, & postea in sortem.*

8 *Vxor ali debet de fructibus dotis non autem de proprietate.*

9 *Obitu sprobatur ex partita extracta formiter à libro Parochi, in quo nomina defunctorum describuntur.*

10 *Obijsse quem sine filijs de iure præsumitur.*

11 *Loca montium possideri per aliquem probatur ex fide Secretarij.*

12 *Executiuè agi potest contra tertios possessores rei subrogatæ in locum illius obligatæ pro restitutione dotis.*

13 *Subrogatio operatur, vt res subrogata dicatur possideri, ac si possideretur res ipsa cui fuit facta subrogatio.*

14 *Subrogata res assumit naturam, & qualitatem eius cui fuit facta subrogatio etiam in materia stricta, & correctoria.*

15 *Fideicommissario competit immissio super bonis subrogatis in locum bonorum fideicommisso subiectorum sicut competeret super eisdem bonis fideicommissarijs.*

16 *Bona fideicommisso subiecta non possunt alienari, seu obligari in præiudicium fideicommissariorum.*

17 *Bona fideicommisso subiecta possunt obligari, & alienari non solum pro constitutione, sed etiam pro restitutione dotium vxorum nuptarum descendentibus testatoris, amplia vt num. 18.*

19 *Executio obligationis Cameralis competit tam pro expressis, quam pro virtualiter in instrumento contentis.*

20 *Testatorem præsumitur voluisse in sua dispositione se conformare cum dispositione legis.*

21 *Ascendens consentiendo etiam tacite in testamento matrimonijs à suis descendentibus contrahendis præsumitur voluisse posse alienari bona per eum fideicommisso supposita pro restitutione dotium.*

22 *Dispositoo auth. res quæ non habet locum, quando fideicommissum fuit factum in donatione inter viuos seu alio contractu, declara vt num. 23. contrarium num. 24.*

25 *Assecuratio dotis fieri non potest in aliqua re in præiudicium creditorum habentium super ea anteriorem, & expressam hypothecam.*

26 *Copula, Et, apponi solet inter diuersa.*

27 *Copula, Et, stat augmentatiuè.*

28 *Dictio, Respectiuè operatur, vt singula singulis congruè referantur.*

29 *Papa non præsumitur uoluisse adimere ius alteri quæsitum, sed potius illud uoluisse praeseruare.*

30 *Gratia Principis postquam aliquid operata est uenit restringenda ne enorme fiat præiudicium tertio.*

31 *Præiudicium tertij ut euitetur uerba gratiæ Principis ueniunt improprianda.*

32 *Hypotheca licet anterior super certa pecuniarum summa extincta remanet, si pecuniæ fuerint solutæ creditoribus posterioribus.*

33 *Quod procedit quando solutio fuit liberè facta, secus si sub cautione, & cum onere restituendi creditoribus anterioribus, & potioribus.*

34 *Subscribens se solutioni alicui faciendæ de pecunijs super quibus subscribenti competebat hypotheca, dicitur solutioni consentire, & hypothecam remittere, declara, ut num. 35.*

36 *Hypothecæ dotali sicut renunciari non potest expresse absque solemnitatibus statutarijs, ita multo minus tacitè.*

DE-

DECISIO DCL.

FEL. rec. Paulus V. intellecto graui ære alieno quo premebatur Maximilianus Caffarellus, & signanter in summa sc.25.mill. sub fideiussione DD. Melchioris, & Crescentij de Crescentijs, quodque Marius Caffarellus eiusdem Maximiliani vnicus filius vocatus ad fideicommissum q. Bernardini eius proaui paterni consentiret sub certis conditionibus venditioni Casalis Tuffelli subiecti eidem fideicommisso faciendæ clar. mem. Scipioni Card. Burghesio pretio scut.37.mil. cōcessit facultatem venden. Casale prædictum, sub hac tamen lege, quod ex d. pretio sc.3500. inuestiretur in locis Montium, quæ vnà cū fructibus starent pro multiplico faciendo vsque ad summam scutor.28.mil. primario pro securitate emptoris, & secundario pro fideicommisso, & nominatis ad illud, ac pro alijs ius habeñ & habituris in futurum, & donec fieret à quouis creditore etiam ex causa dotis, & alimentorum non posset interrumpi, vel impediri. Alia scut.25. mil. soluerentur illis prædicti Maximiliani creditoribus, quorum fauore essent obligati prædicti de Crescentijs sub cautione de restituen. pecunias receptas. In primis D. Cardinali Emptori, eiusque successoribus in casu euictionis, & secundario creditoribus prioribus, & potioribus eiusdem Maximiliani habeñ pariter obligatos dictos de Crescentijs. Reliqua verò scut.8500. mandauit reinuestiri in tot locis Montium, quorum fructus soluerentur alijs Maximiliani creditoribus non habeñ obligatos ipsos de Crescentijs, eisdem tamen modo, via, & forma, quibus isti creditores percipere potuissent fructus d. Casalis viuente d. Maximiliano, si illud venditū non fuisset, quod etiam inuestimentum voluit, vt stare deberet pro cautela Emptoris, & pro fideicommisso, & alijs prout de multiplico, & illius inuestimento dispositum fuit. Successiuè exemit Casale prædictum à quibuscumque primogenituris fideicōmissis prohibitionibus, substitutionibus hypothecis, obligationibus Cameralibus ex causa dotis, & alimentorum, illaque omnia in pretium, & loca Montium, seu bona stabilia ex d. pretio emenda perpetuo transtulit, & collocauit in locum d. Casalis in omnibus, & per omnia, perinde ac si ab initio super illis constituta, & imposita fuissent substituit, & subrogauit respectiuè, vt latius in Motu proprio eiusdem Pontificis continetur.

Secuta venditione d. Casalis iuxta formam in eodem Motu proprio præscriptam Cardinalis Emptor deposuit in banco ad computum pretij sc.25. mil. quæ sub vinculis, obligationibus, ac subrogationibus prædictis fuerunt persoluta diuersis creditoribus ipsius Maximiliani habeñ obligatos DD. de Crescentijs, inter quos Octauius, & fratres de Euangelistis vti hæredes q. Lucæ eorum patris receperunt sc.600. quæ in emptionem sex locorum Montium, de quibus agitur, erogarunt.

Defunctis autem Maximiliano, ac successiuè Mario eius filio, D. Laura de Crescentijs eius vxor mouit iudicium repetitionis dotis sc.10000. ac lucri dotalis sc.2500. tàm contra R. P. D. Caffarellum vti tertium possessorem vnius palatij ad sui fauorem hypothecati, & Marium d. Maximiliani filium, & hæredem, quam etiam contra Io: Franciscum Toualium vti hæredem d. Marij postmodùm defuncti, in quo iudicio tres decisiones fauorabiles obtinuit coram me sub diebus 20. Maij 1633. 2. Martij 1635. & 13. Iunij 1636. sed huiusmodi iudicio adhuc pendente illa decessit instituto sibi hærede D. Crescentio eius germano fratre, cui decedenti sine filiis legitimis, & naturalibus substituit D. Annam ipsius Crescentij filiam naturalem, cumque nuper obierit idem Crescentius sine dictis filijs, d. D. Anna hæres illi substituta cepit agere contra dd. Euangelistas vti possessores dd. locorum Montium subrogatorum pro rata in locum d. Casalis pro executione instrumenti dotalis d. q. Lauræ eius auctricis. Quocirca dubitaui, An d. Instrumentum dotale esset exequendūm, & Domini responderunt affirmatiuè moti præ-
1 cipuè ex † dispositione Statuti Vrbis cap.85. lib. 1. concedeñ executionem pro restitutione dotis etiam contra tertios possessores bonorum tacitè, vel expressè obligatorum, vt dixit *Rota dec.161. nu.4. par.4. rec. & dec.7. t.col.2. & dec.66. vers. non obstat dicere post Fenzon. ad stat. Vrbis, & in Romana, seu Ianuen. quarti dotalis 27. Iunij 1639. coram Reuerendissimo D. meo Panzirolo.*
2 Idque tam fauore † mulieris repeten. dotem, quam illius hæredis procedere, notat *Luc. Pet. ad idem Stat. lib.3. cap.3. tit. de exec. instr. dot. num.2. Rota in d. dec.51. post Fenzon ad Stat. Vrb.* Illudq;
3 esse † decisorium, ac proinde seruari etiam in alijs Tribunalibus Vrbis, testatur *Tiber. in prax. A. C. lib.2. cap.35. n.13. vers. huic conclusioni*; Vbi impressa est etiam fides resolutionis factæ in hoc articulo in Signatura Sanctiss. coram fel. rec. Clemente VIII. Idemq; aduertit *Rota in d. dec.161. n.4. vers. quod statutum, & in d. dec.51. in fine impress. post Fenzon. ad Statut. Vrbis in Romana liberationis 27. Iunij 1633. coram bo:me: Coccino.*

Creditum autem dotale Lauræ ex publico Instrumento quietantiæ factæ vsque de anno 1601. in quo apparet d. Maximilianum eius maritum exegisse pro dote sibi promissa scut. 10000. eamque vna cum lucro dotali dissoluto matrimonio restituere promisisse, quod Instrumentum licet contineat confessionem
4 de recepto, quæ † vbi facta est constante matrimonio regulariter non probat veram solutionem dotis in præiudicium tertij. Nihilo-
5 minus d. conclusio † fallit quando, prout hic, præcessit Instrumentum promissionis, ac plures, & quidem vrgentissimæ concurrunt cōiecturæ suadentes dotem confessatam reuera solutam fuisse, quia tunc talis confessio plenè probat, prout (articulo maturè discusso) firmatum fuit in prædictis tribus decisionibus emanatis coram me, cum quibus DD. transierunt, iunctis præsertim partitis hodie productis, ac formiter extractis è libris Mercatorum continen integram solutionem eiusdem

dotis

6 dotis, (quæ † concurrentibus adminiculis)
plenè probant d. solutionem etiam contra
tertium, *Rota diuers.dec.375.n.2.par.1. Mant.dec.
144.nu.2. vers. sed agitur, Greg.dec.302.n.5. Add.
ad Buratt.dec.119.num.10.*

Nec subsistit, quod d. Laura fuerit plus æ-
quo satisfacta de huiusmodi credito dotali, ex
eo quia ipsa respondens quibusdam positioni-
bus dixerit se plures pecunias, ac nonnulla
bona Maximiliani, adhuc eo viuente, recepisse
vsque ad summam sc.15.m.circiter. Quocir-
ca ex eisdem responsionibus apparet d. pecu-
niarum summam fuisse ei persolutam spatio
22. annorum decursorum à die decoctionis
Maximiliani viri vsque ad obitum eiusdem
vigore mandatorum A. C. pro fructibus do-
talibus, seù annuis alimentis (citatis etiam
creditoribus) eidem ab A.C. assignatis, & cō-
sequenter non potuisse cedere in extinctio-
nem sortis principalis d. crediti dotalis; cum
7 etiam † in dubio solutio de iure cedat prius in
fructus, & postea in sortem *l. in his vero, §. fin.
ff. de solut. l.1. vers. si neuter, C. eodem, Bart. in l.1.
sub num.9. vers. tu tene primam, ff. eodem tit. Ruin.
cons.136.nu.14.lib.4. Socc. sen.cons.293. in princip.
vers. secundum probatur lib.2. Peregr.cons.99.n.15.
Surd.cons.290.nu.6.vol.2. Gratian.discept.224. sub
n.30. Rota dec.272.n.8. post Cene.in tract.de cens.&
in Romana Dotis 4. Iulij 1635. coram bo: me: Piro-
uano, & fuit dictum fuit in Senogallien. Compromissi
3. Iunij præteriti coram me*. Et vxor de fructibus
8 dotis, non autem de proprietate sit alenda,
*Abb. in c. salubriter in 1. notab. de vsur. & fuit dictū
in Ianuen. fructuum dotis 15. Maij 1634. coram bo:
me: Coccino quæ est dec.280.n.11.par.6.recent.*

Quod vero d. D. Anna sit hæres d. Lauræ,
casu quo Crescentius primus hæres institutus
decederet sine filijs legitimis patet ex Testa-
mento eiusdem Lauræ in authentica forma
in actis producto.

9 Obitus † autem d. Crescentij non contro-
uertitur, & probatur ex partita formiter ex-
tracta è libro Parochi, in quo nomina defun-
ctorum describuntur, *Rota decis.605.nu.4.par.2.
& dec.84.n.5.par.5. recent. Buratt.dec.563.nu.11.
Greg.XV.dec.78.nu.1. in fine, & ibi Add. littera A.*
10 Et quod † obierit sine filijs de iure præsumi-
tur, nisi contrarium probetur, *l. ex facto 17. §. si
quis autem, ff. ad Trebell. Alex.cons.20.nu.12.lib.1.
Capic.dec.159.num.11.& 12. Mant. dec.32.num.2.
Rota decis.436.num.3.par.1. & decis.408.numer.3.
par.5. recent.*

11 Possessio † denique dd. de Euangelistis quo
ad loca Montium, de quibus agitur, non cō-
trouertitur, eaque probatur ex fide Secretarii,
ac ex sustentatione litis, *Caputaq. decis. 372.
par.2.*

Non obstat, quod dd. loca Montium non
fuerint possessa per Maximilianum de tempo-
re obligationis per eum factæ pro restitutione
d. dotis, vna cum lucro dotali, vel postea, pro-
ut requirit idem statutum, quando, prout hic,
12 agitur contra tertium possessorem, quia † cum
illa fuerint empta ex pretio Casalis prædicti,
& loco illius in omnibus, & per omnia per-
petuo subrogata fuerint, perinde habentur ac
si per eumdem Maximilianum de tempore
d. obligationis possessa fuissent adeout sicut
contra dd. Euangelistas, si possiderent Casale
prædictum competeret via executiua vigore
d. statuti, sic pariter illa competat contra eos-
dem vti possessores dd. locorum, quæ in locū
d. Casalis subrogata fuerunt virtute d. subro-
13 gationis, quæ † operatur, vt res subrogata
dicatur possideri, ac si res ipsa propriè possíde-
rétur, *l. item si fundi, §. Seminarij, ff. de usufr. Affl.
14 dec.395.num.10.* & assumat † naturam, & qua-
litates eius, cui fit subrogatio etiam in mate-
ria stricta, & correctoria, *Natt.cons.346. sub n.3.
uers. & quod subrogatus lib.2. Surd.cons.42.num.11.
lib.1. Gratian.discept.719.nu.9.& seqq. Rota in Bo-
nonien. bonorum 17. Iunij 1641. coram R.P.D. meo
15 Cerro §. Minus, & §. subsistit,* prout † videmus
in loco bonorum fideicommisso subiectorū,
quod super subrogatis cōpetat immissio, sicuti
competeret super eisdem bonis, in quorum
locum facta fuit subrogatio, *Burat.dec.229.n.9.
& 10. Rota dec.326.n.2.& seqq. par.5. & dec.164.
nu.15. par.7.recent. & fuit dictum in Romana fidei-
commissi de Maximis 12. Decembris 1628. coram bo:
me: Coccino, §. ex quibus apparet,* & in specie sub-
rogationis factæ in licentia alienandi à Papa
concessa, *Gratian.discept.751.nu.30. & seqq.*

Minùs obstat, quod prædictum Casale esset
subiectum antiquo fideicommisso Bernardi-
ni Caffarelli, Ideoque non esset hypothecatū
pro restitutione dotis cum regulariter bona
16 subiecta † fideicommisso non possint alienari,
aut obligari in præiudicium vocatorum ad
idem fideicommissum, *l. fin. §. sin autem, C.
com. de leg. cum similibus*, quia d. conclusio limi-
17 tatur fauore dotis, cum bona † subiecta fidei-
commisso possint alienari, seù obligari non
solum pro constitutione, sed etiam pro resti-
tutione dotium Vxorum nuptarum descen-
dentibus Testatoris, iuxta veram, & magis re-
ceptam sententiam, quam tenent *glos. in auth.
res quæ, C. com. de leg. in uerb. obligationem, uers. item
& in exigenda, & ibidem Bart.n.2. Bald. n.3. Ang.
sub nu.1. uers. in tex. ibi ad dotem, & sub n.5. Castr.
num.4. in fine, uers. in glos. magna, Ias.n.29. uers. ex
secunda habetis extensionem, Corn.n.12. Io: de Anan.
cons.61.n.3. uers. nunquid autem, Oldrad. cons.107.
in fine, uers. item & pro eius solutione, Castr.cons.15.
n.1. uers. his non obstan. & cons.219.num.2.& cons.
356.nu.4.lib.1. Ruin. cons.89.n.41. uers. sed tamen
istis non obstan. lib.2. Dec. cons.519. in princ. Paris.
cons.81.n.47.lib.2. Natt.cons.61. n.1. uers. quæ iura
licet loquantur lib.1. Ceph.cons.177.n.10.lib.2. latè
Menoch. cons.33. sub n.9. uers. cæterum his minime
refragan. Couar. uat. resol. lib.3. cap.6. uers.4. non ta-
men, Campeg. de dot. par.1. qu.8. sub nu.5. uers.22.
Bald. Nouell. eodem tract. par.3. priuil.13.n.3. uers.
& idem si pro dote restituenda, Petr. de fideic.qu.28.
nu.39. Menoch.lib.4.præs.190.n.1. Peregr. de fideic.
art.42.num.3. Fusar. de substit. qu.532. nu.2. uers.
prædictam teneo opinionem, Surd. dec.62.nu.1. & 2.
Ioseph Ludou. decis. Lucen.28.nu.76. bo: me. Coccin.
dec.218.n.2. Rota dec.538.n.5.& 6. par.5. & decis.
210.num.4. par.6. recent.*

18 Cuius † *auth. dispositio*, sibi locum vendicat
non solum ad fauorem mulieris repetentis
dotem

dotem. Verùm etiam ad fauorem hæredis
eiusdem, licet extranei, præsertim quando (vt
in hoc casu) mulier iudicium recuperationis
suæ dotis, & iurium dotalium instituit viuens
Menoch. in cons. 33. n. 8. & n. 42. & seqq. Fontanell.
de pact. nupt. glos. 2. par. 10. num. 44. & seqq. & dixit
Rota in decis. 678. num. 11. & seq. coram Seraph.

Et maximè in præsenti casu in quo Bernar-
dinus licet prohibuerit alienationem bonorũ,
illã tamen expresè permisit, nedùm in casu
maximę necessitatis masculorum vocatorum
ad fideicommissum, qualis necessitas respectu
Maximiliani, videtur indubitata ex notoria
illius decoctione etiam in dictis decisionibus
canonizata, adeout ipsemet disponens vi-
deatur in tali casu obligare voluisse eadem bo-
19 na pro restitutione d. dotis, attenta † præser-
tim obligatione Camerali in d. dispositione
adiecta, cuius executio competit tàm pro ex-
pressis, quàm pro virtualiter in eadem dispo-
sitione contentis, *Bart. in l. 1. sub num. 3. vers. in*
contrarium facit, & ibidem Add. littera F. vers. &
ex prædictis, ff. de his quæ in testam. delent. Alex. con-
sil. 126. n. 4. vol. 6. cum alijs relatis per Surd. dec. 254
num. 39. Verùm etiam ex causa dotis consti-
tuendæ filiabus, alijsque fœminis descenden-
dentibus ex Mario seniore primo vocato, quę
permissio videtur intelligenda etiam pro resti-
tuendis dotibus receptis à masculis ex eodem
20 Mario descendentibus, quia † cum ita lex prę-
cipiat, sic etiam idem Bernardinus in prædicta
sua dispositione præcepisse videtur, *Menoch. in*
cons. 555. n. 8. Rota coram Seraph. dec. 666. nu. 4. &
decis. 410. sub num. 6. par. 1. & decis. 17. num. 46.
par. 1. recent.

Pręsertim cum ipse vocauerit ad fideicom-
missum omnes descendentes legitimos, & na-
turales ex Mario filio nascituros, ac voluit vt
eius linea masculina legitima, & naturalis per-
21 petuo conseruaretur, hinc enim elicitur † ip-
sum consensisse matrimonijs per eius descen-
dentes contrahen. sine quibus illi oriri non
potuissent, & consequenter voluisse, vt bona
subiecta fideicommisso essent obligata etiam
pro restituendis dotibus per eos receptis, ne
alias matrimonia impedirentur, vt in specie
aduerterunt inter alios, *Menoc. de præsump. lib. 4.*
præs. 190. num. 8. & 9. Surd. d. dec. 62. n. 22. vers. 4.
ratio, & num. 52. Fusar. d. qu. 532. n. 2. vers. primam
teneo opinionem sub vers. 2. facit ratio, Ant. Faber.
in suo Codice lib. 4. tit. 9. diff. 7. & dixit Rota in Ro-
mana fideicommissi 18. May 1607. coram bon. mem.
Lancellotto.

Minùs aduersatur, quod dictum fideicom-
22 missum fuerit factum in contractu donationis
scilicet inter viuos, quo casu non habere lo-
cũ dispositionem, *Auth. res quæ* sentire videtur
Bald. in l. nulla 4. in fine, C. de iure dot. & c. 1. §. do-
nare in princ. tit. qualiter feud. olim alien. poss. Me-
noch. lib. 4. præs. 189. Petr. de fideic. q. 8. nu. 440. cum
alijs relatis à Fusar. de subst. q. 592. n. 88. & in hanc
sententiam videtur inclinasse *Rota dec. 449. n. 4.*
par. 1. diuers. licet illam vti valde dubiam relin-
quat indecisam. Quia vltra quod d. † opinio
23 procedere posset in fideicommisso facto in
contractu vltro citroque obligatorio ex causa
onerosa, non autem in fideicommisso consti-
tuto, prout hic, in donatione merè gratuita, &
sic ex titulo lucratiuo, *Peregr. de fideicom. art. 22.*
n. 21. lib. 3. Odd. de probib. alien. q. 38. nu. 59. & seqq.
Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. par. 2. nu. 94.
24 *& 95.* Contraria † opinio videtur verior quã-
do, prout hic, versamur in fideicommisso
ascendentis, quia tunc bona illi subiecta sunt
obligata pro restitutione dotis, alijs bonis nõ
extan. etiam si fideicommissum fuerit in con-
tractu constitutum, *Add. ad Bald. in d. l. nulla*
sub num. 15. litt. E. C. de iure dot. Rota dec. 128. n. 3
& 4. par. 5. recent. & in Romana Dotis 22. Iunij
1640. coram bon. mem. Coccino, & 3. Decembr. eius-
dem anni coram eodem, & super hac eadem dona-
tione fuit resolutum *in Romanaa Saluiani de Ca-*
salibus 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro.

Nec subsistere visa fuit replicatio, quod hi-
potheca, quæ competebat Lauræ pro suis do-
tibus super d. Casali non fuerit translata in
sc. 25. mil. persoluenda dictis Euangelistis,
alijsque Creditoribus habeñ obligatos DD. de
Crescentijs, sed in fructus Inuestimenti scut.
8500. facieñ in tot locis Montium subrogatos
in locum eorum fructuum, quos alij Maxi-
miliani Creditores non habentes obligatos
ipsos de Crescentijs (qualis erat Laura) per-
cipere potuissent ex d. Casali, si illud vendi-
tum non fuisset. Quia cum subrogatio loco
fructuum d. Casalis non fuerit perpetua, sed
temporalis, duratura scilicet, solummodo
Maximiliano viuente, non potest dici inter
illos Lauram pro suis Iuribus dotalibus fuisse
comprehensam, cum viuente viro non esset
25 locus illorum repetitioni; Imò † in præiudi-
cium Creditorum habentium hipothecam
anteriorem, & expressam, nec locus esse po-
terat earumdem dotium assecurationi *Ant. Fab.*
in suo Cod. lib. 5. tit. 7. diff. 28. & diff. 47. num. 1. Ricc.
colect. decis. 1310. vers. nunc limita.

Minus subsistere visum fuit hipothecas do-
tales fuisse translatas saltem super proprietate
sc. 3500. illiusque fructibus multiplicañ, ac
super altera proprietate prædicti Inuestimenti
sc. 8500. non autem super dd. sc. 25. mil. Nam
talis interpretatio visa fuit repugnare tàm ver-
bis d. motus proprij, quàm menti Pontificis.
verbis quia subrogatio legitur facta non solũ
in loca Montium, in quibus Pontifex dicta
sc. 3500. multiplicanda, & alia sc. 8500. sub-
rogata pro fideicommissarijs præcisè manda-
uit reinuestiri. Verum etiam in pretium, seù
in stabilia ex d. pretio emenda ibi, (illaque
omnia in pretium, & loca Montium, seù sta-
bilia ex d. pretio emenda perpetuo transferi-
mus, & collocamus respectiuè) quæ verba,
(seù ex d. pretio emenda) non possunt adapta-
ri nisi pretio sc. 25. mil. consignando Credi-
toribus sub cautione de restituendo, vel in sta-
bilibus loco d. cautionis iuxta formam d. mo-
tus proprij inuestiendo. Tùm quia illud tan-
tum in defectum d. cautionis in bonis stabili-
bus (iuxta formam d. motus proprij) debe-
bat inuestiri. Tùm etiam quia inter verba
pretium

pretium, & loca Montium, apposita fuit co-
20 pula, &, quæ poni solet inter diuersa *l. ea ta-
men adiectio ff. de leg. 3. l. scire debemus vbi Bart. ff. de
verb. signif. Rolan. cons. 79. num. 22. lib. 3. Rota dec. 75.*
27 *num. 6. par. 5. rec.* & stat † augmentatiuè *Rota
decis. 43. num. 6. par. 1. rec.*

Repugnat etiam menti Pontificis, quæ ta-
lis fuisse visa fuit, vt fideicommissa, legata, &
hypothecæ, quæ directè exerceri poterant su-
per Casali censerentur translatæ super multi-
plico, ac alijs scu. 8500. quæ in tot loca Mon-
tium (iuxta formam motus proprij) erant re-
inuestienda pro fideicommisso, & alijs directè
interesse habentibus super eodem Casali; Hi-
pothecæ verò competentes creditoribus ius
habeñ solum super fructibus eiusdem Casalis
(Maximiliano viuente) essent translatæ super
fructibus reinuestimenti scut. 8500. percipieñ
eodem Maximiliano viuente. Hipotheçę de-
nique contractæ pro restitutione dotium, &
iurium dotalium vxoris Maximiliani, quę il-
lo defuncto erant restituenda de bonis liberis,
si illa adessent, dicantur translatæ super istis
scutis 25. mil. persolueñ reuocabiliter dd. cre-
ditoribus Maximiliani habeñ obligatos Do-
minos de Crescentijs, cum illa ex dispositio-
ne Pontificis remansissent libera à fideicom-
misso, vt dictum fuit in *Romana Saluiani de Ca-
salibus 21. Iunij anni præteriti coram R. P. D. meo*
28 *Cerro*, idq; † virtute dictionis, respectiuè, quæ
operatur, vt singula singulis congruè refe-
rantur, *Rota coram Caual. decis. 581. num. 3. & de-
cis. 182. num. 2. par. 6. rec.* alias sequeretur, quod
si statim secuta venditione Maximilianus ob-
ijsset, & D. Laura super dictis scut. 3500. de-
stinatis pro multiplico, & alijs sc. 8500. pro re-
petitione suæ dotis, & lucri ascendentium ad
scut. 12500. se conuertere debuisset, vel inte-
grum fideicõmissum euertere potuisset con-
tra mentem Pontificis, qui voluit vt multi-
plicum perpetuo stare deberet pro vocatis ad
fideicommissum, & alijs ius habeñ super illo,
vel si ex dictis duobus inuestimentis non po-
tuisset satisfieri, ex quo Pontifex voluit, vt illa
neque ex causa dotium, & alimentorum pos-
sent alienari, donec vna cum fructibus multi-
plicañ ad summam scut. 37. mill. peruenissent,
D. Laura creditrix potior, & anterior gratia
istorum creditorum posteriorum nullum ius
habentiũ super d. Casali pro suis dotibus, & ali-
mentis spatio multorum annorum priuata
remansisset similiter contra mentem eiusdem
29 Pontificis, qui etiam motu proprio non cen-
setur ademisse ius alteri quæsitum, sed potius
illud præseruare voluisse, *Bald. in l. 1. n. 5. ff. de
Constit. princ. Paris. cons. 23. num. 153. lib. 1. Ruin.
cons. 186. num. 2. par. 2. rec.* & in terminis alterius
hypothecæ dotalis competeñ super d. Casali,
quod illa fuerit præseruata super pretio, de
quo agitur dd. Creditoribus Maximiliani so-
luto sub cautione de restituendo iuxta formã
d. motus proprij fuit resolutum in d. *Romana
Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R. P. D.
Cerro.*

Nec absurdum esse existimarunt Domini,
quod si dd. loca Montium ab Euangelistis, &
pecuniæ ab alijs creditoribus Maximiliani ha-
beñ obligatos Dominos de Crescentijs, per
Creditores dotiũ vti anteriores auocarentur,
gratia Pontificis non operaretur perpetuum
effectum.

Quia cum Pontifex, vt dictum est, noluerit,
vt dicta scut. 25. mill. dd. Creditoribus liberè
soluerentur, sed reuocabiliter, nec voluerit
hypothecis dotium anterioribus, & potiori-
bus præiudicare, quinimo illas mediante d.
perpetua subrogatione, & cautione præserua-
re, sufficit, quod gratia habuerit effectum, vs-
quequò actio repetendi dotes ad fauorem
Lauræ creditricis anterioris, & potioris orta
30 non esset, cum † Principis gratia postquam
aliquid operata est, restringi debeat, ne enor-
me præiudicium fiat tertio, *Felin. in cap. 1. n. 9.
vers. secundo declara, vbi Dec. nu. 4. vers. subijcit,
Abb. de rescript. Curt. iun. cons. 5. num. 27. Molin. de
primogen. Hispan. lib. 2. cap. 10. num. 77. & 78. &
cap. 7. num. 2. & 3. lib. 4. & dixit Rota in Valentina
subsidij 4. May 1611. coram Penia, & in decis. 48.
num. 28. coram bon. mem. Vrgellen.* & ad illud cui-
31 tan. verba Principis † sunt etiam impropirian-
da, *Gonzal ad Reg. Cancell. glos. 28. à num. 1. vsque
ad 10. Gratian. discept. 730. n. 31. & 32.*

Neque subsistere visum fuit, quod anterior
32 hypotheca, quam Laura habebat super dictis
scut. 25. mill. remanserit extincta per illorum
solutionem factam dictis creditoribus poste-
rioribus *iuxta decis. Afflict. 190. num. 9. Menoch. in
cons. 25. n. 15. & 16. Surd. in cons. 4. num. 10. Gra-
tian. discept. 304. n. 4.*

33 Quia obiectum procederet si dicta scut. 25.
mil. dictis creditoribus posterioribus fuissent
liberè soluta, & bona fide consumpta, quo
casu, sicut dominium illarum fuisset irreuo-
cabiliter ipsis acquisitum, ita hypotheca licet
anterior, quæ super illis extabat remansisset
extincta, vt habetur *in d. decis. Afflict. & alijs pro-
ximè alleg.* Cœterum cum soluta fuerint sub
cautione, & sub onere reinuestieñ loco
illius, ac (vt dictum est) cum prædicta per-
petua subrogatione in omnibus, & per omnia
hypothecæ dotium anteriorum, & potiorum
per d. solutionem posterioribus factam non
possunt dici extinctæ, cum ad istum effectum
requiratur, vt dominium pecuniarum perfe-
ctè, & irreuocabiliter posterioribus creditori-
bus acquiratur, *l. ex sextante, §. Latinus largus, vbi
Bart. & Ang. vers. nota, quod sicut, & Paul. de Castr.
num. 2. ff. de except. rei iudic latè Fontanell. de pact.
nuptial. claus. 1. glos. 8. par. 6. num. 37. & seqq.* & in
terminis istarummet pecuniarum, quod di-
cantur extare etiam fauore dotis primæ vxo-
ris d. Maximiliani resolutum fuit *in d. Romana
Saluiani 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro.*

Minus obstat, quod Laura se subscripserit,
34 mandato directo Ministris † Banci super so-
lutione pecuniarum, de quibus agitur, facieñ
dictis Euangelistis ex pretio sc. 25. mil. Vnde
inferebatur eam ob d. subscriptionem consen-
sisse d. solutioni, & consequenter hypotecam
sibi competen. super eisdem pecunijs tacitè
remi-

remisisse per *text. in l. sicut, §. non videtur Vers.*
Sed si subscripserit, l. Titius Sempronio, §. Titius
Seio, uer. inueniebatur autem, ff. quib. mod. pig. vel
35 *hip. solu.* Quia vltra quod † illa se subscripsit
tamquam deputata ab eodem Maximiliano
viro, non autem nomine proprio. Ideoque
sibi non præiudicauit, *Bald. cons. 333. sub num. 1.*
vers. secundo considero lib. 5. Bursat. cons. 33. nu. 36.
Menoch. in cons. 1127. num. 26. Adhuc si nomine
proprio id egisset, sibi non præiudicasset, quia
36 sicut † hypothecæ dotali absque solemnitati-
bus requisitis à statuto Vrbis in contractibus
mulierum non potuisset renunciare expressè,
vt dixit *Rota decis. 637. numer. 10. uers. Vltra quod*
par. 1. & decis. 144. num. 16. uers. minus obstat p. 7.
recen. & in terminis subscriptionis, quod illa
non præiudicet personæ, quæ absque solemni-
tatibus non potest renunciare, *Pancirol. consil.*
173. n. 14. Ita, & multo minus tacitè id agere
potuisset, *Menoch. cons. 237. sub num. 34. verb. pro-*
hibet hoc tantum lib. 3. Gratian. discept. 689. num. 46.
Rota d. decis. 638. num. 10. in fin. par. 1. recent.

Denique non obstat, quod Pontifex suppleuit consensus omnium creditorum quantumuis priuilegiatorum, illisque derogauerit, quia derogatio prædicta operatur quidem, vt creditores anteriores, & potiores, qui (vt legitur in motu proprio) venditioni Casalis se opponebant, non possent venditionem impedire, vel illius inualiditatem allegare, sed non potest operari, vt illi amittere deberent eorum hypothecas potiores, & anteriores super pretio, quia Pontifex non solum id non disposuit, sed mediante illarum perpetua subrogatione in omnibus, & per omnia in d. pretium soluen cum d. cautione, vel onere inuestien iura sua vnicuique præseruauit, vt fuit dictum in *d. Romana de Casalibus 21. Iunij coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

ARIMINEN. CASTRORVM.

Veneris 14. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Fœmina ex quibus excludatur à primogenitura constituta fauore masculorum, & quid dicendum est ijs deficientibus.

SVMMARIVM.

1 *Primogenita in re ad primogenituram spectante habet intentionem fundatam ex propria persona vti vocata in primogenitura.*
2 *Hæres Patris ex illius Testamento dicitur habere intentionem ex persona patris.*
3 *Primogenituram instituens non potest ex interuallo eam reuocare, nec pater in præiudicium vocatorum, & n. 5.*
4 *Primogenitura eisdem iuribus regulatur, ac fideicommissum.*
6 *Fœminæ veniunt appellatione primogenitorum.*
7 *Masculinitatis qualitas expressa in vna oratione perfecta in dubio non censetur repetita in alia similiter perfecta, quamuis vtraque sub eadem dispositione contineatur.*
8 *Masculinitatis qualitas censetur repetita, quando fit mentio filiorum eiusdem personæ, secus si agatur de filijs alterius personæ.*
9 *Fœmina licet sit exclusa à primogenitura in istius productione, potest tamen admitti in illius progressu.*
10 *Primogenitura constitui solet adhoc, vt bona vnita, & indiuisa conseruentur pro maiori decore familiarum.*
11 *Primogenitura erecta super titulo alicuius dignitatis non recipit diuisionem, sed primogenitus in ea dumtaxat succedit.*
12 *Ex diuersis non est bona illatio.*
13 *Dictio, in, denotat conditionem, quando recipit futurum, & incertum euentum.*
14 *Facultas data sub certa conditione, ea non purificata perinde habetur, ac si concessa non fuisset.*
15 *Conditio debet habere potentiam ad esse, & non esse adhoc, vt illa verificari possit.*
16 *Abb. cons. 473. num. 17. declaratur, & num. 55.*
17 *Facultas disponendi quando dicatur concessa in casu quo deficerent omnes capaces comprehensi in primogenitura non autem in eorum odium.*
18 *Successor in primogenitura potest impugnare dispositionem antecessoris sibi præiudicialem quamuis sit hæres illius, & sic per aditionem videatur eam acceptasse.*
19 *Fideicommissarius quæ teneatur probare pro consecutione bonorum fideicommissariorum.*
20 *Subrogatus acquirit omnia iura illius in cuius locum fuit subrogatus.*
21 *Clausula*, pleno iure, *importat liberam dominij translationem.*
22 *Correctio in continenti in eadem dispositione non præsumitur.*
23 *Clausula*, pro potiori cautela, *nouationem præcedentis concessionis validæ non inducit, sed potius illam confirmat.*
24 *Clausula*, sine præiudicio cuiuscunq; iuris &c. *est præseruatiua iurium prius competentium illi ad cuius fauorem adiecta fuit.*
25 *Contradictio, & pœnitentia in litteris Papæ in instanti non est admittenda.*
26 *Inducta in augmentum non debent operari diminutionem.*
27 *Titulus, seu inscriptio plurimum deseruit ad inspiciendam Papæ dispositionem.*
28 *Rubrica nigrum declarare solet.*
29 *Verba clara omnem dirimunt disputationem.*
30 *Vnio æquè principaliter facta operatur, vt qualibet ex rebus vnitis retineat sua iura, & priuilegia, adeout ea dissoluta bona remaneant libera, prout antea erant, & n. 58.*
31 *Bonorum primæua natura ex concessione tituli Marchionatus, seu Ducatus non immutatur nisi d. titulo durante secus eo dissoluto.*
32 *Fœmina quando dicatur incapax primogenituræ etiam post deficientiam omnium masculorum.*
33 *Dictio*, & sic, *de sui natura est repetitiua similis qualitatis superius expressæ.*
34 *Dictio*, & sic, *est illatiua ex præcedentibus.*
35 *Dictio*, & sic, *est significatiua modorum expressorum.*

36 *Verba*, ita tamen, *restringunt dispositionem ad superius expressa*.
37 *Fœmina venire non solet appellatione lineæ masculinæ*.
38 *Masculinitatis qualitas ab initio expressa in tota periodo retenta dicitur quando vocatio fuit concepta sub vnica oratione, & terminatione sub vno eodemque verbo*.
39 *Dictio*, alijs, *recipit similia*:
40 *Masculinitatis qualitas expressa in primo filio censetur repetita in alijs liberis ex eodem patre descendentibus ex identitate rationis*.
41 *Extremis probatis media præsumuntur*.
42 *Bona reuertuntur ad primæuam naturam libertatis, quando primogenitura fuit expirata ob deficientiâ masculorum*.
43 *Fœmina remotior quando dicatur eo facilius exclusa quam proximior ad effectum, vt in erectione primogenituræ dicatur subintellectum solum de masculis*.
44 *Masculo multò magis, quam fœminis conuenit facultas iuris dicendi, nec non arma deferendi tam defensiua, quàm offensiua*,
45 *Paria sunt aliquid fieri in tempore permisso, & fieri in tempore probibito, illius tamen effectum conferendo in tempus permissum*.
46 *Clausula*, ex nunc, prout ex tunc, *operatur effectum tempore congruo*.
47 *Tempus congruum testamenti cuius dispositio confertur in tempus futurum est illud, in quo purificatur conditio*.
48 *Verba*, in defectum primogenitorum, *sunt extendenda ad quodcumque tempus quo primogeniti deficiunt*.
49 *Verba*, illis deficientibus, *denotant deficientiam tam propter non natiuitatem, quam propter mortem, & id important verba*, & in defectum illorum, *& n.* 50.
51 *Acquisitio ex titulo onerofo facit quod primus acquirens possit alijs præiudicare, & n.* 52.
53 *Nominatus specialiter est præferendus cæteris collectiuè nominatis*.
54 *In pari causa melior est conditio præoccupantis*.
56 *Verbum*, liberè, *appositum in facultate disponendi, quid importet*.
57 *Abundans cautela non nocet*.
59 *Debitum naturale sub specie liberalitatis, quando dicatur solui*.

DECISIO DCLI.

DECESSIT Marchio Leonidus vltimus primogenitus masculus familiæ de Malatestis cum Testamento, in quo hæredem vniuersalem instituit D. Franciscam Isabellam eius filiam; Verumquia insurrexerunt D. Victoria filia q. Iacobi de Malatestis, ac D. Leonidus Ferrettus Nepos ex Leonida altera filia eiusdem Iacobi prætendentes Castra Roncofreddi, & Montisiani, de quibus agitur, alias possessa per D. Marchionem Leonidum vltimo loco defunctum spectare ad se vigore fideicommissi eiusdem Iacobi, Rota, ad quam causa delata fuit, primo loco respondit coram bon. mem. Pirouano sub die 23. Ianuarij anni præteriti successionem in dd. Castris spectare ad fideicommissarios Iacobi. Sed postea reproposita causa sub die 29. Aprilis subsequẽtis recessit à d. decisione. Tertio autem posita causa coram bon. mem. Merlino, in cuius locum fui ego subrogatus, informantes pro D. Francisca Isabella conabantur tueri secundam decisionem his præcipuè fundamentis.

Quia cum ipsa sit filia primogenita Marchionis Leonidi vltimi primogeniti masculi ex familia de Malatestis, eiusque heres Testa-
1 mentaria † dicebatur habere intentionem fundatã quoad successionẽ in Castris, de quibus agitur, aliàs possessis à Leonido eius patre tam ex persona propria vti vocata in primogenitura, quam san. mem. Pius V. erexit, *Bald. in l. in multis 9. in princ. ff de stat. hom. Dec. in l. fœminæ num. 3. ff. de reg. iur. Molin. de primog. lib. 2. c. 4. num. 4. & seqq. & cap. 5. num. 52. Menoch. cons. 926. num. 26. Castill. quotid. contr. lib. 2. cap. 4. num. 58. Fu-*
2 *sor. de subst. qu. 385. num. 1.* Quam † ex persona D. Marchionis Leonidi eius patris, qui illam in suo Testamento heredem instituit, *cap. 1. §. int. fil. defunct. tit. 5. de feud. defunct. content. sit. int. domin. & agnat. Curt. iun. cons. 41. num. 11. & seqq. Serader. de feud. par. 7. cap. 4. n. 94.*

Neq; obstare dicebant dispositionẽ Iacobi, qui extincta eius linea masculina expresè vocauit ad Castra, de quibus agitur D. Victoriã, & post eius obitum D. Leonidum Ferrettum ex Leonida altera filia nepotem. Siquidem respondebant illam fuisse nullam ex defectu potestatis eiusdem Iacobi, qui nõ poterat immutare substantiam, aut naturam primogenituræ, quam Pius V. ad supplicationem eiusdem Iacobi super eisdem Castris erexit. Et consequenter priuare D. Franciscam Isabellam in eadem primogenitura comprehensam,
3 cum instituens † primogenituram non possit ex interuallo eam reuocare, aut alterare in præiudiciũ in ea vocatorum, *Purpur. cons. 500. num. 21. vers. 2. & eum plur. seqq. Bardel. cons. 105. num. 13. vsque in fin. lib. 2. Peregr. cons. 160. num. 5. & in fin. vol. 5. Ciriac. contr. 312. nu. 83. vers. quinta succedit vsque ad* 101. *vers. descendo, Bell. iun. consil. 55. à num. 21. vers. Verum vsque ad 49. vers. quo quo posito*.

Quod autem Pius V. erexerit primogenituram super eisdem Castris deducebatur ex verbis secundi motus proprij, in quo Summus ille Pontifex postquam abdicauit prædicta duo Castra à Leonida filia Iacobi, illaque pleno iure eidem Iacobo concessit, illico eadem Castra vniuit cum alijs Castris ab eodem Iacobo, & Ramboldo fratre possessis, illaque sic vnita erexit in Marchionatum subdens illa verba. Et nihilominus pro potiori cautela Marchionatum prædictũ sic erectum, necnon omnia, & singula iura &c. eidẽ Iacobo Marchioni pro se, & eius primogenito masculo legitimo, & naturali, seu pro tempore nascituro, & eiusdem primogeniti primogenito similiter legitimo, & naturali, & sic de primogenito in primogenitum in perpetuum donec primogeniti fuerint. Ex quibus inferebant eumdem Pontificem erexisse primogenituram super eisdem Castris vti cõtradistin-

ctam

ctam ab ipso Marchionatu prius erecto, ac proinde Iacobum durante eadem primogenitura non habuisse quoad illa liberam faculta-
4 tem disponen., cum primogenia † sint onere quodammodo similia fideicõmissis, & feudis affectu, & iisdem ferè iuribus regulentur, *Molin.de primog.Hispan.lib.1.cap.1.nu.7.Alb.consf.60.num.10.Ceph.consf.251.nu.70.vol.2.Surd.consf.241.num.15.Ciriac.d.contr.312.num.34.* Et propterea
5 non valeat dispositio in preiudicium eorum, qui successuri sunt in illis, *l. pen 69. §. Fratre, ff.de leg.2.Molin.de primog.lib.4.cap.1. num.2. Menoch. consf.432.num.27.Surd.consf.351.nu.1. Rimin. iun.consf.418. per tot.Socc.iun.consf.52.num.7.vol.1. Ciriac. d. contr.312. numer.84. vers. & per consequens.*

Quod autem D.Frãcisca Isabella esset comprehensa sub eadem primogenitura deducebatur ex verbis adiectis in §. Cœterum, vt ipsi Iacobo Marchioni per præsentes aliquod nõ inferatur præiudiciũ, illi,& successoribus prędictis, vi de Comitatu, & de singulis Castris prædictis in defectum primogenitorum in quasuis personas etiam quantumcunque incapaces testari illaque relinquere, donare &c. facultatem concedimus. Ex quibus eliciebatur D.Franciscam Isabellam primogenitam Leonidi vltimi Masculi defuncti fuisse vocatam tanquam positam sub conditione sub il-
6 lis verbis. Et in defectum primogenitorum, quorum appellatione etiam fœminæ venire solent, quando, prout hic, masculi non extant, *Bald. in d.l. in multis 9.nu.1. ff.de stat.hom. & consf. 275.num.6.cum seqq.vol.2.Rom.consf.98. nu.2.vers. Hac autem, Couar.var. res. lib.3. cap.5. vers.7. ad idem probandum Lup.in Rubr.de don.int.Vir.& Vx. §.69.num. 26.Molin.de primog. d.lib.3.cap.4.num.4. Rot. in Bonon. fideicommissi de Pepulis 27. Nouembris 1637. coram bon.mem. Pirouano sub §. t. & in eadem 27. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Roias sub §. Ex quibus.*

Neque sub illis verbis in defectum primogenitorum dicebatur esse subintelligendam qualitatẽ masculinitatis expressa in præcedẽti §. Et nihilominus pro potiori cautela ibi. Eidem Iacobo Marchioni pro se,& eius primogenito legitimo, & naturali. Tum quia qua-
7 litas masculinitatis † expressa, prout hic, in vna oratione perfecta in dubio non censetur repetita in alia similiter perfecta, quamuis vnaqu eq; sub eadem dispositione continea tur ex relatis à *Fus. de subst.q.403. nu.8. & Add.ad Bur. dec is.272. num. 19. Rota in Florentina fideicommissi de Guidaccis 21. Februarij 1628. coram me in §. non obstat tertia coniectura.*

Tum etiam quia illud adiectiuum, masculo, legitur expressum in filio primogenito Iacobi, non autem in alijs, ideoque multo minus videtur repetitum in d.§. Cœterum, in quo simpliciter,& indefinite facta fuit mentio defectus primogenitorum, qui ad primogenitum immediatum ipsius Iacobi restringi non
8 possunt, cum qualitas masculinitatis censeatur repetita, quando fit mentio filiorum eiusdem personæ, secus autem si agatur de filijs ex persona alterius ex cumulatis per *Fusar. d. q.403. num.19. & 25. & consf.38. num.12. Rota in decis.relat. per Add.ad Buratt.d. decis.172. num.19. post med. uers. Item Rota in hac materia.*

Tum etiam quia in d. §. Et nihilominus pro potiori cautela adiectiuum masculo verò expressum in solo filio primogenito Iacobi, quia primogenitura debebat ab illo initium sumere, nec propterea censetur repetitum in alijs primogenitis vocatis post illum in progressu primogeniture iam ceptæ, cum diuersa sit ratio productionis primogenij, quod incipere debet à masculo ab eius progressu, in
9 quo fœminæ † etiam admitti possunt, *Bell. iun.consf.1.num.192.Valenz. consf.77.num.77.& infra nol.1.Rota in d.Bonon.de Pepulis 18. Nouembris 1638. coram Pirouano in §. quod de paritione,& 17. Iunij 1659.coram R.P.D. meo Roias in §. Et cessat cum duobus.*

Nec prædictis aduersari dicebatur clausula adiecta in eodem §. Et nihilominus pro potiori cautela immediatè post vacationem primogenitorum,ibi; Ita tamen quod deficiente linea masculina ipsius Iacobi Marchionis titulus eiusdem Marchionatus suppressus, & extinctus sit, & esse censeatur. Et ideo defecta iam linea masculina ipsius Iacobi titulus eiusdem Marchionatus, & consequenter primogenitura defecerit. Quia adhuc replicabatur non esse necessariam consequentiam, titulus Marchionatus est extinctus ob defectũ lineæ masculinæ, ergo & primogenitura, quia cum ista sit contradistincta ab ipso Marchionatu erecto pro Iacobo, & primogenitis masculis ex eo descendentibus suppressio, seu extinctio eiusdem Marchionatus non tollit primogenituram superius erectam, quæ con-
10 stitui solet ad hoc, † vt bona vnita, & indiuisa conseruentur pro maiori decore familiarũ ex relatis à *Socc. sen.consf.47. num.6. nol.3. Paris. consf.72.num.81.lib.4. Surd.consf.241. num.14.cum alys alleg. in fin. vltima decisionis.*

Et hinc minus releuare dicebant quod primogenitura esset consecutiua, & accessoria ad ipsum Marchionatum,adeout isto deficiẽ tanquã principali, ipsa quoque primogenitura illi accessoria cessare debuerit. Quia replicabatur Pium V. duas primogenituras in eodem motu proprio instituisse, vnam super titulo Marchionatus,de qua in §.Et nihilominus omne ius nu.23. & hanc esse subiectiuam eidem titulo Marchionatus ratione dignitatis,
11 quæ non † recipit diuisionem, sed primogenitus in ea dumtaxat succedit iuxta *text. in cap. praeterea Ducatus tit. de probib. feud. alien. per Feder.Tiraq.de iur. primog.q.4. nu.49.Clar. in §. feudum quaest.44. num.1. Ciriac. d.contr.312. num.16. & 17.*

Alteram tam super titulo Marchionatus, quam super singulis Castris, & bonis sub illo comprehensis, de qua in §. Et nihilominus pro potiori cautela, & istam non esse consecutiuam, & accessoriam titulo Marchionatus, in quo soli primogeniti masculi succedere poterant,nec ideo cessauit primogenitura ab illo contradistincta, in qua etiam fœminę illis deficientibus succedere possunt ex vulg.

12 reg. quod † ex diuersis non fit illatio, *l. Papinianus 20. in fin. ff. de minor.*

Praeterea esto quod Iacobus (seclusa d. primogenitura comprehensiua fœminarum) haberet facultatem testandi, adhuc informantes pro D. Francisca Isabella dicebant illum non potuisse vti d. facultate simpliciter, & quandocunque, & sic etiam in præiudicium successorum primogenitorū adhuc viuentium, sed in casum dumtaxat quo nullus ex eis extaret de tempore dispositionis, illudque pluribus medijs suaderi contendebant.

Primo scilicet ex eo, quia facultas liberè disponeñ, quam illi non aliunde deducebant, quam ex d. §. Cęterum, fuit concessa ipsi Iacobo non simpliciter, & indistinctè, sed in defectum primogenitorum, & sic sub conditio-13 ne, ponderata dictione, *in*, quæ denotat conditionem, quando, prout hic, respicit futurum, & incertum euentum, *Bart. in l. 1. num. 23. vers. tertio principaliter in fin. & in l. quibus diebus 40. §. termilius num. 11. ff. de cond. & dem.* quem in terminis d. clausulæ, *in defectum*, sequitur *Ruin. cons. 115. num. 1. vol. 3.* Et consequenter cum de tempore d. dispositionis adhuc extarent Carolus Felix filius primogenitus, & Leonidus nepos pariter primogenitus ex eodem Iacobo descendentes, eadē dispositio nullius videtur 14 esse roboris, cum facultas † data sub certa conditione ea non purificata perinde habeatur, ac si concessa non fuisset, *l. si quis sub conditione 8. si quis omissa causa Testamenti, l. pecuniam 36. in fin. ff. si cert. pet. Tiraq. in tract. de constit. possess. par. 2. ampliat. 15. numer. 3. & 4. Menoch. cons. 660. num. 5. Mantica decis. 342. num. 1. Rota dec. 173. num. 2. par. 6. rec.*

Secundo ex eo, quia Pius V. concessit huiusmodi facultatem disponendi in defectum primogenitorum, non solum ipsi Iacobo, sed etiam eius successoribus ibi. Et successoribus prædictis, hinc enim elici dicebatur d. facultatem fuisse ita concessam, vt idem Iacobus, & successores illius potuissent disponere non simpliciter, & indistinctè, sed in casu dumtaxat, quo non extarent alij primogeniti post eos, alias enim d. facultas frustra etiam successoribus concessa fuisset, si Iacobus, aut successores illius adhuc viuente primogenito eadem facultate vti potuissent, illamque per dispositionem præuentiuam eidem primogenito, aut cœteris auferre. Ideoque dicendum est d. facultatem fuisse concessam omnibus non quoad actum, sed quoad potentiam, quatenus scilicet non extaret alter primogenitus 15 iuxta naturam conditionis, † quæ debet habere potentiam ad esse, & non esse, ad hoc, vt illa verificari possit, *Bald. in l. si quis num. 8. ff. ad l. Iul. de vi publ. & in cap. coram numer. 8. de offic. deleg.*

16 Ideoque confirmatur auctoritate *Abb. cons. cons. 473. num. 17. vers. & sensus est*, vbi in casu facultatis concessæ alicui, & eius descendentibus in infinitum saluo iure primogenituræ consuluit, quod illa intelligeretur concessā distributiuè, scilicet, vt quilibet potuisset liberè disponere, non tamen simpliciter, & absolutè, sed quatenus alius masculus post eos non extaret.

Tertio ex qualitate personarum etiam quārumcumque incapacium, ad fauorem quorum Pius V. d. Iacobo, & successoribus concessit huiusmodi facultatem liberè disponen. Siquidē illa videtur indicare talem facultatem fuisse concessam in casu, quo deficerent omnes capaces comprehensi in primogenitura, 17 non autem † in eorum præiudicium, *Bellon. iun. cons. 30. num. 33. vers. si cum seqq. Rim. iun. cons. 320. sub n. 22. vol. 2.*

Demum nil releuare dicebant, quod Marchio Leonidus Pater, & Author D. Franciscæ Isabellæ acceptauit prædictam dispositionem 18 Iacobi eius aui, quia successor in primogenitura, aut maioratu potest impugnare dispositionem antecessoris sibi prȩiudicialem, quamuis sit hæres illius, & sic per aditionem videatur eam acceptasse, *Peralt. in Rubr. ff. de hered. inst. num. 94. & infra Pinell. in l. 1. par. 3. num. 99. vers. sed pro successione, C. de bon. matern. Cirtac. d. contr. 312. à n. 104. vsque ad 114.*

Quibus tamen non obstañ Domini steterunt in primo loco decisis, & sic successorem in Castris, de quibus agitur, spectare ad fideicommissarios Iacobi iterum hodie responderunt.

Firmiora siquidem visa fuerūt fundamenta primæ decisionis, ex quibus apparet prędictos fideicommissarios probasse existentiam fideicommissi d. Iacobi ad illorum fauorem, illiusque purificationem ob defectum lineæ masculinę ipsius Iacobi, & Castra controuersa esse sub eodem fideicommisso comprȩhensa, 19 quæ † sunt requisita necessaria ad hoc, vt fideicommissarius consequatur bona, quæ prȩtendit sibi deberi ex alterius fideicommisso, *Peregr. de fid. art. 43. num. 1. & seqq. Fusar. de subst. quæst. 614. & duob. seqq. num. 1. qui plures alios cumulant.*

Quibus non obstat prætensus defectus potestatis Iacobi non valeñ mutare primogenituram erectam à Pio V. & priuare D. Franciscam Isabellā in eadem primogenitura comprȩhensam. Quoniam quidquid esset dicendū in terminis primogenituræ, quæ fuit simpliciter erecta auctoritate Principis, & quando instituens vellet illam ex interuallo propria auctoritate reuocare, in quibus terminis loquuntur *Doct. exaduerso alleg.* dixerunt Domini nos versari in casu, quo idem Princeps Castra, de quibus agitur, abdicauit à Leonida filia Iacobi, illaque pleno iure concessit eidem Iacobo, & sic vti libera, franca, & allodialia, qualia erant penès ipsam Leonidam, aliosque antecessores, ita ut idem Iacobus non secus, ac ipsamet Leonida, & cœteri antecessores potuerit de ijsdem Castris liberè disponēre virtute tam amplissimæ subrogationis in locum ipsorum, quæ operatur, vt subrogatus acqui-20 rat † omnia iura, quæ, competebant illi, in cuius locum fuit subrogatus, *Bero. cons. 71. n. 1. & 42. lib. 1. Gabr. de reg. iur. concl. 2. num. 5.* Quam 21 etiam clausulæ pleno iure, † quæ importat liberam dominij translationem, *Ruin. cons. 219. num. 1.*

num. 1. uers. Ex hoc infert lib. 1. Menoch. conf. 1046. *num.* 5. *Grat. decis. March.* 259. *num.* 6. *Rot. decis.* 344. *num.* 15. *par.* 6. *rec.*

Nec proinde releuat, quod idem Pontifex post huiusmodi cōcessionem vniuerit eadem Castra cum alijs, illaque sic vnita erexerit in Marchionatum, & successiuè eumdem Marchionatum sic erectum concesserit eidem Iacobo pro se, & eius primogenito masculo legitimo, & naturali, & alijs primogenitis in perpetuum. Quia non ideò sequitur eumdem Pontificem animum habuisse reuocan priorem concessionem eidem Iacobo pleno iure factam, & consequenter liberam facultatem disponen vigore illius acquisitam, sed potius ea supposita voluisse illam confirmare, & vlterius Marchionatum erigere, illumque eidem Iacobo, & primogenitis concedere, vt ad propositum *Ludou. Bell. conf.* 2. *num.* 9. *uers. nam cum præsupponatur*. Aliàs enim sequeretur cor-
22 rectio incontinenti, † quæ in eadem dispositione non præsumitur, *l. non ad ea* 89. *ff. de cond. & dem. l. præcipimus* 32. *in fin. C. de appell. Surd. conf.* 313. *num.* 107. *& conf.* 403. *num.* 73. *& in terminis litterarum Papæ, Rot. decis.* 31. *num.* 3. *par.* 7. *recent.*

Eoque minus in casu nostro, in quo ipsemet Pontifex se declarauit concedere, & assignare Marchionatum prædictum, & omnia iura sub illo comprehensa eidem Iacobo, & primogenitis pro potiori cautela, & sine præiudicio cuiuscumque prioris iuris eidem Iacobo competen; imò illud conseruando, ac ius iuri cumulando, quæ verba ostendunt voluntatem eiusdem Pontificis conseruandi facultatem disponendi eidem Iacobo competen vigore prioris cōcessionis, ponderatis tam clausula pro potiori cautela, quæ nouationem
23 præcedentis † concessionis validæ non inducit, sed potius illam confirmat *Dec. conf.* 341. *num.* 7. *Rota decis.* 30. *num.* 3. *par.* 2. *diu. & decis.* 192. *num.* 2. *uers. quia pro responsione par.* 1. *rec.* Quam etiam clausula, *& sine præiudicio cuiuscumque*
24 *prioris iuris &c.* quæ † præseruat omnia iura prius competen illi, ad cuius fauorem adiecta fuit, *Grat. conf.* 126. *nu.* 8. *lib.* 1. *Burs. conf.* 101. *n.* 23. *lib.* 1. *Gratian. discept. for. cap.* 935. *num.* 20. *&* 26. *in fin.*

Præterea dicebant Domini prædictum obiectum duobus niti suppositis.

Primo scilicet, quod Pius V. erexerit primogenituram super his Castris vti contradistinctam à dignitate Marchionatus; Altero quod D. Francisca Isabella esset comprehensa in d. primogenitura, quorum neutrum subsistere visum fuit.

Non quidem primum, quod Pius V. erexit primogenituram super his Castris contradistinctam à dignitate Marchionatus, quia talis erectio neque ex mente, neque ex verbis eiusdem motus proprij resultat.

Non ex mente, siquidem Summus ille Pontifex vno, eodemque mense anni 1570. quo parabatur memorabile bellum contra Turcas indictum, duos motus proprios edidit. Alterum quo commemorans ista duo Castra olim vendita per Cameram Apostolicam Paulo Sabello pro eo, eiusque hæredibus, & successoribus quibuscumque tamquam libera, franca, & allodialia tractu temporis peruenisse ad Leonidam filiam ipsius Iacobi titulo hæreditario Cleopatræ matris, eumdemque Iacobum patrem pro recuperan Castro Montisiani occupato à Cesenatibus sustinuisse diuturnam litem, eamque adhuc perdurare, extinxit huiusmodi litem, & Cesenatibus perpetuum silentium cum amplissimis clausulis imposuit.

Alterum in quo idem Pontifex contemplatus præcipuè animi virtutem, ac nobilitatem generis d. Iacobi, ceterasque eius qualitates, ac magnas impensas, quas idem Iacobus fecerat in prædicta lite contra Cesenates pro Leonida filia, & condecentem dotem, quam ei tradere intendebat, egregiamque operam, quam ipse iturus ad bellum contra Turcas esset nauaturus, censuit eumdem dignum, cui non modo antiqua cōfirmarentur priuilegia; Verum etiam maioribus honorū titulis sublimaretur, vt ferè sunt verba eiusdem Pontificis, qui proinde vt aliquam recompensam illi tribueret, abdicans de pleniitudine potestatis prædicta duo Castra à d. Leonida eius filia, pleno iure eisdem modo, & forma, quibus spectabant ad eamdem Leonidam, ac cœteros antecessores prædicto Iacobo concessit, & successiuè tam illa, quam montis Cogrutij, & alia Castra, quæ ipse Iacobus cum Ramberto fratre possidebat æquè principaliter vniuit, & insimul erexit in Marchionatum, quem sic erectum pro potiori cautela concessit ipsi Iacobo, & eius primogenito masculo, alijsque primogenitis similiter ex eo descensuris; Ita tamen vt deficien linea masculina ipsius Iacobi titulus Marchionatus suppressus, & extinctus esset sine præiudicio cuiuscumque prioris iuris, sed illud conseruan, ac ius iuri accumulan, illum de prædictis Castris de nouo inuestiuit, prout latius in eodem motu proprio continetur. Ex qua verborum serie liquet Pium Pontificem in id præcipuè intendisse, vt Iacobum, cuius nobilitatem, virtutes, & animi dotes tam prolixa oratione prosequitur, cumularet honoribus, & titulis, ac proinde in erectionem Marchionatus pro decore tanti viri durante eius linea masculina non potuisse esse eius mentis, vt eumdem Iacobū illico grauaret vinculo perpetuæ primogenituræ distinctæ à Marchionatu; eidemque auferret plenum ius, quod paulo ante concesserat, ne dum quia in litteris Papæ non est ad-
25 mitten contradictio, † & pœnitētia in instanti, *Io. Monat. in cap.* 1. *num.* 21. *de concess. preb. in* 6. *Cassad. decis.* 5. *num.* 2. *uers. & quando essent de priuileg. cum alijs relatis à Gonz. ad regul.* 8. *glos.* 81. *num.* 76.

26 Verum etiam quia inducta † in augmentum non debent operari diminutionem, *l. si mancipia* 19. *ff. de fund. instr. Ruin. conf.* 18. *num.* 8. *& conf.* 96. *num.* 2. *lib.* 1. *Ciriac. contr.* 201. *num.* 122. *& plur. seqq. & in his terminis consuluit Menoch. conf.* 414. *num.* 11.

Neque ex verbis, ſiquidem contrarium ex
illis apertè colligitur.

Primo ſcilicet ex titulo, ſeu inſcriptione
ipſiuſmet ſupplicationis motus proprij ſigna-
tæ à Pio V. quæ inſcripta eſt, erectio Marchio-
natus nullam faciens mentionem primogeni-
27 turæ, qui titulus plurimum † deſeruit ad in-
ſpiciendam Papæ diſpoſitionem ex relatis à
Rota deciſ. 50. num. 22. par. 5. rec. Prout dicimus
28 de Rubrica, quæ nigrum declarare ſolet ex
relatis à *Bur. dec. 677. num. 7. Rota in Mediolanen.*
Iuriſpatronatus de Baradia 2. Iunij 1589. coram Co-
mitulo poſtea Epiſcopo Peruſino.

Secundo ex tenore eiuſdem motus proprij,
in quo Summus ille Pontifex poſt aſſignatio-
nem Caſtrorum Roncofreddi, & Montiſiani
pleno iure factam prædicto Iacobo, illorum-
que vnionem vnà cum alijs Caſtris ab eodem
Iacobo, & Ramberto fratre poſſeſſis erexit nō
quidem primogenituram, ſed Marchionatum
per hæc verba, illaque ſic vnita, & annexa in
Marchionatum Roncofreddi nuncupandum
adinſtar quarumcumque Prouinciarum, &
Ciuitatum, & Terrarum Marchionatus ho-
note, & dignitate fulgentium motu, ſcientia,
& poteſtatis plenitudine ſimilibus perpetuò
erigimus, & inſtitulmus, ac Marchionatus no-
mine, titulo &c. inſignimus, & decoramus,
29 quæ verba cum ſint clara † omnem dirimunt
diſputationem, *l. ille, aut ille 25. verſ. cum in*
verbis, ff. de leg. 3. l. continuus 138. ff. cum ita in fin.
ff. de verb. oblig. Grat. d. conſ. 126. n. 8. lib. 1.

Tertio ex verbis quibus idem Pontifex vſus
fuit in vnione dd. Caſtrorum, inquit enim
num. 23. & ſeqq. nec non tam illa (hoc eſt Ca-
ſtra Roncofreddi, & Montiſiani) quam Mon-
tisCogrutij Ciolæ ſine tamen ſecūdo D. Ram-
berti, ac eorum particularium diſtinctorum
dominiorum, ſtatutorum, priuilegiorum, im-
munitatum, & officialium præiudicio. Ita
quod vnum alterius nō efficiatur, aut illi ſub-
ijciatur, ſed æquè principaliter remaneāt vni-
mus, & annectimus &c. illaque ſit vnita, &
annexa in Marchionatum Roncofreddi nun-
cupan erigimus. Quæ verba ſicuti probant
prædicta Caſtra non fuiſſe vnita niſi ad effe-
ctum erectionis Marchionatus, ita demon-
ſtrant, quod eodem Marchionatu diſſoluto
ob extinctionem lineæ maſculinæ deficeret
quoque vnio, & ſingula Caſtra in ſua primæ-
ua natura, & ſic libera, vti prius, non autem
ſubiecta vlli primogenituræ diſtinctæ ab ipſo
Marchionatu remanere debuiſſent iuxta na-
30 turam vnionis æquè principalis, quæ opera-
tur, vt quælibet ex rebus vnitis retineat ſua
iura, & priuilegia, adeout ea diſſoluta bona
remaneant libera, prout antea erant, prout in
ſpecie tradit *Molin. de primog. lib. 1. cap. 11. ſub*
num. 26. & ſeq.

Quarto ex vocatione primogenitorum, ad
quam Papa tranſiuit acceſſoriè, & dependen-
ter à Marchionatu antea erecto ibi. Et nihi-
lominus pro potiori cautela Marchionatum
prædictum ſic erectum, necnon omnia, & ſin-
gula iura in illo &c. ac ſingulis Caſtris, locis,
& Territorijs, diſtrictibus ſimilibus ſub illo
comprehenſis eidem Marchioni pro ſe, eiuſ-
que primogenito maſculo legitimo, & natu-
rali, & eius primogeniti primogenito ſimili-
ter legitimo, & naturali, & ſic de primogeni-
to in primogenitum, donec primogeniti fue-
rint &c. Ex quibus colligitur Pontificem no-
luiſſe erigere primogenituram vti diſtinctam,
ac ſeparatam ab ipſo Marchionatu; ſed tan-
quam partem ſubiectiuam illius; cum alias
vti principalis, non autem vti acceſſoria illa
erecta fuiſſet.

Quinto ex eadem vocatione primogenito-
rum nō ſimpliciter, & in perpetuum, ſed quo-
uſque duraret Marchionatus, illam claudens
per hæc verba. Ita tamen quod deficiente
linea maſculina ipſius Iacobi Marchionis ti-
tulus eiuſdem Marchionatus ſuppreſſus, & ex-
tinctus videatur, & eſſe cenſeatur cōcedimus,
& aſſignamus. Neq; exinde loquutus eſt vl-
terius de ſucceſſione primogenitorum. Vnde
patet eorum vocationem non latius patere,
quam eumdem Marchionatum, ſed iſto ceſ-
ſante ob defectum lineæ maſculinæ, illorum
quoque vocationem deſijſſe.

Quibus accedit, quod Papa cenſetur ſe con-
formare voluiſſe diſpoſitioni iuris communis,
31 iuxta quod conceſſio † tituli Ducatus, aut
Marchionatus non præſumitur mutaſſe pri-
mæuam naturam bonorum, quæ in huiuſ-
modi titulum erecta fuerunt niſi eo durante,
ſecus autem eo extincto, vt tradit *Molin. loco*
ſupra alleg. alter Molin. de iuſt. diſput. 581. num. 7.
& 8.

Minus ſubſiſtere viſum fuit alterum ſuppo-
ſitum, nempe quod D. Franciſca Iſabella eſſet
comprehenſa ſub eadem primogenitura, nam
32 eſto quod etiam fœmina † ſit capax primo-
genituræ, ideoque admittatur ad illius ſucceſ-
ſionem, quando, prout hic, nulli extant ma-
ſculi, nihilominus d. concluſio non procedit
quoties inſtituens primogenituram expreſſè
vocauit maſculos, vel tacitè ad eos ſe reſtrin-
xit, quia tunc fœmina non admittitur cum ad
poſitionem maſculorum ſequatur excluſio
fœminarum, *Peregr. de fideic. art. 25. num. 11. verſ.*
huic tamen obiecto, Socc. iun. conſ. 166. nu. 80. vol. 2.
Rolan conſ. 82. num. 40. lib. 3. Gratian. diſc. 621. nu. 8.
& ſeqq.

Quod autem Pius V. in dicto eius motu
proprio expreſſè vocauerit primogenitos ma-
ſculos patet ex verbis, quibus ipſe vſus fuit
tam in principio eorum vocationis *num. 22.* ibi.
Eidem Iacobo Marchioni pro ſe, & eius pri-
primogenito maſculo legimo, & naturali, quę
qualitas maſculinitatis expreſſa in primoge-
nito etiam in ſequentibus intelligitur repeti-
ta, ponderata præſertim dictione, & ſic &c.
33 quæ de ſui † natura eſt repetitiua ſimilis qua-
litatis ſuperius expreſſæ, *Hond. conſ. 45. num. 40.*
lib. 2. Rota deciſ. 455. num. 10. verſ. tam ponderando
par. 1. & deciſ. 687. num. 9. verſ. quæ dictio, ſic, p. 2.
34 *recent.* Illaque † eſt illatiua ex præcedentibus
c. frequens 1. in verb. & ſic, de reſt. ſpol. in 6. Ruin.
conſ. 102. num. 11. lib. 2. Rota deciſ. 568. nu. 4. par. 1.
35 *diuerſ.* Et eſt † declaratiua, & ſignificatiua
modorum expreſſorum, *Gom. in reg. de trien.*
q. 10.

q.10.num.7. Rota d.decis.568. num.4. vers. prædicta enim dictio. Quam etiam in fine eiusdem orationis *num.28.* Vbi post connumeratos omnes
primogeuitos in infinitum clausit dispositionem cum illis verbis. Ita tamen quod deficiente linea masculina eiusdem Iacobi. Nam
hinc apertè colligitur Pontificem sensisse de
solis primogenitis masculis, virtute tam ver-
36 borum, ita tamen, quæ restringunt dispositionem ad superius expressa, *Bursat.cons.264.n.32. Surd.cons.318.num.28. & seq. & cons.475. num.7.*
quam etiam verborum, linea masculina, cu-
37 ius appellatione fœminæ † venire non solent, *Mar.Salamon.in l.Gallus,§.nunc de lege in fin. ff.de lib. & posth.Menoch.cons.205. sub num. 27. & 28. cum alijs congestis à Rota decis. 203. sub num.5. par.2. & dec. 33.n.1. p.7. rec.*

Imò cum tota d. vocatio sit concepta sub vnica oratione, & terminatione sub vno, eodemque verbo, concedimus, assignamus, eo
fortius indicat eamdem qualitatem masculi-
38 nitatis † ab initio expressam in tota periodo retentam fuisse, *Ruin.cons.99.num.7. lib.2. Paris. cons.18.num.34.lib.2.& cons.72.n.36. & seq.lib.4. Socc. iun. cons.136. num.37. & seq. lib.3. cum alijs relatis à Fusar.de subst. q.403.num.8.& seq. Molin. de primog.lib.3.cap.5.num.59. Add.ad Greg.XV.decis.514.num.17.vers. prout etiam resoluit.*

Quibus accedunt verba adiecta in fine eiusdem motus proprij ibi, & quoad erectionem Marchionatus pro Iacobo, suo, & alijs primogenitis tantum, ex quibus sicuti apparet primogenitum Iacobi debuisse esse masculum
propter illam dictionem, suo, tales etiam cęteros esse debuisse colligitur ob illam dictionē,
39 alijs, quæ † repetit similia, & sic eamdem masculinitatis qualitatem, *Paris.d.cons.72. num.34. lib.4.Rot.decis.663.num.8. par.1. recen. Buratt. decis.272.n.10. & decis.742.n.7.*

Et hinc cessat conclusio, quod qualitas masculinitatis expressa in vna oratione perfecta
non censeatur in alia simili repetita, quando agitur de filijs ex persona alterius, quia verba, in defectum primogenitorum, adiecta in §.Cęterum non venit intelligenda de alijs primogenitis, quam de illis, qui fuerunt expressi in superiori §.Et nihilominus pro potiori cautela, vbi continetur vnica oratio perfecta ab vno, eodemque verbo terminata cum vocatione primogenitorum ex eodem Iacobo descendentium. Vnde intrat altera conclusio,
40 nimirum, quod † qualitas masculinitatis expressa in primo filio censetur repetita in alijs liberis ex eodē patre descendeñ propter identitatem rationis, *Molin.de Primog.Hisp.lib.3.c.5. num.58. & seq. Fusar.de subst.d.q.403.nu.8. & 28. & hanc distinctionem approbauit Rot.apud Greg.XV. decis.514.num.7. & seqq. & ibi Add.num.12. & in Bononien. fideicomm. de Pepulis die 18.Iunij 1638. coram bon.me. Pirouano.*

Minus applicatur, quod vocatio primogenitorum licet in ingressu exigat qualitatem masculinam, eam tamen non requirat in progressu. Quoniam contrarium in proposito videtur verius attētis precipuè postremis verbis, Ita quod deficieñ linea masculina &c.
quæ ostendunt Pontificem sicuti in principio & in fine, ita etiam in medio orationis de masculis, dumtaxat intellexisse cum probatis ex-
41 tremis media † præsumantur iuxta ea, quæ scribit *Dec. in his terminis cons.15. num.3. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Vipera die 24. Ian.1629. coram bon.mem.Cardinali Virili, quæ est decis.237.n.10. par.5. rec.*

Ex quibus apertè liquet Pium V. nullam erexisse primogenituram contradistinctam ab ipso Marchione, & multò minus comprehensiuam fœminarum, sed illam famulari Marchionatui tanquam subiecto illius propter illa verba. Itaut deficiente linea masculina, proindeque cessante Marchionatu ob finitam lineam masculinam desijsse quoque primogeniturā illi correspectiuam, & Castra remansisse prout prius libera, franca, & allodialia, & consequenter transitoria ad quoscunque hæ-
42 redes, † & successores, *Rota in Bononien. fideicommissi de Barzellinis 7.Iunij 1634.coram R.P.D. Ghislerio.*

Et hinc ruit prætensio quod Pius V. duas erexerit primogenituras alteram super Marchionatu tanquam illi annexam, & accessoriam, & alteram super Marchionatu, & singulis Castris, vti ab eodem Marchionatu separatam, & contradistinctam. Quia vltra quod illa videtur repugnare verbis eiusdem motus proprij suadeñ concessionem Marchionatus factam Iacobo, & primogenitis in §. Et nihilominus pro maiori cautela, non inducere nouam, seu distinctam erectionem primogeniture, sed fuisse consecutiuam ad Marchionatum prius erectum ex singulis Castris æquè principaliter vnitis, proindeque eadem Castra fuisse expressa in d. §. Et nihilominus pro potiori cautela non tanquam separata ab ipso Marchionatu, sed tanquam comprehensa sub illo ibi, Marchionatum sic erectum, necnon omnia, & singula iura &c. in illo, ac singulis locis, Castris, Territorijs, & districtibus sub illis comprehensis &c. concedimus &c. adhuc admissa prætensa duplicitate primogenituræ sat esse dicebant Domini neutram ex illis comprehendere fœminas, sed primogenitos dumtaxat masculos vocatos fuisse.

Prædictaque omnia comprobantur tam ex eo, quod Papa abdicauit Castra controuersa à Leonida filia primogenita ipsius Iacobi, eaque exclusa erexit in Marchionatum, in quo vocauit primogenitos in infinitum. Nam hinc elicitur illū intellexisse solum de primo-
43 genitis masculis, † alioquin non sine aliqua iniuria Leonidam propriam filiam Iacobi, ad quam ista Castra iure merito spectabant, exclusisset, si post masculos alias fœminas, & & quidem remotiores admisisset, *Crau. cons. 306.num.5.vers. ex alio etiam vbi alios citat.*

Quam etiam ex subiecta materia, scilicet qualitatis dignitatis Marchionatus cum iuris-
44 dictione † in omnibus instantijs priuatiuè quoad quoscumque Præsides, Gubernatores, & Legatos, & priuilegia deferendi arma tàm defensiua, quàm offensiua, quæ omnia magis masculo, quam fœminæ conueniunt, *Socc. sen.*

sen.cons.257. sub num.1.lib.2.Goz.cons.26.num.31.
Menoch.cons.414.n.22. Cum mulieres omnium
virilium officiorum sint incapaces *d.l. fœminæ*
ff. de reg. iur.Rot.decis.663. num.4. par.1. rec.
Quibus accedit verisimilitudo elicita ex di-
spositione eiusdem Iacobi, qui optimè infor-
matus de mente Papæ, à quo ipse Castra præ-
dicta receperat, volens illi se conformare si-
cuti profitetur in principio eius dispositionis,
ibi; *Intendendo d'vsare la facoltà delle leggi di di-*
sponere delle cose sue concesseli si dalle leggi ciuili, e
Canoniche, come da più Sommi Pontefici, e special-
mente dalla fel.mem. di Pio V. exclusit vbique
fœminas, & filios masculos ad successionem
vocauit.
Neque subsistere visum fuit Iacobū non po-
tuisse vti libera facultate disponendi adhuc vi-
uente Carolo eius filio primogenito tāquam
concessa sub conditione defectus primogeni-
torum, quæ de tempore d. dispositionis ad-
huc non erat purificata. Quia perlecto teno-
re eiusdem motus proprij fuit animaduersum
d. facultatem siue desumatur ex verbis con-
tentis in §. Et nihilominus pro potiori caute-
la, ibi; Et illis deficieñ ijs, quibus ipse Iacobus
Marchio, & primogeniti, ac eorum hæredes,
& successores per suum Testamentum dede-
rit, & reliquerit, concedimus, & assignamus,
siue deducatur ex verbis, §. Cœterum ibi. Vt
de Comitatu, ac singulis Castris prædictis in
defectum primogenitorum in quasuis perso-
nas etiam quantumcunque incapaces testari
&c. facultatem, & pro tempore faciendi Te-
stamenta ex nunc, prout ex tunc, & è contra
postquam facta fuerint approbamus &c. fuisse
concessam sub conditione defectus primoge-
nitorum, quoad effectum dispositionis non
quoad vsum, nam alias d. facultas præsertim
respectu Iacobi elusoria fuisset, si ea nonnisi
expectata morte tàm Caroli Felicis, quàm
aliorum primogenitorum ex eo descenden-
tium exerceri potuisset, & propterea eumdem
Iacobum potuisse adhuc viuente Carolo Feli-
ce eius filio primogenito suam facere dispo-
sitionem, & effectum illius conferre, prout
contulit in tempus, quo nullus primogenitus
45 extaret, † cum paria sint aliquid fieri in tem-
pore permisso, & fieri in tempore prohibito,
illius tamen effectū conferēdo in tempus per-
missum, *arg. text. in l. in tempus 62. ff. de hæred.*
inst. Crau.cons.171.num.8. Ruin.cons.90.nu.6.lib.4.
cum alijs cumulatis à Surd. cons.398. num.35. Rota
decis.12.num.47.par.6.rec. Præsertim attentis il-
lis verbis, & pro tempore faciendi Testamen-
ta ex nunc, prout ex tunc, postquam facta fue-
46 rint approbamus, quæ operantur effectum
tempore congruo, & ad illud aptantur, *Paris.*
cons.22.n.44. lib.1. Tempus autem congruum
47 respectu Testamenti, cuius † dispositio con-
fertur in tempus futurum est illud in quo pu-
rificatur conditio, cuius euentus retrotrahitur
ad diem factæ dispositionis, *Cald.cons.29.in fin.*
de testam.
Nec releuat, quod verba, in defectum pri-
mogenitorum, sonent conditionem nam illa
48 non sunt † restrigeñ ad tempus dispositionis
eiusdem Iacobi, sed extendeñ ad quodcunque
tempus, quo primogeniti defecissent, *Socc. in*
in l. solemus 9. num.6. ff. de cond. & dem. Molin. de
primog. lib.1.cap.6.num.19. Castill.contr.iur. lib.5.
cap.89.num.31. & seq. Buratt.decis.689. numer.1.
& 2. & ibi Add. littera A. Rota decis. 257. num.4.
par.5. recen. & in Romana fideicommissi de Zeffiris
3. Maij 1639. coram R.P.D.meo Bichio.
Eoque magis attentis verbis, & illis defi-
49 cientibus † expressis in superiori §. Et nihilo-
minus pro potiori cautela, quæ verba eum
denotent deficientiam quocumque tempore;
Hoc est tàm propter non natiuitatem, quàm
propter mortem, *iuxta glos. in l.vnic. §. Vbi au-*
tem in verb. deficiat, C.de caduc. toll. Paris.cons.18.
num.12. & 13. lib.2. Bero.cons.66.n.16.lib.2. Alciat.
de verb. signif. lib.3. num.8. Ita pariter sunt in-
50 telligenda verba, † in defectum primogeni-
torum adiecta in inferiori §. Cœterum, cum
vna pars scripturæ aliā declarare soleat, prout
notatur *in l. qui filiabus 117. ff. de leg.1. l. Vtrum*
23. ff.de pet. hæred. cum concord.
Minus obstat, quod prædicta facultas fuerit
concessa non solum ipsi Iacobo, sed etiam
eius successoribus. Quia vltra quod illa non
tollit priorem facultatem solum ipsi Iacobo
concessam, videtur intelligenda ordine suc-
cessiuo, quatenus scilicet ipse Iacobus non
disposuisset, quia cum Papa non donauerit
hæc duo Castra Iacobo simpliciter, sed ea
transtulerit in illum cum onere dandi dotem
condecentem Leonidæ, quam forsan ipse
non constituisset ex officio paterno in tanta
quantitate, idq; fecerit etiam intuitu suorum
meritorum, & magnarum expensarum, quas
erogauit idem Iacobus de proprio in lite diu-
turna pro illorum recuperatione à Cęsenati-
bus, adeout eadem Castra ad illum spectare
merito diu possent, prout expressis verbis idē
51 Pontifex inquit, † vtique d. translatio cense-
tur facta in illum ex titulo oneroso, *Aret. in*
l. Iulianus 131. §. qui fundum numer.6. vers. & hoc
concedunt quidam ff.de verb.oblig. & text.in l. si pro
patre 10. §. si Domini in fin. ff.de in rem verso, Go-
zad. cons.75. num. 14. cum alijs relatis à Menoch.
cons.1126.nu.25. & 28.lib.12. Et consequenter
talis facultas testandi etiamsi concessa fuisset
cumulatiuè cum alijs suis primogenitis, atta-
men ipse Iacobus tanquam primus acquirens
52 potuisset alijs præiudicare, *Goz.d.cons.75.n.14.*
vers. & tunc potest, Surd.cons.305.num.35. & cons.
427.num.13. & seq. Rota decis.50.nu.2. par.6. rec.
& in Cæsenaten. emphiteusis 14. Decembris 1635.
coram bon.mem.Merlino.
Præsertim quia idem Pontifex hanc facul-
tatem testandi concessit successoribus sub no-
mine collectiuo, ipsi autem Iacobo speciali-
ter nominato, vnde intrat recepta conclusio,
quod specialiter nominatus est præferendus
53 cœteris † collectiuè nominatis ad *text.in l.om-*
nia 31. §. in fideicommisso, vbi Doct. ff. de legat. 2.
Mantic.de tac. & amb. lib.23.tit.31.num.12. Fusar.
q.468.num.13. Bur.decis.721. num.2. & decis.770.
numer.2. & 3. Vbi quod specificatio operatur
prædilectionem, & excludit concursum, &
54 facit regula, quod in pari causa † melior est
con-

-conditio praeoccupantis, *l. si pluribus 33. in fin. ff. de leg. 1. cum alijs per Grat. cap. 745. n. 12.*

55 Neq; refragatur † auctoritas, *Abb. conf. 473. num. 17. vers. & sensus est*. Siquidem ille simpliciter inquit, quod concessa facultate liberè disponeñ alieni, & eius descendentibus in infinitum, quilibet descendens masculus potest disponere saluo iure primogenituræ, idest casu quo nemo amplius extaret masculus post eū, & ideo potius retorquetur, quia Iacobus disposuit saluo iure primogenituræ, ex eo, quia expresse vocauit eius primogenitos masculos in infinitum, & non vocauit DD. Ferrettos, & alios nisi in casu, quo eius linea masculina deficeret, illudque verbum, liberè, operatur, vt Iacobus potuerit testando dispositionem suam conferre in tempus futurum sub condi-
56 tione, quæ respiceret defectum primogenitogenitorum, cuius euentus retrotrahitur ad diem factæ dispositionis, vt in specie tradit *Calder. d. conf. 29. in fin. de Testam.*

Minus obstat, qualitas personarum etiam incapacium, ad quorum fauorem eadem facultas concessa fuit. Quoniam illa quatenus consideretur tanquam noua facultas referri debet ad dispositionem erga incapaces, de quibus loquitur. Et cum illa sit concessa expresse nè Iacobo aliquod præiudicium in-
57 ferretur, † non est interpretanda vt deroget priori facultati, quam alioquin ipse Iacobus erga capaces, vt supra habebat, sed famulatur voluntati eiusdem Iacobi gratiam recipiētis, *Rota decis. 36. num. 56. par. 5. rec. cum alijs alleg. in prima decisione.*

In quam sententiam facilius iuerunt Domini, quia vocatio D. Leonidi Ferretti non solum fuit facta erga nepotem ex filia Iacobi,
58 ad quam de iure † deuenire debebant huiusmodi Castra, & sic redibant ad suam originem iuxta ea, quæ scribit *Anchar. conf. 339. circa fin.* Sed etiam quia Auus D. Leonidi Ferretti erat valde benemeritus d. Iacobi, dum procurauit mediante intercessione Caroli IX. Christianissimi Regis eum liberare à captiuitate Turcarum, sub qua detinebatur in Turri Maris Nigri, vt constat ex litteris eiusdem Caroli IX. scriptis Selimo Turcarum Imperatori, & ex litteris eiusdem Selimi respondētis ad litteras Caroli IX. & alijs iuribus exhibitis, pro qua redemptione Alexander Ferrettus Pater D. Leonidi, Eques S. Michaelis, & Tribunus militum d. Regis Caroli IX. & Augelus Ferrettus Socer d. Marchionis Iacobi fecerunt expensas magnas, & notabiles, adeo quod stante d. benemerentia, eò magis videtur iuri consona d. vocatio D. Leonidi tanquā nedum filij Leonidæ filiæ Marchionis Iacobi,
59 sed etiam erga familiam de se benemeritam, quia Iacobus sub specie liberalitatis debitum naturale persoluit, vt inquit *Imperat. in l. vnic. C. de imponen. lucrat. descript. lib. 10. iuncta l. Attilius Regulus 27. ff. de donat.*

Et ita vtraque &c.

BARCHINONEN. PORTIONVM.

Lunæ 21. Febr. 1642.

Argumento non eget:

SVMMARIVM.

1 *Lex fundationis beneficiorum procul dubio seruari debet.*
2 *Actus correspectiui illi dicuntur quorum vnus sit contemplatione alterius, & vno cessante alter etiam deficit.*
3 *Beneficium datur propter officium.*
4 *Beneficia secularia de iure præsumuntur perpetua.*
5 *Fundationis beneficiorum tenor attendi solet.*
6 *Titularis priuatur fructibus, & non titulo beneficij si non resideat.*
7 *Iurisdictione concessa præsumitur etiam concessa facultas procedendi contra inobedientes.*
8 *Distributiones vt quis possit habere ex causa legitimi impedimenti tenetur illud probare concludenter.*

DECISIO DCLII.

CVM Abbatissa Monasterij sub Inuocatione B. Mariæ de Petris Albis præcepisset Beneficiatis, seu Presbyteris in Ecclesia eiusdem Monasterij residentibus, vt Missas in ea singulis diebus, hora, & Altari sibi assignatis celebrarent, omnesque insimul in vna, eademque Mensa comederent, aliaque iuxtà eorum Institutum adimplerent, ac versa vice dd. Presbyteri huiusmodi præcepto obedire recusarent, eadem Abbatissa substraxit illis portiones ordinarias, de quibus agitur, hinc orta controuersia, eaque prius in partibus agitata, & deinde ad Curiam delata, Rota sub die 4. Nouēbris anni præteriti censuit dd. Presbyteris dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi dd. portiones. Verum repropositą Causa super eisdem, sub die 27. Ianuarij proximi præteriti Domini mandarunt videri de bono iure vtriusque partis.

Siquidem respectu Presbyterorum quoad possessionem percipieñ huiusmodi portiones bonum Ius illorum desumitur ex Instrumento fundationis d. Monasterij, in quo legitur Elisendam Aragoniæ Reginam de anno 1334 fundasse Monasterium prædictum, ac post varias dispositiones, illius regimen, & gubernium concernentes instituisse in Ecclesia eiusdem Monasterij decem Presbyteros, seu Cappellanos (computatis quatuor antea institutis) qui perpetuò celebrarent Missas, ac Diuina officia, aliaque peragerent iuxtà præceptum d. Abbatissæ, eisque propterea assignasse diuinas portiones panis, & vini, pro cibo, & potu, ac certas pecunias pro obsonijs, ac vestitu præstandas per Abbatissam, & Conuentum eiusdem Monasterij ibi, *Praeterea attendentes quod qui Altari seruit, de Altari viuere debet volumus &c. & ordinamus in perpetuum, quod vos Abbatissa, & Conuentus &c. prouideatis &c.* Ex quibus apparet portiones, de quibus agitur deberi dd. Presbyteris vti assignatas pro eorum congrua su sten-

sustentatione iuxta legem fundationis, quæ
1 procul dubio † seruari debet *Clem. quia contingit §.1. de Relig. domib. Ant. de Butr. cons.4. num.1. Lambert. de Iurepatr. lib.1. par.1. qu. princip.9. art.1. num.1. Rota coram Buratt. decis.481. num.13.*

Respectu veró Abbatissæ, bonum Ius illius desumitur ex eodem Instrumento fundationis. Siquidem Regina fundatrix voluit inter alia quod singuli Presbyteri residentes in Ecclesia d. Monasterij qualibet die decantarent alternis vicibus Missam, Euangelium, & Epistolam, & qualibet simili die, singuli præter decantatam celebrarent Missam planam hora, & Altari sibi per eandem Abbatissam assignatis, & horis Canonicis in habitu Clericali interessent, quodque simul in vna, eademque mensa comederent, alias; peragerēt iuxta præceptum eiusdem Abbatissæ subdens, quod ipsa die, vel ipsis diebus, quibus dd. Presbyteri deficerent in seruitio, portio eius eis pro sustentatione vitæ, nisi essent iusto impedimento detenti substraheretur. Hinc enim apertè liquet præstationem portionum fuisse assignatam dd. Presbyteris propter seruitium illis iniunctum, adeout seruitio deficiente portionum quoque præstatio deficere debeat, & sic illam esse correspectiuam ad
2 idem seruitium, cum actus † correspectiui dicantur illi, quorum vnus fit contemplatione alterius, & vno cessante alter etiam deficiat *Ancaran. cons.434. nu.3. vers. preterea Crauett. cons.246. num.41. lib.2. Menoch. lib.6. præsumpt.12. num.2.* vbi alios refert *Baratt. decis.469. num.6. Rota decis.233. num.1. & per tot. par.4. recens.* Vbi agebatur de Salario cōstituto Procuratori Capituli. Nam mandato reuocato illud amplius non debetur tamquam correspectiuè promissum ad mandatum, & seruitium præstandum. Præsertim quia id etiam suadet subie-
3 cta materia, cum beneficium † detur propter officium *cap. fin. de rescript. in 6.* Vnde si quis non officiat, & sic cessat labor, & onus, cessare debet etiam emolumentum *Vital. in Clem. eupientes num.36. & 37. de pen. & in Clem.1. nu.80. de celebrat. Miss.*

Nec prædictis obstant ea, quæ adducebantur ad probañ Presbyteratus de quibus agitur esse beneficia perpetua, & collatiua tàm ex dispositione Iuris, iuxtà quam beneficia se-
4 cularia † præsumuntur perpetua *cap. veniens* & ibi *DD. de fil. Presbit. Lap. alleg.94. num.3. Greg. XV. decis.77. num.4.* quam etiam ex tenore fun-
5 dationis, qui † solet attendi ad effectum dignoscendi qualitatem beneficij *cap. porro 7. de priuil. Rota decis.254. num.1. par.2. & decis.238. num.3. par.5. recent.* Quia hodie non agitur de priuandis dd. Presbyteris titulo Beneficij, sed de substrahendis portionibus ob cessationem à seruitio illis iniuncto, quæ substractio bene se compatitur cum statu beneficij perpetuo, & collatiuo quandoquidem Presbyteri, qui recipiunt portiones intuitu seruitij, si ab isto cessent, priuantur non quidem titulo beneficij, sed portionibus contemplatione eiusdem
6 seruitij assignatis exemplo Titularis, † qui tenetur residere non præcisè, ac simpliciter, sed causatiuè, scilicèt respectu priuationis fructuum, si non resideat, priuatur quidem fructibus, non autem titulo beneficij *Card. cons.3. sub num.5. vers. his præmissis Gonz. ad reg.8. gloss.5. num.21.*

Nec subsistit quod huiusmodi facultas substrahendi portiones non legatur expresse concessa d. Abbatissæ. Et propterea pertineat potius ad Episcopum. Quia cum fundatrix reseruauerit Abbatissæ Iuspatronatus dd. Presbiteratuum, eisque concesserit plenum ius directionis quoad seruitium d. Ecclesiæ celebrationem Missarum aliasq; cultum diuinum concernentia, & in casu deficientię à seruitio demandauerit substractionem portionum, videtur illam demandasse ipsimet Abbatissæ,
7 cum de iure concessa Iurisdictione † præsumatur concessa etiam facultas procedēdi contra inobedientes, ne aliàs talis Iurisdictio reddatur inanis, & illusoria *Specul. tit. de Iudic. de leg. §.5. sub num.2. vers. Item vt quemlibet contumacem, & in tit. de leg. §.1. num.4.*

Nec dicatur non esse locum d. substractioni, quoties adest legitimum Impedimentum ex forma eiusdem fundationis, quia cum dd. Presbyteri excipiant de huiusmodi asserto impedimento ad effectum euitañ distractionem dd. portionum tenentur illud tamquam fundamentum suæ exceptionis concludentèr pro-
barc, prout videmus in materia distributionum, quod vbi quis allegat impedimentum ad effectum euitañ illarum iacturam, tenetur
8 probare † illud fuisse iustum, ac remoueri non potuisse *Monet. de distrib. quot. par.2. qu.5. num.43.* cum aliàs Clericus, qui tenetur residere in Ecclesia, *si abest*, præsumatur malitiosè, ac sine iusta causa abesse, vt notat *Abb. in cap. fin. num.14. vers. & inter cætera de eo qui mittit in poss. rei ser. caus.*

Et ita vtraque &c.

VICEN. PORTIONVM.

Luna 21. Febr. 1642.

ARGVMENTVM.

Absolutio non datur si non constet de paritione.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio sine paritione non datur & num.2.*
3 *Dispositio quoties habet causam expressam non debet ad aliam trahi.*
4 *Res præstanda quando est certa in aliqua quantitate ex confessione partis, tunc exceptio liquidationis non excusat à contumacia.*
5 *Confessione propria nulla maior probatio.*
6 *Iustum impedimentum non dicitur quod remoueri potest.*
7 *Excommunicatus ex pluribus causis æquè principalibus non debet absolui si non paruerit quoad omnes dd. causas.*

DE-

DECISIO DCLIII.

SVB die 4. Decembris anni præteriti fuit confirmata decisio emanata sub die 15. Martij 1639. in qua dictum fuerat Dignitates Ecclesiarum Viceñ Barchinoñ, & Gerundeñ non esse absoluendas. Hodie auditis de nouo Partibus istæ resolutiones fuerunt confirmatæ, quandoquidem adhuc videtur constare de manifesta contumacia dd. Dignitatum, cum ipsæ non doceant se paruisse tribus decretis S. Congregationis Concilij, sine qua pari-
1 tione † eis non debet concedi absolutio ex allegatis in dd. decisionibus, & præcipuè in vltima *in §. tertium quo cauetur*.

Neque hodie obstare visa fuerunt quæ iterum inculcabantur ad excusandam d. contumaciam. Etenim quoad prædictum Decretum, quo disponitur Canonicis, & Beneficiatis Ecclesiæ S. Ioannis deberi portiones integras panis, & vini non obstat oblatio facta in actis nomine Dignitatum à D. Frigola vti earum Procuratore de soluendo totum id, quod esset liquidatum, cum depositio vnius Iulij sub obligatione soluenda residuum facta liquidatione. Quia adhuc subsistit responsio data in vltima decisione *in §. Neque hodie d. contumacia*, nimirum d. oblationem non posse suffragari vti factam fauore solum Archipresbyteri, & Canonicorum, nulla facta mentione Beneficiatorum, quibus æque ac ipsis Canonicis portiones præstari debent iuxtà idem decretum S. Congregationis, ac successiuam declaratoriam in eius executionem ab A. C. relaxatam. Vnde respectu illorum Dignitates videntur adhuc persistere in earum contu-
2 macia, sine qua † non potest esse locus absolutioni ex notatis *per Marian. Soccin. in cap. nulli 8. num. 7. de sent. excom. cum alijs allegatis in eadem decisione*.

Nec releuat quod Dignitates ratam habuerint huiusmodi oblationem factam in Curia, quia cum talis ratificatio sit restricta ad oblationem soluendi portiones panis, & vini Archipresbytero, & Canonicis ibi. (Ad ipsorum constituentium nomine, & pro eis laudandum, approbandum, & ratificandum depositum per ipsum factum vnius Iulij, nec non obligationem de soluen. portionibus panis, & vini Archipresbytero, & Canonicis S. Ioannis ab Abbatissis) non debet extendi ad portiones soluendas etiam Beneficiatis, quorum nulla mentio facta fuit; Nam vbi dis-
3 positio † habet causam expressam, non debet ad aliam trahi *l. fi. de certa 31. C. de transact. l. Emptor 42. ff. de pact. Angel. cons. 248. num. 3. vers. verba enim Rota decis. 100. sub num. 7. vers. vnde cum petitio par. 2. & decis. 53. num. 55. par. 5. recent.*

Placuit vlterius alia responsio data in eadem decisione, dictam scilicet oblationem non posse suffragari prætextu non factæ liquidationis, quia ex propria confessione ipsarum Dignitatum huiusmodi portiones panis, & vini iuxtà modernum statum præstari consueuerunt in quantitate duarum librarum cum dimidia panis, & certæ mensuræ vini in diebus Quadragesimalibus exceptis diebus Dominicis vsque ad feriam quintam in Cœna Domini. Vnde saltem quoad hanc quantitatem deberet constare de paritione ipsarum Dignitatum, sine qua non potest euitari eatum contumacia prætextu nō factæ liquidationis, quia
4 vbi res, † quæ præstari debet, est certa in aliqua quantitate ex confessione eiusdem partis, exceptio liquidationis non excusat à contumacia, vt in similibus terminis dixit *Rota coram bo. me. Coccino in Cæsaraugustana distributionum 25. Ianuarij 1636. in §. Quantum tamen ad distributionem vers. secunda limitatio*.

Nec huiusmodi præstatio portionum panis, & vini iuxtà assertam quantitatem consuetam visa fuit probari ex Iuribus datis in *Summario Dignitatum num. 3. 4. & 5.* Nam quoad Instrumentum locationis fructuum, ac redditiuum Ecclesiæ S. Ioannis factæ ab eisdem Dignitatibus sub die 23. Ianuarij 1635. pro quatuor annis incipien. à die 1. Maij eiusdem anni cum onere soluendi portiones præstari solitas illud probat solummodò conuentionem soluendi portiones, non autem actualem præstationem, nec loquitur de portionibus vini, quinimo videtur restrictum ad portiones panis, vt elicitur ex verbis eiusdem Instrumenti ibi, (quas portiones teneatur præstare d. Arrendatarius in pane pulchro, & bono, ac condecenti iustique ponderis, & consueti.) Quo verò ad Testes examinatos coram A. C. super huiusmoni præstatione illi non concludunt, præsertim respectu portionis vini, circà quam deponunt solum de auditu illam præstari consueuisse in præteritum. Quo vero ad fidem, seu attestationem Curialium asserentium portionem panis fuisse præstitam à Dignitatibus per totum annum 1638. Vltra quod illa est simplex fides, quæ non facit fidem, non loquitur de portione vini, vt liquet ex eius lectura.

Quo vero ad secundum Decretum, quo cauetur Dignitates non posse percipere duas portiones panis, & vini, ac victualium, adhuc videtur constare de contumacia, quia Dignitates non docent se restituisse portiones saltem victualium post idem Decretum perceptas.

Non obstat quod Dignitates videantur paruisse d. Decreto negatiuè concepto, nisi Canonici, & Beneficiati probent eas actualitèr percepisse huiusmodi portiones. Quoniam quidquid sit, an illæ teneantur probare se abstinuisse à perceptione huiusmodi portionum duplicatarum animo obediendi d. Decreto, prout fuit ponderatum in vltima decisione, visa fuit hodie cessare difficultas ex eo quod talis perceptio satis elicitur ex responsione ipsarum Dignitatum facta ad requisitionem Canonicorum, qui cum repeterent ab eis portiones victualium perceptas à mense Ian. 1638 vsque ad mensem Ianuarij 1639. ibi. *Item per le portioni de vittuali scudi 36.* Dignitates huiusmodi perceptionem non denegarunt, sed responderunt eas recipere, ac recipere posse ibi. *E quanto alla portione delli vittuali si dice, che*

che giustamente dette Dignità le riceuono, e possono riceuere, quæ confessio aliam probationem
5 non exquirit, cum ea † nulla detur maior probatio *l. cum te 5. C. de transact. l. de ætate 11. §. si quis & l. confessionibus 14. ff. de Interrogat. Greg. XV. decis. 143. num. 3.*

Demum quoad tertium Decretum, quo demandatur portiones Canonicorum, & Beneficiatorum absentium esse applicandas Fabricæ Ecclesiæ, adhuc subsistit fundamentum vltimæ decisionis, cum nullibi appareat Dignitates fecisse huiusmodi applicationem. Imò illæ requisitæ post ratificationem prædictæ oblationis ad soluendum huiusmodi portiones liquidatas in summa librar. 245. solid. 7 ac den. 3. denegarunt debitum huiusmodi applicationis ibi *dicono esser pretensione voluntaria, & ingiusta quella, che si deduce nelli Capitoli di d. Memoriale, perche si dice, che non entra l'applicatione della portione delli assenti a fauore della fabrica della Chiesa.*

Neque contumacia respectu huiusmodi decreti visa fuit excusari ex eo quod sententia A. C. lata fuit de Mense Augusti 1638. de mense autem Decembris subsequentis appositum fuit sequestrum super fructibus d. Ecclesiæ, quos proinde sicuti Dignitates percipere non potuerunt, ità nec fabricæ portiones absentium saltem à die Decreti vsque ad executionem eiusdem sequestri perceptas, placuit enim responsio data in d. decisione, nimirum illud fuisse appositum propter contumaciam ipsarum Dignitatum recusantium obedire dd. Decretis, proindeque non suffragari eisdem Dignitatibus pro iusto impedimento ad effectum eas excusandi à contumacia, cum illæ debuissent curare, vt idem sequestrum præuia debita obedientia remoue-
6 retur, cum iustum † impedimentum non dicatur illud, quod remoueri potest *ex alleg. in eadem decisione*. Et in omnem euentum paritio respectu huius Decreti non suffragaretur ad effectum obtinendi indistinctè absolutionem, cum versemur in vnica excõmunicatione relaxata ab eodem Iudice ex tribus, & æque
7 principalibus causis, quo casu non † debet concedi absolutoria nisi doceatur de paritione quoad omnes causas, ob quas eadem excommunicatio præcessit *iux. doctr. gloss. in cap. cum pro causa 27. in verb. tamquam excommunicatum circa fin. vers. Ego credo de sent. excom. & ibidem Abb. nu. 5. vers. aut vnica fuit excommunicatio iuncto vers. secundo membro personali cum alijs alleg. in eadem decisione in d. §. Tertium quo cauetur.*

Et ita vtraq; &c.

ANCONITANA CAMBIORVM.

Veneris 14. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Archiuiatio vt præiudicet quæ requirantur, & quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Liber plene probat contra scribentem, ac eius successores.*
2 *Constitutio Sixti V. & bandimenta Cardinalis Caetani circa archiuiationem in quibus terminis procedant.*
3 *Statutum disponens vt si quis velit probare aliquid per testes, intelligitur vbi quis vult fundare suam intentionem in solis testibus.*
4 *Archiuiationis defectus si non fuerit oppositus ante sententiam hinc intrat partem agnouisse validam scripturam quamuis non archiuiatam.*
5 *Inter mercatores omisso rigore iuris sola æquitas attenditur.*
6 *Expensarum refectioni non est locus, quando processus non est validus.*
7 *Creditor adeundo hæreditatem sui debitoris absque beneficio legis, & inuentarij, dicitur per huiusmodi aditionem, suas actiones confudisse.*
8 *Creditores defuncti in bonis illius præferuntur creditoribus hæredis ex beneficio separationis.*
9 *Crediti anterioritas resultat ex origine, & causa obligationis, quæ prouenit ex testamento.*

DECISIO DCLIV.

COMITISSA de Fanellis, & Elisabetha eius soror vti filiæ, ac Donatariæ q. Io: Baptistæ egerunt contra Crescentium Gorum filium, & hæredem q. Hieronymi senioris pro restitutione scut. 1300. in sorte vna cum cambijs, de quibus agitur, ac præuijs duabus decisionibus emanatis coram me sub diebus 27. Martij 1637. & 21. Iunij 1638. reportarunt sententiam fauorabilem contra Ioannam Benincasam auiam maternam, & hæredem Hieronymi iunioris filij, & hæredis d. Crescentij interim prædefuncti, ac successiuè in vim dictæ sententiæ obtinuerunt relaxari mandata Rotalia, quæ fuerunt executa in partibus super bonis hæreditarijs dicti q. Hieronymi senioris.

Verùm quia dicta Ioanna ad impediendam vlteriorem executionem obtinuit Inhibitionem à Præfecto Archiuij prætextu, quod apoca confecta super dictis cambijs non fuerit archiuiata, ideo dd. sorores adiuerunt Signaturam Sanctissimi, qui rescripsit, vt facta archiuiatione, quatenus illa requiratur, & refectis expensis, si quæ sint legitime factæ procedatur, perinde ac si archiuiatio legitime facta fuisset non obstañ d. Inhibitione. Quocirca dato hodie dubio vigore d. Rescripti. An sit procedendum ad vlteriora in executione dictorũ mandatorum responsum fuit affirmatiuè. Siquidem d. Rescriptum Sanctissimi duo requirit, archiuiationem, scilicet d. apocæ, & refectionem expensarum non quidem purè, & simpliciter, sed sub conditione, scilicet facta archiuiatione, quatenus illa requiratur, & refectis expensis si quæ sint legitime factæ, quorum neutrum visum fuit impedire vlteriorem executionem, non quidem defectus archiuiationis, quia dd. sorores non fundant absolutè, & principaliter suum creditum in dicta apo-

apoca confecta super istis cambijs, sed etiam in partitis formiter extractis è libris rationis bancariæ d. Hieronymi senioris in quibus totus tenor eiusdem apocæ reperitur insertus,
1 qui librit concludenter probant contra ipsum Hieronymum, & eius hæredes, *l. quædam sunt personæ 9. §. fin. ff. de eden. cum alys relatis à Cravet.de antiq.temp.par.1. §. Vidimus, & abundè n.29. Seraph. dec.1211.num.1. Duran. dec.128.num.23.* Vnde archiuiatio eiusdem apocæ non requiritur ad effectum probandi d. creditum, quia
2 Constitutio † Sixti V. & bandimenta Card. Caetani, quæ fidem abrogant apocis, & instrumentis in Archiuio intra debitum tempus non registratis intelligenda sunt vbi quis vult fundare suam intentionem in solis scripturis non archiuiatis. Secùs autē quando, prout hic, eorum fides ex aliis scripturis, & documentis intendit comprobare, exemplo
3 Statuti † disponentis, vt si quis velit probare aliquid per Testes, quod illud sit intelligendum, vbi quis vult fundare suam intentionem in solis testibus, non autem in alijs scripturis, & probationibus, tradunt *Bald.cons.270 num.14.& seq.lib.1. Alexan. cons.58. num.7. lib.4. Gratian.discept.938.nu.22.cum alijs relatis ab Asin. in prax. §.19.cap.5.limit.4.*

Quæ faciliùs procedunt in casu isto. Tùm quia d. Ioanna, & illius authores nunquam oppossuerunt ante sententiam defectum archiuiationis contra dictam apocam in actis pro-
4 ductam. Vnde † videtur illam vti validam agnouisse, *Alex.cons.185.nu.14.lib.6. Surd. dec.199.num.7. vers.& in proposito dicit, Gonzal.ad reg.8.glos.64.num.3.* Tùm etiam quia versamur in te gesta inter Mercatores, inter quos omissò
5 rigore iuris † æquitas attendi debet, *Alciat. cons.18.num.14.lib.8. Stracc.de mercat.tit. quemad. in caus.mercat.proceden. sit par.1.num.1. & sequen. Rota dec.391. num.12.par.5. & dec.229. num.10. par.6.recent.*

Minùs refectio expensarum valet impedire vlteriorem executionem. Nam quoad expensas post dictam Inhibitionem prætensas, non probatur aliquas fuisse factas, quouero ad factas ante Inhibitionem, cum ex prædictis appareat processum fuisse validum, non est lo-
6 cus illarum † refectioni *Rota dec.130.n.1. lib.3. par.3.diuers. & dec.400.num.1. & 2. par.2. recent. Gratian.discept. foren.cap.734.num.54.*

Neque dicta Ioanna visa fuit posse impedire vlteriorem executionem super bonis, de quibus agitur prætextu, quod illa velit retinere pro dote matris d. Hieronymi iunioris eius authoris, quia cum d. Hieronymus iunior adiuerit hęreditatem Crescentij sui patris ac prætensi debitoris d. dotis maternæ, dictaque Ioanna quamuis iurata non docuerit eundem Hieronymum adiuisse hęreditatem cum beneficio Inuentarij, actio pro huiusmodi credito dotali remansit confusa per aditionem
7 d. † hæreditatis, *l. sicut 95. §. aditio, ff. de sol. l.debitori, C.de pact. cum ibidem à glos. relatis.*

Præterea neque quatenus Inuentarium exhiberetur illud posset suffragari cum sorores de Fanellis ex persona Io: Baptistæ earum patris sint creditrices anteriores vti habentes obligata bona Hieronymi senioris, & consequenter sunt præferendæ ass. credito dotis vxoris Crescentij filij dicti Hieronymi, nam
8 creditores † defuncti in bonis illius præferuntur creditoribus ex beneficio separationis *l.1. & tot. tit. ff.de separat. cum alijs relatis in decis. Caual. 41. num.30.*

Quod autem sorores de Fanellis habeant obligata bona Hieronymi senioris patet, quia earum pater contraxit cum institoribus, qui exercebant rationem bancariam de ordine dicti Hieronymi, qui etiam in Testamento mandarunt illam suo nomine continuari; prout factū fuit. Vnde sequitur anterioritas d. cre-
9 diti, vel quod sit attendeñ origo, & causa obligationis quæ prouenit ex Testamento *Alberic. de stat.lib.2. q.178. num.6. & seqq. Simon de Prat. de intepr. vlt.volunt. lib.4.interpr.2.dub.4.num.96. fol.456.*

Et ita vna tantum &c.

S. ANGELI LOMBARDORVM.

Veneris 14. Martij 1642.

ARGVMENTVM

Episcopus non habet intentionem fundatam de iure communi in exercitio iurisdictionis quo ad bona sita extra suam Diœcesim.

SVMMARIVM.

1 *Actor debet probare suam intentionem.*
2 *Locum esse situm extra Diœcesim ex quibus probetur, & num.3.*
4 *Testes examinati sine iurisdictione non probant.*
5 *Testes examinati sine citatione partis non merentur attendi.*
6 *Testes deponentes inuerisimilia non merentur fidem*
7 *Testes numero plures magis digni, & causam scientia reddentes, sunt in concursu præferendi.*

DECISIO DCLV.

D. Episcopus S. Angeli Lombardorum prætendens Abbatiam S. Gulielmi Monachorum Congregationis Montis Virginis esse sitam intra fines suæ Diœcesis, ac proinde habere intentionem fundatam de Iure communi in exercitio Iurisdictionis causam introduxit coram bo:me: Pirouano, coram quo sub die 6. Martij 1637. disputato dubio, An d. Abbatia esset Nullius fuit affirmatiuè resolutum, & successiuè lata sententia diffinitiua à qua interposita appellatione per Episcopum & causa commissa R. P. D. meo Peutingero fuit per duas decisiones resolutum sententiam Rotalem fuisse confirmandam, & deinde lata secunda sententia primæ confirmatoria. Ab ista secunda fuit etiam appellatum, & causa in tertia instantia commissa Reuerendissimo D. Patriarchæ Constantinopolitano fuit sub die 1. Iulij proxime præteriti resolutum sen-

tentias Rotales esse confirmandas, quæ resolutio hodie coram me in hac causa propter absentiam d. D. mei Patriarchæ subrogato, fuit confirmata. Nam in hac vltima positione nihil prorsus fuit deductum, quod nō fuerit diligenter ventilatum in decisionibus tàm in prima, & secunda, quam etiam in hac vltima instantia emanatis, quarum fundamenta adhuc inconcussa remanere Domini dixerunt. Nam quæ denuò dicuntur de assistentia Iuris communis pro D. Episcopo cessant, eo ipso quod non probatur Abbatiam sitam esse intra
1 fines suæ Diœcesis, cum vti Actor † debeat hoc plenè, & concludenter probare, sufficit Abbati Generali illum excludere ex non iure suo, ac reddere turbidam probationem illius, vt ex deductis in decisionibus, in quibus iunctis insimul testibus, actibus positiuis antiquis & reiteratis, ex quibus probatur scientia Episcopi, & Prædecessorum, Inuentario antiquissimo, quod continet veram distinctionem Iurisdictionis Plantaq; oculariter demonstrante existentiam extra fines, alijsq; in decisionibus ponderatis, satis patet fuisse firmatum in decisione, quæ reuidetur Abbatiam S. Gulielmi
2 esse sitam extra † Territorium, & Diœcesim S. Angeli, *iuxta glos. in Clem. volumus, in verbo Diœcesanas, vbi Card. Vital. Imol. de for. compet. Rota dec. 207. num. 2. par. 2. diuers. & in Nullius Iurisdictionis 13. Nouembris 1614. coram bon. memor. Vbaldo*.

Non obstant duo, quæ hodie opponuntur contra Plantam. Primo quod non fuerit concordatum de illa iuxta ordinem Rotæ, secundo quod Desideriusperitus, qui confecit Plantam, attestetur se in d. Planta non designasse terminos. Nam quoad primum non subsistit quia coram R. P. D. meo Peutingero partes concordarunt de Planta, dum fuit inuentum Plantas esse cōcordes tam quoad situationem Abbatiæ, quàm etiam quoad alias circumstantias, & ambas concordare cum Instrumento per Iudicem ad conficiendam Plantam in partibus delegatum celebrato in faciem loci, & vigore d. concordiæ emanarunt duæ decisiones conformes coram R. P. D. meo Peutingero sub diebus 10. Februarij, & 1. Iunij 1640. Quo verò ad secūdum quod Peritus hodie attestetur se in planta non designasse fines, contratium conuincitur ex Instrumento facto super confectione, in quo d. Peritus expressè de-
3 signauit, & nominauit confines, & terminos in Planta delineatos. Vnde ista vltima fides non potest in aliquo suffragari, *Cæsar de Grass. dec. 8. num. 1. de testibus, Rota diuers. dec. 346. num. 2. parte 1*.

Non obstat, quod d. antiquum Inuentarium continens distinctionem Iurisdictionis non fuerit confectum ad finem firmandi, seù designandi fines, quia satis est quod in eo sint expressi fines designantes Territorium Abbatiæ separatum à Diœcesi S. Angeli, maximè cum concordet cum Planta, cum Instrumento Iudicis delegati, & cum Testibus in causa examinatis.

Non obstat Testes examinati pro parte Episcopi, quia si intelligamus de illis, qui fuerunt vltimo loco examinati, nullam fidem merentur.
4 tur. Tùm quia fuerunt examinati à † Iudice tantummodò destinato ad confectionem Plantæ absque eo quod ei esset demandata alia Iurisdictio, & sic non applicatur dispositio, *cap. forus 10. §. iurgium de verb. signific. vt traditur per Menoch. de præsumpt. lib. 1. qu. 1. num. 6.* sed benè ponderata per *Mantic. dec. 199. num. 1. & 2. & per Rotam dec. 1. num. 4. de fid. instrum. in nou.* nec
5 citatō Abbate, qui † protestatus fuerat nihil fieri nisi ipso citato, *cap. 2. de testib. Mantica de-*
6 *cis. 155. num. 1.* Tum etiam quia † deponunt inuerisimilia; & nihil concludunt, cum non reddant rationem eorum dicti. Tùm demùm quia ex ipsa Planta conuincuntur de mendacio, & eorum depositiones eliduntur ex depositionibus Testium examinatorum pro par-
7 te Abbatis, cum † sint numero plures, magis digni, & reddant causam scientiæ, & meliores rationes, vt benè fuit ponderatum in decisione quæ reuidetur in fine *vers. minus obstat*. Si verò loquamur de alijs Testibus prius examinatis, illis optimè etiam respondent decisiones in prima instantia emanatæ coram bonæ mem. Pirouano sub die 6. Martij 1637. *vers. non obstant tres testes*, & in secunda instantia *coram R. P. D. meo Peutingero sub die 10. Februarij 1640. vers. quo verò ad testes*, quæ responsiones adhuc hodiè Dominis placuere.

Et ita vtraque &c.

CIVITATIS VETVLAE, SEV TOLENTINA DOTIS.

Luna 17. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Dos primo viro constituta censetur etiam secundo data, & quando ista à marito exacta, præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Dos præsumitur exacta à viro ex diuturnitate temporis cum alimentorum præstatione.*
3 *Vxor potest agere pro restitutione dotis ab extraneo promissæ quando vir eam exigere neglexit.*
4 *Dos eadem secundo viro data præsumitur, quæ primo viro fuit constituta.*
5 *Maritus præsumitur sibi soluisse dotem promissam ex fructibus bonorum extradotalium vxoris quos ipse percepit.*
6 *Vxor de dote sibi satisfecisse præsumitur eo ipso quod pinguem hæreditatem mariti administrauit.*
7 *Confessio dotis receptæ facta à viro nocet ipsi, & habentibus causam ab ipso.*
8 *Fructus bonorum extradotalium, ex quorum pecunia maritus aliquid emit sunt restituendi vxori.*
9 *Legatum factum à viro vxori non censetur factum animo compensandi cum dote, quando legatum fuit factum cum onere restituendi illam.*

DE-

DECISIO DCLVI.

VERONICA de Rocchis nupsit cum dote sc. 1300. Io: Philippo Zaccarello, quo defuncto peperit filium ex illo conceptũ Io: Philippum pariter nuncupatum, qui paucis ab illinc mensibus è vita discessit. Interim d. Veronica secundo nupsit, nulla expressa dote Matthæo Marino, quo pariter defuncto, tertio nupsit Francisco Moronullo, & deinde egit coram A.C. contra bona hereditaria d. Marini secundi viri pro restitutione sc. 1300 nempè sc. 300. pro residuo dotis, & sc. 1000. pro pretio bonorum extradotalium, à quo obtinuit sententiam fauorabilem, hodie in gradu appellationis delata causa ad Rotam, proposui dubium, An constaret de d. credito dictæ Veronicæ, & Domini responderunt affirmatiuè.

Nam quoad creditum sc. 300. pro residuo dotis, illud probatur ex Iuribus, ac Testibus datis in Summario d. Veronicæ, ex quibus apparet dotem pro illa promissam Philippo primo viro fuisse sc. 1200. nempe sc. 900. in stabilibus, margaritis, ac mobilibus, & sc. 300. in pecunia numerata, de quorum solutione non videtur dubitañ, quia respectu sc. 150. apparet illa fuisse soluta d. Io: Philippo primo viro ex
1 publico Instrumento quietantiæ, quod † facit probationem probatam, *Bart. in l. 1. in princip. num. 8. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. interest in vlt. not. C. de solut. Dec. cons. 36. num. 2. Ruin. consil. 128. num. 1. lib. 4. Buratt. dec. 540. num. 4. & dec. 567. num. 3. Rota dec. 144. num. 1. par. 7. recent.* Respectu verò aliorum scutorum 150. illa fuerunt simpliciter promissa eidem Veronicæ in Instrumento dotali tàm à fratre, quàm ab auia
2 respectiuè. Vnde vel præsumuntur † exacta ab eodem Philippo ex cursu temporis cum alimentorum præstatione, *Bald. in l. 1. sub nu. 4. vers. vnde quæritur, C. de priuil. dot. Soccin. sen. consil. 82. num. 3. lib. 3. cum alijs à Rota coram Greg. XV. dec. 62. num. 5. & dec. 24. num. 11. par. 7. recent.* Vel quatenus non fuissent exacta, id non præiudi-
3 caret ipsi Veronicæ; cum vxor † possit agere pro restitutione dotis ab extraneo promissæ, quando vir eam exigere neglexit, *l. si extraneus 33. ff. de iur. dot. Castr. in l. si socer, §. Auctus in fine, ff. solut. matr. Franc. dec. 424. num. 5. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. par. 2. num. 65. & nu. 77. Molin. de contract. disput. 427. nu. 1. post med. Ciriac. controu. 10. num. 5. Rota dec. 114. num. 16. par. 1. recen.*
Quibus ita stantibus sequitur, quod d. Veronica dum secundo nupsit dicto Marino præ-
4 sumitur illi dedisse eamdem dotem, quæ † fuit primo viro constituta, *l. dotem 31. & l. Diuus 41. ff. de iur. dot. Menoch. cons. 5. num. 2. Roland. de lucr. dot. qu. 75. num. 7. Phanuc. eadem tract. gloss. 10. num. 31. Mantica de tac. & ambig. lib. 12. tit. 15. sub num. 5. vers. sed diuersa sententia, Surd. de alimen. quæst. 45. num. 52. Rota dec. 156. num. 10. par. 1. Gregor. dec. 173. num. 9. & dec. 138. num. 2. Buratt. dec. 274. num. 4.*

Quod autem eadem summa sc. 300. pro residuo dotis fuerit soluta eidem Marino secundo viro patet ex testibus datis in Summario, qui deponunt d. Marinum administrasse omnia bona extradotalia d. Veronicæ prouenientia ex hæreditate Io: Philippi filij prædefuncti ex primo matrimonio, eorũq; fructus percepisse: Vnde intrat præsumptio, quod idem Marinus ex fructibus dictorum bonorum sibi soluerit residuum d. dotis, vt in similibus
5 terminis mariti † percipientis fructus bonorũ extradotalium vxoris, quod præsumatur ex ijs percepisse creditum sibi debitum ab vxore relicta hærede à primo viro, firmat *Surd. cons. 290. num. 3. post med. & seqq.* prout è conuerso
6 si vxor † administret pinguem hæreditatem mariti prædefuncti, quod censeatur ex fructibus illius soluisse sibi dotem dixerũt post alios *Rolan. cons. 17. num. 5. & seqq. lib. 4. Surd. cons. 290. num. 33. Caualer. dec. 453. num. 3. Buratt. dec. 420. num. 2. Rota decis. 14. num. 9. & decis. 130. num. 15. par. 5. recent.*

Quo verò ad creditum sc. 1000. pro bonis extradotalibus eiusdem Veronicæ illud iustificatur ex publico Instrumento celebrato de anno 1631. inter d. Marinum, & Terentium Collemedium, in quo legitur eumdem Marinum inter alia vendidisse Terentio plura animalia spectan. ad ipsam Veronicam vti prouenien. ex hæreditate d. Io: Philippi eius filij prædefuncti, ac fassum fuisse se recepisse illorum pretium pro dicta summa, quæ con-
7 fessio † de recepto probat contra ipsum Marinum confitentem, & habentes causam ab illo *l. pecuniæ vbi Bald. num. 3. C. de solut. l. generaliter, C. de non numer. pecun.* & consequenter Marinus remansit debitor eiusdem pretij, præsertim quia, vt deponunt dicti Testes, inuestiuit illud *d. si stipulata 34. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Socc. sen. cons. 82. num. 24. vers. 2. concludo lib. 4. Thes. dec. 187. num. 5. post med. vers. extantium vero, Giurb. dec. 89. num. 28.*

Nec releuat, quod idem Marinus relique-
8 rit d. Veronicæ eius vxori quædam legata. Vnde infertur huiusmodi creditum fuisse cõpensatum cum eisdem legatis. Quia vltra quod non apparet dicta legata fuisse integrè persoluta, adhuc illorum integra solutio non releuaret; cum non constet Marinum habuisse animum faciendi hanc compensationem, quinimò illa excluditur ex multis coniecturis inter quas plurimum vrget illa ex eo desumpta, quod prædicta legata non fuerunt relicta simpliciter, sed cum onere restitutionis ad fauorem quorumdam nepotum eiusdem Mari-
9 ni legantis, qui propterea præsumitur † prætensam compensationem excludere voluisse, vt in terminis tradunt *Mant. de coniectur. lib. 10. tit. 2. num. 11. Menoch. lib. 4. præsumpt. 109. num. 53. Rota decis. 146. num. 2. par. 4. diuers.*

Et ita vtraque &c.

MAIORICEN. BENEFICII.

Lunæ 17. Martij 1642.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio conditionalis deficiente conditione non causat attentata.*

2 *Inhibitio emanata vigore commissionis habētis clausulam, dummodo causa non sit instructa, non causat attentata, si appareat causam de tempore talis commissionis iam fuisse instructam.*

3 *Rescripta Iustitiæ licet subreptitia non sunt ipso iure nulla, sed ope exceptionis irritantur.*

4 *Commissio subreptitia iurisdictionem tribuit.*

5 *Sermo idem quoties duas potest habere significationes: ea potissimum recipitur, quæ rei gerendæ aptior sit.*

6 *Appellationi dicitur renunciatum si quis rediuit ad Iudicem à quo.*

7 *Assertio Iudicis verisimilis, & adminiculata sufficienter probat.*

8 *Attendi debet id quod principaliter, & non quod incidenter agitur.*

9 *Appellatio per Signaturam admissa causat attentata perinde ac si illa vsque à principio fuisset admissa.*

10 *Ratio eadem vbi militat idem ius seruari debet.*

DECISIO DCLVII.

SVB die 17. Nouembris anni præteriti resolutum fuit constare de attentatis commissis à Berengario, proinde Iacobo dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur. Hodie iterùm posita causa super eisdem Domini steterunt in decisis.

Nec obstare visa fuerunt, quæ contra fundamenta dictæ decisionis opponebantur. Nā quoad primum caput attentatorum resultan ex eo, quod d. Berengarius post citationem, & inhibitionem Rotalem adiuit Ordinarium, ab eoque petijt, vt pronunciaret causam appellationis desertam, ac sententiam latam ad sui fauorem executioni demandaret, prout idem Ordinarius egit, non obstat, quod commissio cuius vigore ipse Berengarius obtinuit d. citationem cum inhibitione, haberet clausulam, dummodo causa non sit alteri commissa, vnde inferebatur d. commissionem esse conditionalem, & consequenter citationem cum inhibitione vigore illius emanatam, non potuisse causare attentata, ex eo quod causa ista tunc temporis iam esset introducta per viam appellationis coram Ordinario Metro-
1 politano cum † inhibitio conditionalis deficiente conditione non causet attentata, *Greg. XV. dec. 119. num. 9. Rota dec. 459. num. 3. par. 2. rec.*
2 exemplo † inhibitionis emanatæ vigore commissionis habentis clausulam, dummodo causa non sit instructa, quod illa non causet attentata, si appareat causam de tempore talis commissionis iam fuisse instructam, *Crescent. dec. 1. de iudic. Put. dec. 523. in princ. lib. 2. in antiq. Marches. de commiss. par. 2. fol. 285. nu. 103. Barbos. de claus. claus. 46. num. 1. & seqq.* Quoniam obiectum corruit ex facto, cum d. commissio nō habeat in ventre ass. clausulam, dummodo causa non sit alteri commissa, sed contineat dumtaxat narratiuam eiusdem Berengarij dicentis, quod causa non reperiebatur alteri commissa, vnde sibi imputare debet Berengarius, qui in d. commissione huiusmodi narratiuam minùs veram fecit, non autem Iacobo, contra quem talis commissio obtenta fuit
3 cum rescripta † Iustitiæ licet subreptitia non sint ipso iure nulla, sed ope exceptionis irritentur, *Abb. in cap. ad audientiam 31. num. 8. de rescript. Robuff. in prax. benef. tit. de different. inter rescript. grat. & iust. num. 2. Meno. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 3. cas. 201. num. 2. Buratt. dec. 74. num. 2. vers.*
4 *& rescriptum.* Adeout commissio † subreptitia iurisdictionem tribuat donec altera pars de subreptione illius excipiat, *Buratt. d. dec. 74. num. 2. & ibi Add. lit. A. Put. dec. 240. num. 9. lib. 2. in antiq. Rota dec. 91. num. 35. par. 6. recent.*

Præsertim quia d. narratiua, quod causa non reperiebatur alteri commissa adaptatur, potius ad commissionem causæ signatam in Curia, ac directam alteri Iudici, quam ad introductionem causæ factam vigore appellationis coram Metropolitano, ad quem absque alia commissione recurritur, quoties enim
5 idē sermo † duas potest habere significationes ea potissimum recipitur, quæ rei gerendæ aptior est, vt inquit *text. in l. quoties 67. ff. de reg. iur.*

Minùs quod partes redierint ad Iudicem à quo, & coram eo causam prosequuti fuerint nulla habita ratione pendentiæ litis in Rota,
6 Ideoque † videantur appellationi, & commissioni causæ illius tacitè renunciasse, *cap. gratum 20. de off. & potest. Iud. deleg. Gabr. de appell. concl. 2 num. 1. Rota dec. 22. par. 2. recent.* Quia obiectum corruit pariter ex facto, cum nullibi appareat d. Iacobum rediisse ad Iudicem à quo, & causam coram eodem opposita pendentia litis in Rota, prosecutum fuisse; Imò contrarium aperte legitur in eadem sententia, in qua Iudex expresè narrauit oppositionem coram eo factam de introductione, ac pendentia litis in Rota, ac ipsa Inhibitione Rotali, declarans nihilominus se Iudicem competentem, quo ad prætensam desertionem d. litis pendentia, ac Inhibitione Rotali non obstañ, quæ Iudi-
7 cis † assertio cum sit verisimilis, & adminiculata sufficienter probat *Anchar. cons. 277. in fine vers. obstat, quod credi non debeat, Crauett. de antiq. temp. par. 2. num. 27. Cephal. consil. 574. numer. 11. Rota coram Buratto decis. 217. num. 8. vers. creditur tamen.*

Quo vero ad secundum caput attentatorum prouenień ex eo, quod idem Berengarius curauit exequi sententiam latam super desertione post appellationem ab ea interpositam pro parte Iacobi, non obstat quod Iudex pronunciauerit principaliter super executione sententiæ, & incidenter super desertione appellatio autem regulariter non detur à sententia de exequendo, licet illa incidenter contineat

8 tineat articulum desertionis, cum id † quod principaliter non autem incidenter agitur attendi debeat, *Castr. cons. 30. circa med. vers. ex quibus tollitur lib. 1. Scacc. de appellat. qu. 17. limitat. 6. mem. 9. num. 68. vers. & quod appellabilitas*. Quia vltra quod contrarium colligitur ex tenore eiusdem sententiæ, in qua expressè legitur Iudicem pronunciasse principaliter super desertione, cessat difficultas, ex eo quia Signatura vtraque parte audita commisit causam appellationis interpositæ à d. sententia, ac reuocationis dd. attentatorum simpliciter, qua stante commissione inanis visa fuit disceptatio, an à dicta sententia daretur appellatio suspen-
9 siua, nec ne, cum talis appellatio † iam fuerit admissa per Signaturam, proindeque reddat attentata omnia gesta post d. appellationem, perinde ac si illa vsque ab initio admissa fuisset, vt sæpius Rota respondit, & signanter in *Vrbeuetana bonorum coram bo: me: Vbaldo impress. post Post. de manut. dec. 82. num. 15. & in Mantuana Iuris pascendi 26. Iunij 1628. coram bo: me: Card. Virili cum alijs relatis à Buratt. dec. 92. num. 2. & ibi Add. num. 6. & coram Dunano dec. 96. num. 1. & dec. 191. num. 6. & in recent. dec. 134. nu. 1. & 2. par. 6. recent.*

Demum non obstat defectus integræ transportationis actorũ, qui hodie iterum inculcabatur ad impediendam manutentionem dicto Iacobo. Quia cum fuerit commissa etiam causa attentatorum, sufficit transportatio tot actorum, ex quibus attentata iustificentur, *ex alleg. in eadem decisione in §. fin.* Quæ concludenter probant etiam quando, prout hic, petitur manutentio pro reuocatione attentatorum, quia cum Iudex transportatis illis dumtaxat actis, ex quibus attentata iustificantur, possit procedere ad reuocationem attentatorum, sic pariter cum illis potest procedere ad concessionem mandati de manutenendo, quod petitur pro eorumdem attentatorum reuoca-
10 tione, quia cum eadem † militet ratio idem Ius seruari debet, *l. illud quæsitum est 32. & ibi glos. in verb. æstimari, ff. ad l. Aquil. cum simil.*

Et ita vtraque &c.

PANORMITANA PENSIONIS.

Lunæ 24. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Pensionarius nulla declarata pensione tenetur ad restitutionem terminorum indebitorum. Quando Creditor dicatur posse agere vtili actione contra debitorem sui debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Creditor potest agere contra debitorem sui debitoris vtili actione quæ penes ipsum debitorem est directa.*
2 *Pensio pure reseruata iustificatione non eget.*
3 *Solutio est quid facti, & sic probanda per allegantem.*
4 *Inualiditas vnius gratiæ non influit in aliam quando sunt distincta licet sint in eadem scriptura contentæ.*
5 *Confessio facta ad vnum finem nõ nocet quoad alium.*
6 *Pensionarius tenetur cõdictione indebiti ad restitutionem terminorum pensionum indebitè exactorum si pensio declaretur nulla.*
7 *Verbum, per compimento, continet implicitam solutionem omnium terminorum antea decursorum.*
8 *Instrumentum quietantiæ probat solutionem tam contra confitentem quam contra illius hæredem.*
9 *Creditor non potest agere vtili actione contra debitorem sui debitoris nisi habeat nomen sui debitoris obligatum.*
10 *Bonorum mobilium, & immobilium appellatione regulariter non veniunt iura, & actiones, ac nomina debitorum.*
11 *Bonorum mobilium, & immobilium appellati[illegible] adsit dictio vniuersalis quorumcumque v[illegible] etiam iura, & actiones nisi subiecta materia [illegible] ter suadeat, & etiam nomina debitorum & num. 12.*
13 *Obligatio Cameralis continet indefinitam obligationem omnium bonorum quorum appellatione veniũt iura, & nomina debitorum iuxta formulam positam à Salustio Tiberio in sua prax. qua sola venit attendenda cum eam fuerit sequuta Rota coram Buratto.*
14 *Obligatio Cameralis non consistit in verbis Instrumenti, sed in formula extensionis.*
15 *In hæredem transeunt omnia iura defuncti tàm actiua, quàm passiua.*

DECISIO DCLVIII.

ORDINARIVS Panormitañ anno 1613. contulit Ecclesiam Parochialem Archipresbyterat. nuncupatam Loci Thermar. tunc vacañ Iulio Regna, qui sic prouisus consensit annuæ pensioni sc. 100. ad fauorem Francisci Ribbæ. Verum fœl: rec: Paulus V. ob non seruatam formam S. Conc. & Const. Pij V. in d. collatione contulit eumdem Archipresbyteratum Nicolao Lamberto reseruata super illius fructibus annua pensione scut. 70. monetæ D. Abbati Paulo de Angelis tunc familiari suo, pro cuius pensionis solutione idem Lambertus obligauit se in forma Cam. subindeq; obtinuit per tres sententias conformes Rotales, nempe bo: me: Buratti, Caualerij, & Vbaldi declarari collationem factam ad fauorem prædicti Regnæ fuisse inualidam, sibiq; adiudicari d. Archipresbyteratum cum condemnatione eiusdem Regnæ ad restitutionem fructuum, prout apparet *ex decis. Buratt. 264. 362. 479. & 993.*

Successiue resolutum fuit sub die 28. Febr. 1633. coram Eminentiss. D. Card. Verospio tunc Rotæ Auditore pensionem reseruatam ad fauorem prædicti Ribbæ de consensu ipsius Regnæ fuisse nullam. Quocirca D. Abbas Paulus Creditor eiusdem Lamberti in pluribus terminis d. pensionis decursis, & non solutis, nihilque reperiens in hæreditate tàm Lamberti, quàm Regnæ, qui interim obierunt, vnde sibi satisfacere posset, egit contra Ribbam, qui indebitè pensionem exegerat à Regna per 18. annos, & successiuè contra V. Collegium Soc. IESV Ciuitatis Panormi eius hæredẽ pro restitutione pensionum indebite per illum exactarum, propositoq; dubio, An,

& ad quam summam d. Collegium vt hęres prædicti Ribbæ teneretur ad restitutionem dd. pensionum. Domini cum præsupposito dd. decisionum dixerunt illud teneri pro summa sc. 1030.

Nam quod Collegium teneatur patet, quia cum D. Abbas Paulus sit Creditor Lamberti pro terminis pensionis decursis, & non solutis, Ribba autem sit debitor ipsius Lamberti pro pecunijs indebitè exactis à Regna ex causa prætensæ pensionis, sequitur D. Abbatem Paulum posse vtili actione agere contra d. Ribbam, siuè Collegium illius hæredem tanquam debitorem sui debitoris, cum Creditor
1 possit † agere contra debitorem sui debitoris vtili actione, quæ penes ipsum debitorem est directa *l. nomen 4. & ibi gloss. in verb. vtilibus Bart. num. 4. Bald. num. 1. Salic. nu. 3. C. qua res pign. oblig. poss. Roman. cons. 416. num. 1. Bald. cons. 25. lib. 1. cum alijs relat. a Surd. cons. 4. nu. 24. & decis. 306. nu. 15.* & dixit *Rota decis. 681. num. 9. vers. quare competebat par. 1. recent.*

Quod autem D. Abbas Paulus sit Creditor Lamberti pro terminis pensionis decursis, & non solutis liquet tàm ex litteris reseruatis eiusdem pensionis ad sui fauorem, quæ vltra quod apparet iustificata ex datis in Summa-
2 rio, cum sit pura † non eget aliqua iustificatione ad probandum creditum contra d. Lambertum, qui eidem pensioni consensit *Garz. de ben. par. 1. cap. 5. num. 442. Rota in Abulen. Pensionis coram Litta num. 1. post Marches. par. 1. de com. appell. caus. pens. fol. 514. cum alijs relat. per Add. ad Greg. XV. decis. 57. num. 11.* quam etiam ex publico Instrumento, in quo idem Lambertus se obligauit in forma Cameræ soluere terminos eiusdem pensionis in dd. litteris expressos.
3 Negatiua † enim solutionis d. pensionis satis dicitur probata eo ipso quod de eadem solutione non docetur, cum illa sit quid facti, quæ non præsumitur nisi ab allegante probetur *Natt. cons. 223. num. 3. Aym. cons. 313. num. 1. lib. 2. Afflict. decis. 91. num. 2. in fin. Greg. XV. dec. 139 num. 1. & 2.*

Non obstat quod Lambertus consenserit reseruationi huius pensionis ad fauorem D. Abb. Pauli, quando fuit prouisus de ista Parochiali ob non seruatam formam Sacri Conc. Trid. & Const. Pij V. qua tamen prouisione vsus non fuit, ex eo quod postea expediuit gratiam si neutri, cuius vigore, non autem primæ prouisionis assequutus fuit adiudicationem eiusdem Parochialis. Vnde inferebatur gratiam pensionis reseruatæ in prima prouisione euanuisse vna cum ipsa prouisione. Quia cum d. Parochialis collata fuisset Lamberto cum reseruatione pensionis ad fauorem D. Abb. Pauli, non vna, sed duæ dicuntur esse gratiæ distinctæ, & separatæ prouisionis scilicet, & pensionis, quarum prima si euanuit, non ideò remansit inualida secunda pensio-
4 nis cum inualiditas † vnius non influat in aliam, nec vna deficiente altera corruat vt in terminis tradunt *Gonz. ad reg. 8. glos. 5. §. 9. nu. 60. Gratian. disc. 138. nu. 50.* & fuit dictum *in Cusentina pensionis coram Litta in fin. apud Marches. par. 1 fol. 621.* & faciunt ea, quæ in similibus gratiis distinctis quamuis in eadem scriptura contentis dixit *Rota in Melenitana beneficiorum coram me sub diebus 8. Martij anni preteriti §. nec dicatur d. beneplacitum, & 21. Iunij eiusdem anni §. Quoniam placuit responsio.*

Minus refragatur quod idem Lambertus ad effectum iustificationis gratiæ, si neutri, dixerit nullum Ius sibi competere vigore primæ prouisionis, ideoque videatur ab illa recessisse. Quia cum ille fecerit huiusmodi confessionẽ ad effectum euitañ difficultatem, quæ sibi imminebat pro iustificañ nullitate concursus narrata in eadem prima prouisione non videtur ab illa omninò recessisse, cum
5 confessio † facta ad vnum finem non præiudicet quoad alium, prout in specie istarum gratiarum resoluit *Rota in hac eadem causa 6. Martij 1625. coram bo. me. Vbaldi.*

Quod verò Ribba esset debitor Lamberti ex causa pensionum indebite exactarum à Regna qui fuerat condemnatus ad restitutionem fructuum ad fauorem eiusdem Lamberti patet, quia cum declarauerit pensionem reseruatam ad fauorem ipsius Ribbæ de consensu Regnæ fuisse nullam, prout in prædicta decisione Eminentiss. D. Cardinalis Verospij sequitur eumdem Ribbam, seù illius hæredem teneri ad restitutionem pecuniarum exactarum ex causa eiusdem pensionis, Pensiona-
6 rius † enim tenetur condictione indebiti ad restitutionem terminorum pensionis per eum indebitè exact. si pensio declaretur nulla, cum in solutione pensionis subilligãtur tacita conditio repetitionis indebiti oriens ex falsitate causæ, sub qua illa reseruata fuit, prout in specie resoluit *Rota in Claramontana pensionis 9. Maij 1585. coram san. me. Clem. VIII. post Zacch. de obl. Cam. decis. 15. num. 1.*

Nec dubitarunt Domini quin Ribba exegerit pensiones à Regna, cum talis exactio probetur partim ex partitis aduotatis in libris Tabulæ Panormitanæ, quarum prima sub die 1. Iunij 1623. inquit. *A Giulio Regna oncie venti per sua di 31. Marzo passato al Dottor Francesco Ribba disse, sono per il semestre maturato a 25. del passato mese di Marzo, & a complimento di tutti gli altri semestri, & anni passati sino, e per tutto esso semestre maturato inclusiue di quelle oncie quaranta pi pensione, che ogn'anno se li pagano sopra il suo Arcipretato conforme alle sue Bolle.* Altera vero sub die 7. Augusti 1631. continens solutionem vnciarum 40. cantat, *per complimento di*
7 *tutti gli anni passati*, d. enim verba, *per † complimento di tutti gli altri semestri, e di tutti li anni passati* continent implicitam solutionem omniũ terminorum antea decursorum, prout in specie de verbo, residui, tradunt *Castr. in l. 2. nu. 3. vers. vtitur quod sit C. de hæred. instit. Ias. cons. 100. num. 5. lib. 4. Gratian. disc. cap. 3. num. 2. Rota Ian. decis. 132. num. 2. Euratt. decis. 344. num. 18.* Partim
8 vero ex Instrumento † quietantiæ quod probat solutionem contra tàm ipsum Ribbam confitentem, quàm contra Collegium habens causam ab illo *l. pecunia vbi Bald. num. 3. C. de solut. l. generaliter C. de non num. pec. cum simil.*

Non

9 Non obstat quod Creditori non possit agere vtili actione contra debitorem sui debitoris nisi habeat nomen sui debitoris obligatum, *Bart. in d. l. nomen num. 6. in fin. vers. qui obligauit nomen, ibique Buld. num. 1. post med. vers. aut non habet & Cyn. num. 2. ad med. vers. sed pecunia Surd. cons. 4. num. 22. ad med. vers. stante itaque* in præsenti autem casu D. Abb. Paulus non habeat obligatum nomen debitoris Lamberti ex eo quia idem Lambertus in Instrumento consensus obligauerit sua bona non simplicitèr, sed bona mobilia, & immobilia, quorum appel-
10 latione † regularitèr non veniunt Iura, & actiones, ac nomina debitorum, cum isto loco non circumscribantur *Gall. de obl. Cam. qu. 6. num. 5. Bald. cons. 232. sub num. 2. lib. 2. Rol. cons. 65. num. 12. lib. 1. Seraph. decis. 352. nu. 4. & seqq.* Quoniam vltra quod expressio dd. bonorum facta fuit cum dictione vniuersali, quæcunque, ibi, (quæcunque bona mobilia, & immobilia,)
11 quo casu appellatione † mobilium, & immobilium veniunt etiam Iura, & actiones nisi subiecta materia aliter suadeat ex latè cumulat. *n. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 7. num. 20. & seq.* visa fuit cessare difficultas ex eo quia Lambertus consensit reseruationi d. pensionis sub obligatione Camerali, quæ iu eius extensione iuxtà formulam positam *à Salust. prax. A. C. lib. 4. fol. 491.* continet indefinitam obligatio-
12 nem omnium bonorum, † quorum appellatione veniunt Iura quæcumque, & sic nomina debitorum, prout in specie dixit *Rot. coram Buratt. decis. 687. num. 5.*

Nec releuat quod formula extẽsionis posita *per Gallef.* loquatur de mobilibus, & immobilibus, quia vltra quod illa habet dictionem quæcunque, quæ videtur comprehendere etiam Iura, & actiones ex superius allegatis, visum fuit Dominis esse potius attendeñ formulam Salustij, quia vt ipse refert *d. li. 4. fol. 493* Collegio Notariorum semel atque iterum congregato resolutum fuit extensionem esse facieñ modo per eum relato, quæ resolutio percutit tempus consensus Lamberti præstiti
13 anno 1612. † eamque sequuta fuit etiam *Rot. d. decis. 687. num. 4. & 5. coram Buratt.*

Minus releuat quod obligatio, sub qua Lambertus consensit pensioni ad fauorem D. Abb. Pauli continet hæc verba, se, suaque, & successorum suorum bona stabilia, & immobilia. Quoniam extensio obligationis Cameralis non consistit in dd. verbis Instrumenti, sed in formula extensionis, vt supra tradi-
14 ta. Duæ † namque dicuntur esse obligationes, vna quæ inest in prædictis verbis Instrumenti, altera, quæ inest in extensione obligationis Cameralis, quam Notarii faciunt quandocunq; pro executione obligationis personalis, prout refert idem *Salust. lib. 1. cap. 6. numero 2.*

Quod autem Collegium teneatur pro dicta summa sc. 1050. deducitur ex eo quia facto calculo pro toto tempore, quo Ribba exegit pensionem à Regna viuente Lamberto debitore D. Abbatis Pauli, apparet illum exegisse vncias 603. facientes sc. 1440. monetæ Romanæ, vt constat ex relatione Computistarum, quæ data fuit, & nihilominus D. Abbas Paulus petit sibi restitui solum sc. 1050. pro terminis sibi non solutis pro quibus sicuti Ribba tenebatur ex supra alleg. sic paritèr tenetur
15 Collegium illius hæres, in quod † Iura tàm actiua, quàm passiua translata fuerunt *l. vnic. C. vt act. ab hæred. & in hæred. Surd. cons. 112. nu. 69 lib. 1. 6. m. Coccin. decis. 36. num. 4. Rota decis. 232. num. 28. par. 6. recent.*

Et ita vtraque &c.

IANVEN. PECVNIARIA.

Veneris 28. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa prophana, ex quibus detur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria etiam sine sumo datur in causa prophana, quando concurrit releuantia articulorum.*
2 *Immo sufficit releuantia vnius articuli ad hoc, vt super omnibus sit danda.*
3 *Remissoria ad dictum effectum vt detur, sufficit etiã quod articulus aliquo modo directè, vel indirectè faciat ad eum.*
4 *Statutum Genuæ prohibens filiosfamillas contrahere sine certis solemnitatibus excipit filiosfamilias publicos negotiatores, quorum obligatio propterea sustinetur.*
5 *Clausula*, alteri qui ad legitimam, *ad instar clausulæ*, si quid exequendum, *venit iustificandu ex eisdem probationibus.*
6 *Rescriptum vltimæ commissionis facta mentione alterius attendi debet.*
7 *Rescriptum primum dicitur extinctum per vltimum illi contrarium.*

DECISIO DCLIX.

RESOLVTVM fuit dandam esse Remissoriam D. Marchioni Marcello ab Auria, quia versamur in causa prophana, in qua Re-
1 missoria passim conceditur, etiam absque fumo data, prout hic, articulorum releuantia, *Cas. de Grass. decis. 1. num. 10. de dilat. Rota dec. 102. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 348. num. 1. par. 1. rec. Greg. XV. decis. 124. num. 1. & decis. 403. nu. 3. Durun. decis. 35. num. 2.* & passim in aliis, & sufficit
2 releuantia etiam vnius † articuli, ad hoc vt Remissoria indistinctè concedatur, *Cassad. decis. 5. n. 6. de sequestr. possess. & fruct. Rot. decis. 667. num. 1. vers. & cum articuli par. 1. recent. Seraph. decis. 1264. num. 3. Caual. dec. 232. num. 1. Greg. XV. d. decis. 124. num. 3. & decis. 403. num. 7. Buratt. decis. 656. num. 4.* Immo sufficit, quod articulus
3 aliquo † modo directè, vel indirectè faciat ad causam iuxta doctrinam, *Bald. in cap. licet causam num. 33. vers. dicitur tamen de probat. quam supius Rota sequuta fuit, & signanter coram Caual. d. decis. 232. num. 2. & in Meleutana Antianitatis 9. Decembris 1639. coram me post princip. vers. in*

propha-

prop bants autem, ideinque tradit Gratian. discept. forens. cap. 199. num. 12. vers. prout etiam concederetur. In proposito autẽ inter alia articulatur, quod Io: Stephanus, & fratres de Bursottis asserti debitores insolidum obligati ad fauorem D. Marchionis de anno 1617. & sic de tempore eorum obligationis licet essent filijfamilias, nihilominus erant publici mercatores, ac negotiatores rationem bancariam exercentes, quodq; reputabãtur vti patresfamilias, adeout Franciscus Bursottus eorum Pater tamquam Administrator, seu negotiorum gestor aliarum personarum negotiaretur cum dd. Io: Stephano, & alijs eius filijs tamquam publicis Mercatoribus; quæ probatio si fieret, negari non potest, quin esset releuans, vel saltem aliquo modo faceret ad causam, de qua agitur. Quandoquidem D. Isabella de Franchis contra quam vti hęredem d. Io: Stephani d. Marchio obtinuit mandatum exequutiuum pro summa scut. 13. mil. auri circiter prætendit obligationem d. Io: Stephani fuisse nullam vti factam à filiofamilias, qui ex Statuto Ianuensi se obligare non potest, & consequenter dictũ mandatum fuisse iniustum, quæ tamen prætensio ex hoc capite desumpta non leuem pateretur difficultatem facta d. probatione, cum
4 d. Statutum excipiat † filiosfamilias maiores, qui publicè negotiantur eorum patre non contradicente, vel patiente, ac disponit, quod eorum obligatio sustineatur perinde, ac si facta esset cum auctoritate patris, & sic versaremur in casu exceptionis eiusdem statuti, cuius dispositio non afficeret validitatem d. obligationis, prout in terminis similis Statuti Vrbis lib. 1. cap. 152. tradunt *Gratian. discept. forens. cap. 557. num. 2. & 6. Rota in Romana Mercium 19. Ianuarij 1639. coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio in Romana Societatis officij 10. Aprilis anni præteriti coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Nec releuat, quod Signatura Iustitiæ in tertia commissione emanata in hac eadem causa rescripserit Eminentissimo Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditori, vt procederet iuxta primam cõmissionem directam alteri, qui ad legitimam procederet. Vnde inferebatur d. mandatum non posse iustificari ad effectum exequendi ex nouis probationibus, attenta dicta clausula. Alteri qui ad legitimam,
5 quæ instar † clausulæ, si quid exequendum, videtur iustificanda ex eisdem probationibus, non autem ex nouiter deducendis, *Rota decis. 64. num. 1. & 2. decis. 162. num. 1. & decis. 260. n. 5. post Pacific. de salu. iuxta modern. impress. & coram Canal. decis. 165. num. 4. decis. 173. decis. 264. & decis. 414. vbique num. 1. & in alijs relatis per Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 71. numer. 20. & Adden. ad Burats. decis. 231. num. 8. & 630. num. 17. & seqq.*

Quoniam eadem Signatura post huiusmodi commissionem quarta vice rescripsit, vt firma remanente inhibitione procederetur super bono iure tantum, quo rescripto attento non visa fuit posse denegari remissoria ex
6 allegatis, cum rescriptum † vltimæ commissionis, facta mentione alterius, attendi debeat, *cap. Cæterum 3. §. si verò, & ibi Doctor. de rescript.*
7 Adeout priora rescripta † dicantur extincta. *cap. ex litteris 29. de offic. & potest. Iudic. delegat. Alex. cons. 136. num. 3. vers. præterea lib. 2. cum alijs in proposito relatis à Burats. decis. 854. n. 1.*

Et ita &c.

ROMANA CENSVS.

Veneris 28. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Manutentio quando non dicatur cõpetere contra soluentem alieno nomine.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio sine quasi possessione non datur.*
2 *Quietantia cantans,* hò riceuuto dal Signor A. per le mani del Signor B. *non constituit quasi possessionem exigendi respectu B.*
3 *Solutio facta de proprijs pecunijs nomine alterius non operatur effectum quasi possessionis contra soluentem nisi ex parte illius concurrat aliquis titulus, vel causa habilis ad soluendum.*
4 *Quasi possessio exigendi vt censeatur acquisita contra tertium soluentem pro alio, qua requirantur.*
5 *Voluntas desumpta ex aliquo actu censetur restricta ad eumdem actum.*
6 *Solutio pro alio est actus lesiuus, & ideo pro illius continuatione potius dissensus, quam consensus dicitur adesse.*
7 *Soluens pro alio reportata iurium cessione censetur per d. cessionem succedere in locum creditoris pro recuperatione pecuniarum solutarum.*
8 *Quasi possessio exigendi contra aliquem non acquiritur ex solutione per alium eius nomine facta nisi doceatur de mandato. & n. 9.*
10 *Quasi possessio acquisita contra principalem census debitorem non suffragatur contra illius successorem si fundum censitum non possideat.*
11 *Fideiussor de indemnitate tenetur ad sortem, & interesse.*
12 *Indemnitatis promissio simplex non operatur accollationem debiti, sed solam promissionem defendendi.*
13 *Indemnitatis promissio potest adimpleri per susceptionem litis in se.*
14 *Obligatio restricta ad vnam personam non potest extendi quoad alium, etiam si fuerit concepta in forma Cameræ habente in ventre clausulam, pro omnibus quorum interest.*

DECISIO DCLX.

DECREVIT A. C. mandatum de manutenendo ad fauorem Elenæ Alphanę in quasi possessione exigendi fructus census, de quo agitur, contra Antonium Franciscum de Grassis, qui cum ab huiusmodi decreto appellauerit, & causam appellationis obtinuerit committi R. P. D. Gilberto Borromæo, de voto Rotæ; Dubitaui, an d. decretum esset confirmandum, vel infirmandum, & illud

vti

vt iniustum esse infirmandum Domini re-
sponderunt.

Iniustitia enim d. decreti visa fuit clara ex
eo, quia illud concedit mandatum de manu-
tenendo in quasi possessione exigendi fructus
dicti census contra d. Antonium Franciscum,
respectu cuius non fuit probata aliqua posses-
1 sio exigendi, sine qua † manutentio concedi
non potuit, *vulg. §. retinendæ, Instit. de interdict.
Rolan. cons. 9. num. 18. in fin. lib. 3. Bur. att. decis. 145.
& decis. 220. vtrobique num. 1. Rota decis. 505. n. 1.
par. 1. & decis. 290. n. 1. par. 7. recent.*

Non obstant solutiones exaduerso ponde-
ratæ ad probandam huiusmodi quasi posses-
sionem. Nam duæ priores elicitæ ex quie-
tantijs factis ab Helena, nimirum vna sub die
10. Decembris 1631. Et altera sub die 11. Ia-
nuarij 1634. cantant per verba. *Hò riceuuto dal
Sig. Gentile de Grassis scut. 45. moneta per li frutti
2 del censo &c. per † le mani del Sig. Antonio Fran-
cesco de Grassis.* Quæ verba non probant quasi
possessionem exigendi contra ipsum Antoniũ
Franciscum soluentem, sed actum dumtaxat
d. numerationis factæ per manus eiusdem
Antonij Francisci tanquam extranei, nudum-
que ministerium ipsius *Bertrand. cons. 282. nu. 2.
lib. 2. quem sequitur Rota in Romana expeditionis
Bullar. 21. Aprilis 1600. coram Card. Millino, & in
Romana pecuniaria 1. Decembris 1606. coram Lan-
cellotto, & in decis. 1378. numer. 1. coram Sera-
phino.*

Aliæ verò solutiones his verbis conceptæ
leguntur. *Hò riceuuto dal Signor Antonio Fran-
cesco scut. 45. quali me li paga per il Signore Genti-
le per li frutti del Censo, e per detti denari cedo al
detto Signor Antonio Francesco tutte le mie ragioni,
acciò se ne possi valere contro detto Signore Genti-
le, purche dette ragioni non se ne possi seruire contro
di me.* Quæ quidem solutiones licet videan-
tur factæ de proprijs pecunijs Antonij Fran-
cisci. Nihilominus quia leguntur factæ pro
3 alio, nempe pro Gentili, non possunt operari
effectum quasi possessionis contra Antonium
Franciscũ soluentem, nisi ex parte illius con-
currat aliquis titulus, vel causa habilis ad sol-
uendum, vtpote quia sit pro censu obligatus,
vel bona censuata possideat, aliàs d. simplex
solutio vti facta à tertio pro alio præsumitur
precaria, vel iure familiaritatis, vel ex causa
amicitiæ, mutui, seu alterius similis causæ,
quo casu recipiens non constituitur in quasi
possessione exigendi contra soluentem, *Bald.
in l. 2. num. 2. & 17. C. de seruit. & aqu. Menoch. de
arbitr. cas. 160. num. 3. & seqq. Gratian. discept. for.
cap. 113. num. 63. & 64. Afflict. decis. 6. num. 2. & 3.
cum alijs relatis à Post. in tract. de manutent. obseru.
18. nu. 45. & seqq.* ad effectum enim vt censea-
tur acquisita quasi possessio contra tertium
soluentem pro alio, requiritur vt solutio sit
4 facta per viam † agnitionis debiti, & quidem
cum animo, & voluntate constituendi reci-
pientem in quasi possessione exigendi, cum
de iure hoc pendeat ab animo, & voluntate
soluentis, quæ inter alia ad hunc effectum at-
tenditur, *Bald. d. l. 2. num. 17. C. de seruit. cum alijs
relatis à Gratian. discept. foren. cap. 426. num. 4. &
seqq. Rota decis. 188. num. 5. post Postb. d. tract. de
manutent. dec. 547. n. 8. par. 1. rec.*

Neque talis voluntas in proposito potest
elici ex antedictis solutionibus, cum voluntas
5 desumpta † ex alio actu censeatur restricta ad
eumdem actum, adeout non valeat extendi
ad alium similem nisi veniat consecutiuè, &
necessario, *Nat. cons. 77. numer. 14. Paris. cons. 79.
num. 12. lib. 3. Surd. cons. 52. num. 73. et dec. 33. n. 10.*
maximè quando, prout hic, agitur de actu læ-
siuo, ac præiudiciali, qualis est solutio facta
pro alio, pro cuius continuatione potius dici-
6 tur adesse † dissensus, quàm consensus, vt post
alios firmant *Peregr. cons. 78. num. 11. lib. 1. Boer.
dec. 173. num. 23.* Quinimo contrarium resul-
tare visum fuit ex prædicta iurium cessione,
quam Antonius Franciscus in actu solutionis
reportauit, per quam censetur voluisse succe-
dere non in locum debitoris pro futuris solu-
7 tionibus, sed in locum creditoris pro recupe-
ratione pecuniarum, quas ipse soluit *Surd.
cons. 22. numer. 16. & seqq. Grattan. discept. forens.
cap. 586. num. 51. & cap. 906. numer. 4. & cap. 931.
num. 11. Rota decis. 88. num. 5. & 11. part. 6. rec.*

Non obstat, quod prædictus Antonius Frã-
ciscus sit donatarius vniuersalis d. Gẽtilis præ-
tensi debitoris dicti census, & ideo quasi pos-
sessio exigendi acquisita per Elenam contra
8 Gentilem † suffragetur contra ipsum Anto-
nium Franciscum illius successorem, prout in
his terminis sæpè Rota respondit, & signanter
in decisionibus relatis à *Post. d. tract. de manuten.
obseru. 56. num. 1. vbi de annuo censu, & num. seqq.
Cenc. de cens. q. 92. nu. 24. Greg. dec. 313. & ibi Add.
litt. A. Rota dec. 341. num. 1. par. 1. & dec. 1. num. 7.
par. 3. rec.* Nam asserta quasi possessio exigendi
contra Gentilem nullibi probatur, neque illa
potest dici sufficienter probata ex solutionibus
9 antedictis, † nisi doceatur illas de ordine, ac
mandato eiusdem Gentilis actas fuisse, de quo
mandato in præsenti non docetur ex relatis à
*Post. de manutent. obseru. 35. num. 56. Rota decis. 436.
in princip. & dec. 681. num. 3. par. 4. diuers. & post
Cenc. de cens. dec. 149. nu. 5. & post Pacif. de Saluian.
dec. 43. num. 3. Greg. XV. dec. 279. sub num. 9.* Vel
quatenus probaretur, non releuaret, nisi quo-
que doceretur d. Antonium Franciscum Do-
natarium esse possessorem fundi censuati, cum
10 alias quasi possessio quæsita contra † Genti-
lem non suffragetur ad effectum obtinendi
manutentionem contra Antonium Franciscũ
tamquam illius successorem, prout in specie
declarat *Cenc. de censib. d. q. 92. num. 26. cum alijs re-
latis à Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 39. num. 64. & à
Post. de manuten. obseruat. 56. n. 30. Rota post Cenc. de
censib. dec. 391. n. 2. & seqq.*

Demum non obstat, quod idem Antonius
Franciscus in Instrumento donationis sibi fa-
ctæ à Gentili promiserit etiam in forma Ca-
meræ releuare indemnem ipsum Gentilem
ab onere istius census, ex qua promissione
11 inferebatur eum euasisse principalem debi-
torem d. census, & obligatum soluere sortem
principalem, ac fructus illius, *Surd. cons. 150.
num. 3. & seqq. Ciriac. controu. 129. num. 11. vers.
prædictis, Coccin. dec. 91. nu. 1.* Quia fuit animad-
uer-

uersum d. promissionem non fuisse animo approbandi, & agnoscendi debitum, & quidem cum verbis claris necessario inferentibus accollationem, in quibus terminis loquuntur prædicti Doctores; sed fuisse puram, ac simplicem, quæ non operatur accollationem debiti, sed solam promissionem defendendi, *Bald. in l.cum tibi num.2. C.de euict. Paris. cons.109.num.37.lib.1.Mangil.de euict.q.34. nu.17.* adeout similis obligatio possit adimpleri per
13 solam † susceptionem litis in se, *Seraph. decis. 1243.num.4.* præsertim cum prædicta obligatio de releuando indemnem legatur facta ad fauorem solius Gentilis, quæ propterea non
14 valet suffragari † ipsi Elenæ etiam stante obligatione Camerali habente in ventre clausulam, pro omnibus quorum interest, prout pluribus relatis firmat *Gratian. discept.723. n.1. & seqq.*

FANEN. HAEREDITATIS.

Lunæ 31. Martij 1642.

ARGVMENTVM

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interponi debet coram Iudice, & non coram Notario.*
2 *Appellatio interposita coram Notario sustinetur, quando non potuit adiri Iudex.*
3 *Validitas sententiæ probatur ex concursu requisitorū de quibus per Caputaq. decis.260. par.2.*
4 *Iustitia sententiæ Rotalis probatur ex decisionibus in causa factis.*

DECISIO DCLXI.

R.P.D. meus Ghislerius sub die 3. Iulij anni præteriti tulit sententiam reuocatoriam alterius A.C. concedentis immissionem in possessionem bonorum q. Antonij de Pazzis D. Vgoni Boncompagno vti prætenso hæredi testamentario eiusdem Antonij. A qua sententia d. Vgo appellauit sub die 13. eiusdem mensis, & sic vltima die termini, cedulam tamen appellationis dimisit in manibus Notarij, & successiue causam suæ appellationis obtinuit mihi committi. Cumque DD. Octauianus, & Fratres de Pazzis, ad quorum fauorem d. sententia lata fuit, prætenderent d. appellationem non fuisse legitimè in-
1 terpositam, ex eo, quia illa † coram eodem D. Auditore, non autem coram Notario interponi debuisset iuxta *text. in cap. Vt debitus 59. de appell. Clement.1.eod.tit.Specul.tit. eod.tit. §. qualiter post num.8.vers.Cautus debet esse quis, Rota decis.50. post num.1.in nou. eod.tit. Mandos.ad Lap.alleg.38.in verb. in præsentia, Rota dec.595. sub n.1. par.1. & dec.396.num.3. & dec.594. num.2. par.2. recent.* Et consequenter d. sententiam transiuisse in iudicatum obtinuerunt Commissionem Executorialem mihi directam cum solita clausula, constito de re iudicata, iuxta cuius tenorem posui hodie dubium. An constaret de re iudicata, quæ veniat exequenda. Verùm quia d. Vgo in petitione huius dubij allegabat se non potuisse habere accessum in tempore ad eumdem D. Auditorem, proindeque dedisse articulos in actis ad probandum huiusmodi impedimentum, ratione cuius di-
2 cebat d. appellationem validè † coram Notario interpositam fuisse ex notatis per *Grauat. in addit. ad Vestr.lib.7.cap.3.num.59.vers.Cæterum, Bald.Guidop.dec.436. num.64. vers. in absentia tamen Iudicis, Mandos.ad Lap. d.alleg.38.vers. si quis Rota d.dec.594.num.3.Scacc.de appellat. par.1.q.6. nu.22.& seqq.* Ideò Domini, omissa pro nunc hac inspectione rei iudicatæ responderunt dictam sententiam esse validam, & iustam.
3 Validitas † enim liquet ex actorum inspectione, in quibus apparet omnia requisita interuenisse, quæ recenset, *Verall.in vulgata decisione 260. par. 2. sæpius à Rota canonizata, & signanter in decis.589. num.1.par.1. & dec.678. n.1. par.2. recent. ac dec.233. n.6. par.7. recen.& passim in aliis.*

Iustitia verò probatur ex optimis fundamentis deductis in decisione emanata coram eodem R.P.D. meo Ghislerio sub die 17. Iunij anni præteriti, contra quam nil penitus ho-
4 die deductum fuit. Iustitia † namque sententiæ Rotalis sufficienter probatur ex decisionibus in eadem causa factis, quando, prout hic, nihil contra eas opponitur, vt sæpè Rota respondit, & signanter in *decis.350.num.1. in fin. & dec.595. num.2. in fin. par.1. & in d. decis.678. num.1.vers. Iustitia pariter, par.2.& decis.229.n.2. & decis.325.num.4. par.5. rec.*

Et ita DD. de Pazzis tantum informantibus resolutum fuit.

MELEVITANA DIGNITATIS.

Veneris 4. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Habilitas, & benemerentia sunt duo requisita pro assequendis dignitatibus in Religione Meleuitana.

SVMMARIVM.

1 *Lis introducta super prima dignitate extenditur ad alias consecutiuas gradatim obtentas in eademque lite censetur deductum ius ascendendi ad alias dignitates proueniens à prima.*
2 *Rota habet potestatem conferendi beneficia litigiosa.*
3 *Prælatio in concursu de iure concedi debet ei, qui melius, & clarius ius suum iustificat, vel potiora iura habet.*
4 *Residentia decennalis in conuentu omnino requiritur pro assecutione dignitatum in Religione Hierosolymitana.*
5 *Persona inhabilis non est habenda in consideratione cum persona habili, & n.9.*
6 *Inspotentius est, quod prouenit à iure communi, & ex propria habilitate, quam illud quod prouenit à priuilegio.*

Sub-

7 *Subreptitia gratia dicitur si fuerit omissum id, quod si fuisset expressum vel Papa gratiam non concessisset, vel saltem difficilius.*
8 *Benemerentia maior resultat ex maiori residentia in Religione Hierosolymitana.*
10 *Benemerentia prævalet antianitati in Religione Hierosolymitana pro assequendis illius dignitatibus.*

DECISIO DCLXII.

VACANTE in Religione Hierosolymitana Dignitate Hospitalatus linguæ Frãciæ, eam inter alios petierunt Equites Maximilianus d'Amport, & Iacobus Medauid, fa-ctaque smutitione fuit pro maiori parte votorum præpositus Maximilianus; sed hac prælatione non obstã Eminentissimus Magnus Magister, & Consilium elegerunt Iacobum Iacobi. Quocirca interposita pro parte Maximiliani appellatione, eaque pendente duæ superuenerunt vacationes, vna scilicet dignitatis Thesaurariæ, altera Baiuliuatus Moreæ, ad quas idem Eq. Iacobus tamquam electus ad dignitatem Hospitalatus obtinuit gradatim promoueri, & in illarum possessionem immitti.

Sed Eques Maximilianus prosequendo suã appellationem obtinuit causam mihi cõmitti appellatione remota. Vnde proposito dubio, An, & quæ Dignitas ei esset adiudicanda, Domini responderunt ei adiudicandum esse Baiuliuatum Moreæ, ea præcipuè moti ratione, quia quemadmodum eidem Maximiliano erat de iure debita prælatio in Dignitate Hospitalatus, ita dicendum est illi debitam esse prælationem in Dignitate Baiuliuatus Moreæ, ad quam Eques Iacobus pendeñ appellatione gradatim obtinuit promoueri tamquam consecutiuam præcedentis vacationis Dignitatis
1 Hospitalatus, cum lis † introducta super prima dignitate extendatur etiam ad alias consecutiuas gradatim obtentas, in eademque lite censetur deductum ius ascendendi ad alias dignitates prouenientes à prima, vt in his terminis tradit *Rot.dec.6.nu.7.& seqq. par.2. diuers. & in Calaguritana Beneficiorum de Antol. Ven.19. Aprilis 1613. coram bon.mem. Card. Sacrato relatis per Marchesi. de commiss. par.2. fol.478. Rot.dec.10. num.3.tit.de praben. in antiq. & in simili de optione Monet.de option.cap.5.n.67. Gonz. ad reg.8. glos.31. num.33. & glos.34. sub numer.91. vers.16. quarto:* Adeout vigore commissionis Rotalis valeat Eq. Maximilianus petere, & obtinere adiudicationem istius secundæ dignitatis absq; aliæ electione, vel smutitione, cum in istis causis Rota succedat in locum Ordinarij, qui est Magnus Magister, & fine alio circuitu, vel electione valeat Prioratus, & Commendas li-
2 tigiosas adiudicare, & conferre † vigore *Clem. Auditor de rescript. vt alias fuit decisum in Aquitanien. Prioratus 21. Februarij 1625. coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien. Patruo meo in §. responsum enim, & 21. Maij eiusdem anni coram bo.me. Vbaldo, §. Non obstant cum alijs relatis per Lotter. de re benef. lib.2. q.5. sub n.46.*

Equitem autem Maximilianum esse præferendum in dignitate Hospitalatus apparet.
Quia cum pro assecutione illins, & similium dignitatum duo requirantur, scilicet habilitas, ac benemerentia, vt cauetur in stabilimentis Religionis, quæ duo melius iustificantur ab ipso, quam à Iacobo, sequitur ipsum esse de iure præferendum, cum in concursu præ-
3 latio † veniat de iure concedenda ei, qui melius, & clarius ius suum iustificat, vel potiora iura habet iuxta *doctr. Bart. in l. fin.num 21. C.de edict. Diu. Adr. toll. quam sequuta fuit Rot. in Perusina fideicommissi de Cinciis 8. Iunij 1628. coram bo: me: Card. Virili, & in Pistorien. Parochialis S. Hippolyti 19. Aprilis 1638. coram me post princ.*

Quod habilitas melius, & clarius dicatur probata pro parte Maximiliani, quam Iacobi Domini non dubitarunt, quia omissis alijs requisitis, super quibus nulla adest controuersia, tota difficultas restringebatur ad vnum, & principale requisitum, nempe ad decennalem
4 residentiam in Conuentu omnino † requisitã pro assecutione dignitatum, vt cauetur in Stat.9. de elect. Quæ quidem decennalis residentia pro parte Maximiliani visa fuit melius iustificata, quam pro parte Iacobi, eo quia Maximilianus probat residentiam non solum per 10. verum per 30. & vltra annos. Iacobus verò per sex annos tantum, & proinde cum ipse non compleuerit integrum decennium, dicitur carere habilitate; Adeout in
5 concursu cum † persona habili nullatenus sit in consideratione habendus, minusque præferendus iuxta notata per *Doct. in cap. quapropter de elect. Lotter. de re benef. lib.12. q.15. nu.49. Rota dec.103. sub nu.1. par.2. rec. Rota inter recent. dec.293. & dec.303. par.7.*

Nec obstat dispensatio Apostolica super defectu residentiæ obtenta à Iacobo. Quia præ-
6 misso quod in concursu † habens aliquam qualitatem ex priuilegio, vel dispensatione, alteri postponitur iuri innitenti cum potêtius sit ius commune, quam priuilegium ad *text. in l. eius militis 34. §. militia m ssa, ff. de testam. milit. Dec. cons.542. numer.13. vers.5. quia Rot. dec.16. num.8. par.2. diuers.* Cessare visa fuit difficultas ex eo, quia d. dispensatio subiacet vitio subreptionis, cum Iacobus narrauerit Pontifici non potuisse adimplere decennalem residentiam in Conuentu, eo quia per plures annos commoratus fuit in Gallia, vt suam Commendam melioraret, eamque à militum incursibus tueretur. Non tamẽ narrauit quod ipse ingressus fuerat Religionẽ de anno 1596. & assecutus fuerat Cõmendam de anno 1625. & sic permanserat in Religione per 30. annos, in quo tempore nullum habuit impedimentum, & commodè potuit facere decennalem residentiam, quod quidem si narratum fuisset Papæ, vel dispensationem non concessisset, prout idemmet Pontifex in plena Signatura, me præsente, & audiente declarauit, vel saltem
7 non ita facile, quod sufficit, vt dispensatio dicatur subreptitia, *Felin. in cap. super litteris 20. num.8. de rescript. Bellam. dec.4. num.2. & decis.600. num.1. Rot. dec.65. num.1. par.3. rec. Buratt. dec.55. num.6.* Et in terminis similis declarationis factæ à Paulo V. in plena Signatura, fuit dictum in Car-

in Carpen. bonorum 10. *Aprilis* 1617. *coram Card. Sacrato*. Et consequenter non valet in proposito suffragari iuxta notata *in c. postulasti.* 27. *& in d. cap. super litteris* 20. *de rescript. Bellam. decis.* 4. *num.* 3. *Cassad. decis.* 12. *numer.* 14. *de praebend. Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 17. *& seq. Rot. decis.* 27. *num.* 4. *par.* 6. *recent.*

Quo verò ad benemerentiam Domini nullam pariter habuerunt difficultatem, cum in Equite Maximiliano concurrant maiora merita, quam in Eq. Iacobo, & quidem tam respectu residentiæ, quam respectu munerum, quæ sustinuit in Religione, quam denique respectu clarè gestorum in bello contra Christiani nominis hostes.

Et quidem respectu residentiæ, quia, vt supra dictum est, Maximilianus resedit in Conuentu per 30. & vltra annos, Iacobus verò per sex annos tantum, ex ista enim longiori
8 residentia benè infertur ad maiorem † benemerentiam, *Menoch. consil.* 1003. *num.* 74. *& seqq. lib.* 11. *Rot. dec.* 94. *num.* 2. *ad med. par.* 1. *diu.*

Respectu verò munerum, quia Maximilianus per reiteratas vices fuit à Magno Magistro deputatus in socium Oratorum Religionis ad Sedem Apostolicam transmissorum, habuit officium Auditoris Computorum, fuit adscriptus inter Consiliarios Cōsilij complens fuit deputatus in Præfectum vnius triremis eiusdem Religionis, ac etiam fuit electus ad regimen Infirmariæ Hospitalitatis, in quo munere residet particulare Institutum Religionis, in eoque nonnisi Equites prudentia, & charitate præstantiores deputari solent, ad quæ quidem munera Iacobus nunquam fuit assumptus.

Denique respectu præclatè gestorum, quia Iacobus quinque solum fecit Carauanas, Maximilianus verò octauam compleuit, & alias quinque voluntarias nauigationes peregit, & vnam, quam vocant, *del soccorso*, in quibus plures Turcarum triremes, & naues deuictæ, Oppida, & Naues expugnatæ, & alia memoranda gesta fuerunt, in eisque idem Maximilianus comitando tormentum bellicum, vulgo, *il Pettardo*, graue vulnus accepit, aliaque egregia facinora pugnando pro sua Religione non sine magno vitæ discrimine gessit, quæ omnia vti singula, vel simul iuncta, considerata absque dubio videntur præponderare alijs gestis per fratrem Iacobum, qui
9 propterea † nullatenus potest dici excedere, nec æquare Maximilianū in meritis, vt alias firmauit *Rota d. decis.* 293. *num.* 12. *ad med. vers. & ipse Eques, & decis.* 303. *num.* 2. *ad fin. par.* 7. *rec. & in Meleuitana Prioratus* 11. *Iunij* 1627. *coram Card. Virili, & in alia Meleuitana Commenda* 20. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. meo Royas*.

Nec in proposito releuat, quod Iacobus sit magis antianus, quia pro assecutione istarum
10 dignitatum Conuentualium præualet † benemerentia antianitati, vt cauetur in stabilimentis Religionis *in tit. de elect. stat.* 5. *& dixit Rota in Meliten. Prioratus Campaniæ* 18. *Maij* 1618 *coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien. relata per Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 45. *& confirmata* 10. *Martij* 1619. *coram bon. mem. Coccino, & in alia Prioratus Nauarræ* 11. *Iunij* 1627. *coram bon. mem. Card. Virili*.

Et ita vna tantum &c.

NARNIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 4. *Aprilis*. 1642.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommisso suppositorum ex quibus probetur, vt fideicommissario super illis competat immissio.

SVMMARIVM.

1 *Immissio danda est fideicommissario stante fideicommisso illius purificatione, ac identitate bonorum iustificata.*

2 *Inuentarium probat bona in eo descripta fuisse in bonis Testatoris non solum contra confitentem, sed etiam contra habentem causam ab illo & numer.* 3.

4 *Enunciatiuæ contentæ in Instrumentis emptionum, seu similium quoad possessionem certorum bonorum respectu certæ personæ faciunt saltem adminiculum.*

5 *Bonorum confusio quando prouenit ex culpa hæredis grauati iste tenetur dilucidare veritatem, alias omnia præsumuntur fideicommissaria.*

6 *Identitas bonorum non confunditur ex bonis postea quæsitis quando adsunt speciales confines, & præcisa quantitas.*

7 *Immissio non potest dari super bonis incertis ratione loci, & quota.*

8 *Bona præsumuntur fuisse Testatoris quando hæres possidet in eodem loco quo possedit fideicommittens, quod ampliatur concurrentibus coniecturis & nu.* 9.

10 *Locatio adminiculata probat locantis possessionem.*

11 *Identitas iustificatur si conueniat nomen quod sit singulare.*

12 *Bona præsumuntur peruenisse à Patre in filium quando iste erat infans, ac inhabilis ad emenda bona propria industria, seu pecunia.*

13 *Identitas bonorum fideicommissariorum probatur ex responsione cum iuramento facta ad positiones talia bona esse fideicommissaria.*

14 *Confessio quoad identitatem bonorum matris, & tanquam emanata per viam declarationis quoad inuentarium à se confectum verisimilis, & adminiculata præiudicat tertijs etiam post ius istis quæsitum.*

15 *Procuratoris actus, seu voluntaria, ac erronea declaratio Domino præiudicare non potest.*

16 *Confessio erronea Procuratoris non nocet principali, & potest reuocari etiam non docto de errore.*

17 *Immissio non potest retardari fideicommissario prætextu antiquioris fideicommissi de quo, ac de cuius purificatione ad fauorem alterius non constet.*

18 *Immissio non retardatur fideicommissario donec discutiatur aliorum comprehensio ratione alterius fideicommissi.*

19 *Immissio denegari non potest filijs ratione detractionis legitimæ, trebellianicæ, ac dotis matris.*

20 *Dos consistens in certis, & particularibus bonis non æstimatis in eisdem bonis venit restituenda, & non in bonis fideicommissarijs.*

21 *Vxor præsumitur de suo credito satisfacta ex administra-*

nistratione bonorum viri defuncti.

22 *Fœmina sunt exclusa quando fuit vocatus Cippus, & proximior de agnatione.*

23 *Uxor secundo nubendo censetur à successione viri exclusa quando sub generalitate verborum fuisset inclusa in testamento si vir ipsam priuauerit legato liberationis à redditione rationis casu quo transiret ad secundas nuptias.*

DECISIO DCLXIII.

FIRMATO fideicommisso q. Pauli Boncambij purificato ad fauorem Voluminij Boncambij Patris DD. Liuij, & Dominici per duas decisiones emanatas sub diebus 1. Martij 1638. & 25. Februarij 1639. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditore, datum fuit dubium. An eisdem Liuio, & Dominico danda esset Immissio in bonis eidem fideicommisso subiectis. In cuius dubij disputatione habita sub die 29. Aprilis anni preteriti, Domini mandarunt coadiuuari probationes quoad identitatem dd. bonorum, hodieque iterum eo proposito coram me in locum illius suffecto, resoluerunt prædictam Immissionem esse concedendam, quia existentia d. fideicommissi, illiusque purificatio satis abundè probantur ex rationibus, ac Iuribus ponderatis in prædictis decisionibus Idētitas vero bonorum, ad quam difficultas restringebatur, nempè vnius Prædij *detto delle Case*, Alterius petiæ terræ nuncupatæ, *delli Montanari*, & alterius nuncupatæ *del Prato*, optimè visa fuit iustificari ex Iuri-

1 bus hodie deductis, quibus † concurrentibus debetur Immissio fideicommissarijs, vel ex remedio *l.fin.C.de edict.Diu.Adr.toll.* vel ex remedio vtilis Saluiani Interdicti prout passim Rota respondit in decisionibus relatis *in Auximana fideicommissi* 13. *Ianuary* 1640. *coram me* §. *Quibus tamen non obstantibus.*

Et quoad Prædium nuncupatum *delle Case*, illud fuisse in bonis Pauli fideicommittentis apparet ex Inuentario bonorum eius hæreditatis confecto à Medusa eius Vxore, vti Matre, ac Tutrice Romuli communis filii, & hæredis grauati cum expressione, quod bona in eo descripta, inter quæ reperitur hoc Prædium *delle Case* spectarent ad Romulum prædictum vti hæredem fideicommittētis, Inuen-

2 tarium † enim probat bona in eo descripta fuisse in bonis Testatricis non solum contra conficientem *l.vlt.C.de arbitr.tut. Rot.decis.*469. *num.*3.*& decis.*472.*nu.*2.*post Cinc.decens. & in rec. decis.*96.*num.*2.*par.*7.*& in Romana fideicommissi de Incoronatis* 15. *Maij* 1639. *coram bo. me. Pirouano.*

3 Verum † etiam contrahabētem causam ab illo *Canal.decis.*578.*num.*5.*Rota decis.*407.*num.*3.*par.*2 *& decis.*96.*num.*3.*par.*7.*recent.*

Concurrentibus præsertim duabus enunciatiuis antiquis emanatis in Instrumētis emptionum aliorum bonorum factarum de annis 1562. & 1595. In quibus idem Paulus enunciatur possessor huius Prædij, *delle Case*, quæ

4 enunciatiuę † faciunt saltem adminiculum *Vinc.de Franch.decis.*317.*num.*3.*Gregor.decis.*407. *num.*6.*in fin. Rota decis.*105.*nu.*12.*par.*6.*rec. & in d. Auximana dec.*28.*Ian.anni præteriti coram me.*

Nec releuant acquisitiones postea factæ per Romulum hæredem Grauatum in eadem Contrada, *delle Case*; Siquidem illæ aut confundunt Identitatem d. Prædij, & cum talis confusio euenerit culpa, & facto proprio ipsi-

5 us Romuli teneretur ipse, † vel eius Successor distinctè, & concludentèr probare quænam bona fuerint possessa à Paulo fideicommittente, & quæ ab ipso de nouo acquisita, aliàs omnia fideicommissaria reputantur *Ruin. consil.*50.*num.*15.*lib.*1.*Peregr.de fideic.art.*44.*num.*49. *Rota in d. Auximana fideicommissi* 28. *Ianuarij anni preteriti* §. *Prædictaque eo facilius coram me*; Aut vero d. Identitatem non turbant ex eo quia

6 consistant † in certa quantitate, & contineant certa confinia in Instrumentis designata, & cessat omnis hæsitatio, cum fideicommissarij petant solum bona fideicommittentis, non autem bona per hæredem grauatum acquisita *Peregr.cons.*48.*num.*13.*vol.*1.*vers.nam Donna Clara Rota decis.*87.*num.*10.*& decis.*226.*num.*12.*vers. non obstant acquisitiones par.*5.*rec.& in d.Auximana fideicommissi* 26. *Maij proximipreteriti.*

Quo vero ad Petiam terræ nuncupatam *delli Montanari* eam paritèr fuisse in bonis Testatoris probatur ex eodem Inuentario, in quo illa descripta reperitur.

Non obstat quod in prædicto Inuentario non exptimantur neque confinia, neq; quanti-

7 tas dd. duorum Corporum, ideoque † super eis ratione incertitudinis, loci, & quotæ non possit concedi Immissio *gloss.& DD.in l.locus ff. de acqu.possess. Rot.decis.*58.*&* 59.*per tot.par.*2.*diu. cum alijs exaduerso allegatis.* Quia cum ex prædictis appareat Paulum Testatorem possedisse Prædium in Contrada *delli Montanari*, sitq; in confesso inter partes bona, quæ hodie possidentur à scutinario habente causam à d. Medusa esse posita in eisdem Contradis *delle Case*, *e Montanari*, oritur præsumptio quod illa fiut

8 eadem, † quæ à Paulo in eisdem locis possessa fuerunt nisi alio titulo acquisita doceantur *Bald.cons.*89.*nu.*5. *&* 6.*lib.*1.*Peregr.art.*44. *nu.*22. *Rota decis.*131.*num.*5.*par.*1. *recent. & in Bononien. de Desiderys coram Rederendiss. D. meo Decano, qua est decis.*279. *num.*8. *par.*5. *recent.* Vbi quod incertitudo quotæ certificatur per quotam possessam à Successore Testatoris, quam sequuta est *Rota in d. Auximana fideicommissi* 28. *Ianuarij anni preteriti coram me* §. *Quia cum ex prædictis*; quæ conclusio procedit absque difficultate quando, *prout hic*, vltra successiuam possessionem hæredis in eodem loco, in quo

9 possidebat Testator, † concurrunt etiam alia adminicula *iuxtà cons. Fulgos.*145.*num.*1. *Maresc. var.resol.lib.*1.*cap.*12.*num.*49. *Rota decis.*706.*num.*2 *verb.Nam licet par.*2. *& decis.*120. *num.*18. *par.*6. *recent.*

Quo vero ad alteram Petiam nuncupatam *del Prato*, vltrà prædictum Inuentarium concurrit etiam locatio facta ab eodem Paulo Testatore de anno 1594. pro annis 12. quæ

10 cum sit adminiculata † probat possessionem locantis *Menoch.cons.*1110. *num.*27. *in fin. ver.*2.

 acci-

accidit & num.26.ver.7.probat Peregr.de fid.art.44
num.14.Add.ad Greg.decis.6.num.4.Rota post Pacis.
de Salu decis.294.num.2.vers. Quia dicta Testium,
& d. Auximana fideicommissi coram me 13. Ianua-
ry 1640. §.Iunctis præsertim, & 27. Ianuarij 1641.
§. ex hac igitur, & seqq.

Nec releuat quod d.petia in Inuentario fue-
rit descripta sub vocabulo Sainbianco, in In-
strumento verò locationis factæ à Paulo fi-
deicommittente describatur sub vocabulo,
di Selua Lepora. Quia hæc duo vocabula
sunt promiscua, & communia eidem Con-
tradæ, quæ ideò non confundunt identitatem
eiusdem petiæ per hanc solam variationem
nominis, quæ reuera substantiam non immu-
tat. Maximè cum concordent aliæ demon-
strationes, nimirum vnum Petium Terræ nũ-
cupatum il Prato, quod nomen del Prato, cum
11 sit singulare † sufficit ad probañ identitatem
Pedroc.cons.39.nu.4..cons.175.Peregr.cons.48.nu.18
vol.1. Vbi etiam in fine testatur ita vidisse iu-
dicari, & de fid.art.43.num.45.vers.hic autem &c.
vbi concludit tali casu fundatam esse intentio-
nem fideicommissarij contra possessorem Rot.
decis.131.num.5. vers. vlterius d. Identitas, & in
Ferrarien. seù Comaclen. bonorum de Nassellis 7.
Iunij 1627. coram bo. me. Coccino,

Prædictaq; comprobantur tàm ex eo quod
Romulus hæres grauatus de tempore obi-
tus Pauli Testatoris eius Patris erat Infans,
12 qui † propterea cum non potuerit sua indu-
stria hæc bona acquirere, præsumitur illa
habuisse à Patre, non autem aliunde acquisi-
uisse Ias.cons.5.nu.9.lib.1.Menoch.cons.277.nu.12.
lib.3.Gratian.discept.788.num.15. & seqq. Buratt.
decis.834.num.6. Rota decis.67.num.14. par.5.rec.
& in Perusina de Gratian. 21.Maij 1629. §. Quam-
uis coram bo.me. Card.Vrili, quam etiam ex con-
fessione d. Medusæ, quæ medio Iuramento
respondens ad positiones fassa est prædicta bo-
na, & alia in Inuentario descripta esse hæredi-
taria Pauli fideicommittentis, quæ declara-
13 tio † sufficeret ad probañ identitatem Ciriac.
contr.192.nu.12. vers.quoad Testium Rota dec.118.
num.2.vers.quibus accedit, & decis.160.nu.1. par.5.
rec. & in Rhegien. bonorum 15. Martij 1635. coram
bo.me. Coccino.

Non obstat quod confessio d.Medusæ ema-
nauerit post cessionem factam ad fauorem
Seminarij, & sic post Ius ipsi quæsitum, cui
propterea illa præiudicare non potuit, quia
14 cum d. Confessio † emanauerit per viam de-
clarationis, & quoad Inuentariũ à se ipsa con-
fectum sit verisimilis, ac plura habeat admi-
nicula præiudicat d. Seminario Cessionario
etiam post Ius illi quæsitum Riui.Ium.cons.131
num.9. & cons.200. num.13. Surd. decis.29. num.6.
& 7.Rota decis.5.num.1. & 2.par.5.rec.

Minus releuat quod Pater dd. de Boncam-
bijs Procuratorem constituerit ad capiendam
possessionem bonorum Vincentij, & quod
Procurator etiam de bonis prædictis possessio-
nem acceperit. Quoniam cum in mandato
specifica bonorum expressio facta non esset,
15 vtique actus, seù voluntaria, † & erronea
d. Procuratoris declaratio patri dd. Liuij, &
Dominici præiudicare non potuit Rot.dec.188.
num.10. & decis.206.num.4.par.5.recent.

Potissimè cum talis declaratio fuerit etiam
ab illo reuocata, prout potuit etiam non
16 docto † de errore reuocari Rota coram Verall.
decis.198.num.1.par.1. & decis.613. num.9. par.1.
diuers. & in recent.d.decis.188.num.11. in fin. & d.
decis.206.num.4.par.5.

Non obstat quod huiusmodi bona proue-
nire potuerint ad Paulum Testatorem ex præ-
tenso anteriori fideicõmisso Vincentij. Nam
vltra quod obiectum non iustificatur in facto
quando etiam illa à d.Vincentio Auo proue-
nissent adhuc Immissio ad fauorem Liuij, &
Dominici retardari non posset cum de ass. fi-
17 deicommisso Vincentij non constet, † nec
quod istud clarè, & incontinenti ad fauorem
Romuli fuerit purificatum Rota decis.755.nu.3.
par.3.recent. & decis.520.num.5. & 6. par.1.diuers.

Tanto minus cum nec appareat quod isti
in dicto fideicommisso vocati fuerint. &
propterea donec discutiatur comprehensio,
vel exclusio, non est denegañ Immissio ex
18 Testamento † Pauli, in quo, vt per duas de-
cisiones fuit resolutum constat illos esse vo-
catos Rota d.decis.755.num.2.par.3.rec.

Proptera dd. Liuio, & Dominico ex per-
sona d. Pauli, qui eos in Testamento vocauit
competeret detractio legitimæ Trebellianicæ,
& dotis maternæ super ass. fideicõmisso Vin-
centij Patris, & Aui respectiuè. Vnde ex hac
19 quoque ratione Immissio † retardari non
posset, vt in puncto Rota d. decis.755. num.2.
vers. Vltra quod pro responsione par.3.recent.

Neque visa fuit obesse exceptio retentio-
nis prætensæ ex persona d. Medusæ pro suo
20 credito dotali, quia cum illius † dos consistat
in certis, & particularibus bonis non æstima-
tis, ipsa bona venirent restitueñ, non autem
bona fideicommisso subiecta Rota decis.249.
num.20.par.6.

Minus obstat alterum ass. creditum eiusdẽ
Medusæ pro summa scut. 300. quæ dicuntur
peruenisse ad manus Pauli Viri occasione ex-
tinctionis aliquorum Censuum dotalium,
quia cum ipsa Medusa, omnia bona hæredi-
taria d. Pauli occupauerit, eiusque patrimo-
nium administrauerit, nec rationem reddide-
21 rit, præsumitur de omni suo † credito satis-
facta Rota decis.14.num.9. decis.130.numer.15. &
decis.391.num.8.par.5.recent. & in Romana admini-
strationis Tutelæ coram Penia impress.apud Marches
par.1.fol.828.num.1.

Denique non visa fuit subsistere altera pen-
sio, nimirum quod Medusa in Testamento
Pauli fideicommittentis tamquam proximior
de agnatione cessante linea effectiua eiusdem
Pauli fuerit vocata æqualitèr cum Volumnio
Auctore dd. Lelij, ac Dominici, proindeq;
medietas eius hæreditatis ad ipsam spectare
debebat. Quia animaduertebant Domini,
quod Paulus vocauit Cippum, & proximio-
22 res de sua agnatione, ac propterea † censetur
exclusisse Medusam vti fœminam Peregr. de
fideic.art.22.num.29. Gratian.discept.157.num.15.
Vin.decis.10.num.19.lib.1.

Præ-

Præsertim cum eam priuauerit legato liberationis à redditione rationis casu quo transierit ad secundas Nuptias, unde cum ipsa
23 secundò nupserit censetur etiam exclusa à successione, quatenùs aliàs sub generalitate verborum inclusa fuisset *iuxtà cons. Rom. 143. num. 6. in fin. & seqq. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 15. num. 15. & 16. vers. sed ego puto Trentacinq. de subst. par. 1. cap. 12. num. 16. vers. Item ex dictis in Testamento.*

Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 7. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Constitutio ægidiana quibus concurrentibus intret, & an illa possit allegari in qualibet instantia.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana prohibens appellationem suspensiuam in possessorio habet locum in qualibet instantia.*
2 *Causa semel effecta appellabilis semper talis remanere debet.*
3 *Aegidiana cum per viam legis vniuersalis excludat appellationem suspensiuam potest opponi in qualibet instantia etiam in casu quo prima sententia sit lata contra actorem, & secunda pro actore.*
4 Decis. coram Caual. 105. & in Anconitana hæreditatis 21. Martij 1616. coram Vbaldo declarantur.
5 *Clausula*, Quam, & quas, *apposita in commissione operatur, vt Iudex possit procedere super negotio principali tanquam in prima.*
6 *Commissio dicitur effecta communis per vsum illius etiam absque partis citatione.*
7 *Sententia in causa prophana sustinetur etiam actis non integrè transportatis quando acta deficentia non inferunt quod Iudex iniustè processerit licet secus sit in causa Ecclesiastica in qua integra actorum transportatio requiritur.*
8 *Ordinariè, & non executiuè debet procedi contra creditores Testatoris, seù ab illis causam habentes.*
9 *Termini substantiales funguntur vice libelli.*
10 *Peritorum relationes non possunt impugnari ab illis qui acquieuerunt, & non appellarunt.*

DECISIO DCLXIV.

PLACVIT DD. decisio emanata in hac Causa sub die 10. Iunij anni præteriti coram Eminentiss. Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditore, in qua firmatum fuit esse locum Aegidianæ ad fauorem Caroli de Masijs, & Melchiorræ eius Sororis, quia cum agatur de sententia lata in Iudicio Immissionis contra Gambucios ex remedio *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* Vtrique intrat Constitutio Aegidiana prohibens appellationem suspensiuam in similibus Iudicijs possessorijs, etiamsi versemur in secunda Instantia, cum dicta
1 Constitutio † locum habeat in qualibet instantia, prout in specie firmat *Contard. in l. vnic. C. si de moment. possess. in tit. de Aegidiana qu. 4. num. 5. & seqq. Rota coram Put. decis. 4. eod. tit. de Aegid. & in 3. par. diuers. lib. 2. decis. 201. num. 1. & coram Caual. decis. 42. & decis. 69. vtrobiq; num. 1. cum alijs alleg. in d. decis.* & fuit dictum *in Camerinen. Spolij 29. Aprilis anni præteriti coram me in §. Nec visum fuit releuare.*

Nec dicatur d. conclusionem, quod Aegidiana locum habeat in qualibet instantia procedere solum in casu, quo prima sententia lata est ad fauorem Actoris, qui si non opposuit de Aegidiana, vbi Reus appellauit, poterit nihilominus illam opponere etiam in secunda, vel vlteriori instantia, in qua similem sententiam fauorabilem, vel primæ confirmatoriam obtinuit, secus autem quando, *prout hic*, Actor in prima instantia reportauit sententiam contrariam, à qua deinde appellauit, quia tunc si ille in secunda Instantia obtineat sententiam fauorabilem non videtur pos-
2 se opponere de Aegidiana, cum Causa † semel effecta appellabilis, semper talis remanere debeat iuxtà regulam non debet Actori *de reg. Iur. in 6.* prout in his terminis dicebatur fuisse resolutum *à Rota coram Caual. decis. 505. per tot. & in Anconitana hæreditatis 21. Martij 1616 coram bo: me: Vbaldo.*

Quoniam placuit responsio data in eadem decisione *in §. Non etiam obstare visum fuit*, nimirum, rationem ob quam reijcitur appellatio suspensiua in similibus Iudicijs possessorijs non fundari in æqualitate, quæ in Iudicijs obseruari solet, adeout appellatio suspensiua, quæ licuit Actori in prima instantia licita sit etiam Reo appellanti in secunda Instantia; Sed in d. Constitutione Aegidiana, quæ cum generalitèr, & per viam legis vniuersalis exclu-
3 dat † appellationem suspensiuam potest opponi indistinctè in qualibet instantia, & sic etiam in casu, quo prima sententia lata sit contra Actorem, & in secunda pro Actore, prout in specie fuit resolutum *in Perusina Successionis de Alphanis 1. Februarij 1634. coram me post princ.* quæ deinde fuit confirmata *sub die 19. Iunij eiusdem anni*, & in istis terminis videtur etiam loqui *Rota decis. 200. nu. 1. & 2. par. 3. lib. 2. diuers. & in Romana Domus coram san. mem. Clem. VIII. impress. post Marches. de Commiss. par. 1. fol. 949. in fine.*

Nec applicantur decisiones exaduerso allegatæ. Quoniam illę, vel loquuntur in casu quo secunda sententia reuocaret præcedentem latam in priori instantia, & sic contine-
4 ret mixturam, † in quibus terminis loquitur *Caual. d. decis. 505.* vel in casu, quo secundus Iudex non potuit procedere, prout in prima, in quibus terminis loquitur *decis. in d. Anconitana hæreditatis coram Vbaldo.*

At sententia, de cuius executione agitur, nullam continet mixturam, & Iudex appellationis processit vigore commissionis habentis
5 clausulam *Quam, & quas*, quæ † operatur vt ille possit procedere super negotio principali tamquam in prima *ex relat. per Add. ad Buratt. decis. 405. nu. 16.* & in specie ad effectum Aegi-

dianæ dictum fuit *in d. Perusina de Alphanis* 1. *Februarij* 1634. *coram me in* §. 1. *vers. præsertim stante clausula*, quam sequuta fuit *Rota in eadem decisione quæ reuidetur in fine*.

Nec visa fuit subsistere exceptio nullitatis, & iniustitiæ opposita contra dictam sententiam ad effectum euitan Aegidianam.

Non enim subsistit prima nullitas ex eo ducta quod Commissio appellationis interpositæ pro parte dd. de Gambuciis in parte, & partibus præiudicialibus à prima sententia lata contra Masios Actores, licet fuerit præsentata in Rota bo: me: Remboldo, non tamen effecta fuerit communis, cum nulla interueniat Citatio ad dicendum contra d. Commissionem pro parte dd. de Gambucijs Impetrantium: Vnde inserebatur sententiam Immissionis de cuius executione agitur vti latam absque noua Commissione à R. P. D. meo Ghislerio Successore d. Remboldi fuisse nullam ex defectu iurisdictionis. Quia cum Gambucij mediante eorum Procuratore non solum petierint d. Commissionem, & vigore illius obtinuerint Citationem cum Inhibitione, verum etiam Iura produxerint, plures instantias, ac protestationes fecerint, ad aliosq; actus positiuos deuenerint, satis constat eos
6 fuisse vsos d. Commissione, † quæ proinde effecta fuit communis, etiam si Masij contra illam citati non fuissent, prout fuit dictum *in Hispalen. Præeminentiarum* 16. *Decembris* 1618. *coram bo. me. Vbaldo*, quam referunt *Add. ad Greg. XV. decis.* 552. *sub num.* 7. *vers. prædicta tamen omnia*, & *Add. ad Buratt. decis.* 138. *litt. B. vers. si verò constet impetrantem*.

Minùs subsistit altera nullitas desumpta ex eo quod eadem sententia lata fuerit actis non integrè transportatis. Quia non versamur in causa Ecclesiastica, in qua habet locum S. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. §. præterea requirens transportationem omnium actorum etiam irreleuantium, in quibus terminis loquuntur auctoritates exaduerso allegatæ
7 so allegatæ; sed in causa prophana, † in qua sententia sustinetur etiam actis non integrè transportatis, quando, *prout hic*, acta quæ deficiunt, non sunt releuantia ad inferendum, quod Iudex iniustè processerit, prout pluribus relatis declarat *Add. ad Buratt. decis.* 405. *num.* 18. & *seqq.*

Neque obstat tertia ex eo desumpta, quod non potuerit procedi via executiua contra dd. Gambucios propter cessiones habitas à Creditoribus Testatoris, ob quas dicebatur illos
8 euasisse legitimos † Contradictores, & proinde contra eos debuisse agi via ordinaria ex cumulatis *à Rota coram Buratt. decis.* 212. *num.* 1.

Quia pro responsione sat esse dicebant Domini quod ass. Cessiones, & Credita non iustificantur.

Demum non obstat quod d. sententia lata fuerit absque libello, quia obiectum cessat ex terminis substantialibus in Iudicio Immissio-
9 nis seruari solitis, cum illi † fungantur vice libelli, vt fuit dictum *in Romana assignationis domus* 6. *Nouembris* 1628. *coram d. Eminentiss. Card. Verospio*, prout etiam Commissio ipsa *Speculat. de libell. concept.* §. *nunc dicendum num.* 5. *lib.* 4. *Felin. in cap. ad audientiam il secondo num.* 12. *post med. vers.* & *quod non sit opus libello tit. de rescript. Cas. de Grass. decis.* 1. *num.* 5. *de Iudic.*

Quo verò ad prætensam Iniustitiam eiusdē sententiæ non obstant ea, quæ inculcabantur ad impugnandum statum hæreditatis Testatoris. Siquidem illa non fuerunt habita in consideratione, cum in actis adsint relationes Peritorum à Rota deputatorum, à quorum relationibus cum ipsi Gambucij non appella-
10 uerint, sed potius illi acquieuerint, † censentur eas approbasse, nec possunt hodie illas ampliùs impugnare, vt fuit dictum *in Foroliuien. bonorum* 10. *Iunij* 1622. *coram Illustriss. D. meo Merlino Dec.* & *in Bonon. pretij Virid.* 1. *Iul.* 1622. *coram bo. me. Vbaldo*, & *in Tiburtina administrationis, seù redditionis rationis* 9. *Decembris anni præteriti coram me*.

Reliqua visa fuerunt abundè sublata in alia decisione, cuius fundamenta adhuc hodie placuerunt.

Et ita vtraq; &c.

BONONIEN. DE GLAVARINIS.

Veneris 2. *Maij* 1642.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta vtilia* & *necessaria sunt reficienda.*
2 *Melioramenta necessaria sunt reficienda etiam malæ fidei possessori.*
3 *Hoc procedit siue melioramenta consistant in faciendo siue reficiendo.*
4 *Melioramenta facta in reaptandis stabulis, fenili,* & *similibus pro reponendis fructibus dicuntur necessaria.*
5 *Stabulum, fenile* & *remissa respectu palatij dicuntur necessaria.*
6 *Impensa facta pro refectione ædificij combusti ex causa casus fortuiti venit reficienda.*
7 *Incendium quando procedit impetu ventorum dicitur casus fortuitus.*
8 *Nemo præsumitur sibi voluntariè damnum inferre.*

DECISIO DCLXV.

POSTQVAM de Glauarinis fideicommissarij ex remedio *l. fin. C. de D. Adr. Toll.* obtinuerunt immissionem super Prædio Cadriani, fuit datum dubium an cōstaret de melioramentis factis in eodem Prædio per Dominos de Pieritijs, quod sub die 29. Maij 1641. fuit affirmatiuè resolutum, nempe constare de dd. melioramentis, illaque ascendere ad lib. 7531. & in ista summa per dd. fideicommissarios esse reficienda; Cui resolutioni non acquiescentibus dd. fideicommissarijs, & iterum causa super iisdem reproposita Domini steterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in decisione deductis, contra quæ nihil

lui relevans hodie deductum fuit.

Constat siquidem per Testes, ac relationes Peritorum in præterita positione exhibitas Pie
1 ritios plura fecisse melioramenta† non solum vtilia, sed etiam necessaria, quæ propterea veniunt reficien *l.1.§.inter necessarias & l. impensæ necessariæ 14.ff.de imp.in reb.dot.fact. Surd.dec.300 num.3.&* 4. quod procedit non obstañ protestatione facta per fideicomissarios ipsius Pieritij de non fabricando, quia certum est etiã
2 melioramenta, † quando prout hic, sunt necessaria, esse etiam reficienda malæ fidei possessori, *l. planè 41. vers. sed benignius est ff.de pet. hered.l.Domum in fin.vbi glos.in verb. fuerint.C.de rei vendic.Bart.in l.in fundo 39.nu.6.& num.11.ff. de rei vind.* & hoc habet locum siue meliora-
3 menta consistant in faciendo, siue in reficien, cum semper illa deducantur, *Boer. dec.44. n.7. cum alys relatis per Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.*514.

Non obstat, quod melioramenta respectu stabuli, tegetis, fenilis, & remissæ prætendantur non deberi eo sub prætextu, quod non valeant inter melioraméta necessaria reficien per fideicommissarium enumerari, ea ratione quod non sint talia, sine quibus prædium fuisset periturum, quia hoc tollitur, ex quo
4 satis apparet illa fuisse necessaria,† dum inseruiebant pro custodiendis Animalibus, reponendis fructibus, & similibus, quæ inter necessaria connumerantur, *Castr.cons.270.sub numer.4.vers. Quantum autem ad ædificia lib.2. Ruin. cons.157.num.21.vers.sine quibus lib.1.* Vbi quod cum Palatia nõ possint habitari sine stabulo,
5 remissa, & fænili,& similibus, ista † dicuntur necessaria, *Peregr. de fid. art.50. num.7. in princ.* vbi dicit hoc procedere etiam si fiat noua constructio, & prima ædificatio demoliatur.

Non obstat, quod expensa facta pro reædificañ stabulo non sit reficieñ ex quo d. stabulum fuit igne consumptum, cum regulariter inhabitantium culpa contingat incendium, Quia vltra quod ædificium non inhabitabant Pieritij, sed Coloni remouetur difficultas ex quo per testes, qui dantur, benè probatur. Incendium prouenisse vi ventorum, quod solet aliquando euenire in locis, vbi fœnum conseruatur, vt est notum, & patet etiam ex fide Peritorum, quæ fuit exhibita. Vndè cũ iste casus fuerit merè fortuitus, & non euenerit culpa inhabitantium venit reficieñ sum-
6 ma † impensa pro reaptatione, seu refectione istius ædificij, *l.Incendium 11.ff.si cert. pet.l.in rebus 18. ff.commod.* Et in terminis quod incen-
7 dium ortum propter vim ventorum dicatur casus fortuitus, *Farin.de testib.quæst.110.nu.142. Rol.cons.95.num.22.& seq. lib.2.* vltraquod benè etiam excluditur culpa Peritorum, ex quo per d.Incendium plurima Animalia ad ipsos spectañ combusta fuere, vt deponunt iidem
8 Testes, cum nemo præsumatur sibi voluntariè damnum inferre *Farin.d.quæst.110. num.86. 90.& sequen.*

Et ita vtraque &c.

MESSANEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Lunæ 22. May 1642.

ARGVMENTVM.

Subrogatio gratiosa quibus concurrentibus detur & quando dicatur lis esse super titulo, & sine calumnia.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Litteræ Apostolicæ quando sunt iustificatæ paratam habent executionem.*
3 *Immissio vigore subrogationis conceditur quoties cõcurrunt illa tria nempe lis cum defuncto, Clericatus, & obitus in possessione collitigantis.*
4 *Subrogatio gratiosa vt intret requiritur lis super titulo, & quando dicatur ista concurrere.*
5 *Sufficit tamen si probetur eo modo quo fuit Papæ narrata.*
6 *Subrogatio gratiosa ex lite calumniosa obtineri non valet.*
7 *Concursus quando dicatur inualidus ob interuentum personæ, quæ caret requisitis examinatoris Synodalis.*
8 *Lis vt non dicatur calumniosa ad effectum impetrãdi subrogationem gratiosam sufficit qualibet causa litigandi colorata.*
9 *Acta faciunt notorium & sic non egent alia iustificatione:*
10 *Citatio non requiritur quando quis non est in causa nec potest impedire immissionem subrogato gratiosè ob iustificationem suæ subrogationis.*
11 *Subrogatio gratiosa ad ius & possessionem defuncti operatur quod possessio, quæ erat penes collitigantem defunctum dicatur translata authoritate Papæ subrogantis in subrogatum.*

DECISIO DCLXVI.

PENDEBAT lis super Archipresbyteratu de quo agitur inter Marcellum Impallomenum ex vna, & Bartolum de Flore, ex alio, quo defuncto Impallomenus obtinuit subrogationem gratiosam ad Ius, & possessionem illius, ac litteris expeditis Rota præuia decisione emanata sub die 29. Aprilis anni præteriti coram R.P.D. Cerro concessit ei mandatum de immittendo. Interim Episc. Messaneñ contulit eũdem Archipresbyteratũ Antonio Leoni, qui adita Signatura Iustitiæ, obtinuit causam suæ prætensæ appellationis à dicto mandato de immitteñ sibi committi cum clausula parito litteris arbitrio Rotæ. Vnde disputato hodie dubio, An illud intraret pro retardañ executione dd.litterarum, negatiuè fuit responsum.

Notoria siquidem est conclusio quod arbi-
1 trium † regulatur à Iure *Bart. in extrau. ad reprimendum in verb.vndebitur num.8. Cas. de Graff. decis.7.num.7.& decis.8.num.2.tit.de sent.& re iud. Rot.decis.349.sub num.1.par.1.diu.& decis.395.sub num.1.par.1.recent.Gregor.XV. decis.349. num.3. Caual.decis.63. num.1.* & passim in alijs. De
2 Iure autem litteræ † Apostolicæ paratam habent

bent executionem, quando, prout hic, sunt iustificatæ, *Mohed. decis.13.post med. vt lit. pend. Rot. decis.558.num.2.par.1.& decis.348. nu.1. p.5. & decis. 109.n.22.p.6.recent.*

Litteras autem subrogationis gratiosæ, quas Impallomenus obtinuit esse iustificatas liquet ex Iuribus, ac fundamentis plene deductis in prædicta decisione R. P. D. mei Cerri, ex quibus apparet illum verificasse litem cum Bartolo prædefuncto, proprium Clericatum, & obitum in possessione eiusdem Bartoli Colli-
3 tigantis quæ sunt † requisita necessaria ad effectum obtinen. Immissionem vigore subrogationis gratiosæ absque alia narratorum verificatione, *Mohed.decis.10.num. 2.& seqq. vt lit. pend.Seraph.decis.990.num.1.cum aliis relatis in d. decis.in princip.*quibus addi possunt cumulati à *Garz. de benef. par.6.cap.4.num.4. & 16. cum seq. & à Rot.decis.7.num.8.par.7.recent.*

Nec dicatur non probari litem super titulo
4 beneficij, qualis requiri † solet adhoc vt intret subrogatio. Quoniam illa redditur indubitata tàm in cōmissione lactationis, & lactationum quam Bartolus obtinuit contra Impallomenum absque vlla dictione taxatiua respectu possessorij, quàm etiam ex altera Commissione eiusdem Impallomeni narrantis in ea se Prouisum Apostolicum, iunctis præsertim clausulis quam, & quas vna cum incidentia, & dependen. ac toto negotio principali in vtraque Commissione adiectis, ex quibus negari non potest, quin lis fuisset introducta etiam super petitorio, & sic beneficiū esset effectum litigiosum iuxta conclusiones in eadem decisione firmatas in §. *nec dubitari potest, iuncto §. seq.* Et in omnem euentum suf-
5 ficeret quod lis † esset probata eo modo, quo narrata fuit adhoc vt sit locus d. gratiosæ subrogationi, etiam si in possessorio tantum introducta fuisset *Sarn.super reg.de trien.q.11.n.13. in fin.vers.vbi vero Seraph.decis.990.num.7.Rot.in nec.decis.71.num.12.p.9.*

Nec subsistit hanc litem fuisse calumniosā,
6 proindeque non † suffragari ad effectum obtinen. gratiosam subrogationem, *Mandos.super reg.Cancell.tom.2.in reg 29.de subrog.Collitig. q.11. n.6.* cum alijs ibidem relatis.Siquidem Impallomenus impetrauit à Sede Apostolica hunc Archipresbyteratum vti deuolutum ob inua-
7 liditatem concursus † resultan. ex eo quod in illo interuenit, ac votum tradidit, prout deponunt Testes formiter examinati pro parte eiusdem Impallomeni, quidam Religiosus Societatis IESV, qui non erat deputatus Examinator Synodalis, neque præstiterat Iuramentum fideliter exequen. hoc munus, quacunque humana affectatione postposita, neqs se subscripserat cum aliis Examinatoribus attestan. de idoneitate Concurrentium iuxta formam præscriptam à Sac. Concil. Trident. *sess.24.cap.18.de reform.* ac reiteratas declarationes illius Cōgregationis sæpius à Rota canonizatas in causis relaris à *Garz.de benef. p.9. c.2. sub num.83. cum seq.* & fuit etiam dictum in *Nicien. Parochialis 25. Iunij 1629. coram bon. me. Card.Virili.* Vnde satis apparet litem intro-
ductam super eodem Archipresbyteratu contra Bartolum prædefunctum fuisse instan. & sic excludi omnem suspicionem prætensæ ca-
8 lumniæ cum pro illius exclusione † sufficiat qualibet litigandi causa colorata etiam leuis adhoc vt intret regula de subrogan., *Rebuff. in in prax. super eadem reg.glos.7.num.3.Seraph.decis. 1165. num. 10.Gregor.XV.decis.27.num.5.& decis. 426. num.6.par.4.recent.& in Conchen. Archipresbyteratus coram Litta apud Marches.de Commiss.p.1 fol.516.num.3.*

Minus subsistit Impallomenum non expediuisse litteras prædictæ suæ prouisionis Apostolicæ, quia contrarium apparet ex eisdem litteris in actis productis sub die 3. Martij
9 1630. quæ acta † cum faciant notorium, non egent alia probatione, *Felin.in cap.afferte nu. 5. vers.fallit in notorio de præscript.cum alys relatis à Menoch.de arbitr.lib.2.cas.166. num.6. & à Gratia discept.foren.cap.638.num.11.cum seq.*

Denique non releuat quod Antonius Prouisus ab Ordinario non fuerit citatus in concessione mandati de immitten. relaxati à Rota ad fauorem Impallomeni vigore dictæ su-
10 brogationis gratiosæ, quia cum ille † non esset in causa, neque posset impedire Immissionem impallomeno habenti subrogationē gratiosam iustificatam citari nō debuit, *Felin. in cap.Ecclesia S.Maria sub num.26. vers. ad idem quod de Constit. Oldr.cons.95.ad fin.Soccin.cons.87. num.21.vers.ex quibus patet lib.3.Gabr.de citat.concl.1.num.332. ver.16. limita Rota decis.207. sub num.9.ver.Item quia p.4.diuers.& in recent.dec.733 num.9.in fin.par.2.*

Præsertim quia d. Antonius intrusit se in possessionem huius Archipresbyteratus vigore ass.prouisionis factæ ad sui fauorem ab Ordinario, postquam Impallomenus obtinuerat subrogationem gratiosam ad Ius, & possessionem Bartoli defuncti, cum subrogatio gratiosa supposita lite, aut reseruatione beneficij controuersi operetur vt possessio, quæ erat
11 penes defunctum Collitigantem † dicatur translata auctoritate Papæ subrogantis in ipsum subrogatum absque alio ministerio, *Cassad.decis.1.num.3.vt lit.pend.Mantic.decis.71.nu.3. Rot.decis.472.num.2.par.5.lib.3.diuers. cum relatis per Lotter.de re benef.lib.2.q.20.n.188.& seq.*

Et ita Impallomeno informante altera parte sæpius citata informare recusante resolutum fuit,

BONONIEN. FIDEICOMMISSI de Glauarinis.

Veneris 13. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1. *Pactum francandi quando est de hareditate fideicommittentis consequenter acquisitio facta ab eius haredibus censeri debet facta pro hareditate.*
2. *Hæres grauatus non tenetur fideicommissarys restituere*

tuere prædium, ex proprijs pecunijs francatum nisi sequuta prius integrali satisfactione & quid in hærede omittente confectionem inuentarij.

3 *Res pro dote semel à fideicommisso distracta semper remanet libera ab illius nexu.*

4 *Retentio sine possessione non potest competere.*

5 *Possessio requirit actum facti.*

DECISIO DCLXVII.

POSTQVAM præuijs multis decisionibus in hac causa emanatis coram R. P. D. meo Ghislerio fuit per Rotam concessa immissio DD. Glauarinis super omnibus bonis Caduani, fuit per DD. Pieritios oppositum de excessu in executione quoad Prædium nuncupatum della strada sub prætextu, quod non esset fideicommisso q. Gherardi senioris, & Alexandri de Glauarinis suppositum. Vnde posito super hoc particulari dubio sub die 4. Maij 1640. coram R.P.D. meo Roias fuit resolutum non constare de excessu, & vlterius firmatum fuit Prædiũ, de quo agitur, affrancatũ à Gherardo Iuniore, & eius filijs vti hæredibus, & donatarijs Antonij, quibus vti talibus Ius affrancandi competebat remansisse suppositum d. fideicommisso, cui resolutioni non acquiescentibus Pieritijs, & causa hodie iterum super eisdem proposita Domini steterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in decisione deductis. Bene siquidem iustificatur Prædium istud prouenire ex hæreditate Alexandri fideicommittentis, & sic fideicommissarijs debitum, cum pactum fran-
1 candi† fuerit de illius hæreditate, & consequẽter acquisitio facta ab eius hæredibus censeri debeat facta pro hæreditate, *Fusar. q. 627. n. 2. cũ alijs in decisione alleg.*

Non obstat, quod francatio facta fuerit ex proprijs pecunijs hæredum grauatorum, quibus propterea, & D. Petro Pieritio eius singulari successori denegari non potest retentio eiusdem pretij, donec fuerint satisfacti de pecunijs in dicta francatione solutis, cum gra-
2 uatus † non teneatur fideicommissarijs restituere Prædium ex proprijs pecunijs francatũ, nisi prius sequutâ integrali satisfactione ex *trad. per Decian. cons. 18. n. 18. vers. sed fideicõmissarius lib. 2. Rot. decis. 267. num. 1. vers. nam in restitutione fideicommissi par. 1. in rec.* Quia cum in dd. decisionibus in hac causa factis Rota firmauerit ex alienationibus factis ab hærede grauato præsumi sufficienter detractiones, & ex omissione Inuentarij insurgere vehementem præsumptionem contra dd. hæredes, & tutelare Inuentarium non suffragari, cessare videntur ea omnia, quæ ex persona grauatorum Pieritij prætendunt sibi competere, & dd. decisiones iuxta stylum veniunt supponendæ, præsertim cum in indiuiduo in eis fuerit firmatum pretium solutum pro affrancatione d. Prædij della strada non tribuere retentionem, cum veniat sub cæteris detractionibus absorptis à maioribus alienationibus, & ex præsumptione oriente ex omissione Inuentarij.

Non obstat motiuum hodie excitatum videlicet dato quod huiusmodi Prædium della strada sit suppositum d. fideicommisso, attamen cum Laura Vxor Gherardi Inuentarij, à quo D. Pieritius causam habet præmio Iudicis decreto pro consecutione suæ dotis illud elegerit vigore, *Auth. res quæ C. com. de leg.* Vtique remansit exemptum à d. fideicom-
3 misso, & intrat conclusio, quod † res semel à fideicommisso distracta pro dote ex Iuris remedio semper remaneat libera, *Rot. decis. 312. num. 46. par. 6.* Quia remouetur obiectum, ex quo nullibi probatur d. Lauram vnquam possedisse istud Prædium sine qua possessione nõ
4 potest competere retentio *Vive. de Franc. decis. 527. num. 11. Rota apud Post. de manut. decis. 140. num. 10.*

Nec d. possessio potest elici ex declaratione ab eadem Laura facta, quod intendebat sibi satisfacere super hoc Prædio. Nam certum est huiusmodi declarationem nõ posse indu-
5 cere possessionem, quæ requirit actum facti, *l. licet 4. C. de acq. poss. Ciriac. contr. 300. num. 35. Mantic. decis. 191. num. 2.* vltra quod etiam non probatur dotem fuisse restitutam Lauræ, & consequenter d. Prædium fuisse liberatum à fideicommisso. Imò de contrario videtur cõstare ex Apoca venditionis, qua Gherardus eius maritus tantum suo nomine proprio vẽdidit istud Prædium absque vlla mentione d. Lauræ, quapropter cum non constet de d. dotis restitutione in isto Prædio, nec quod Laura illud possederit, sequitur retentionem nõ cõpetere D. Pieritio eius Cessionario, & propterea executionem factam vigore mandati Rotalis fuisse iustam.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

MELEVITANA HAEREDITATIS.

Veneris 16. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur ex calumniosa probatione facienda ac irreleuantia articulati.

SVMMARIVM.

1 *Probatio calumniosa dicitur si facienda petatur post decisiones, sententias rotales, rem iudicatam, ac denegatam restitutionem in integrum.*

2 *Remissoria vt post rem iudicatam denegetur suspicio calumniæ quamuis leuis suffragatur.*

3 *Remissoria denegatur ex eo solum quod articuli censeantur potius compositi ad decisiones & sententias destruendas quam ad probandam veritatem.*

4 *Amplia quando petitur in fine litis & in statu expeditionis.*

5 *Remissoria denegatur quando in partibus causa fuit discussa, & fuit ommissum facere probationes quæ commodius poterant fieri, & quæ factæ præsumuntur concludentiores si ibi testes fuerint examinati.*

6 *Testamenti series denotat testatorem non delirantẽ.*

7 *Remissoria denegatur si articuli sint irreleuantes.*

8 *Testes licet pauciores de sana mente Testatoris deponentes sunt praeferendi & ex quo agitur de probatione eorum quae consonant iuri communi & naturali.*

DECISIO DCLXVIII.

NON acquiescentes Andreas Vassallus, & litis consortes pluribus sententijs, ac decisionibus in hac causa coram R. R. P. P. D.D. meis Patriarcha Constantinopolitano, & Ghislerio, & coram me firmantibus validitatem secundi Testamenti q. Federici Attardi, in quo hęres reperitur institutus Io: Maria Attardus d. Federici Pronepos, dederunt articulos ad probañ dementiam d. Federici Testatoris. Vnde proposito dubio An esset concedeñ Remissoria Domini negatiuè responderunt.

Ea potissimum moti ratione, quia post tot decisiones sententias Rotales, res iudicatas, ac denegatam restitutionem in integrum nimis
1 calumniosa videretur † ista probatio concernens de directo contraria supradictis, *l. satis aperte 2. C. ad l. Corn. de fals. Rom. cons. 273. num. 3. vers. nec iu promissa*, & ibi *Add. littera C.* vbi alios
2 cumulat, cuius calumniae † suspicio etiam leuis suffragatur ad hoc vt post rem iudicatam Remissoria denegetur, *Seraph. decis. 1303. nu. 1. vers. non obstat, quod allegatur. Add. ad Gregor. XV. decis. 276. num. 1. in fin. vers. & tunc leuis*, cum articuli censeantur compositi potius ad dd. decisiones, & sententias destruendas, quam ad
3 probandam veritatem, & hoc † solum sufficeret ad denegañ Remissoriam, *Seraph. decis. 1460. num. 1. Gregor. XV. decis. 184. par. 1. & 16. Add. litt. A. Rot. in recent. decis. 825. num. 22. part. 4.*
4 maximè cum ea petatur in fine litis, & in statu expeditionis, vndè peti videtur ad expeditionem differendam, *Caual. decis. 87. nu. 2. Greg. XV. decis. 356. num. 8. Rot. in recent. decis. 45. nu. 2. vers. Tum ex eo par. 2.* & causa iam discussa fuerit in prima instantia, vbi meliores, & concludentiores fieri poterant probationes sicuti fa-
5 ctas fuisse praesumitur; dum ibi fuerunt alij Testes examinati, *Crauett. cons. 134. num. 3. Greg. XV. decis. 414. sub num. 1. Rot. in recent. d. p. 2. decis. 491. sub num. 2. & decis. 146. nu. 3. par. 5. & in Cordu ben. Decimarum de Lucerna 5. Iunij 1638. coram R. P. D. meo Carillo.*

Firmatur namque in dictis decisionibus, quod tempore conditi secundi Testamenti d. q. Federicus Testator erat sanae mentis, & hoc fuit probatum non solum ex quinque Testibus hoc plenè concludeñ; sed etiam ex serie
6 d. Testamenti, quae denotat † Testatorem nō delirantē, sed sanae mentis fuisse, *Io. Andr. in c. cum dilectus 3. num. 8. vers. in glos. hoc ideo de success. ab intest. cum alys relat. in dec. in hac causa emanata sub die 29. Maij 1637. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Constantinopolitano, vers. visum est enim.*

Nec obstat, quod in supradictis decisionibus, & sententijs fiat tantum mentio primi, & tertij Testamenti, & ideo non possint praeludi probationes respectu secundi, de quo nunquam fuit habita ratio.

Quia respondebant Domini satisfuisse de eo habitam rationem dum eius vigore fuit data manutentio. Io. Mariae posthabitis primo & tertio Testamento, reiectis etiam exceptionibus, quas contra illud opponebāt Vassallus, & litis consortes, & in prima instantia per Vicarium Meleuitanum, quoque fuit super eo iudicatum, vt ex sentētia data in summario Io: Mariae.

Alterum vero fundamentum denegationis
7 Remissoriae † fuit irreleuantia articulorum per *text. in l. ad probationem el secundo 22. C. de probat. Cassad. decis. 2. in princ. de dilat. Rot. in rec. dec. 406. num. 3. par. 2. rec.*

Irreleuantia desumitur, quia dato quod probata essent in articulis cōtenta tamen nō sufficerēt pro victoria causae, quia pro parte Io: Mariae adsunt Testes examinati cōcludentes mētis sanitatem d. Federici, & precipuè tempore conditi Testamenti, quibus in concursu aliorum contrarium probantium esset credendū licet in numero paucioribus, cum simus in
8 probatione † eorum, quae consonant Iuri cōmuni, & naturali, *Honded. cons. 78. num. 73. & 74. cum alijs alleg. per Rot. in recent. decis. 384. sub n. 9. part. 1.*

Minusque facit deputatio Curatoris, quia illa nulla, & inualida fuit, cum nec proximiores, nec ipse saltem Testator fuerint citati, prout necesse erat, vt fuit in hac causa firmatum. Imò amplius dum postea d. Federicus apparuit sanae mentis quatenus illi fuisset interdicta bonorum administratio ac Testamenti fractio, illam recuperauit, *vt fuit firmatur in d. decisione huius causa coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Panzirolo.*

Et ita vtraque parte informante &c.

TIBVRTINA ADMINISTRATIONIS, seu redditionis rationis.

Veneris 13. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Peritis Iudicialiter electis ac publicis estimatoribus alicuius ciuitatis plenè est deferendum.

SVMMARIVM.

1 *Peritis iudicialiter electis standum est.*
2 *Attestationi magistratus quem esse publicum aestimatorem statuit, cuius sit res spectans ad eius officium.*
3 *Peritorum relationi dicitur quis acquieuisse; & appellationi ab illa interpositae renunciasse quando fuit passus procedi ad vlteriora in causa.*
4 *Periti publici aestimatores probant fructus terrarum etiam si deponant de eorum iudicio.*
5 *Liquidatio fructuum cum sit difficilis probationis admittit leuiores probationes.*
6 *Aestimatio fieri debet habita ratione qualitatis rei.*
7 *Actus praesumitur factus prout de iure fieri debet.*

8 Pro-

8 *Probatio à solito desumpta in materia liquidationis fructuum passim admittitur.*
9 *Liquidatio circa quantitatem fructuum perceptorum fit iuxta solitum & sufficiunt leuiores probationes.*
10 *Testis de facto proprio facit plusquam semiplenam probationem.*
11 *Contra Tutorem seu administratorem dolosum sufficit qualibet probatio etiam per iuramentum Actoris.*

DECISIO DCLXIX.

CVM hodie reuideretur decisio emanata in hac causa sub die 9. Decembris anni præteriti, in qua firmatum fuit constare de credito D Lentuli 3500. 70. nempè in scutis 3077. 30. conflatis ex pluribus partitis descriptis ad creditum ipsius in libro q. Io: Baptistæ administratoris bonorum, & introituum q. Marci Antonij fratris, & Auctoris eiusdem lentuli, & in scut. 423. & bai. 40. conflatis ex sex alijs partitis non descriptis in eodem libro informantes pro D. Felice filia, & hærede d. q. Io: Baptistæ, non ausi fuerunt impugnare partitas descriptas in dicto libro. Quo verò ad sex alias in eodem libro non descriptas, illas pariter non controuertebant, excepta tamen partita scut. 127. pro fructibus triumrubrorum terræ aratiuæ,& pro octo arborum oliuarum in eis existentium, quam ponderabant non iustificari.

Primo ex eo quod illa fundetur in relatione Peritorum publicorum Ciuitatis Tiburtinæ quales non esse dicebantur.

Secundo quod prædicti Periti fuerint suspecti, & ab eorum electione fuerit appellatum.

Tertio quod illi referant per verba *possino fruttare*, quæ vti prolata per modum Iudicij nihil, vt dicebatur, ponunt in esse.

Quarto demum quod ijdem Periti deponnnt quoad fructus annorum supponentes Terras, de quibus agitur, quotannis reddere fructus, cum tamen illæ singulis annis non ferantur.

Quibus tamen non obstañ Domini steterunt in decisis.

Etenim quoad prędictam supradictã partitã attinet, illa satis iustificatur ex relatione dictorum Peritorum, qui retulerunt fructus dd. terrarum ascendere ad scu. 5. & bai. 30. pro quolibet rubro, & anno, quæ calculata spatio 8. annorum, quibus Io: Baptista exercuit administrationem constituunt d. summam sc. 127.
1 quibus † Peritis tamqnam iudicialiter electis standum est, prout vltra *alleg. in d. decis. tradunt Io: de Amic. cons. 102. num. 14. Neniz. cons. 94. n. 18 Rot. decis. 129. num. 6. Buratt. decis. 913. n. 3. Gregor. XV. decis. 536. nu. 1.*

Nec subsistit dd. Peritos non esse publicos Aestimatores Ciuitatis Tiburtinæ, quia tales illos esse apparet ex publica attestatione Priorum eiusdem Ciuitatis asserentium q. Rotiliũ de Altissimis, & Eusebium Terascenum electos ad æstimandum fructus dd. Terrarum fuisse, & esse publicos Peritos, & Aestimato-
2 res eiusdem Ciuitatis, cui † attestationi tamquam factæ à Magistratibus, seu Officialibus à publico deputatis de re spectañ ad eorum officiũ plena videtur fides adhiben. *Specul. in 2. p. tit. de probat. §. Videndũ restat. n. 15. Alex. cons. 206 num. 5. lib. 2. cum alijs in proposito relatis à Crauett. de antiqu. temp. par. 1. sect. 4. limit. num. 62. & seqq.*

Nec releuat quod dicti Periti fuerint recusati vti suspecti, quodque ab eorum electione fuerit exaduerso appellatum, quia placuit responsio data in *d. decisione in §. Nec dicatur nimirum*, illos tamquam æstimatores publicos eiusdem Ciuitatis non potuisse absque legitima causa recusari suspectos. Et in omnem euentum cum Felix ab eorum relatione non appellauerit, Imò illi acquieuerit, ac post relationem prædictam passa fuerit progredi ad vlteriora in causa, quam ipsamet quoque prosequuta fuit censetur appellationi (si quã interposuerat ab eorum electione) tacitè re-
3 nunciasse, † ac relationi prædictæ acquieuisse, *l. non distinguemus 33. §. cum quidem ff. de recept. arbit. cap. Iudex 5. §. per recusationem de offic. & postulat. Iudic. cum alijs allegatis in eadem decisione.*

Nec refragatur quod ijdem Periti referant per verba, *possono fruttare*, quia cum illi essent Aestimatores publici illarum partium, ac specialiter deputati ad æstimañ fructus dd. Terrarum, & sic adeò informati, vt non possent
4 decipi, † sufficienter probant fructus dd. Terrarum in quantitate prædicta, licet referant de eorum Iudicio, *Io: de Amic. d. cons. 102. n. 18. vers. & tamen peritis Paris. cons. 56. nu. 16. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 233. num. 12. lib. 3.*

Præsertim cum versemur in liquidatione fructuum, quæ cum sit difficilis probationis admittit leuiores probationes, *Caual. decis. 361. num. 3. Rot. in Auximana fideicommissi 26. Maij proxime præteriti coram me*, ac Testes etiam de pro-
5 prio Iudicio, & credulitate deponẽtes, *Seraph. decis. 1245. num. 7. Rot. d. decis. 277. num. 1. par. 3. recent.* Demum non obstat, quod illi referant quoad fructus 8. annorum, & nihilominus Prædia, de quibus agitur singulis annis non ferantur.

Quoniam licet dd. terræ non ferantur singulis annis, non propterea sequitur eas alijs annis nullos reddere fructus, cum annis quibus illæ non feruntur relinquantur ad vsum Pascuorũ iuxtà consuetudinem illarum partium. Vnde æstimatio dd. Peritorum venit intelligeñ habita ratione qualitatis dd. terrarum, adeout illæ computato vno anno cum altero reddant fructus in quantitate prædicta,
6 quia cum æstimatio † fieri debeat habita ratione qualitatis rei, *l. si quos 16. C. de rescind. vend. glos. magn. circa fin. in l. 2. C eod. cum alijs relatis per Mascard. de probat. concl. 651. num. 8.* præsumitur facta habita ratione eiusdem qualitatis, cum
7 actus † præsumatur factus prout de iure fieri debuit, *l. si duo 38. ff. de acq. hæred. Surd. cons. 19. num. 29. vol. 4. Cephal. cons. 25. num. 24. cum alijs in proposito cumulatis per Ciriac. contr. 162. numer. 17. vers. quod vero prædicta ædificia.*

Præ-

Prætereà resolnerunt Domini creditum D. Lentuli esse augendum pro infrascriptis summis.

Primo scilicet sextæ partitæ ponderatæ in eadem decisione pro fructibus sex annorum vnius vineæ, quos idem Io: Baptista omisit describere in dicto suo libro, quamuis enim Domini quoad dictam partitam, quæ erat sc. 67. & bai. 50. non essent concordes nisi pro scutis decem, vt dicitur in decisione, quæ reuidetur nihilominus hodie intentione Lentuli melius iustificata vno ore dixerunt illam esse ponend. ad creditum eiusdem Lentuli pro integra d. summa seu.67. & b.50. Quia reuera Io: Baptista administrauit d. Vineam, prout cætera bona spatio 8. annorum, & nihilominus descripsit in dicto suo libro fructus illius solummodo pro prædictis duobus annis 1625. 1626. in summa sc.23.& bai.50. ad rationem sc.11. & bai.25. pro quolibet anno, nulla deinde facta mentione, aut reddita ratione fructuum pro reliquis sex annis subsequentibus; Vnde illi veniunt calculand. ad eamdem rationem sc.11. & b.25. prout idem Administrator illos descripsit pro duobus annis præcedentibus, quo calculo attento constituunt d. summam sc.67. ba. 50. sumendo probationem à solito, seu consueto aliorum annorũ, in quibus fructus earumdem terrarum iuxta consuetudinem illarum partium in eadem quantitate percipi consueuerunt, cum talis

8 probatio † à solito desumpta in hac materia liquidationis fructuum tamquam difficilis probationis passim admittatur *iux. doctr. Bald. in l.si fundum 7.num.5.C.de rei vendic.& in l.1.numer.22.C.de fruct.& lit.expens.& cons.323.num.5. lib.2.Natt.cons.510.numer.4.lib.4.Surd.cons.293. num.31. cum alijs relatis in eadem decis. in §. sexta denique*.

Non obstat,quod alter ass. Peritus de consensu partium, vt dicitur electus referat fructus eiusdem Vineæ, pro reliquis sex annis æquasse expensas factas pro illorum recollectione, prætextu quod d.Vinea spatio d.temporis produxerit solum cados 20.Vini,quodque expensæ factæ in cultura Vineæ ascenderunt in totum ad sc.12. circiter,adeout calculando vinum ad rationem vnius scu.pro quolibet Cado supersint solummodo prædicta scuta decem. Quoniam omisso quod asserrũ computum detegitur admodum inuerisimile tam respectu quantitatis vini, quàm respectu valoris illius, & continet fructus solum pro quatuor, non autem pro omnibus sex annis, sat esse dicebant Domini quod nullibi constat fuisse electum, ant deputatum aliquem Peritum ad effectum liquidand. fructus prædictæ Vineæ, prout exaduerso supponebatur, nec minus relationem prædictam fuisse in actis productam, sed fuisse dumtaxat electum ab A.C. de consensu partium d. Ginum in Peritum, qui prædictis attentis declarauit Creditorem Lentulum etiam pro dicta summa sc. 67. & bai.50. pro fructibus dd.sex annorum, cui proptereà standum est ex Iuribus supra allegatis.

Præsertim cum vltra relationem illius concurrat hodie attestatio plurium Ciuium Tiburtinorum asserentium spatio d. sex annorũ nullum in Territorio Tiburtino euenisse sterilitatis, aut grandinis infortunium, quibus cessantibus eo faciliùs videtur admittẽda probatio ex consueto aliorum annorum desum-

9 pta, cum † illa etiam ex coniecturis deducatur, *Bald.in d.l.1.num.6.C.de fruct. & lit. expens. Natt.d.cons.510. sub nu.4. vers.subdit tamen Surd. d.cons.293.num.31.Canal.decis.586.nu.2.*

Vlteriùs firmarunt Domini creditum Lentuli esse augendum pro alia partita sc.74.& b. 50. nouiter reperta pro integro pretio frumenti spectañ ad Marcum Antonium eius Auctorem.

Siquidem Io: Baptista in eodem libro suæ administrationis adnotauit sub die 6. Decembris 1625. se vendidisse 149. Rubia frumenti spectañ pro medietate ad Marcum Antonium ad rationem iul. 82. pro quolibet rubro, eumque propterea descripsit creditorem ex causa d. vendrionis in summa sc. 118. & tamen vendidit d. frumentum ad rationem iul. 92.seu 93. prout deponit Pistor, qui illud emit de eodem mense Septembris, asserens se emisse ad prædictam rationem iul.92.& b.93. non solum frumentum prædictum à d.Io:Baptista, sed etiam aliud simile ab alijs vendito-

10 ribus, qui Testis licet sit vnicus, † nihilominus cum deponat de facto proprio plusquam semiplenè probat, *l.quæro in fin. ff. de edil. edict. Castr.cons.293.num.2.in fin.lib.1.Afflict.decis.369. num.7.Rot.decis.39.num.10.par.1.& decis.308.numer.1.par.4.rec.*

Præsertim contra talem Administratorem, qui non sine dolo, ac fraude tot alias partitas ab ipsamet Felice pro maiori parte non con-

11 trouersas omisit † contra quem propterea qualibet probatio sufficeret etiam per Iuramentum Lentuli Actoris, *glos. in l. si per alium 5. §.fin.in verb.si eorum intersit ff. ne quis eum qui in Ius voc. Tiraquel. de retract. lignag. §.2. glos. 2. nu.3.cum alijs relatis à Gratian.discept.151.num.3 & seqq.*

Et ita vtraque &c.

IMOLEN. PRAEDII.

Mercurij 21. Maij 1642.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Decreta Rotalia recipiunt interpretationem à decisionibus.*
2 *Actor vbi plenè fundauit suam intentionem Reus tenetur probare fundamentum suæ exceptionis.*
3 *Reus in probanda sua exceptione contra intentionem actoris iam fundatam sustinet vices actoris.*

D E-

DECISIO DCLXX.

RESOLVTVM fuerat sub die 15. Maij 1640. coram R. P. D. meo Rojas fructus Prædij, de quo agitur, ad quorum restitutionem fuit condemnatus Eques Galeatius Sauinus esse liquidan ad lib. 6445. ex rationibus deductis in decisione desuper extensa quã postea Domini reproposita causa sub die 14. Iunij anni præteriti in aliquibus reformarunt, ac dixerunt quãtitatem prædictorum fructuũ ascendere solum ad lib. 4300. ex hac autem summa esse demendum semen pro medietate probata tamen quantitate per Sauinum apposita ab anno 1629. vsque ad annum 1635. quo desijt possidere, ac vlterius esse detrahenda onera Cameralia pariter pro medietate, quæ idem Sauinus probaret se occasione eiusdem Prædij persoluisse, cum altera medietas tàm seminis, quàm onerum Cameralium fuerit apposita, & respectiuè soluta à Colono Partitario ex rationibus in vltima decisione deductis.

Successiuè latum fuit decretum d. liquidationis in eadem quantitate lib.4300. nulla tamen facta mentione prædictæ detractionis seminis, ac onerum pro medietate.

Appellauit Sauinus ab huiusmodi decreto, & causa mihi commissa dubitaui. An illud esset confirmañ, vel infirmañ, & Domini responderunt illud esse confirmandum iuxta formam vltimæ decisionis. Cum validitas non controuertatur, & Iustitia liqueat ex rationibus in eadem decisione deductis, contra quam nihil oppositum fuit.

Non obstat vnicum obiectum, nimirum, quod in dicto decreto nulla fuerit facta mentio prædictæ detractionis seminis, ac onerum Cameralium pro medietate. Quoniam d. decretum † recipit interpretationem ab vltima
1 decisione præcedenti, *Buratt. decis. 727. nu. 1.* In vltima autẽ decisione, Rota dixit esse demẽdam medietatem tàm seminis, quàm onerũ Cameralium non simpliciter, sed quatenus Sauinus probaret se immisisse aliquam seminis quantitatem & onera Cameralia persoluisse. Vnde cum idem Sauinus neutrum adhuc probauerit, satis remanet iustificata liquidatio firmata in vltima decisione, nam vbi
2 Actor † plenè fundauit suam intentionem Reus tenetur probare fundamentum suæ exceptionis, *l. in exceptionibus ff. de except. Aym. conf. 226. nu. 8. vers. ad partem igitur Put. decis. 396. nu. 1. & 2. lib. 2. in correct. Greg. XV. decis. 201. num. 3. Rot. decis. 190. numer. 2. par. 2. diuers. & decis. 258. num. 8. p. 5. & decis. 25. num. 1. & 2. p. 7. recent.* Reus
3 enim † in probanda sua exceptione contra intentionem Actoris iam fundatam vices Actoris sustinet, *l. 1. vbi Bart. ff. de except. Corn. conf. 223. num. 7. in fin. lib. 2. Paris. conf. 45. num. 2. lib. 1. Surd. conf. 385. num. 11. Rot. d. decis. 258. nu. 9. par. 5. & d. decis. 25. num. 1. par. 7. rec.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Merc. 21. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Testamentum filij in quo fuit prætetita mater sustinetur vigore clausulæ codicillaris itaut mater non possit nisi legitimam petere.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur ascendentibus in bonis descendentium sicuti istis in bonis ascendentium.*
2 *Legitima debetur matri in bonis filij.*
3 *Legitima debita ascendentibus est aucta vsque ad trientem.*
4 *Legitima debita ascendentibus est eis relinquenda titulo institutionis sicuti relinqui debet descendentibus.*
5 *Testamentum filij ob præteritionem matris remanet nullum.*
6 *Præteritionis vitium inuisibile non impedit immissionem nisi de illo appareat ex eodem testamento.*
7 *Clausula Codicillaris, operatur vt præteritus veniens ab intestato teneatur restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento dempta legitima sibi debita.*
8 *Clausula Codicillaris non tribuit immissionem hæredi scripto nec eam retardat hæredi ab intestato, sed hæres scriptus tenetur capere hæreditatem de manu hæredis ab intestato.*
9 *Legitima debita ascendentibus non tam Arcto iure prout debita descendentibus debetur nã his iure natura illis vero iure positiuo debetur.*

DECISIO DCLXXI.

DECESSIT Barbara sine liberis superstite Cassandra matre, quæ tanquam proximior in gradu obtinuit à Iudice Capitulino mandatum de immittẽñ in possessionem bonorum illius cum clausula, dummodo possessio sit vacans, ac sine præiudicio habentiũ meliora, & potiora Iura, illiusque vigore accepit possessionem domus, de qua agitur, verum Carolus de Nobilibus maritus, & hæres testamentarius eiusdem Barbaræ cum prætẽderet non soliũ possedisse domum viuente Barbara eius vxore tanquam sibi traditam in dotem, verum etiam ea defuncta continuasse in eius possessione ob superuenietẽm titulum institutionis vniuersalis, mouit Iudicium, *l. diffamari C. de ingen. & manumiss. in Rota,* in qua posito per me hodie dubio, cui danda esset manutentio, vel potius Immissio super bonis, de quibus agitur, Domini omisso articulo manutentionis censuerunt dandam esse Immissionem vtrique pro indiuiso, nimirum Constantiæ pro tertia parte, Carolo verè pro reliquis duabus partibus, moti ex eo, quia constat de bono Iure vtriusque petentis Immissionem in bonis d. Barbaræ prædefunctæ, Cõstantiæ scilicet tanquam matris, Caroli vero tanquam hæredis scripti in Testamento eiusdem Barbaræ. Quamuis enim filius nullos habens

habens descendentes habeat liberam faculta-
tem testandi, nihilominus ascendenti super-
stiti qualis est Constantia in casu, de quo agi-
tur, debetur legitima in bonis eiusdem filij,
1 cum illa † debeatur ascendentibus in bonis
descendentium, sicuti istis in bonis ascenden-
tium, *Auth. Presbyteros in fin. de Epis. & Cler. §.*
Iustum autem Auth. vt cum de appell. cognosc. Pereg.
de fideic. art. 36. num. 44. Crass de success. §. legitima
q. 5. num. 1. Merlin. de legitim. num. 1. tit. 2. q. 12. nu. 3.
& in specie quod legitima debeatur matri in
2 bonis † filij tradunt *Bald. cons. 300. num. 3. lib. 3.*
& cons. 314. num. 3. lib. 4. Cephal. cons. 120. num. 1.
lib. 1. Curt. Iun. cons. 125. nu. 2. lib. 3. Surd. cons. 338.
num. 2. lib. 3. Afflict. decis. 110. num. 2. Capic. dec. 211
num. 5. vers. facit etiam Gratian. discept. forens. c. 448.
num. 1. Seraph. decis. 963. nu. 1. Et cum versemur
in vnica ascendente superstite, legitima illi de-
bita ascendit ad tertiam partem, quam eadem
habitura fuisset ab intestato, cum etiam legi-
3 tima debita † ascendentibus sit hodie aucta
vsque ad trientem per *auth. nouissima C. de inoff.*
testam. Sicut illa quæ debetur descendentibus
glos. in eadem Auth. nouissima in verb. Titulo, vers.
idem intelligo, & ibidem *Salic. num. 3. vers. quaro 3.*
Ias. num. 35. de inoffic. testam. Alex. cons. 140. num. 9.
lib. 1. Purpurat. cons. 164. numer. 12. Anton. de Butr.
cons. 12. num. 2. Bald d. cons. 314. num. 3. lib. 4. Gabr.
cons. 94. num. 11. & 19. lib. 1. Capic. dicta decis. 211.
numer. 5. cum alys relatis à Gratian. dicto cap. 448.
numer. 16.

Non obstat, quod legitima debita ascen-
4 dentibus† sit ei relinquenda titulo insinuatio-
nis, sicuti relinqui debet descendentibus, pro-
ut reiecta opinione, *Bart.* videntur cōcludere
in eadem Auth. nouissima Salic. *d. n. 3. vers. qua-*
ro 3. sub vers. & etiam iure institutionis, Fulgos. n. 1.
post med. vers. in eadem glos. C. de inoffic. testam. Bald.
in l. 1. num. 2. vers. item dicit C. de bon. possess. contr.
Tabul. libert. cum alys relatis à Ias. in d. Auth. no-
uissima num. 37. & à Surd. cons. 388. num. 3. lib. 3.
Vnde inferebatur Testamentum d. Barbaræ
5 fuisse nullum † ob præteritionem Cassandræ
matris *§. aliud quoque Capitulum & §. hac autem*
disposuimus Auth. vt cum de appell. cognosc. Rimin.
Iun. cons. 305. num. 17. & seq. lib. 3. Gratian. d. c. 448.
num. 8. Quoniam vltra quod vitium præteri-
6 tionis quando est inuisibile, † non impedit
Immissionem, nisi de illa appareat ex eodem
ex relatis à *Rota in d. decis. 526. num. 1. par. 1. rec.*
Talis exceptio præteritionis tollitur ex clau-
7 sula Codicillari quæ † operatur vt præteritus
veniens ab intestato teneatur restituere hære-
ditatem scripto in Testamento dempta legiti-
ma sibi debita, *l. quia autem in princip. ff. si quis*
omiss. caus. testam. l. ex ea scriptura §. 1. ff. de testam.
l. ex Testamento C. de fideicom. Alex. cons. 29. num. 5.
lib. 1. Rolan. cons. 71. num. 57. lib. 2. Grati. d. cap. 448.
num. 9.

Nec releuat, quod clausula Codicillaris nō
tribuat Immissionem hæredi scripto, neque
8 illam retardet hæredi ab Intestato, sed hæres
scriptus teneatur capere hæreditatem è manu
hæredis ab Intestato, *Rot. d. decis. 526. n. 1. p. 1. rec.*
Nam quidquid esset dicēdum si Carolus nū-
quam possedisset, ac prætenderet impedire
Immissionem Cassandræ pro sua legitima,
Domini attenta partium paupertate eiq; con-
sulere volentes censuerunt esse locum æqui-
tati, concedendo Immissionem vtrique pro
9 sua rata, præsertim cum legitima † non tam
arcto Iuris vinculo debeatur ascendentibus,
sicuti descendentibus cum his iure naturæ, il-
lis vero iure positiuo debeatur iuxta magis
receptam sententiam, quam tenent, *Bald. in l.*
1. §. Ius naturale num. 19. & num. 2. vers. & multo
fortius ff. de Iust. & Iur. Rimin. Iun. cons. 269. n. 41.
lib. Peregr. de fideic. art. 99. num. 44. Crass. d. §. legiti-
ma q. 2. per tot. Merlin. de legitim. d. quæst. 12. num. 4.
cum pluribus alys relatis à Seraphin. decis. 1165.
num. 5.

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA FIDEICOMMMISSI.

Lunæ 26. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Fructus post purificatum fideicommissum, an debeantur fideicommissario à die purificati fideicommissi, seu motæ litis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus post casum fideicommissi tenetur restituere fructus fideicommissario.*
2 *Fructus debentur à die motæ litis ratione malæ fidei per illam contractæ.*
3 *Hæres grauatus post casum fideicommissi non potest prætendere fructus ex negligentia fideicommissarij, quando viget particulare statutum mandans ipso iure bona deuolui ad substitutos absque ministerio restitutionis.*
4 *Ignorantia quoad existentiam fideicommissi à fideicommissario præsumitur.*
5 *Fructus ratione bonæ fidei quis facit suos nec tenetur ad illorum restitutionem nisi quatenus ex eis sit factus locupletior, quæ tamen locupletatio non præsumitur, & exaduerso probari debet, num. 6.*
7 *Articulans non fatetur.*
8 *Articuli non dantur sine magna consideratione.*
9 *Stabilia præsumuntur reddere quinque pro centenario.*
10 *Instrumenta emptionum, & venditionum regulariter probant valorem, & æstimationem rei.*
11 *Prædij valor probatur ex pretio aliorum prædiorum confinantium.*
12 *Instrumenta emptionum, & venditionum non probant valorem rei nisi sint plura, & accurata.*
13 *Hoc procedit quando agitur de plena probatione valoris secus quando sufficit præsumptiua, quia eo casu plene probant.*

DECISIO DCLXXII.

POSTQVAM semel atque iterum fuit resolutum dandam esse Immissionem DD. Francisco Cino, & Federico de Simonettis vocatis ad fideicommissum q. Federici Sinibaldi super Domo, Molendino, & Prædio eidem fideicommisso subiectis. Dubio etiam pro faciliori resolutione in plura diuiso, iisque

sæpius

sæpius propositis, acerrimè discussis, & decisis tandem ad instantiam eorumdem fideicommissariorum proposui dubium. An fructus dictorum bonorum deberentur, à quo tempore, & ad quam summam.

Et quoad primam illius partem res visa fuit carere difficultate. Quia cum hæres grauatus post † casum fideicommissi non capiat
1 fructus iudicio Testatoris, absque dubio tenetur illos restituere fideicommissario, *iuxta l. in fideicommissariam 18. & ibi Doct. & præsertim Rip. num. 5. ff. ad Trebell. Bursatt. consf. 71. num. 25. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 256. num. 25. Crass. in §. fideicommissum qu. 49. num. 4. & 5. Peregr. de fideicomm. art. 49. num. 85. Fusar. de subst. qu. 626. num. 46. vbi alios cumulat.*

Maior difficultas fuit in secunda parte dubij, scilicet à quo tempore fructus deberentur, nam fideicommissarij prætendebant deberi à die purificati fideicommissi, nempe ab anno 1589. quo per obitum Alexandri senioris hæredis grauati sine filijs legitimis, & naturalibus factus fuit locus substitutioni sub ista conditione. Placuit tamen Dominis deberi à die motæ litis, nempe ab anno 1628. de quo tempore Alexander iunior conuentus ad restitu-
2 tionem præfatorum bonorum fuit † in mala fide constitutus, & excitatus ad inquirendum de iure suæ possessionis, *l. sed & si lege 25. §. si ante litem, ff. de petit. hæred. l. in interdictis 3. ff. de interd. seu extr. l. nemo 10. ff. de acquir. possess. Cancer. var. resol. lib. 3. c. 15. nu. 105. Caput. dec. 27. n. 2. par. 2. Caualer. dec. 409. num. 5. latè Rota dec. 3. num. 1. & seq. par. 7. recent.*

Non obstat, quod hæres grauatus teneatur restituere fructus à die purificati fideicommissi, præsertim in hoc casu, quo statutum Auximanum mandat ipso iure deuolui bona in substitutos absque ministerio restitutionis, quo stante hæres grauatus non potest
3 prætendere † fructus ex negligentia fideicommissarij non petentis restitutionem, *Fusar. consil. 161. num. 7. & d. qu. 626. num. 53. Marescot. 1. var. resol. lib. 2. cap. 112. num. 49. Peregr. de fideicommiss. art. 49. num. 84. Pacif. de salu. interd. inspect. 3. cap. 4. num. 440. Surd. dec. 25. num. 11.* Et multo magis quando fideicommissarius habuit ignorantiã
4 fideicommissi, † prout habuisse præsumitur, *Bart. in l. eius qui in Prouincia 41. num. 5. ff. si cert. pet. Ruin. consf. 122. in fine lib. 5. Fusar. q. 595. nu. 1. & d. q. 626. n. 13. cũ alijs relatis in t. decis. huiuscausæ 22. Martij 1638. §. & in omnem euentum corã me.*

Nam huic obiecto visum fuit Dominis posse responderi, quod etsi Alexander iunior non fecerit fructus suos ratione negligentiæ fideicõmissariorum, potuit tamen illos acquirere ratione bonæ fidei sui ipsius, qua stante
5 non † tenetur restituere fructus nisi quatenus ex eis factus sit locupletior, *text. est expressus in l. item veniunt 22. §. Præter hæc, ff. de petit. hæred. ibi.* Eos autem qui iustas causas habuissent quare bona ad se spectare existimassent, eo vsque dumtaxat, quo locupletiores ex ea re facti essent condemnandos esse, *Couar. in reg. peccatum par. 3. in princip. num. 3. & var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 6. Odd. de rest. in integr. q. 45. art. 2. n. 18. & seqq. Surd. consf. 115. num. 19. in fine, & decis. 45. num. 15.* cum alijs pleno calamo congestis per *Rotam d. decis. 3. num. 38. & seq. par. 7. recent.* Quæ
6 locupletatio† quia non præsumitur debet per allegantem probari, & quidem species locupletationis, vt inquit *Curt. sen. consf. 71. num. 11. vers. 7. cõclusio, quẽ refert, & sequitur Surd. consf. 290. num. 5. & Gratian. discept. for. cap. 101. num. 8.*

Quoad tertiam partem dubij, videlicet. Ad quam summam fructus deberentur distinctè procedens quoad domum cum suis pertinentijs, quæ fuit inhabitata per Alexandrum iuniorem, Domini dixerunt deberi ad rationem annuorum scutorum 84. pro qua summa potuisse locari probatum fuit ex articulis datis per ipsummet Alexandrum inter easdem partes in eisdem actis, & ad eumdem effectum liquidationis, ex quibus licet non deducatur
7 plena probatio, quia † articulans non fatetur, *Greg. XV. dec. 247. num. 15.* Tamen ad effectum liquidationis, in qua leuiores sufficiunt probationes, *Seraph. dec. 955. num. 3. Caualer. decis. 361. num. eod.* visi fuerunt sufficientes, nam articuli
8 non † dantur sine magna consideratione *Rota dec. 320. num. 2. in fine post 2. volum. consf. Farinac. cum alijs relatis per Add. ad Greg. dec. 143. num. 5. & per Add. ad Buratt. dec. 600. num. 18. & in Perusina de Alphanis 20. Maij 1634. coram bo: me: Coccinof, quæ est dec. 105. nu. 1. inter impress. post Merl. de legit.*

Quoad Molendinum, & Prædium dixerunt Domini deberi fructus ad rationem quinque pro centenario illorum valoris, prout præsu-
9 muntur reddere bona † stabilia, *iuxta glos. fin. Auth. perpetua, in verb. iusta, C. de sacrosan. Eccles.* quam passim sequitur *Rota vt in dec. 512. nu. 2. par. 2. recent. dec. 571. num. 6. & 10. par. 5. dec. 135. num. 8. par. 6.* & in terminis de fructibus prædij *in Bonon. Pradij 21. Maij 1641. coram R. P. D. meo Ghisilerio, & 28. Ianuarij, & 7. Iunij 1641. coram P. P. Dnmeo Peutingero,* & de fructibus Molendini *in Beneuentana Molendini 21. Iunij 1634. coram Reuerendissimo D. meo Merlino Decano,* in quibus aliæ recententur.

Valor autem Molendini satis visus fuit iustificatus ex duobus instrumentis; Altero de anno 1596. quo fuerunt per Tutorem Alexandri eidem Alexandro acquisitæ quatuor vnciæ, & sic tertia pars eiusdem Molendini à Carolo Sinibaldo Condomino pro sc. 1250. monetæ illius temporis, quæ faciunt sc. 1125. monetæ currentis, & sic pro scutis 281.25. pro qualibet vncia: Altera verò de anno 1607. quo idem Alexander vendidit Iulio Cæsari Sinibaldo duas ex dictis quatuor vncijs eiusdem Molendini emptis à Carolo prædicto pretio scut. 565. monetæ currentis, & sic pro scutis 282: 50. pro qualibet vncia, ex quibus paret valorem portionis huius Molendini, de qua agitur consistens in tribus vncijs, vt fuit firmatum in decisione super eo emanata 28. Ianuarij 1641. §. *Nec pariter dicatur &c.* ascendere ad
10 scuta 847: 50. Nam instrumenta veterum emptionum, vel vẽditionum regulariter probant valorem, & æstimationem eiusdem rei, *Bald. in l. 2. nu. 27. vers. de nouo quæro, C. de rescind. vendit. Mascard. de probat. concl. 657. num. 9. Rota in Bo-*

in Bonon. de Guidalottis 24. Maij 1619. §. Possessionem verò Bagnarolæ, & §. seq. coram Cardinali Caualerio.

Valor etiam Prædij probati visus fuit ex Instrumento emptionis factæ de anno 1602. per eumdem Alexandrum iuniorem de aliis terris contiguis, & confinantibus eidem Prædio eiusdem qualitatis salmarum 16. pro scutis 3350. & sic pro scutis 209;25. pro qualibet salma, cum etiam in hoc casu ex pretio Præ-
11 diorum † vicinorum sufficienter probetur valor alterius Prædij cohærentis, vt tradit *glos. in l. 2. in verb. Iudicis circa fin. vers. dic ergo inspici venditiones &c. & ibi Bartol. num. 19. vers. est ergo aliud remedium &c. & Cagnol. num. 233. versic. aut loquimur &c. C. de rescind. vend. & sequitur Rota in d. Bonon. de Guidalottis coram Caualerio, & in d. Bononien. Pradij coram RR. PP. DD. meis Ghislerio, & Pentingero.* Ac proinde liquet Prædium, de quo agitur constans septem salmis, & tribus quartis, vt fuit firmatum in decisione super eius identitate edita 22. Aprilis 1641. §. *Quo denique ad mensuram &c.* attenta hac æstimatione ascendere ad valorem scut. 1621. 69. Verū quia dabatur etiam fides publicorum æstimatorum Ciuitatis Auximi, quod terræ in eadem contrada communiter valēt sc. 150. pro qualibet salma; Ideo attenta hac minori summa censuerunt Domini valorem Prædij esse firmandum ad eamdem rationem scutorum 150 pro qualibet salma, & sic ad scuta 1162;50. in totum.

Nec dicatur quod similia Instrumenta non
12 probant, nisi † sint plura, & recentia secundū *Bald. in l. 2. num. 58. C. de rescind. vend.* Nam hoc procederet, si ageretur de plena probatione valoris, sed vbi præsumptiua sufficit, prout hic, dd. Instrumenta plenè, & concludenter
13 probant etiam quod non † sint plura, & recentiora, vt admittit idem *Bald. loco proximè citato num. 89. Mascard. d. concl. 657. num. 7.* & in his terminis *Rota in d. Bononien. de Guidalottis coram Caualerio d. §. Possessionem vero Bagnarolæ, & §. seq.* in qua desumptus fuit valor quoad vnum Prædium ex Instrumento emptionis de eo factæ vsque de anno 1577. & quoad alterum ex alio simili Instrumento de anno 1582. quam secuta est *Rota in dicta Bonon. Prædij 7. Iunij 1641. §. Nam quidquid sit &c. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Neque obstare visa fuerunt ea, quæ contra identitatem huius prædij opponebantur per Alexandrum, qui prætextu cuiusdam Instrumenti nouiter producti acriter instabat pro remissione decisionis super eo emanatæ d. die 22.
1 Aprilis anni præteriti. Quia Domini etiam d. Instrumento maturè ponderato censuerunt ea, non obstare nam ex deductis in d. decisione liquet, quod Federicus Testator possedit prædictum prædium ab ipso emptum vsque de anno 1530. Et quod illud diuisum in plures petias deuenit postea ad Alexandrum hæredem grauatum, qui etiam illud locauit de anno 1637. Et quod inter eas petias vna præcipuè aderat salmarum trium circiter posita in contrada Montisfreddi iuxta viam dictam la Trauersa ab vno latere viam, quæ dicitur del Vallato ab alio, & bona eiusdem Federici Testatoris ab altero. Et hanc petiam hodie possideri ab Alexandro, visum fuit tunc concludenter constare ex conuenientia prædictarum demonstrationum, cum petia per eumdem Alexandrum possessa in contrata S. Dominici inter eosdem confines, nempè à capite la Trauersa, à pede il Vallato, & à latere bona eiusdem Alexandri. Et licet petia empta per Federicum Testatorem dicatur existere in cōtrada Mōtisfreddi, petia vero possessa per Alexandrum in contrada S. Dominici. Attamen quia contrada S. Dominici est limitanea cum contrada Montisfreddi, & propter vicinitatem de facili nomina confunduntur; Ideo hanc discrepantiam præsertim in antiquis resolutum fuit non obstare, vt in prædicta decisione §. *Nec releuat quod ista &c.*

Quibus sic præmissis non obstat, quod ex Instrumento nuper exhibito doceatur Alexandrum hæredem grauatum in eadem contrata S. Dominici iuxta eadem confinia acquisiuisse de anno 1544. tres salmas terrarum à quadam Diadema, & ex ista acquisitione excludi dicatur identitas d. petiæ fideicommisso subiectæ propter maiorem conuenientiam, quam habet respectu contradæ petia acquisita per hæredem grauatum cum petia modo possessa per Alexandrum. Quia obiectum procedere posset, si intra dictam contradam, & eosdem confines Alexander non possideret nisi istas tres salmas, Verùm cum ex planta ab ipso exhibita constet petiam, quæ ibi possidet ascēdere ad vndecim salmas circiter, vtique luce clarius apparet esse locum vtrique petiæ, scilicet fideicommissariæ, & acquisitæ per hæredē grauatum, & cum istæ duæ insimul constituant solas sex salmas circiter, apparet etiam quod adhuc quinque aliæ salmæ remanent Alexandro.

Minùs releuat, quod omnes illæ vndecim salmæ dicantur acquisitæ per hæredem grauatum. Quia hoc non probatur, quinimò ex prædicto Instrumento emptionis factæ de anno 1530. à Federico Testatore, manifesta resultat veritas in contrarium.

Neque obest, quod istæ tres salmæ fideicommisso suppositæ fuerint per eumdem hæredem grauatum datæ in solutum Tarquinio Testatoris legatario pro satisfactione legati alimentorum, & postea fuerint per eumdem hæredem grauatum redemptæ ad proprium commodum, non autem ad commodum hæreditatis. Quia huic obiecto multipliciter fuit responsum in d. decisione §. *Denique non obstat, quod Pedericus &c.* quæ responsiones etiam hodie Dominis placuerunt.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante quoad identitatem prædij; Et vna tantum quoad fructus, Altera tamen sæpius monita, & intimata.

ME.

MELEVITANA MARESCIALLATUS.

Luna 26. Maij 1642.

ARGUMENTUM.

Appellatio ad vtrumque effectum quo casu sit admittenda etiam à collatione beneficiorum simplicium, itaut reddantur attentata omnia gesta post interpositam appellationem.

SUMMARIUM.

1 *Attentata sunt omnia gesta post appellationem simpliciter à Papa admissam, etiamsi illa ad effectum suspensiuum non esset admittenda.*

2 *Appellationem admittere solet, Signatura etiam à collatione beneficiorum simplicium, quando quis potest grauari.*

3 *Collatio de sui natura non comparente contradictore est merè interlocutoria.*

4 *Collatio habet vim definitiua, quando fit in contradictorio, & discuti debent merita partium concurrentium, itaut intret possibilitas grauaminis.*

5 *Appellatio ad utrumq; effectum datur, quando plures sunt præsentati, & Episcopus tenetur instituere digniorem qui prætermissus poterit appellare.*

6 *Conc. Trid. cap. 18. sess. 24. de reformat. in quibus terminis procedat.*

7 *Oeconomus debet deputari lite pendente.*

8 *Statuta Religionis Hierosolymitanæ 20. de Consil. & statut. 16. tit. de commend. & stat. 8. & 10. tit. de elect. quæ disponant, & in quibus casibus habeant locum, num. 9. 10. & 11.*

12 *Appellatio suspensiua ab electione, & actu etiam extraiudiciali admittitur quando constat de grauamine.*

13 *Electio facta post appellationem extraiudicialem venit irritanda, quando appellatio fuit legitima, appellatio iustificatur, vel fuit oblata probatio causarum in appellatione allegatarum.*

DECISIO DCLXXIII.

SUB die 24. Ianuarij præteriti fuit resolutum in hac causa constare de attentatis, eo præcipuè fundamento, quia Papa commisería simpliciter causam appellationis interiectæ per D. Commendatorem de la Tour. ab admissione facta à lingua Aluerniæ de persona Commendatoris de Guttes in Marescialium, approbantibus Magno Mag. & Concilio, quæ

1 Commissio † efficit vt omnia gesta post dictam appellationē remaneāt attētata, vt sæpius Rota resoluit, & signanter in decisionibus in dicta decisione allegatis §. *Quoniam quidquid fit.* Post huiusmodi resolutionem Commendator de Guttes adiuit Signaturam Sanctissimi, à qua obtinuit aliam Commissionem, per quam fuit Rotæ concessa facultas reuocandi attentata, si, & quatenus aliàs de iure adsint, & reuocanda veniant, & non aliàs, nec aliter &c. Quapropter iterum hodie proposito dubio super dd. attentatis, adhuc Domini dixerunt de illis constare, & sic standum esse in decisis. Nam licet propter dictam Commissionem cessent deducta in alia decisione circa admissionem appellationis simpliciter in Rota, attamen ex deductis pro parte D. de la Tour apparet appellationem debuisse de iure admitti etiam ad effectum suspensiuum, nam licet appellatio interposita à collatione beneficiorum simplicium, in quibus sit concursus, non suspendat executionem quando fuit extraiudicialiter actum, suspendit tamen in alijs, in quibus requiritur meritorum discussio, prout in smutitione Prioratuum, Baiuliuatuum, Commendarum, & aliarum Dignitatum Ordinis Hierosolymitani, quia cum non possint smutiri, seu conferri cuicumque petenti ad libitum Collatoris, sed sint debitæ magis Antianis, & capacibus, & benemeritis, necesse est discutere merita Concurrentium, & maiorem benemerentiam, ac alias personarum qualitates, iuxta dispositionem statutorum Religionis, qui concursus, & meritorum cōcurrentium discussio cum fiat in lingua omnibus præsentibus, & sic in contradictorio concurrentes possunt grauari, prout passim

2 grauantur, & propterea † Signatura consueuit admittere appellationem ad vtrumque effectum, vt in dd. decisionibus Campanien Prioratuum, Aquitanien Prioratus, & alijs in decisione relatis. Et iure merito quia in casu isto non applicatur distinctio, quæ fit inter Collationem iudicialem, & extraiudicialem.

Quoniam collatio de sui natura non comparente Contradictore est merè interlocutoria, nec sortitur naturam definitiuæ, nisi inter pro

3 uisum, & prouidentem, seu † conferentem, qui collationem non potest reuocare, *Lap. Abb. in cap. fin. num. 6. de elect. in 6. Franc. ibidem num. 7. Anchar. num. 4. in 5. quæst.* Secus autem est, quando collatio fit in contradictorio, & discutiuntur merita partium concurrentium, & intrat possibilitas grauaminis, quia tunc Collatores assumunt partes Iudicis, postponendo benemeritos, & habiles, & sic eo-

4 rum iudicium, cum sit causa † grauaminis habet vim diffinitiuæ; *Franc. in cap. auaritia 5. num. 5. de elect. in 6. & ibidem Gemin. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 621. & cap. 12. limit. 40. num. 11. & limit. 49. per tot. Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 32. Rota in recent. dec. 79. num. 3. vers. hac enim pronunciatio habuit vim diffinitiuæ, & dec. 488. sub num. 3. versic. quæ appellatio fuit illi de iure licita par. 3.* ac proinde intrat appellatio ad vtrumque effectum, sicuti intrat quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, nam cum tūc Episcopus teneatur digniorem instituere dignior prætermissus † poterit

5 ab eo appellare, *Abb. in cap. cum autem num. 5. de Iurepatr. Garz. de benef. d. par. 9. cap. 4. num. 32.*

6 Neque obstat † Concil. Trident. cap. 18. sess. 24. de reformat. Quia prouisio Concilij est specialis circa Parochiales, ne videlicet, dū appellatur ab eorum collatoribus. Interim cura animarum negligatur, & detrimentum patiatur, non autem habet locum in Commendis, & alijs Dignitatibus Ordinis Hierosolymitani à quarum collatione passim datur appella-

pellatio, vt in dictis Aquitanien. & Campanien. & aliis supra alleg.

Non obstat, quod ex identitate rationis dispositio Concilii debeat habere locum etiam in dignitate, de qua agitur, cuius exercitium non potest suspendi nisi cum magno Religionis damno, & incommodo. Quia ista prætensa identitas rationis cessat eo ipso, quod ex stabilimentis Religionis prouisum est huic dignitati Mareschallatus de Locumtenente, vt patet ex statuto 4. & 41. tit. de Baiuliuis, quod statutum licet loquatur in casu absentiæ, debet etiam extendi ad casum impedimenti, & litis, cum sit conforme Iuri communi, nam ex dispositione, *cap. cum vos 4. de offic. Iud. Ord.*
7 lite pendente † deputatur Oeconomus, *vt not. ibid. Bald. num. 2. in 4. notab. Laneell. de attent. lit pend. cap. 4. limit.* 11. *num.* 10.

8 Neque obstat statutum † 20. de Conc. denegans appellationem ab huiusmodi sinutitionibus Dignitatum, & Commendarum, quia procedit quando appellatur ad Concilium completum, vel Capitulum generale. Secus verò quando ad Papam, & Sedem Apostolicam, quo casu neque admittitur statutum, neque consuetudo, vel præscriptio in contrarium, *Franc. in cap. dilecti el 3. 66. num. 14. de appellat. Seraph. dec. 615. num. 6. & 7. vers. quod etiam narratur, & fuit dictum in Meliten. Commenda* 20. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. meo Roias*, quod tanto magis procedit stante grauamine resultan. ex eo quod postposito Commendatore de la Tour, de cuius capacitate, & benemerentia constat ex deductis pro eius parte fuit prælatus Commendator de Guttes incapax, qui non docet se fecisse melioramenta in Commenda, quam odtinebat, prout requiritur ex statu-
9 to 16. tit. de Commend. quod† concludenter tenetur probare, *Rota decis. 293. num. 6. & 7. &*
10 *dec. 303. num. 1. par. 7.* Et vlterius erat † absens, prout est adhuc hodie, & sic incapax ex stat. 8.
11 de elect. & non resederat † per decennium, prout requiritur ex stat. 10. tit de elect. & fuit dictum *in Melenitana Dignitatis 4. Aprilis præteriti coram me.* Quapropter dubitari non potest quin constet de grauamine, quo casu admit-
12 titur † appellatio suspensiua ab electione, & actu etiam extraiudiciali iuxta receptam opinionem, de qua testatur *Couar. pract. cap. 24. n. 5. Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 3. num. 15. & seq. & fuit dictum in Melenitana Commendæ 20. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Roias*, quod procedit etiamsi versemur in dispositione *cap. indemnitatis, & cap. cum nobis de elect.* prout contendunt Informantes pro DD. de Guttes, quia adhuc dato grauamine, appellatio causaret attentata, nam licet in appellatione extraiudiciali nõ sufficiat allegare causas, sed de earum veritate constare debeat, vel afferri probationes tamen in præsenti casu causæ non solum fuerunt narratæ, & oblatæ probationes, sed fuerunt probatæ per authentica documenta in actis producta. Vnde absque dubio dicta appellatio debebat suspendere executionem, ita vt omnia post illam gesta dicantur attentata,
13 vt in specie † de appellatione extraiudiciali interposita ab electione iam facta firmauit *Rota penes Buratt. dec. 771. per tot.*

Et ità vtraque &c.

VALENTINA EXPENSARVM.

Lunæ 31. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Expensarum refectioni, quando sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Quietantiæ factæ per Instrumenta publica benè probant solutionem.*
2 *Expensas ad probandas sufficit iuramentum eorum, qui expensas soluerunt.*
3 *Expensæ non veniunt reficiendæ nisi in fine litis.*
4 *Victus debet condemnari in expensis ad fauorem victoris.*
5 *Expensæ sunt soluendæ per illos, qui aliquid fieri voluerunt.*
6 *Rota quoad expensas de partibus solet deferre quietantys.*
7 *Expensarum taxationem, qui dicit excessiuam tenetur eam probare.*
8 *Expensæ quæ debentur officio Iudicis post sententiam peti non possunt si non fuerit facta condemnatio, & quid in supremis tribunalibus, & n. 9.*

DECISIO DCLXXIV.

IN causa verten. in S. Congregatione Rituũ inter Canonicos, & Capitulũ Ecclesiæ Valentin. ex vna, & Iuratos Ciuitatis, & Præpositos eiusdem Ecclesiæ ex altera, fuit pro parte eorumdem Iuratorum, & Præpositorum expedita Remissoria super nõnullis articulis pro eorum parte exhibitis ad probañ statum Ceremoniarum Ecclesiæ, quæ Remissoria fuit directa quatuor Iudicibus, duobus nempe nominatis ex parte ipsorum Iuratorum, & Præpositorum, & duobus nominatis à Capitulo, cuius remissoriæ respectu cum fuerint factæ expensæ solutæ per ipsos Iuratos, & Præpositos, & hodie lis sit terminata, ipsi prætendunt repetere à Capitulo partem dd. expensarum pro viatico, & salario dd. duorum Iudicum ab eo nominatorum, & Notarij Remissorialis ab ipsis solutarum. Quapropter fuit datum dubium, an sit relaxañ mandatum, & pro qua summa. Et Domini proponen. bo. me. Merlino resoluerunt esse relaxañ pro summa scut. 445. quæ benè iustificatur soluta à Iuratis, & Præpositis occasione dd. duorum Iudicum nominatorũ à Capitulo, & pro expensis notarij remissorialis, vt patet ex quietantijs
1 datis in *Summ. num. 1.* quæ † cum sint factæ per Instrumenta publica benè probant solutionem, *Rota dec. 283. num. 1. & dec. 569. num. 1. p. 4.*
2 *recen.* Cum tamen ad illas probañ † sufficeret Instrumentum eorum, qui huiusmodi expensas soluerunt, *l. fin. §. Vt autem circa fin. & ibi glos. in verb. manifestandas, C. de bon. auct. Iud. possid. l. sancimus 4. C. de Iud. Ciuit. contr. 42. n. 5.*

Non

Non obstat, quod dicatur huiusmodi expensas non deberi, ex quo lis non est adhuc finita, cum regula sit, vt de expensarum solu-
3 tione non agatur † ante finem litis, *Specul. in prax. sub Rubr. de expens. §. 4. num. 14. in fin.* Quia respondetur imò constare causam fuisse finitam per Decretum S. Congregationis Rituum (præuijs plurimis decisionibus Rotæ, cuius votum perquisiuerat d. S. Congregatio) super quo Decreto emanauit Breue Apostolicum confirmatum in forma specifica cum insertione tenoris, ita quod sit præclusa via impugnañ d. decretum ob irrefragabilem auctoritatem d. Congregationis, & Pontificis confirmationem, quo stante ad fauorem Præpositorum bene militat regula iuris, videlicet ad fa-
4 uorem victorum † debere victos in expensis condemnari, *l. properandum 12. §. sin autem alterutra, C. de Iud. glos. in cap. finem litibus 5. verb. expensas post med. de dol. & contum. Bur. dec. 921. nu. 1. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 313. n. 9. Rot. dec. 370. n. 9. par. 1. rec.*

Non obstat, quod pro parte Capituli opponatur istas expensas fuisse factas culpa Præpositorum, & propterea non debeant refici à Capitulo, quia hoc nullibi probatur. Imò contrarium conuincitur, dum Canonici non contenti de duobus Iudicibus nominatis à Præpositis, alios duos ipsi nominarunt, quibus postea viatica soluere recusarunt, forsan ad protraheñ negotium in longum. Quapropter cum ipsi petierint istos duos Iudices, conse-
5 quens est, vt expensas occasione † illorum factas soluant iuxta notata per *Cap. Tolos. dec. 274. ibique Add. littera A.* Quandoquidem etiam sine dd. duobus Iudicibus poterant Testes Remissoriales examinari, & propterea dum eorũ præsentia fuit adhibita ad vtilitatem Canonicorum, merito debent ipsi ad expensas illorũ occasione factas condemnari, vt per *March. dec. 234. num. 5. par. 2.*

Non obstat, quod expensæ, de quibus agitur fuerint penitus inutiles, nec in aliquo deseruierint pro vtilitate, & victoria causæ, eo quia decisiones super quibus latum fuit decretum Congregationis non examinauerunt processum remissorialem, nec super ipso fuit factum aliquod fundamentum, quia contrarium appareт tam ex decisionibus bon. mem. Coccini sub diebus 21. Iunij, & 19. Nouembris 1640. in quibus fuerunt examinatæ depositiones Testium examinatorum vigore Remissoriæ, quam etiam ex informationibus hinc inde datis coram bon. mem. Pirouano sub diebus 11. Martij, & 7. Iunij 1641. in quibus fuerunt datæ depositiones Testium.

Non obstat, quod dd. expensæ non iustificentur nisi ex receptis factis in Partibus, quæ potuerunt fieri in summa excessiua, & esse collusiuæ, quia obiectũ remouetur ex obseruantia Rotæ, quæ huiusmodi receptis, &
6 quietantijs † solet deferre, vt patet ex *deci. 283 num. 1. & 4. par. 1. & decis. 53. num. 1. par. 4. recen.* Vnde pro illis interim præsumendum est, nisi pars fidem reddat suspectam, ostendendo quod sint excessiuæ, vel collusiuæ, quod fieri potest ostendendo taxas illarum partium, vel alias dando fides excessiuitatis, cum ille, qui dicit
7 taxationem † excessiuam teneatur eam probare, *Rot. coram bon. mem. Coccino decis. 70. num. 5.*

Non obstat, quod prætendatur dd. expensas non esse reficieñ ex quo Capitulum non
8 fuit ad eas condemnatum, † cum huiusmodi expensæ, quæ debentur officio Iudicis post sententiam peti non possint, quando non fuit facta condemnatio, vt latè fuit firmatum in *Romana expensarum 26. Maij 1614. coram bon. mem. Manzanedo*; nam cessare visum fuit obiectum, quia cum S. Congregatio Rituum, hodie terminauit litem cum voto Rotæ, hodie inteñdat condemnare Capitulum ad expensas, hoc videtur posse facere non obstañ, quod in decreto illud non condemnauerit, cum d. Congregatio sit supremum Tribunali, quæ de facto procedit (nulla iuris solemnitate seruata) Vnde parum referre videtur, quod omiserit hanc solemnitatem à iure condemnañ in expensas in ipsamet sententia.

Et ita &c.

MELEVITANA DIGNITATIS.

Luna 16. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Dignitates Religionis Hierosolymitanæ sunt adiudicandæ habentibus maiorem habilitatem, & benemerentiam.

SVMMARIVM:

1 *Statutum pœnale venit strictissimè interpretandum, & ad limites verborum restringendum.*
2 *Dispositio dicitur pœnalis si auferat alicui habilitatem, quæ alias illi competeret.*
3 *Dispositio quantumuis generalis non comprahendit ea de quibus fuit specialiter dispositum.*
4 *Breue Apostolicum executioni demandatum præsumitur iustificatum.*
5 *Clausula*, supplentes, *apposita in aliquo Breui operatur vt actus sit validus etiam si alias aliquo defectu laboraret.*
6 *Residentia quando sit atendenda de tempore executionis, & assecutionis nouæ commendæ non autem de tempore gratiæ.*
7 *Residentia conuentualis non computatur pro residentia in commenda nisi cõcurrat licentia Magni Magistri, & Concilij, vt disponitur in ordinatione Capitulari 29. tit. de commend. quæ tamen non fuit à Papa confirmata.*
8 *Qualitas in Breui Apostolico apposita (Apostolica auctoritate confirmatorum) restringit excludendo ordinationes non confirmatas à Sede Apostolica.*
9 *Morbus probatur per visionem corporis, quando quæritur de membrorum debilitate præsertim si accedat iuramentum eiusdem, & n. 10.*
11 *Magnus Magister admittens ad nouas commendas Equites facit, quod non sit amplius tractan. de in-*

capacitatibus ex causa omissionis melioramentorum.

DECISIO DCLXXV.

VACANTE dignitate Hospitalatus linguæ Franciæ Magnus Magister, & Concilium eam contulerunt Eq. Iacobo Meduid, excluso, & reiecto Fr. Maximiliano d'Ampont habente maiorem partem suffragiorum linguæ, qui propterea reclamauit,& delata ad hoc S.Tribunal controuersia fuit sub die 4.April. proximi præteriti propositū dubiū, quænam dignitas esset adiudicanda D. Eq. Maximiliano, quod dubium quantumuis esset generale, tamen in effectu restringebatur ad Bauliuatum Moreæ, ad quem Eq. Iacobus tanquam electus ad dignitatem Hospitalatus obtinnerat pendente appellatione intericcta per Eq. Maximilianum gradatim promoueri, & quam Domini resoluerunt esse adiudicādam eidem Eq. Maximiliano vti habenti maiorem habilitatem, & benemerentiam, vt comprobatur in decisione, quam Domini in hac secunda propositione confirmañ censuerunt nō obstañ pro parte Eq. Iacobi in contrarium deductis ad inducendam incapacitatem Eq. Maximiliani, quæ ad duo præcipuè capita reducebantur, nempe ad defectum residentię quinquennalis in Commenda nūcupata de Sanctis Mauris, quam idem Eq. Maximilianus obtinebat, & ad non confectionem melioramentorum, & Cabredi in eadem Commenda. Ex quibus defectibus induci incapacitatem clarè disponit Statum 14. & 16. tit. de Commend. sæpius à Rota canonizatum, quorum tamen neutrum releuare Domini dixerunt.

Non quidem primus ductus ex non residentia quinquennali. Nam vltra quod Statutum loquitur tantummodo de Commendis, & sic non debet habere locum in dignitatibus, maximè cum sit pœnale, & propterea
1 veniat † strictissimè interpretandum, & ad limites verborum restingendum, *Cassad. decis. 3. num. 6. post tied. tit. de testam. Rot. recent. dec. 47. n. 6. par. 3. & dec. 307. num. 7. vers. secundo videbatur, & n. 8. p. 4.* Vbi etiam quod dispositio dicatur pœ-
2 nalis, † quæ aufert alicui habilitatem, quæ alias illi competeret, *Seraph. dec. 537. num. 3. & seq. Rol. cons. 27. nu. 14. lib. 1.* Eò magis cum respectu dignitatum adsit statutum particulare, *tit. de elect. cap. 13.* requirens decennalem residentiam in Conuentu. Vnde illæ non comprehenduntur sub d. statuto de quinquennali residentia in Commendis,& dispositio quan-
3 tumuis † generalis non comprehendit ea, de quibus fuit specialiter dispositum, *l. doti 119. ff. de verb. oblig. l. Sanctio legum 41. ff. de pœn. Alex. cons. 95. numer. 8. vers. ad illud etiam lib. 4. Socc. sen. cons. 63. num. 15. vers. Idem quod non concludantur vol. 3.* Eq. Maximilianus habet dispensationem Apostolicam, per quam fuit sublata omnis incapacitas, si quæ aderat.

Non obstat obiectum, quod d. Eq. Maximilianus obtinuerit dispensationem pretextu, quod esset occupatus, & futuris temporibus occupandus in seruitijs Regis Christianissimi, quod tamen non iustificatur, quia illud tolli-
4 tur ex eo, quod cum primum Breue † ab eo obtentum fuerit executioni demandatum, Magno Magistro mediante speciali decreto id præsumitur iustificatum iuxta conclusionem passim approbatam à Rota, vt per *Burat. decis. 842. nu. 4.* & in terminis quando Magnus Magister mandauit registrari, *Rota in rec. dec. 636. num. 4. par. 1. vbi sub num. 5. post taed.* subiungit superuacaneam esse iustificationem narratorum, & discussionem subreptionis facta registratione, & cessat omnis scrupulus ex secundo Breui obtento de anno 1637. in quo nedum per Papam fuit confirmatum primum
5 Breue cum clausula; † *supplentes &c.* quæ operatur, vt actus sit validus, etiam si alias aliquo defectu laboraret, *Rota dec. 282. num. 20. par. 6. recen.* Sed etiam fuit dispensatus à restrictiua biennalis residentiæ iniunctæ in dicto primo Breui, & vlterius dispositum fuit, vt ad hunc effectum ei suffragaretur totum id temporis, quod iuxta formam statutorum Apostolica auctoritate confirmatorum esset pro huiusmodi residentia computandum. Vnde cum ex Stat. 15. tit. de Commend. computetur tempus residentiæ in Conuentu, benè excluditur iste prætensus defectus.

Non obstat, quod non constet de residentia nisi 20. mensium de tempore datæ Breuis. Quia fuit responsum suffragari etiam residentiam, quæ postea superuenit. Nam cum huiusmodi gratiæ cōcessæ Equitibus sapiant naturam expectatiuarum dum conceduntur ad effectum consequeñ Commendas,& Dignitates non de præsenti, sed in futurum, sequitur
6 residentiam † esse attendeñ de tempore executionis, & assecutionis nouæ Commendæ, non autem de tempore gratiæ, *cap. si eo tempore de rescript. in 6. Gabr. cons. 198. num. 6. lib. 1. Cresc. decis. 10. num. 2. & seqq. de privileg. Put. dec. 3199. per tot. lib. 2. in correct. & in istis terminis ita fuit resolutum in Aquitanien. Prioratus 21. Februarij 1625. coram bon. mem. D. Archiepiscopo Seleucien. & in eadem causa 21. Maij eiusdem anni coram bon. mem. Vbaldo.*

7 Non obstat ordinatio † Capitularis 29. tit de Commend. nouissimè edita, in qua expressè disponitur residentiam Conuentualem non esse cōputandam pro residentia in Commenda nisi concurrat etiam licentia Magni Magistri,& Concilij. Quia respondetur illam non fuisse confirmatam a Papa, & ideò cadere sub derogatione in eadem gratia apposita iuncta illa qualitate in Breui apposita ibi Apo-
8 stolica auctoritate confirmatorum, † quæ restringit excludendo alias ordinationes non confirmatas à Sede Apostolica, significatio enim verborum restringitur ex qualitate illis adiecta, *Bart. in l. liberorum 220. num. 13. vers. veritas autem ff. de verb. signif. Ruin. cons. 161. num. 5. vol. 2. latè Gabr. cons. 132. nu. 38. vol. 2. Surd. cons. 441. num. 24. & seqq. lib. 3.*

Non obstat, quod dicatur non esse probatam infirmitatem narratam in secundo Breui quia

quia illa satis visa fuit iustificari ex aspectu eiusdem Equitis, qui ob vulnera recepta pugnando contra Christiani nominis hostes vix
9 incedere valet, morbus † enim probatur per visionem corporis, quādo quæritur de membrorum debilitate, vt est *text. in l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11. vbi Bart. num. 3. vers. ex quo nota*, maximè accedente iuramento eiusdem iuxta in-
10 signem doctrinam eiusdem *Bart. in l. quæsitum 60. num. 6. ff. de re iudic.* Vbi inquit poterit ipse qui fuerit infirmus docere proprio iuramento cum aliis indiciis congestis per *Decian. consil. 14. numer. 32. lib. 3. Odd. de rest. in integr. par. 1. art. 8. quæst. 11. num. 41. Beec. consil. 104. n. 10.*

Quo verò ad incapacitatem desumptam ex defectu melioramentorum, ea pariter tollitur ex secundo Breui de anno 1637. obtento cum noua dilatione triennali, quod onus postea fuit translatum in successorem ex particulari accollatione, quæ postea nedum fuit confirmata à Papa, cui explicitè narratum fuit Maximilianum possedisse d. Commendam vltra quinquennium, & omisisse perficere melioramenta, ad quæ tenebatur, itaut nulla possit prætendi subreptio, sed etiam fuit executioni demandata per Magnum Magistrum, qui admisit ipsum Maximilianum ad nouam Commendam nemine contradicente. Vnde se-
11 quitur non debere † amplius tractari de d. incapacitatibus, vt fuit resolutum *in Anglicana Prioratus 19. Octobris 1592. coram Litta, & in Meleuitana Commenda 4. Decembris 1634. coram bon. me. Pirouano in §. fin.*

Et ita ex his vtraque parte informante fuit resolutum pro secunda vice Baiuliuatum de la Morea esse adiudican Eq. Maximiliano, & sic standum in decisis &c.

ROMANA SVCCESSIONIS DE COMITIBVS.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Successio debita matri ab intestato in bonis filij, seu nepotis resoluitur ad vsumfructum tantum si transiurrit ad secunda vota cum proprietatem teneatur reseruare filijs procreatis ex primo matrimonio: Et quid quando Mater, seu Auia veniunt ad successionum in concursu cum Moniali. Renunciatio facta per ingressum in Religionem, quando dicatur stipulata pro quibuscumque hæredibus etiam extraneis: Et an in huiusmodi renunciationibus requirantur solemnitates statutariæ.

SVMMARIVM.

1 *Ascendentes proximi pro æquali admittuntur cum fratre, aut sorore defunctorum ab intestato sine liberis.*
2 *Mulier transiens ad secunda non potest succedere filio, seu nepoti nisi quoad vsumfructum cum proprietatem teneatur seruare pro filijs ex primo matrimonio procreatis.*
3 *Mulier binuba nec etiam legitimam sibi debitam in bonis filij, aut nepotis prædefuncti retinere valet quoad proprietatem.*
4 *Religiosus professus in Monasterio capaci bonorum in communi retinet ius succedendi parentibus, & cæteris agnatis, & cognatis perinde, ac si in seculo existeret.*
5 *Hæreditas quæ obuenit Monacho post emissam professionem defertur immediatè Monasterio non ipsi Monacho.*
6 *Ius prosequendi iniuriam non minus morte ciuili, quam naturali extinguitur.*
7 *Monialis professa in Monasterio capaci bonorum in communi non habetur pro mortua mundo, sed adhuc dicitur viua ad effectum vt monasterium ex ipsius persona succedere valeat.*
8 *Legitima debetur ascendentibus, aut descendentibus in bonis professi statim à die emissæ professionis, morte naturali non expectata.*
9 *Mater non amittit legitimam quoad proprietatem, si illam ante transitum ad secunda vota acquisierit.*
10 *Mulier quo casu dicatur acquirere portionem hæreditariam quoad vsumfructum tantum.*
11 *Frater, aut soror eius qui decessit ab intestato sine liberis æqualiter vocatur ad illius successionem vna cum ascendentibus eiusdem defuncti.*
12 *Hæredum, & successorum quorumcumque appellatione in materia indifferenti veniunt etiam extranei.*
13 *Emphiteusis concessa alicui, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque comprehendit etiam extraneos, qui alias non venirent.*
14 *Renunciatio tanquam odiosa non extenditur vltra personas in ea expressè comprehensas.*
15 *Renunciatio stipulata pro se, & hæredibus suis absque adiectiuo quibuscumque quandoque excludit ipsam renunciantem ex causa hæredum extraneorum.*
16 *Renunciatio stipulata pro hæredibus, & successoribus quibuscumque tunc illa comprehendit indistinctè omnes extraneos.*
17 *Decisiones in Bononien. de Amorinis coram Merlin. in Romana Renunciationis de Perottis post Tambur. de Abbatis. dec. 6. declarantur.*
18 *Ex diuersis non fit illatio.*
19 *Decis. 156. num. 6. & 10. par. 6. rec. in quibus terminis loquatur.*
20 *Renunciatio emphyteusis quamuis amplissima non suffragatur nisi paciscentibus eorumque hæredibus, & successoribus pro quibus illa facta reperitur.*
21 *in Renunciatione ex quibus verbis comprehensi dicantur hæredes, & successores quicumque.*
22 *Verba*, Quibuscumque hæredibus, & tam ab intestato, quam ex testamento &c. *successoribus inducunt æquiparationem, & æqualitatem, itaut sicuti illa comprehendunt hæredes extraneos ex testamento ita pariter hæredes extraneos ab intestato includere debeant, & n. 23.*
24 *Æqualium æqualis est determinatio.*
25 *Renunciatio facta cum expressa declaratione, vt censeatur dispositum ab intestato ad fauorem quarumcumque personarum, ac si ipse renuncians nunquam fuisset in rerum natura, dicitur realis, & indistinctè excludit renunciantem perinde, ac si ipse in rerum natura nunquam fuisset.*

26 *Ver-*

26 *Verba quando sunt clara non est locus præsumptionibus, & coniecturis.*

27 *Renunciatio pro hæredibus, & successoribus quibuscumque non potest dici facta contemplatione agnationis.*

28 *Voluisse quis præsumitur id, quod expressit.*

29 *Bona renunciata exclusis hæredibus extraneis devoluuntur ad monasterium, & non ad Monachum.*

30 *Successio ab intestato non impeditur ex odio, vel ingratitudine.*

31 *Causa finalis renunciationis in professis potius dicitur ingressus in Religionem, quam agnationis conseruatio.*

32 *Renuncians sicuti non extantibus hæredibus, seu proximioribus venientibus ab intestato succedit excluso Fisco, ita existentibus dd. proximioribus ipse renuncians excluditur.*

33 *Renunciatio sine solemnitatibus statutarys non sustinetur.*

34 *Persona Ecclesiastica non subiacet statutis Laycorum.*

35 *Denominatio nominis facta in renunciatione demonstrat qualis de eo tempore filia fuerit an sæcularis, seu potius religiosa.*

36 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. inter alia requirit interuentum proximiorum.*

37 *Consanguinitas, & descendentia probatur leuioribus probationibus ad effectum vt tales debeant interuenire in contractu minoris.*

38 *Existentia alicuius in certo loco de tempore contractus probatur ex actibus gestis per diem ante, & post contractum.*

39 *Habilitas alicuius ad effectum interessendi sufficit si probetur naturalis.*

40 *Ex habilitate de tempore antecedenti, & subsequenti dicitur quoque probata habilitas de tempore intermedio.*

41 *Contractus debet differri ad sequentem diem, quando eo die quis non potest interuenire ex causa impedimenti non duraturi.*

42 *Existentia in Vrbe, & habilitas ad interessendum ex citatione contra talem executa probatur.*

43 *Producens scripturam censetur fateri omnia in illa contenta.*

44 *Citatio vigore Statuti Vrbis facienda proximioribus, vt sustineatur quæ requirantur.*

45 *Contractus faciendi notitia vt dicatur habita per proximiores debet aliunde constare, quam per assertionem contrahentium.*

46 *Citationis deficientia probatur per diligentias ser. factas.*

47 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. non mandat deputari curatorem nisi nullus consanguineus existat, & interuenire possit secus si plures existant cum eo casu omnes vocari debeant.*

48 *Minor non potest in Curatorem deputari.*

49 *Iudex debet aduertere vt det Curatorem maiorem 25. annorum.*

50 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. cum sit directum in personas non habilitat forenses contrahentes in vrbe.*

DECISIO DCLXXVI.

CVM hodie reuideretur secunda decisio emanata in hac causa sub die 35. Ianuarij proximi præteriti, in qua dictum fuit constare de bono iure D. Comitissæ Corneliæ pro medietate, & pro alia medietate de bono iure RR. Monialium S. Catharinæ de Senis quoad bona reperta in Vrbe in hæreditate q. Balthasaris de Comitibus iunioris defuncti ab intestato sine liberis, Domini vtraque parte examinata recesserunt à decisis.

Nam quoad primam, quamuis vera sit conclusio firmata in prædicta decisione, nempè quod si quis decedit ab intestato sine liberis, ascendentes proximi vocantur ad successionem illius pro virili vna cum fratre, & sorore vtrinque coniunctis ipsi defuncto, & sic deficientibus patre, & matre auus, vel auia superstites (qualis est D. Comitissa) tanquam
1 ascendentes † proximi non excludūtur à successione talis defuncti ob existētiam eius fratris, aut sororis, sed æqaaliter ad illam vocantur ex dispositione *text. in §. si igitur defunctus vers. si verò cum ascendentibus, Auth. de hæred. ab intest. ven. vnde sumpta est Auth. defuncto C. ad Sen. Coons. Tertul.* quam etiam sic interprætantur, *glos. in d. §. si igitur defunctus verb. proximis in fin. vers. sed secundum primam auth. de hæred. ab intest. ven. & in d. auth. defuncto in eodem verb. proximis vers. Vel dic secundum Ioannem C. ad Sen. Consul. Tertul. & ibi Bart. num. 1. vers. aly dicunt contra Bald. num. 9. vers. dicas ergo, Castr. num. 3. in fin. vers. glosa tamen cum alys alleg. in decis. §. Et quoad primam partem.* Nihilominus d. conclusio non visa fuit applicari simpliciter casui, de quo agitur, quia cum d. Comitissa transiuerit ad
2 secunda vota, † non potest succedere pro medietate d. Balthassari nepoti ex primo matrimonio nisi quoad vsumfructum sua vita durante; secus verò quoad proprietatem, cum istam teneatur reseruare alijs liberis ex eodem matrimonio procreatis iuxta dispositionem *text. in l. fœminæ 3. §. illud etiam C. de sec. nupt. & ibidem Bart. nu. 1. vers. hoc est hodie decisum Bald. num. 2. & 4. Salic. num. 2. in fin. cum alijs quos refert, & sequitur Bologn. ad Mathesil. de success. ab intest. art. 2. princ. num. 18. int. tract. diuers. tom. 8. fol. 326. Socc. iun. cons. 71. num. 1. in fin. lib. 2. Gabr. de sec. nupt. concl. 3. num. 1. & seqq. Castill. de vsufr. c. 2. num. 15. & seqq. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 89. num. 12. & 18. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 5. nu. 25. Ciriac. controu. 139. num. 23. Caual. dec. 189. num. 1. Bur. dec. 82. num. 1. Martin. Andr. dec. 51. nu. 2. Rot.*
3 *dec. 80. num. 3. par. 6. rec.* Adeout mulier † binuba nec etiam legitimam sibi debitam in bonis filij, aut nepotis prædefuncti retinere valeat quoad proprietatem, sed vsumfructum dumtaxat consequatur, *Bald. cons. 5. circa fin. vol. 4. plenè Menoch. cons. 237. num. 7. & seqq.* Vbi hanc sententiam pluribus fundamentis, & rationibus comprobat *Peregr. cons. 78. num. 5. lib. 1. & cons. 17. num. 4. lib. 3. Gabr. de sec. nupt. d. concl. 3. num. 8. Ludou. concl. 33. ampl. 2. Sanch. de matrim. d. lib. 7. disput. 89. num. 19. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 1. num. 5. Ciriac. d. controu. 139. num. 23. & seqq.*

Mu-

Mangil. de imput. glos. 7. disp. 89. num. 18. Molfes. ad consuet. Neapol. par. 3. q. 22. num. 3. vers. quod legitimam, Guttier. de matr. cap. 109. num. 6. & hanc etiam sententiam amplexa fuit *Rota dicta decis. 80. numer. 6. vers. quod adeò verum par. 6. recent.*

Neque applicantur duæ limitationes ponderatæ in eadem decisione non quidem prima, nempè quod dispositio *d. l. fæmina* procedat, quando extant alij liberi ex primo matrimonio suscepti, qui succedere valeant, secus autem illis non extantibus. Quia in præsenti casu adhuc existit D. Cleria ex Balthassare seniore primo viro Comitissæ descendens, quæ licet fuerit ingressa Monasterium, atque professionem emiserit non ideò redditur incapax d. successionis pro medietate, cũ
4 Religiosus † professus in Monasterio capaci, prout hic, bonorum in communi retineat ius succedeñ parentibus, & cęteris agnatis, vel cognatis, perinde ac si adhuc in sæculo existeret, *l. Deo nobis 54. §. hoc etiam, & ibidem glos. in verb. parentum, Bart. per tot. Bald. num. 4. & seqq. Castr. num. 3. C. de Episc. & Cleric. Archidiac. in cap. Statutum num. 3. 18. q. 1. Lap. alleg. 101. num. 11. Rota decis. 47. num. 1. post Merlin. de legit.* Ad fauorem tamen, & vtilitatem eiusdem Mona-
5 sterij, cum hæreditas † quę obuenit Monacho post emissam professionem deferatur immediatè non ipsi Monacho, sed Monasterio, in quo ille professionem emisit iuxta communem Canonistarum opinionem, quam tenent *Innoc. in cap. in præsentia 8. num. 6. circa fin. vers. hoc autem, Hostien. num. 3. vers. hoc tamen, Io. Andr. sub num. 21. vers. illud autem, Butr. num. 28. vers. Vnde capacitas, iuncto vers. & omnia, Abb. num. 76. & seqq. Bero. num. 557. Anchar. n. 18. vers. Io. Andr. tit. de probat. Barbat. cons. 20. num. 19. Ruin. cons. 204. num. 12. & cons. 205. num. 1. vers. tamen communis, & cons. 206. in fin. volum. 1. Bertran. cons. 68. num. 3. in fin. vers. quia si heres vol. 6. Soccin. cons. 183. post princ. vers. Tamen communis opinio lib. 2. Curt. iun. cons. 48. n. 8. lib. 1. Hond. cons. 94. num. 15. lib. 1. & cons. 76. num. 11. lib. 2. Molin. de iust. & iur. tom. 1. disp. 140. col. 8. sub §. non solum bona cum alijs cumulatis à Sanch. in præcept. decalog. lib. 7. cap. 12. num. 36. Ferdin. à Castr. Pal. in oper. moral. de oblig. Relig. disp. 3. punct. 8. numer. 5. Gratian. discept. 363. num. 17. & seq.* Quam etiam opinionem tenuit *Rota decis. 128. num. 3. par. 2. rec. & coram Caual. dec. 346. n. 2. & coram Bur. dec. 294. n. 3. & dec. 639. n. 14. & seqq.*

Nec releuat, quod prædicta D. Cleria tanquã Religiosa videatur mortua mundo, præsertim quoad ius prosequẽdi iniuriam, quam d. Comitissa ob transitum ad secunda vota
6 videbatur ei intulisse, cum tale † ius non minus morte ciuili, quam naturali extinguatur iuxta *decis. in Nouarien. legitimæ coram bon. mem. Pirouano, & R. P. D. meo Ghislerio alleg. in ead. dec. quæ sunt dec. 116. num. 19. & 223. num. 6. par. 5. rec.* Quia fuit responsum d. conclusionem procedere posse in Moniali Professa in Monasterio incapaci, secus autem in professa, prout hic, in Monasterio capaci bonorum in communi,
7 quia tunc non habetur † pro mortua mundo, sed adhuc dicitur viuere ad effectum vt monasterium ex persona illius succedere possit in ea portione, quæ tali Moniali siue ex Testamento, siue ab intestato defertur, *Bald. in d. l. Deo nobis, §. hoc etiam num. 5. & ibidem Salic. sub num. 3. in fin. vers. & hoc vbi Monasterium, C. de Episc. & Cleric. Bart. in l. cum Pater, §. hæreditatem sub num. 3. ff. de leg. 2. Alex. cons. 139. numer. 9. lib. 2. Hond. cons. 62. num. 37. lib. 1. & cons. 76. nu. 12. vers. & quia hæc conclusio lib. 2. Surd. cons. 238. numer. 4. & seqq. lib. 2. & cons. 557. num. 9. & seqq. lib. 4. Peregr. de fideic. ar. 28. sub n. 64. vers. nam data, Fusar. de substit. q. 428. n. 11. & seqq. lib. 4. Rot. decis. 151. n. 2. & seq. p. 3. rec. & in terminis d. l. fæmina sensit Ripa in eadem l. fæmina num. 15. q. 8. quem refert, & sequitur Sanchez de matr. disput. 88. n. 25. vers. vnde infertur.*

Neque aduersari visæ fuerunt prædictæ decisiones in Nouariẽ legitimæ coram bo. me. Pirouano, & R. P. D. meo Ghislerio, ex eo quia licet illæ loquantur in terminis monasterij capacis bonorum in communi, nihilominus casus illarũ differt à casu, de quo agitur, quandoquidem ibi mater transiuit ad secunda vota postquam eius filij professi fuerũt Religionem Clericorum Regularium S. Pauli, & sic de tempore, quo illa iam acquisiuerat legitimam sibi debitam in bonis dd. filiorum etiam quoad proprietatem, vt legitima de-
8 beatur † ascendentibus, aut descendentibus in bonis professi statim à die emissę professionis illius morte naturali non expectata iuxta veriorem opinionem, quam tenent *glos. in c. cum simus 14. in verb. & bona paterna, & ibidem Anchar. num. 4. vers. si autem impubes, Anton. de Butr. num. 5. de regul. Abb. in d. cap. in præsentia 8. nu. 59. vers. sed respectu legitimæ filiorum de probat. Couar. in cap. 2. num. 7. vers. quibus refragatur text. tit. de Testam. Fachin. controu. iur. lib. 6. cap. 13. vers. ergo priorem sententiam, Honded. cons. 60. nu. 18. & seqq. lib. 2.* quam etiam opinionem amplexa fuit Rota in prædictis decisionibus; Ideoq; cum
9 d. mater semel assecuta † fuisset legitimam in bonis dd. filiorum professorum, non potuit illam amittere per transitum ad secunda vota postea subsequutum, *Merlin. de legit. d. lib. 4. tit. 2. q. 1. num. 14.* At in præsenti casu D. Comitissa transiuit ad secunda vota antequam D. Cleria professa fuisset in d. Monasterio S. Catharinæ de Senis, & sic de tempore, quo d. D. Cleria adhuc viuebat tàm ciuiliter, quàm naturaliter, quæ propterea licet fuerit ingressa d. Monasterium ibique professionem emiserit non ideò censetur mortua mundo, sed pro viua reputatur ad hoc vt Monasterium ex illius persona succedat in portione d. successionis, quæ ab intestato ei delata fuit ex iuribus superius allegatis.

Minus applicatur altera limitatio eiusdem dispositionis *l. fæmina*, nimirum quod illa procedat quoad bona, quæ peruenerunt ad filiũ, seu nepotem, de cuius successione agitur ex substantia patris, vel Aui prædefuncti, secus autem quoad bona, quæ idem filius, aut ne-

pos

pos aliunde acquisiuit. Quoniam talis limi-
tatio suffragari posset quoad bona, quæ d. Bal-
thassar iunior, de cuius successione agitur, ac-
quisiuisset ex hæreditate fratris, vel aliunde;
secus autem quoad bona per eum acquisita
ex hæreditate patris, vel aui, quia respectu isto-
10 rum D. Comitissa succedit solum † quoad
vsumfructum, proprietatem, verò tenetur
reseruare aliis liberis ex eodem matrimonio
iuxta distinctionem, quam tradunt *Rip. in d. l.
fœmina nu. 9. vers. constat autem, Ancher. cons. 347.
num. 1. vers. & hoc quantum ad ee, Corn. cons. 286.
num. 1. & 2. vers. ex quibus omnibus lib. 1. Gutt. de
matr. cap. 169. num. 7. Sanch. de matr. d. disp. 89. n. 12.
vers. hoc tamen intelligendum est, & num. 22. circe
med. Boer. dec. 192. nu. 6. & seqq. quos refert Merlin.
de legit. d. lib. 4. tit. 2. q. 1. n. 6.*

Quo verò ad secundam partem, in qua fuit
dictum constare de bono iure Monialium pro
altera medietate, licet vera pariter sit conclu-
sio firmata in eadem decisione, nempe quod
11 frater, † aut soror eius, qui decessit ab intesta-
to sine liberis, æqualiter vocetur ad illius suc-
cessionem vnà cum ascendentibus eiusdem
defuncti, *d. §. si igitur defunctus, vers. si verò cum
ascendentibus, Auth. de hæred. ab intest. venien. & in
Auth. defuncto, vbi etiam Salic. num. 3. C. ad Senat.
Cons. Tertull.* Nihilominus illa in proposito
non applicatur propter amplissimam renun-
ciationem ab eadem D. Cleria factam, quæ
maturius considerata visa fuit comprehende-
re casum, de quo agitur, sicque suffragari D.
Comitissæ.

Clarissima siquidem sunt verba d. Instru-
menti dictę renunciationis, in quo D. Cle-
ria (Hippolita Maria de Comitibus in eo
enunciata) titulo puræ, & perfectæ donatio-
nis cessit, ac renunciauit irreuocabiliter om-
nia, & singula tàm paterna, quàm materna, &
alia quæcumque bona, & iura sibi quomodo-
libet competen, & competitura ratione cu-
iuscumque successionis tàm ascendentium,
quàm transuersalium Euandro patri, & suc-
cessiuè Balthassari germano fratri, nec non
omnibus, & quibuscumque illorum, & singu-
lorum hæredibus tàm ab intestato, quàm ex
Testamento, & alias quomodocumque suc-
cessoribus, itaut dd. Euander, & Balthassar, &
eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredes, & suc-
cessores de omnibus bonis, & iuribus liberè
disponere possint, & ab intestato dispositum
censeatur perinde ac si ipsa renuncians nun-
quam fuisset in rerum natura ad fauorem
quarumcumque personarum &c. Vnde cum
euenerit obitus d. Balthassaris fratris ab inte-
stato fine liberis, vtique d. renunciatio sicuti
quoad bona, quæ fuerunt renunciata claris, &
explicitis verbis comprehendit bona, & hære-
ditatem eiusdem Balthassaris quamuis ab in-
testato deferendam, ita pariter quoad perso-
nas, quarum fauore facta fuit, comprehendit
d. Comitissam auiam maternam tanquam
eiusdem Balthassaris hæredem ab intestato,
cum illa fuerit stipulata pro hæredibus, & suc-
cessoribus quibuscumque, quorum appella-
12 tione † in materia indifferenti, qualis est hęc,
de qua agitur, veniunt etiam extranei, prout
in terminis renunciationis factæ patri à filia
tradunt *Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 85. num. 60. &
seqq. Cutell. de donat. contempl. matr. fol. 179. n. 127.
vers. sin autem renunciatio, Ant. Fab. in suo Codic.
lib. 2. tit. 3. definit. 22. vers. sed si vt plerumque fit,*
vbi indubitatam dicit esse opinionem; prout
etiam in terminis renunciationis factæ fratri
ab altero fratre dixit *Rota dec. 251. n. 6. par. 5. rec.*
Exemplo emphyteusis, seu feudi, cuius con-
cessio facta alicui, & suis hæredibus, & suc-
13 cessoribus quibuscumque † comprehendit
etiam extraneos, qui alias non venirent, *Bald.
in cap. in præsentia 8. num. 20. vers. secus si appo-
neretur terminus vniuersalis de probat. Felin. in cap.
quia 11. num. 5. vers. fallit autem hoc de Iudic. Rip.
in l. ex facto, §. si quis ite num. 16. vers. contrariem
opinionem, ff. ad Sen. cons. Treb. Rol. cons. 96. num. 28.
& 45. lib. 1. Alex. cons. 195. num. 4. lib. 2. Gebr. cons.
76. num. 12. lib. 2. Bero. cons. 102. num. 15. lib. 1. Man-
tic. de tecit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num. 22. Mert.
de clauf. par. 1. clauf. 202. num. 1. vers. & ideo opera-
tur, Ofasc. decis. 26. nu. 18. vers. neque subsistit, Gra-
tian. disc. for. cap. 351. num. 14. Afflict. dec. 386. n. 5.
Seraph. dec. 325. num. 8. Rot. dec. 251. num. 6. par. 5.
recent.*

14 Nec refragatur, quod huiusmodi renuncia-
tiones tanquam odiosæ strictam recipiant in-
terpretationem, adeout extendi non valeant
vltra personas in ea expressè comprehensas,
*Beld. cons. 437. sub num. 2. vers. Item iste renuncia-
tio lib. 1. Castr. cons. 86. num. 6. lib. 1. cum alijs alleg.
in d. decis.* Quoniam quidquid esset dicen. in
casu, quo renunciatio esset stipulata vel sim-
pliciter, vel pro se, & hæredibus suis absque
adiectiuo, quibuscumq; aut alio vniuersali, in
quibus terminis loquuntur Doct. allegati in
prædicta decis. cum etiã in istis terminis non
desint, Doctores sentientes renunciantem ex-
15 cludi † etiam ab hæredibus extraneis, ex eo,
quod proprietas verbi eos comprehendat, &
ideò ad hæredes sanguinis restringi non de-
beat, prout in specie tradunt *Paris. cons. 26. n. 38.
& seqq. lib. 3. Afflict. dec. 161. num. 3. vers. eamdem
limitationem, Capic. dec. 190. num. 2. Rouit. cons. 42.
num. 11. lib. 1. Mart. de success. per. 1. qu. 14. artic. 1.
num. 11. & seqq. Sench. ad præcept. Decal. lib. 7. c. 7.
num. 27. Merlin. Pignatell. contr. 5. nu. 5.* prout etiam
*sensit Rota coram Buras. dec. 894. num. 4. & dec. 587
num. 2. & 3. par. 1. recen. & in Perusina hæreditatis
26. Iunij 1628. coram bo. me. Card. Virili impress.
per Gilian. post compend. ad statut. Perus. decis. 96.
num. 7.* Cessat difficultas, quando, prout hic,
renunciatio stipulata fuit pro hæredibus, &
successoribus quibuscunque, quia tunc illa
16 comprehendit indistinctè omnes † hæredes
etiam extraneos, prout in terminis declarat
*Molin. de rit. nupt. d. qu. 85. num. 60. Io. Fab. in suo
Cod. d. lib. 2. tit. 3. diffinit. 22. vers. sed si vt plerum-
que fit*; vbi ait nullum præsumptioni relinqui
locum, nec proinde dubitationi, quin etiam
pro hæredibus extraneis talis renunciatio sti-
pulata fuerit.

17 Nec applicantur decisiones in *Bononien. hæ-
reditatis de Armis coram bo. me. Merlino post Melin.
de legit. d. dec. 47. num. 7. & in Romana Renuncia-*

tionis

tionis de Perottis coram me post Tambur. de Abbatiss.dec.6 n.8. Siquidem decisio in Bonon de Armis loquitur in renunciatione,quę erat restricta ad bona paterna, & materna, & propterea Rota iure merito censuit illam tanquam stricti iuris non comprehendere bona fraterna, quæ in ea non fuerant expressa. Decisio verò in Romana Renunciationis de Perottis emanauit in casu, quo renuncians non fecerat mentionem hæreditatis illius, ad cuius fauorem renunciabatur, & neutra ex illis facta fuit etiam pro hæredibus, & successoribus quibuscunque. At in præsenti casu D. Cleria expresè renunciauit bonis etiam fraternis & sic Balthassarris, de cuius successione agitur, dictamque renunciationem fecit tàm Euandro Patri, quàm ipsi Balthassarri fratri, & cuiuslibet eorum hæredibus, & Successoribus quibuscunque. Vnde à dd. decis.
18 emanatis in casibus † diuersis non est facienda illatio *vulg.l.Papinianus ff.de minor.*

19 Minùs applicatur † *decis.186.num.6.& nu.10. vers.nec minus obstat clausula par.6.rec.* Quoniam illa non loquitur in terminis successionis, sed deuolutionis ad Dominum directum, quem propterea Rota dixit non esse comprehensum in renunciatione Emphiteusis facta ad fauorem stipulantis pro se, hæredibus, & successoribus quibuscunque, & merito quia Dominus directus non dicitur hæres, aut successor illius, qui renunciationem procurauit, neq; ab eo causam habet, sed vigore sui dominij rem emphiteuticam ad suas manus retrahit; Ideoq; non valet allegare ad sui fauorem d. re-
20 nunciantionem, cum renunciatio † emphiteusis quamuis amplissimis verbis concepta non suffragetur nisi paciscentibus, eorumq; hæredibus, & successoribus, pro quibus illa facta reperitur, prout in terminis explicant *Alex in l.qui Romæ §.duos fratres num.60. & ibidem Socc.Iun.num.41.ff.de verb.oblig. Bart.cons.58.n.4. Gabr.cons.89.num.11.vol.1.Hond.cons.36.num.25. & seqq.& num.35.lib.1.*

Prædictaque fortiùs elucescunt ponderatis supradictis prægnantissimis, ac geminatis verbis, quibus eadem renunciatio facta fuit ibi. (Nec non omnibus, & quibuscunq; illorum, & singulorum hæredibus, & tàm ab Intestato, quàm ex Testamento, & alijs quomodocunque successoribus, itaut dd. DD. Euander, & Balthassar, ac eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredes, & Successores de omnibus bonis, ac Iuribus liberè disponere possint, & ab Intestato dispositum censeatur, perinde acsi d. D. Hippolita Maria nunquam fuisset in natura ad fauorem quarumcunq; personarum) Quæ verba satis clarè demonstrant prædictam renunciationem suffragari etiam hæred. extraneis d. Balthassarris qualis est D. Comitissa, tùm quia illa concepta fuit pro omnibus, & quibuscunque hæredibus, & tàm ab Intestato &c.ac aliàs quomodolibet Successoribus,quę verba, iunctis alijs inferioribus, ad fauorem quarumcunq; personarum tanquam vniuersalia, & geminata, imò triplicata ostendunt magis enixam voluntatem contrahentium includeñ in prædicta renunciatione non solum
21 descendentes, † sed etiam cuiuscunq; generis hæredes, & Successores *arg. l. balista 32. ff. ad Trebell. Rota decis.702. num.2. par.3. & decis.368. num.4. vers.& prædicta eo magis par.6.rec.* Tùm
22 etiam quia dd. verba, † quibuscunq; hæredibus, & tàm ab Intestato, quàm ex Testamento &c. Successoribus inducunt æquiparationem, & æqualitatem *Menoch. cons.973. num.2.*
23 *22.& 23.* Vndè sicuti illa † comprehendunt hæredes extraneos ex Testamento, prout omnes admittunt, ità pariter hæredes extraneos ab Intestato includere debent ad hoc vt æqua-
24 lium sit † æqualis determinatio *Surd.cons.384 num.22.& 23. Rota decis.379. num.8. in fin. par.3. recent.* Tùm denique quia eadem Renunciatio facta fuit cum expressa declaratione, vt censeretur dispositum ab Intestato ad fauorem quarumcunq; personarum, ac si ipsa renuncians nunquam fuisset in rerum natura,
25 que verba operantur, vt renunciatio † dicatur realis, & indistinctè excludat renunciantem, perinde ac si illa in rerum natura nunquam extitisset *Io.Andr.de Georg. alleg.23. num.2. Gabr. cons.89. num.13. vers. nisi ex alijs lib.1. Molfes. in consuet.Neapol.tit.de renunc. qu.2. num.14. Merlin. Pignatel.contr.29.num.14.*

Nec releuant coniecturæ ponderatæ in eadem decisione ad probañ prædicta verba quãuis amplissima comprehendere illos dumtaxat hæredes, & Successores, qui ex præsumpta mente tàm Euandri patris recipientis renunciationem, quam D. Cleriæ filiæ renunciantis, contemplati fuerunt, non autem omnes hæredes, & Successores indefinitè, & sic etiam extraneos. Quia vltrà quod vbi verba
26 *prout hic*, sunt clara, † & literalia non videtur esse locus præsumptionibus, ac coniecturis *l. ille aut ille 25.§.cum in verbis ff.de leg.1 l.continuus 918.§.cum ita ff.de verb.oblig.Menoch.de præsumpt. lib.1.qu.11. num.5. Rota decis.203.num.17. par.5. recent.* Adhuc singulæ consideratæ videntur corruere.

Respectu siquidem Euandri Patris prima ducta ex præsumptione, iuxtà quam Pater censetur recipere Renunciationem à filia fauore conseruandæ agnationis, non adaptatur præsenti casui, quia versamur in amplissima
27 renunciatione † pro se, hæredibus, & Successoribus quibuscunque, quæ verba non conueniunt rationi conseruandæ agnationis *Rota decis.252.num.4.par.5.rec. Monter.decis. Aragon.10 num.34.*

Altera desumpta ex aliis duabus renunciationibus, quas Euander Pater recepit ab eius germanis Sororibus ingressis in idẽ Monasterium sub expressa ratione conseruandæ agna-
28 tionis,quia sicuti quando voluit † expressit ita pariter in ista expressisset,si idẽ voluisset *l.vnic. §.sin autẽ ad deficientis C.de cad.tollen. Alex.cons.70 sub num.12.lib.7.Menoch.cons.85.num.110.& seqq.*

Tertia quod Pater præsumatur propriam filiam vti magis dilectam voluisse præferre hæredi extraneo minùs dilecto, cessat in proposito ex apertis verbis, quibus renunciatio stipulata fuit pro omnibus hęredibus, & Successo-

cessoribus quibuscunque, & sic etiam extraneis, perinde ac si filia renuncians nunquam in rerum natura extitisset, præsertim quia non admodum vrget dilectio ergà filiam,
29 cum bona renunciata, † exclusis hæredibus extraneis non ad ipsam filiam, sed ad Monasterium peruenissent, vt in proposito aduertit *Rota decis.480.num.4.par.2.recent.*

Quarta quod D. Comitissa esset odiosa Euandro filio, vltra quod in facto non iustificatur adhuc hoc probatum non releuaret, eum versemur in Successione ab Intestato,
30 quæ † non impeditur ex odio, vel ingratitudine *Bart.in l. fratres 27. num.6* vbi etiam *Bald. num.11. Ias. num.9. vers. tene primam opinionem C. de inoff.testam.Perez.de Iur.fisc.lib.2.tit.3. num.14. vers.ab Intestato vero Bell.Iun.de Iur.accresc.cap.7. qu.57.num.37.in 5.casu*, & dixit *Rota in Romana domus 12. Nouembris 1638. coram Reu. P. D. iacobo Carillo*.

Coniecturæ quoque ex parte D. Cleriæ renunciantis non sunt magni momenti. Nam illa desumpta ex simili præsumptione iuxta quam filia censetur facere huiusmodi renunciationem patri, aut fratri contemplatione masculorum ex eis descendentium ad hoc vt bona conseruentur in agnatione, procedere posset in filia, quæ nupsit in sęculo, in quibus terminis loquuntur omnes fere Doctores ex aduerso allegati secus autem in filia, quæ, *prout hic*, ingressura in Monasterium fecit amplissimam renũciationem asserens apertis verbis in proæmio eiusdem renunciationis se velle vitam Sanctimonialem in eo ducere professionem emittere, & Altissimo perpetuo famulari, & propterea de rebus, quæ sibi quomodolibet obuenire possent disponere, ad hoc vt ab humanis rebus omninò libera Deo Opt. Max. inseruire valeret. Ex his enim verbis colligitur causam finalem talis renunciationis
31 fuisse potiùs † ingressum in Religionem quam rationem conseruandæ agnationis, prout in terminis aduertunt *Natt.cons.180. num.5. vers. præterea Soec.Sen.cons.183.num.3.vers.postremo dico vol.2.Becc.cons.74.num.11. Trentacinq.cons.13. num.1.& 6.lib.2.Dec.cons.86.num.5.ad med.Rouit. cons.44.num.13.& seqq.lib.1.Conar.in cap.quamuis par.3.§.2.num.2.vers.tertia ratio Molin.de rit.nupt. lib.3.qu.92.num.33.& seqq.Caput.in consuet. Neap. par.3.§.8.num.12.post princip. Gratian.discept.568. num.9.vers.quia verius est & seqq.& disc.971.nu.1 & seqq.idem Gratian.decis.42.num.1.in fin.& seqq. Mastril.decis.65.nu.12.& seq.Barz.decis.Bonon.25. num.68. Rota decis.587. num.4. & 5. & num.10. par.1.rec.& decis.714. ante fin.par.2. & decis.109. num.1.& 2.par.5. recent. & in Romana Domorum, siuè Spolij 5. Decembris 1605. coram Lancell.*

Altera verò quod D. Cleria, si voluisset renunciare ad fauorem cuiuscunque hæredis etiam extranei, fiscum quoque ad sui, siuè Monasterij exclusionem admisisset, facilè corruit, quandoquidem D. Cleria deficiẽ non solum omnibus parentibus eorumq; liberis, & descendentibus, verum etiam Agnatis, & alijs proximioribus venientibus ab Intestato successisset patri, aut fratri ab Intestato etiam exclusò fisco non obstañ d. renunciatione. At extantibus, *prout hic*, proximioribus venien-
32 tibus ab Intestato † non ipsa filia renuncians, sed illi succedere debent, prout in terminis aduertunt *Guidon.decis.192.num.2. ant.med. vers. sed dixit quod credit &c. Pappon.lib.6.tit.4.arrest.18 cas.5. Franc.de Barrij tract.de success.lib.11. tit.23. qui repudiare possit sub numer.27. vers. Item hoc casu*.

Verum dicebant Domini prædictam renunciationem suffragari D. Comitissæ supposita validitate eiusdem renunciationis, quam tamen dixerunt non subsistere vti factam absq; solemnitatibus requisitis *à Stat.Vrb.in cap.113.*
33 *& cap.151.lib.1.* quarum defectus † inficit contractum eiusdem renunciationis *Bur.decis.410 num.1.Rota decis.678.num.2.par.1.& decis.98.n.4. & decis.190.num.3.par.6.rec. & apud Pic.decis.59. num.19. & in Romana redditionis rationis 20. Maij 1626. §.namq; suffragatur coram bon. mem. Coccino eum alijs relat. in eadem decisione in §. Quoad primum*.

Neque aduersari dicebatur fundamentum eiusdem decisionis, nempè quod huiusmodi renunciationes vti factæ ob ingressum in Religionem non requirant Statuti solemnitates, præsertim quando fiunt à Puella post ingressum in Monasterium, de tempore scilicet Nouitiatus intra duos Menses ante emissam professionem, cum illa tali tempore repute-
34 tur persona Ecclesiastica, quæ † propterea non subiacet Statutis laicorum, prout Sacra Congregatio censuit in declaratione *relat. per Aldan.in compend.canonic resol.lib.4.tit.9. qu.11. & D.Sperell.decis.16.num.47.& alios relat.in decisione in §. Et videbatur cessare difficultas*. Quoniam illud benè procederet, vbi constaret D. Cleriam de tempore renunciationis fuisse nouitiam, qualis tamen non probatur tunc temporis extitisse; Imò præsumitur fuisse adhuc sæcularis, ex eo quod illa in Instrumento d. renunciationis eodem nomine, quo in sæculo, scilicet Hippolita Maria nuncupabatur, non
35 autem Soror Cleria, qualis † denominata fuisset, si talis renunciatio post susceptum habitum nouitiarum ab ea facta fuisset *arg. text in l.labeo ait 7.vers.sed etsi magnopere ff. de suppell.leg. l.plenum §.Equitis ff.de vsu, & habit. Bcr.cons.64. num.28.lib.2.*

Defectus autem dd. solemnitatum resultat ex eo quia in d. renunciatione non fuerunt adhibiti coniuncti proximiores ex latere matris, quos d. D. Cleria habebat in Vrbe de tempore celebrati contractus, prout ex dispo-
36 sitione Stat. † Vrb. *cap 151. lib.1.* erant adhibeñ pro forma, qua non seruata contractus, remanet nullus, prout in terminis d. Statuti firmant *Pic.ad Stat.Vrb.eod.cap.151.gloss.17.nu.1. & Fenzon.super eod.Stat.num.13.cum alijs pluribus ab vtroque cumulat.Verall.decis.206.in princ. par.3.*

Quod autem D. Cleria tunc temporis haberet plures coniunctos ex latere Matris, nempè R. P. D. Farnesium, & Dominos de Capranica, & Cuppis commorantes in Vrbe, qui poterant commodè interuenire patet.

Nam

Nam quod prædicti essent coniuncti ex la-
tere Matris respectu R. P. D. Farnesij, & DD.
de Capranica probatur ex Testamento, & alijs
pluribus enunciatiuis desumptis ex publicis
Instrumentis in facto ponderatis, quæ omnia
simul iuncta vtique probant consanguinita-
37 tem, & descendentiam † prædictorum, cum
ad hunc effectum admittatur probatio etiam
per coniecturas, & inditia *Aretin. cons. 37. sub
num. 1. vers. venio igitur Gemin. cons. 27. num. 8. Rot.
decis. 331. num. 14. par. 7. rec.*

Quodque prædicti de tempore contractus
existerēt in Vrbe probatur ex actibus ab vtro-
que gestis in Vrbe eadem die contractus, &
respectiuè per diem antea, & post contractum
38 quiquidem actus † absque dubio probant ex-
istentiam illorum in Vrbe *iuxtà gloss. in Clem.
Dudū §. Statuimus etiam vers. ac deinde in verb. præ-
sentari de Sepult. Dec. in cap. cum parati* 19. *num.* 10
de appell. Tiraq. de leg. connub. glos. 6. num. 31. vbi
alios cumulat.

Quod potuerint quoque contractui inter-
uenire respectu R. P. D. Farnesij probatur ex
Testibus deponeñ de habilitate naturali eadē
die, quod sufficit absque eo quod probetur
39 habilitas † accidentalis, vel carentia impedi-
menti eadem die, vt firmauit *Rota decis. 713.
per tot par. 2. rec.* quam refert, *& sequitur Add.
ad Greg. XV. decis. 406. num. 19. vers. aduertendum
tamen est, & in Romana donationis de Carrarijs 3.
Aprilis 1620. coram Sacrato.*

Respectu verò DD. de Capranica probatur
ex eo quod die immediatè præcedenti con-
tractui, & die immediatè subsequenti Inter-
uenit in Capitulo Lateraneñ, ex quo sequi-
tur potuisse etiam interuenire contractui ce-
lebrato in die intermedia, cum ex habilitate
40 de tempore † antecedenti, & subsequenti di-
catur quoque habilitas de tempore inter-
medio *Bald. cons. 247. num. 2. lib. 2. & cons. 26. nu. 2.
præterea lib. 3. Greg. XV. decis. 26. num. 5.* Vel qua-
tenus constaret de aliquo impedimento in
die celebrati contractus, non ideò sequitur
quod potuerit ad stipulationem deueniri, quia
41 cum illud non esset † diù duraturum debuit
ad sequentem diem differri *iux. trad. per Tiraq.
de leg. connub. glos. 8. num. 6. & seqq. Rota d. decis. 713
num. 4. in fin. par. 2. rec. Greg. XV. d. decis. 406. nu. 19.
vers. aduertendum tamen est in fine.*

Prout idem videtur dicendum de existen-
tia, consanguinitate, & habilitate D. de Cup-
pis, quem cum in eodem Instrumento renun-
42 ciationis asseratur fuisse citatum, † vtique ex
hac enunciata citatione remanet probata exi-
stentia in Vrbe, & habilitas ad interessendum
adeout non sit opus alia probatione, vt dixit
*Rota in d. Romana Donationis de Carrarijs 3. Apri-
lis* 1610. *coram Sacrato*, præsertim contra D.
Comitissam, quæ se fundat in dicto Instru-
43 mento, per cuius † productionem censetur
fateri, & approbare omnia contenta, & enun-
ciata in illo *l. Publia 26. §. Titius ff. deposit. cap. cum
olim 19. de censib. Paris. cons. 125. num. 20. lib. 1. cum
alijs relat. à Surd. cons. 5. num. 37. Greg. XV. dec. 238
num. 5. & ibi Add. num. 15. Rota in Albanen. Vineæ
19. Decembris 1618. coram Remboldo.*

Demum non subsistit quod fuerit satisfa-
ctum Statuto per deputationem Curatoris in
locum D. de Cuppis citati, & recusantis com-
parere, quia talis deputatio non visa fuit suf-
fragari ex pluribus.

44 Primò quia citatio † tunc demum suffra-
gatur quando est facta legitimè cum expres-
sione loci horæ, & qualitatis contractus, de
qua doceri debet concludentèr, vel per regi-
strum factum in eodem Instrumento, vt fieri
solet *Pic. ad stat. Vrb. d. cap. 151. glos. 19. num. 16.
Rota in Prænestrina bonorum 6. Iunij 1616. coram
Sacrato.* Vel saltem aliunde quam per asser-
45 tionem contrahentium, quibus † in hac ma-
teria non creditur etiam cum Iuramento *Rot.
post Pic. decis. 3. num. 7. & decis. 22. num. 14. & inter
recent. decis. 97. num. 5. par. 6. rec.* In proposito au-
tem tantum abest quod d. citatio probetur fa-
cta cum dictis qualitatibus quinimò pro par-
te D. Clericæ nullam interuenisse citationem
docetur per diligentias factas ser: ser: per quas
46 bene remanet probata negatiua † non exi-
stentiæ *Caput. decis. 45. num. 2. & 3. par. 3. Rot. coram
Greg. XV. decis. 139. num. 5. & inter recent. decis. 216
num. 9. & 10. & decis. 268. num. 9. par. 6.*

Secundò quia supposito quod D. de Cuppis
fuisset legitimè citatus, adhuc non sufficeret,
sed debuissent quoque citari cæteri proximio-
res superiùs nominati, quia Statutum tunc
demum mandat deputari Curatorem, quan-
do nullus consanguineus existit, vel interue-
nire potest, vel recusat, secus quando plures
existunt, qui facilè interuenire possunt,
47 quia † tunc omnes vocari debent, vt in ter-
minis tenet *Corn. cons. 241. num. 7. lib. 2. Boccac. ad
Const. March. gloss. 3. num. 100. Pic. ad. Stat. glos. 13.
nu 2. & gloss. 19. nu. 3. & 10. & 17. Rota post Statil.
ad Saluian. decis. 122. num. 3.*

Tertiò denique dato etiam quod omnes
fuissent vocati, ac legitimè citati, adhuc de-
putatio Curatoris sustineri nequit ex defectu
inhabilitatis personæ electæ, quæ erat minor
25. annorum, & forensis. Vnde quemadmo-
dum non poterat per seipsum validè contra-
48 here, † minus potuit validè pro authorizan-
do contractu alteriùs in Curatorem deputari
*iuxtà text. in l. vlt. vers. cui enim, & vers. discretis C.
de leg. Tut. glos. in l. 2. in verb. Curatorem vers. est
etiam in hoc ius ff. de Curat. bon. dan. & facit text. in
l. cuius bon. 9. ff. de Curat. Furios. Alex. cons. 221. nu. 6
49 lib. 6.* Vbi † quod Iudex debet aduertere vt det
Curatorem maiorem 25. annorum *Dec. cons.
575. num. 4. vers. secunda ratio.* Idque procedere
debet etiam quod d. Curator excederet 20.
annum, quia non ideò pro maiori 25. annis
haberi potuisset *iux. Stat. Vrb. c. 47. qui pro maio-
ribus habeant.* Quia Statutum prædictum
50 cum † sit directum in personas non habilitat
forenses contrahentes in Vrbe *Fenz. ad Stat.
cap. 47. in princ. Gratian. disc. for. cap. 824. num. 32.
Gabr. de Stat. conc. 3. num. 12. Rota decis. 709. num. 5.
par. 2. rec. & decis. 63. num. 17. post Pic. ad Stat. & in
Vrbevetana Census 23. Iunij 1634. coram bon. me.
Motmanno.*

Et ita vtraque &c.

TIBVRTINA REDDITIONIS. RATIONIS.

Luna 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Debitum quando probetur ex partitis libri Administratoris, & in qua quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Liber pro scribente non probat & num. 8.*
3 *Liber Administratoris pro eo nullam facit probationem si aliqua partita ibi descripta detegantur erronea.*
4 *Liber Administratoris, vt releuet, & debitum probet debet continere distinctè qua de causa debitum fuerit contractum, quoue die mense, & anno persolutum.*
5 *Argumentum à particulari consuetudine plurimum attendi debet.*
6 *Ex diuersis non fit illatio.*
7 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
9 *Testi de facto proprio deponenti non leuis adhibetur fides.*
10 *Peritorum attestatio quoad expensas factas in recolligendo frumento quando dicatur concludere, & præsertim contra Administratorem qui nimis callidè se gessit & num. 11.*
12 *Veritas per nostrum affirmare, vel negare non mutatur.*
13 *Culpa alterius alij præiudicare non debet.*
14 *Periti iudicialitèr de consensu partium electi relationi standum est.*

DECISIO DCLXXVII.

POSTQVAM per binas decisiones emanatas coram me. Primam sub die 9. Decembris anni præteriti, & alteram sub die 13. Maij huius anni firmatum fuit constare de credito D. Lentuli in summa sc. 3632. b. 70. conflata ex pluribus partitis, quas Io: Baptista Britius Administrator bonorum, & redditum M. Antonij fratris, & Authoris d. Lentuli partim descripsit in libris d. administrationis, partim verò in eisdem libris describere omisit ad creditum d. M. Antonij. Proposui hodie dubium super reseruatis, nempe an constaret de debito eiusdem Lentuli, & pro qua summa, & Domini dixerunt constare de illo pro summa dumtaxat sc. 2493.

Quamuis enim ex libro d. Britij appareat debitum Marci Antonij conflatum ex partitis in eo descriptis ascendere in totum ad sc. 2965 nihilominus visum fuit esse detrahendas infrascriptas partitas.

Prima est sc. 100. quæ Britius adnotauit in maiore quantitate. Quandoquidem ille descripsit debitorem ipsum M. Antonium in summa sc. 250. pro totidem erogatis, vt ipse asseruit, in emptione vnius Census impositi ad fauorem eiusdem M. Antonij, & tamen ex lectura Instrumenti eiusdem Census apparet illum esse sc. 150. non autem 250. quod
1 quidem Instrumentum † facit probationem probatam *Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de oper. nou. nunciat. Bart. in l. Interest. 21. num. 2. C. de solut. Dec. cons. 36. num. 20. Rui. cons. 128. num. 1. lib. 4. Bur. decis. 540. num. 4. Rota decis. 144. num. 1. par. 7. rec.*

Altera est sc. 101. quæ idem Britius posuit ad debitum ipsius M. Antonij pro totidem solutis Luciæ Britiæ illius Sorori. Siquidem de isto prætenso debito Marci Antonij erga d. Luciam nullibi constat minusque de solutione prædicta nisi ex eiusdem Britij libro,
2 qui † pro eodem scribente non probat prætensum debitum, nisi solutio aliunde iustificetur *Castr. in l. cum seruus 82. num. 6. ff. de cond. & dem. Guttier. de Tut. & Curat. cap. 1. num. 147. cum seqq. Ancar. cons. 230. num. 7. vers. præterea aduerten. est Caual. decis. 225. nu. 5. Gratian. discept. 563 num. 34.*

Præsertim cum ex alijs partitis ponderatis in prædictis duabus decisionibus appareat d. Administratorem plures pecunias spectañ ad M. Antonium exegisse, eas tamen ad creditum ipsius in eodem libro non apposuisse, ac viceuersa plures alias à veritate discrepantes ad debitum eiusdem M. Antonij descripsisse prout liquet tàm ex præcedenti partita, quàm ex alijs infrà discutiendis, quo casu liber Ad-
3 ministratoris † nullam pro eo videtur facere probationem *ex relat. à Menoch. de arbitr. cas. 91. num. 21. Munoz. de ratiocin. admin. cap. 12. num. 21. Grat. d. disc. 563. num. 35.*

Quæ partita eò fortiùs detegitur suspecta. Tùm quia Britius descripsit in ea debitorem d. M. Antonium in dd. sc. 105. pro totidem solutis Luciæ eius Sorori pro sorte principali, & fructibus, nulla tamen facta mentione causæ, propterquam prædicta sors vna cum fructibus debita fuisset, census nimirum Cambij, aut alteriùs similis causæ, quæ generica descriptio non releuat ad effectum probandi existentiam prætensi debiti, eiusque solutionem in d. libro enunciatam, sed opus esset, vt idem
4 liber † distinctè contineret qua de causa idem debitum contractum fuisset quoue die mense, & anno persolutum fuisset *iur. doctr. Bart. in l. comperimus num. 1. vers. si enim C. de naufcnl. libb. 11 & cons. 190. num. 9. lib. 1.* quem sequuntur *Rip. in l. admonendi 31. num. 106. ff. de Iureiur. Ceph. cons. 678. sub num. 47. lib. 5. Surd. cons. 391. num. 35. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 208. num. 19. & 20. Hect. Felic. de Societ. cap. 76. num. 34. Farinac. in fragment. part. 1. verb. Administrator sub num. 50. & par. 2. in verb. Iuramentum in litem num. 1075. Rota dec. 690 num. 5. par. 1. rec.* & in alijs causis relatis *in Romana redditionis rationis 15. Decembris 1636. coram bon. me. Coccino.* Tùm etiam quia idem Britius nullam reportauit receptam, aut quietantiam à Lucia pro solutione prætensi debiti, prout verisimilitèr illam reportare tenuisset, sicuti egit in solutione aliorum debitorum realium longè minoris summæ Iuliorum sex, si reuera d. debitum extitisset illudque persoluisset sumpto argumento à sua consue-
5 tudine particulari, † quæ plurimum attenditur

tur inx.text.in l. fin. ff.quod cum eo l. si quis semisses ff.de vsur. cum alijs in proposito cumulatis *à Soccin.Sen.conf.159.num.6. & 17.lib.2. Gratian.d. discept.563.num.34.vers.Præsertim quia.*

Nec releuat quod in quodam folio subscripto manu M. Antonij d. Lucia reperiatur descripta inter Creditores illius, quia ex lectura eiusdem folij apparet illud continere debita communia inter ipsos M. Antonium, & Britium, in eoque Luciam prædictam fuisse descriptam Credit̃ricem non quidem in sc. 101. sed in scutis dumtaxar 15. debit. à M. Antonio in communi cum ipso Britio ex causa grani ibi. *Si deuono dare alla Signora Lucia Britij di Gismodi in commune scudi 15. per grano*, quæ partita non controuertitur, fuitque admissa à Perito in sua relatione, vnde ex isto debito non bene infertur ad existentiam, ac multò minùs ad solutionem prædicti alteriùs debiti scut. 101. tanquam omninò diuersi ex 6 vulgato axiomate quod † ex diuersis non fit illatio *l.Papinianus 20.in fin.& ibi Doct.ff.de minor Surd.conf.150.num.94. lib.1. Rota decis.8. num.10. & decis.370.num.8.par.5.rec.*

Minùs obstat quod in parte inferiori d. folij describantur debita M. Antonij ibi. *Debiti, che lascia in nota il Signor Marc'Antonio al Signor Gio. Battista Britij.* Inter debita autem Marci Antonij legantur infrascripta verba. *Alla Signora Lucia Britij Gismondi.* Quoniam huiusmodi descriptio nulla expressa causa, nec quãtitate debiti apertè indicat d. Luciam fuisse descriptam Creditricem M. Antonij pro rata sc. 15. ex eadem causa grani in parte superiori eiusdem folij enunciata, quo M. Antonius tenebatur, erga illam in communi cum ipso Britio, non autem ex alia causa particulari, pro qua si Lucia Creditrix extitisset cum eadem causa, & in certa quantitate, prout superiùs in eodem folio adnotata fuit descripta fuisset.

Tertia partita, quæ venit detrahenda est sc. 58. quæ Britius descripsit paritèr ad debitum M. Antonij pro totidem solutis Pompeo Zacchiæ ex causa fructuum vnius Societatis officij sc. 100. Quia cum Marcus Antonius, & Britius insimul accepissent ad Societatem officij sc. 200. nempè scuta centum à d. Pompeo Zacchia, & alia sc. 100. ab Hieronyma Perleone occasione Artis Agriculturæ, quam insimul exercebant. M. Antonius pro rata scut. 100. sibi tangeñ extinxit Societatem officij initam ad fauorem d. Hieronymæ; & integros fructus illius cum proprijs pecunijs persoluit, vt elicitur ex Iuribus datis *in Sum. Lentuli.* Vnde si Britius post finitam d. Societatem persoluit fructus alterius Societatis scutorũ 100. quæ durabat ad fauorem Pompei ratam sibi spectan. & sic proprium debitum persoluisse videtur, & consequentèr malè opposuit pecunias solutas pro fructibus d. Societatis ad debitum d. Marci Antonij, qui respectu ipsius Britij iam erat liberatus mediante extinctione prædictæ alteriùs Societatis, ac so- 7 lutione fructuum illius, cum solutione † eius quod debetur omnis tollatur obligatio *§. primo Instit.quib.mod.toll.oblig. Surd.decis.113. num.2. Rota decis.201.num.4.par.7.& in Anconitana Prædij 19. Iunij 1634. coram bo. me Merlino.*

Quarta est sc. 55. quæ venit detrahen. ex quantitate sc. 85. posita paritèr ad debitum M. Antonij vti conflata ex pluribus partitis, quas Britius dicit persoluisse Armellinæ Matri Donati filij naturalis eiusdem M. Antonij. Siquidem prætensæ partitæ solutionum in d. quantitate sc. 85. non iustificantur nisi ex eius- 8 dem Britij assertione facta in d. libro, † qui pro eo nullam facit probationem nisi dd. solutiones aliunde iustificentur ex superiùs alleg. Maximè cum ipsamet Armellina, cui fuerunt perlectæ eędem partitæ, vt supra descriptæ examinata deposuerit cum Iuramento habuisse solum in frumento, farina, & pecunijs scuta 30. circitèr, quibus ad summum adnotatis ad debitum ipsius M. Antonij, & consequenter Lentuli eius hæredis, reliqua sc. 55. quæ iuncta vna cum sc. 30. constituunt prædictam summam scut. 85. sunt detrahenda tanquam plus æquo descripta, attenta depositione d. 9 Armellinæ, cui † tanquam in facto proprio non leuis videtur adhiben. fides *Greg.XV.decis. 537.num.2.* cum alijs in proposito congestis *per Rot.in Romana Pecuniaria 9. Iunij 1636. §.Et quamuis attestatio coram bo. me. Merlino.*

Quinta est sc. 74. & b. 10. ex causa prætensarum expensarum fact. de anno 1625. pro recolligendis Rub. 22. frumenti communis inter ipsos Britium, & M. Antonium. Siquidem Britius descripsit expensas prædictas pro medietate ad debitum M. Antonij in quantitate sc. 188. b. 30. supponens illas in totum ascendere ad sc. 372. b. 60. Et nihilominus ex attestatione Bernardi Maffei, & Petri Vannini Peritorum probatur expensas factas anno prædicto pro recolligendis Rub. 22. grani ascẽdere in totum ad sc. 225. quorum medietas spectans ad M. Antonium ascendit ad sc. 112. & b. 50. non autem ad sc. 186. & b. 30. ex quibus propterea veniunt detrahenda prædicta sc. 74. b. 30. regulando expensas præ- 10 dictas iuxta d. attestationem, quæ † vti facta à duobus viris in Arte Agriculturæ Peritissimis, ac percutiens tempus, & locum quo, & vbi d. granum fuit recollectum, ac distinctè continens quidquid eo tempore pro illius recollectione erogari potuit, sufficientèr probare visa fuit *Gratian.disc.600.num.26. Rota.decis 623.num.7.par.1.rec.cum alijs relat.in decisione huius causa 9. Decembris 1641. §. Quinta ex eorum nomine*, præsertim contra talem Administratorem, qui in tot alijs partitis nimis callidè se gessit, contra quem propterea quælibet pro- 11 batio † sufficit etiam per Iuramentum partis *gloss.in l.per alium 5.§.fin.in verb.si eorum intersit ff. ne quis eum Tiraquell. de retract. Lignag.§.2.gloss.2. numer.3. cum alijs relatis in vltima decisione in §. final.*

Nec subsistit quod M. Antonius approbauerit huiusmodi expensas ex eo quia certioratus de illis dum Ferrariæ moraretur per litteras Britij responderit eidem per hæc verba. *Circa li grani, che ci vadino spese assai lo sà Dio,*

nè sò che farci, quia dd. verba tanquam nimis generalia non concludunt approbationem dd. expensarum in quantitate prædicta, de qua in litteris hinc inde transmissis nulla fit mentio.

Et in omnem euentum talis approbatio esset intelligeñ non simpliciter, sed supposita
12 rei veritate, quæ † per nostrum affirmare, vel negare non mutatur. vt inquit Iuris consult. *in l. assumptio 6. ff. ad municipal. Crauett. cons.* 516. *num.* 16. *Franc. Mar. decis.* 51. *num.* 12.

Minusque dd. expensæ iustificantur ex eo, quod Marcus Antonius in alia Epistola circa negotium frumenti, & Agriculturæ se remiserit Britio, & Capitaneo Lucæ de Paulis approbans quidquid ambo facturi fuissent, dictusque Lucas fecerit computum expensarū, illudque transmiserit M. Antonio, qui cum non reclamauerit videtur illud approbasse. Quia prætensum computum, & in eo contenta non fuerunt gesta à dicto Luca, & Britio, quibus insimul Marcus Antonius suam fidem in d. Epistola commiserat, sed prędictus Lucas conscripsit folium computorum ad assertionem, ac dictamen Britij, in eoque inseruit quidquid idem Britius suo marte composuit, non visis priùs, ac multo minus examinatis partitis in eodem folio descriptis, prout idem Lucas medio iuram. declarauit, vt in eius attestatione, quę data fuit, vnde iure merito dicebant Domini in ass. computo nullum fieri posse fundamentum.

Sexta denique partita, quæ venit detrahenda est scut. 83. bai. 70. quę Britius posuit ad debitum Marci Antonij tanquam soluta q. Capitaneo Octauio Ciacciæ pro totidem mutuatis eidem Marco Antonio in Ciuitate Ferrarię. Nam licet debitum Marci Antonij in prędicta summa erga Ciacciam non controuertatur, attamen solutio illius non iustificatur, cum illa deducatur solum ex quibusdam litteris responsiuis Marci Antonij directis Britio, in quibus illi dixit se intellexisse solutionem per eum factam Capitaneo Ciaccię, quam responsionem fecit ex eo, quia Britius illum certiorauerat de solutione prędicta, de qua nullibi constat, Imò illa redditur inuerisimilis ex eo, quia hęredes eiusdem Ciaccię egerunt contra Lentulum vti hęredem d. Marci Antonij pro restitutione dd. pecuniarum, qui cū de illarum solutione docere non possit neque per Instrumentum quietantię, neque per receputam, aut aliam legitimam scripturam, quę exaduerso esset exhibenda, facillimè cogi posset ad illorum solutionem culpa, vel saltem negligentia eiusdem Britij Administra-
13 toris, quę † eidem Marco Antonio, siue illius hęredi præiudicare non debet, *l. si Librarius* 92. *ff. de reg. iur. Buratt. decis.* 780. *n.* 4.

Prędictaque omnia comprobantur ex relatione D. Hieronymi Gini de consensu partiū iudicialiter electi, qui singulis prędictis partitis examinatis retulit eas omnes esse detrahendas ex debito Marci Antonij, siue Lentuli eius hęredis, illudque ascendere solum ad prę-
14 dictam summam 2493. cui relationi † esse standum tradunt, *Alex. cons.* 15. *num.* 10. *vers. bene facit sub vers. Eo quia dictum est lib.* 1. *& cons.* 55. *num.* 22. *lib.* 4. *cum alijs relatis per Mascard. de probat. concl.* 613. *num.* 3. *& in prædicta decisione huius causæ* 9. *Decembris anni præteriti coram me.*

An autem sint ponendę ad debitum D. Lētuli nonnullę alię partitę, quę exaduerso prętendebantur extra illas descriptas in d. libro Britij, dicebant Domini illas posse discuti in alia disputatione, quatenus opus esset.

Et ità &c.

MESSANEN. DECANATVS.

Veneris 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Ius optandi quando dicatur competere ex consuetudine seu aliquo indulto itaut regulę tertię seu quartę Cancellarię non sit locus & quando d. consuetudo seu indultum dicatur vsu receptum.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio generalis beneficiorum non tollit consuetudinem aut indultum optandi absque illius derogatione.*

2 *Consuetudo optandi vt dicatur inducta requiruntur iura continentia actus positiuos.*

3 *Consuetudo probatur non solū ex iuribus cōtinentibus actus ex quibus resultat consuetudo, sed etiam ex iuribus in quibus illa scripta reperitur.*

4 *Consuetudo optandi probatur non solum ex instrumentis continentibus ipsas optiones, sed etiam ex instrumentis, aut iuribus in quibus consuetudo enunciatur.*

5 *Optandi consuetudo eo magis probatur ex instrumentis antiquis.*

6 *Verba enunciatiua quando fuerunt prolata per modum causæ præsertim in antiquis inducunt dispositionem, ac plenam faciunt probationem.*

7 *Enunciatiuæ prouenientes à personis suspectis non probant præsertim quando principaliter agitur de veritate enunciati, & n.* 8.

9 *Enunciatiuæ quando sunt plures, antiquissimæ, ac emissæ non incidenter, sed per modum causæ satis probant quamuis emanauerint à personis suspectis.*

10 *Papa in beneficialibus omnimodam habet potestatem.*

11 *Priuilegium Papæ antiquum alia non eget verificatione.*

12 *Dubitans nihil ponit in esse.*

13 *Protestatio facta quatenus optari possit beneficiū intelligitur adiecta ad effectum vt si optio non haberet effectum propter aliquod impedimentum extrinsecum optans possit repetere beneficium demissum.*

14 *Priuilegium quandoque amittitur spatio decem annorum.*

15 *Optandi indultum non dicitur sublatum per non vsū quando d. Indulti vigore, est in facultate Canonicorum optandi vel non*

16 *Optandi Indultum non tollit reseruationem, sed dat facultatem perinde ac si reseruatio non esset.*

Papa

17 *Papa quamuis amplam concedat facultatem semper tamen maiorem penes se retinet.*

18 *Indultum vt amittatur per non vsum non sufficit qualibet contrauentio, sed actus eidem de directo contrarius.*

19 *Derogatio praseruat, ac supponit ius cui derogatur.*

20 *Priuilegium hăbens effectum reiterabilem & successiuum non amittitur per aliquam contrauentionem per se particularem, sed requiritur vniuersalis.*

21 *Voluntas regulatur à potestate.*

22. *Priuilegium Principis decet esse mansurum.*

23 *Princeps in liberalitate potius crescere quam decrescere prasumitur.*

DECISIO DCLXXVIII.

EMANARVNT in hac causa tres decisiones. Prima sub die prima Februarij anni præteriti, in qua firmatum fuit Decanatum Ecclesiæ Messanen̄ esse adiudicandum D. Mauritio Giurbæ, qui tamquam antiquior Canonicus illum optauerat non autem D. Ioanni Castello, qui eumdem Decanatum vti reseruatum per regulam olim tertiam, hodie quartam à Sede Apostolica impetrauerat. Altera sub die 27. Maij subsequentis in qua Rota recessit à d. decisione, censuitq; d. Decanatum esse adiudicandum D. Castello. Tertia vero sub die 27. Ianuarij huius anni, in qua ex nouiter in facto deductis Rota stetit in primo loco decisis. Cui postremæ resolutioni non acquiescente dicto Castello, iterũq; pro quarta vice posita causa super eisdem Domini steterunt in vltimo loco decisis.

Cum enim D. Giurba optauerit hunc Decanatum vigore tàm antiquissimæ consuetudinis pluries à Sede Apostolica confirmatæ, quàm specialis Indulti Apostolici, & signanter ab Innocentio VIII. concessi firma remanet conclusio in vltima decisione firmata, nimirum d. regulam octauam seu quartam, quæ consuetudini, aut Iuri optandi Dignitates derogat, non habere locum in hoc Decanatu, quamuis prima Dignitate post Pon-
1 tificalem, cum reseruatio † generalis beneficiorum non tollat consuetudinem, aut speciale Indultum optandi absque illius derogatione *Zabarell. conf. 16. num. 4. vers. intelligendo tamen Gemin. conf. 30. num 4. Calderin. conf. 3. num. 2. vers. quia posset dici tit. de consuet. cum alys in vltima decisione rolatis in §. quamuis enim*, & in specie dictæ regulæ tertiæ, seu quartæ firmatum fuit in decisione *Vrgellen. Optionis coram bo: me: Remboldo, & in alia Vrgellen. Sacristia coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo in eadem decisione relatis.*

Ius autem optandi huncDecanatum vigore tàm antiquæ consuetudinis, quàm specialis Indulti Apostolici liquet ex pluribus Instrumentis, ac Iuribus antiquis in eadem decisione ponderatis. Siquidem inspecto tempore elapso ante indultum Innocentij VIII. emanatum de anno 1487. plura concurrunt suadentia antiquam consuetudinem optandi, nempè Instrumentum Concordiæ initæ vsq; de anno 1168. inter Archiepiscopum tunc temporis, & Canonicos Ecclesiæ Messanen̄, Confirmationis eiusdem Concordiæ factæ, tàm à Clemente III. de anno 1188. præuia narratiua, quod illa fuerat recepta, & hactenus obseruata, quam à Cœlestino similiter Tertio de anno 1192. & sic ante regulam tertiam editam de anno 1198. Alterum Instrumentum Concordiæ initæ de anno 1484. inter Ioannem Rampullam tunc optantem, & Petrum Isuaglies Prouisum Apostolicum cũ subsequuta Archiepiscopi Messanen̄ tunc tẽporis approbatione. Ac denique idem Indultum Innocentij VIII. quæ Iura licet non contineant positiuos actus optionum, ex qui-
2 bus dici valeat inducta † consuetudo optandi iuxta notata per *Monet. de option. cap. 2. q. 2. nu. 30. & seqq.* Nihilominus cum in eis explicitè dicatur extare in d. Ecclesia talem consuetudinem à Summis Pontificibus etiam confirmatam, satis illam probant, cum consuetudo
3 probetur † non solum ex Iuribus continentibus illos actus, ex quibus resultat consuetudo, sed etiam ex Iuribus, in quibus illa scripta reperitur, *Bart. in l. de quibus 31. in secunda lectura sub num. 21. vers. quandoque reperitur se instum ff. de legib. & Senatusc. & long. consuet.* Et in specie
4 quod consuetudo† optandi probetur non solum ex Instrumentis continentibus ipsas optiones. Verum etiam ex Instrumentis, aut Iuribus, in quibus talis consuetudo enunciatur firmat, *Mandel. Alb. conf. 159. nu. 1. & 5.* quem refert, *Monet, de option. cap. 2. q. 2. num. 28.* Præsertim cum versemur in Instrumentis, ac In-
5 tibus antiquis, quæ † eo magis probant consuetudinem optandi in eis enunciatam, *idem Alb. dicto consil. 159. numer. 5. vers. Et tanto magis.*

Eoque fortiùs cum talis consuetudo fuerit enunciata non simpliciter, sed per modum causæ, super qua dd. Iura fundantur, quo casu
6 verba enunciatiua præsertim in antiquis inducunt dispositionem, ac plenam faciunt probationem, *glos. in cap. si Papa 10. in verb. asserat de priuil. in 6. Ias. in l. ex his verbis 7. n. 2. vers. nono limita C. de testam. milit. Paris. conf. 26. n. 125. & seq. lib. 2. cum alys cumulat. in eadem decisione in §. quæ faciliùs procedunt, quibus addi possent relati à Mantica de tacit. lib. 2. tit. 6. n. 21. & seqq.*

Nec dicatur quod tales enunciatiuæ prouenientes à Canonicis interesse habentibus,
7 & sic † à personis suspectis non probent, *Gosfred. conf. 44. num. 6. Aym. de antiqu. temp par. 1. §. 1. num. 7. & 9. Gregor. XV. decis. 77. num. 8.* præser-
8 tim † cum agatur principaliter de veritate enunciati *Paris. conf. 94. nu. 19. lib. 1. Dec. conf. 348 in fin. Put. decis. 371. num. 2. lib. 1. in correct. & fuit dictum in S. Angeli Lombardorum Iurisdictionis 6. Marty 1637. §. neque dicta coram bo: mem. Pirouano, & in eadem 10. February 1640. §. Demũ quoad enunciatiuas coram R.P.D. meo Peutinger. & in Brixien. seu nullius Iurisdictionis 19. Nouembris 1638. coram R.P.D. meo Carillo.* Quoniam illæ emanarunt non à Canonicis dumtaxat, sed etiam ab ipsomet Archiepiscopo, & Prouisis Apostolicis, de quorum præiudicio agebatur,

& quidem causa cognita præuia diligenti, ac
matura discussione, prout expresse legitur in
Instrumento prioris concordiæ initæ de anno
1568. quo adhuc non erat edita regula tertia
ac denique ab ipsismet Summis Pontificibus,
quorum assertiones quamuis de facto alieno
probant in antiquis ex superius allegatis.

Et in omnem euentum cum dictæ enun-
9 ciatiuæ sint plures, † antiquissimæ, ac fuerint
emissæ non incidenter, sed per modum causæ,
super qua dictę concordiæ, & confirmationes
Apostolicæ fundatæ fuerunt, satis probant,
quamuis emanassent à personis suspectis, cũ
recipiant fomentum ab actibus, in quibus fuit
enunciatum, *Rot. decis. 148. num. 3. & decis. 224.
num. 5. par. 1. rec. & decis. 386. in fin. coram bo. mem.
Coccino, & fuit dictum in dicta Brixien. Iurisdictio-
nis 11. Aprilis 1639. coram R. P. D. meo Carillo in §.
tertio ex pluribus enunciatiuis.*

Inspecto quoque ipso Indulto, ac tempore
postea decurso, Ius optandi redditur indubi-
tatum, cum in eodem Indulto nedum fuerit
enunciata consuetudo optandi, sed præsup-
posita pro indubitata, proindeque Innocen-
tius illam denuo confirmauit, & pro abundã-
tiori cautela facultatem optandi denuo, pari-
ter concessit; Cui Indulto standum est, cum
10 Papa † in Beneficialibus omnimodam ha-
beat auctoritatem *Duran, decis. 285. num. 66. Ro-
ta decis. 81. num. 11. par. 5. recent. cum alijs relatis in
eadem decis. §. respectu vero,* licet illud concessum
fuerit ad supplicationem partis, cum verse-
mur in priuilegio Papæ antiquo, † quod non
11 eget alia verificatione, *Verall. decis. 378 num. 2.
par. 2.* Illudque ex cursu tanti temporis iuncta
effectuatione præsumatur etiam iustificatum,
*Seraph. decis. 642. num. 3. Rot. decis. 534. num. 1. &
2. par. 1. diuers. cum alijs relatis in eadem decisione in
§. non obstat quod d. Indultum.*

Nec dubitarunt Domini quin d. Indultum
fuerit vsu receptum, & effectuatum, cum ex
publicis Instrumentis constet illius vigore
fuisse factas duas immediatas optiones. Alterã
de anno 1497. & alterã de ann. 1503. quarum
quælibet sortita fuit effectum vsque ad annũ
1514. quo Antonius de Lignamine vltimus
optans fuit promotus ad Archiepiscopatum,
quę quidẽ optiones esto quod seclusis antiqua
cõsuetudine, ac d. Indulto, tamquam emanatæ
infra breue tempus sex annorum non suffice-
rent ad induceñ nouam consuetudinem optã-
di, nihilominus satis comprobant antiquam
consuetudinem tàm in eis, quàm in præce-
denti Indulto enunciatam, ac demonstrant
effectuationem eiusdem Indulti statim atque
casus optandi euenerunt, prout firmatur in
eadem decisione *vers. Obseruantia autem.*

Nec releuat, quod prædictæ optiones factæ
fuerint cum protestatione, & reseruatione,
quatenus ipsa dignitas Decanatus ex consue-
tudine, statutis, & Bullis Apostolicis compe-
teret, aut competere posset Optantibus, & sic
videantur factæ à dubitantibus de iure optan-
di nec proinde valeant inducere obseruantiã,
12 cum † dubitans nihil ponat in esse, *Lap. alleg.
119. num. 7. Paris. cons. 80. num. 10. lib. 1. Neniz. con-
sil. 14. num. 37. & 38. Decian. resp. 54. num. 51. vol. 2.
Rim. Iun. cons. 611. num. 11. Surd. cons. 523. num. 14.*
Quoniam d. protestatio non excludit Ius op-
tandi vigore Indulti, ac multo minus effe-
ctuationem eiusdem Indulti, cuius vigore dd.
13 optiones factæ fuerunt, sed fuit adiecta † ad
effectum, vt si optio non haberet effectum
propter aliquod impedimentum extrinsecũ
optans posset repetere beneficium dimissum
prout in specie d. clausulæ tradit *Alb. cons. 347.
num. 4. & 5.* quem refert, & sequitur *Monet. de
option. cap. 4. q. 3. num. 41. & seqq.*

Et hinc cessat obiectum hodie repetitum,
nimirum quod d. Indultum fuerit amissum
per non vsum spatio centum annorum, & vl-
tra, quibus iste Decanatus non fuit optatus,
prout in terminis priuilegij doctorandi con-
14 cessi Aretinis quod illud † amittatur per nõ
vsum spatio decem annorum tradit *Bart. in l.
1. num. 1. ff. de Nundin.* & in terminis similis Pri-
uilegij concessi Ciuitati Messaneñ, quod illud
pariter amittatur per nõ vsum vbi casus eue-
nit dixit *Rot. coram Seraphin. decis. 1043. num. 3.*
Quoniam ab anno 1487. quo emanauit præ-
dictum Indultum vsque ad annum 1514. hu-
iusmodi exceptio non vsus fuit ex facto, cum
hoc temporis interuallo appareat illud semel
atque iterum eueniente casu optionis fuisse
vsu receptum ex prædictis duabus optionibus
effectum sortitis. Ab anno verò 1514. citra
placuerunt responsiones datæ in eadem deci-
sione, inter quas illa potissimum vrgere visa
fuit, nimirum nos non versari in simplici In-
dulto, aut priuilegio concesso simpliciter ad
aliquid faciendum, in quibus terminis lo-
quuntur prædicti Doctores, & alia exempla,
quæ adduci possent, sed in Indulto quod cõ-
cedit Ius optandi non simpliciter, sed relin-
quit illud liberæ, ac meræ voluntati Canoni-
corum optare, aut non optare volentium iux-
ta *text. in cap. cum in tua* ibi, *optare volentes de con-
15 suet. in 6.* Ideoque illud † non potest dici sub-
latum per non vsum simpliciter, etiamsi ca-
sus optandi euenissent, prout in specie notant
*Io. Andr. in eodem c. cum in tua in princip. in verb.
possunt,* & ibi *Anton de Butr. num. 4. pluresque alij
Doctores cumulati in eadem decisione vers. In propo-
sito autem.*

Et hinc pariter cessat quod aliquando eue-
nerit casus optandi, & signanter in vacatione,
quæ contigit anno 1579. per obitum in men-
se Decembris, qui est ordinarius. Quoniam
satis esse dicebant Domini Canonicum anti-
quiorem tunc temporis noluisse vti d. Indul-
to. Nam data illius negligentia, seu abstinen-
tia Papa potuit conferre hunc Decanatum
non obstante Indulto optandi, cum Indultũ
16 non † tollat reseruationem, sed concedat so-
lummodo facultatem; perinde ac si reseruatio
non esset adeout habens Indultum, si eo non
vtatur, Papa non dicatur habere ligatas ma-
nus, quin valeat tamquam de reseruato con-
ferre, *Gonzal. ad reg. 8. glos. 53. num. 39. Garz. de be-
nefic. par. 5. cap. 1. num. 620. Add. ad Greg. decis. 291.
num. 11. & dixit Rota in Salisburgen. Præpositura 7.
Iunij 1621. coram bon. mem. Card. Verospio, & in*

Cra-

Craconien. Iuris legendi 3. Decembris 1629. coram R.P.D. meo Ghislerio, quæ est decis. 325. sub nu. 30.
17 *par. 5. recent.* Papa enim † quantumuis amplā
concedat alijs potestatem, semper tamen maiorem penes se retinet vt inquit *tex. in c. dudum §. Nos igitur,* & ibi *glos. in verb. eod. de preben. in 6. Cephal. cons. 539. num. 12. & 49. Rota in Eluen. Beneficij 21. Iunij 1604. coram Penia cum alijs per Lotter. de re benef. lib. 2. q. 22. num. 26.*

Minus obstat replicatio, quod non simus in simplici non vsu, sed etiam in contrario vsu desumpto ex pluribus prouisionibus factis de hoc Decanatu tamquam de reseruato. Quoniam Domini iterum examinatis prouisionibus factis à dicto anno 1514. citra, aduerterunt ferè omnes (excepta prouisione facta anno 1557. à Cardinali Mercurio tunc Archiepiscopo Messanen̄, qui habebat Indultum conferendi etiam primas dignitates post Pontificalem, cum derogatione cuicunque consuetudini, & Indulto) emanasse occasione vacationū, quę successerunt vel per promotionē vel per obitum in Curia, vel ob resignationem ad fauorem, vel in mensibus reseruatis. Ideoque eas fundari non in sola, & simplici reseruatione regulæ tertiæ, seu quartæ, sed in reseruationibus vel *Extrauag. ad regimen de preben. vel cap. 2. eod. tit. in* 6. Vel in regula octaua mensium reseruatoria, & sic in alijs etiam reseruationibus impedien̄ optionem, prout firmatum fuit in eadem *decisione in §. Neque huiusmodi contrarius vsus,* ac proinde illas non potuisse inducere contrarium vsum d. Indulto, cum
18 ad hunc effectum non sufficiat† quælibet cōtrauentio, sed actus eidem directo contrarius requiratur, *Dec. in c. cum accessissent num. 33. Abb. ibidem num. 7. de Constit. cum alijs alleg. in d. decis.* præsertim cum omnes ferè prouisiones contineant derogationem consuetudinibus, statutis, & priuilegijs Ecclesiæ Messanen̄, ac nonnullæ derogent etiam expressè Iuri optandi, quæ quidem derogationes sicuti præseruarūt
19 illæsum † Ius optandi in futuris vacationibus, prout in specie derogationis Iuri optandi appositæ prouisionibus Apostolicis tradit, *Calder. cons. 3. num. 2. vers. & procedit hoc etiam de consuetudine,* ita demonstrant talem consuetudinem, & ius optandi, quibus derogatum fuit tunc temporis extitisse, cum aliàs derogatio frustratoria extitisset.

Quod fortiùs procedit, quia versamur in
20 Priuilegio, quod non † habet effectum momentaneum, sed reiterabilem, ac successiuū, quod propterea non amittitur per aliquam contrauentionem particularem, sed vniuersalis requiritur, prout firmant *Doct. allegati in eadem decisione, in §. neque huiusmodi contrarius in fine.*

Nec refragatur quod à die vacationum vsque ad prouisiones Apostolicas effluxerunt aliquot menses, quo medio tempore Canonici si voluissent, optare potuissent. Quia cum vacationes caderent sub reseruationibus Apostolicis optionem excluden̄, Canonici ligatas manus habentes, sicuti non potuissent optare, ita noluerunt actum frustratorium fa-
21 cere, cum voluntas † reguletur à potestate, *Bero. cons. 76. num. 30. vol. 1. Surd. cons. 127. num. 57. Burats. decis. 24. num. 12. decis. 182. num. 9. part. 7. recent.*

Eademque ratione nō obstant receptiones Decanorum ad osculum Pacis. Quia cum Canonici nō potuissent impedire collationes Apostolicas propter reseruationes optionem impedientes, eo minus potuissent impedire receptionem ad osculum Pacis, & consequēter actus receptionis non dicuntur contrarij Indulto optandi, sed huiusmodi simplex receptio facta fuit animo potius obediendi mādatis Summorum Pontificum conferentium ob reseruationes in ipso Indulto non comprehensas, prout latius deducitur in eadem decisione.

In quam sententiam faciliùs iuerunt Domini, quia modicum in præsenti casu videtur adesse Datariæ præiudicium, cum casus solius, & simplicis reseruationis regulæ tertiæ, seu quartæ raró contingat, prout euentus ipse demonstrauit, cum spatio 125. annorum in quibus vndecim euenerunt vacationes, semel tantum contigerit hæc simplex reseruatio. Imò cum ipsamet Sedes Apostolica hoc Ius optandi confirmauerit, & expressè concesserit nullum videtur adesse illius præiudicium,
22 cum Principis priuilegium deceat † esse mā-
surum, prout animaduertit eadem decisio in
vers. minus releuat conclusio in fine, ac Princeps in
23 liberalitate † potius crescere, quam decrescere præsumatur, *Barbos. l. laudabile numer. 5. C. de aduocat. diuers. Iudic.* eaque coercenda non est, cum alicui fræno nō subsit, *l. penult. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. sancimus §. exceptionem C. de donat. l. fin. C. de prepos. agent. in reb. lib. 10. Menoch. consil. 307. num. 11. & cons. 331. num. 63. & seq. Casanat. cons. 10. num. 33. Ram. cons. 37. num. 254.* Ac Papalis celsitudinis dare sit, non accipere, prout in similibus terminis eleganter deducit, *Ram. cons. 24. num. 93.*

Reliqua visa fuerunt abundè sublata in alia decisione.

Et ita causa maturè discussa, & Partibus, ac etiam Dataria acerrimè informantibus resolutum fuit.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 27. Iunij 1642.

A R G V M E N T V M.

Domus de dominio probatur fideicommittentis quamuis fuerit dictum actum in domo alterius.

S V M M A R I V M.

1 *Domus non conuincitur de dominio illius ex quo fuerit dictum in domo talis, cum hoc potuerit referri ad titulum habitationis.*

2 *Melioramenta facta in domo fideicommissaria per hæredem grauatum, vel sunt detrahenda vel quandoque censentur consumpta.*

Melio-

3 *Melioramenta non probantur si testes non deponant de statu antiquo rei melioratæ.*

4 *Possessio præsumitur continuata usque ad obitum quando illius hæres postea continuauit possidere.*

5 *Instrumentum inter alios actum non præiudicare nō interessentibus.*

DECISIO DCLXXIX.

FIRMATA per duas decisiones sub diebus 23. Martij & 2. Iunij existentia fideicommissi, de quo agitur, fuit resolutum sub die 13. Ianuarij 1640. constare etiam de identitate trium corporum eidem fideicommisso subiectorum, nempe Domus, Molendini, & Prædij, Detractionesq; prætensas per Alexandrum non obstare, & ideo super eis dandam esse Immissionem D. Francisco Cino, & Federico de Simonettis Fideicōmissarijs; quæ decisio fuit confirmata quoad identitatem Domus, & Molendini die 28. Ianuarij 1641. quoad identitatem Prædij die 22. Aprilis eiusdem anni, & quoad detractiones die 31. Ianuarij huius anni, sub die verò 26. Maij proximipræteriti fuit etiam resolutum fructus eorumdē Corporum deberi fideicommissarijs à die mó tæ litis ad quantitatem in dicta decisione expressam, & in eadem decisione fuit iterum firmata identitas eiusdem Prædij. Sed non acquiescente Alexandro ordinarunt Domini, quod præsuppositis alijs decisionibus proponerent dubium super decisis dictis diebus 13. Ianuarij 1640. 28. Ianuarij, & 22. Aprilis 1641. & 26. Maij huius anni, quo dubio hodie disputato responderunt in omnibus standum esse in decisis absolutè, & quoad Prædium cū declaratione de qua infra.

Nam quoad Domum habuerunt Domini omnia fundamenta dd. decisionum pro indubitatis, & cum denuo Alexander prætenderet Prosperum vnū ex quatuor filijs Neapolionis antiqui possedisse quartam partem huius domus pro indiuiso cum fructibus, & vnam tertiam istius quartæ partis, nempe vnā vnciam deuenisse post obitum d. Prosperi ad Io: Baptistam Episcopum fratrem illius hæredem pro tertia parte cum Federico Testatore, & hæredibus Alexandri antiqui alterius fratris, & medietatem istius vnciæ de hæreditate Episcopi deuenisse ad Alexandrum hæredem grauatum, & d. Episcopi hæredem pro eadem rata, & sic quoad istam portionem, quæ est 24. pars domus cortuere fundamenta decisionum, quod scilicet quota eiusdem domus, quæ hodie possidetur per Alexandrum sit ea ipsa, quæ fuit possessa per Federicum Testatorem, eo quia non constaret de alijs acquisitionibus factis per d. d. Alexandrum grauatum. Placuit eis responsio data in decisione diei 28. Ianuarij 1641. §. *Respectu vero portionis &c.* quod scilicet non liquet, neque iustificatur per Alexandrum prout oportet, aliquam partē istius domus deuenisse ex hæreditate Prosperi ad Episcopū, illamque in bonis Episcopi vnquam fuisse & consequenter neque ad Alexandrum grauatum ex hæreditate eiusdem Episcopi obuenisse. Quinimo manifestè constare de contrario existimarunt ex fundamentis in eadem decisione pōderatis, & signanter ex pluribus Instrumentis successiuis temporibus celebratis in eadem domo post obitum Prosperi, ipsomet Episcopo contrahente, quæ Instrumenta enunciātur acta non in domo Episcopi, sed in domo hæredum Alexandri antiqui, & Federici Testatoris. Et vlterius istamet portio domus, de qua agitur, adhuc viuente Episcopo in specie exprimitur hæreditaria Federici Testatoris in Instrumento condito de anno 1541. quæ omnia fuerunt latè ponderata; & comprobata in dicta decisione §. *Neque comprobatur &c.* §. §. *sequen.*

Neque visa fuerunt obstare Instrumenta per Alexandrum nouitèr producta, quæ dicuntur acta in Domo Episcopi. Quia huic obiecto fuit etiam responsum in decisione, quod cum Episcopus tunc temporis haberet residentiam in eadem domo, non ineptè dici
1 potuit in † Domo Episcopi, subintelligendo ipsius habitationis, *vt in §. nec contrarium resultat &c.* quod fideicommissarij clarius hodie comprobant ex ijsdem Instrumentis per Alexandrum nouiter exhibitis, & alijs per eos pro ductis, quæ dicuntur Acta vel in domo habitationis, vel in domo residentiæ eiusdem Episcopi.

Minus releuant melioramenta, quæ in eadem domo dicuntur facta tàm per Alexandrū seniorem; quàm per Alexandrum Iuniorem, & nuper probata ex Testibus Remissorialibus. Nam vltra quod melioramenta nil commune habent cum identitate, quia etiamsi de illis constaret, non ideo præberent nouum titulum acquisitionis ad effectum excludendi identitatem, vt fuit firmatum in prædicta decisione §. *Prout nec refert quod dictus Alexander*
2 sed essent detrahenda, vel censerentur consūpta, prout de omnibus detractionibus dictum fuit in decisione 31. Ianuarij huius anni per tot. Cum Testes Remissoriales non deponant
3 de † statu antiquo huius domus, prætensa melioramenta probare non potuerunt, & sic non præiudicant fideicommissarijs, *Cart. Iun. cons. 165. num. 14. lib. 2. Seraph. decis. 952. num. 3. Buratt. decis. 834. num. 11. cum alijs congestis in d. decisione 28. Ianuarij anni præteriti in §. Minus obstat tertius Titulus &c.*

Respectu vero domuncularum, quæ de nouo ædificatæ dicuntur per Alexandrum Iuniorem, cum istæ sint separabiles à domo de qua agitur, & de eis modo non agatur nihil potest releuare earum prætensa ædificatio.

Quoad Molendinum, quod fuisse in bonis Federici Testatoris probatum fuit in eadem decisione ex pluribus Instrumentis locationū tàm factarum per eumdem Federicum ipso viuente pro indiuiso cum alijs de Sinibaldis; quam post eius obitum per Alexandrum Seniorem eius heredem pariter pro indiuiso cū alijs de Sinibaldis. Existimarunt Domini illius identitatis probationem non tolli ex Instrumento per Alexandrum nouiter producto,


cto, quo prædicti Sinibaldi Condomini de anno 1532. locarunt idem Molendinum Federici nomine non expresso. Tùm quia ex sequentibus locationibus de annis 1534. & 1535. factis ab Alexandro hærede grauato hæreditario nomine ipsius Federici liquidò
4 apparet Federicum perseuerasse† in illius possessione vsque ad obitum cum eo defuncto deuenerit ad Alexandrum eius hæredem, *Rot. decis. 706. num. 2. par. 2. recent.* cum alijs allegatis in decisione 13. Ianuarij 1640. §. *Quodque idem Federicus &c. & 28. Ianuarij 1641. §. Quo vero ad Molendinum &c.* Tùm etiam quia cum hoc In-
5 strumentum † sit inter alios actum ipso Federico non præsente, etiam si in aliquo esset contrarium, quod tamen negant Fideicommissarij, nequaquam posset præiudicare, *Rot. decis. 320. num. 9. par. 9. par. 5. recent. cum alijs relatis in Meleuitana Antianitatis 30. May 1639. §. Non obstant nonnulli actus coram me.*

Cæteris verò, quæ per informãtes pro Alexandro contra identitatem huius Corporis replicabantur ex sublatis, & reiectis in prędictis duabus decisionibus. Placuerunt Dominis responsiones in eisdem decisionibus datæ.

Quo denique ad Prædium. Quantum ad ea quę replicabantur ex deductis in decisione super eius identitate edita 22. Aprilis 1641. Domini in omnibus transierunt cum responsionibus in eadem decisione allegatis. Quantum vero ad deducta ex Iuribus nouiter exhibitis post dictam decisionem, placuit pariter Dominis responsio data in decisione 26. Maij huius anni §. *neque obstare visa fuerunt, & seqq.*

Verum quia in prędicta decisione 22. Aprilis anni præteriti nõ solum firmata fuit identitas quoad quantitatem terrarum emptarum per Federicum Testatorem 21. Iunij 1530. Sed mentio quoque facta fuit de alijs Terris, quæ cohęrent prędictis, & enunciantur in Instrumento tamquam possessæ tunc temporis per eumdem Federicum, vt in §. *Quo denique ad mensuram &c.* Ideo ad tollendam æquiuocationem, & ne dubitari contingeret, an identitas firmata fuerit de vtrisque Terris, scilicet & emptis à Federico, & enunciatis pro cohęrentibus in eodem Instrumento emptionis, Domini declararunt d. decisionem loqui dũtaxat de Terris emptis per Testatorē ad quantitatem, de qua in d. Instrumento emptionis, quia de alijs non fuit actum.

Et ità vtraque parte informante Domini perstiterunt in decisis pro tertia vice quoad Domum, & Molendinum, & pro quarta vice quoad Prædium &c.



IANUEN. PECVNIARIA.

Veneris 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Remissoria debetur vtrique parti illam petenti etiamsi vnus articulet contrarium illius, quod alter intendit probare quoties materia est releuans.

SVMMARIVM.

1 *Probatio probationem non excludit.*
2 *Filiusfamilias sine consensu patris obligatio non sustinetur ex dispositionis Statuti Genuæ.*
3 *Remissoria non datur ad probandum id cuius contrarium constat ex actibus in contrarium datis.*
4 *Remissoria denegatur contra rem indicatam.*
5 *Limita quando Signatura non obstante reiudicata causam commisit.*
6 *Remissoria conceditur quando Signatura mandauit procedi super bono iure.*

DECISIO DCLXXX.

POSTQVAM sub die 28. Martij proximi præteriti fuit in hac causa resolutum dandam esse remissoriam D. Marcello ab Auria, D. Isabella de Franchis institit etiam eam sibi concedi. Quapropter proposito dubio, An ei sit danda, Domini affirmatiuè responderunt, ea ratione quia vltra releuantiam articulorum ne dum ad ipsius Isabellæ fauorem militant omnes regulæ, quas Rota dixit concurrere ad fauorem D. Marcelli, sed etiam ad hoc, vt æqualitas seruetur in hoc iudicio, cum nulla ratio suadeat vt D. Marcello concedatur remissoria ad fundandam suam intentionem, & illa denegetur D. Isabellæ eam petenti ad hunc effectum. Nec vis facienda est, quod D. Isabella articulauerit contrariũ illius, quod D. Marcellus intendit probare, quia non proinde illa est priuanda facultate faciendi suas
1 probationes, cum probatio † probationem non excludat, *vt fuit dictum in Cusentina Abbatiæ 20. Decembris 1627. coram bon. mem. Card. Virili, & alias sæpe*, sed vtraque pars est admittenda ad illas faciendas, quibus peractis postea Rota iudicabit, quænam ex illis præualeant.

Releuantia autem articulorum D. Isabellæ exhibitorum est euidens. Nam inter alia articulatur Michaelem Angelum, Ioannem Stephanum de tempore, quo contraxerunt cum D. Marcello fuisse filios familias, & pro-
2 pterea illorum obligationem † fuisse nullam vti factam sine consensu patris iuxta dispositionem statuti Genuæ lib. 4. cap. 20. §. Masculi maiores prohibentis filiosfamilias se obligare, aut aliàs contrahere sine consensu patris, vel aui, in quorum potestate existunt, prætereà articulatur huiusmodi obligationem fuisse simulatam, & per dolum extortam, quæ omnia si probabuntur per D. Isabellam, nulli dubium est, quin ei admodum profutura sint ad obtinendam victoriam istius causæ.

Non

Non obstat, quod ex actibus pro parte Marcelli datis appareat contrarium eius, quod
3 fuit † articulatum pro parte eiusdem Isabellę, & sic non sit locus remissoriæ, *Aegyd. dec.9. Seraph. decis.1460. num.3. & fuit resolutum in causa Mediolanen. Pensionis 13. Iunij 1616. coram bo. me. Pirouano, & in Cæsaraugustana praeminentiarum 19. Ianuarij 1629. coram bon. mem. Coccino*; quia licet ex dictis actibus constet societatem fuisse creatam sub nominibus Io: Francisci Maruffi, Michaelis Angeli, & Io: Stephani Borsotti, attamen non probatur istos actus fuisse gestos à d. Borsottis, qui non habebant complementum, nec vllam auctoritatem, nec se ingerebant in negotio societatis, sed à d. Maruffo, cui attributum fuerat complementum, & à Francisco Borsotto, qui erat Dominus negotij, & qui vti talis totalem auctoritatem reseruauerat.

Non obstat pariter quod dato, quod probetur istos fratres non fuisse publicos negotiatores, adhuc tamen contra eorum confessionem euitari non possit alia obligatio ex dolo, & mendacio, quia remouetur difficultas ex probatione, quam intendit facere Isabella pro exclusione doli ex parte dd. fratrum, & illius inclusione ex parte D. Marcelli, itaut isti fratres non fuerint deceptores, sed decepti, vt continent sex posteriores articuli pro parte Isabellæ dati.

4 Non obstat, quod Isabellæ sit deneganda remissoria, † eo quia habet rem indicatam contra se, *Caputaq. dec.51. par.3. Rota decis.126. num.1. in fin. par.2. recent.* Quia obiectum tollitur ex quo Signatura non obstante ista prætensa re iudicata causam commisit, quo
5 casu † non denegatur remissoria etiam in causa restitutionis in integrum, *Add. ad Buratt. decis.357. n.7. vers. limitatur tamen.*

Non obstat, quod in hac causa rescripserit
6 Signatura cum clausula, qui ad legitimam, quia pariter remouetur difficultas ex rescripto eiusdem Signaturæ vltimo loco emanato, in quo mandatur procedi super bono iure, ex quo capite Rota remissoriam D. Marcello concedendam esse resoluit die 18. Martij præteriti.

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ROMAVLIS.

Veneris 27. Iunij 1642.

SVMMARIVM.

Detractiones ex ommissione inuentarij iunctis alienationibus præsumuntur consumptæ, itaut ex persona hæredis grauati nequeant illius creditores d. detractiones prætendere.

SVMMARIVM.

1 *Bona alienata præsumuntur absorbere detractiones hæredi grauato competentes, quando concurrit ommissio inuentarij.*

2 *Detractiones non fuisse consumptas onus probandi incumbit hæredi grauato, seu habenti ab ipso causam, quando cum alienatione bonorum fuit ommissum conficere inuentarium.*

3 *Nemo plus iuris in alium transfert quam ipse habet.*

4 *Exceptio quæ obstat authori obstat etiam habenti causam ab eo.*

5 *Detractiones ex non confectione inuentarij fuisse consumptas eo magis præsumitur si illud confici testator expressè demandauerit.*

6 *Creditor in dubio qui administrauit bona debitoris præsumitur ex eisdem bonis proprium creditum sibi persoluisse.*

7 *Hæres grauatus si vltra alienationes ommiserit confectionem inuentarij intrat præsumptio vsurpationis bonorum, ex quibus detractiones consumpserit.*

8 *Dos materna deducitur ex bonis fideicommisso subiectis.*

DECISIO DCLXXXI.

RESOLVTVM fuit in hac causa sub die 23. Iunij 1638. creditoribus Tranquilli vltimi ex filijs, & hæredibus grauatis q. Alexandri de Romaulis non competere detractiones Trebellianicæ, & legitimæ super bonis subiectis fideicommisso dicti Alexandri contra Reuerendissimum D. Franciscum Miletum modernum Episcopum Signinum vocatum ad idem fideicommissum vti natu maiorem ex Daria filia eiusdem Alexandri fideicommittentis ex rationibus deductis in decisione desuper extensa. Dubitaui hodie an creditoribus competeret detractio dotis maternæ, & Domini illam non competere responderunt moti eo præcipuè fundamento, quia d. Tranquillus hæres grauatus adiuit hæreditatem d. Alexãdri fideicommittentis nullo confecto Inuentario, & vlterius alienauit corpora eidem fideicõmisso subiecta, quibus insimul concurrentibus intrat cõclusio quod
1 bona alienata præsumuntur absorbere detractiones hæredi grauato competentes *Peregr. de fideic. art.39. n.14. Natt. cons.199. n.12.* quam cõclusionem sepius Rota amplexa fuit, & signanter in decisionibus relatis per *Add. ad Greg. XV. dec.266. in fine num.16. vers. prædicta vero in decis. 198. num.8. par.6. recent. in Romana fideicommissi de Cataneis 10. Martij 1617. & in Romana Domus ad Peregrinum 11. Martij 1619. coram bon. mem. Coccino, & in Bononien. fideicommissi de Glanerinis 5. Iunij 1637. §. quo vero ad detractiones cum alijs relatis in Auximana fideicommissi coram me sub diebus 13. Ianuarij 1640. §. eoque magis cum idem Alexander, & 31. Ianuarij huius anni §. nam omissis ex-*
2 *ceptionibus*, adeout eidem hæredi, † siue habentibus causam ab illo incumbat onus probandi prætensas detractiones consumptas non fuisse, *Natt. cons.238. num.8. & seq. Crass. de success. in §. legitima qu.18. num.2. in fine, Surd. dec.316. num.14. & 15. Seraph. dec.321. num.18. Rota decis. 47. num.5. 11. par.5. recent. cum alijs relatis in eadem Auximana fideicommissi 31. Ianuarij huius anni coram me.*

Non obstat, quod prædicta omissio Inuentarij vna cũ alienationibus præiudicet eidem Fran-

Tranquillo, non autem eius creditoribus, quia
cum dd. creditores prætendant huiusmodi de-
tractionem dotis ex persona d. Tranquilli, si-
cuti illa non competeret ipsi Tranquillo pro-
pter d. omissionem Inuentarij, & alienationes
bonorum ita pariter non competit creditori-
3 bus venientibus ex persona illius, † cum ne-
mo plus iuris in alium transferre possit quam
4 ipse habeat, *cap. nemo de reg. iur. l. non omnibus, §. non debeo, ff. eodem tit.* & exceptio, † quæ obstat,
authori, obstet etiam haben̄ causam ab illo.
l apud Celsum, §. de authoris, ff. de dol. mal. except Soccin. sen. consil. 13. num. 5. lib. 3. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 128. Surd. cons. 4. num. 6. & 7. & in terminis detractionum *Grat. discept. forens. cap. 165. num. 1. & cap. 691. num. 38. & cap. 915. num. 221.*

Prædictaque facilius procedunt. Tum quia
5 Testator † expresse iniunxit dicto Tranquillo
alijsque eius filijs hæredibus institutis onus
conficiendi Inuentarium, quo non confecto
eo magis vrget præsumptio, quod detractio-
nes fuerint ab illo consumptæ *ex alleg. per Gratian. cap. 570. sub num. 22. Duran. dec. 165. num. 10. & dec. 194. num. 5. & 6. & dec. 218. num. 14. & decis. 239. num. 8.* Tùm etiam quia idem Tran-
quillus in Instrumentis dd. alienationum di-
xit se vendere tàm nomine proprio, quàm
vti hæredem matris creditricis pro sua dote
sc. 2500. quæ assertio manifestè arguit illum
sibi satisfecisse de credito dotis maternæ ex
bonis Alexandri debitoris, cum etiam in du-
6 bio creditorem, † qui administrauit bona de-
bitoris præsumatur ex eisdem bonis proprium
creditum sibi persoluisse, *Angel. in l. sed si damnum 9. §. peculium num 3. ff. de pecul. Crauett. cons. 129. num. 5. Surd. cons. 290. num. 33. Afflict. dec. 13. num. 16.*

Nec releuat, quod Tranquillus fecerit hu-
iusmodi alienationes vigore Breuis obtenti à
Sanctissimo super derogatione fideicommissi
pro dissoluendis debitis proprijs, non autem
Alexandri fideicommittentis, quale est debi-
tum dotis maternæ, quia non inde sequitur,
quod ille in causam etiam dotis maternæ alie-
nare non potuerit, sibique satisfacere, & in
omnem euentum cum vltra dd. alienationes
7 concurrat etiam omissio † Inuentarij, adhuc
vrget præsumptio, prout articulo discusso de-
claratum fuit *in d. Auximana fideicommissi 31. Ianuarij huius anni coram me*, præsertim cum San-
ctissimus concesserit Tranquillo facultatem
venden̄ bona subiecta fideicommisso non
simpliciter, sed cum clausula, dummodo, æs
alienum ab eo contractum aliunde, quàm per
distractionem dd. bonorum extingui nequeat.
Vnde cum ad illorum alienationem deuene-
rit, censetur tunc temporis iam detraxisse do-
tem maternam, quam si reuera nō detraxisset,
potuisset cum illa saltem pro rata extinguere
propria debita absque licentia Papæ, cum dos
8 materna † deducatur etiam ex bonis fideicom-
misso subiectis *Ceph. cons. 272. num. 23. Menoch. cons. 283. num. 33. & cons. 292. num. 8. Hond. consil. 63. num. 36. lib. 1. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 15. cum alijs relatis à Fusar. de subst. quæst. 661. num. 1.*

BONONIEN. DOTIS.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Maritus quę pacta possit apponere circa solutionem dotis quæ per vxorem nequeant impugnari.

SVMMARIVM.

1 *Pacta dotalia quæ pendent à voluntate contrahentium seruari debent nisi à iure prohibita reperiantur.*

2 *Actio pro consequenda dote legata mulieri in testamento patris, seu alterius competit soli mulieri non autem eius marito.*

3 *Hoc procedit de rigore iuris non de æquitate.*

4 *Maritus potest pacisci circa solutionem dotis, & illius dilationem absque eo, quod mulier possit conqueri nisi soluto matrimonio.*

5 *Mulier nubens primo viro nulla dote expressè constituta non præsumitur dare in dotem omnia bona sua.*

6 *Hoc procedit in dubio, secus quando ex coniecturis elicitur omnia bona voluisse in dotem dare.*

7 *Mulier præsumitur dedisse in dotem omnia bona sibi legata ex causa dotis.*

8 *Maritus non potest pacisci cum hæredibus soluere debentibus dotem super illius præstatione sine cessione mulieris; quod procedit in nominibus debitorum, nec est opinio tuta, num. 9. Secus in dote legata pro cuius consecutione marito competit actio absque alia cessione, & n. 10.*

11 *Dilatio quoad solutionem sortis dotis concessa à marito constante matrimonio non operatur deteriorationem dotis in præiudicium mulieris.*

12 *Fructus dotis constante matrimonio spectant ad virum, & sic pro illorum solutione potest concedere dilationem, & etiam remittere, & n. 13.*

14 *Legatum dotis factum ab ascendente succedit loco legitimæ, & liberè spectant ad mulierem non retenta natura dotis.*

15 *Legatum dotis quando non debetur nisi vti dos non pertinet liberè ad vxorem, sed recipit onera, & dilationes doti competentes.*

16 *Fructus legati dotis facti ab ascendente ad instar legitimæ debentur à die obitus testatoris.*

17 *Quod non procedit in legato conditionali in casu nuptiarum.*

18 *Iura sua vnusquisque potest experiri ex nouo iure superueniente.*

19 *Pactum est seruandum ab illo, qui illud facere potuit.*

DECISIO DCLXXXII.

COMES Alexander Lignanus in vltimo, sub quo decessit Testamento, reliquit D. Comitissæ Lignanæ eius ex filio prædefuncto nepti lib. 32. m. in casu nuptiarū in sæculo. Quocirca Com. Antonius, & q. Vincentius fra-

fratres de Lignanis hęredes d. Com. Alexandri
in executionem sponsalium, quæ postea inita
fuerunt inter d. Comitissam, & Com. Petrum
de Sauignano de mense Martij 1639. promi-
serunt pro dote dictæ Comitissæ dare prędi-
cto Com. Petro prædictam summam lib. 32.
mil. sub his tamen temporibus, & modis per-
soluen, videlicet, in festo B. Mariæ Augusti
tunc proximi lib. 4. mil. in festo omnium San-
ctorum lib. 5000. annis 1641. 1642. & 1643.
lib. 2. mil. pro quolibet sine fructibus, & resi-
duum lib. 17. mil. mediante cessione crediti
cuiusdam annui redditus pariter sine interu-
surijs cum promissione exigibilitatis, prout
latius in Instrumento continetur.

Contracto deinde solẽni matrimonio præ-
dicti coniuges de mense Septembris eiusdem
anni 1639. receperunt lib. 5. mil. pro prima
paga, sed recusantes successiuis temporibus
alias pagas minutatim recipere, mouerunt iu-
dicium in Ciuitate Bononiæ super integra, &
vnica solutione dd. lib. 32. mil. vna cum fru-
ctibus decursis à die sequuti matrimonij ad
rationem lib. 7. pro quolibet centenario iuxta
formam Statutorum Bonoñ, causaque ad Ro-
tam delata fuit dubitatum coram bon. mem.
Merlino. An debeatur nunc integra summa
legata vna cum eius fructibus, & negatiuè re-
sponsum fuit.

Nam quoad fortem quamuis Alexander
Testator reliquerit d. Comitissæ prædictam
quantitatem lib. 32. mil. in casu quo nuberet
in sæculo, & casus nuptiarum illius iam eue-
nerit nō ideò sequitur deberi nunc integram
summā legatam, quandoquidem adhuc pen-
dent dilationes temporum quoad solutionem
prædictæ quantitatis iuxta pacta apposita in
dd. Capitulis matrimonialibus initis inter
Com. Petrum maritum d. Comitissæ ex vna,
& Com. Antonium, & Vincentium hæredes
d. Alexandri Testatoris ex altera, quæ quidem
pacta negari non potest, quin sint seruanda,
1 cum omnia † pacta dotalia, quæ pendent ex
voluntate cōtrahentium firma sint, ac seruari
debeant, nisi reperiantur à iure prohibita, *l. 1.
§. illud, C. de rei vxor. act. Molin. in tract. de rit. nupt.
initio præludij vniuersi tract. num. 1. & seqq. Anneus
Robert. rer. iudic. lib. 4. cap. 1. circa fin. Mantic. de
tac. & amb. lib. 12. tit. 32. num. 2. & 3. Fontanell.
de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. par. 12. n. 54.*

2 Non obstat, quod actio † pro consequenda
dote legata mulieri in testamento patris, aut
alterius Testatoris competat soli mulieri, non
autem eius marito, *l. eum pater 29. ff. de iur. dot.
l. seruo legato 69. §. si Testator, vers. nec solum, ff. de
legat.* Et propterea Comes Petrus maritus d.
Comitissæ non potuerit pacisci super d. quan-
titate lib. 32. mil. relicta ipsi Comitissæ ex cau-
sa dotis, seu nuptiarum. Quia prædicta iura
procedunt de rigore iuris, secus autem de
3 æquitate, iuxta quam actio † pro consequen-
da dote legata mulieri in Testamento tribui-
tur tam ipsi mulieri, quàm eius marito, licet
iste nō fuerit in legato nominatus, *l. Titio cen-
tum 70. §. Titio genero, ff. de cond. & dem.* prout ita
conciliando dd. iura declarant *glos. in eadem
l. Titio genero in verb. debeat, vers. dic ergo, & ibi-
dem Bort. sub num. 1. & sub num. 3. vers. non obstat,
quod dicitur, Castr. sub num. 1. & 8. Montic. de con-
iect. vlt. vol. lib. 11. tit. 22. num. 25.* & consequen-
ter Com. Petrus maritus d. Comitissæ rectè
potuit pacisci super quantitate legata eidem
Comitissæ ex causa dotis, ac dilationem con-
4 cedere, nec Comitissa † potest conqueri nisi
soluto matrimonio, *l. ob res quoque 20. vers. sed
si conuenerit, ff. de pact. dotal. l. si socer 44. §. Lucius
ff. sol. matr. Cancer. tom. 1. var. cap. 9. num. 121. iuxta
nouam impress.*

5 Minus obstat, † quod mulier nubens pri-
mo viro nulla dote expresè constituta non
præsumatur dare illi in dotem omnia bona
sua iuxta opinionem, quam tradunt *Bart. in
q. 7. incip. Mulier habens magnum patrimonium n. 1.
& seqq. Curt. iun. in auth. præterea n. 12. C. vnd. vir.
& vxor. Angel. de Perus. cons. 335. num. 1. Alex. cons.
144. num. 1. & seqq. lib. 5. & cons. 122. num. 13. lib. 7.
Ber. cons. 40. num. 32. lib. 1. Rol. de lucr. dot. q. 71. n. 2.
& seqq. cum alijs congestis à Menoch. de præs. lib. 3.
præs. 6. num. 57. Gratian. disc. for. cap. 583. num. 10.
vers. cum etiam verius sit, Rot. dec. 588. num. 1. p. 1.
6 diuers.* Quia d. opinio † procedit in dubio, se-
cus autem est, quando, prout hic, ex conie-
cturis elicitur mulierem voluisse dare bona
sua marito ex causa dotis, *Ang. de Perus. d. cons.
335. sub num. 1. vers. non obstant not. per Bart. Bold.
cons. 185. numer. 1. vers. sufficeret tamen lib. 5. Abb.
cons. 46. num. 3. lib. 1. Calcan. cons. 11. vol. 3. vers. Ad
hoc accedit, Menoch. de præsumpt. d. lib. 3. præs. 6.
num. 78.* Inter coniecturas autem quæ in pro-
posito suadent d. Comitissam dedisse in do-
tem Com. Petro eius marito prædictam quā-
titatem lib. 32. mil. illa plurimum vrget, quod
eadem quantitas lib. 32. mil. fuit sibi relicta in
Testamento Alexandri aui ex causa dotis,
7 mulier † enim, cui pater, aut alius Testator re-
liquit in Testamento aliqua bona, aut certam
pecuniarum quantitatem ex causa, & nomine
dotis, si postea nubat, præsumitur eadem bo-
na legata in dotem suo viro dare voluisse,
prout in specie probant *Ruin. cons. 224. numer. 5.
& seqq. lib. 1. Soccin. iun. cons. 8. num. 2. & 13. lib. 2.
Phanuc. in tract. de lucr. dot. glos. 10. num. 45. vers.
olio etiam in casu. Monterent. in Commentar. od Stat.
Bonon. lib. 4. in rubr. de dot. restit. §. Præterea ordi-
namus in verb. omnia bona, Menoch. de præs. d. lib. 3.
præs. 6. nu. 89.* qui *sub n. 94.* examinata opinione
Bero. d. cons. 40. num. 52. vbi videtur dissentire à
Ruin. d. cons. 224. num. 5. & seqq. concludit illius
fundamenta non habere locum quoties, prout
hic, extat contraria coniectura.

Non obstat, quod etiamsi d. Comitissa præ-
sumatur dedisse in dotem prædictam quanti-
tatem lib. 32. mil. adhuc D. Petrus eius mari-
8 tus † non potuerit pacisci cum dd. hæredibus
super illius præstatione absque cessione, aut
mandato eiusdem Comitissæ suæ vxoris ex
*notat. per Bold. Nouell. in tract. de dot. par. 9. pri-
uil. 71. in princ. Alex. cons. 122. nu. 10. & seqq. lib. 7.
Menoch. cons. 914. post num. 15. vers. respondetur pri-
mo, Rolan. de lucr. dot. q. 81. num. 7. & seqq.* Quo-
niam

niam vltra quod prædicti Doct. loquuntur in
9 nominibus debitorum, † quorum cessionem nec etiam esse necessariã tenent *Ruin. cons.53. num.27. & 28. lib.2. Menoch.d.lib.2. præs.5.n.83.* Videtur cessare difficultas in casu isto, in quo non agitur, propriè de nomine debitoris ad fauorem solius mulieris, sed de quantitate legata ipsi mulieri ex causa dotis, pro cuius cõsecutione competit actio ex æquitate ipsi marito absque alia cessione, cum Testator in hu-
10 huiusmodi † legato facto mulieri ex causa dotis videatur respexisse fauorem etiam illius futuri viri, cuius interest habere vxorem dotatam, vt inquit *Bart. in d.§.Titio genero sub n.3. vers. non obstat, quod dicitur.* Adeout hæres Testatoris soluẽs viro dotem legatam eius vxori liberetur, *d.l. cum pater 30. ff.de iur. dot. Castr. in d. §. Titio genero, numer.2. Cancer. var. d. cap.9. num.120.*

Minus obstat, quod maritus non possit cõditionem doris efficere deteriorem, qualis videtur effecta ob pactum dilationis. Nam
11 quod fortem dilatio † concessa pro illius solutione constante matrimonio non operatur deteriorationem dotis in substantia, *Ant. Fab. in suo Codic.lib.5.tit.9.definit.2. post princ.vers. non enim, Fontanell.de pact.nupt.claus.16.glos.2.par.2. num.5. in fin. vers. quia quod tempore.* Quo verò ad fructus illos integrè non deberi patet ex prædictis, cum obstet eadem dilatio, vt supra connenta.

12 Nec obstat, quod maritus non possit vxori præiudicare; quia cum fructus totius dotis pertineant ad maritum, qui onera matrimonij sustinet, *L. pro oneribus 20. C.de iur.dot.* Idem
13 maritus † potest in illis conditionem dotis efficere deteriorem, sicque illos remittere, aut pro illis concedere dilationem ad soluendum, vt in specie firmant *Ioseph.Ludou. dec. Lucen.21. num.45.46. & 49. & Fab. in suo Cod. lib. 5. tit.9. definit. 2. quos refert, & sequitur Fontanell. de pact. nupt.d.tom.2.claus.6. glos. 2. par. 2. n.5.*

14 Minus obstat, quod huiusmodi † legatum dotis vti factum ab ascendente succedat loco legitimæ, & proinde liberè pertineat ad vxorem non retenta natura dotis, *Giouagn. cons.41. & 42. lib.1.* Quia cum illud non debeatur nisi
15 vti dos, † non pertinet liberè ad vxorem, sed recipit onera, & dilationes iuxta *Statut. Bonon. de success. liber.condit. testam. prout contra.Giouagn. decidit Rota in Bonon. successionis 11. Febr. 1598. coram bon.mem.Card.Pamphilio, & 29.Octob.1599. coram bon. mem. Lancellotto post eumdem Giouagn. post d.cons.42. num.126. & seqq. & n.132. & seqq. & num.132. & seqq.* vbi contrarijs respondet.

16 Hinc pariter non obstat, quod fructus eiusdem legati instar legitimæ debeantur à die mortis Testatoris absque alia interpellatione, *Gabr.cons.45.num.5. & seqq. vol.2.Natt cons.156. num.4. & seqq. lib. 1. cum alijs alleg.* Quia cum
17 d.legatum esset † conditionale in casu scilicet nuptiarum peti non poterat nisi purificata illa cõditione, *l.hæc conditio 10. ff.de cond.& demonst. l. cum Testamento 4. §. Is autem, C. de testam. manum.Gabr.cons.139.nu. 19. vol.2.* & sufficit, quod interim eadem Comitissa legataria habuerit alimenta, *Bald. in l.non sine 5. num. 3. C. de bon. quæ liber. Cuman. cons.46. num.2. vers. nec videtur absurdum, Gabr.d.cons.139.n.29.lib.1.*

Demum non refragatur, quod Com. Petro marito superuenerit nouum ius ex tacita constitutione dotis, quam sibi fecit vxor in ipso contractu matrimonij; Ideoque illi non obstet dilatio conuenta in præcedentibus Capi-
18 tulis matrimonialibus, cum vnicuique † liceat sua iura experiri ex nouo, ac pinguiore iurè superueniente, *l. si mater 11. §. eamdem causam ff.de except. rei iud. Oldr.cons.299.numer.3.* Quia cum idem Petrus præuia narratiua dotis legatæ Comitissæ suæ sponsæ ab auo paterno receperit promissionem eiusdem dotis cum dilatione conuenta, ac matrimonium fuerit postea subsequutum in executionem prædicti contractus iurati non videtur aliquod nouum ius acquisiuisse, sed potius eumdem contractum confirmasse, quem propterea tenetur seruare, nec potest, aut debet ab illo discedere,
19 cum pactum seruandum sit ab illo, qui illud facere potuit, *l.1. §. si conuenit, ff. de pact. Paris. cons.12.num.103.lib.2. Gratian. disc. for. cap.748. num.14.*

Et ita vtraque &c.

PADVANA BENEFICII,

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Fructus ad quam summam sint liquidandi quãdo constat illos fuisse perceptos à beneficiato.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti præsumuntur à possessore.*
2. *Fructus debentur ab alienante mala fide, & pro ea quantitate quam percepisset si non alienasset.*
3 *Prò possessore habetur, qui desijt dolo possidere.*
4 *Et pro doloso habetur, qui lite pendente alienauit ad effectum, vt teneatur ad fructus.*
5 *Liquidatio fructuum perceptorum requirit leniores probationes.*
6 *Fructus Rota solet taxare in minori summa in qua omnes probationes conueniunt.*

DECISIO DCLXXXIII.

SANCTISSIMVS contulit Beneficium, de quo agitur situm in Ecclesia Sancti Iacobi Gabrieli Scaino de mense Septemb. 1631. Verum Dominicus de Bellis idem Beneficiũ à Sanctissimo pariter impetrauit, cum data tanten posteriori, ac litteris expeditis possessionem eiusdem Beneficij accepit. Quo circa commissa Causa in Rota per speciale Rescriptum, cum clausula omni appellatione remota, emanauit sententia ad fauorem Gabrielis cum condemnatione ipsius Dominici in fructibus, & expensis. Vnde fuit hodie dubitatum ad quam summam sint liquidandi prædicti fructus, & illos esse liquidandos ad summam ducatorum 93. auri de Camera pro quolibet anno à die captæ possessionis per d. Domi-

minicum Domini responderunt moti ex eo quia constat de duobus requisitis in hac materia, nempe de perceptione, & de quantitate.

Perceptio enim fructuum probatur ex publico Instrumento possessionis captæ per d. Dominicum sub die 26. Ianuarij 1632. mediante Francisco Formica Procuratore ad id specialiter constituto, quam possessionem idē Dominicus fassus est in iuratis positionibus se cōtinuare,& continuarevelle prout apparet in Iuribus datis in Summario Gabrielis. Vnde intrat vulgatum dicterium, quo solet Rota
1 vti in hac materia, nempe possedisti, † ergo percepisti *Rota decis.25. de prabend.in nou.Seraph. decis.1245.num.6.Greg.XV.decis.50. num.2.* & ibi *Add.litt.C.Duran.decis.384.num.1. Buratt. dec.73. num.3. Rota decis.269.num.2.part.1. & decis. 571. num.3.part.3.recent.*

Non obstat, quod prædictus Dominicus pendente Iudicio Rotali resignauerit hoc beneficium ad fauorem Egitij Discalcij, reseruata sibi pensione ducatorum 50.auri de Camera, & propterea prætendantur ipsum non teneri pro fructibus decursis post resignationem
2 Nam vbi quis † resignat, aut alienat lite pendente tenetur pro fructibus, quos percepisset, si possedisset, prout in specie tradit ex sententia Rotæ *Paris. de resign.lib.2.quæst.3.num.7. Duran.decis.266. num.33. & fuit dictum in Bracharen̄ fructuum 26. Maij prædicti coram R. P. D. meo Ro-*
3 *ias*. Et ratio est, quia pro possessore † habetur is, qui dolo desijt possidere *c. pro possessore de reg.Iur. in sexto Put. decis.4. tit. de fruct.* & habetur pro doloso eo ipso, quod alienauit li-
4 te † pendente ad effectum, vt teneatur ad fructus quos percepisset si non alienasset, *Put. decis.166.num.1.lib.3. in correctis*, quod est Regulare in quocunque alienante lite pendente ex *not. in l.1.ff. de alien.iud.mut.caus.fact, & facit l.2. de litigios.* ibi, *tamquam si nihil factum sit lite nihilominus peragenda*.

Liquidationem verò dd. fructuum esse faciendam in prædicta summa ducatorum 93. auri de Camera pro quolibet anno Domini deducebant ex eo, quia Dominicus in prædicta resignatione cum reseruatione pensionis fassus fuit fructus huiusmodi beneficij ascendere ad summam ducatorum centum auri de Camera, ac Testis in hac lite formiter examinatus deponit de 300. ducatis monetæ Venetæ ex publica voce, & fama, qui 300. ducati Veneti constituunt 150. ducatos auri de Camera circiter, vt in attestatione, quæ data fuit. Quæ confessio Dominici iuncta depositione d. Testis licet videretur sufficere in hac materia liquidationis fructuum, in qua,
5 probata substantia perceptionis † sufficiunt leuiores probationes super quantitate ex relatis *à Rota in Neapolitana liquidationis fructuum coram Card. Lancellotto apud Marches.par.2.fol.594.* Nihilominus quia Gabriel in suis litteris expressit tantum ducatos 93. auri de Camera. Ideo visum fuit Dominis fructus esse taxandos in hac summa, in qua tamquam minori omnes
6 conueniunt, † prout seruatum *fuit in Ariminen̄ liquidationis fructuum 29. Iunij 1625. coram bon: mem: Coccino Duran.decis.384. num.2. vbi alia decisiones recensentur*.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

ROMANA DOMVS, seù SALVIANI.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTO.

Neque Summario eget.

DECISIO DCLXXXIV.

DOMINVS Abbas Paulus Aemilius Vrsinus donauit inter viuos omnia bona sua D. Clarici Sabellæ, quæ vice versa eidem Abbati promisit scuta 800.annua pro alimentis, sed deficiente d. Clarice in præstatione dd. alimentorum, idem Abbas intentauit coram A.C. Saluianum Interdictum super Domo, de qua agitur in d. donatione comprehensa, & per Claricem postea vendita Lucretiæ fideli, & sententiam pro Immissione obtinuit, quæ deinde in gradu appellationis proponente R.P.D. meo Cerro fuit confirmata. Cum autem ab hac vltima sententia fuerit de nuo appellatum, & causa mihi commissa proposui dubium, an hæc vltima sententia Rotalis esset confirmanda, & Domini affirmatiuè responderunt, quandoquidem ex reuolutione actorum constat de illius validitate, & Iustitia liquet ex decisionibus R. P. D. mei Cerri contra quam vltra quod nihil hodie fuit oppositum illarum fundamenta iterum in hac positione ad trutinam reuocata Dominis placuerunt.

Et ita vna tantum &c.

TIBVRTINA ADMINISTRATIONIS, SEV REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 24. Nouembris 1642.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur ad effectum taxandi alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Pupillus non præsumitur viuere de vento, sed recepisse alimenta à tutore sui administratore, qui illa præstare tenebatur.*
3 *Alimentorum taxatio, quæ pro seu essentia requirat*
4 *Argumentum sumptum à consuetudine particulari alterius plurimum attenditur.*
5 *Pecunias pupillares Tutor seu administrator non potest retinere otiosas.*
6 *Debitum pupillorum præsumitur solutum ex pecunijs eorum quas retinebant Tutores, seu administratores.*
7 *Alimenta debentur etiam filio naturali à Patre vel eius harede.*

DE-

DECISIO DCLXXXV.

IN vltima decisione huius causæ emanata sub die 23. Iunij præteriti Domini reseruarunt, An, & quæ partitæ extra librum essent ponendæ ad debitum D. Lentuli vltra illas, quas Io: Baptista Britius Administrator bonorum q. M. Antonij fratris, & Auctoris d. Lentuli posuit ad debitum ipsius M. Antonij in libro suæ administ. Quocirca iterum hodie posui Dubium, an; & pro qua summa constaret de debito d. Lentuli, in cuius dubij positione fuit animaduersum tres esse partitas quas Felix fil. & hæres d. Britij Administratoris prætendebat esse quoque ponendas ad debitum ipsius Lentuli.

Prima erat pro alimentis, quæ idem Britius præstitisse dicebatur Donato filio nomine d. M. Antonij, circa quæ duæ fuerunt inspectiones, vna pro quo tempore alimenta fuerunt pręstita Altera ad quam summam essent illa taxanda.

Quoad Primum Domini distinguebant tria tempora. Primum anni 1625. quo M. Antonius recedens ad Vrbe reliquit ipsum Donatum tunc Infantem penes Armellinam matrem quę lac eidem prębebat, eumque successiue retinuit vsque ad primam diem Octobris 1628. quo temporis spatio Britius Administrator nonnisi paruam pecuniarum summam pro alimentis eiusdem Donati tunc Puelli erogauit, quę non erat pręsentis inspectionis tanquam descripta in libro ipsius Marci Antonij, & iam admissa in Relatione Periti communiter electi, nec propterea venit iterum accepto ferenda.

Alterum a d. prima die Octobris 1628. quo Britius recipiens d. puerum à matre custodiā illius demandauit Francisco Parioto, qui eũdem Puerum retinuit, eique alimenta pręstitit ad rationem sc. trium pro quolibet mense vsque, & per totum annum 1631. pro quo tempore Britius, seu Felix eius hęres non soluit Pacioto aliam pecuniarum summam nisi sc. 39. ad computum dd. alimentorum vt apparet ex recepta eiusdem Paciotti per ipsam Felicem in actis producta, reliqua autem sc. 75. pro residuo alimentorum, vt apparet pręstitorum pro d. tempore fuerunt soluta eidem Paciotto per ipsum Lentulum vigore publici
1 Instrumenti, † quod facit probationem probatam *Bald. in l. Imperator num. 3. ff. de stat. homin. l. interest inult. not. C. de solut. Burat. decis. 540. n. 4. Greg. XV. decis. 157. num. 13.*

Tertium denique tempus erat ab eodem anno 1630. quo Britius reassumens Donatum à Paciotto, illum apud se retinuit vsque ad annum 1632. quo idem Britius decessit, pro quo tempore Lentulus non controuertebat, quin Britius alimenta pręstiterit eidem Donato apud ipsum permanenti, & iure meri-
2 to cum Pupillus † non pręsumatur viuere de vento; sed recepisse alimenta à Tutore, seu Administratore, qui illa pręstare tenebatur *l. fin. C. de alim. pupill. præstand. Conduc. in §. si quis à liberis §. Item Rescriptum num. 6. ff. de lib. agnosc. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 23. num. 3. & seqq.*

Quo verò ad secundam inspectionem, scilicer ad quam summam eadem Alimenta pręstita pro tēpore de anno 1632. sint taxanda DD. ea taxarunt ad rationē scutorū quatuor pro quolibet mense attendentes maiorē ętatē d. pueri, qui propterea pinguioribus egebat alimētis, quantitatē patrimonij eiusdem Marci Antonij ascendentis ad annua sc. 200. circiter, qualitatem personarum, & Regionis
3 consuetudinem, quę omnia † sunt consideranda ad effectum taxandi alimenta etiam pro filio Spurio *Molin. de Primog. lib. 2. cap. 15. nu. 55. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 18. nu. 51. Duran. dec. 45 num. 12.*

Secunda Partita erat pro Salario Bifulcorum, qui, vt pętendebatur, inseruierunt negotio Artis Agriculturę, quam idem soluit vsque de annis 1625. & 1626. Verum Domini dixerunt hanc partitam non esse ponendam ad debitum Lentuli, quia esto quod in Arte Agriculturę soleant adhiberi Bifulci cum certo Salario, & expensis, prout elicitur ex quadam fide D. Augustini Maffei data in Summario, nihilominus in pręsenti non apparet, quod Bifulci inseruierint, & pro quo tempore, & multò minus, quod Britius aliquam pecuniarum summā soluerit & quatenus persoluisset descripsit ad debitum ipsius M. Antonij in illa partita, in qua illum constituit debitorem pro omnibus Salarijs, & expensis famulorum ibi. *E più per sua parte de salary, e spese de Garzoni sc. 12. b. 50.* hæc enim partita videretur comprehendere etiam salarium, quod Britius huiusmodi Bifulcis persoluisset, quia cum ipse tanquam nimium cautus ac diligens in d. administratione posuerit ad debitum ipsius Marci Antonij omnes alias partitas veras, & reales, imò etiam plures à veritate alienas, vt liquet ex partitis ponderatis in alijs decisionibus, vtique hanc quoque pro prætenso salario Bifulcorum in specie descripsisset si vere persoluisset, vel saltem præsumitur sub d. partita Generali comprehendere voluisse, sũpto argum. à sua consuetudine par-
4 ticulari, quæ † in proposito plurimum attenditur *Socc. Sen. cons. 159. num. 16. & 17. Gratian. discept. for. cap. 563. num. 34. vers. præsertim, quia cum alijs Iuribus alleg. in vltima decisione in §. qua partita in fine.*

Tertia denique partita erat sc. 105. pro fructibus vnius Census sc. 100. in sorte hodie spectañ ad ipsam fœlicem pro totidem quę idem Britius prætenditur soluisse Iosepho Cappuccino olim Domino d. Census quæ partita, quatenus esset iustificata, nec etiam visa fuit exponenda ad debitum d. Lentuli, quia cum Britius vendiderit diuersa officia, & bona stabilia spectantia ad Marcum Antonium, pecuniasque dd. bonorum exegerit, ac fructus d. Census longè excedentes, vt apparet ex reui-
5 sione computorum, potuit, ac debuit † persoluere neque illas otiosas apud se retinere, prout retinuit *ex alleg. per Gratian. discept. 240. num. 28. Bellon. cons. 228. num. 6. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 67, num. 15. & sequen.* Imò eisdem pecu-

nijs præsumitur debitum † dd. fructnum per-
6 soluisse *Barbat. in c.1. per tot. de pecul. Cleric. Rom. cons. 276. num. 7. Surd. cons. 333. num. 4. & seq. Rot. decis. 265. num. 7. part. 5. recent.*

Ex quibus dixerunt Domini constare de
debito Lentuli solum pro alijs sc. 89. vltra scu-
ta 2493. firmata in vltima decisione, nimirũ
rum 39. quæ Felix hæres Britij persolnit Pa-
cioro ad computum alimentornm, quæ idem
Paciottus prestitit Donato pro tempore apud
ipsum existenti, & pro alijs sc. 48. ex causa ali-
mentorum ad rationem scutorum quatuor
pro quolibet mense, quæ ident Britius anno
1632. eidem donato subministrauit, quæ sum-
ma scutorum 87. soluta ob d. causam non
visa fuit posse controuerti, quin sit ponenda
ad debitum ipsins Lentuli tanquam hæredis
M. Antonij, cum alimenta † debeantur etiam
7 filio naturali à Patre, vel eius hærede *c. cum haberet de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adult. Paris. cons. 14. num. 27. lib. 2. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 18. num. 51. Franc. decis. 196. num. 6. Duran. d. decis. 95. num. 4. & 5.*

Et ita Lentulo informante &c.

ROMANA DOMVS.

Luna 24. Nouembris 1642.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum conceditur quoties sententia est nulla siue iniusta, & quæ iniustitia ad dictum effectum requiratur: Valor rei stabilis ex quibus non dicatur probatus ad effectum vitandæ læsionis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum conceditur quoties concurrit nullitas seù iniustitia sententiæ.*
2 *Et sufficit qualibet iniustitia etiam non notoria, & præsertim in supremis tribunalibus, & num. 3.*
4 *Monitorium, quod habetur loco libelli, omnino requiritur in causis ordinarijs tam de iure Communi, quam de stylo A.C.*
5 *Ex libello seù monitorio, & illius conclusione declaratur mens, & intentio actoris, quæ in iudicijs attendi debet.*
6 *Monitorij seu libelli sola executio non sufficit sine illius reproductione in actis.*
7 *Pretium in dubio præsumitur iustum.*
8 *Decretum Iudicis habet præsumptionem pro se quod non adsit læsio.*
9 *Aestimatio extraiudicialis absque partis præsentia seù citatione non probat.*
10 *Intimatio ad viden. examinari die &c. & successiuè singulis diebus, & horis vsque ad completum examen non sustinetur nisi per paucos dies.*
11 *Protestatio non examinari testes nisi super certis conditionibus si non sit adimpleta reddit examen inualidum.*
12 *Valor rei stabilis ad effectum læsionis requirit concludentes probationes.*
13 *Valor Communis domus differt à valore materiæ aut cæmentorum.*
14 *Ridiculum est dicere, quod procurator ad impugnandam sententiam ex capite læsionis istam fateri voluerit.*
15 *Commissio succedit loco libelli, & sola eius conclusio attenditur licet verba narratiua ineptè concipiantur.*
16 *Valor ad effectum læsionis probari debet inspecto tempore paulo ante, vel post subbastationem seu contractum.*

DECISIO DCLXXXVI.

SVB die 4. Iunij præteriti informante solum Petro Paulo Saluato Rota censuit non constare de causis restitutionis in integrũ petitæ pro parte Marij, & aliorum de Donatis aduersus sententiam latã ab A.C. super restitutione Domus de qua agitur, & consequẽter d. sententiam tanquam transactam in iudicatum ob non prosecutionem appellationis infra biennium esse exequendam. Verum hodie informantibus etiam dd. Donatis Domini recesserunt à decisis moti ex capite tam
nullitatis quàm iniustitiæ eiusdem sententiæ,
1 quarũ altera sufficit adhoc vt restitutio † cõcedatur, prout de sentẽtia nulla dixit *Rot. dec. 307. sub n. 5. vers. quam etiam nullitatem par. 2. & decis. 343. num. 1. par. 6. rec.* & in *Romana Vinearum 10. Iunij 1639. post princ. coram R.P.D. meo Rotæ* & de sententia iniusta *Innoc. in c. ex litteris 4. sub num. 6. post med. vers. quid si probauerit de in integr. restit. Rot. decis. 1. de rest. in integr. in nou. & decis. 672. num. 2. par. 2. rec, cum alijs cumulatis per Add. ad Greg. XV. decis. 459. num. 11. & decis. 1. num. 5. p. 6.*
2 *rec.* Et sufficit quælibet † iniustitia etiam non notoria ad hoc vt detur restitutio *Innoc. d. c. ex litteris sub num. 7. post med. vers. quia in primo casu Cas. de Grass. decis. 10. num. 12. de sent. & re iud. Seraph. decis. 251. num. 2. Rot. decis. 351. nu. 5. par. 1. diu. & decis. 492. num. 1. par. 1. & decis. 635. in fin. par. 2. & decis. 343. num. 1. par. 6. & decis. 50. num. 2. par. 7. rec. Caual. decis. 164. num. 1. vers. & quod Iniustitia Buratt. decis. 452. num. 6. & ibidem Add. littera A. Add. ad Greg. d. decis. 459. num. 11. vers. licet autem.* Maximè, quando, prout hic, versa-
3 mur † in supremis Tribunalibus *Rot. d. dec. 315. num. 5. vers. maximè in supremis par. 1. diuers. Add. ad Greg. XV. d. decis. 459. num. 11. sub vers. licet autem.*

Nullitas enim d. sententiæ visa fuit resultare ex defectu monitorij, quod habetur loco
4 libelli cuius oblatio † regulariter requiritur in causis ordinarijs tàm ex dispositione Iuris cõmunis *glos. quam cõmuniter sequuntur DD. in c. 1. in verb. libellus reclamationis vers. sed nunquid libelli oblatio de libell. oblat. auth. offeratur de lit. contest. Speculat. in tit. de libell. concept. §. nunc dicendum num. 1. vers. hodie vero Vant. de null. ex defect. process. seu ord. iudic. num. 8.* Quàm etiam de stilo A.C. prout aduertit *Tiber. in prax. lib. 2. cap. 12. num. 1. & dixit Rot. decis. 123. num. 6. p. 7. rec.* Ex
5 libello † enim, seù monitorio, & illius conclusione declaratur mens, & intentio Actoris, quæ in Iudicijs attendi debet *Dec. cons. 28. num. 6. vers. quartò non obstat Bero. cons. 28. num. 8. lib. 3.*

lib. 3. Hond. conf. 22. num. 32. & seq. lib. 2. Seraph. decis. 492. num. 1. & 4.

Neque huiusmodi nullitas euitatur ex relatione Cursoris asserentis se fuisse exequutum Monitorium contra q. Flaminium Donatū, à quo dd. DD. de Donatis causam habent, quia talis relatio esto, quod probaret executionem ass. monitorij, non tamen releuaret,
6 cum sola executio † monitorij contra partem non sufficiat nisi illud reproducatur in actis iuxtà theoricam quam tradit *Bart. in l. hac autem 3. §. defendi num. 2. ff. quib. ex caus. in possess. eat. & in l. si finita 15. §. Iulianus ff. de dam. infect. & in l. multum 21. num. 4. ff. de cond. & dem. Felin. in c. illud 8. num. 11. vers. secunda conclusio de rescript. Rolan. conf. 47. num. 65. vol. 2. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 47. num. 1. & 6. Gratian. discept. 643. n. 1. Buratt. decis. 652. num. 2.*

Iniustitia verò d. sententiæ patet ex eo, quia illa condemnat prædictos Donatos ad restitutionem Domus controuersæ prætextu, quod illa esset valoris sc. 640. & nihilominus fuerit subhastata, ac deinde deliberata d. q. Flaminio Donato eorum authori tanquā vltimo Oblatori pro sc. 250. Vnde dicebatur resultare læsio vltra dimidiam iusti prætij, quæ tamen læsio non probatur, cum tamen illam Saluatus, qui in ea se fundat plenè, & concludenter
7 probare deberet, cum pretium † in dubio præsumatur Iustum prout in specie rescissionis subhastationis ex capite læsionis tradit, *Surd. conf. 256. num. 4. vers. tamen qui vult pretium Rot. decis. 648. sub nu. 11 par. 1. recent. Bur. dec. 538. num. 1. & 2.* Concurrente præsertim decreto Iudicis in d. subhastatione interposito, quod
8 habet † præsumptionem pro se, quod non ad sit læsio *Gab. com. opin. tit. de empt. & vend. concl. 1. num. 63. Rebuff. in Comment. tom. 2. de resciss. contract. art. vnic glos. 15. num. 39. Rot. d. decis. 645. n. 10 vers. maximè stante decreto Iudicis par. 1. rec. Buratt d. decis. 538. num. 3.*

Non obstant duo Periti, qui postea fuerunt examinati tanquam Testes ad probandum valorem d. domus. Quoniam illi siue considerentur tanquam Periti, siue tanquam Testes non probant. Non quidem tanquam Periti, quia non constat eos fuisse electos ad æstimandum d. domum neque à partibus, neque à Iudice, sed tanquam Peritos simpliciter requisitos ab ipso saluato vti Domino d. domus ad æstimationem illius deuenisse, vnde talis
9 æstimatio † tanquam facta extraiudicialiter absque presentia, vel citatione partis nihil probat *Bart. in l. Theopompus 14. num. 9. vers. quandoque statur eorum declarationi ff. de dot. praleg. & in l. qui bona fide 14. num. 2. vers. respondeo, quod sit ff. de dam infect. Felin. in c. Veniens 10. num. 10. vers. adde etiam in simili de Testib. Burat. decis. 56. nu. 1. & 3. decis. 70. num. 1. & 3. Rot. decis. 17. num. 1. p. 6. recen.*

Nec etiam tanquam Testes. Primò quia eorum examen fuit nullum ex defectu legitimę citationis ad videñ eos examinari, siquidem illi fuerunt examinati sub diebus 21. & 23. Iunij 1594. & sic post 15. dies quoad vnum Testem, & 17. quò ad alium respectiuè à die Intimationis ad videñ eos examinari, quę fuerat exequuta sub die 6. eiusdem mensis pro die mercurij de mane hora 12. & successiuè singulis diebus, & horis vsque ad completum
10 examen, quę quidem Intimatio † tanquam nimis vaga non poterat sustineri nisi per paucos dies, ne aliàs induceret speciem seruitutis *Rot. decis. 311. num. 3. par. 1. diu. & decis. 307. sub num. 9. part. 1. rec. Gonzal. super reg. 8. in annot. contr. nullit. sub nu. 14. vers. tamen talis Citatio Greg. XV. decis. 71. num. 3. & ibidem Add. num. 6.*

Quę nullitas augetur ex eo quia d. Flaminius sub die 3. eiusdem mensis Iunij protestatus fuerat non examinari Testes nisi specificatis eorum nominibus, cognominibus, patria, & exercitio, & iurato de calumnia per ipsummet saluatum principalem ac dato sibi competenti termino ad dañ Interrogatoria,
11 quę tamen protestatio † cum non fuerit ad impleta reddit d. examen inualidum *Farin. de testib. quæst. 73. num. 6. Add. ad Greg. XV. decis. 331. sub num. 22. vers. Et quoad caput inualiditatis ibi, quando non est facta protestatio bo: mem. Coccin. decis. 176. num. 2.*

Pręterea dd. Testes non probant in dicto, nam primus lecto sibi primo articulo, in quo continetur, *Che la detta casa dell' anno 1588. cōmunemente, e per commun prezzo valeua, e si sarebbe venduta almeno per sc. 600. e più, e per tal prezzo ogn' vno l'hauerebbe comprata, e si sarebbe venduta* respondit simpliciter *la detta Casa dell'anno 1588 fù stimata da me M. Bernardo per prezzo di sc. 640. rimettendomi alla stima, e sò che detta Casa di quel tempo era di M. Pietro Paolo Saluato,* In reliquis nescire, & ita etiam respondit super secundo & tertio.

Secundus verò Testis lecto sibi eodem primo articulo, deponit eodem modo quo ad ęstimationem, sed discordat tàm quoad annum, cum primus deponat de ęstimatione facta anno 1588. Iste verò anno 1587. quàm etiam quoad pretium, cum iste secundus per hęc expressa verba dixerit. *Ma non sò poi se per quel prezzo si saria venduta la detta Casa.* Ex quibus apparet, quod prædicti Testes nihil probant, quia pro ratione eorum dicti nullam aliam adducunt, quam prædictam æstimationem ab illis datam, ad quam ipsi se referunt, quæ quidem æstimatio nullam vim habet neque vti relatio Peritorum ex Iuribus supra allegatis, neque vti fundata in examine
12 cum in probando valore † rei stabilis ad effectum læsionis Testes debeant deponere non de eorum proprio Iudicio, sed de communi pretio illius rei, hoc est quod res tanti valeret, & communiter vendi potuisset, vel quod illa tot fructus communiter reddere consueuisset *iuxta doctr. Bart. communiter receptā in l. pretia rerum 63. §. nonnullam sub num. 2. vers. sumpta occasione & ibidem Alex. num. 1. ff. ad l. falcid. Cagnol. in l. 2. num. 232. C. de rescind. vendit. Seraph. decis. 661. num. 5. Rot. decis. 648. num. 3. par. 1. rec. & decis. 538. sub num. 9. & 11. coram Burat. & decis. 40. sub num. 3. post Mangil. de subhast.*

Eoque minus dd. Testibus visa fuit adhibenda fides, quia in d. æstimatione, ad quam

illi se retulerunt æstimarunt d. domum inspecta dumtaxat materia, seu cementis quibus illa constabat, nulla habita ratione quanti communiter illa valeret, aut vendi potuisset, quo casu nulla resultat probatio valoris, cum
13 valor † communis domus differat à valore materiæ, aut cementorum illius *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 114. num. 13. vbi refellit Natt. contrarium sententiem in consf. 332. num. 4. vers. sed nos loquimur mendosè tamen allegatum in consf. 322. n. 40 Maresc. sequitur Ciric. contr. 453. sub num. 72. & num. 80.*

Nec releuat confessio emissa in commissione causæ obtenta pro parte dd. de Donatis, siue eorum Procuratoris, qui in ea asseruit valorem d. domus ascendere ad sc. 800. & vltra. Quia fuit animaduersum illam emanasse ad alium effectum, scilicet committendi causam in Rota citra animum fatendi valorem in ea expressum aliàs ridiculum esset dicere, quod
14 d. Procurator † ad impugnandam sententiam canonizatoriam læsionis voluerit fateri ipsius læsionis fundamentum. Vt in proposito dixit *Rota in Hispalen. Decimarum de Almonte 4. Iulij anni præteriti coram R. P. D. meo Bichio.* Vnde dicebant Domini esse attendēdam potius conclusionem d. Commissionis exclusiuam læsionis, quam ineptam narratiuam valoris, cum
15 in libello, cuius † loco succedit Commissio sola eius conclusio attendatur, licet verba narratiua ineptè concipiantur *Bald. in l. domū 5. sub num. 1. vers. Tū dic quod iste libellus C. de re iudic. Ang. consf. 36. sub. num. 3. vers. sed respondeo Giouagn. consf. 22. nu. 9. lib. 1. Menoch. de recup. remed. 15. num. 148. & seqq.*

Quibus accedit quod d. Commissio emanauit post 12. annos à die d. subhastationis quo medio tempore valor d. domus augeri potuit saltem propter melioramenta, quæ in ea facta
16 fuerunt, cum tamen valor † ad effectum læsionis probari debeat inspecto tempore paulo ante, vel post subhastationem, seu contractum, de cuius rescisione agitur *l. si voluntate tua 8. in fin. C. de rescind. vend. Bart. in d. l. 2. num. 23. C. eod. tit. Giurb. decis. 305. nu. 2. Greg. XV. decis. 570. num. 5. cum alijs relat. à Buratt. d. decis. 138. num. 22.* Et ita vtraq; &c.

IANVEN. PECVNIARIA.

Veneris 28. Nouembris 1642.

ARGVMENTVM.

Remissoria in prophanis datur sine fumo concurrenti articulorum releuantia, quid in materia obiectiua, & an detur contra propriam confessionem, & aduersus rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Contractus filijfamilias sine consensu Patris ex quibus dicatur non sustineri.*
2 *Remissoria in prophanis data releuantia articulorum etiam sine fumo conceditur.*
3 *Remissoria non solet concedi contra propriam confessionem.*
4 *Remissoria solet concedi contra propriam confessionem quando ista detegitur erronea.*
5 *Assertio filijfamilias quod non sit talis quamuis talem agnosceret contrahens potius nocet creditori quàm debitori.*
6 *Remissoria non solet concedi ad probandum delictum.*
7 *Remissoria non potest denegari etiam in materia obiectiua quando datur fumus.*
8 *Testium defectus suppletur ex numero.*
9 *Testes etiam nulliter examinati præstant fumum pro obtinenda remissoria.*
10 *Remissoria non datur aduersus rem iudicatam.*
11 *Sententia per decendium licet transeat in iudicatum hoc tamen non procedit quando citatio fuit executa dd. c. quia tunc decendium non currit nisi à die habitæ scientiæ.*

DECISIO DCLXXXVII.

ITERVM Domini dixerunt Isabellæ dandam esse Remissoriam informantibus non solum D. Marcello ab Auria, sed etiam Io: Baptista eius filio, cuius contemplatione fuit concessa noua audientia. Nam releuantia articulorum firmata in decisione, quæ reuidetur benè subsistit. Quandoquidem d. Isabella intendit probare, quod fratres de Bursottis de tempore contractus celebrati cum d. Marcello erant filijfamilias, & insimul viuebant cum Patre, nec vnquam fuerunt negotiatores, quod idem Marcellus optimè nouerat quod ipsi essent tales, qua probatione facta erit locus Statuto Ianuen. annullanti contractus celebratos cum filijs familias absque consensu partis, non obstañ contraria assertione eorumdem filio-
1 rum, quamuis iurata, cum illa † non suffragetur, quotiescunque quis contrahit scienter cum filio familias *Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 7.* Quod eò magis videtur habere locum in hoc casu, cum vltra releuantiam adsit etiam fumus resultans ex pluribus Testibus examinatis coram R. P. D. meo Bichio tunc A. C. Locumtenente in alia causa verteñ inter eumdem Marcellum, & Violantem Turrigliam, & Lauiniam Maruffam, in quibus dictum fuit prædictos fratres esse filiosfamilias, quo fumo stante multò facilius Remissoria venit concedenda, cum etiam illo cessante ex sola releuantia articulorum soleat passim concedi quando, *prout hic*, fumus in
2 prophanis † *Put. decis. 212. num. 3. lib. 1. in correct. Cas. de Grass. decis. 1. nu. 10. de dilat. Seraph. dec. 294. num. 3. Greg. XV. decis. 174. num. 2. Canal. decis. 170. num. 1.*

Non obstat quod pro parte Marcelli, & Io: Baptistæ eius filij dicatur ex publicis actibus, & scripturis constare contrarium illius quod Isabella articulauit, scilicèt dd. fratres fuisse publicos negotiatores. Quia scripturæ quæ afferuntur ad hunc effectum probant solummodò negotium fuisse institutum sub nominibus dd. fratrum de Bursottis, & Io: Francisci Maruffi, quod Informantes pro Isabella non controuertunt, sed contendunt id factum fuisse à patre, qui supposuit nomen filiorum, qui in d. negotio nō habebant nisi nudum nomen

& rei-

& respectiuè à d. Maruffo, cui pater, qui sibi
totale dominium reseruauerat, complemen-
tum attribuerat, adeout ex hac negotiatione
non possit inferri, quod ipsi essent publici ne-
gotiatores.
3 Non obstat quod Remissoria † non soleat
concedi contra propriam confessionem *Rota
decis.54.num.vlt.par.7.recent.Buratt.decis.877.n.7.
Greg.XV. decis.523. num.4.* Quia hoc non pro-
4 cedit quotiescunque datur fumus † erroris,
aut veritatis in contrarium, vt in præsenti ca-
su *Put.decis.6.tit.de dilat.Greg.XV.d.decis.523.n.5.*
Vltrà quod cum D.Marcellus contrahens sci-
ret illos esse filiosfamilias, & nihilominus
eos induxerit ad asserendum contrarium ad
eludendum Statutum, nullum super d. asser-
5 tione fieri potest fundamentum eaq; † potiùs
nocet Creditori quàm debitori, *vt per gloss. in
l.3.vers. quod si per iniuriam verb. per Sacram. &
in verb. per Testium vers. distingue erg. C. si minor
se maiorem dixerit.*
6 Non obstat quod agatur de probando † dolo
& delicto D. Marcelli, ad quod probandum
non solet concedi Remissoria *Auth. apud elo-
quentissimum C.de fid.Instr. Verall. decis.62.num.3.
par.3.* Quia vltra quod non videtur agi de pro-
bando delicto personalitèr, sed solum inci-
dentèr, & per viam exceptionis ad effectum
excludendi delictum ex parte dd. fratrum de
Bursottis, fuit responsum quod stante fumo
resultañ ex supradictis Testibus, quamuis ma-
7 teria sit aliquo modo obiectiua, † Remissoria
non potest denegari dd. fratribus, vt in simi-
libus terminis dixit *Rota coram Buratt.decis.273
num.2.& decis.377.num.8.vbi Add.*
Non obstant obiectiones, quæ afferuntur
contra dd. Testes, quia vltra quod illi fuerunt
approbari in Tribunali A. C. coram R. P. D.
meo Bichio tunc Locumtenente, dum ex pro-
batione dd. Testium supradictos Turriliam,
& Maruffum absoluit, cum sint quatuor, nec
omnes patiantur oppositas exceptiones sup-
8 plentur † ex numero *gloss.in l.3.§.1.in verb. nu-
merus ff.de testib.cum alijs relat.à Gabr.de testib.con-
clus.6.in princ. Buratt.decis.79. num.10.* maximè
dum afferuntur solummodò pro fumo, cum
9 Testes † etiam nullitèr examinati præstent suf-
ficientem fumum pro obtinenda Remissoria
*Cassad.decis.3.num.2.de dilat. Buratt.decis.68.nu.3.
& ibi Add.littera B. & decis.524.num.8.Greg.XV.
decis.562.num.4.*
Non obstat denique prætensa res iudica-
10 ta † impediens Remissoriæ concessionem *Rot.
decis.468.num.1.par.1. & decis.610. num.1. par.3.
recent.Greg.XV.decis.184.num.2.& ibi Add.num.7
& decis.211.num.1. Causal.decis.208.num.1.* Quia
mandatum per Marcellum obtentum fuit re-
laxatum sub citatione exequuta d. d. c. quo
11 casu decendium † non currit nisi à die habitæ
notitiæ *Gloss.in auth. hodie in verb. à sententia C.
de appell.vant.de nullit.ex defect.cit.nu.9.latè Scacc.
de appell.lib.3.cap.2.qu.8.num.16.& 18.Rota dec.2
in princ.de dol.& contum.in non. & in Bonon. atten-
tatorum coram Orano num.2. impress. post Marches.
p.2.fol.62.*& quamuis Salust.Tibet.*in prax.li.1.
cap.51. num.1.* dicat quod de stilo Tribunalis
A. C. sustineantur citationes factæ dom. d. c.
hoc procedit ad effectum, vt sustineatur man-
datum, secus autem ad inducendum rem iu-
dicatam per lapsum decendij, quo casu non
inducitur nisi à die habitæ notitiæ ex Iuribus
proximè allegatis.

Sed quidquid sit Procurator citatus oppo-
suit non habere mandatum in ista causa, quod
limitatè datum fuerat in Iudicio Saluiani, &
ideò Isabella fuit etiam citata per edicta, &
contradictas, quæ propterea dicitur ficta, non
vera contumax, & admittitur ad appellan-
dum infrà decem dies à die habitæ notitiæ,
& Signatura non attenta prætensa re iudicata
causam huiusmodi super bono Iure commisit
vt in alia deductum fuit.

Et ita vtraque &c.

PANORMITANA PENSIONIS.

Lunæ 1. Decembris 1642.

ARGVMENTVM

Solutio pensionis quomodo sit probanda in Iudicio condictionis indebiti.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, Per compimento di tutti li altri semestri, e di tutti gli anni passati *important implicitam solutionem omnium terminorum antea decursorum.*

2 *In iudicio condictionis indebiti solutio non sufficit per confessionem de recepto, sed requiritur per probationem, quæ necessariò concludat, & non per possibile, & sic per realem pecuniæ traditionem, seù numerationem, & n.3.*

4 *Condictio indebiti oritur ex obligatione quæ re contrahitur quo casu traditio debet probari vera, & realis.*

5 *Actio condictionis indebiti requirit quod actualis solutio interuenerit ex quo cõtractus nonnisi re contrahitur.*

6 *Solutio realis non probatur per confessiones de recepto stante possibilitate quod summæ confessatæ potuerint remitti.*

7 *Solutio cantaus, per compimento, seù pro residuo, liberat quidẽ debitorem, sed non inde operatur quod recipiens remaneat obligatus ad restitutionem indebiti quatenus indebitè acceperit sine alia probatione circa realem solutionem.*

8 *Solutio vera, ac realis probatur ex confessione quando est adminiculata ad omnem effectum.*

9 *Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.*

10 *Agens contra debitorem sui debitoris plus iuris habere non potest quam habeat principalis debitor.*

11 *Condictio indebiti solum datur quando quis propter errorem soluit.*

DECISIO DCLXXXVIII.

FVIT resolutum in hac causa sub die 24. Martij anni præteriti V. Collegium Panormitanum Societatis IESV vti hæredem

Ribæ teneri soluere summam sc.1500. Abbati de Angelis tanquam Creditori Lamberti eiusdem Ribbæ Creditoris quod debitum Ribæ resultat ex eo quia ipse indebitè exegit per 15. annos à Regna Pensionem reseruatam super Archipresbyteratu Loci Termarum, qui postea fuit adiudicatus d. Lamberto præuijs tribus sententijs Rotalibus conformibus cum subsequuta declaratione quod pensio reseruata ad fauorem Ribæ sit nulla, & propterea terminos pensionis ab eo exactos ista de causa tanquam indebitè exactos esse restituen. Huic resolutioni non acquiescente Collegio, & iterum proposita causa super ijsdem Domini recesserunt à decisis. Nam licet in duabus solutionibus factis d. Ribæ Authori Collegij ponderatis in d. decisione, prima nempè vnciarum 20. per Iulium Regnam, altera vnciarum 40. per Franciscum de Honuphrio adsint
1 verba illa, † *Per compimento di tutti gli altri semestri, e di tutti gli anni passati*, quæ videntur importare implicitam solutionem omnium terminorum antea decursorum *Castr. in l. 2. num. 3 vers. videtur C. de harea. Instit. Ias. cons. 100. num. 5. lib. 4. Gratian. discept. 3. num. 2. Buratt. decis. 344. num. 18. cum alijs in decisione alleg.* Attamen non visa fuerunt releuare in præsenti casu, in quo agitur de condictione indebiti, in quo Iudi-
2 cio non † sufficit probare solutionem per confessionem de Recepto, sed Actor grauatur certissima probatione, quæ per necessè adeò concludat, vt nec etiam per possibile Agentis Intentio excludi possit *Rota decis. 145. nu. 4. par. 3. recent.* Et propterea probare debet se verè, &
3 realiter pecuniam soluisse † per illius traditionem, siuè numerationem *l. cum de indebito 25 §. sin verò, & ibi Bart. num. 4. ff. de prob. Feder. de Sen. cons. 54. num. 2.* & fuit dictum *in Romana repetitionis indebiti 29. Aprilis 1622. coram bon. me. Merlino, & in Romana Computorum 7. Maij 1624. coram Card. Sacrato*. Ea ratione quia condictio
4 indebiti † oritur ex obligatione, quæ re contrahitur, quo casu traditio debet probari vera, & realis *§. Is quoque Instit. quib. mod. re contrab. oblig* Vbi omnes Institutistæ, & præcipuè *Oinotm.* qui *num. 11.* firmat, quod ad hoc vt competat
5 huiusmodi actio † requiritur quod res actualis, scilicèt solutio interuenerit, cum iste contractus nonnisi re contrahatur sequitur *Feder. de Sen. cons. 54. num. 3. Rota decis. 145. num. 4. par. 3. rec.* Vbi quod sola confessio de recepto non probat in Iudicio condictionis indebiti *Add. ad Buratt. decis. 592, num. 7. & seqq.*

Talis autem realis solutio non probatur per dictas duas confessiones, & receptas, cum possit esse quod talitèr confitens remittere velit summam confessatam, vel alia de causa absque pecuniæ numeratione se pro satisfacto vocare ideoque attenta, ista possibilitate
6 Agens † non potest habere intentionem fundatam pro repetenda pecunia, de cuius reali solutione non constat, vt in præallegatis Iuribus, & in simili aduertit *Rota in rec. decis. 547. par. 3. sub nu. 7.* & conferunt tradita *per Gratian. discept. for. cap. 426. num. 19. & seqq.*

Non obstant Castr. *in d. l. 2. num. 3. vers. videtur quod sic ff. de hered. instit.* & alij in decisione quæ te videtur allegati, tenentes verba illa, *per compimento di tutti gli anni passati*, & similia importare solutionem omnium terminorum de-
7 cursorum, † quia hoc procedit, & intelligi debet ad effectum liberationis debitoris, secus verò ad effectum, vt exinde recipiens remaneat obligatus ad restitutionem indebiti, quatenùs indebitè recepit, vt in puncto *Feder. de Sen. d. cons. 54. num. 2. & 3.*

Non obstat quod prædicta non procedunt, quando confessio est adminiculata, cum tunc
8 ex confessione † probetur actus verus solutionis ad omnem effectum *Gratian. discept. 426. num. 18. Seraph. decis. 1443. num. 1. Rota decis. 177. num. 6. par. 2. diuers.* & in materia solutionis pensionis fuit dictum *in Fauentina Pensionis 1. Martij 1626. coram bo. me. Merlino*. Quia adminicula, quæ ad hunc effectum adducuntur visa fuerunt admodum leuia, contingentia, absq; vlla subsistentia, ac omnia esse in se imperfecta, quæ proinde non videntur attendenda, sunt enim desumpta à possibili, vnde intrat re-
9 gula quod † non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse *l. non hoc C. vnd. legit d. Neq; Natales 10. C. de probat. Conz. ad reg. 8. gloss. 43. nu. 98. Duran. decis, 364. num. 59.*

Ex quibus sequitur quod sicut Ribba non poterat cogi à Regna, & Lamberto ad restitutionem pensionum tamquam indebitè exactarum; ita etiam cogi non valeat ab Abbate de Angelis, qui vtitur iure, & actionibus eidem Lamberto competentibus, cum agens
10 contra † debitorem sui debitoris plus Iuris habere non possit quam habeat ipse primus, & principalis debitor ex regula *nemo plus Iuris 54. ff. de reg. iur.* Et hæc multò faciliùs visa fuerunt procedere respectu Francisci Honuphrij, quia iste à principio fuit consors D. Abbatis in Causa nullitatis pensionis, & per triennium antequam ipse Abbas obtineret fauorabilem resolutionem super nullitate pensionis ab Eminentiss. Cardinali Verospio, cessit liti, & sponte pro d. pensione se obligauit, etiam quod pro illa de Iure cogi non posset, quod penitùs tollit condictionem indebiti,
11 quæ solum † datur quando quis per errorem soluit, secus si sciens *§. Is quoque Instit. quib. mod. re contrab. oblig. l. cuius per errorem 13. ff. de reg. Iur. l. 1. ff. de condict. indeb. Bart. in l. eleganter §. fin. post num. 7. vers. secundus est casus ff. eod.* Vbi dat rationem quia incipit esse debitum respectu causæ proximæ tacitè subintellectæ, scilicet donationis, cum alijs *per Rot. in supradicta decis. 145 num. 6. par. 3. in recent.*

Et ita ex his, demptis dd. duabus partitis, prima scilicet vnciarum 20. solut. Ribbæ per Regnam, altera vnciarum 40. solut. per Franciscum de Honuphrio quarum realis solutio probatur ex libris Tabulæ Panormitanæ, DD. recesserunt à decisis vtraq; parte informante.

VICEN. PORTIONUM.

Veneris 5. Decembris 1642.

ARGUMENTUM.

Quando immutari possit præstatio solita fieri in vino, & reduci in panem.

SUMMARIUM.

1 *Debitum in certa specie solui potest in alia specie ratione difficilis præstationis illius.*
2 *Debitor vini potest illud præstare in alia specie, vel soluere æstimationem ex aliqua iusta causa.*
3 *Mutatio præstationis de una specie ad aliam etiam coniecturis, & præsumptionibus urgentibus probari potest.*
4 *Præstatio diuturna in certa specie inducit obligationem soluendi d. portionem, eo modo quo spatio longi temporis præstita fuit.*
5 *Instrumentum, quamuis informe probat contra illud producentes.*
6 *Clausula,* sine præiudicio &c. *operatur quod ius sine diminutione dicatur illæsum præseruatum; quod intelligitur præterquam ad expressum, & num. 8.*
7 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*
9 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & manifestam.*
10 *Instrumentum quamuis informe facit saltem adminiculum.*
11 *Nigrum, & non rubrica debet attendi uti generalius.*
12 *Testes numero plures sunt præferendi, & præsertim adminiculati, n. 13.*
14 *Portio assignata Canonicis non potest immutari solo facto superioris sine causa, & solemnitatibus, & ex quibus causa interuenisse dicatur.*
15 *Solemnitates præsumuntur interuenisse spatio 30. annorum.*

DECISIO DCLXXXIX.

CUM dignitates erectæ à Clemente VIII. in Ecclesijs Vicen. Barchinonen. & Gerunden. ex fructibus Ecclesiæ etiam Regularis Sancti Ioannis de Abbatissis, quam idem Pontifex sæcularizauit, tenerentur præstare modernis Canonicis, & Beneficiatis eiusdem Ecclesiæ integras portiones panis, & vini iuxta decisiones emanatas in hac eadem causa sub diebus 18. Martij 1639. 27. Maij, & 4. Decembris anni præteriti, ac proinde deposuerint iulium unum cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione, fuit hodie dubitatũ, quænam quantitas vini deberetur eisdem Canonicis, & Beneficiatis, & Domini inhærentes in hac parte decisioni emanatæ sub d. die 27. Maij anni præteriti, dixerunt vinum non deberi nisi tempore Quadragesimæ moti ex iuribus, ac fundamentis in eadem decisione ponderatis, quæ adhuc sistere visa fuerunt.

Quamuis enim portio Canonicalis, quam olim, & signanter ante annum 1451. Abbas d. Ecclesiæ consueuerat præstare dictim Canonicis in ea residentibus, consisteret in una libra panis cum dimidia, & in modica portione vini, prout elicitur ex iuribus datis in *Summ. Canonicorum num. 4.* Nihilominus cum eadem portio ratione difficilis præstationis illius tractu temporis fuerit immutata, & proinde redacta ad maiorem quantitatem panis, videlicet ad duas libras cum dimidia ad rationem vnciarum 24. pro qualibet libra, & in vna iusta, seu alia modica quantitate vini in solis Quadragesimalibus diebus, exceptis Dominicis usque ad feriam 5. in Cœna Domini, vinũ visum fuit hodie deberi non singulis diebus iuxta modum antiquum, sed iuxta modernũ, quo illud præstari consueuit solis quadragesi-
1 malibus diebus, cum debitum † in certa specie solui possit in alia specie ratione difficilis præstationis illius, vel ex alia iusta causa etiam inuito creditore ex *not. à Surd. de alim. tit. 4. q. 3. num. 13.* Et in specie quod debitor vini possit
2 illud præstare in alia specie, vel æstimationem illius ex aliqua iusta causa tradit *Bald. in l. si quis argentum 35. num. 8. vers. Quæso promitto tibi, C. de donat. Ias. in l. non amplius 25. §. cum bonorum num. 3. vers. Tu adde,* vbi dicit esse notandum, *Cotta in suis memorialib. in verb. solus non potest, vers. sed limitatur.*

Quod autem portio canonicalis, quæ antiquitus præstabatur in vna libra panis cum dimidia, & in vna iusta vini fuerit immutata iuxta modum supra expressum probatur ex pluribus.

Primo scilicet ex confessione Canonicorũ emanata in Memoriali porrecto de anno 1592 Regi Catholico d. Ecclesiæ Patrono, qui cum eos requisiuisset, vt sibi referrent, quid, & quantum pro quotidianis portionibus, & alijs emolumentis antiqui Abbates præstare consueuissent, illi retulerunt se recipere portiones, ac res alias in lista ad Regem ipsum transmissa descriptas, in qua legitur eos recipere singulis diebus duas libras panis cum dimidia, nulla facta mentione præstationis vini nisi tempore quadragesimali, ibi: Item à primo Sabbatho Quadragesimæ vsque ad feriam quintam in Cœna Domini, Dominicis tantum exceptis præstare debet (scilicet Abbas) vnum Cartonum vini pro Completorio.

Secundo ex quodam Instrumento, in quo apertè legitur, quod antiquitus portio Canonicalis consistebat in vna libra panis cum dimidia, & in vna iusta vini, quodque deinde dicta portio fuerit mutata in duas libras panis cum dimidia.

Tertiò ex alio Instrumẽto anni 1451. in quo legitur Canonicos requisiuisse Abbatem, seu illius Ministrum, adhoc vt eis præberet quotidianam vini portionem, quibus tamen idem Minister respondit se non habere vinum, ex quo illud iam emptum in Ciuitate Vicen. deferri non potuit ad Monasterium ob defectũ oneratorum, ideoque se esse paratum dare loco vini panem, vel pecunias.

Quarto ex tribus inuentarijs bonorum mobilium, quæ diuersis temporibus reperta fuerunt in domo Abbatiali d. Ecclesiæ S. Ioannis

cor-

confectis de annis 1581. 1587. & 1615. & fictam ante, quàm post sæcularizationem eiusdem Ecclesiæ sequutam anno 1594. in quibus non reperitur descripta aliqua mensura pro mensurando vino, prout exaduerso supponebatur, sed pondus dumtaxat pro librando pane.

Quinto ex Testibus ad instantiam ipsorum Canonicorum coram A.C. examinatis, quorum primus iuxta 19. inquit: *Io non sò doppo esserſi secolarizata la detta Chieſa ſia ſtato dato il vino*. Secundus verò iuxta idem ait. *Per il tempo, che mio Padre teneua in affitto vna di dette portioni non hò visto, che mai habbia preso vino per il ſpatio di 25. anni, che la tenne in affitto; Che ſe l'haueſſe preſo, l'hauerei ſaputo come figliolo; è perche delle volte lo andauo per. il pane, e non hò preſo mai portione di vino*. Idemque deponit tertius Testis iuxta decimum asserens nunquam vidisse præstari portionem vini; subdens neque vidisse aliquam mensuram pro eodem vino mensurando. Cum quibus Testibus concordant etiam alij Testes coram Ordinario Vicen. ad perpetuam rei memoriam examinati, qui fuerunt Arrendatarij redditum d. mensę Abbatialis sub onere soluendi Canonicis portiones consuetas, & expressè dicunt se nunquam soluisse portionem vini, excepta vnica salma tempore dumtaxat quadragesimali; neque vidisse aliquam mensuram vini in domo Abbatiali, vel saltem illam à tempore eorum recordatus in vsu non fuisse.

His accedunt alij Testes coram Visitatore Apostolico alias examinati, referentes scandala, ac iurgia, quæ occasione huiusmodi prçstationis vini inter Abbatem, & Canonicos suborta fuere, eò quia isti sæpius recusabant recipere vinum oblatum prætextu quod esset malæ qualitatis.

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis, alijsque iuribus in prædicta decisione ponderatis non obscurè colligitur portionem antiquitus præstari solitā in vna libra panis cum dimidia, & in vna iusta vini fuisse tractu temporis immutatam in prædictam maiorem panis quantitatem, scilicet in duas libras cum dimidia singulis diebus, & in vinum solo tem-
3 pore Quadragesimæ, eum mutatio † etiam coniecturis, & præsumptionibus vrgentibus probari possit, *Curt. iun. conſ. 103. num. 2. Gabr. conſ. 102. n. 8. in fin. lib. 2. Menoch. lib. 3. præſumpt. 23. num. 5. & 6.* Et consequenter talem portionem, quæ sic immutata, saltem ab anno 1592. quo emanauit prædicta confessio, præstari consueuit, etiam hodie deberi, cum talis diu-
4 turna præstatio † inducat obligationem soluenđ d. portionem, eo modo, quo spatio longi temporis prestita fuit, etiā si initio aliter præstari consueuisset iuxta doctrinam *Paul. de Oleazar. in cap. in litteris num. 24. verſ. ſecundo caſu de teſt. ſpol. Felin in cap. ad apothecam 42. num. 3. de Simon. Marſil. ſingul. 292. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 17. n. 3. Oſaſc. dec. 99. n. 19.*

Quibus non obstant exceptiones exaduerso datæ:

Nam respectu confessionis emanatę ab antiquis Canonicis in memoriali porrecto Regi Catholico non obstat, quod prædictum memoriale non sit in forma probanti tanquam extractum ab Archiuio priuato ipsarum dignitatum, quia imò illud dicitur extractum à proprio Archiuio, & successiuè productum ab eisdem Canonicis; Ideoque quamuis in-
5 forme † probat contra eosdem Canonicos producentes, *Bald. in l. 2. num. 6. verſ. Item ſcias, C. de fideicommiſſ. libertat. Iaſ. con. 161. n. 13. vol. 2. Peregr. conſ. 64. num. 19. circa med. Caual. decif. 648. num. 10. Rot. dec. 302. n. 4.*

Minus obstat, quod idem memoriale non contineat omnia onera, quæ Abbas d. Ecclesię prçstare tenebatur; habeatque clausulam prçseruatiuam, sine tamen prçiudicio aliarum rerum, quę petere prçtendunt ab eodem Ab-
6 bate, quę clausula operatur, † vt ius dd. Canonicorum sine aliqua diminutione illęsum remansisse dicatur, *Oldrad. conſ. 237. num. 9. Pariſ. conſ. 27. num. 142. lib. 1. Verall. decif. 19. par. 1. Seraph. decif. 144. num. 6. Rota dec. 318. num. 20. par. 5. & decif. 115. num. 27. & ſeq. par. 6. recent.* Quoniam obiectum remouetur ex contextu eiusdem memorialis per hæc verba indefinitè cōcepti. Memoriale factum, & examinatum per DD. Canonicos Monasterij S. Ioannis de Abbatissis capitulariter congregatos; in quo contenta, & specificata reperiuntur onera per Abbatem d. Monasterij præstari solita ordine infrascripto. Primo Canonici recipiunt diebus singulis duos panes cum dimidio &c. Et successiuè relatis adamussim singulis oneribus etiam leuissimis, & in specie, quod Abbas teneretur curare deferri ramos lauri, & oliuarum benedicen in Dominica Palmarum, aquam in Sabatho Sancto in fontibus baptismalibus, & huius generis similia, descripserunt inter huiusmodi onera portionem vini solum in diebus quadragesimalibus, nulla facta mentione quotidianæ præstationis vini, prout illa inter eadem onera proculdubio relata fuisset tanquam summæ æstimationis ascendentis ad annua scu. 735. prout in eadem quantitate fuit æstimata à modernis Canonicis in eorum præstatione, si reuera præstari consueuisset, cum iactare suum nemo præsu-
7 matur, † *l. cum de indebito 25. ff. de probat. gloſ. in l. dotium prima in verb. ſemper, verſ. & nemo ſuas pecunias, ff. ſol. matr.* Neque in viris expertibus præsumatur negligentia, *d. l. de indebito 25. ff. de prob. Natt. conſ. 684. num. 6. verſ. ſuccedit etiam cum alijs allegatis in prædicta decif. §. In propoſito autem.*

Nec proinde refragatur d. clausula (sine præiudicio aliarum rerum &c. in eodem memoriali adiecta, quia cum Canonici quoad portionem vini explicitè dixerint illam sibi deberi solum in diebus quadragesimalibus,
8 d. clausula refertur † ad prætensiones illiquidas, quæ versantur circa alia quam vinum expressum, cum illa non referatur ad expressa, *Oldrad. conſ. 330. in fin. Pariſ. conſ. 70. num. 12. verſ. Et illa clauſula lib. 1. Mandoſ. conſ. 10. nu. 14. Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 157. num. 3. & 9. Barboſ. eodem tract. clauſ. 157. n. 7.*

Mi-

Minus subsistere visum fuit, quod prædictum memoriale non fuerit subscriptum à Canonicis, neque proinde ab illis acceptatum, quia cessat pariter obiectum ex lectura illius, cum appareat illud fuisse scriptum, & subscriptum manu Vicarii Generalis, atque Examinatorum, & approbatum à Canonicis capitulariter congregatis, & fuisse ad cautelam lectum, & publicatum per Notarium coram eisdem Canonicis, qui etiam petierunt rogari de illo, prout rogatum fuit publicum instru-
9 mentum, quod † propterea facit rem probatam, & manifestam, *Bald. in l. Interest num. 21. C. de solut. Socc. sen. consf. 79. num. 17. lib. 1. Dec. consf. 26. num. 2. Natt. consf. 543. nu. 28. Grammat. dec. 45. num. 9.*

Quo verò ad Instrumentū, in quo fit mentio de subrogatione maioris quantitatis panis loco vini, non obstat, quod illud pariter non sit in forma probanti vti extractum ab Archiuio priuato ipsarum dignitatum, quodque illud sit restrictum ad Anniuersaria, & pictantias, de quibus loquitur Rubrica, seu titulus. Hæc sunt Anniuersaria, & pictantiæ &c. quæ videntur diuersa à portione quotidiana panis, & vini.

Nam quoad prætensum defectum formæ probantis fuit responsum, quod prædictum
10 Instrumentum, † licet informe, facit saltem adminiculum, *l. Instrumenta 5. C. de probat. Bald. consf. 204. num. 7. lib. 3. Rota dec. 198. num. 6. vers. Et quamuis opponeretur, & dec. 310. num. 3. vers. & iura etiam informia par. 1. rec. & in Cornetana reintegrationis 16. Decembris anni præteriti in §. Et quamuis conclusio coram R. P. D. meo Bichio.*

Quod verò idem Instrumentum sit restrictum ad Anniuersaria, seu pictantias, de quibus Rubrica loquitur, placuit responsio data in prædicta *decis. in §. Neque obstat, quod d. Instrumentum*, nempè illud expressè loqui in nigro de portione ordinaria Canonicis præstari solita. In eo namque legitur Abbatem teneri dare cuilibet Canonico vnam libram cum dimidia panis, & vnam iustam vini, dictamque portionem in recompensam vini fuisse immutatam in duas libras panis cum di-
11 midia; vnde cum nigrum † loquatur explicitè de subrogatione panis loco vini debet attendi tenor nigri, quod est Rubrica generalius, *gl. in Auth. de incest. & nefar. nup. in verb. illicitas, vers. nec obstat, Rubr. de Cleric. peregrin. circa med. vers. & ex hoc nota, Gabr. consf. 12. sub num. 6. vers. & cum nigrum exprimat lib. 1. cum alijs relatis ab Euerard. in loc. à Rubr. n. 11.*

Non aduersatur etiam quod inuentaria nō excludant existentiam mensuræ vini, iustæ nuncupatæ, imò illam videantur includere ex eo, quod in duobus prioribus inuentarijs describantur quædam vasa lapidea in primo ibi: *Nella cantina piccola sei vasi di pietra*, & rursus in alia ibi: *Nella cantina piccola quattro vettine di pietra*. Quoniam appellatione vasis, aut vectinæ lapideæ, quatenus etiam venirent vasa vinaria, ista essent intelligenda de vasibus (quæ nos dolia appellamus) in quibus vinum conseruari solet, non autem de mensura nuncupata iusta, qua vinum cuique Canonico, in partem suæ portionis distribui consueuit, alias dicendum esset, quod portio vini dictim præstari solita cuilibet Canonico consisteret in vno vase, seu vna vectina lapidea, vel quod illud mensuraretur eodem vase lapideo, quo nihil ineptius.

Deniq; quoad Testes non aduersatur, quod eorum nonnulli deponant de existentia mensuræ. Quia vltra quod contrarium deponunt iuxta interrogatoria dignitatum, apertè dicentes se ignorare existentiam talis mensuræ, adhuc admissa illius existentia, non inde probatur vinum fuisse præstitum dietim etiam extra tempus quadragesimale; & in omnem euentum eorū depositio eliditur ex aliis Testibus negantibus existentiam d. mensuræ, ac vini quotidianam præstationem, quibus ma-
12 gis credēdum est † cum sint numero plures, *l. ob carmen 21. §. si Testes, ff. de testib. cap. in nostra 32. eod. tit. latè Gabr. de testib. concl. 4. num. 50. Rota dec. 245. num. 3. par. 4. recent. Gregor. XV decis. 100.*
13 *num. 1.* & sint adminiculati † inuentarijs, alijsque iuribus vt supra ponderatis, *Castr. consf. 192. sub num. 4. vers. primis enim Testibus par. 2. Ruin. consf. 35. num. 16. vers. sed esto millies lib. 4. Crauett. consf. 73. num. 41. Rota d. decis. 245. num. 3. vers. Tum quia cum eorum depositione, & decis. 459. numer. 3. par. 1. rec.*

Demum non obstat, quod portio antiquitus præstari solita tanquam congrua initio assignata Canonicis non potuerit immutari
14 solo facto Abbatis † absque causa, & solemnitatibus tanquam sapiens alienationem rei Ecclesiasticæ iuxta *text. in cap. auaritiæ de præben. Rebuff. de congr. q. 2. numer. 15. & q. 12. num. 9.* Quia respectu causæ d. mutationis, illa satis colligitur ex iam dictis. Respectu verò solemnitatum, quatenus istæ fuissent necessariæ,
15 præsumerentur interuenisse † ex cursu 30. annorum, & vltra cum obseruantia subsequuta, *Seraph. decis. 1080. num. 7. Add. ad Gregor. XV. decis. 343. num. 4. Rota decis. 159. numer. 4. & decis. 447. num. 2. par. 1. rec.*

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA MARESCIALLATVS.

Lunæ 10. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Appellatio ad effectum suspensiuum ex quibus denegetur in collationibus dignitatum Religionis Hierosolimytanę, & de differentia statuti 20. tit. de Concil. & statut. 21. tit. de elect. eiusdem religionis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita à collationibus in quibus proceditur iudicialiter per discussionem meritorum, & auditis partibus suspendit executionem.*

2 *In electionibus dignitatum Religionis hierosolimytana proceditur more militari per vota secreta nulla iudicij forma seruata, & sic extraiudicialiter.*

3 *Appel-*

3 *Appellatio ad effectum suspensiuum non datur ab illis collationibus in quibus extraiudicialiter proceditur.*
4 *Appellatio ad effectum suspensiuum non datur ab illa collatione, seù electione, quæ remittitur conscientiæ collatoris, seù eligentis.*
5 *Statutum 20. de Concil. Relig. Hierosolimytana ad quid fuerit conditum.*
6 *Attentatorum vitio non subiacet possessio, seù admissio ad dignitates, quando ad effectum suspensiuum appellatio non datur, & num. 7.*
8 *Statutum confirmatum à Papa cum clausulis amplissimis dicitur statutum Papale.*
9 *Aegidiana vti confirmata à Sede Apostolica comprehendit appellationes, quæ interponuntur ad Papam*
10 *Decisiones Aquitanien. & Campanien. Prioratus in quibus terminis procedant declarantur.*
11 *Appellatio datur ad vtrumque effectum, quando constat de grauamine notorio.*
12 *Appellatio, quando præcessit actum, qui prætenditur attentatus hic actus non reuocatur per viam attentatorum, sed per viam iniustitiæ.*

DECISIO DCXC.

BIS fuit resolutum in hac causa possessionem Dignitatis Marescialatus Ordinis Hierosolimytani captam per Commendatorem desGuttes post appellationem interpositam à Commendatore de la Tour, nec non admissionem eiusdem ad antianitatem Iustitiæ pro Dignitatibus eiusdem linguæ esse attentatam, Hodie tertio proposita causa super iisdem, & maturius discusso solito eiusdem Ordinis, & illius stabilimentis Domini recesserunt à decisis.

Nam quamuis vera sit conclusio firmata
1 in vltima decisione, quod appellatio † interposita à Collationibus, in quibus proceditur iudicialiter per discussionem meritorum, & auditis partibus suspendat executionem *Abb. in c. cum autem 24. num. 3. in fin. de Iurep. Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 32. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. 621. cum alijs in decisione alleg.* Attamen nõ visa fuit applicari ad præsentem casum, quia cum in electionibus Dignitatum huius Religionis, quæ fiunt in Consilio Ordinario procedatur more militari nulla Iudicij forma seruata, & per vota secreta, & sic
2 omnino † extraiudicialiter *c. concertationi 8. de appell. in 6. cum ibi not. Gonz. super reg. 8. in annot. contr. nullit. num. 15. cum seqq. & num. 41.* Interposita ab illis appellatio effectum suspen-
3 siuum † operari nequit *c. constitutis 46. in fin. vbi Innoc. sub num. 3. vers. si autem appelletur Abb. num. 6. & aly Canonistæ extr. de appell. Franc. in c. bona fid. n. 32. vers. sed appellatio extraiudicialis eod. tit. in 6. latè Gonz. loc. proximè cit. num. 27. & seqq.* Et propterea neque etiam attentata causare valet *Innoc. in d. c. constitutis num. 2. & ibidem Franc. num. 2. & 10. vers. nec obst. quod hic esset appellatum Gonz. loc. supra cit. num. 28. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 3. num. 3. Burat. decis. 771. num. 5. Reuerendissimus Vrgellen. decis. 4. num. 11. & decis. 86. num. 3. & seq. Seraph. decis. 397. num. 1. bo: me: Coccin. decis. 314. num. 3.*

Quod tanto magis procedit in præsenti attento iuramẽto ante actum electionis ab Electoribus præstare solito de idoneo vtili, ac maioris meriti eligendo iuxta stat. 5. de elect. vnde fit vt illorum conscientiæ electio remissa intelligatur, quo casu certum est appella-
4 tionem † suspensiuam non dari, nec illam attentata causare, vt per *Doct. in c. statutum 11. §. Assessorem de Rescript. in 6. Franc. in Rubr. de appell. num. 11. cum cumul. per Lancell. de attent. par. 2 cap. 12. limit. 10. num. 1. & seqq. & præsertim sub num. 9. & seq. Belam. decis. 18. num. 1. Ruginel. de appell. §. 2. c. 2. num. 67. vers. Dabitur appellatio.*

Et supradicta confirmantur ex ratione, & qualitate materiæ, quæ concurrit in præsenti casu. Nam cum ista Dignitas Marescialatus sicuti & aliæ Conuentuales, quæ sunt Capita linguarum vltra onus Alberigiæ, quæ consistit præcipuè in subministrandis ferè in totum de proprio alimentis Equitibus earumdem linguarum, habeant etiam alia onera ipsis incumbentia, prout illa Marescialatus, cui incumbit onus imperandi Equitibus, & Militibus Insulæ. Et vlterius sint tales, per quas necessario gradatim deueniatur ad subsequentes dignitates, non potest suspendi earũ exercitium per appellationem interpositam ab illarum electione absque manifesta totius Cõuentus perturbatione, & confusione, cum huiusmodi onera, & istæ Dignitates remanere deberẽt in suspenso, donec lites super huiusmodi electionibus excitatæ essent terminatæ. Et ex hac ratione ad impediendũ huiusmodi cõfusionem fuit editum statutum vigesimum
5 de Concilijs, † quo cauetur vt ab huiusmodi electionibus Dignitatum Conuentualium appellatio non admittatur, & iuxta illud Consuetudo etiam introducta fuit, vt sequuta earum electione Electo possessio immediatè tradatur. Quibus stantibus possessio Marescialatus capta per Commendatorẽ des Gout-
6 tes, illiusque admissio † ad subsequentes Dignitates postea vacatas vitio attentatorum subiacere non possunt iuxta *not. in c. non solum de appell. in 6.* & in terminis similis consuetudinis, & statuti *Lancell. de attent. appell. pend. limit. 48. per tot. vbi alios refert*, ea siquidem ra-
7 tione, quia gesta † in executionem sententiæ à qua per statutum, vel consuetudinem prohibetur appellatio, *prout hic*, non sunt attentata *Paris. consf. 108. nu. 21. lib. 1. Rota decis. 84. n. 2. par. 7. rec. Caual. decis. 42. num. 3. & 4.*

Non obstat responsio data in decisione, nimirum, quod statutum vigesimum non habet locum, quando appellatur ad Papam, & Sedem Apostolicam, sed solum quando appellatur ad Consilium Completum, vel Capitulum Generale. Quia ex lectura eiusdem Statuti clarè apparet, & appellationes esse prohibitas ab electione huiusmodi Dignitatum Conuentualium ibi. *Ne ancora dall' Elettione de fratelli, e Commendatori, & Balini della Gran Croce*, quæ prohibitio confirmata à Sede Apostolica absque vlla restrictione cum clausulis
8 amplissimis efficit † vt d. Statutum dicatur Papale *c. si Apostolica 22. de præbend. in 6. Maresc.* var.

var. resol. lib. 2. cap. 67. num. 20. Gratian. discept. 992. num. 19. Greg. XV. decis. 267. num. 6. & seq. Et in fortioribus terminis ex sola Constitutione Synodali prohibeñ appellationem quoad effectum suspensiuum ex eadem ratione, ne scilicet interim ob suspensionem electionis Ecclesia detrimentum pateretur in suo seruitio resoluit *Rot. decis. 1155. circa fin. lib. 3. par. 3. diuers.*

9 Et propterea tollit etiam appellationes † ad Sedem Apostolicam interpositas saltem ad effectum suspensiuum, sicuti etiam dicitur de Aegidiana, quæ vti confirmata à Sede Apostolica comprehendit etiam appellationes, quę interponuntur ad Papam *Rot. coram Martin. Andr. decis. 37. num. 2.*

10 Nec obstant decisiones † Aquitanieñ, & Campanieñ Prioratus in decisione allegatæ. Quia illæ non loquuntur in terminis d. Statuti Vigesimi, & in electionibus ad primarias Dignitates, sed in terminis Statuti vigesimi secundi, de electionibus ad alias Dignitates inferiores, in quibus necessitas non vrget, nec concurrunt supra enumeratæ rationes in Dignitatibus Conuentualibus, quarum conditio cũ sit valde ab illis diuersa diuerso quoque Iure iudicari debet *l. 4. §. toties ff. de dam. in fect. Verall. decis. 28. num. 3. par. 3. Gonz. ad reg. 8. glos. 5. in princ. num. 24.*

Non obstat, quod etiam in decisione dicatur esse consultum Religioni in casu appellationis ab electione istius Dignitatis Marescialatus per deputationem Locumtenentis Quia hoc tollitur ex quo ista dignitas Marescialatus nullos habet prouentus, ex quibus onus alendi Milites sustineri possit per Locumtenentẽ. Nam huiusmodi alimenta pro maiori parte præstantur de proprio à Maresciallo: Vnde excluditur simile de œconomo ponderatũ in decisione cum œconomus onera beneficij sustineat ex fructibus ipsius.

Non obstat, quod vbi ex processu extraiudiciali constat de notorio grauamine appel-
11 latio deuoluatur † ad vtrumque effectum *Burat. decis. 771.* Quia vltra, quod hoc non procedit quando appellatio; prout hic, præcessit
12 actum, † qui prætenditur attentatus, nam tunc actus non reuocatur per viam attentatorum, sed per viam Iniustitiæ *Franc. in d. c. bonæ num. 3. Innoc. in c. constitutus num. 2. de appell. Coccin. decis. 14. num. 3. & 14. Burat. decis. 859. n. 3. & seqq.* Non visum fuit constare de huiusmodi grauamine, cum illa, quæ fuerunt ponderata in decisione, quæ reuidetur ad inducendum d. grauamen, satis reddantur turbida ex Iuribus hodie datis pro parte Commendatarij des Gouttes, & in omnem casum Domini dixerunt hanc exceptionem non pertinere ad hanc attentatorum quæstionem, sed esse reijcieñ ad disputationem negotij principalis, in quo benemerentia vtriusque partis examinabitur.

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA DIGNITATIS.

Veneris 12. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria etiam in beneficialibus conceditur, quando datur aliquis fumus materiæ articulatæ.*

2 *Et sufficit releuantia vnius articuli, vt remissoria indistinctè concedatur.*

3 *Argumentum sumptum ab vsu seu stylo Papæ concedentis regulariter attenditur ad cognosceñ, qua sint illa quibus expressis ille forsan gratiam non concessisset.*

4 *Litteris Regijs fides est adhibenda.*

5 *Impedimentum non excusat nisi illud facilè remoueri non possit, & quod illud causam dederit, quo minus fuerit præstitum, quod præstari debebat.*

6 *Narratiua super qua fundatur gratia est verificanda*

7 *Remissoria in materia obiectiua non datur sine magno fumo.*

8 *Reus, & possessor potest deducere obiectum per viam exceptionis.*

9 *Materia obiectiua propriè non dicitur, quando aliquo modo continet ius dantis.*

10 *Remissoria eo difficilius denegari solet, quando causa reperitur commissa appellatione remota.*

DECISIO DCXCI.

PER binas decisiones emanatas coram me sub diebus 4. Aprilis & 16. Iunij huius anni Rota censuit dignitatem Baiuliuatus de la Morea fore adiudicãdam Eq. Maximiliano d'Ampont. non autem Eq. Iacobo Medauid ex eo, quia melius ille, quam iste iustificaret suam habilitatem, & benemerentiam secundum statuta, seu stabilimenta Religionis Quocirca d. Eq. Iacobus produxit articulos ad probandam capacitatem suam, & incapacitatem d. Eq. Maximiliani, petijtque super illis Remissoriam, quam hodie Domini dixerunt esse concedendam, moti præcipuè ex releuantia tertij, quinti & noni, articulorum propter,
1 quam Remissoria† conceditur etiam in beneficialibus; præsertim quando, prout hic, datur aliquis fumus rei articulatæ *Verall. dec. 56. num. 1. & 2. par. 3. Rot. decis. 740. num. 4. & 5. par. 4 rec. bo. me. Coccin. decis. 161. num. 1. & 6.* Et sufficit
2 vnius † articuli releuantia, ad hoc vt Remissoria indistinctè concedatur *Cassad. decis. 5. in fin. de sequestr. poss. & fruct. Seraph. decis. 1364. n. 3. Cauul. decis. 232. num. 1. Rot. decis. 661. num. 4. par. 2. rec. & fuit dictum in alia Meleuitana Antianitatis 9. Decembris 1639. coram me.*

Releuantia autem dd. articulorum non visa fuit posse controuerti;

Nam respectu capacitatis Eq. Iacobi tertius articulus continet, quod ipse Eq. Iacobus ab Anno 1610. quo discessit à Conuentu, & abijt in Galliam vsque ad annum 1626. quo fuit prouisus de Commenda Cauleurs nuncupat. semper, & continuo fuit occupatus in

ser-

seruitijs Regis Christianissimi, actu exercens officia, & munia militaria contra hæreticos, & Rebelles suæ Maiestatis, quæ probatio si sicret; etsi de per se non releuaret ad præstandam excusationem à decennali residentia requisita pro assequendis Dignitatibus; nihilominus visa fuit profectura eidem Eq. Iacobo ad probandum impedimentum, propter quod ille non potuit eodē tempore complere prædictam decennalem residentiam, & consequenter ad euitan̄ subreptionem ponderatam in prædictis decisionibus contra dispensationem Apostolicam, quam idem Eq. Iacobus super defectu talis residentiæ obtinuit ex eo præcipuè desumptam, quia ipse non expressit Papæ, quod poterat complere d. decennalem Residentiam in Conuentu; Siquidem si tale impedimentum Papæ expressum, aut cognitum fuisset, ille à concessione d. dispensationis non se retraxisset prout ex causa leuioris occupationis similem dispensationem eidem Eq. Maximiliano concessit, sumpto argumento ab vsu, seu stilo eiusdem Papæ con-
3 cedentis, qui † regulariter attenditur ad cognoscen. quæ sint illa quibus expressis ille forsan gratiam concessisset *Felin. in c. super litteris 20. sub num. 8. vers. prima regula, & in c. in nostra 32. num. 19. vers. quod intelligitur tit. de rescript. Lap. alleg. 89. num. 6. vers. Item est sciendum Cassad. decis. 12. num. 14. de preben. bon. mem: Coccin. decis. 328. num. 2. Rot. decis. 50. num. 26. part. 5. recent.*

Fumus autem respectu istius articuli desumitur ex litteris Regiis idem seruitium illi de-
4 mandantibus, quibus † est adhibenda fides *c. nobilissimus distinct. 97. Clem. vnic de probat. Rim. Iun. cons. 365. num. 27. Rot. decis. 81, num. 33. par. 6. recen.*

Respectu verò incapacitatis Eq. Maximiliani quintus articulus tendit ad probandum, quod idem Eq. Maximilianus ab anno 1630. citra, quo fuit assequutus Commendam S. Mauritij vsque ad annum 1635. commoratus fuit in Gallia ex mera, & spontanea sua voluntate, quodque toto d. tempore nunquam fuit tali seruitio Regis Christianissimi detentus, aut impeditus, quin propter illud potuerit in d. sua Commenda residere, seu si voluisset ad prædictam Residentiam citra præiudicium eiusdem seruitij Regis se conferre potuisset, Quæ probatio, quatenus fieret, visa fuit releuare contra dispensationem Apostolicam, quam idem Eques Maximilianus obtinuit anno 1635. super defectu talis residentiæ, sub narratiua, quod seruitijs Regiis occupatus non potuit facere quinquennalem
5 residentiam in Commenda, cum impedimētum non excuset, nisi duo concurrant. Primum quod illud facile remoueri non potuerit; Alterum, quod illud causam dederit, quominus fuerit præstitum id quod præstari debuit ex relatis à *Felin. in c. ex transmissa 10. num. 1. de præscript. & Menoch. de arbitr. Iud. cap. 118. num. 7. Seraph. decis. 1206. num. 2. & 3. Rot. decis. 567. num. 4. part. 1. recent.*

Nonus autem continet, quod idem Eq. Maximilianus ab anno 1635. quo occasione Citationum generalium profectus fuit ad Insulam Melcitanam, ibique vsque & per totum annum 1639. permansit, semper bene conualuit, ac viribus adeo firmus, & validus extitit, vt ad Galliam pro implenda sua residentia quinquennali in Commenda redire potuisset, huiusmodi enim probatio Eliderет narratiuam infirmæ valetudinis, sub qua idem Eq. Maximilianus obtinuit alteram dispensationem super eo quod biennium Residentiæ in Commenda sibi iniunctum in primo Breui commutaretur in biennium Residentiæ Conuentualis, & sic redderet gratiam eiusdem secundæ dispensationis subreptitiam, cum omnia, super quibus fundatur gratia sint veriti-
6 canda † *c. olim 25. §. verum, & ibidem glos. in verb. omnia de Rescript. Beltram. ad decis. 734. n. 7. Rota decis. 438. num. 2. par. 4. recent.*

Nec releuare visum fuit, quod prædicti duo articuli contineant materiam obiectiuam su-
7 per qua † Remissoria concedi non solet nisi dato magno fumo *Verall. decis. 62. par. 3. Caual. decis. 512. num. 6. Greg. XV. decis. 414. num. 10. Rota decis. 392. num. 14. & 15. part. 5. recent.*
8 Quia cum Eq. Iacobus sit Reus, † & possessor potest deducere obiectum per viam exceptionis *Felin. in c. cum causam 37. nu. 23. vers. fallit secundo Socc. Iun, cons. 69. in fin. lib. 2. Menoch. de recup. possess. rem. 15. num. 36. Rot. dec. 4. num. 1. de re iudic. in nou. & decis. 7. circa med. vers.*
9 *aliqui tamen de excep. in antiq.* Materia † enim obiectiua propriè non dicitur, quando, prout hic, continet aliquo modo Ius dantis *Rot. decis. 1. de sequestr. possess. & fruct. Cassad. decis. 2. de except. Rot. d. decis. 561. num. 2. in fin. par. 2. recent. Add. ad Greg. XV. decis. 353. num. 7.*

Eoque facilius inclinarunt Domini pro Remissoria, quia versamur in causa, quæ reperitur cōmissa appellatione remota, quo casu ob irreparabile præiudicium, quod ex denegatio-
10 ne Remissoriæ sequeretur, illa † denegari non debet *Rot. decis. 36. nu. 1. in fin. par. 4. rec. Greg. XV decis. 562. in fin. & ibi Add. num. 7. bon. mem: Coccin. decis. 122. num. 3. vers. & causa Burat. decis. 824. num. 10.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DEVOLVTIONIS VINEAE.

Veneris 23. Iunij 1634.

Per errorem suo loco non reposita.

ARGVMENTVM.

Deuolutioni dicitur factus locus quando fuit alienatum in personā in quam alienario erat prohibita.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis concessa pro heredibus, & successoribus quibuscumque videtur hereditaria, & transitoria ad quoscumque etiam extraneos.*
2 *Pacta apposita quod non possit alienari in potentiorem, & præcipuè in communitatem sunt ad vnguem seruanda alias intrat deuolutio.*

3 Emphy-

3 *Emphyteusis potest esse capax Communitas ad effectum tamen illam alienandi.*
4 *Hoc est verum quando alienatio tantum est prohibita de iure, secus si vltra d. iuris prohibitionem adest prohibitio particularis concedentium eum hoc casu impediatur acquisitio.*
5 *Instrumentum concessionis iunctis adminiculis probat dominium directum spectare ad Capitulum.*
6 *Libri Capitulares continentes interesse totius Capituli, & legaliter tenti benè probant.*
7 *Identitas probatur ex duabus demonstrationibus.*
8 *Vocabulum Regionis sufficit verificare, quando certus locus habet nomen generale comprehendens alia loca diuersi nominis.*

DECISIO DCXCII.

CAPITVLVM, & Canonici S. Mariç in Via lata de Vrbe de anno 1618. concesserunt vineam, de qua agitur, in emphyteusim Desiderio Pagniullo pro se, suisque hæredibus quibuscunque cum expressa prohibitione alienationis tàm d. vineç, quàm melioramentorum, & aliorum iurium emphyteuticorum siue ad fauorem locorum piorum, siue alterius potentioris, & præcipuè Vniuersitatis tam per viam, donationis, quàm vltimæ voluntatis sub pœna caducitatis, prout latius habetur in Instrumento d. concessionis.

Decessit desiderius primus acquirens relicta hærede vniuersali Communitate SS. Geruasij, & Prothasij in Ducatu Mediolanẽ, quę adepta fuit possessionem omnium bonorum d. Desiderij, & signanter vineæ, de qua agitur. Vnde dd. Capitulum, & Canonici habita notitia de ista possessione, & prætendentes factum fuisse locum deuolutioni d. vineæ obtinuerunt causam mihi committi; ideo hodie contigit dubitari, an esset locus deuolutioni, & DD. affirmatiuè responderunt, ea moti ratione.

Quia licet emphyteusis concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscumque videa-
1 tur † hæreditaria, & transitoria ad quoscumque etiam extraneos, *vt per Socc. conf. 266. num. 36. lib. 1. Canal. dec. 290. num. 1.* ac etiam ad Vniuersitatem, & quamlibet manum mortuam, vt firmauit *Rota dec. 161. num. 7. & decis. 280. num. 3. par. 1. recen.* Tamen cum in Instrumento Inuestiturę expressè legatur prohibi-
2 tum, quod vinea, & iura emphyteutica † non possint cedi alteri potentiori, & præcipuè Cõmunitati absque expressa licentia Capituli, pactum huiusmodi erat ad vnguem seruandum, & eo non seruato factus fuit locus deuolutioni, *Ias. in l. fin. num. 72. vers. secundo modo, C. de iur. emphyt. Buratt. consf. 199. nu. 38. vers. 3. DD. loquuntur in secundo, Rota in Ferrarien. bonorum de Schianchis 28. Aprilis 1617. coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio impress. apud Ciriac. post contr. 205. num. 10. & doctè, & eleganter fuit dictum in Mediolanen. bonorum 30. Maij 1633. coram R. P. D. meo Merlino.*

3 Non obstat, † quod dicta Communitas saltem sit capax emphytheusis ad effectum illam alienandi, *Speculat. in tit. de locat. §. Nunc aliqua quæst. 117. num. 143. Greg. dec. 520. num. 5. vbi Addent. sub num. 14. vers. fin.* Quia obiectum procedit quãdo alienatio est de iure tantum prohibita, secus verò quando, prout hic, vltra iuris prohibitionem adest etiam prohibitio hominis, quia tunc impeditur acquisitio etiã
4 ad effectum alienandi, & habendi tantum æstimationem rei, *Aldobrand. consf. 40. numer. 9. vers. non obstat, Bursat. d. conf. 199. num. 48. vers. 3. DD. loquuntur, Gregor. d. dec. 520. num. 10. & alias fuit decisum in Ferrarien. bonorum 19. Decembris 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Ferrarien. bonorum 3. Iunij 1619. coram bon. mem. Remboldo, & in eadem Mediolanen. coram R. P. D. meo Merlino.*

Præterea dominium dictę vineæ spectare ad dictos Capitulum, & Canonicos visum fuit Dominis sufficienter probari ex Instrumento eiusdem concessionis, quod concurrentibus
5 adminiculis probat *Bald. in l. ad probationem n. 9. C. locat. Rota dec. 290. num. 1. & dec. 193. n. 1. & 2. par. 2. recent. & fuit resolutum in Romana deuolutionis 28. May 1625. coram R. P. D. meo Pirouano.* Adminicula verò deducuntur tum ex Instrumẽto præcedentis inuestituræ factę de d. vinea q. Euphemiæ Turbulæ de anno 1606. Tum etiam ex alijs Instrumentis concessionum de eadem vinea in emphyteusim Io: Dominico de Bellis, & Petro Puteo de annis 1592. & 1600. Tum tertio quia hæc vinea est pars Casalis Trulli, quod erat de dominio directo dicti Capituli; tum denique ex propria confessione ipsius Communitatis, quæ in inuentario confecto de bonis dicti Desiderij primi acquirentis descripsit hanc vineam sub proprietate dicti Capituli: quibus accedunt continuatę solutiones Canonum vsque ad tempus deuolutionis desumptę ex libris capitularibus, qui libri cum contineant interesse to-
6 tius Capituli, & sint legaliter tenti benè probant *Aymon. consf. 434. num. 14. Rota decis. 290. num. 4. & 5. par. 1. recent. & firmauit Rota in Placentina deuolutionis 21. Aprilis 1600. coram Corduba.*

Identitas etiã eius vineæ probatur ex propria confessione Communitatis in d. Inuentario bonorum Desiderij, vbi dicitur, quod dicta vinea pro medietate est sub proprietate Capituli, & pro alia medietate sub proprietate Victoriæ Castellanę, cuius bona fuerunt semper assignata pro confinibus d. vineæ, & vlterius ex verificatione duorum confinium enunciatorum in Instrumento celebrato de anno 1619. ibi, ab vno latere sunt bona hęredum Bernardini Fognini, ab alio bona Penni de Comis, ab alio Casale Trulli d. Ecclesię ante est viculus vicinalis, quæ demonstrationes bene probant identitatem, cum ad hunc effe-
7 ctum sufficiant † tantum duæ secundum vulgarem doctrinam, *Bart. in l. demonstratio falsa n. 14. ff. de cond. & demonstr. Roland. consf. 67. n. 15. lib. 2. Rota decis. 706. num. 4. & decis. 119. num. 2. par. 2. recent.*

Non obstat discordantia quoad situationẽ, & numerum petiarum d. vineæ, quia quoad numerum petiarum dicta diuersitas tollitur ex eo,

ex eo, quod Euphemia in præcedenti inuestitura per Instrumenta separata concessionis in duabus vicibus dictam vineam obtinuit de eodem anno 1606. Quo verò ad situationem pariter tollitur, quia locus *del Trullo*, in quo continetur dicta vinea, est nomen generale comprehendens alia loca diuersi nominis, videlicet, *delle Grotte*, *delle Fratte*, *Fogalasina &c.*

8 Vnde sufficit verificasse † vocabulum Regionis, vt per *Corn.cons.280.n.5. post med. lib.3.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA EVACVATONIS.

Lunæ 14. Maij 1635.

Suo loco reponenda.

ARGVMENTVM.

Locatione finita res locata Locatori est restituenda.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus finita locatione tenetur rem locatam Locatori restituere.*

2 *Appellatio non datur in remedio momentaneæ possessionis.*

3 *Iudicij qualitas dignoscitur ex monitorio, & ex prosequutis in causa.*

4 *Locatio censetur facta in fraudem conductoris primi quando secunda fuit facta adhuc durante prima locatione.*

5 *Locatio non effectuata non præiudicat.*

6 *Inquilinatus ius inquilino non prodest quando Locator vult ipse inhabitare.*

DECISIO DCXCIII.

FINITA locatione domus, de qua agitur, facta per Iubentium de Angelis Ioanni Vitriario fuit per d. Iubentium intentatum iudicium euacuationis coram A.C. qui mandatum relaxauit, à quo Vitriarius appellanit, & causam mihi cōmitti obtinuit cum clausula (si quid exequendum) vnde dato à me dubio, an d. mandatum esset exequendum, DD. quia Iubentius non videbatur adimpleuisse formam Decreti Cameralis, in quo habetur, quod nullus inquilinus possit eijci ex conducta domo à locatore nisi propter domus locatę venditionem, vel si dominus domum locatam per seipsum inhabitare velit, data eo casu fideiussione de illam inhabitando saltem per annum, resoluerunt quod renouata per Iubentium fideiussione ad formā dicti Decreti daretur mandatum de euacuando.

Nam cum terminus locationis effluxerit, & Iubentius declarauerit velle retinere domū pro vsu proprio, vtiq; potest Vitriarius compelli ad illam dimittendam, renouata tamen prius fideiussione (vt supra) quilibet enim

1 Conductor, seu Inquilinus † elapso tempore locationis tenetur rem locatam locatori restituere, vel ex causa venditionis, vel ex causa vsus proprij, vel similium, nedum vigore d. decreti, sed etiam ex iuris dispositione, *l. ade, & l. si quis conductionis, C. locat. Surd. cons. 205. num.13. Greg.XV. dec.45.num.3. & ibi Adden. sub num.7. Rota decis.692.num.2. par.1.rec.* & in hoc

2 remedio momentaneæ possessionis † non datur appellatio, *Contard. de moment. in ampliat. num.71.*

Non obstat, quod iudicium fuerit incohatum super eiectione Vitriarij conductoris, eo quod esset morosus in solutione pensionum: Quia ista causa in monitorio non fuit expressa, sed tantummodo emanauit monitorium generale, quod potuit declarari in prosequutione iudicij, cum illud sit munitum clausulis generalibus (deducendo omne ius suum &c.

3 non se astringens &c.) qualitas enim † iudicij dignoscitur ex monitorio, & ex prosequutis, *Greg.XV. dec.335.num.16. & fuit dictum in Oscen. optionis, seu Præbendæ 4. Iunij 1594. coram Gypsio.*

Non obstat locatio facta Dino ad quinquennium, quę vti facta durante adhuc loca-

4 tione Vitriarij † censetur facta in fraudem Conductoris, *Gratian. discept. forens. cap. 460. num.66. & seqq.* Quia cessat ista difficultas, ex

5 quo d. locatio † non habuit effectum, & sic nullum afferre potest præiudicium Vitriario, *Gozad. cons.16.num.16. & 17. Cephal. cons. 441. n.106. & seqq.*

Non obstat, quod quousque Vitriarius non renunciauerit iuri inquilinatus; semper possit vti eius priuilegio. Quia hoc est verum, & procedit, vbi Dominus domus vellet alteri domum locare, sed cum velit ipse eam inhabitare, & sit paratus adimplere requisita à de-

6 creto Camerali, † ius inquilinatus nihil prodesse potest, *d.l.ade, C.locat. Greg.XV. d.decis.45. num.3. & ibi Add. n.7.*

Et ita vtraque &c.



Finis Primæ Partis.

